L.hac ędictali de ſecund.nup.declaratur,l.3.q.47.nu.5.fol.278.pag.1.
L.fœminæ d.tit.declaratur,l.3.q.52.nu.7.fol.285.pag.1.
L.Deo nobis de Epiſco.& cleri.declaratur,l.3.q.68.nu.10.fol.319.pag.1.
L.1.& l.cum proponas de pact.declarantur,l.3.q.80.nu.33.fol.333.pag.2.
L.ſi.de dotis promiſ.declaratur,l.3.q.85.nu.24.fol.343.p.2.
D.l.expenditur, ibidem nu.42.fol.345.pag.1.
Authen.ſacramenta puberum ſi aduerſus vendit.ſolũ procedit in caſu quo actus eſt nullus ratione minoris ætatis,l.3.q.87.nu.11.fol.348.p.1.

L.penul.de ſolutio.expenditur,l.3.q.88.n.3.f.349.p.1.
L.ſi quando §.1.de inoffi.teſta.declaratur,l.3.q.88.n.7.f.349.p.1.
L.ſi.de bonisq. lib.expenditur,l.3.q.85.n.21.fol.344.pag.2.
L.2.ad orficianum declaratur,l.3.q.91.n.31.fol.352.p.2.
L.iubemus ad Velleya.expenditur,l.3.q.92.n.19.fol.355.p.1.

Ex authenticis.

§. ſed hoc in præſenti de ſanctis Epiſ.declaratur, l.3.q.26.n.5.fol.229.p.2.
Idem declaratur,l.3.q.26.nu.25.fol.230.pag.2.
Idem §.ſeu eius diſpoſitio exorbitat a iure communi,l.3.q.26.nu.24.ibidem.

Ex inſtitutionibus.

§.ad certum, qui teſ. tutor. dari poſ. declaratur,l.1.c.26.n.89.f.73.p.2.
§. ſed & quidem vetuſtas de exhæreda. liber. nouo ſenſu percipitur, l.3.q.78.n.9. fol.319.pag.1.
§.ex conditionali de verbo.oblig.intellectus,l.3.q.25.n.44.fol.227.pag.1.

Ex lib. feudorum.

Cap.1.de ſucceſſio.feudo.declaratur,l.3.q.10.nu.9.fol.162.pag.2.

Ex decretis.

Cap.quod Deo patri 33.q.5.intellectus,l.1.c.15.nu.51.fol.34.pag.2.
Cap.ſi dic. 35.q.6. intellectus nouus & verus,l.1.c.15.nu.57.fol.34.pag.2.
Cap.2. 20.q.1.declaratur, l.2.d.3.n.39.fol.90.p.2.

Ex decretalibus.

Cap.tuæ de ſponſal.declaratur,l.1.c.3.n.67.fol.10.pag.2.
Cap.atteſtationes de diſponſa.impu.nouo & veró ſenſu perceptus, l.1.c.3.nu.57. fol.10.pag.1.
Gap.tuæ de ſponſal.noue declaratum,l.1.c.3.nu.70.fol.11.p.1.
Cap. ſi inter eod. tit. & cap. licet de ſponſa. duorum declarantur, l.1.c.3.nu.75. fol.11.p.1.
D.cap.licet verba eadem,l.1.c.3.nu.76.fol.11.pag.2.
Cap.ſuper eo de teſtib.cogen.noue declaratum,l.1.c.8.nu.16.fol.14.pag.1.
Cap.is qui fidem de ſponſal.an ſublatum ſit iure nouo Cōcilij Tridentini,l.1.c.10. nu.14.fol.20.pag.2.
Cap.lator qui filij ſint legit.declaratur,l.1.c.12.nu.25.fol.28.pag.1.
Cap.ſi.de deſpon.impub.intellectus reiectus,l.1.c.14.nu.20.fol.31.pag.1.
Cap.ex litteris de diuortijs intellectus authoris,l.1.c.15.nu.49.fol.34.pag.2.
Cap.intelleximus eod.tit.ſenſus,ibidem nu.50.ibidem.
Cap.non eſt de ſponſal.declaratur,l.1.c.22.nu.22.fol.59.p.2.
Cap.porro de diuortijs declaratur,l.1.c.22.nu.34.fol.60.pag.1.
Eiuſdem cap.intellectus iuxta Panor.& alios,ibid.n.35.ibidem.
Eiuſdem cap.intellectus ſecundum Iaſo.ibid.n.38.ibidem.

Cap.

Cap.porro de diuortijs & cap. ſignificaſti verus & nouus intellectus,l.1.c.22.n.45. fol.60.p.2.
Cap.ſignificaſti de diuor.intellectus,l.1.c.22.n.49.f.60.p.2.
Cap.1.§.hoc quoq. ſciendũ qui feudũ dare poſ.declaratur,l.1.c.16.n.171.f.180.p.2.
Cap.videtur qui matrim.accuſar.poſ.noue declaratum,l.1.c.8.n.17.f.15.p.1.
Cap.licet ex quadam de teſtib.noue declaratum,ibid.n.18.ibidem.
Eiuſdem cap.ratio expenſa,ibid.n.20.ibidem.
Cap.de illis de conditio.appoſit.declaratur,l.1.c.26.n.101.f.74.p.1.
Cap.ſi.eod.tit.declaratur,l.1.c.26.n.126.f.75.p.1.
Idem cap.in 2.parte noue declaratur,l.1.c.26.n.148.& n.153.ibidem.
Idem cap.nouo & vero ſenſu donatur,l.2.d.1.nu.26.f.86.p.1.
Cap.ſalubriter de vſur.ad pactum extendi non poteſt,l.3.q.39.n.3.f.263.p.1.
Idem cap.declaratur,l.3.q.39.n.5.ibidem.
Idem cap.vindicat in omni caſu eandem rationem habente,l.3.q.39.n.7.ibid.p.2.
Idem cap.iterum declaratur,l.3.q.39.n.18.f.264.p.1.
Cap.per veſtras de donat.inter vir.& vxor.declaratur,l.3.q.52.n.34.& 35.f.286.p.2.
Cap.2.tit.eod.expenditur,l.3.q.65.n.4.f.315.p.1.
Cap.2.de renun.expenditur,l.3.q.94.n.6.f.359.p.2.
Cap.1.de filijs nat.ex matrimo.ad morganã,& ter.in filij ſi de feudo contro. fue. declaratur,l.3.q.6.n.2.f.149.p.2.

Ex lib. 6.

Cap.vni.§.idẽ quoq.de deſpõſat.impuber.intellect⁹ ex Dida.l.1.c.14.n.34.f.31.p.2.
Eiuſdem cap.intellectus authoris,ibid.n.35.ibidem.
Cap.2.de renuntia.declaratur,l.1.c.18.n.35.fol.40.p.2.
Cap.quamuis pactum de pactis agit vitando periurio & peccato obſeruari debet in iudicijs ſecularibus,l.3.q.99.n.48.f.370.p.1.
Idem cap.declaratur,l.3.q.80.n.27.f.333.p.2.
Idem,ſicut procedit in filia ſic in filio,l.3.q.86.n.3.f.347.p.1.
Eiuſdem cap.diſpoſitio an ſit odioſa,l.3.q.81.n.2.& 5.f.335.p.1.
Idem cap.ita locum habet in filijs in poteſtate patris conſtitutis ſicut in emancipatis,l.3.q.86.n.18.f.347.p.2.
Idẽ c.pcedit etiã cũ filia renũciãs nihil dotis nomine recepit,l.3.q.93.n.7.f.358.p.1
D.cap.non procedit ſtante dolo,l.3.q.93.n.15.f.358.p.2.
Idem cap.loquens in filia dote contenta intelligendum eſt de dote congrua, l.3. q.96.n.4.f.362.p.2.
Idẽ cap.ſic vẽdicat in matrimonio ſpirituali ſicut in carnali,l.3.q.99.n.4.f.368.p.2.

Ex conſilio Tridentino.

Cap.1.de refor.matrim.ſeſſio.24.l.1.c.3.n.76.f.11.p.1.
Idem cap.declaratur,l.1.c.8.n.64.fol.17.p.1.
Idem declaratur iterum,l.1.c.19.n.97.& nu.127.f.51.p.2.
Idem cap.antiquas laudabiles conſuetudines contrahendi matrimonia non ſuſtulit,l.2.d.11.nu.151.f.110.p.1.
Cap.16.ſeſſio.25.de refor.egregie declaratur,l.3.q.99.n.18.f.369.p.1.
Idem cap. loquens in renunciatione habet locum in teſtamento monialis ante ingreſſum monaſterij,ibid.n.20.ibidem.p.2.
Idem cap.correctorium eſt iuris communis,ibid.n.25.ibidem.

Idem

Idem cap. an habeat locum in renunciatione per filiam facta & religionem ingreſſa ætatis,17.18.& 20. annorum, ibid.n.41.f.370.
Idem cap.ad euitandas fraudes conditum fuit,ibid.n.44.ibidem.
Con. Tridentinum non aufert ius parentibus competens propter deflorationem virginis,l.1.c.19.n.144.f.53.p.1.
Con. Tridentini decreta ab eodem con. declarantur,l.2.d.11.n.155.f.110.p.1.
Con. Tridentinum non ſuſtulit matrimonia quę ſub licita,& honeſta conditione fieri poſſunt de iure communi,l.2.d.11.n.35.f.87.p.2.

Ex Con. Tarraconen.

Cap.2.de conſuetudine,quo ſtatuitur vt liber in Eccleſia conficiatur circa conſuetudines celebrandi officia declaratur,l.1.c.9.n.43.f.19.p.2.

Ex conſtitutionibus Cathaloniæ.

Conſtitutiones prohibentes filiosfamilias contrahere poſſe ſine conſenſu parentum,declarantur,l.1.c.19.n.45.f.47.p.2.
Conſtitutiones volentes,contrahentes cum filijsfamilias audiri non debere declarantur,l.1.c.19.n.49.f.48.p.1.
Conſtitutiones huius regni volentes,contrahentes cum filijsfamilias non debere audiri,impediunt ortum naturalis obligationis,ibid.n.50.ibidem.
Conſtitutiones diſponentes,certis contractibus nullam fidem adhiberi debere, ortum naturalis obligationis impediunt,ibid.n.51.ibidem.
Conſtitutiones prohibere poſſunt iuramenta aduerſus communem ſententiam & quare,l.1.c.19.n.62.f.48.p.2.
Conſtitutio regia, *per foragitur fraus*, id eſt ad excludendas fraudes ſub tit. de promes.dot.declaratur, l.1.c.19.n.67.f.43.p.1.
Conſtitutio regia declaratur vt contractus iuratos non comprehendat,l.1.c.19. n.89.fol.50.p.1.
Conſtitutiones ſub tit. de ſponſal. & matrim. declarantur,l.1.c.19.n.150.f.53.p.2.
Conſtitutiones concedentes patribus vt filias poſſint exhæredare, quę ignorantibus parentibus matrimonium contrahunt ante 25.an. an valeant,l.2.d.7.n.40. fol.96.pag.1.
Conſtitutionis regiæ incipienti hac noſtra vera declaratio,l.3.q.28.n.11.f.233.p.2.
Conſtitutiones Cathaloniæ vere leges dicuntur non ſtatuta,ibid.n.13.ibidem.
Cathaloniæ vſatica quæ dicantur,l.2.d.7.n.48.f.96.p.1.
Conſtitutio,qua fructus omnes integri omnium bonorum mariti dantur viduæ donec dos ſoluatur, iniuſta & inualida,l.3.q.39.n.75.f.267.p.2.
Conſtitutio,qua fructus omnes rerum mariti pro dotibus retinentur abſq. vlla obligatione imputandi eos in ſortem, deffendi nullo modo poteſt,ibidem nu.76.ibidem.
Quam plurima alia vide infra in littera L. leges & ſtatuta municipalia.

Digitized by Google

FRANCISCI MOLINI IVRIS CONSVLTI, ET PATRITII ILERDENSIS, ILLIVS OLIM academiæ poſt Patrem Petrum, primariæ functionis Canonicæ profeſſorem, Cæſarei iuris Interpretis.

DE RITV NVPTIARVM, ET PACTIS IN matrimonio Conuentis.

CELEBRIS, ET INSIGNIS TRACTATVS.

CHRISTO CRVCIFIXO VERO DEO IN Trinitate viuenti pio, manſueto, & humili Franciſcus Molinus gloriam, & honorem dicit.

SIFARI licet, eloquar CHRISTE, conduxiſti operarios in vineam tuam, & mane, meridie, ſero, impari hora conductos (vt liberalis es) domine pari prætio perſoluiſti: me nunc extrema hac orbis ætate in vineto laborare tuo iuſsiſti, imperitus agricola ſum aratra ferre non valeo, vineam excolere neſcio, priores aſſequi operarios nequeo: ſcio quid faciam poſt tantorum terga meſſorum ſaltem ſpiculas colligam, & in faſciculos redigam, vt exigui operis prætium idem, tua largitate cõſequar aliorum, vt cum aliquando villicationis rationem ſim redditurus, ſi non in primis, in ſecundis tamen me videris conſtitiſſe: Faue quæſo Deus cęptis, & miſericordiæ tuę riuulis mentem irriga, vt impenſi laboris, cum alijs, qui diei, & æſtus pondus portauerint, parem conſequar mercedem: Sic florentiſſimum vinetũ (quod prætioſo ſanguine

Digitized by Google

guine tuo irrigaſti, excolam, vt abſciſis mentis tenebris, fugata ignorantia, perpetuo inſeruiã; Et tua adiutus ope, tibi ipſi greſſus dirigã, exſiccatas vites eradicẽ, aridas palmites amputẽ, luxuriãtes præſcindã, & ſpiritus tui almi gratia nihil præter agricolæ peritiſsimi leges ſcribam, Chriſtiana amplectar, diuina proſequar, inquiram. Suſcipe igitur Chriſte manuſculum benignius, & ſuperlucratũ tuo reddo talento: Huic ſi deſint iuſta, & tuæ paria maieſtati, tui ipſius capient ſanguine incrementum, ſcripſi paucis abhinc annis, in auxilium Eccleſiæ tuæ, commentaria de brachio ſeculari Eccleſiæ prȩſtando; & de ſacra immunitate opuſculum: inutilis ſeruus, me in omnibus fateor defeciſſe: ſed animum (qui abdita ſuſpicis) intuere meum, parce redemptis: Ne aberrem faxis; vt & laborantium mercedem aſſequar, & æternȩ vitæ benignitate tua prȩmio perfruar ſempiterno.

OPERIS

Digitized by Google

OPERIS DIVISIO, ET DECLARATIO.

TOTVS hic tractatus in tres diuiditur libros, qui vt nouam, ſic celebrem & vtilem continet materiam: Primo agitur libro, in quibus matrimonium, quatenus cõtractus eſt iurisgentium, cum cæteris conueniat contractibus: Secundo libro, econuerſo ordine, in quibus quatenus Sacramẽtum ab illis differat: Tertius, pacta & conuentiones, quæ in cõtractu matrimonij inferuntur, complectitur; qua materia non alia in iudicijs poſt vltimas voluntates frequentior: Duorum priorum librorum materiam. Nullus ſiue ex noſtris, ſiue ex Theologis explicauit; in quibus innumera, quę ad S.C. Tridentini de reformatione matrimonij declarationem pertinent, vel ex his auctoribus qui poſt conſilium ſcripſerunt, vel ex declarationibus ſacræ congregationis enucleantur: Tertius liber, Nuptialium conuentionum materiam pertingit, à multis ſparſim auctoribus in vnum tamen ab Auctore digeſtam.

DE ORIGINE MATRIMONII, ET ILLIVS præſtantia vnicum totius tractatus inſigne Anteludium.

SVMMARIVM.

1 *Deus Optim. Maxim. mundi totius opif.x.*
2 *Homo ad Dei imaginem factus.*
3 *Matrimonium à Deo in Paradiſo terreſtri inſtitutum.*
4 *Adam & Euæ lapſus.*
5 *Deus Opt. Max. connubium inſtituit ne genus humanum deperеat.*
6 *A matrimonio humana coniunctio protẽditur.*
7 *Arias Montanus laudatur.*
8 *Deus Prolis, hominem & fœminã præſcripſit.*
9 *Maris & fœminæ coniunctione, aduerſus congredientẽ in homines mortẽ cõſultum fuit.*
10 *Lactantij de matrimonio verba egregia.*
11 *Nihil ſub ſole perpetuum.*
12 *Subſtituta perſona quæ dicatur, pecora, & arbores ſubſtituta.*
13 *Iudex ſubſtitutus & tutor.*
14 *Immortalitas matrimonio conſeruatur.*
15 *Matrimonium in Repub. res præſtantiſſima.*
16 *Matrimonium ſeminarium generis humani.*
17 *Respublicæ ſine matrimonio nequeunt permanere.*
18 *Legum duodecim tabularum aduerſus cælibes lex.*
19 *Platonis placita multa, vt liberis repleãtur ciuitates.*
20 *Dotium priuilegia a matrimonio defluunt.*
21 *Diuiſio gentium quando.*
22 *Naturæ lex vna.*
23 *Nubendi ritus varij.*
24 *Parthorum matrimonia qualia.*
25 *Britannorum connubia quæ.*
26 *Africani connubia non agnoſcunt.*
27 *Mauri ſeptem ducunt in vxores.*
28 *Diuina diſpenſatio in veteri teſtamento quoad matrimonia qualis.*
29 *Chriſti morte multarum vxorum diſpenſatio ſublata.*
30 *Fratricellorum hæreſis.*
31 *Vualdentium hæreſis.*
32 *Germanorum hæreſis hiſce temporibus.*
33 *Concubinas habere Iuriſcõſulti permiſerunt.*
34 *Amita & concubina quæ apud Iuriſconſultos.*
35 *Marcelli de matrisfamilias honeſtate dictũ.*
36 *Mariti iure digeſtorũ an concubinas iure habere poſſent.*
37 *Chriſti præcepto concubinatus omnes ſublati.*
38 *Matrimonium ſemper in honore habitum.*
39 *Matrimonia apud Romanos qualia, & corũ nomina.*
40 *Matrimonia confarreatione, coemptione, & vſu, apud Romanos celebrabantur.*

41 *Vxor in manu mancipioq. mariti apud Romanos erat.*
42 *Maritus in poteſtate vxoris non erat niſi coemptus.*
43 *Mos contrahendi matrimonia apud Romanos, & quæ interrogationes.*
44 *Maritus & vxor ſibi ſuccedere ſoliti, & tex. in l. vxorem. ff. de Ri. Nup. nouo ſenſu perceptus.*
45 *Conuentionis nomen generale.*
46 *Ciceronis locus in thopicis declaratus.*
47 *Intellectus l. ex ea parte. §. mulier. ff. de verbo. obligatio.*
48 *Vſu matrimonium quale dicebatur.*
49 *Vſucapio in mobilibus.*
50 *Vſucapio in muliere nupta.*
51 *Matrona quæ apud Gellium.*
52 *Vxor quã nec in poteſtate nec mancipio mariti.*
53 *Vxori inteſtatæ qui ſuccederent.*
54 *Intellect⁹. l. 4. ff. de his qui sũt ſui vel ali. iur.*
55 *Intellectus nouus dictæ l. 4. ff. de his qui ſunt ſui vel ali. iur.*
56 *Gellij traditio declaratur.*
57 *Nuptiarũ dies legitimi quales apud antiquos.*
58 *Nymphagogus quis.*
59 *Feſtiuitas ſpõſaliorũ quã agebatur, et qui rit⁹.*
60 *Ornatus virginis deſponſatæ qualis.*
61 *Nuptiæ ab obnubendo dictæ.*
62 *Velum flammeum quod.*
63 *Annullus ferreus in nuptijs dari ſolitus.*
64 *Chriſti fide agnita alij ab antiquis ritus eſſe cæperunt.*
65 *Sacerdotis præſentia connubium agitur.*
66 *Miſſæ ſacrificium apud Chriſtianos adhiberi ſolitum in primitiua Eccleſia.*
67 *Denuntiationes in Eccleſia fiebant in primitiua Eccleſia.*
68 *Baronij Cardinalis illuſtriſſimi laus.*
69 *Matrimonij diffinitio apud Iuſtinianum.*
70 *Matrimonium duplex ſpirituale & carnale.*
71 *Matrimonium putatiuum quod.*
72 *Matrimonij putatiui priuilegia nulla.*
73 *Matrimonium præſumptum quale.*
74 *Matrimonium politicum.*
75 *Alexander Raudenſis laudatur.*
76 *Matrimonium fictum.*
77 *Matrimonium, contractus vltrocitroq. obligatorius.*
78 *Matrimoniũ vt cõtract⁹ quid cũ cæteris cõtractibus commune habeat; noua inueſtigatio.*

DEVS Opt. Max. mundi to-
1 tius opifex, † Gubernator
& Rector, illi⁹ exorſus ſtru-
cturam cælos primum arcta
compagine fecit, terram ſta
bili firmitate, ſuſpendit, aſ-
tris eam fulgentibus illuſtrauit, terras mari
concluſit, flumina ſempiterno lapſu fluere
præcipit, extendi campos, ſubſidere valles,
fronde ſyluas tegi, lapidoſos exurgere mõ-
tes, virentesq. herbas, limpidiſsimos fontes,
animantia cũcta, & adocatos flores ad vnius
hominis gratiam creauit & pertulit: extre-
2 mo, eundem hominem † ad ſui ipſius ima-
ginem, vt Dei ſignaculum foret Gene. 1. Ne
autem is ſolus peruagaret, ſodalẽ dedit fæ-
minam, immiſſo in Adam ſopore, *tulit vnã
de coſtis eius, replens carnem pro ea*, Euamque
producit, & ſibi ſociam dedit, Hanc ille in-
tuens prophetico ductus ſpiritu, *hoc inquit
os ex oſſibus meis, & caro ex carne mea, &
3 erunt duo in carne vna:* ſic matrimonium. † A
Deo in Paradiſo delitiarum inſtitutum fuit,
vt ab eo totius humani generis propagare-
4 tur poſteritas. Cum enim ab Adam & Euæ †
lapſu (vt Apoſtolus ait) quod de fructu lig-
ni vetiti comediſſent, mors contigiſſet,
& ab eis in homines omnes in vniuerſumq.
humanum genus transfuſa, decidere & mo-
ri ſemel fuerit ſtatutum cap. placuit 2. de
conſe. diſtinctio. 2. ſeſſione. 5. Concil.
Tridentini in principio. Ne tota peri-
ret primorum parentum defectu, generis
noſtri preſtantia, connubium inſtituit, creſ-
5 cere † protoparentes, & multiplicari iuſsit,
filios procreare quibus benedicens Deus,
animantibus etiam cunctis, reptilibus cæli,
& maris piſcibus, *creſcite (ait) & multipli-
camini, & replete aquas maris & aues mul-
tiplicentur ſuper terram.* Vnde diuinus va-
tes cecinit Pſalm. 103. *Impleta eſt terra poſ-
6 ſeſſione tua.* Ab hac † enim coniunctione hu-
mana in omne æuum proles protenditur. §.
1. in aucth. de nuptijs. Modulatur, & Arias
7 Mont. † Hiſpalen. ſingularis eruditionis
vir, multisq. nominibus honorandus in di-
uinis poema, ad tabulam ſigni a Chriſto in
Cœna æditi, Ode Saphica his verſibus.

Quæ pater mundo poſuit recenti
Iura ſacrati thalami deditque
Iuncta concordi ſociare vita
Munia lege.
Illa præſenti patris ipſe natus
Numine antiſtes decorata firmat
Fauſtus & gratas epulas benigno
Comprobat vſu.
Sic & arcanis ſociare tædis
Gentis humanæ genus expetitum
Et ſibi magis emere adiungendum
Dotibus ardet.
Poſſit vt noſtræ recreata gentis
Iuncta diuino ſoboles marito
Splendidi fidei habitare cæli
Regnaque diuum.
Prima miratrix Galilæa cœnæ
Obſtupet tellis renouata rerum
Munera & magnum probat eſſe Ieſu in
Pectore

Pectore numen.
Dum videt certas variare formas
Iurat & priſci latices Noachi
Fonte quas nuper vitreo fluenti
Hauſerat vndas.

8 DVOS Deus ad gignendum † prolem
& homini & animantibus præſcripſit,
Maſculum & fœminam (inquit) creauit eos.
Geneſis. 1. Niſi enim maris & fœminæ con-
9 iunctione, aduerſus † congredientem in ho-
mines & animalia mortem conſultum eſſe
10 potuit. Vnde Lactantius diuina. † inſtitu. li.
1. hæc. In hominibus profecto cæteriſq; ani-
mantibus, diuerſitas ſexus, coitio, & genera-
tio, nullam habet aliam rationem, niſi vt
omnium animantium genera viuentiũ quo-
niam ſine conditione mortalitatis obitura;
mutua poſſint ſucceſſione ſeruari. Ariſtote-
les autem ſecundo de anima libro edocet,
nihil magis naturæ adſtipulari ex his quæ
perfecta ſunt, nec caſu generentur, quam ſibi
ſimile procreare; Animal enim aliud gene-
rat, planta plantam, vt cum ijs quæ ſempi-
terna ſunt communicentur. Illic Commenta-
tores docuerunt, cum diuina præpotentis
Dei lege nequeat animantium, creaturarũ-
que omnium vita eſſe ſempiterna, aptiſſi-
mam huic malo ille medelam adiungens
ita efficit, vt maris, & fœminæ coniugatione,
aut ſimaxis coniunctione (quę omnium com-
munis eſt) in ſpecie poſſet conſeruari. Re-
11 ctiſsime igitur Paulus † noſter, vbi Barto.
in l. cum debere de ſerui. nihil ſub ſole
perpetuum eſſe ait, niſi propagatione, aut
12 ſubſtitutione iuuetur. Hinc † ſubſtitutam
perſonã dicimus quæ in alterius locum ſub-
rogatur. l. 1. & rubri. ff. de vulga. Peco-
ra ſubſtituta quæ demortuarum locum oc-
cupant l. ſi grege delega. 1. Arbores ſubſti-
tutæ quæ ſeneſcentium vice ſufficiuntur l.
arbores l. vel inutilium ff. de vſuf. Actio ſub-
ſtituta quæ alteri ſuccedit. §. fuerat inſti. de
13 actio. Iudex † ſubſtitutus, & tutor l. in frau-
dem. §. conductor ff. de iur. fiſ. l. 1. §. hæc
actio ff. ſi quis teſ. liber eſſe ius. fue. l. fina.
14 ff. quod cum eo l. cũ † apud Sempronium ff.
iudi. ſol. l. tutoris §. in eum ff. de adminiſ.
tuto. appoſite Iuſtinianus immortalitatem
matrimonijs conſequi ſcribit l. lege duode-
cim tabularum C. de legit. hęred. auth. de
nup. in princi. §. rurſus in auth. de reſti. & ea
quę parit vndeci. men. & alicubi nihil homi-
15 nibus quidpiam † præſtãtius matrimonio §.
nos in auth. de reſtitu. fidei coll. 9. eſt enim
16 matrimonium ſeminarium † generis huma-
ni. Fortu. ex Cicerone tractatu de vlti. fine
17 iur. num. 131. & eo ſine Reipublicę † per-
manere nequirent Lucas. de pen. in l. mulie-
res de in co. lib. 10. C. & qui ad hoc inſti-
tutum multa cõgeſſit Neui. in Sylua. nuptia.
lib. 3. c. 1. verſi. nona ratio, & vtilitas publi-
ca, & multiplicatio hominum.
18 Porro legibus duodecim † tabularum ita
ſcriptum erat. *Cælibes ne ſinito*, atque vt
valerius autor eſt, qui Cælibes ſeneſce-
rent multa irrigari ſoliti erant lib. 2. cap. 4.
Dida. qui plura in epi. ad 4. 2. par. cap. 8.
Quidquod vt replerentur liberis ciuitates
19 Plato † multa in legibus ſtatuit, Nec do-
20 tium priuilegia † aliunde deffluunt l. 1. ff.
21 ſolut. matri. ſed & vniuerſa hominum † dilu-
uio abſumta, & deleta natura, quod illis ita-
tus dominus fuerit, poſtquam Noe arcam
Deus extruere iuſsit, de cunctis animanti-
bus marem & fœminam ingredi iubet; Noe
ipſum, vxorem, filios, & filias: atque cum a-
quas ceſſare præcepiſſet egreſſus Noe, cum
vxore, filijs & animantibus, altare ędificans,
holocauſtum domino obtulit: Odoratus do-
minus ſuauitatem, benedixit illi & filijs di-
cens creſcite & multiplicamini.
22 Diuiſis in orbem totũ, † gentes eſſe cœ-
perunt, quæ vnam naturæ legem agnoſcen-
tes §. ius autem naturale inſtit. de ius. & iur.
fœminas vxores ducere & matrimonio co-
pulare cœperũt: ſed quam varij, & riſu digni
23 pleríque fuerint nubendi ritus, † ab hiſque
(vt is ſolet) Tiraquellus adfert ſoſius dig-
noſci poteſt in leges connubiales l. 4. a num.
5. cui ipſe vt addam, Clemens Papa primus
lib. recognit. 9. ſcriptum reliquit in parthis
24 † mulieres plures vni tantum nubere ſolitas
25 viro; in Britania autem, † multis ſimul nu-
26 bere viris mulierem. Africani vt Plinius †
docet lib. 5. cap. 8. cõnubium nõ agnoſcunt,
ſed ferarum more vagantur, & volentibus ſe
27 ipſas proſtituunt. Mauri † hodie ſeptem du-
cunt, & plures dum eorum, ad alendas ipſas
ſuppetant facultates, aliarum ritus nuptiarũ
gentium Polido. recenſet de inuentor. lib.
1. cap. 4. Rodigin. antiquarum lectio. lib. 15.
& 16. Septentrionalium Holaus Gotus lib.
14. cap. 8. 9. & 10. Plane diuina olim diſpen-
28 ſatione † in veteri, à Deo maximo conceſ-
ſum fuit teſtamento, aliquando mulieres du-
cere plures; vt illic miſterium magis quam
litteram ſpectare oporteat. At vbi figurata
29 Chriſti morte † ceſſarunt hiſtoria, ſacrilegũ
& immane facinus vni plures iungi vxores
viro creditum eſt, Didac. in Epit. de ſpon. 2.
30 part. cap. 7. §. 3. Propterea Fraticellorum †
hęreſis, qui paſſim, & pro delectu putarunt,
inuicem poſſe viros cũ mulierib⁹ fornicari,
à Clemente Quinto extincta eſt, vltimo au-
31 ctoribus ſupplicio damnatis. Valdentium †
quoque ſecta obſcena & impudica qua cuiq;
(vbi libidinis ardor ageret) permiſceri poſ-
ſe docebant, ſub Innocẽtio Tertio compreſ-

32 ſa. Sed & ſerpente eadem tēporibus † noſ-
tris hæreſi apud Germanos, ſacro Trident.
Conſilio deleta, & antiquata penitus fuit; aſ-
ſertores, hereticos nefarios, anathematis cē-
ſura, multando. can. 2. de ſacra. matrimon.
33 ſeſsio 24. Eadem veteres † Iuriſcōſulti pro-
creandi, & liberis hominibus vrbes replen-
di ratione adducti, concubinas habere con-
ceſſerunt impune l. 3. ff. de concubi. l. cum in
tabulis ff. de his qui. vt indig. Et Maſſurius
34 ſcribit, eam † quę cum vxor non ſit, cum ali-
quo tamen viuit, vero nominē amicam, pau-
lo honeſtiore concubinam appellari l. maſ-
35 ſurius ff. de verb. ſigni. Marcellus † autem eā
que ſe in alterius quam patroni concubina-
tum dedit, matrisfamilias honeſtatem non
retinere ſtatuit l. probrum ff. de ritu nuptia.
36 Hinc quæſtio illa † apud noſtrates exurgit,
an mariti iure digeſtorum concubinas habe-
re poſſent, quod vulgo ab hominibus fere
negatur ex l. 1. C. de concubi. vbi conſtanti-
nus id vetuit, ſed & Iuſtinianus in l. fin. C. co
mu. de manumiſ. Homines enim (ait) vxores
habentes concubinas habere, nec antiqua
iura, nec noſtra concedunt. Sed de hac infru-
ctuoſa diſputatione plus ſatis Hotoman. de
37 vet. iur. verbo concubina. At nos qui † verā
& ſacroſantam Chriſti & illius Eccleſiæ re-
ligionem profitemur, credimus, ſummum
fore concubinatum piaculum Mucrone ſpi-
rituali aduerſum concubinos iura ſeuiunt, &
gladio armantur ni reſipiſcant. cap. 8. ſeſſio.
24. Conſil. Trident. vt modo prætercam in-
numeras aduerſus eos â iure communi pęnas
38 inflictas; In hūc modū † humano genere pro
pagato, atq; varijs nationū & gentiū ritibus
aucto, coli cœpit & venerari matrimonium,
39 eos tantum ritus adferam † qui Romanorū
iuri conſonant, â quibus & legum quarundā
& auctorum ſenſus excipitur. Confarreatio-
40 ne, † coëptione, & vſu celebrari nuptiæ ſo-
lebant. Prior ad Pontifices pertinet, quibus
cum vxores ducerent hymni quidam (ipſo-
rum more ſacri) decantari ſolebant, in fœde-
ris ſignum & maritalis connubij, conuerſo
ordine diffarreatio repudij Plin. lib. 18. c. 3.
quia & in ſacris religioſius nihil confarrea-
tionis vinculo erat, & nouæ Pontificum nup-
tię farreū pręferebāt Tacitus lib. 4. coëmp-
tione cum vir & fœmina ſe inuicem emebāt
cum matrimonium agere vellent. Veteri
enim Romanorum lege nubentes mulieres,
tres ad virum aſſes adferre ſolebant: atque
vnum quidem quem in manu tenebant, tan-
quam emendi cauſa, marito dare, alium quē
in pede habebant, in foro larium familiariū
ponere: tertiū in ſacciperio cū cōdidiſſent, cō
pito vicinali reſignare ſolebāt. Et his Virgi-
lius alludit cū in primo Georgico. cecinit.

Teque ſibi generum Thetys emat omnibus
vadis.

Vt illic Seruius & interpretes docēt. Hinc
41 illud eueniebat vt mulier † in manu man-
cipioq; mariti eſſet, aut eius cuius in manu
mancipioue maritus erat, ſuaque illi heres
fieret, quemadmodum Vlpianus apud inſti-
42 tutiones c. 22. docet. Vir autem † non in ma-
num & poteſtatem vxoris erat ſed quod
coëmptus eſſet id ei ſui iuris ius tribuebat,
vt Gellius in noctiu. Atti. lib. 3. c. 2. ſcribit: &
lib. 18. cap. 6. Boeti. in Topi. Dioni. Halica.
43 lib. antiqui. 11. Moris autem † erat vt vir mu
lierem interrogaret, an ſibi mater familias
eſſe vellet, vicisſimq; hęc virum an ſibi pa-
terfamilias: ſi vterq; velle reſpondebat, ma-
terfamilias mulier vocabatur, quoniam (vt
Gellius ſcribit) *non in matrimonium tantum,*
ſed & in familiam quoq; mariti, & in ſui he-
redis locum veniebat vt, Cicero in Topicis
ſcriptum reliquit, & Seruius aperte teſtatur
qui in explicatione verſus Virgiliani Ænei.
4. de Didone loquens quæ Æneam hoſpitio
exceperat cecinit.

Ac Dominum Æneam in regna recepit.

44 Illic ille, facto † matrimonio inuicem ſibi
ſuccedere ſolitos ait. Teſtari tamen arbitra-
tu ſuo poterant, â tutoris enim poteſtate li-
berabantur mulieres qua matres eſſent fa-
milias, & ſi in quibuſdam tutorum poteſtas
ſed leuior quidem permaneret, vt hæc om-
nia Cicero Luculenter explicat in Murena.
Et Tiraquellus in l. 4. Connubia. glo. 1. nu. 6.
& 7. Ab his legum quarundam ſenſum igno-
ratum eripe l. vxorem ff. de ritu nup. illius
verba hęc ſunt. *Vxorem quondam priuigni co-*
iungi matrimonio vitrici non oportet, nec in
matrimonium conuenire nouercam eius qui
priuignæ maritus fuit hęc lex: cuius mendo-
ſa fore ea verba *in matrimonium conuenire*
Tiraq. opinatur ibi, quę ita legenda ſint; *in*
manum conuenire. Sed illius opinio vera nō
eſt, & ſi codici meo in manum conuenire in-
dita ſint, & rectius antiquos habere codices
in ea quę ſupraſcripſi verba puto: nam cum
ad modum contractus matrimonium olim,
45 & hodie celebretur, & conuentionis † nomē
generale ſit quamuis pactionem continens,
dicta quaſi qui ex diuerſis locis in vnum ve-
niunt conuenire dicantur, ſic qui ex diuerſis
animi motibus in vnam decurrunt ſententiā
conuenire recte affirmamus l. 1. & §. conuē-
tionis ff. de pactis. Atq; ideo ad omnia per-
tinet de quibus negotij alicuius aut contra-
hendi, aut tranſigendi cauſa conſentiunt qui
inter ſe agunt l. 2. ff. de pac. l. tale §. poſt di-
uiſionem eo. tit. recte in matrimonium con-
uenire, ſcripta fuiſſe verba opinor. Et quæ
antiquarij ſcriptores, quos Tiraquel. recen-
ſet,

ſet, de in manum conuentione aſſ autur non
vxori ſed matriſamilias conueniunt. Vnde
46 ea Cicero. † verba in topicis & ſcripta
quæſtio: *Si ita Fabia pecunia legata eſt, ſi ei
viro materfamilias eſſet, ſi ea in manum non
conuenerat, nihil debeatur.* Hunc enim locum
ita Cardinalis Adrianus interpretatur lib.
ſingu. de mo. lati. loquen. vt vxor genus ſit,
eius formæ duæ, vna matrumfamilias & hæ
(ait) ſunt quæ in manum conuenire dicitur,
altera earum quæ tantummodo vxores ha-
bentur, qua in parte cum fuerit Fabia. lega-
tum ei non videtur: quia cum in manum nõ
conuenerit, nec materfamilias, ideſt ea ſpe-
cies vxoris cui argentum omne legatũ fuit,
legato caruiſſe indicatur: quod enim de vno
ſpecie dicitur ad aliam protendi nõ poteſt.

Ex his rurſus alterius legis ſenſus excipi-
47 tur. † §. mulier l. ex ea parte ff. de verb. obll.
vbi ita legitur: *mulier ab eo in cuius matrimo
nium conueniebat, ſtipulata fuerat ducenda,
ſi tempore matrimonij concubinæ conſuetudinẽ
repetiſſet &c.* Accurtius qui ſepius ignora-
tione latini ſermonis infeliciter labitur, ex-
ponit *conueniebat* ideſt reconciliabatur: De
hac enim illic Papinianus coëmptione intel
ligit. Et cum Codices quidam manũ habẽt,
vetuſtiores, matrimonium: ſed hæc lectio
mendoſa eſt, vt rectè Cardinalis Adrianus
oſtendit, quam Tiraq. reticet, hanc ſibi opi-
nationem tribuens.

48 Vſu vero fieri matrimonium † dicebatur,
cum mulier tutore auctore, in matrimoniũ
alicui conueniebat, quo cũ eo conſueſcebat,
quaſi cum iuſto perfectoq. marito: adeo vt ſi
vſus ille intra annum minime interrumpe-
retur, pro vſucapta haberetur. Vt enim in re
49 bus mobilibus † vſucapio pro emptore cõ-
tingit l. 1. & tit. ff. de vſucap. pro emp. in mu
50 liere † idem nupta vſu. Id autẽ ex lege duo-
decim tabul. licebat. Sanè ſi in matrimonio
anno permanebant, *Matrona (vt Gellius ait)*
51 tunc † *Dicebatur:* Et ſibi liberi non naſcerẽ-
tur, à matris ſcilicet nomine nõ adepto, ſed
cum ſpe & omine mox adipiſcendi. Hæc
52 neq. † manu, mancipioue mariti, neque ſui
erat iuris, quæ in poteſtate ſemper tutorum
53 remaneret. Inteſtata † autem deſcedente,
agnatus proximus ei hæres erat, quemadmo
dum idem cicero in topicis docet & Gellius
lib. 3. c. 2. & lib. 18. c. 6. Sed his aperta fron-
54 te Vlpianus repugnat † qui in l. 4. ff. de his
qui ſunt ſui vel alie. iur. ſcribit, *matrem fami-
liarum eodem modo dici quo patremfami. hoc
eſt quæ ſuæ poteſtatis ſunt, ſiue puberes ſint
ſiue impuberes:* vt his verbis non obſcu-
re oſtendat, matres, quæ huius connubij vſu
ſcilicet fierent, non in aliena fore poteſtate.
Difficilis certè obex. Hunc nouiſſimi quidẽ
impudenter effugiunt opinantes verſiculum
illum legis (ſimili modo matriſfa. quæ ſunt
55 ſuę poteſtatis) ſubducendum fore. At ipſe †
non aduerſari opinor, ſed cum ad inſtituti
ſermonis, & rubricæ rationem reuocandum
eſſe, vt qui non in alterius familia ſunt, pa-
56 tres & matreſfam. appellentur. Plane & ſi †
Gellius idem inter matronam & matrem fa
miliarum diſcrimen conſtituat lib. 18. c. 7. &
noſtri etiam aliquando legibus ſuis iuriſcõ-
ſulti. l. pronuntiatum §. matremfa. de verb.
ſigni. l. deinde ff. de libe. exiben. frequẽtius
tamen pro eodem vſurpantur, vt mulier ſit
lecta, pudica, & honeſta, ſiue ea vidua ſit aut
nupta l. probrum ff. de ritu nup. l. ſi vxor. ff.
ad l. Iuliam de adul. l. item apud labeonem
§. ſi quis Virginem ff. de iniur. Et cecinit
Tex.

Et mihi pro tumulo matrona glaucus erit.

57 Nuptiarum † autẽ dies legitimos tres fuiſſe
fertur: primus deſponſaliorum decubatio-
nis. Secundus, quo conuiuium celebrabatur
& ſponſa ni ſoceri ædes duceretur. Tertius
Repotia ideſt dies alter quo prior nuptiarũ
feſtiuitas repetebatur; die hoc ipſo ſponſus
affinibus conuiuium apparabat. ſi nupta erat
virgo in ſoceri domo thalamus parari ſoli-
tus erat, ſi vidua in domo prius ſponſi accu-
58 babat: is qui ſponſam † ducebat Nympha-
gogus nominabatur.

59 Feſtiuitas † ſub veſperum, aut noctu po-
tiſsimum agebatur in ædiũ limine, ad quas
ducebatur ſponſa, aquam & ignem appone-
bant vt ab vtroq. manu tangerentur, ipſaq.
nupta aquæ aſpertione luſtrabatur. Tum ex
igne illo faſces accendebantur ab Ædilibus
quinq. numero: cereos faſces appellabant.
Excera fiebant vt Plautus reffert, alij expi-
nua pinea ve teda cenſent. Ornabatur vir-
60 go † & comebatur: comam cuſpide aſtæ diſ-
criminabant. Tum veto operiebatur virgini
61 caput, & facies: Vnde ab obnubendo † Nup
tiæ dictæ ſunt.

62 Velum hoc † flammeum dicebant, quod
lutei eſſet coloris, ne virginis pudor prode-
retur, aut ſi quid in facie ruboris haberet, is
è velo non egenis micare videretur. Annu-
63 lum ferreum † dabat vir nuptæ ſine gemma,
vt ſimplicitatem, conſtantiã materia, & for-
ma perpetuam coniunctionem ſignificarẽt.
Hi veterum erant ritus gentilium Romano-
64 rum, Agnita † autem Chriſti fide alij cepe-
65 runt ritus celebrari: Niſi enim ſacerdotis †
præſentia connubium agebatur vt teſtatur
D. Ignatius qui & Apoſtolorum temporibus
vixit Epiſt. 11. ad Polycarpũ *decet* (inquit)
*vt & ducentes vxores & nubentes cum Epiſ-
copi arbitrio coniungantur, vt nuptiæ iuxta
præceptum domini, non autem ob concupiſcen-*

etiam voiſſe videantur. Sed & Tertulianus ad
vxorem ſcribens lib. 2. in fine enatrat cõſue-
uiſſe apud Eccleſiam mattimonia cõciliari:
id tunc fiebat cũ per Sacerdotẽ cõtrahentiũ
mutuo cõſenſu elicito, in vnũ poſt manus iũ-
gebantur, oſculi ſancti libatione per mixta,
denũ velatione: idem enim Tertulianus de
velandis virginibus c. 11. in fine hæc ſcribit.
*Ad deſponſationem velantur, quia & corpore
& ſpiritu maſculo mixtæ ſunt, per oſculũ &
dexteras,* Gregor. Nazian. ad Anſiũ ſcribens
cũ ad eius filiæ nuptias fuiſſet inuitatꝰ quod
infirmus eſſet ſe excuſans ait: *Animo & vo-
luntate ad ſum ſimulq; feſtum celebro, iuueni-
les dexteras interſe iungo.* In quarto Cartha-
ginen. conſilio. c. 13. benedictio Sacerdotis
illiuſq. verborum formula traditur: *ſponſus
et ſpõſa cũ benedicẽdi ſunt a Sacerdote a parẽ-
tibꝰ ſuis vel à paranymphis offerãtur, qui cũ be
nedictionẽ acceperint, eadẽ nocte pro reuerẽtia
ipſius benedictionis in virginitate permaneãt.*
66 Offerebatur etiam Miſſę † ſactificium, &
ſacra Domini nubẽtibus Hoſtia, auctore eo-
dem Tertuliano in lib. de Monogamia c. 11.
67 Denuntiationes † rurſus in Eccleſia fiebant
ne oculte matrimoniũ celebrari diceretur.
68 Sed de his latius Baronius † Cardinalis Il-
luſtriſsimus, vir eruditionis incomparabilis
to. 1. Annal. Eccleſię ſub Petri & Neronis an
no fol. 462. qui illic hęc non noue ſtatuta a
ſacro Tridentino Conſilio putat in c. 1. ſeſſ.
24. de reformatione matrimo. Matrimoniũ
niſi parrocho interueniente, & ab eo partiũ
conſenſu explorato perfici poſſe.
69 *Matrimonium* † autem diffiniente Iuſti-
niano, *maris eſt fœminæ coniunctio indiuiduã
vitæ cõſuetudinem cõtinens* §. 1. inſtit. de pat.
poteſt. l. 1. ff. de rit. nup. Hãc amplexi diffini-
tionẽ fuere & Romani Pontifices in ſum. 27.
q. 2. & c. illud de pręſumptio. eã oẽs diuini,
canonici, & humani iuris Interpretes ſequn-
tur teſtãte Brun. trac. de ſponſa. & matrimo.
1. concluſio. Did. in Epi. ad 4. 2. p. c. 1. n. 1. &
2. Matien. in glo. rub. n. 1. lib. 5. tit. 1.
70 Duplex eſſe affirmant ſpirituale † & car-
nale c. cũ ſocietas 27. q. 2. c. ſicut vir 7. q. 1. c.
quæ que cũ Chriſto. c. nuptiarũ 27. q. 1. Car-
nale rurſus triplex, ratum, legitimũ, ratum &
legitimũ; quę cũ paſsim per omniũ ora cir-
cumferantur omiſerim ſed non reticendum,
71 putatiuum † alteram matrimonij ſpeciẽ ad
notaram fuiſſe, ſed hæc in carnalẽ deſinit, &
72 veri matrimonij priuilegia † in multis cõſe-
quitur Bart. & poſteriores in l. ſi cũ dotẽ §.
fin. ff. ſolut. matri. Oſaſ. deciſio. Pedem. 77.
n. 21. 22. Viui. opinio. 487. á n. 6. inſignis de-
ciſio Rotæ Romanę. 605. 1. par. á n. 5. in no-
uiſsimis, Menochij tract. de præſump. lib. 4.
pręſ. 77. n. 8. idẽ Meno. late conſ. 490. á n. 1.
lib. 5. Molin. tract. de primog. Hiſpano. li. 3.
c. 1. n. 12. & ante eos omnes qui multos huiꝰ
matrimonij putatiui effecus recẽſet. Bal. No
uell. trac. de dote 11. par. §. hactenus expe-
ditũ eſt n. 29. cũ ſeq. & in numeros Tiraq. in
ll. connubiali glo. 8. á n. 234. Andr. Gail. ob-
ſeruatio. 112. n. 12. li. 1. Azpil. conſ. 3. n. 1. ti.
73 de ſpõſal. ſicut etiã † matrimoniũ pręſũptũ
Meno. trac. de pręſump. li. 1. quęſ. 47. á n. 6.
74 Rurſus & politicũ † recẽſere libet, cũ or-
bata Rege prouincia, Anabatarũ more ſine
duce decertãs populus de Rege eligẽdo cõ-
tẽdit, Regẽq. deligit: cõtrahitur enim Regis
cũ patria matrimonium, electione, & vel vt
quędã; cõiũctio indiuidua. Lucas. de Pen. in
l. quicũq. col. 2. de om. agro. deſer. Boe. trac.
de cuſ. claui. & por. ciui. nu. 71. 72. Rouil. de
75 ius. & iniuſti. c. 7. & qui eos † ſummæ erudi-
tionis vir inſignis recẽſet & memorat, Alex.
Rauden. reſpon. 3. num. 4. vol. 1.
76 Matrimoniũ fictum † aliud pręter oẽs eſſe
oſtẽdi cũ per procuratorẽ contrahitur; fingit
Canonicũ ius ab eo cuius nomine cõtrahitur
cõſtituẽtẽ, cõtraxiſſe & cõſenſiſſe glo. in c. fi.
in verb. idoneꝰ de procur. in 6. qui enim per
aliũ quidquã agit vel cõſentit id ipſum eum
feciſſe fingitur c. qui facit per aliũ đ reg. iur.
in 6. vbi glo. expræſsim matrimonij exẽplũ
perhibet & iuris id fieri fictione affirmat; nõ
enim procuratorẽ cõtrahere ſed cõſtituẽtem
videtur l. quod iuſſu alterius de reg. iur. glo.
in d. c. qui facit ſuſe Decius in l. is damnũ n.
5. vbi Cagno. & Mayne. de reg. iur. videtur
enim verbum fictionem inducit glo. Dec. &
alij in d. l. qui actionem de reg. iur.
77 Plane cũ matrimoniũ cõtractus ſit vltro †
citroq. obligatorius qui duorũ cõſenſu perfi-
citur viri & fœminę ꝓmiſsione & repromiſ-
ſione l. 1. & 2. ff. de ſpon. c. ſuper eo de cogna
tio. ſpiritua. c. nõ debet de cõſanguin. & affi-
nita. c. 1. de voto & vo. redemp. li. 6. Meno.
1. de arbi. iudi. quæſt. caſu. 420. n. 38. Et ante
Meno. D. Thom. in 4. d. 40. quæſt. 1. arti. 1.
Domi. de Soto ibidẽ quęſt. 5. art. 5. Tabien.
in ſum. verbo. matrimoniũ in 2. §. 6. Dida. in
epitome đ ſpõſa. par. 2. c. 6, §. 10. n. 17. Spin.
trac. de teſta. glo. 15. nu. 2. in fine Barboſ. in
rub. ff. ſolu. matr. 2. p. n. 84. qui alios idẽ. Me
no. trac. de præſump. li. 4. præſ. 183. n. 35. Et
quadam veluti emptionis ſpecies Tiraq. &
78 Meno. ſuperius relati, quemadmodũ † in cõ
tractibus quadã obſeruantur, an omnia ma-
trimonio cõueniant, celebris primũ arguta,
& vtilis etiam perueſtigatio eſt, quam nullus
hucuſq. adorſus fuit; in quibꝰ enim quatenus
Sacramẽtũ differat ſequẽti libro ſcripſimus.

SVMMARIVM.

1 *Contractus iuris gentium multi.*
2 *Matrimonium contractus iuris gentium.*

Matri-

Digitized by Google

3 *Matrimonium iuriſgentium primæui.*
4 *Pactorum obſeruatio neceſſaria.*
5 *Matrimonij obligatio à promiſſione viri & mulieris defluit.*
6 *Deportati & banniti quæ iuris ſunt naturalis retinẽt, ideo matrimoniũ cõtrahere poſſunt.*
7 *Edictũ de matrimonijs cõtrahẽdis permiſſoriũ.*
8 *Serui quo ad ius ciuile pro nullis habentur, ſecus de iure naturali.*
9 *Serui matrimonium contrahunt, quia iuris gẽtium contractus.*
10 *Excomunicati ab hominũ cõmunione priuati.*
11 *Excomunicati matrimonium contrahunt.*
12 *Profeſsio ab excomunicato facta valet.*
13 *Filijfamilias licet iure ciuili in parentum poteſtate matrimonium tamen quia iuris gentium rectè contrahunt.*
14 *Matrimonium ſine conſenſu parentũ validũ.*
15 *Filijfamilias in his qui ſunt de iure diuino non ſubijciuntur patri.*
16 *Filijfamilias in his quæ ſunt de iure naturæ non ſubijciuntur patri.*
17 *Filijfamilias in his quæ ſeruitutem perpetuã attingunt, patri obedire non tenentur.*
18 *Matrimonium ſeruitus perpetua.*
19 *Matrimonium dura ſeruitus.*
20 *Contractus naturalis patria poteſtate interdici non poteſt.*
21 *Hæretici, quia iura retinent naturalia matrimonium contrahunt.*
22 *Hæretici in gradib⁹ iure diuino prohibitis matrimonium non contrahunt.*
23 *Infideles quia iura naturalia conſequuntur matrimonium contrahunt.*
24 *Monſtra hominum matrimonium contrahunt.*
25 *Hermaphroditus ſi in vtroq. ſexu æqualiter incaleſcit, quem elegere teneatur, & qua ſolemnitate.*
26 *Hermaphroditus neutrum dicitur.*
27 *Hermaphroditos ſtatuta non continent.*
28 *Natura viri vel mulieris ſi quando immutetur facto matrimonio quid agendum.*
29 *Naturæ inſtrumenta ſi quando fuerint inuerſa, quid obſeruandum.*
30 *Caſsinus virgo factus cũ antea maſculus foret*
31 *Adoleſcentula ſub Alexandro ſexto Pontifice in virum transformata fuit.*
32 *Viri multi in fœminas tranſlati & fœminæ in viros.*
33 *Fœmina in virum euaſit in hac vrbe Barchinone anno 1601.*
34 *Matrimonium quia iuris naturalis, ſeruis & filijfamilias licitum.*
35 *Banniti deportati, & his ſimiles iura naturalia retinent.*
36 *Serui nequeunt obligari nec obligare, alimenta tamen petere poſſunt.*
37 *Filijfamilias aduerſus patrem agere nequeũt.*
38 *Filijfamilias aduerſus patrem in cauſa alimẽtorum rectè agunt.*
39 *Filiusfam. patrem pauperem tenetur alere.*
40 *Filiusfa. tenetur patri exuli alimẽta mittere.*
41 *Filius patrem hæreticum alere cogitur, ſed nõ pater filium.*
42 *Alimẽta publicatis bonis nõ cẽsẽtur publicata.*
43 *Matrimonium nulla lege interdici poteſt.*
44 *Matrimonium inuitis parentibus & Regibus rectè contrahitur.*
45 *Bannitus vxorem adulterãtem rectè accuſat.*
46 *Parẽtes & Principes quãdo poſſunt impedire matrimonia vaſſallorum vel filiorum, & quando excomunicati remiſſiue.*

COMPARATIO PRIMA.

MATRIMONIVM QVATENVS iuris gentium contractus, quid cum cæteris cõmune habeat, & quę inde vtilitas, pulcra & ſubtilis indagatio.

1 VT ex contractibus † multi iure
gentiũ inſtituti ſunt quales em-
ptio, venditio, locatio, cõductio,
paucis exceptis quia iure ciuili
fuerunt inuenti l. ex hoc iure ff. de iuſ. & iur.
2 ita † matrimoniũ Bal. in l. 1. §. ius naturale
ad finẽ de ius. & iur. ſed & ſuperat cæteros,
illi enim iuris gentium ſecundarijs vt in ipſa
lege glo. & Bart. docuerũt ſimul & alij poſt,
3 † at matrimoniũ primęuo: ſic enim Iuſtinia-
nus, naturale eſt quod natura omnia anima-
lia docuit: nam ius illud non humani generis
tãtũ propriũ eſt, ſed omniũ animaliũ quæ in
cęlo, quę in terra, quæ in mari naſcuntur.
Hinc deſcendit maris atq. fœminę con-
iunctio, quam nos matrimoniũ appellamus.
in princi. Inſtitu. de iur. natu. atq. huius iuris
eſſe affirmant Fortun. tracta. de vlti. fi. num.
132. Alfon. in ſpeculo coniu. 1. par. artic. 1.
Matien. in ll. Caſtellæ. glo. 1. rub. tit. 1. lib.
5. ordina. Dida. in Epito. de ſponſa. 2. p. c. 1.
nu. 6. & 7. Treuiſ. deciſ. 3. num. 16. lib. 2. Pe-
regri. tracta. de iur. fiſ. lib. 2. tit. 6. nu. 1. & his
non relatis Spin. tracta. de teſtam. glo. 14. n.
59. & 60. Et ne infructuoſa diſputatio videa
tur hæc primum ſequitur vtilitas quia cum
4 nihil magis † humano generi adſtipuletur
quam pacta ſeruare idque iure ipſo naturali
fuerit inſtitutum l. 1. ff. de pac. l. 1. de conſti.
5 pecu. c. 1. de pac. ex † promiſsione ipſa viri
vel mulieris defluit obligatio naturalis qua
quiſque alteri alter obligatur l. ſticum §. na-
turales de ſolut. l. cum amplius §. his natura
6 debet de reg. iur. ita fiet vt cum † deportati
& banniti eaq; iuris ſunt naturalis retineãt,
ciuilis perdãt. §. 1. 2. 3. Inſt. de capi. diminu.
l. 2. & toto titu. ff. de inter. & relega. contra-
here eos matrimonium poſſe nullus dubi-

tauit Triniſan.d.deciſio.3.nu.15.lib.2.Sed
nec deportatione diſſolui Petra.trac.ď fidei.
q.11.n.615.616.Etenim de cõtrahẽdis ma
7 trimonij ędictũ ✝ permiſſoriũ,vt qui expręſ-
ſim interdict⁹ nõ ſit cõtrahere poſſit c. cũ a-
pud & gl.in verbo ꝓhibitoriũ ex.de ſponſa.
Cæpha.cõſ.611.n.9.li.4.Meno.cõſ.102.nu.
8 26.li.1.ſerui quoad ✝ ius ciuile attinẽt ꝓ nul
lis habẽtur:nõ tñ(ait Vlpianus)iure naturali,
quia quo ad ius naturale attinet , oẽs homi-
nes ęquales ſunt.l.ꝙ attinet vbi Deci.&Cag
9 no.n.1.& 2.de reg.iur.cõtrahere ideo ✝ ma-
trimoniũ poſſunt c.1.& toto tit.ex.de cõiu.
ſeruo.Pereg.in trac.de iur. fiſ.tit.6.n.1.li.2.
10 Excomunicãti ✝ qui Ecclesię cẽſura ab homi
nũ ſint cõmunione priuati,Matth.c.18.ſi Ec-
cleſiã nõ audierit,ſit tibi ſicut Ethnicus & pu
blicanus & Paul.ad Theſalo.c.3. Dida. poſt
cæteros in c.alma mater in prin.n.1.& ſeq.
11 ď ſen.excõmu.✝ matrimoniũ cõtrahere poſ-
ſũt c.ſignificaſti ex.ď eo qui dux in matri ex.
cõm. Feli.in rub.de ſpõſa.n.6.glo.in c.illud
95.diſ.& in c.alma mater de ſenten.excom.
tex.in c.cũ illorũ de ſen.excõm.Did.in Epi
to.ad.4.2.p.c.6.n.3.qui alios recenſuit, & ſi
12 nullã reddat rationẽ:cõprobat autẽ, ✝ nã idẽ
eſt in ꝓfeſſione ab excomunicato facta, quæ
nõ ideo infringitur c.cũ illorũ ex.de ſenten.
excom.id ipſum. Tudiſ.in c.veritatis. ñ.35.
de do.& cõtu.Feli.in d.c.cũ illorũ,& in c.ſi.
de exceptio.ex. ab eadẽ deſcẽdit naturæ le-
13 ge,✝ filios in poteſtate parẽtũ cõſtitutos vxo
res ſibi ſpõdẽtes iure id facere:Et licet olim
quæſtio hęc anceps foret,nuptiæ enim an iu-
ſtæ eſſent & habiles Galli. maxime dubita-
rũt.Chaſ.qui multis vtrinq;adductis nõ iuſ-
tas ſcribit in Cathalogo glo.mun.12.p.cõſi-
de:36.verſ.quę quidem honeſtas.Coras.lib.
14 Miſcell.iur.1.c.17.frequẽtiori ✝ tñ aliorum
ſentẽtia receptũ ſcio,ſine his matrimoniũ fi-
liosfamilias recte cõtrahere Did. in Epito.
ad 4.2.p.c.3.§.8.á n.1.Viui,in cõm.opinio.
227.Matien.l.2.glo.2.tit.1.li.5.Clar.§.fin.
q.82.in verſ.circa matrimonia n.3.Gail.lib.
obſeruat.2.obſerua.95.n.5.Meno.cõſ.69.n.
1.cũ ſeq.Coſtan.trac.de ſpõſa.c.an nuptię ſi-
ne cõcẽſu patris &c.n.1.& n.100.vbi & ſacri
Tridẽtini Conſilij meminit Pechi.tracta.de
teſ.cõiu.c.2.qui fuſe Pale.trac. de nothis &
ſpu.c.8.n.1.Solon.de Paz.cõſ.20.n.7.Oddo
cõſ.79.n.15.Mencha.trac.de ſucceſſio.crea-
tio.2.p.§.10.n.626.poſt hæc ſcripta nouiſſi-
me Sanch.in commenta.de matri.lib.4.diſ-
pu.22.á num.2.& ſequenti.

Sed nũc dubitari nequit nã eos ſacra Tri-
dẽtina ſynodus dãnat qui cõtra ſentiũt. c.1.
de refor.ſeſſ.24.recte quidẽ,iure enim diui-
15 no ✝ patri fili⁹ nõ ſubijcitur in his quæ ius ip
16 ſum pertingũt naturæ,✝ vt in alimẽtis,gene-
ratione,atq.his ſimilib⁹ quibuſdã,in quibus
Deo ſoli parem⁹,quemadmodũ D.Th.expli
cat 2.2.q.104.in corpo.articuli.Matrimoniũ
autẽ his ſimile nemo nõ videt,à iure enim vt
17 antea ſcripſi naturæ dimanat. Sanè nec ✝ in
ſeruitute perpetua & indiſſolubili fili⁹ patri
obedit,vt Thom.Argen.docet in 4.diſ.29.q.
18 1.ar.2. matrimoniũ ✝ perpetua ſeruitus eſt.
Cæph.cõſ.421.n.1.li.3. Gail.obſer.94.n.7.
li.2.adde glo.celebrẽ in c.mulieri verb. ab-
ſolut.ex.de iur.iur.vbi poſt eã alij.Seyſel.in
l.1.ad fi.ď verb.oblig. Deci.cõſ.133.co.2.&
19 dicitur matrimoniũ ✝ dura ſeruitus Bal.in l.
in bonafide poſt principiũ C.de re.credi.Ne
uiz.in Syl.nup.li.1.c.2.n.5. Bero.q.55.n.2.
idẽ q.84.n.3.Meno.cõſ.60.n.69.li.1. Pariſ.
conſ.61.n.6.li.4.Alex.cõſ.192.n.7. & conſ.
155.n.4.li.5.Gram.cõſ.crim.26.n.17.Et in-
diſſolubilis nexus & nodus,vt in eo cõtrahẽ
do nõ patri filiũ obedire quiſq; dixerit;quã-
quã & peccare eũ aliquãdo nõ parẽtẽ infe-
rius oſtẽdã.igitur & ſi patria hæc poteſtas iu-
re ciuili tñ poſſit vt fili⁹ ſine patris conſenſu
obligari nequeat,vt nec ſtipulari ſibi vt ſer-
uus ſed patri poſſit,& in caſſum nitanť abſq.
patris auctoritate cõtrahẽtes,ꝙ ſit filius vna
cũ patre perſona §. ei vero qui innuti. ſtipu.
& §.itẽ inutilis eo.tit.inſtit.de patria poteſ.
l.ſi quis iuſſũ de acqui.hæred.quia vero iuris
20 eſt naturalis cõtract⁹,✝ patria nequit poteſta
te interdici.Ideoq;ex cõtractib⁹ cũ filijsfam.
celebratis naturalis obligatio oriť ex cõſẽſu
l.tã ex contractibus ff.de iudi.vbi Bart.Pau.
Curt.iun.& alij quinimo inter eũdẽ patrẽ &
filiũ cõtrahẽtes,oritur etiã naturalis obliga-
tio quæ tñ patri minime(ſicut in alijs cõtin-
git cõtractib⁹)acquiritur , foret enim veluti
mõſtruũ quoddã ꝙ idẽ ſibi ipſi eſſet obligat⁹,
quæ verior ſententia eſt ex. l. frater á fratre
verſ.cõtra ſi pater ď cõdi.inde idẽq.in ſerui.
cõtractu cũ dño,quemadmodũ late poſt cæ-
teros ſcribit Gutier.trac.de cõtrac. iur. p.2.
21 c.4.á n.1.cũ ſeq.Hęretici ✝ impudici & obſ
cęni,qui ſuo delicto inflagitia & mala omnia
dilabũtur ab Eccleſię gremio excluſi,ꝙ ſua
iniquitate ſe ipſos in malorũ omniũ pręcipi-
tiũ dederint & in capaces reddiderint,c.ex-
cõmunicam⁹.primo.§.credẽtes de hęret. le-
gatũq.his relictum nullũ ſit,quia nec inſtitui
poſſũt.c.ſi quis Eps ď hæret.Meno.qui alios
cõſ.185.n.14.Surd.in trac.de alimen.n.5.6.
& ſeq.tit.9.cũ iuris naturæ extorres nõ ſint,
& cõtrahere matrimoniũ poſſũt inuicẽ,vt in
fideles & mauri,cõtract⁹ enim(vt nõ ſemel
dixi)eſt iuris naturalis glo.ex.tex.in c.gaude
mus vbi Panor. & eo poſteriores docent de
diuor.Ioã.And.& Domi.Ant.in c.litteras ď
22 reſtit.ſpo.quãquã ✝ ſi in gradibus a iure diui
no ꝓhibitis cõtraxiſſent, nõ legitimũ foret,
glo.

Digitized by Google

glo.in d.c.gaudemus.Sed de his multa,cul-
tusq.diſparitate qui matrimoniũ impediat,
nubẽtiũ etiã pæna Did.in epito.ad 4.c.6.§.
11.à n.1. Azpil. cõſ.38.de ſpóſa.n.1.lib.4.
poſt Panor.in ca.fin.de con.apoſi.Syluest.in
ſum.verbo matrimoniũ 8.Neoterici Matiẽ.
li.5.recollatio.tit.1.glo.1.rub.n.161.Viual.
in cãde. aureo ti.de cult.diſpa.Verac.in ſpe
cu.cõiu.1.p.ar.32.Simã.in catho.inſti.ti.40.
à nu.17.Gaie.in c.limina 30.q.1.§.4.n.428.
Graph.2.p.deciſ.li.1.c.12.n.23.24. Regia
autẽ regni lege nr̃a cultus in nubẽdo diſpari
tatẽ Chriſtiani inſequẽtes grauiſſime puniũ-
23 tur:inter † infideles legitimũ dicitur matri-
moniũ quaten' contractus c.deinde 26.diſ-
tinct.c.fi.28.q.1.c.quãto in verſ.nã etſi ma-
trimoniũ vbi Panor.n.3.& poſt eũ oẽs ex.de
diuor.Azpil.in manua.cõfeſ.c.22.n 19.Did.
in epit.de ſponſa.glo.2.p.c.1.§.1.nu.4.& 5.
24 Plane & mõſtra † hominũ, quæ iudicio pol-
25 lẽt matrimoniũ cõtrahũt,† hærmophroditi,
nec enim ſupra vires naturę pcreãtur,ſed in-
ſuetas pręter aliorũ formas; Verũ nõ vtroq;
ſexu vtẽdi eis facultas datur,ſed eo tantũ in
quẽ incaleſcũt magis l.quæritur ff.de ſta.ho-
mi.cũ aliter horrẽdũ magis mõſtrũ pditer,
duos in vno matrimonio viros eſſe, duasq.
vxores,& ſi vicib' coirẽt parerẽtq; vterq; in
patiẽdo vxor,& gignẽdo maritus forẽt. Pla-
ne ſi æquali potẽtia in vtrũq;incaleſcant ſe-
xũ, quẽ malint deligere cogũtur quo vti ve-
lint:Electione facta vir alter,vxoris ali' fun-
gẽtur officio! Epi auctoritate id fiet ſacramẽ-
ti etiã adhibita religione, ita vſuros matri-
monio vti facta electio eſt.gl.Bal.& Guiler.
in d.l.quęritur.Silueſ.& Tabien.in ſum.ver-
bo hærmaphroditus. Demirãda ſane res cũ
26 hærmaphroditi † neutrũ ſint,nubere poſſint.
27 Hinc noſtrates docuerũt ſtatuta † munici-
palia quę mulieres cõtrahere niſi certa iubẽt
ſolemnitate, hærmaphroditos nõ cõtinere l.
hoc legatũ ff.de lega.3.qui tex.inſignis eſt ad
inſtitutũ Bal.in l.oẽs populi co.7.verſ.ſi ſta-
tutũ dicat ff.de iuſti.& iu.& in §.omniũ d ac-
tio.in prin. Et ſtatuta feudorũ ſucceſſionem
maſculis defferẽtia eos nõ cõprehẽdũt Bal.
cõſ.237.li.3.Ang.cõſ.256. Corn.cõſ.137.n.
10.li.2.recentiores in l.1.ff.de ver. obligat.
28 Ego vero aliquãdo in grauiorẽ incidi † du-
bitationẽ,quid ſi naturę calor immutetur,nã
id aliquãdo cõtingit,in his an maritus in vxo
rẽ mutabitur, aut vxor in virũ promiſſis ſtã-
dũ cẽſeo iuratis,& ſi hui' auctorẽ quæſtionis
legerim nullũ,ita Sacramentũ ſuſceperint:
etſi enim iteru agi Sacramentũ poſſit matri-
monij,& inter iterabilia(vt noſtri aiũt)nume
retur,in eiſdẽ nõ intelligere nubẽtibus, ſed
cũ moritur alter iterari denuo põt, Et quo-
ties morte matrimoniũ ſoluitur,quemadmo
dũ & Domi.Sot.Vict.& cęteri in 4.explicãt.
Viual.in Au.Cãde.tit.de Sacram. & turma-
tim cæteri.Graph.2.p.deciſ.li.2.c.1.n.5. Et
hæc cũ incaleſcẽdi aliquando vis fuit immu-
29 tata:Sed † ſi naturę inſtrumẽta inuet a,diſſol
ueretur matrimoniũ neq.à veritate rẽ alienã
30 aut fabuloſã teſtatur † Plin.li.7.c.4.qui in an
nalib' P.Licinio Craſſo,& C.Caſſio cõſ.Caſ
ſim filiũ puerũ ex virgine ſub parẽtibus factũ
legit,& iuſſu Aruſpicũ indeſertã inſulã depor
tatũ fuiſſe. Aul.Gelli.li.9.c.4.Licinicus Mu-
tianus pdidit,à ſe expectatũ Argis Ariſcõtẽ
virũ,cui nomẽ Arecuſa fuit,cũ antea vti fæmi
na ad nuptias traducta foret , in virũ euaſit,
barba & virilibus ortis,quæ & poſt vxorẽ du
xit quin idẽ ſcribit Smirnæ viſũ à ſe puerũ,
qui antea puella eſſet D.Aug.li.3.d ciui.Dei
c.31.eadẽ pbat , quin magis fæminas galli-
nas,& homines in maſculinũ ſexũ cõuerſas &
ea gẽtiliũ hiſtoricis libris enarrari. Volater-
ranus lib.29.tit.de Veſica. ad finẽ(mirabile
31 dictu)affirmat † Alexand. VI. Ponti.Max.li-
bellis ſupplicib' aliquãdo expoſitũ. Cũ ado-
leſcẽtula nupſiſſet,in virũ mox trãsformatã,
abſolutionis,expiationis,& diſpẽſationis er
go Pontificẽ adiſſe,à quo & diploma exora-
32 uit.† Bapt.Ful.li.1.regnãte(inquit)Ferdinã
do Ludouici Cuarne.Saleritani ex quinq. fę
minis filiab' duę Frãciſca,& Carola,poſt quin
tũ decimũ annũ nuptui traditę ſunt, & thori
vſu ambab' genitalia mẽbra in marũ morẽ
erupere:mutatoq;habitu,publice p maribus
habitę ſunt;Frãciſcus & Carolus nuncupati.
Ebuli quoq.ſub eodẽ rege,puellę viro deſpõ
ſatę primo tori vſu extractis mẽbranis, viri-
lia mẽbra pdierunt,quę domũ repetẽs, do-
tẽq.recuperãs,iudicio publico, interuiros p
viro ſemper habitus eſt idq;ita ſe habere An
dreas Eborẽſis ſcribit exẽplorũ memorabi-
33 liũ li.tit.d miraculis.Id idẽ † cõtigit in hac
alma vrbe Barchino.hoc ipſo anno 1601.cũ
enim pauper quędã puella à parentibus ſuis
nuptui tradita fuiſſet , neq. priori nocte vir
ab ea virginitatẽ p nimia arctitudine eripe-
re potuiſſet,omniũ cõſenſu chirurgo vidẽda
traditur,is mucrone pelliculã abſcindẽs qua
interiora tegebantur,illico virilia pdierunt
quę intus latebãt ex muliere vir euaſit,quę &
vt mulier in hac eadẽ vrbe baptizata erat re
ad Epum,& illi' Theologos delata declara-
tũ,nullũ matrimoniũ,& nũc rumor inualuit,
velle eã ipſã vti virũ matrimoniũ cõtrahere.
34 Ab eadẽ ipſa priori diſputatione † altera
pdit vtilitas quęſtionis:Nã ſi cõtract' eſt ma
trimoniũ iuris naturalis , & illud pręſcriptis
perſonis cõtrahere licet,nec act' vbi quiſquã
duorum nollet fruſtratorius ſit,ſeruis & filijs
etiã familias qui cũ alteri' ſint iuris & agere
nequeãt d.l.qp attinet d reg. iur. actio dabit:
ſi enim

Digitized by Google

ſi enim hoc cõceſsũ eſt cur nõ aliud ſine quo
act⁹ perfici nequit? l.2.de Iuris.omn. iud.nã
& ſi quę iuris ciuilis ſint amittant ſicut & bã-
35 niti ✝ quę tñ iuris ſunt naturæ retinẽt veluti
alimẽta l. ſi victſi vbi Bart.Himo.Ang.Ro-
ma.Alex.& Iaſ.ff. de re.iudi.& in ibi Zazius
l.3.ff.de his quæ ꝓ nõ ſcrip. haben. l.legatũ
ff.de c.dimi.idẽ Iaſ.in l.ex hoc iure n.49.vbi
36 cęteri ff.d̃ ius.& iur.Serui itaq. ✝ qui nequeũt
obligari l.in perſonã ff.d̃ re.iudi.l.ſerui d̃ ac
tio.& oblig.l.nec ſeruus ff.de Peculio, & qui
ꝓ mortuis habẽtur l. intercidit d̃ cõdi.& de-
mõſ.l.cũ hic ſtatus §.ſi donator. l. res vxoris
C.de dona. inter vir. & vxo. l. ex facto §.ſi
quis rogatus ff.ad S.C.trebellia. l.1. §.filius
qui mortis ff.ad S. C. Tertul.l.ſeruitutẽ de
re.iur.Nec obligare quẽquã ſibi , ad alimẽta
tñ agere poſſunt Iaſſ.in d.l.ex hoc iure n.49.
ff.de iuſ.& iur.retinent nãq.ſerui ea quæ ſui
ius natura poſſunt Gomeſi.2.to.de contrac.
c.1.n.3.Quã etſi vir impẽſe doctus Ioan.Pe.
Surdus quęſtionẽ in trac.de alimẽtis nõ per-
37 tingit.Ita ſane ✝ filius in poteſtate patris,qui
cũ aduerſus patrẽ agere non poſſit l.lis nulla
ff. de iudi.l.actiones ff.de actio.& obliga. vt
nec cõtrahere queat cũ eo,ſecũ enim iuris fi-
ctione pater paſciſceretur l.2.ff.de con. em-
ptio.l.2.C.de inof.donatio.§.itẽ inutilis in-
38 ſti.de inu. ſtipula. in ✝ ius patrẽ recte vocat,
alimẽtorũ cauſam perſequẽs l. ſi quis à libe-
ris ff.de libe.agnoſc.glo.in l.lis nulla ff.de iu
di.l.nec filiũ C.de poteſta.Cordub. latius in
d.l.ſi quis à liberis.Ita fit vt patrem filius in
matrimonio poſsit in ius vocare c.nõ eſt vo-
bis deſpõſa.Panor.Ant.Prepo.inibi Dida.in
Epit.2.p.c.7.n.4.nõ enim patriã curant iura
naturæ poteſtatẽ, nec ſcrupuloſam iuris Ro-
mani diſpoſitionẽ Oſaſ.deciſ.114.n.11.Cor
ne.in l.fi.n.5.C.de impub.& quæ à iure natu
rali deſcendunt, vlla, ciuili ratione perfringi
poſſunt §.fina.inſtit.de legi.agna.tutel. l.2.
de vſufruc.ea rer.quæ vſu.l.eas obligationes
ff.de capi.dimi.Surd.in tract. de alimen tit.
8.priuil.6.qui & deciſio 287.docuit minorẽ
pro matrimonio(cui alias iudicij , abſq. au-
ctoritate tutorũ ingreſſus interdicitur)recte
agere c.fin.ibi omnes de iudi.in 6. glo. in l.
ait prætor ff.de mino.Plane & cum ✝ turba-
39 to ordine filius egenũ patrẽ alat d. l. ſi quis
à liberis,& ſi deportatus ✝ pater ſit aut exul.
40 ad eum locũ patri alimenta mittet §. ſi vero
contigerit in auth.de inceſt.nup. collatio.2.
glo.ibi in verbo alia.Surdus ab alijs tracta.
de alimen.quęſt.16.nu.14.tit.4.qui & quęſt.
2.tit.7.ſcribit in his ſolũ iura naturæ intuen-
41 dum, atq; ✝ ideo filiũ hæreticum patrẽ alerę
cogi,quamquam conuerſo ordine filium pa-
ter minime;cuius non verã eſſe (niſi me inſ-
tituti operis ratio dimoueret)ſentẽtiã perſ-
picuo docerẽ;hinc illud publicatis bonis de-
42 linquentiũ, ✝ alimenta non publicata cẽſeri,
quæ in fiſcum minime tranſeant.Oſtẽdit Ca-
ual.in tract.de vſufru.mulierum num.238.&
Pereg.in tract.de iur.fiſci tit.1.n.123. Surd.
qui latius tract.de alimen.tit.9.quæſt.33.n.
1. & poſt alios Baiard. in additio. ad Clar.
quæſt.78.nu. 109. qui niſi Nellum recenſet.
Tertia quoq.oritur ab ea indagatione vtili-
43 tas,vt cum ✝ matrimonium iuris ſit naturæ
contractus , nulla ciuili poſsit lege tolli aut
immutari d.§.ſed naturalia de iur.natura.§.
fin.inſtit.de legit.agna.tutel.glo.Pano.Ant.
Barba.Felin.& Deci.in c.quæ in Eccleſiarũ
de conſtitu.glo.in l.fina. C. ſi contra ius vel
vtilitatem pub.glo.in l.fin.ff.de cõſtit. prin.
Iaſ.in d.l.ex hoc iure nu.49.ad medium. Ita
fit,vt inuitis parẽtibus filij vxores ducant. c.
44 1.de reforma.ſeſſ.24.Conci. Trid. inuitis ✝
etiam regib⁹ & regulis qui matrimonij ſtu-
deãt ſæpius libertatẽ violare, *& ab eis naſci iniurias viderim⁹ à quibus(ait ſacra Synodus) iura expectantur* c.9.de refor.matri.ſeſſ.24.
45 & non iniuria Triniſan. ✝ cum aliquãdo du-
bitaretur an bannitus vxorẽ adulterantem
poſſet accuſare,quod is publico foret iudi-
cio damnatus infamiſq. effectus l. infamẽ ff.
de pub.iudi. infames autem neminẽ poſſint
accuſare l.qui accuſare ff.de accuſa.ca. infa-
mes 6.q.1. iudicauit;tamẽ quę iuris ſunt na-
turalis & diuini non amitere,atq.ideo accu-
ſare vxorem potuiſſe deciſio. 3.lib.2.nu.14.
46 & 15.Quando autẽ ✝ principes & patres im-
pedire poſsint cũ ſuauitate tamen matrimo-
nia indigna vaſſallorum ſuorum & parentes
liberorum,& an ſint excommunicati paren-
tes Sanch.d.diſputa.n.7.& 8.cum ſeq.

SVMMARIVM.

1 *Promiſſio vendendi non eſt venditio.*
2 *Promiſſio donandi non eſt donatio.*
3 *Factum à promiſſione facti diſtinguitur.*
4 *Stante ſtatuto ꝙ de quolibet cõtractu ſoluatur gabella ex ſola promiſſione contrahendi non debetur.*
5 *Donare, & donare promittere differunt.*
6 *Renuntiare, & renũtiare promittere diuerſa.*
7 *Infeudare, & infeudare promittere ſeparata.*
8 *Promiſſio cedendi non eſt ceſſio.*
9 *Promiſſio contrahendi matrimonium, non eſt matrimonium.*
10 *Promittens contrahere matrimonium, non dicitur illud contraxiſſe.*
11 *Spondere aliquam promittens, nõ eſt ſponſalia contraxiſſe.*
12 *Promittẽs cõtrahere cogi poteſt vt id faciat.*
13 *Promiſſione ſola quilibet obligatur.*
14 *Diſpoſitio l. ſi quis argentum C. de donat. in ſola promiſſione verificatur.*

Pro-

15 *Promittẽs aliquam in vxorẽ ducere cogi poteſt vt id faciat.*
16 *Promiſſio ducẽdi aliquã in vxorẽ et ſi id nõ iurauerit, tenetur in foro cõſciẽtiæ adimplere.*
17 *Hiſpania tota promiſſionum obſeruantiſſima.*
18 *Hiſpaniæ Rex nullũ recognoſcit in ſuperiorẽ.*
19 *Hiſpanis nihil antiquius quam promiſſiones ſeruare.*
20 *Luſitania bonam fidem agnoſcit.*
21 *Hiſpania vlterior quæ Caſtella dicitur ſolam promiſſionẽ obſeruat, & æquitatẽ canonicã.*
22 *Hiſpania citterior quæ Aragonia dicitur ſolã fidem & promiſſionem obſeruat.*
23 *Cathalonia iuris canonici æquitatem ſequitur.*
24 *Barchinon. Cathaloniæ Metropolis vrbs antiquiſsima.*
25 *Barchinon. & alia pleraq; Hiſpaniarũ Regna ob fidem Romanis abſeruatam, iuris Italici libertate donata fuerunt.*
26 *Iulius Cæſar Hiſpanos in ſui corporis cuſtodiam habuit.*
27 *Numantia Regibus fideliſsima.*
28 *Saguntbus Romanis fideliſsima.*
29 *Iulius Cæſar, Diodorus, Florus, Marineus, & alij Hiſpanorum mores fidem præſtantiam & fortitudinem extollant.*

COMPARATIO. II.

CONTRAHENDI PROMISIO non eſt contractus, id ipſum in ſponſalibus & matrimonio etiam iure nouo Cõſilij Triden. erudite tractatum.

1 Conuenit matrimoniũ † cũ con-
tractibus, vt cũ in illis promiſſio
contrahendi vel vendendi vẽdi-
tio nõ fit, & qui donare promit-
2 tit † donare non cenſetur. Iaſſ. in
l. in bonæfidei per illũ tex. ff. de eo q. cer. lo.
l. ſi ſterilis §. penul. ff. de actio. emp. Boeri.
deciſ. 3. Deci. in l. cũ fundum §. ſeruum tuum
n. 1. de reb. cre. Auend. reſpo. 27. n. 4. Aluar.
Valaſ. deciſ. 83. n. 2. 3. diffuſe. Tiraq. de re-
tract. tit. 2. q. 5. nu. 30. cum ſeq. multis. Factũ
3 † enim regulariter a facti promiſſione diſtin
guitur glo. in l. in bonæfidei verbo conductorum
ff. de eo quod certo loco ibi Iaſſ. nu. 3.
Bart. & cæteri in l. ſi pecuniã. ff. de verb. obli.
Dida. Couar. var. reſol. lib. 3. c. 4. n. 7. Pinel.
in l. 2. C. de reſcinden. vẽdi. c. 3. n. 29. Ancar.
Rigien. q. 39. n. 1. lib. 1. Crot. conſ. 12. n. 7. 8.
lib. 1. Bero. conſ. 156. nu. 2. lib. 3. conſ. 157.
n. 22. lib. 1. Craue. conſ. 76. n. 5. Cæpha. conſ.
66. n. 20. lib. 1. Burſa. conſ. 100. n. t. li. 1. Me-
no. conſ. 92. n. 4. lib. 1. Rimin. iun. conſ. 31. n.
11. li. 1. dixit receptã Ioſeph. Ludo. in cõmu.
concluſ. 72. n. 1. Boer. deciſ. 58. nu. 4. Cagno.
4 in l. aliud n. 2. de reg. iur. Hinc † illud ſtante
ſtatuto quod de quolibet contractu ſoluatur
gabella, ex ſola promiſſione cõtrahendi nõ
debetur Caſtren. Et Iaſſ. in d. l. in bonæfidei.
Et aliud eſt fideiubere, aliud de fideiubendo
promittere l. ſi quis ſtipulatus ſit ſtichum §.
fin. de verb. oblig. Aliud redhibere, aliud de
redhibẽdo promittere l. quod ſi nolit §. in
factum ff. de edel. edic. Et promiſſio locandi
alia res eſt ab ipſa locatione Boeri. deciſ.
5 48. n. 43. Aliud † donare, aliud donare pro-
mittere, ideo promiſſio nullam ſecum fert
executionẽ Alex. in l. iuris gẽtiũ in prin. ff. de
pac. & alij quos Tiraq. de retrac. conuen. ad
finẽ n. 48. Galliau. in rub. de verb. oblig. nu.
113. quẽ reffere Meno. conſ. 92. n. 2. 3. lib. 1.
6 Aliud † renuntiare, aliud renũtiare promit-
tere Boer. deciſ. 3. Meno. 5. n. 3. idẽ in pacto
de vendendo vt aliud ſit ab ipſa venditione
Deci. in l. cum fundus §. ſeruum tuũ n. 4 ff. de
7 cer. peta. Meno. d. conſ. n. 4. Aliud † infeuda-
re, aliud infeudare promittere. Iaſ. conſ. 24.
col. 8. lib. 3. Meno. d. conſ. n. 3. Idem in pacto
de renouãdo emphiteoſim Ruin. cõſ. 167. n.
13. li. 1. Tiraq. & Meno. ſupra quemadmodũ
& in pacto de inſtituẽdo Ruin. cõſ. 9. n. 9. li.
1. Tiraq. de Meno. 5. adiungit Tiraq. & pro-
miſſionẽ decedẽdo & ſequitur Meno. d. cõſ.
92. nu. 6. Tiraq. in li. cõnubia. glo. 5. nu. 220.
8 Aliud extremo † q ad inſtitutũ noſtrũ perti-
net eſt cõtrahere cum aliqua matrimonium,
aliud cõtrahere promittere per illud enim ma
9 trimoniũ cõtrahitur, per promiſſionẽ † autẽ
etſi iuratã ſola ſpõſalia de futuro ca. iurauit
ibi Imo. 2. nota. & Panor. in 1. ex de iureiur.
c. ex litteris c. ſicut c. ſi inter deſponſa. neque
enim vt hec decidunt iura, per iurata ſpõſa-
lia matrimoniũ cũ alia impeditur. Cardin.
cõſ. 46. fuſe. Et eleganter Seraphi. tract. de
priui. iura. priuil. 23. n. 3. qui alios: qui igitur
10 † mulieri promiſerit, matrimoniũ contrahe-
11 re, nõ adhuc cõtraxiſſe cẽſetur. Et qui † ſpõ-
dere aliquã nec ſpõſalia eſſe Vincen. & Ioã.
Andr. in c. ſi inter de ſponſa. Henri. Bo. in c.
is qui fidem co. tit. Dida. in epito. de ſpõſa.
1. p. c. 4. n. 1. ad mediũ Tiraq. de retrac. li. 2.
12 §. fin. n. 53. At qui cũ promittẽs † cogi in cõ-
tractib⁹ poſſit l. ſi fideiuſſor. §. meminiſſe de
leg. 1. l. ſi quis ſtipulatus ſit ſtichum §. fin. de
ver. obligati. l. in bonæfidei §. ſi tamen ff. de
eo quod certo lo. l. ſi ſterilis §. fin. ff. de actio.
13 emp. Ex ſola † enim obligandi promiſſione
obligatus quilibet remanet, & facere quod
promiſſit cogitur, neque noua requiritur
obligatio. Roma. ſingul. 186. Socin. & Iaſſ.
in d. §. ſeruum tuum. Ruin. conſil. 12. num.
32. lib. 3. conſil. 19. num. 14. lib. 4. Afflict.
deciſ. 6. Gomez. in §. in perſonam num. 14.
inſti. de actio. Zazius. conſ. 10. num. 39. lib. 1.
Tiraq. tracta. de retract. ad finem num. 26.

& in

& in terminis promiſſionis de donando Me-
no. multos refferens d. conſ. 92.num.27. &
paulo infra ſcripſit eum qui ſic promiſit poſ-
ſe ad id cogi declarat multis Petra.trac. de
fideicom.quæſt.8. à nu.135.cũ multis ſeq.

Vnde dubitauerim maxime an vera ſit
deciſio, Theſaur. qui deciſi. Pedemontana
233.docet enim qui promiſit vendere verem
tradat ex eadem promiſsione cogi non poſ
ſe, vera enim non videtur & aduerſus com-
munes traditiones.

Et ad inſtitutum tractatus noſtri in ter-
minis ſponſaliorum docuit Dida. vbi ſupra
num. 1.Matien. glo. rubri.1. tit.1. num.43.
ad finem Gutier.tracta.de contrac.iurat.ca.
51.num.4.& paulo poſt citandi num.16.

Et his addendum quod ex communi re-
14 ſoluit † Iul.Clar.in §. donatio q. 14. in fine
diſpoſitionem l.ſi quis argentum C. de do-
nat. nedum in actuali donatione procedere
ſed & in promiſsione de donando, quam
dixit receptam auctoritate Soci. conſ. 102.
num.4.lib.3.& Gomez in §.in perſonam nu.
39.de actio.Rip.lib.3.reſpon.c.14.nu.1.

15 Vnde qui mulieri † fidem de ea ducenda
in vxorem dederit, adimplere promiſsionẽ
tenetur cap.ex litteris S. Syluani.cap. ſicut
16 cap. requiſiuit deſponſa. & ſi † promiſsio.
non fuerit iuramento firmata cap.de illis in
2.verſ.mulierem de ſponſa.impu.c.iuramẽ-
ti 22.q.5.& peccat mortaliter recuſans Pa-
nor.poſt veteres in c.de illis & in c.ex litte-
ris deſponſa. Didac. qui D. Thom. & alios
Theologos recenſet in loco citato, & addẽ-
di Spin.trac.de teſta.glo.15.num.79. & 80.
Matien,d.glo.1.num.43. Treius deciſ.9. &
deciſ.20.lib.1. Alex.de Nc. pr. poſi. Dida.
Carcer. Brunel. Grego. Gutier. Alze. Ma-
tien.Meno.Pala.Perreledo.Lope. Henrric,
quorũ communem dixit opinionem Sanches
de Matri.lib.1.diſpu.29.n.4.verſ.tãdẽ quia.

17 Quæ omnia cum † iure canonico vindicẽt,
tenacius Hiſpania obſeruauit, vel quia non
18 leges † agnoſcit Romanas nullumq. prẹter
vnum Deũ maximum illiusq. Pontificem Ec-
cleſię ſuę in ſperitualibus ſuperiorem agnoſ-
cat vt multis ſcriptum relinquit Cænedus
quem Illerdę olim ſtudioſum iuris agnoui
vt nunc cęlebrem ſpecto illius enucleatorẽ,
collecta.cano.70.nu.4. & collecta.65. nu.3.
aut quia fidem nuſquam defert promiſſam.
19 Nihil enim antiquius † Hiſpani habuere quã
fidem ſeruare idem Cęnedus qui multos ad-
duxit collecta 110.num.3.

Cui ipſe addiderim argumẽto eſſe, in om-
nibus vaſtiſsimę huius regionis cariſsimis
Regnis, Regijs cautũ legibus à Regib⁹ olim
fuiſſe, vt nuda promiſsionis fides veluti ſa-
cræ religionis iuramenti obſeruetur.

20 In Regnis Luſitanię † bona fides exube-
rat, & vim abditam veluti iuramenti habet
Aluar. Valaſ. deciſ.99.num.7.idem tracta.
de iur.Emphiteo.1.par.q.6.num.12.

21 In Caſtella quę vlterior † Hiſpania eſt lex
regia extat quę ad extremum æquitatẽ ca-
nonicam ſectatur l.3.tit.8.lib.3.Dida.in.ca.
cum in officijs n.9.in fine de teſtam.Gutier.
tract.de cõtract.iuratis 2.par.c.34.nu.6.

22 Id ipſum Hiſpania † citerior, quę Arago-
nia dicitur, illiusq. florentiſsima Regna tria
23 cuſtodierunt; Cathalonia † ex his inſignior
iuris canonici veſtigia calcat & implacabili-
ter ſequitur, notiſsimis huius regni legibus
conſtat.

24 Splendidiſsima hęc Cathalonia † Regio-
nibus, vrbibusq; nobilis patria ſęculorum ſe-
rie antiquiſsima, armipotens, fidei & fœde-
ris, quod cum Romanis olim percuſsit tena-
25 ciſsima, † ob egregiã in rempublicã inq. Im-
perium Romanũ inſignem fidem Italici iu-
ris, fuit libertate donata l.1.in principio iũ-
cta l.in Luſitania ff.de cẽſi.pleraq. illic Tar-
raconenſis (quæ vetus Hiſpania ab antiquio-
ribus appellatur) vrbis recenſet huius iuris
Paulus Luſitaniam totã, Pacenſes, Emeritẽ-
ſes, Valentinos, extremo famigeratam hanc
ab Hercule cõditam vrbẽ Barchinonẽ (Em-
porium Cathalonię nobiliſsimũ) memorat.

26 Sed & Iulius Cæſar † cui ſimilis nullus ob
Hiſpanorum fidem ipſorumq; pręſtantiam
Hiſpanos milites in ſui corporis cuſtodiam
habere ſolitus eſt vt Suetonius in eodẽ Cæ-
ſare ſcribit nu.86. *Suſpitionẽ (inquit) Cæſar
quibuſdã ſuorũ relinquit neq; voluiſſe ſe diu-
tius viuere: neq; curaſſe quod valetudine mi-
nus proſpera vteretur: Ideoq; & quæ religio-
nes monerent, & quæ renunciarent amici ne-
glexiſſe. Sunt qui putent confiſum eum no-
uiſſimo illo Senatus Conſulto ac iureiurando
etiam cuſtodias Hiſpanorum cum gladijs ſe in
ſp ctantium remou ſſe.* Hucuſq; Suetonius.

27 Teſtis Numãtia † quæ Liuio, Floro, alijsq.
vetuſtiſsimis Hiſtoriographis auctoribus à
Romanis, ſcipione duce obſeſſa annos qua-
tuordecim, cum haberet tantum quatuor
hominum milia, non ſolum ſuſtinuit, ſed &
vicit quadraginta milia Romanorum. Tan-
dem à Scipione poſteriore poſt longã & ar-
ctiſsimam obſidionem delata, cum etiã fa-
me (ne inclitam Regum, quorum tunc Impe
rio parebant, fidem fallerẽt) laborarent, nec
eis daretur iuſti certaminis copia, omnia ſua
ſimul & ſe ipſos igni immiſerunt.

28 Teſtis Saguinthus, † huius adeo fideles in-
colę Romanis extitere, vt ab Anibale ob-
ſeſſi menſes multos infractis obſtinatisq;
animis obſidionem pertulerint, maluerintq.
excidium expectare vrbis, quam deditionẽ
facere.

facere. Et cum iam ſalutem deſperarent, collatis in forum quæ vnicuique chariſsima erant, vndique circundatis accenſiſq; ignis nutrimentis ne à Romana ſocietate (quam ad vſque mortem comitabantur) deficerent, publico & communi rogo ſeipſos superiecerunt, dictu horrendum & mirabile. Cecinit Lucanus lib. 3.

Nec pauet hic populus pro libertate ſubire
Obſeſſum pœno geſſit, quod Marte Sagũtũ.

Et Sili Itali.

Quod tãto cecidit molimine grata Sagũthos

Idem ipſe alibi.

Eſt animoſa Saguntbos, conceſſere Alpes
Infœlix fidei, miſeriſque ſecundo Sagunthe

Mantuanus Saguntum fideliſsimam modulatur.

Tarraco Scipiadum labor, atq; fidele Saguntum Pompeyo.

29 Vt modo prætercam † Iulij Cæſaris commentaria Diodori, Flori, Marin. & aliorum qui Hiſpanorum mores, præſtantiam, in dimicando fortitudinem, & animi infracti vires miris extollunt præconijs: Neq; acta reccenſeo inuictiſsimi & fama orbe terrarum toto celeberrimi, (qui prior magni ducis nomen apud omnes fuit gentes cõſequutus,) Cordubę. Neq; Antonij de Leyua Caroli Quinti & Hiſpaniarum Regnis apud Italiam rei militaris præfecti, quem laudat Thom. tracta de Mune. Sictio. pauperes: Camill. Galli. in commentarijs de verbo. ſigni. lib. 10. cap. 14. num. 21.

Neq; hæc ſcripſiſſem niſi neotericus quidam me concitaſſet, qui nuper additiones quaſdas ad Iuli. Clar. prodidit quæſt. 32. nu. 25. is ſolo ductus delicto vnius infamis, notã Hiſpanorum lædit exiſtimationem quę non noſtrorum videris, ſed Italorum, exterarũq. gentium teſtimonio confutatum.

SVMMARIVM.

1 *Conſenſus in contractibus omnibus requiſitus.*
2 *Conſenſus in matrimonio requiſitus.*
3 *Pontifex Maxi. abſq; conſenſu matrimonia validare non poteſt.*
4 *Papa in deffectu conſenſus non diſpenſat.*
5 *Verba ad matrimonium non neceſſaria.*
6 *Conſenſus ſolum matrimonium perficit.*
7 *Conſenſus ſola cohabitatione non elicitur.*
8 *Conſenſus ſola carnali copula non declaratur.*
9 *Maria, IESVS mater ſantiſſima, virginitatẽ deuouit.*
10 *Matrimonium verum inter Sanctiſſimã Mariam virginem & Sanctum Ioſeph.*
11 *Matrimonium tanto magis perfectum quanto à carnali copula ſeparatur.*
12 *Conſenſus carnali copula implicite non explicite præſtatur.*
13 *Conſenſus appellatione, reciprocus intelligitur viri & mulieris, qui verbis datur.*
14 *Proteſtatio anterior an tollat conſenſum.*
15 *Proteſtatio ſola non diſoluit matrimonium ſequens.*
16 *Proteſtatio quæ parit peccatum non eſt attendenda.*
17 *Proteſtatio viri & mulieris ante matrimoniũ illud diſoluit.*
18 *Proteſtatio carnali copula poſt ſubſequta nullius effectus.*
19 *Proteſtatio generalis tollit conſenſum.*
20 *Matrimoniũ ex ſequenti copula præſumi, quoties præſumptio ab actu præcedenti oritur.*
21 *Matrimonium ioco contratum nullum.*
22 *Proteſtatio ex contrario actu tollitur.*
23 *Proteſtatio turpis & inhoneſta reijcienda.*
24 *Proteſtatio tanto minus valida quanto ex duplici cauſa infringitur.*
25 *Proteſtatio ſolius viri aut mulieris iuſto metu inducta matrimonium irritat.*
26 *Proteſtatio meticuloſa, ſpontanea copula purgatur.*
27 *Proteſtatio derogatoria ad matrimonium ex iuſto metu, matrimonium nullum reddit ipſo iure.*
28 *Acto matrimonio non cenſetur à proteſtatione receſſum quando proteſtatio fuit iuſta cauſa veſtita.*
29 *Proteſtatio metus ſuſicit & ſi metus non probetur.*
30 *Berous & Triuiſanus reprehenſi.*
31 *Copula ſequẽs an matrimoniũ poſt proteſtatione nõ cõtractũ validet, diſtinctione declaratũ.*
32 *Copula metu contracta maritali affectu cõtracta cenſetur.*
33 *Deus timendus, non ij qui corpus tantum occidere poſſunt.*
34 *Metus cauſa durante omnes actus meticuloſi præſumuntur.*
35 *Matrimonij ſacramẽtũ ludibrio eſſe nõ debet.*
36 *Metus quis conſtans dicatur.*
37 *Bonorum amiſſio an conſtans metus.*
38 *Metus an conſideretur in viro coeunte poſt contractum matrimonij.*
39 *Mulier inuita cognoſci poteſt, vir minime.*
40 *Panormitani opinio amplexata.*
41 *Solus cum ſola ſuſpitionem inducit.*
42 *Occaſio coëundi, metus memoriam aufert.*
43 *Libidinis ardor et occaſio intellectũ peruertit.*
44 *D. Hieronimi de fornicatione dictũ egregiũ.*
45 *Occaſio fugienda.*
46 *Virginitas, ſine conſenſu non amittitur.*
47 *Metus ſpontanea coitione, data libertate, purgatur.*
48 *Treuiſanus deciſio. 63. reprehenſus.*
49 *Metus iniuſte illatus matrimonium infringit.*
50 *Metus iuſtus non irritat matrimonium.*
51 *Copula poſt proteſtationem iure nouo Concilij Triden-*

Tridentini non ſufficit niſi adſit nouus conſenſus.

52 *Metus iuſti exceptio non fuit ſublata ex Cõſilio Tridentino.*

53 *Confeſſio ab vno ex coniugibus facta, ſe non animo cõtrahendi coiſſe, non recipitur.*

54 *Confeſſio ab vno ex coniugibus facta, coiſſe ſe non animo cõtrahendi aduerſatur iuris præſumptioni.*

55 *Confeſſio vnius ex coniugibus non nocet alteri cui præiudicare non poteſt.*

56 *Didaci opinio improbata.*

57 *Cap. atteſtationes de deſponſatio. impube. nouo & vero ſenſu perceptum.*

58 *Qualitas à natura indita facilè præſumitur.*

59 *Confeſſio coniugum reciproca de impedimento ſimul cum fama, matrimonium infringit.*

60 *Iudicis arbitrio plurimum tribuendum an cõfeſſio coniugum de ipſorum impedimẽto valeat nec ne.*

61 *Intellectus ca. ſuper eo. de eo qui cogno. conſan. & ca. is qui fidem deſponſa.*

62 *Confeſſio coniugum aduerſus præſumptionem iuris & de iure nulla.*

63 *Confeſſio aduerſus iuris Canonici diſpoſitionẽ nullius momenti.*

64 *Matrimonium an ſignis contrahi poſſit.*

65 *Matrimonium nutu, ſignis, & alia qualibet exteriori voluntate declaratur.*

66 *Verba ad matrimonium requiſita in ijs qui loquuntur in alijs ſigna ſufficiunt.*

67 *Cap. tuæ de ſponſa. declaratur.*

68 *Imola declaratio ad ca. tuæ de ſponſa. reiecta.*

69 *Didaci declaratio ad c. tuæ de ſpõſa. reprobata.*

70 *Cap. tuæ deſponſa. noue declaratum.*

71 *Copula ſequens matrimonium præſumptum indicat.*

72 *Conſenſus tacitus ad copulam ſufficit.*

73 *Tiraquelli opinio reprobatur.*

74 *Forma & materia idem ſunt in Sacramento matrimonij.*

75 *Cap. ſi inter de ſponſa. & tex. in ca. licet de ſponſa. duorum declarata.*

76 *Cap. licet verba eadem cum cap. 1. de reforma. matrimo. ſeſſionis 24.*

77 *Promiſſio præſenti facta, pactum dicitur.*

78 *Verba in pactis neceſſaria nullo iure probatur.*

79 *Furioſi & qui iudicio carent matrimonium nõ contrahunt.*

80 *Matrimonij contractus ſocietati admodum ſimilis.*

COMPARATIO. III.

VT IN COETERIS CONtractibus conſenſus exquiritur, in matrimonio præcipue; et an ſignis iure nouo Conſilij Trident. prolixe ſed vtiliter tractatum.

Conueniunt tertio, vt cum con-
1 tractus † omnes conſenſum exquirant l. 1. ff. de pactis c. 1. de reg. iur. & §. fina. inſtit. quibus modis tolli. obliga. l. 1. C. quan. lice. ab emp. rece. l. pro vt quiſq. ff. de ſolutio. l. conſenſu. ff. de actio. & obliga. qui nũtio, epiſtola, & per interpretem, præſtari poteſt d. l. conſenſu & l. 1. de verb. oblig. idem
2 in matrimonio † vindicat. Neq. aliud vtraq. clamitant iura Canonica & Cæſarea cap. ex litteris S. Syluani cap. ſicut, vbiq. Panor. & Præpoſitus. cap. iurauit deſponſa. cap. iurauit de probatio. inſignior tex. in cap. 1. cum locum cap. tuæ. cap. tua. deſponſa. cap. ſic quippe 27. q. 2. l. nuptias non concubitus ſed cõſenſus fuit. de reg. iur. Dida. in Epito. poſt vetuſtiores. 1. par. deſponſa. cap. 3. num. 1. & 2. & par. 2. cap. 2. num. 1. Spinus tract. de teſtam. glo. 11. nu. 6. & 7. Mozius de contrac. tit. de matri. in prin. Meno. lib. 3. præſump. 4. Gutier. lib. 1. quæſtio. cano. c. 18. Graphi. 4. par. deciſio. lib. 1. cap. 12. num. 25. Triuiſan. deciſio. 57. à num. 1. lib. 2. Pariſ. conſ. 51. num. 10. lib. 4. Azpil. conſ. 4. tit. de pac. nu. 4. lib. 1. & conſil. 3. de ſponſa. num. 3. lib. 4. Oſaſ. deciſ. 154. num. 6.

3 Vt nec Pontifici † Maximo legẽ vbi vellet liceret condere, qua ſublato cõſenſu matrimonium inſtitueret. Multis conuincit Dida. in Epito. de ſponſa. 2. part. cap. 2. num. 1. ad medium, & Azpil. conſ. 20. num. 2. tit. de
4 ſponſa. Nec Papa † ſuper deffectu conſenſus diſponere poteſt neq; eum ſuplere Panor. in c. per venerabilem num. 21. ex qui filij ſint legi. idem Azpil. conſ. 39. nu. 2. titu. de ſ-
5 ponſa. Enim † conſenſus matrimonia perficit c. ſufficit cum tribus ſeq. 27. q. 2. d. c. cum locum, & cap. cum apud deſponſa. cap. fina. vbi Panor. num. 3. deſpon. duor. l. cum fuerint de condi. & demonſtr. d. l. nuptias glo. in c. cum initiate & in eam. qua propter vbi Archi. 27. q. 2. Ruin. conſ. 150. nu. 17. lib. 5. Cur. iun. conſ. 170. num. 10. Deci. conſ. 112. poſt principium Gozadi. conſ. 77. num. 1. Pariſ. conſ. 86. num. 39. lib. 3. Dida. in Epito. par. 2. cap. 1. num. 2. & 3. & §. 1. num. 1. ita
6 fit vt nec verba † quemadmodum infra dicitur neceſſaria ſint.

Quę de conſenſu diximus de eo intelligẽda qui verbis exprimitur d. c. cum locum d. l. nuptias. in prin. inſtit. de nup. non de
7 eo † conſenſu qui cohabitatione elicitur, cũ alioquin inter fratrem & ſororem & alios conſanguinitate coniunctos, inter quos matrimonium conſiſtere nequit, præſumeretur;
8 Neq; de copulæ † carnalis conſenſu cũ ali-
9 ter inter beatiſsimã † Mariam & D. Ioſeph matrimonium non aſſoret, quia ſanctiſsima virgo

virgo virginitatem deuouit. c. ſufficiat §. ſi
20 ergo 27. q. 2. atqui verum † adfuit matri-
monium can.beata.can.coniunx can. omne.
27.q.2. vbi Turrecrema. & alij Tabien. in
verbo matrimonium in 2. q. 5. Caſſane. in
Burgun.rub.4.§.6.in verbo Mariç. num.17.
Lup.tracta.de matrim.num.29.& 33.& Di-
cam lib.3.q.3.amplia.3.
21 Sed & tanto perfectius † matrimonium
dicitur quanto à carnali copula magis ſecer-
nitur.Dida.qui in numeros ex Theologis &
noſtris recenſit in Epito.de ſponſa.2.part.c.
1.§.1.num.1.Graphi.2.part.deciſ.lib.1.c.1.
num.26. Vini. in cõmunibus opinione 808.
num.21.deciſ.Rot. Roma.in nouiſsimis 1.
par.deciſ.127.num.26. Azpil. conſ.3. nu.4.
tit.de frigi. & nouiſsime Barboſ. in repeti-
tione rubric.ff.ſolut.matrimo. num.80. qui
de citatis non meminit,non enim copula de
integritate & ſubſtantia dicitur matrimonij
poſt antiquiores Tabien. in ſum. verbo diſ-
penſatio.3.Aſten.lib.8.titu.7.arti.1.q.5.D.
Thom.in 4.diſ.26.q.6.art.4. Ricar.ibidem
art.4.q.3.Et Dom. de ſot.glo. inſignis in. c.
ex publico,in glo.final.de con.coniu.vbi Pa
nor.num.12.idem in cap.2.num.5.eo. titu.
& glo. in c. qua propter vbi Archi. 27.q.2.
Brunel.trac.de matrimo. conclu. 1.num.9.
Ioan.Lup.trac.de matrimo.1.par.num.29.
Dida.& alij ſuperius memorati.
22 Conſenſus enim qui copula præſtatur, †
non expreſſim (vt Diuus ait Thomas & Di-
da.in epi.& de ſponſa.2. par. c.3. in prin.&
latiſſime Spin.d.glo. 15. num.4. & 5.Pariſi.
conſil.51.num.10.lib.4. & conſil.59.nu.19.
eod.lib.)ſed implicite datur; vnde de con-
23 ſenſu expreſſo loquimur, reciproco † viri &
mulieris, qui verbis perſpicuo annuntiatur,
& quibus obligatio vltro citroq;contexitur,
& alteri alius obligatur ad morté vſq.,mor-
tem autem naturalem, qua ſpiritus exhala-
tur,non ciuilem, quæ matrimonium non in-
fringit.Sebaſt. Medi. trac. Mors omnia ſol.
concluſ.65.num.207. Triuiſan.deciſ. 57. nu.
2.lib.2.
14 Hinc illa † quæſtio finiri poteſt, cum quis
matrimonium contrahit & verbis expræſſim
conſentit,qui antea fuerat proteſtatus, non
ſe vere contracturum, an matrimonium va-
leat.In qua fore quinq. caſus conſiderandos
15 autumo.Primus † quoties ſolus ille,ante cõ-
tractum proteſtatur, nullo metu deterritus
ſed dolo, vt liberius mulierem deciperet
atq. ea frueretur: frequentior in hac ſpecie
omnium traditio. eſt, in foro iudiciali pro
matrimonio cauſam dicendam. Et ſi in inte-
riori,quod conſenſus deficiat Secus: cap.tua
nos de ſponſa. cuius textus extructura,quæ
ſibi ipſi aduerſari videtur, prima poſteriori
pars,ita intelligenda eſt, probat Panor. illic
& communem recenſet illius cap.ſenſum ex
Soci. conſil. 28. lib. 1. & conſil. 119. Dida.
de ſponſa. 2. part. cap. 2. num.2. in fine; Et
prçter eos erudite Beroi.conſ.25.nu. 5. qui
canoniſtas omnes hãc aſſerit obſeruare Gra-
phi. 2. part. deciſio. lib.2.cap.12. num.33.
Iacob.Meno.qui non horum meminit tract.
de præſump.lib.1.præſump.75.num.4.& 5.
qui eam poſt cçteros rationem prodit,quod
16 proteſtatio † peccatum pareret, at ea nullũ
iuris effectum tunc producere poteſt glo. in
cap. per tuas de con. appoſitis quam Panor.
Anto. Præpoſitusq. ſequntur idem Dida. in
Epito de ſponſa. 1. part. cap.4.§. 1. num.8.
Men.in tracta.de prçſump.lib.1.q.75.nu. 4.
& 5. idem Men. lib. 3. prçſum. 1. num.15.
Sanch.de matrimo.lib.2.diſpu.45.num.22.
17 Secundus caſus vbi ante † contractum ma-
trimonij vterq,vir & mulier proteſtantur,in
hac autem ſpecie cum vtriuſq. voluntas cõ-
ueniat, proteſtatio ſequens dirimit prçde-
fectu conſenſus matrimonium Panor.in d.c.
tua nos de ſponſa.Felin.in c.cum M.de con-
ſtit.num.80.Dida.2.par.cap.2.nu.3. Beroi.
conſ.35. num.12.volu.1. Graph. d.cap.12.
18 nu.33. Atq. id intelligendũ † eſt dummodo
copula carnalis comixtione poſt ſequta non
ſit,nam eo tunc proteſtatio reluctante poſ-
tea altero non officeret. Panor. Imo. Anto.
Felin.ſupra idem Panor. in cap. cum M. nu.
20.de conſtitu.Felin.num.80. Rip.num.95.
qui communem, Dida. ſupra & alij numero
plures quos reffert Meno.d.prçſump.1.lib.
3.num.15.Graphi.d.cap.12. num.33. & nu.
45.& 46.Azpil.conſil.8.num.3.tit. de ſpon-
ſa.Matien.lib.5.tit.1. glo.1. num. 66. Maſ-
car.trac.de probatio.2.tom. concluſ.1027.
num. 11.vbi citat textum in cap. ſuper eo &
in cap.per tuas de conditio.appoſi. vbi com-
munem dixit. Sic iuxta præſcriptam diſtin-
ctionem Menochius intelligendus eſt, qui
nulla diſtinctione habitâ proteſtationẽ ſcri-
bit nullius eſſe iuris. Et Sanch. de matrimo.
qui aliquos coaceruat d. diſputa. 45. lib. 2.
num.21.Contrariam ſententiam à nullo re-
latus Beroius conſ. 35. lib. 1. ſubtiliter de-
fendit.& multis rationibus. Hçc prior & ſe-
19 quens præcipuæ ſunt: Proteſtatio † quoties
generalis eſt ſponſaliorum aut matrimonij
actum antecedit,vtriuſq. concelebrata con-
ſenſu, in poſterum conſenſum deficere oſ-
tendit aperte, & cum ille neceſſarius ſit vt
antea docui,ita ab actu proteſtatione remo-
uetur,vt ſine conſenſu factus neutiquam va-
leat.& huius ſententiæ auctores dixit. Hen-
ri. Boſ.Anto.Innocen.& Hoſtien.in d.c. ve-
niens in 2.& in c.tua nos de ſponſa.
20 Rurſus ait tunc demum † ex ſequenti co-
pula

Digitized by Google

pula matrimoniū prꝑſumi,quoties prꝑſump-
tio ab aliquo actu præcedenti ſuboritur in
quo veluti in tutiſsimo Cardine afixa eſt:ſic
enim quotiens ſponſalia præ defectu condi-
tionis deficiunt,tunc nec copula prodeſt ſe-
quens,aut vbi inuicem maritus & vxor ſe ſe
mutuo abſoluerent & renunciarent cap. ve-
niens in 2. de ſponſa. non enim copula ma-
trimonium his in caſibus inducit præſump-
tum, quia conſenſus deficit, & quid confir-
met nihil inuenit.
21 His ſimile ait † quoties aliqui ioco & riſu
matrimonium contrahunt ſimulateſq; agūt,
ſi enim poſt coëant copula nihil operatur
ex defectu conſenſus Prepoſ. in cap. tua de
ſponſa.

Sed hęc opinio probari non debet. Ratio
prior tollitur nam & ſi proteſtatio indicium
ſit & veluti voluntatis ſignaculum contrariæ
ad ea, quę Bart. & poſteriores in l. non ſo-
lum §. morte de no. ope. nuntiatio. Canonici
Interpretes in d. cap. cum M. Ferrarienſis
22 de conſtitu. At quoties † ea copula ſequenti
contrariatur, ius à priore fuiſſe proteſtatio-
ne diſceſſum præſumit quia peccatum & ma
li ſuſpitio excluditur argu. l. merito ff. pro
ſocio, & nihil proteſtatio poteſt glo. in d. ca.
per tuas de condi. apposi. Men. qui hanc eſſe
communem reffert d. prꝑſum. 1. lib. 3. nu. 15.
& lib. 1. q. 75. num. 4. & 5. Nec ſecunda facit
ratio, quoties ſequitur copula, matrimoniū
autem duobus illis caſibus, aut præ defectu
conditionis, vel quod ſe ipſos liberarint di-
ſolutum fuit, nam in his nihil niſi vere actū
fuiſſe conſtat, atq. ideo copula matrimoniū
præſumptum vt noſtri aiunt minime opera-
tur: in hac ſpecie contrario actu à proteſta-
tione receſſum ius præſumit, quoties nulla
cauſa fuit emiſſa vt mox dicemus: glo. in ſig-
nis crebius recepta in d. c. per tuas de con.
Apoſ. vbi glo. ad medium magna docuit, eū
qui pendente conditione, facta interim pro-
teſtatione, carnali poſt innuitur copulæ, non
proteſtationem efficere quin iuris diſpoſi-
tione in matrimonium tranſitus fiat præ-
ſumptum, & eam illic ſequntur cęteri. & glo.
in Clemen. gratię de reſcrip. prima. Quę vti
23 † turpis proteſtatio & fomes peccati inho-
neſta etiam nulla cauſa adiecta, matrimoniū
nequit impedire, ideq. magis multo aſſeren-
dum, quoties proteſtatio pręcederet, poſt
matrimonium in facie Eccleſię ſolemnibus
24 adhibitis celebraretur, copula ſubſequta, †
quia duplex tunc vinculū eſt, & fortius agit;
auth. itaq. C. commu. de ſucceſ. vt in termi-
nis prior docuit Henri. Boi. in d. c. is qui fi-
dem de ſponſa. Cardina. in d. c. veniens in 2.
de ſponſa. Beroi. in d. conſil. 35. num. 8. & 9.
Neque extrema ratio opitulatur de his qui
ſimulanter & ioco matrimonium contrahūt:
nam vere id agitur pręter eorū conſenſum,
ideo copula ſequens facit nihil. argum. l.
obligationum ſubſtantia verſ. Nec enim ſi
per iocum puta vel demonſtrandi & intelle-
ctus cauſa ego dixero tibi, ſpondes? Et tu
reſpondes, ſpondeo: naſcetur obligatio ff. de
obligatio. & actio. l. diuus Traianus ff. de
teſtam. mili. §. 1. inſtit. de milita. teſtam.
25 Tertius caſus eſt, quoties ſolus vir, † aut
mulier, ante contractum matrimonij iuſto
metu proteſtantur, & de eo conſtat nō enim
matrimonium tenere, omnes aſſirmant, Pa-
nor. Anto. Imol. Felin. in cap. cum locum de
ſponſa. glo. in l. mulier §. ſi dos ff. quod me.
cau. & glo. in l. ſi pater ff. de rit. nup. Iaſſ. in l.
interpoſitas num. 1. C. de tranſ. Craue. conſ.
253. num. 1. Alex. reſpon. 5. num. 1. Dida. in
Epito. ad 4. 2. part. cap. 3. §. 5. num. 1. com-
munem itidem Grat. reſpon. 38. num. 7. li. 2.
Pariſi. conſi. 170. lib. 4. num. fin. Meno. lib. 3.
prꝑſump. prꝑſum. 4. num. 1. & 2. Triui. deciſ.
63. à num. 1. Grap. deciſ. 2. par. lib. 1. cap. 12.
num. 3. deciſ. Rotę Roma. nouiſ. 1. par. deciſ.
561. num. 3. Azpil. conſ. 27. de regula nu. 1.
lib. 3. An. Gail. l. 2. obſerua. obſeruatio. 93.
à num. 1. 26. Et nouiſsime his non adductis
Graſſ. tracta. de Exceptioni. 11. exceptione
num. 48. quamquam alios citet Sanch. ſupra
d. diſput. 45. num. 22. 23. niſi metus & prę-
26 cedens proteſtatio † ſequenti copula ſpon-
tanea purgaretur cap. ſignificauit. de eo qui
dux. in matri. qua. pol. per. Adulteri. Et ſi di-
ceretur copulam ſubſecutā in viro coactam
fuiſſe vt multis oſtendunt Dida. in Epito. de
ſponſa. 1. par. cap. 4. §. 1. num. 11. Maſcard.
2. tom. de pro. conclu. 1027. num. 10. qui ſo-
lum Dida. citat, latius Meno. qui tres recen-
ſet ſcriptorum rationes lib. 3. de prꝑſump.
prꝑſump. 4. num. 30. 31. 32. 33. Andr. Gail.
lib. 2. obſerua. obſerua. 93. num. 27. 28. cum
ſeq. diligenter aduerte, prędictos non loqui
in caſu propoſito, ſed generaliter tantum, aſ-
ſerunt, copulam ſubſequentem metum pur-
gare priorem, nec exprꝑſsim huius memine-
rūt caſus, vbi proteſtatio procedit illato me
tu ſuborta: Vnde in his terminis contrarium
conſuluit à nemine relatus Beroi. conſ. 35.
num. 19. lib. 1. & eandem ab alijs, & ſecun-
dum eam iudicatum Triuiſ. deciſ. 63. lib. 2.
à num. 1. qui non etiam Beroi. meminit.
27 Exiſtimant itaq. † proteſtationem deroga-
toriam ad matrimonium ſubſequens, ita il-
lud irritare, vt nec quod metus cauſa actione
opus ſit quod nullum ſit ipſo iure, cap. cum
locum vbi glo. & Panor. num. 2. & ibi cæteri
de ſponſa, neq; metus exceptione ſicut in cę-
teris opus eſt vt ſequenti libro dicam, diffe-
28 rentia decima ſexta. Iuxta enim † cauſa fuit
exprꝑſſa,

Digitized by Google

expręſſa, & ſufficit vt matrimonium impe-
diat, etſi copula firmetur: quia per actum cō-
trarium non cenſetur à proteſtatione receſ-
ſum quoties proteſtatio ipſa, iuſta fuit cauſa
veſtita: & hanc aſſerit communem interprę-
tum ſententiam Beroi. in d. conſ. 35. nu. 19.
29 in fine. Quinimo † addit idem Beroi. n. 20.
ſufficere proteſtationem indutam cauſa & ſi
aliter metus non probetur ex glo. in l. qui in
aliena §. Celſus ff. de acquir. hæred. quam ſe-
cuti fuere Imol. & Alex. affirmantes non ne-
ceſſe eſſe cauſam veri metus probare ſed
ſufficere ſolam proteſtationem verbo ex-
præſſam: quod tamen vt obiter hoc dixe-
rim verum non eſt, non enim prodeſt ſola
proteſtatio niſi probetur metus Rip. qui
alios in d. cap. cum M. Ferrarienſis num. 91.
& 92. Maſcard. tracta. de probatio. concluſ.
1051. num. 9. Honded. conſ. 29. nu. 54. Mari.
Anguiſſol. conſ. 48. nu. 10. Alban. conſ. 198.
num. 32. lib. 1.

Nec (inquit) vt ad inſtitutum reuertar,
oberit, copulam ſubſequētem ſpontaneam,
matrimonium ante nullum validum & ſta-
bile efficere, ad ea quæ interpræte in cap.
veniens primo de ſpōſa. & ante paulo ſcrip-
ſimus: Reſpondet veram traditionem in
dubio, quoties in copulam prorumpit nul-
lo cogente: præſumit enim ius tunc con-
ſenſum affore & animo contrahendi, & in
matrimonium cōſentiendi coiſſe. Atqui vbi
expræſſim de contraria proteſtatione ap-
paret in claris non eſt opus coniecturis l.
continuus §. cum ita cū ſimi. de verb. obliga.

Triuiſan. autem d. deciſione ſimpliciter
(nec aliam enim adfert rationem) commu-
nem fore ſententiam ait, non metum prote-
ſtatione fulcitum copulam ſtabilire ſequen-
tem. Difficilis certe obex quem vtinam an-
te me cæteri præuidiſſent. Non tamen igno-
30 rauerim † falſo Beroi. & Triuiſanum affir-
mare communem fore ſententiam, copulam
ſubſequentem præcedente metus proteſta-
tione matrimonium non efficere cum recep-
tior altera ſit, quam Panor. docet expræſſim
in d. cap. cum M. Ferrarienſis nu. 20. Felin.
num. 80. Rip. num. 95. qui de communi ibi
Iaſ. in l. non ſolum §. morte num. 14. de con-
ſti. Rube. num. 225. Dida. in Epito. de ſpon-
ſa. 2. par. cap. 2. num. 3. & 1. par. cap. 4. nu. 18.
Menoch. l. 1. præſump. q. 75. num. 4. & lib. 3.
præſump. 1. num. 15. Graph. 2. par. deciſ. l. 1.
cap. 12. num. 33. Id ipſum inſinuat Azpil.
31 conſ. 12. tit. de ſponſa. num. 2. An autē † vera
ſit dubitauerim. Sic itaq; diſtinguerē & con-
ciliarem, vt cum copula ſequens aut matri-
monium poſt proteſtationem contractū li-
bera ſunt, & ſecluſo metu aut coactione
perficiuntur, extrema & communis vindicet
ſententiā: tunc autem libere & ſponte per-
fici affirmant ſcriptores, vbi metus extin-
ctus omnino, & purgatus eſt, quę autem qua-
liaq. ſint ſigna & coniecturæ purgati metus
multas noſtri recenſent, ſed vnus Iacob. Me-
no. eas legit lib. præſump. 3. præſump. 4. a n.
24. At ſi metus duraret, quem etiam conie-
cturis perſeuerare conijcimus, quas idem ibi
nu. 22. adfert; matrimonium nullum eſſet, &
hoc in cauſa veriorem contrariam opinor
ſententiam. Addiderim ipſe aduerſus com-
munem Dida. & Menoc. Et ſi copula fuiſſet
ſubſequta eodem metu durante, & vir vi &
illato metu cognouiſſe mulierem aſſeuera-
ret: nam qui communem ſequuntur ſententiā
infirmis nituntur argumentationibus quarū
prior eſt, quod & ſi coniunctio fuerit metu
32 facta præſumendum † maritali affectu factā
fuiſſe potius quam fornicaria coitione, ne
coeuntem mortifere peccare dixerimus cap.
33 ſacris de his quæ vi. me. ve. † potius enim
mors oppetēda quam vt præcepta Dei trāſ-
grediamur can. ita ne. 32. q. 5. pie Azpil. qui
multa in ornatum in Manuali Confeſſorum
cap. 16. num. 1. in verſ. Neq. metus; is enim
metuendus, qui animam occidere non ij, qui
corpus tantum poſſunt: cui rationi Dida. in-
nititur & alij quidam eo priores. Suſtulit ra-
tionem Meno. ſupra num. 32. non in hac ſpe
cie agi de eo qui affectum fateatur marita-
lem, qui neget omnino ſe fornicario tantum
non vero concubitu coiſſe, in dubio autem
caſu ratio vindicaret.

34 Addiderim ipſe metus cauſa † durante
actus omnes meticuloſos pręſumi, ſed & ma
trimonium Panor. in d. c. cum locum in fin.
de ſponſa. Syl. in ſumma ver. matrimonium
8. num. 11. Riminal. iunior. conſ. 77. nu. 19.
inter conſ. matrimo. Corne. conſ. 91. nu. 11.
lib. 2. Triuiſ. d. deciſ. 53. lib. 1. Azpil. conſ.
24. tit. de reg. nu. 1. lib. 3.

35 At cum tanti † tamq. maximi Sacramen-
ti præſtātia eludi nō debeat nec quiſquā ore
quod corde inficietur affirmare poſſit quin
peccet, ad ea quæ Azpil. in c. humanę aures
q. 3. n. 16. & in c. inter verba præludio. 3. n. 3.
de pęniten. diſ. 1. & in Manuali Cōfeſſorū c.
11. n. 24. nec mētiri, & ſi in re leui liceat citra
venialis cōtractum peccati, ad ea quæ glo. &
alij in can. 1. diſt. 13. ſane ſi Dida. & aliorum
vera ratio eſſet metus viſq. incuſſa viro vt ma
trimonium contrahat, qui poſt contraxit, nō
illud infringeret; quod vere contraxiſſe cen-
ſendum eum opinaremur ne mulierem elu-
deret: hoc autē verū nō eſſe omnes fatentur.

36 Alteram adferunt † argumentationem,
plane ſophiſticam, metum eum leges intel-
ligere, qui conſtantem quemque hominem
poſſit inflectere cap. cum locum cap. veniens

cap. conſultationi de ſponſa. nec eum conſtantem recte nominari, qui fornicario complexu coierit: quod conſtans is ſit, qui cruciatus omnes corporis libenter quam peccare magis ſuſtinet. Refellit Menoch. num. 33. conſtãtem eum iura dicere, qui nec mortis ſolum metum paueat, ſed corporis etiam cruciatus pertimeat graues, ex Decio in l. in omnibus cauſis, Cagnol. ibidem de reg. iur. Magis eſt ſolius vexationis timorem iuſtum incutere metum l. nec timorẽ ff. de eo quod met. cau. & ſolius banni. Triuiſ. d. deciſio. 63.

37 Amiſſio † bonorũ, huius etiam generis alia, quæ iudicis relinquitur arbitrio iuſto, quem admodum ſcribit Menoch. de arbitra. iudi. quæſ. caſu. 135. num. 4. & Surd. deciſ. 194. num. 30. Burſat. conſil. 330. num. 66. Bernard. Gam. conſil. 97. num. 2. inter conſil. Gigan. Vitali. in tracta. de clauſu. titu. de Reduc. ad arbit. num. 76. Tertiam adducunt,

38 † in viro coeunte poſt contractum matrimonium, metum conſiderari non poſſe, cum ſi adforet nec coitus aut illius caperet virum

39 deſiderium. Mulier † enim vt Menoch. ait inuita cognoſci poteſt, vir cupidus niſi arrigit & coit, hanc ille preceteris tutiorem elegit rationem, riſu hercle. & ludo dignam. An non is homo eſt, & a ſe humani alienum nihil putare debuit, quid enim vbi vis ei inferretur niſi coiret quid ſi ſolus cum ſola clauſi tenerentur? quis niſi ſolius auxilio Dei immenſo tantam effugeret occaſionem?

40 Hinc Panor. † contrariam omnino prior in hac ſpecie ſententiam docet in cap. conſultationi quem Præpoſi. ſequitur de ſponſa. Pariſ. conſil. 58. num. 69. lib. 4. Azpil. in Manu. conf. cap. 22. num. 51. qui communem ſcripſit Triuiſan. d. deciſ. 63. Graph. 2. part. deciſ. lib. 1. cap. 12. num. 32. idem Menoch.

41 d. præſump. num. 34. Quinimo † ſolum cum ſola repertum præſumptionem coitus mutuam præferre Pontifex ſtatuit. in cap. litteris de præſumpt. Nec ſana ratio illa officit Menochij quod copula viri ſpontaneam

42 inferat voluntatem, non † enim in tam præcipiti anguſtaque occaſione vir conſtitutus, metus meminit, qui infeliciter, aduerſus Dei precepta occaſione capta præuaricetur lu-

43 xuriando. Submouit † enim libidinis ardor, & occaſio ſenſum & hominum peruertit intellectum, vt recte diuinus ille Oſeas vates 4. cap. *fornicatio inquit & vinum, cor*

44 *auferunt* quem locum D. exponens † Hieronymus. *Sicut ait vinum, & ebrietas mentem faciunt impotentem, ita fornicatio & voluptas ſenſum peruertit, animumque debilitat, & tandem de homine rationali, brutum animal efficit*. Idem Hieronymus in cap. legimus de conſacra. diſ. 5. puellę corpus frangunt & animum D. etiam Auguſt. lib. 1. Soliloq. cap. 10. *Nihil eſſe ſentio quod magis ex arce deijciat animum virilem quam blandimenta fœminea corporumque ille contra-*

45 *ctus*. Occaſionem † veteres præcipitem eſſinxerunt, in cuius effigiem Alciatus noſter pulchrum prodidit Emblema illud cuius initium.

Lyſippi opus eſt, idem altero emblemate acute.

Aligerum fulmen fregit Deus aliger igne
Deum demonſtrat vti, fortior ignis amor

Sed & piẽte Auctor poëſis de his quę iudicium peruertunt ſic cecinit.

Copia opũ, rerũ ignorantia, ſtulta iuuentus
Illuſit animum ſenſibus exoculant
Sicut bonos, virtutque minus, plus pulchra voluptas
Complaceat docet hoc iudicium Paridis.
Iunoni venerẽ qui prætulit: atq. Mineruæ
Filius vt Regis, Ruſticus & Iuuenis

Occaſio itaq. fugienda omnino, qua pleriq. deciderunt Azpil. qui multa in manua. conſ. cap. 14. num. 31. cum ſeq. & cap. 35. a num. 5.

46 Et quidem quæ Menoch. † de virgine ſcribit quæ inuita cognoſci poteſt recte: ſed eam vis excuſat maior. Et ſi fornicari cogeretur impudiciq; actus delectationem ſentiret, non ideo in eum actum conſentire diceretur, cũ naturalis præter cuiuſq; voluntatem delectatio obtingat, idque eſſet in medio ignis quemquam nec ardere: vnde virginitatem non amitteret: ita pręclare docuit doctiſſimus Azpil. in Manu. conſ. cap. 16. num. 1. circa principium. Exiſtimo itaq. coactam coitionem non matrimonium coactum perfice-

47 re. Temperarem † autem opinionem quoties liberam nactus occaſionem ſponte coit; Qui a vinculis aut carcere, vel clauſa domo exiens cum muliere denuo congrederetur, & cum iudicis poſſet auxiliũ implorare & conquere, non fecit, vt Meno. lib. 3. præſum. pręſum. 4. ã nu. 24. Graph. d. c. 12. nu. 31. 32. 33.

48 Vnde ipſe † non tute exiſtimo Triuiſanum decidiſſe d. deciſ. 63. qui in illius caſus ſpecie iudicauerit matrimonium nullum. Primo quia vir ille niſi mulierem vxorem duceret à Senatu banniri iuſſus veneto, matrimoniũ nedum perfecit, ſed & cum liberatus fuiſſet, ea cum duobus cohabitauit menſibus, tecedere illico potuit & nõ abijt, proteſtari etiã nec fuerit proteſtatus, quę omnia metus arguit purgamen Meno. de præſum. li. 3. præſum. 4. ã nu. 24. & mutata voluntas cenſetur l. ſi ita ſcriptum de hære. inſtit. l. 3. §. fin. de adimen. lega. Did. ſupra & Graph. d. c. 12. n. 33. Sed & fortius aduerſus deciſionem illam

49 pugnat, Metum † tantum iniuſtè illarum

50 matrimonium infringere, iuſtus enim † non infirmat.

infirmat. Hinc ſentiunt omnes, non metu
reſcindi poſſe matrimonium illius, qui cum
ad mortem damnatus foret, ea ei lege re-
miſſa eſt pæna, ſi ex meretricibus vnam vxo-
rem duceret, quemadmodũ Hiſpanici ſcrip-
tores recte docent Dida. Couar. in epito. de
ſponſa. 2. par. c. 3. §. 4. n. 17. Viual. in cãdela.
aure. tit. de matri. nu. 63. Alpho. de ver. cru.
in ſpecu. coniu. 1. par. art. 8. Azpil. conſ. 17.
nu. 2. lib. 3. tit. de regula. ex traditione Bart.
in l. ſi mulier per illum textũ. ff. de eo quod
me. cau. vbi poſteriores docuerunt. Et cum
ſententia damnatus ille foret banni, niſi vxo
rem duceret, quam deceperat cui acquieuit,
metum non iniuſtum fuiſſe reor. ſed de hoc
metu contracto matrimonio ſuſe infra li. 2.
differẽtia 17. Duo antẽ quæ ius nouiſſimum
51 † ſpectant ſacri Concilij Tridentini ad ea,
quæ ſuperius ſcripſi animaduertenda ſunt.

Primum hodierno iure dicti Concilij non
ſufficere copulam poſt proteſtationem ad
inducendum matrimonium quia contractus
ab initio nullus, ſequenti copula ratificari
non poteſt, niſi accedente nouo conſenſu
coram Parocho, & teſtibus iuxta cap. 1. de
reform. matrimo. ſeſſion. 24. & docet in ter-
minis Matien. in glo. 1. rubri. titu. 1. lib. 5.
num. 66. & num. 57. & 63. Gutier. lib. 1. ca-
no. qq. cap. 18. num. 1. 2. & ſequent. de quo
articulo latius lib. 2. diff. 17. num. 40. & poſt
num. 70.

52 Alterum metus exceptionem † etiam iu-
re hodierno iuſte opponi poſſe aduerſus ma
trimonium, quoniam dici matrimonium ne-
quit, cum metu contractum dicitur l. metum
§. volenti. ff. quod me. cau. Alex. & Bar. in l.
1. §. & parui num. 7. ff. quod vi aut Clam.
Aſini. in pract. §. 31. cap. 36. neq. vbi adeſt
metus actus valere poteſt etiam de iure na-
turali. Innocent. in cap. quod ſicut in gloſ.
magna num. 11. de electio. Bal. in cap. 1. §.
item ſacramenta num. 1. & 9. de pace. iura-
men. firman. Cœpol. conſ. 40. ciuili in fine
Marſi. conſ. 8. num. 16.

Et deniq; ſtatutum excludens omnes ex-
ceptiones, metus exceptionẽ excludere non
cenſetur Deci. in cap. ex. par. in 2. nu. 60.
vbi Felin. num. 10. de officio. delega. Meno.
qui alios trac. de præſump. lib. 2. præſum. 48.
num. 17.

53 Quartus caſus, quoties poſt † contractum
matrimonium & ſequtam copulam ex his al-
ter affirmaret, ſe non animo cõtrahendi coiſ-
ſe: confeſſio enim hęc nõ à iure recipitur præ
ſumit enim, & iuris & de iure pręſumptio
eſt, ſequtam ideo coitionem, vt matrimoniũ
perficeretur cap. is qui fidem de ſponſa. glo.
ibidem & cæteri, & ea veluti nouo ſuperue-
niente conſenſu priorem voluiſſe coëuntem,
promiſſionem cõfirmare Panor. & Canonici
iuris interpretes ſupra Alcia. de præſump.
reg. 3. præſump. 38. Dida. in epito. de ſpon-
ſa. 1. par. c. 4. §. 1. nu. 1. Et qui alios Meno. de
præſump. lib. 3. pręſump. 1. nu. 6. & 7. Andr.
Gail. obſeruati. lib. 2. obſerua. 93. num. 27.
Graph. 2. par. lib. 1. c. 12. nu. 45. & 46. Maſ-
car. 2. tom. de proba. conclu. 1027. n. 3. & 4.
nouiſſime Patia. tract. de proba. lib. 1. ca. 38.
54 nu. 17. qui eam reddit rationem † poſt alios,
quod aſſertio confitentis, & ſi ab animo pẽ-
deat & conſequenter ei ſtandum videatur,
cum tamen ſinius in materia in qua vnus al-
teri præiudicare non poteſt, non ſtabitur hu-
iuſmodi aſſertioni in alterius præiudicium
Sanch. ſupra num. 18.

55 Hæc igitur vnius confeſſio † nihil prodeſt
aduerſus iuris & de iure præſumptionẽ, quæ
non infringere matrimoniũ poteſt contractũ
c. ſuper eo de eo qui cogno. conſan. vxo. ſuę.
56 Dida. † vero diſcentit. d. §. 1. n. 4. *Nam etſi
confeſſioni inquit litigãtis aduerſus matrimo-
nium non ſtetur, at illius probatur, qui cõten-
dit, matrimonium cõtractũ, & valuiſſe aduer-
ſus ſui ipſius confeſſionẽ ex glo. & tex. celebri
in c. atteſtationes de deſponſa. impub.* Arguta
ſane obiectio ſi vera foret (& ſi aliter atque
aliter Meno. in huius obicis diſſolutione la-
borauerit in d. præſump. nu. 11. & 12. & de
arbit. iudi. lib. 2. caſu 103. num. 7. & 8.

57 Ipſe illius † capitis, atteſtationes, verũ prę
ter alios ſenſum docui, ideo illic confeſſioni
coniugis aduerſus ſe ipſam ſtatũ, quia cõfite-
retur ea quę ius ipſum, niſi cõtrariũ probatio
oſtẽderit, pręſumit: confeſſa mulier fuit virũ
nõ dũ puberẽ virginitatis tentaſſe clauſtrum
perfringere: præſumit ius hunc adhuc impu-
berẽ impotentẽ; nec copulę aptũ aut coniũ-
ctioni muliberi & ſi ſecus, ſi malitia vti gloſ.
ait ætatem ſuperaret glo. & tex. in ca. pube-
res ex. de deſponſa. impube. Graph. d. c. 12.
nu. 9. Viui. opini. 491. nu. 1. Sed & confeſſa
ibi mulier, ſe virginem euaſiſſe, & cum qua-
58 litas † quidem ſit à natura indita facilime
præſumitur Panormit. Cardin. & alij in cap.
1. num. 5. de adulte. Crauet. qui multos con-
ſil. 166. nu. 5. Maſcar. tract. de proba. iſque in
numeros recenſet concluſ. 1410. à num. 1.
Alciat. de præſumpt. regu. 3. num. 1. diffuſe
Meno. trac. de pręſump. lib. 6. pręſum. 89. à
num. 1. Triui. deciſ. 26. lib. 2. nu. 16. quare a
crebiori recedendum ſententia non eſt, quã
ſequitur Maſcard. tracta. de probat. 2. tom.
conclu. 1027. num. 6. 7. 8.

59 Quintus caſus † ad eos pertinet, qui matri-
moniũ infringere nolint, ambo vero impe-
dimentum fatentur, ſi enim cum his & fama
conueniat his credendũ eſt Panor. in c. ſuper
eo. nu. 6. de eo qui cogno. conſ. vxo. ſuæ Me-

 no,

60 no.d.c.103.nu.9. † qui in id plurimum iu-
dicis arbitrio tribuit, vel colluſionis aut al-
terius mali intuitu, & ante eum Dida.d.c.4.
§.1.nu.4. Circunſpectus igitur iudex cuncta
rimabitur, ſed de hac quæſtione 1. latius cō-
61 para.15. Neq. † omnino diſplicet Menochij
animaduertio quædam quid d.præſump.1.n.
12.opinetur, ſummam fore conſtituendam
differentiam, inter cauſam d.c.ſuper eo.& c.
is qui fidem de ſponſa. Nam in priori capite
non coniuges inficiantur conſenſum, contra-
ctumq; vt antea dixi matrimonium, ſed diſ-
ſoluendum aiunt aut thorum cōiugalem ſe-
parandum, quibus niſi fama, aut alijs confeſ-
ſionem iuuantibus non creditur; facile enim
ſic coniuges colluderent, & nexum hūc alio-
quin indiſſolubilem intercinderent; hoc au-
tem graue eſſet & ingens reipublicæ Chriſ-
tianę malum, cui obuiandum eſt l. in fundo
de rei vēdica. in c. is qui fidē, matrimoniū igi
tur, an ſit contractum ob præſumptū conſen-
ſum: ex ſubſequta (vt antea dixi) copula præ-
ſumitur. At cū vterq. non animo contrahen-
di fatentur coiſſe, conſenſus ſublatus eſt ille
præſumptus, ita fit vt matrimonium non diſ-
ſoluatur, ſed non cōtractum declaretur. Ve-
62 ra † tamen animaduertio non eſt cum præ-
ſumptio ſit iu. & de iure, aduerſus quam ni-
hil coniugum confeſſio poſſit, vt nec ſecun-
dum palam & ſolemnijs adhibitis celebra-
tum matrimonium illic valeat, quod primo
infringatur præſumptio: lex enim canonica
63 verum † eſſe iudicat, & in contrarium nullā
admittit probationem d.c. is qui fidem in 1.
par. Cęterū quoad caſus alios pertinet ſpon-
ſaliorū Meno. adeundus qui non indiligēter
eos ſecernit & explicat d.caſu 103. nu.1. cū
ſeq. & d.præſump.1.num.2. dicemus in com-
paratio.15.

64 Secundo ea † terminari quęſtio pōt vtrum
matrimoniū ſicut alij cōtractus, ſignis perfi-
65 ciatur. Plane in reliquis † cōtractibus docent
omnes, nutu, ſignis, nuntio, epiſtola, & vocib⁹
conſenſum recte exprimi: l. pater naturalis
ff. de adop. l. conſenſum ff. de actio. & obli-
gatio. niſi lex expręſſum vellet adhiberi, nec
enim tūc tacitus qui ſignis elicitur ſufficeret:
Tiraq. de ll. connubia. glo.7.nu.7. & licet is
inibi caſus adferat quoſdam in quibus ex-
præſſus exigitur, alios qui tacito perficiuntur
66 conſenſu, quoad † matrimonium ſpectat, cre
bius creditum eſt, ſignis, nutu, qualitercunq.
volentis nubere voluntas conijciatur, matri-
monium recte confici. Nam ex accidēti ſub-
ſtantia immutari nequit, matrimonium autē
& mutus contrahit c. cum apud ex. de ſpōſa.
id autem ſi verbis opus eſſet non poſſet. &
in hanc itum fuit crebius opinionem glo.
Panor. Imol. Præpo. Anton. Cardin. atq. alij
in c. tuæ ex. de ſponſa. ex Theologis fere
omnes, eos recenſet Dida. in Epito. ad 4. 2.
par. c.4. à nu.1. quibus addendi ex iuris ciui-
lis interpratibus Alex. conſ.146. lib.5. idem
in l. de pupillo. §. meminiſſe ad finem vbi
communem. ff. de no. ope. nuncia. Faber. An-
gel. & Iaſſ. & Porti. §. nuptiæ inſtit. de nup.
Boeri. deciſ.1. num.18. idem vtramq. exa-
gitans quæſtionem diffuſe conſ.40.n.21. ali-
bi. Did. in relectio. c. quamuis pactū de pact.
in prin. nu.4. Graph. d.c.12. nu.10. ad finem
Viui. opinio.488.n.1. Carroci. trac. de iura.
deciſ. quæſt.11.13. in prin. nu.2. & 3. Docte
Azpil. conſ.38. nu.12. tit. de ſponſa. & pau-
cis relatis Spinus tracta. de teſtam. glo.15.
nu.4. & Matien. in lib.5. tit.1. glo.1. rubri. n.
22. Mando. qui communē ad Lapp. allega.
56. litter. Y. vbi multos recēſet Viual. ſed &
Grego. Lop. Maſcar. Matien. Huma. Care.
Dida. Alex. de Neuo. & alij plures quorum
communem duxit opinionem Sanch. de Ma
trimo. to.1. lib.2. diſpu.31. à nu.5. & ſeq.
67 Aduerſant autem † ſententiam gloſ. docuit
Henri. Boy. & ex vetuſtioribus interpretib⁹
quidam, quos Panor. memorat in d. c. tuæ &
Dida. in d.c.4. & pretereos in eandem conſ-
cendit nouiſſime Tiraq. ad ll. connubia. glo.
7. nu.17. verſ. facitq. & Præpoſ. qui communē
in d.c. tuę, at ij aiunt in his, qui loquuntur, ver
ba exigi, quibus mutuus dignoſci poſſit con-
ſenſus, in alijs ſigna exteriora ſufficere cap.
tuæ de ſpōſa. Porro. cum certa ſit verborum
formula ait Tiraq. in matrimonio ſtatuta c.
ſi inter de ſponſa. c. licet. ex. de ſponſa. duo.
ab ea forma recedendum non eſt. Dida. ſuſ-
tulit obiectum c. tuę de ſponſa. dupliciter:
primo Roma. Pontifex verba voluit, ſcilicet,
quibus certior conſenſus probatio deſluat,
68 quemadmodū illo priores, imo † & alij qui-
dam tradiderunt. Non tuta autem reſponſio
eſt: quis enim dubitare poteſt verbis expręſ-
ſis probationem elici dilucidam, & perſpi-
cuā, nec magis turpe eſſe poteſt (inquit) idē,
quam aduerſus ea venire, quę quiſpiam dilu-
cida eſt voce proteſtatus c. per tuas de proba
tio. quis etiā dubitare pōt expræſſum verbis
cōſenſum, tacito qui ſignis, aut nutu elicitur
præſtātiorē: ad quę oēs in l. nō ſoiū §. morte
de no. oper. nūtia. in c. cū M. Ferrarienſis de
conſtitu. de indubitabili igitur ſenſus eſt qui
69 recipi nō pōt. Aliter † idem. Dida. & cū tex.
vellit verba, exponēdus ſit, id eſt ſigna expri-
mēria cōſenſum neceſſaria ſunt: interquę ver
ba principatum ait ille obtinēt: Deterior, &
quę tali, & tāto viro digna nō eſt interpręta-
tio; vt me eam referre pudeat: quaſi verba &
ſigna eadē ſint, quā abſurdū autē id ſit, nullus
ignorat: Nā Innocētius aperte tertius in d.c.
tuę verba a ſignis diſiūgit vt glo. ibi in verbo

fine

ſine verbis recte declarat. Sed & in capi. cũ
apud eo.tit.de ſpõſa,in fine.ita,cũ quod vet
bis nõ põt:ſignis valeat declarare. Mihi au-
70 tẽ † non facit, nam cum vult verba neceſſa-
ria quo ad Eccleſiam quæ de ocultis non iu-
dicat, non ſigna excludit exteriora, nec eis
negat conſenſum oſtendi ipſe. Id ipſe noue
aliquando vera ratione declaraui, nam cum
71 vt non ſemel ante docui † copula ſequens
matrimonium præſumptum inducat, & ſi
proteſtatio non contrahendi præceſſerit, Et
quidem etiam (ita enim recte dicimus) diſ-
72 ſenſus d. cap. is qui fidem de ſponſa † ad
copulam autem cõſenſus explicitus non ex-
quiritur, tacitus ſufficit cap. commiſſum de
ſponſa D.Thom.in 4.diſtinct.28.& ex mul-
tis Dida.in epito.cap.3. num. 1. par. 2. illis
textus verbis,ſigna, nutum, copulamq. qui-
bus & matrimonium producitur, excluſa nõ
fuere. Paucis ab hinc annis (rem nunc notiſ-
ſimam memoro) cum puella nobilis Barci-
nonę aduerſante matre, nobili cuidam viro
nuberet, atq. adſtantibus pleriſq. parocho.
& alijs poſt intertogatum virum & ab eo ſo-
litis verbis emiſſis. Ego te in coniugem, cum
ad eam ventum, nuſquam rubore tota, & ve-
recundia percuſſa, quod matre nollente nu-
beret, verba dicere potuit, Ego te in virum,
& cum inſtanter a parocho & alijs impelle-
retur, nihil aliud reſpondebat niſi, iam dixi.
Orta demum grauiſſima controuerſia, an
matrimonium foret, tandem almæ Roma-
næ Rotæ Areſto duplici, iudicatum matri-
monium fuit. Quod nutu & verbis illis iam
dixi conſenſum exprǽſiſſet, propter verecũ-
diam enim puellę facile annuunt, quã loquã-
tur cap.honorantur 32.q.2.dixi late.1.com-
paratione 11.in verſ.4.de claro.

73 Neq. Tiraq. † opinio admitti poteſt qua
falſiot nulla ſit in matrimonijs contrahen-
dis verba certamq. illorum formulam præſ-
criptam à iure fuiſſe:cap. ſi inter de ſponſa.
cap.licet ex. de ſponſa. duo. a qua recedere
non liceat, cum ſufficiat conſenſus verbis aut
74 ſignis expræſſus; Neque † vt in cæteris Sa-
cramentis forma aliud à materia eſt, in hoc
ſolus conſenſus materiæ & formę vim ſuſ-
tinet:Concilium Florentin.de Sacram. ma-
trimo.verſic.7.diſerte Sot.in 4. diſtinct.26.
quæſt. 2. Victo. de matrimo. 1. part.& alij
plures quos recenſet Spin. d. glo.15.nu.11.
Nec oberit Tiraquel.ratio, quę eum & alios
multos fefellit, qui aduerſam auctoritate &
numero plures docuerunt, qui ſupra: tex.au-
tem in d.cap.ſi inter, & in cap. licet aduer-
75 ſam probant ſententiam nã † non aſſerunt
certa & diſſinita ab Eccleſia verba fuiſſe pręſ-
cripta, quibus contrahentes ſe inuicẽ in ma-
trimonium copularent, ſed conſenſum debe-
re volunt tantum eos oſtendere, vel verbis
illis, Ego te in meam accipio: Et ego te in
meum:addit tex.in d.c. ſi inter:vel alia ver-
ba conſenſum exprimentia de præſenti. Sed
76 & tex. † in d.c. licet eadem ipa affert verba,
cum antea dixiſſet, conſuetis verbis conſen-
ſum contrahentes producere poſſe. Nouiſſi-
me S.Tridentinum Concilium idem in c.1.
de refotmatio.matrimo.ſeſſ.24.verbis illis:
*Vel alijs verbis iuxta receptum vniuscuiusq.
Prouintiæ ritum:* ſi diceret cum Tiraq. quiſ-
piam, verba ſaltim, iuta hæc poſtulare non
ſigna:id ipſe non diffiteor, ſed nõ ea (vt pau-
lo ante dixit) abnegare & ſignis, & nutu ma
trimonium perfici poſſe, quibus & conſenſus
ſuper & ſatis declaratur. His in tuitionem
77 accedit † promiſſionem præſenti factam di-
ci pactum, & licet verba defficiant conſenſus
tamen adeſt l.1.§.ſi quis ita de ver.oblig. &
ibi glo.in verbo annuiſſet l.labeo ff. de pac.
l.ſi ſtipuler ad finẽ de ver.oblig. Et vt ſubti-
liter Cagnol.animaduertit in rub.C.de pac.
78 num. 18.verba † in pactis neceſſaria nõ ſunt
præterquam in ſtipulationẽ, quæ ob id a pa-
cto diſtinguitur.

79 Ab eodem illo principio † defluit furio-
ſos, mentecaptos, Ebrios & qui ſenſu carue-
rint, matrimonium non iure cõtrahere:nam
idem in ceteris locum vindicat conuentio-
nibus, & vltimis preterea voluntatibus.§.fu-
rioſus inſtit. de inutil. ſtipul. vbi glo. Ange.
Faber. Por.Pau.& poſteriores in l.is cui bo-
nis de ver.oblig.l.ſanũ mente vbi cæteri C.
de trãſactio l.furioſum C.qui teſta.fa.poſ.l.
patre furioſo de his qui ſunt ſui vel ali. iur.
Dec.in l.in negotijs ff.de reg.iur.colligit Vi
ui.opinio 544.à n.6. Ita quidẽ in matrimo-
nio c.neq.furioſus 32.q.7. l.furor ff. de rit.
nup.c.dilectus filius de ſponſa. Bart. & Iaſſ.
in d.l.patre furioſo, Panor.& cæteri in d. c.
cũ dilectus Cęned.coll.148.Viui.deciſ.288.
à n.7.Graph.2.par. deciſ.lib.2.c.12. nu.27.
80 Rationem aliquãdo præter † alios reddidi,
quod matrimoniũ plurimũ aſſimiletur ſocie-
tatis contractui can.cum ſocietas 27.q.2. Et
inferius dicemus: at ſocietas cũ vltracitroq.
contractus ſit obligatotius l.ſocietates con-
trahuntur §.final.ff.pro ſocio.qui ſenſu carẽt
nequeunt hunc inire contractum Alciat. de
præſump.regu.1.præſump.25.n.2. Meno.de
præſump.lib.3.præſum. 56. nu.7.niſi diluci-
da furioſi interualla habuerint, & ebrij ſint,
quibus vinum totũ ſenſum intetceperit, vt
interpꝛætes in locis ſupra citatis declarant,
quę cum notiſſima ſint non alia indigent de-
claratione. Et poſt hæc ſcripta Sanch.de ma-
tri.lib.1.diſpu.8.à nu.15.cum ſeq. vbi latius
quando furioſi contrahere matrimoniũ poſ-
ſit, dementes, & ebrij.

Digitized by Google

SVMMARIVM.

1 *Tractatus præcedit contractus.*
2 *Tractatus præcedit matrimonium.*
3 *Matrimonium præcedente parentum & amicorum tractatu honeſtius agitur.*
4 *Dictum teſtis dicentis ſe interfuiſſe tractatui non probat contractum.*
5 *Tractantur multa quæ non finiuntur.*
6 *Finis rerum ſpectatur.*
7 *Tractatus ſolus nullam producit obligationē.*
8 *Tractatus matrimonij nō probat matrimoniū.*
9 *Teſtes de tractatu matrimonij non probant dotem nec matrimonium.*

COMPARATIO. IIII.

IN CONTRACTIBVS TRActatus præcedit, id ipſum in matrimonio, & quæ inde vtilitas.

1 MATRIMONIVM † cum alijs conuenit contractibus, vt cum in his contractatio quædā præcedit priuſquam conſenſu perfecto rebuſq. viciſſim compoſitis finem conuentio accipiat. l.ſi voluntatē C.de recinden.ven.quam Bal.illic & Salice. ſingularem aiunt & iuris meliorem.glo.cum tex.in l. eleganter ff. de condic. inde & ibi Iaſſ.l.ſciendum §. dictum in verſ. ea autem ſola ff.de Ædeli. edic.c.tua nuper in verbis, tractatu atq.conſenſu,de his quæ fi. a præla. c.1.de reb. Eccleſi.non alie. Bald.in l.multū intereſt n.26.C.ſi quis alteri. Demū cōtractus vno paſciſcentium conſenſu finitur, qui aliquādo in emptionē, in vēditionem, ſæpius locationem, aut alteram definit conuentionem nominatam vel innominatam l. 1. ibi *duorum plurium ve in idem placitum, & conſenſus* de pact.l.1.de ver.oblig.l.5.§. ſtipulatio eo.tit.l.contractus, illis verbis *& poſtremo partibus abſoluta* C. de fide inſtrum. §. 1. ibi *ſimul atque de pretio conuenerit* in-
2 ſtit.de empt.& vendi. Sic in † matrimonio,
3 id enim vti ſolet, frequentius honeſtiuſq. † agitur, cum parentibus cōſanguineis & amicis, tutoribus ſi minores ſint, vel curatoribus ſi adulti fuerint contrahentes l. in coniunctione C.de nup.c.honorantur 32.q.2.

4 Huius nouæ inueſtigationis † vtilitas prodit ab ea diſputatione quam glo. ſcripſit in d. l. eleganter de con. inde vbi Iaſſ. docet. Non recte teſtem dicere, qui an contractui interfuerit interrogatus, reſpondit, non fini qui conſenſu perficitur, ſed tractatui, ad fuiſ-
5 ſe: cum pleraque vt glo. ait † tractentur quæ finem nullum habeant Bal. in d. l. multum intereſt num.26. idem Bald. in l.cum allegas num.8.C.de vſur.Alex.conſ.13.nu.17. Deci.conſ.463.num.1.idem Deci. conſ.488.in cauſa & lite nu.9. Paul.de Caſtr. conſ.241. Anto.Croſ.conſ.60.n.1.lib.1. & paucis adductis, Andr.Gail. obſeruatio 140.lib.1.nu.
6 10.11.12. Cum enim finis † rerum veluti ad ſagitam ſcopus attendi debeat l.1.C.de nouo.co.facien.glo.in c.ſcientes de cenſib.l. ſi mater in fi. c. ne de ſtat. defuncto. Ita fit vt
7 tractatio † ſola nullam producat obligationē, priuſquam a paſciſcentibus conuentio finita ſit d.l.ſi voluntate.C.de reſcin. ven.d.c. 1.de reb. Eccleſ. non alie. Alex. conſ.18.& conſ.28.vol.1. Andr. Gail. d.obſerua.140. egregie Surd.deciſ.71.n.1.& deciſ.291. nu.
8 11. Idem ſane † in matrimonio & dote cen-
9 ſendum, vt teſtium obſeruatio † affirmantiū confabulationibus, & tractatui matrimonij vel dotis interfuiſſe nō probet: eadem enim ratio huius, qualis aliarum eſt conuentionū Bald.in c.fina.n.8.de iuram.calum. Deci.d. conſ.488.num.9. Meno.tracta.de arbit.iud. quæſtio.caſu.470.à num.1. qui & cōiecturas recenſet quibus cōtractus a tractatione finitus præſumitur. Viui.qui illius non meminit deciſ.342.à num.8.Gail.d.obſeruatio.140. Surd.deciſ.291.nu.8.& nu.11.

SVMMARIVM.

1 *Societas contractus expreſſim iniri, & tacite poteſt.*
2 *Societas tacita ex coniecturis elicitur.*
3 *Societas ex cohabitatione præſumitur.*
4 *Matrimonium cohabitatione præſumitur.*
5 *Socij ſunt vir & vxor humanæ & diuinæ domus.*
6 *Matrimonium ex promiſcua communione præſumitur.*
7 *Matrimonium ex cohabitatione præſumitur inter pares.*
8 *Matrimonium præſumitur ex cohabitatione de iure ciuili ad euitandam præſumptionem delicti.*
9 *Matrimoniū non præſumitur de iure canonico ex ſola cohabitatione ſed potius cōcubinātus.*
10 *Matienci opinio damnatur.*
11 *Ius canonicum in foro interiori potius peccatum præſumit.*
12 *Didaci ratio improbata.*
13 *Delictum in foro conſcientiæ præſumitur.*
14 *Matrimonium niſi vbi de filiorum legitimitate agitur non præſumitur.*
15 *Matrimonium cur non præſumatur, ratio noua.*
16 *Matrimonium Sacramentum forma & materia perficitur.*
17 *Ius ciuile ex cohabitatione tantum longæua matrimonium præſumit.*

Iuris

18 *Iuris ciuilis finis, Reipublicæ tranquillitas, nõ ſalus animarum, ſicut iuris canonici.*
19 *Societas morte extinguitur.*
20 *Matrimonium morte dirimitur.*
21 *Societas extincta innouari poteſt expreſſe & tacite.*
22 *Societas tacite inſtauratur cohabitatione.*
23 *Matrimonium poſt diuortium mutua cohabitatione inſtauratur.*
24 *Diuortio renuntiatum cenſetur ex coniugum cohabitatione.*
25 *Reconciliatio amicitiæ reintegratæ ſigna oſtendit.*
26 *Matrimonium diuortio ſeparatum cohabitatione reintegratur.*
27 *Matrimonium reintegratum poſt diuortium, nouo adulterio infringitur.*
28 *Is qui in diuortio obtinuit, poteſt alterũ recuperare ſi velit & ſententiæ renuntiare.*

COMPARATIO. V.

MATRIMONIVM SOCIEtati aſsimilari, quæq. inde ſequantur.

CONVENIVNT quinto, ſocietas
1 † contractus expręſſim
iniri & tacite poteſt, vt Paulus
ſcribit l. nam cum tractatu ff.
pro ſocio. *Nam cum (ait) tractatu habito, ſocietas coita eſt,*
pro ſocio actio eſt: cum ſine tractatu in re
ipſa negotium communiter geſtum videtur.
2 Tacita † autem coniecturis elicitur & præſumptionibus Bal. conſ. 304. lib. 1. Iaſſ. conſ. 2. lib. 3. Deci. conſ. 21. Meno. tracta. de præſumptio. lib. 3. præſump. 56. à num. 4. & præter eum Aluar. Velaſ. deciſ. 34. num. 3. eruditiſſimus Surdus deciſ. 267. nu. 6. qui multos Viui. opinio. 728. num. 1. 2. idem deciſ. 431. num. 5. & 6. lib. 3. vt cum multis ſocietas conijci poſſit tacita, præſumptionem il-
3 lic omnes inſigniorem edocent, † quoties cohabitatione annorum mutuo inuicemq. domi fratres, atq. conſanguinei etiam, negotia tractant, & fraterna quadam communione ſolicitant, indiuiſa bona poſſident, lucra conferunt & damna, Bart. in l. Titium §. altero nu. 5. ff. de admi. tuto. quem frequentius omnes ſequntur Iaſſ. in l. 1. num. 10. C. qui teſ. fa. poſſ. Alciat. tract. de pręſump. reg. 1. præſum. 25. nu. 2. Cæpha. cõſ. 247. nu. 26. lib. 2. Crauet. cõſ. 26. n. 1. & alij plures quos memorat Viui. opinio. 728. à nu. 1. idem qui alios deciſ. 431. nu. 6. li. 3. Meno. lib. præſum. 3. præſum. 56. n. 25. qui ad mediũ poſt Bart. & poſteriores eam reddit rationẽ, tunc ſocietas contracta cenſetur, quoties actus illi quos nunc memoraui, citra ius & ſocietatis nomen celebrari nequeunt. l. pro hęrede §. Papinianus, illius argumento ff. de acqui. hæred. vt pluribus oſtendit idem Meno. ibi. cum nec donationi alteri ve. Conuentioni, quibus minime adſtipulãtur, conueniant idem reſpondit Surdus deciſ. 267. num. 6.

4 Matrimonium † itidem præſumitur cohabitatione longa, tractatu communioneq. viri & mulieris: Eſt enim ſocietas, & ab ea ad ſponſalia Innocenti. argumentatur in ca. 2. de ſponſa. vt enim (ait) ſocietas verbis cõtrahitur, & contrario diſſoluitur conſenſu: ſponſalia & ſi iuramenti religione ſacrata fulcita verbis contrahuntur & contrario ſol-
5 uuntur conſenſu. Rurſus † vir. & vxor ſocij ſunt diuinæ & humanæ domus l. 1. ff. de rit. nup. & in ſocietate degere dicuntur can. cum ſocietas 27. q. 2. Sed non in omnibus ſocij dicemus inferius lib. 2.

6 Igitur † matrimonium tacite contractum cohabitatione præſumitur, & promiſcua cõmunione, iure ciuili: huius aſſertores ſentẽ-
7 tię fuere (dum pares † fuerint) glo. in l. in concubinatu ff. de cõcubin. & altera in ca. 1. 30. q. 5. ex l. in libere ff. de rit. nup. poſt multos Alciat. trac. de pręſ. regu. 2. præſum. 5. n. 1. Paleo. tract. de No. & ſpu. c. 5. nu. 4. Dida. qui alios in Epito. de ſponſa. 2. par. c. 1. nu. 5. Et quod ad filiorũ etiam legitimationẽ attinet vt ille ſenſit & Meno. de præſump. lib. 3. pręſum. 1. num. 68. Maſcard. tom. 2. de prob. concluſ. 1021. à num. 1.

8 Induxit ciuile ius † præſumptionem, quod cohabitatio mutua quæ ſocietas citra ius nomenq. matrimonij fieri non poterat, niſi delictum daretur, id autem præſumendum non ſit l. merito cum alijs ff. pro ſocio.

9 Iure † autem Canonico ſecus eſt ſtatutũ, eo enim concubinatum magis quam matrimoniũ pręſumi glo. in d. ca. 1. 30. q. 5. Panor. in c. illud de præſump. Feli. ibi nu. 15. Alciat. in tracta. de præſump. regu. 2. pręſum. 5. n. 1. Paleo. ſupra nu. 4. c. 5. Did. 5. nu. 5. & 6. Ma-
10 tien. lib. 5. tit. 1. glo. 1. nu. 23. qui † cum aſſerat etiam de iure Canonico ex cohabitatione decem annorum matrimonium inter eoſdem pręſumi aduerſus receptiorem loquitur. Veramq. ſententiam quã non recte expendit, & comprobat Maſcar. d. conclu. n. 2.
11 & 5. Meno. de præſum. nu. 69. in foro enim † interiori ſatius eſſe ius canonicũ ſtatuit peccatum præſumere c. aliter. 30. q. 5. c. illud de pręſum. clemen. 1. de conſangui. & affini. pręcipue vbi de alterius matrimonij diſſolutione ageretur Pari. cõſ. 59. nu. 7. lib. 4. Dida. & Meno. ſupra Maſcar. trac. de proba. 2. to. cõ-
12 clu. 1021. n. 6. cũ magis inquit Did. † ciuilia iura cõcubitũ quã cõſenſũ inſpexerint. Quæ ratio nõ tuta eſt, cũ & ius Cæſareũ cõſenſum

non concubitum quęrat l.nuptias de reg.iur.
13 Adhærent † autem frequentius cæteri ra-
tioni huic, præſumi in dubio delictum in fo-
ro conſcientiæ cum de ſalute agitur animæ
c.iuuenis & ibi glo.de ſponſa.in c.de ſcruti-
nio in c.conſulti de regu.c.conſtitutos de re-
ligi.domi.Felin. qui alios in c.in præſentia
num.13.de proba.vbi Deci.num.15. Alcia.
à multis trac.de preſump.regu.3.præſum.1.
Soci.iun.conſ.29.lib.2.in fine. Meno. ſupra
idem Meno.lib.5.præſump. 2. num.40. qui
erudite exempla oſtendit.
14 Deniq. † matrimonium niſi de filiorum
legitimitate ageretur non præſumi glo. in
d.cap.1.30.q.5.docet Panor. & Imo.in cap.
lator qui filij ſint legi.Lup.de matri. par.2.
nu.12.Felin.in cap.illud nu.15.de præſump.
Dida.ſupra Caphal.conſ.435.nu.54.lib.3.
Meno.qui pene innumeros refert conſ.199.
nu.48.lib.2.& d.preſump.1.lib.3.nu.70. &
præter eum extat celebre & famigeratum
Geminia.conſ.27.num.8.& in Summo Ro-
mani pretorij Senatu iudicatū ſæpius video
deciſ.34.num.19.par.2.in nouiſſ. & deciſ.
480.num.5.1.par.deciſio Robuſt.79.à nu.1.
1.par. qui & coniecturas recenſet octo de-
ciſ.66. par.3. quę ad longam cohabitationē
non omnino decem annorū ſpatiū exquirit.
15 Ipſe autem † aliam reddi rationem poſ-
16 ſe animaduerti, vt cum matrimonium ſit †
Sacramentum, & Forma materiaq. indigeat
vt alia a Deo fuerūt inſtituta. iuxta omnium
traditionem, quam Florentinum Conſilium
veram edocet in principio Dida. in Epito.
de ſponſa.par.2.cap.1.§.1.nu.2. & 7. Spin.
de teſtam.qui ambo Theologos memorant
glo. 15. nu. 45. cum ſequen. & qualitas hæc
non nobiſcum oriatur, nec enim quiſquam
baptizatus naſcitur, vnctus, cōfirmatus, ordi
natus, vel vxoratus. Matrimonium ideo nō
præſumi video c.cum in iure de offi. delega.
17 Ius plane † ciuile ideo ex cohabitatione
tantū longęua matrimonium præſumit, quia
18 illius iuris † finis obiectum, non animarum
ſalus, ſed reipublicę eſt trāquillitas, canoni-
ci animarum æterna fœlicitas demum reipu-
blicæ gubernatio ſtatus, Fortuni. noſter tra-
cta.de vltimo fine in n.3.Petrus Ledau trac.
de priuil.docto.q.84.nu.163. Coraſi.de iu.
ciui.in artem redigen.cap.21. Poni.trac. de
cenſi.art.1.num.1.
19 Porro cum † ſocietas morte extinguatur
l.4.verſ.Diſſociamur ff.pro ſocio. Diſſocia-
mur (inquit) renūtiatione, morte capitis di-
minutione, & ęgeſtate & in l.verū §. fin. eo.
tit.l.tamdiu C.pro ſocio §. manet inſtit. eo.
20 Matrimonium † morte dirimitur, ſolutus eſt
enim qui remanet, à lege alterius c. ſuper c.
cum ſecundum Apoſtolū ex.de ſecūdis nup.

Et ſicut ſocietas dirimitur contrario cōſen-
ſu d. l. 4. d.l.tamdiu. poteſt matrimonium
conſenſu vtriuſq. diſſociari quamquam di-
ſolui nequeat; velut ſi vterq. religionem, aut
perpetuam deuouerint continentiam c.cum
ſis.c.dudum de conuer.coniuga.
21 Rurſus ſocietas † mutua ſemel deffecta in-
nouari poteſt & denuo inſtitui d.l.tamdiu
d. §.manet, & tacite, verbis ſine coniecturis,
& præſumptionibus l. plane ff. pro ſocio la-
tiſſime Meno.conſ.121.nu. 72. lib.2. & lib.
pręſump.3.pręſum.57.à n.2.eam præ cętę-
ris ſcriptores potiorem exiſtimant coniectu
22 ram, † quoties cohabitatio inſtauratur, lucra
& incommoda inuicem ſicut antea confe-
runtur, nihil deniq. a priſtino primę ſocie-
tatis ſtatu diuerſum ſpectatur. Meno. qui in-
numeros adfert d.cōſ.121.& d. præſum.57.
in matrimonij cōtractu.thori.aliquādo alia-
ve iuſta cauſa, facta coniugum ſeparatione,
indictoq. iudicis ſentētia Eccleſiæ diuortio,
mutua vtriuſq.poſt ſententiam recōciliatio-
23 ne denuo † ſocietas & habitatio aut expreſ-
ſe c.gaudemus de conuer.cōiuga.vbi ad no-
24 tare ſolent interprętes. Aut † tacitè inuicem
habitādo vel coëundo reſtituitur, vt nequeat
alter poſt recedere nec priori cui tacite renū
ciaſſe cenſetur ſententię ſeparationis thori
adhęrere.c.ſi quis vxorem 32.q.1.cum duo-
25 bus ſequentibus. Sicut enim † reconciliatio
ſequta, amicitię reintegratæ ſigna oſtendit,
iniuriam, odiumq. remiſſum, vt legatum ſe-
mel ademptum denuo deberi incipiat l.3.§.
fin.ff.de adimen.lega.illic.Bart. Alex.conſ.
91.nu.4.lib.7.Iaſſ.in authen.nō licet nu.20.
C.de libe. præter. Soci.iun. conſ.59.nu.19.
lib.3.Alciat.cōſ.628.Pari.conſ.1.n.139.lib.
26 1.Ita † diuortio ſemel matrimonium diſiū-
ctum cohabitatione, & coitione in priſtinū
cenſetur ſtatū perductū, vt de adulterio am-
plius agere maritus nequeat aut è contra v-
xor, quemadmodū erudite oſtēdit Rimi.iun.
cōſ.174.n.28.29.lib.2. Bertaz.cōſ.228.nu.
6.& 12.vol.1.& qui eos adfert Triuiſan.de-
ciſ.45.lib.1.num.12.nouiſſime Surd.trac.de
alimen.tit.7.q.16.num.102.
27 Temperāda tamē † niſi poſt reconciliatio-
nē denuo alter deflecteret & recideret l.cū
mulier vbi ceteri ff.ſolu.matrim.& pręclare
Surd.qui multa ad inſtitutū notāda congeſſit
trac.ad alimen.d.tit.7.q.16.nu.103.& 104.
cum ſequen.
28 Notādū tamē virū aut mulierē qui diuor-
tij obtinuit ſentētiā poſſe inuitū & nollentē,
aduerſus quē dicta ſentētia eſt cōiugē ſi vel-
lit recuperare; ſentētię enim vt fauori pro ſe
introducto renūtiare pōt. Niſi religionē in-
greſſus ille fuiſſet. Silueſt. in ſumma verbo
diuortium num.27.

SVM.

Digitized by Google

SVMMARIVM.

1 *Contractuū quidam gratuiti, alij nō gratuiti.*
2 *Donationes, renuntiationes, & remiſsiones cōtractus gratuiti.*
3 *Contractus non gratuiti ſunt, quibus hinc inde aliquid dandum vel faciendum eſt.*
4 *Donatio contractus dicitur.*
5 *Matrimonium donationi ſimile.*
6 *Contractus nominati pœnitentia non reuocantur.*
7 *Donationis contractus reuocari nequit.*
8 *Matrimonium pœnitutia non reuocatur.*

COMPARATIO. VI.

MATRIMONIVM NON gratuitis. Contractibus comparari, breuiſsime declaratum.

CONVENIVNT ſexto, vt cum
1 ex † contractibus gratuiti ſint
quidam, alij non, cum his communia
quędam matrimonium
habere qui non gratuito fiunt,
2 exploratum eſt. Gratuitos † contractus noſtri
donationes eſſe volunt, renuntiationes,
remiſſiones, Bart. Alex. Iaſſ. in l. 1. poſt glo.
ibi de tranſac. C. & in eadem lege Curti. &
Riminal. Gagno. in l. 1. n. 1. C. de pact. Tiraquel.
in l. ſi vnquam verbo donatione largitus
nu. 1. C. de reuo. donatio. & nu. 204. Non
3 † gratuiti cęteri ſunt, quibus hinc inde faciēdum
aut dandum quippiam eſt. Vnde cum
matrimonij contractu alter in alterius tranſeat
poteſtatem : *Vir enim vt ait Apoſtolus ſui corporis poteſtatem non habet ſed vxor,* ſed
nec ea, cum vir dominetur, & debitum vnus
alteri neceſſario impendat, & ſine amborū
conſenſu votum emitti non poſſit c. ex multa
§. in tanta ibi glo. in verbo viri ex. de voto
& vo. redemp. non gratuitus contractus
matrimonij recte iudicabitur : cuius ſententię
auctorem vidi neminē, pręter vnum. Spineum
a Lini Salmanticenſis Gymnaſij decretorum
interpretem, qui obiter & veluti pręter
intentionem duo tantum verba emiſit
trac. de teſtam. glo. 15. nu. 3. voluit probare
conſenſum in matrimonio neceſſarium: non
alia interpoſita ſolemnitate, *Quia (inquit) matrimonium non eſt donatio, ſed contractus non gratuitus, do vt des, Accipio te in meam, ſi tu me in virum tuum acceperis, ſed in contractibus addit ille, non gratuitus mutuus requiritur conſenſus, &c.*

4 Non cenſit his verbis donationem † contractum
non eſſe, cum ſit l. Ariſto. ff. de donatio.
Alex. in l. iuriſgentium nu. 6. de pac. Iaſſ.
nu. 8. Clar. in §. donatio. q. 1. nu. 2. Menoch.
conſ. 388. nu. 55. lib. 4. Et contractus appellatione
donatio contineatur l. fina. ibi, donationes,
vel permutationes, vel quoſcunque
alios contractus. C. de prędi. decurio. li. 10.
l. fina. illic. Neque donationes neque alium
contractum C. de pac. And. Tiraq. de ll. cōnubial.
glo. 5. num. 43. Et poſt eum diffuſe
Mencha. lib. 1. vſufrequen. c. 13. n. 1. Matien.
in l. 2. tit. 3. glo. 1. a nu. 2. Sed donationē cōtractum
eſſe gratuitum hincq. matrimonium
illi ſimile non videtur.

5 At donationi † nō omnino diſſimilis eſt;
cum enim vt dixi contractus ſit, & nominatus,
ab eleganti illi nomine indito, iuxta receptiſsimam
Bart. ſententiam quam commu-
6 nem reffert Iul. Clar. ſupra nu. 2. Sicut † nominati
contractus pœnitentia nō reuocatur innominati
autem poſſunt l. iuriſgētium cum
§. §. ſequen. ff. de pac. l. explacito C. de rer.
7 permu. l. naturalis cū §. §. ff. præſ. ver. Ita †
donatio reuocari nequit Clar. ſupra num. 2.
Itaq. ab ea parte matrimonium donationi
8 aſsimilatur, & cum ea conuenit. Quod † ſemel
contractum pœnitentia nec quouis alia
ratione diſſolui nequeat iuxta illud : quod
Deus coniungit homo non ſeparat c. 7. de ſacram.
matri. ſeſsio. 24. & dictum ſupra.

SVMMARIVM.

1 *Contractus à conſenſu dependent.*
2 *Teſtes in contractibus preſentes, & intelligentes eſſe debent.*
3 *Conſentire non dicitur qui & ſi preſens ſit nō intelligit.*
4 *Mutus aut ſurdus teſtes eſſe non poſſunt.*
5 *Teſtes in matrimonio præſentes, & intelligentes eſſe oportet, vbi declaratur conciliū Tridentinum.*

COMPARATIO VII.

TESTES IN OMNIBVS contractibus pręſentes eſſe oportet, & quid conueniant partes intelligere, id ipſum in matrimonio & iurę nouo Concilij Tridentini.

CONVENIVNT ſeptimo, vt
1 cum † contractus à conſenſu pēdeant,
& conſenſus in his qui intellectu
carent dari non poſsit
propterea nec contrahere aut
matrimonio copulari non poſsint, vt ſupe-
2 rius diximus : pariter teſtes † qui interſunt
contractibus perfectum animi iudicium habere
debent, & eos pręſentes nedum eſſe oportet,
ſed & intelligere quę dicantur, & fiāt

l, coram

l. coram Titio de verb. ſign. C. l. teſtium vbi glo. in verbo preſens de teſtibus glo. in verbo preſente in can. imprimis 2. q. 1. glo. in verbo interrogatorio in c. preſentium de teſti.
3 Nec dicitur † is conſenſum preſtare aut ſui corporis preſentiam exhibere qui non percipit l. idem proferre §. coram ff. de arbi. d. l. coram, & in l. hæredes palam §. in teſtamentis vbi glo. in verbo certiorentur ff. de teſtam. l. non multum ff. de autor. tutor. cum latiſsimè congeſtis per Tiraq. in ll. connubia glo. 8. nu. 180.

4 Hinc nec † mutus aut ſurdus teſtes eſſe poſſunt, qui non intelligant nec audiant, niſi ipſorum ſignis ſolitis, apertiſsimam ſolerẽt veritatem patefacere, aut ſcriptis, ſi ſcribere didiſciſsẽt ad ea quę omnes ex illo tex. in §. omnes inſtit. de teſtam. l. diſcretis C. qui teſta. fa. poſ. §. item Surd. inſtit. eo. tit. l. nec tu de leg. 3. fuſe eruditiſsimus Farina. in qq. criminal. tit. de oppoſitio. con. teſ. q. 61. an. 1.
5 Ita in † matrimonio vt teſtes & contrahẽtes matrimonium tales eſſe oporteat vt audiant & intelligant. Etſi muti aut ſurdi ſint ſignis conſenſum exprimant c. cum apud. c. hic ex. de ſpõſa. vbiq. Panor. & alij, & in terminis ſacri Cõcilij Tridentini c. 1. de reforma. matrim. ſeſſ. 24. docuit Spinus tracta. de teſta. gloſ. 15. num. 47. 48. Veracru. Ledem. Vega. Manu. & alij quos refert, & ſequitur Sanch. de matri. to. 1. lib. 3. q. 39. nu. 5. cum ante & poſt ſequentibus.

SVMMARIVM.

1 *Teſtes in arduis & grauibus, graues etiam & omni exceptione maiores eſſe debent.*
2 *Teſtes in criminalibus omni exceptione, maiores & graues eſſe debent.*
3 *Teſtes regulariter, omni exceptione maiores eſſe debent.*
4 *Teſtes in cauſis matrimonialibus, omni exceptione maiores requiruntur.*
5 *Teſtis omni exceptione maior quis dicatur.*
6 *Teſtis idoneus is dicitur qui omni exceptione maior eſt.*
7 *Teſtis idoneus quis apud Authorem.*
8 *Teſtes in cauſa matrimoniali eſſe poſſunt parentes & conſanguinei.*
9 *Teſtes in his, quæ difficilis ſunt probationis, parentes pro filijs & conſanguinei pro conſanguineis admittantur.*
10 *Teſtes alioquin inhabiles in multis pro habilibus reputantur.*
11 *Teſtes in matrimonialibus omni exceptione maiores eſſe debere, multi diſſentiunt.*
12 *Teſtes in matrimonialibus idoneos ſufficere Dida. poſt multos antiquiores exiſtimat.*
13 *Teſtes in matrimonialibus qui & quales admitti debeant iudicis arbitrio tribuendum.*
14 *Authoris opinio noua in admittendis teſtibus in cauſis matrimonialibus.*
15 *Teſtes fæminas eſſe poſſe in matrimonialibus, textu non probari.*
16 *Ca. ſuper eo. in 2. de teſti. noue declaratum.*
17 *Textus in c. videtur ex. qui matrimonio. poſſ. accuſar. noua declaratio.*
18 *Textus in c. licet ex quadam de teſti. noue. declaratus.*
19 *Ratio generale dictum reſtringit.*
20 *Textus in d. c. licet ex quadam, & illius ratio expenſa.*
21 *Ratio non extendit dictum quando ſpeciale eſt & exorbitans.*
22 *Teſtes omni exceptione maiores in cauſa matrimonij deſiderantur.*
23 *Teſtes qui in ſubſidium admittũtur omni exceptione maiores dici non poſſunt.*
24 *Teſtium dictis quanta ſit fides adhibenda arbitrio iudicis relinquitur.*
25 *Teſtes idonei non dicuntur parentes.*
26 *Maſcardi opinio reiecta.*
27 *Parentes non dicuntur idonei teſtes in cauſa matrimonij vbi agitur de matrimonio iam contracto dirimẽdo, aut de priori diſſoluẽdo.*
28 *Parentes non dicuntur idonei teſtes quando matrimonium ſolicite deſiderant.*
29 *Affictio nimia teſtimonia corrumpit.*
30 *Parentes vel conſanguinei vbi cognita fuit mulier non dicuntur legitimi teſtes.*
31 *Parentes vel conſanguinei non dicuntur legitimi teſtes vbi alter alteriũ diuitijs aut nobilitate ſuperaret.*
32 *Iudicis arbitrio plurima relinqui in teſtibus.*
33 *Argumentum validum de matrimonio carnali ad ſpirituale.*
34 *Teſtes in collatione beneficiorum omni exceptione maiores eſſe debent.*
35 *Diſtinctio autoris noua.*
36 *Teſtes inhabiles nuſquam recipiuntur niſi in defectum habilium.*
37 *Teſtes inhabiles in matrimonio admittuntur, cum caſus inopinato contingit.*
38 *Difficilis probatio quæ fit per teſtes inhabiles non preſumitur, & ideo probanda per eum qui ſe fundat in ea.*
39 *Teſtes in matrimonio clandeſtino omnino habiles non requiruntur.*
40 *Maſcardus ſibi ipſi contrarius.*
41 *Auctoris noua conciliatio.*
42 *Qualitas teſtium omni exceptione maiorum probanda.*
43 *Teſtes in dubio preſumi omni exceptione maiores.*
44 *Auctoris conciliatio noua.*
45 *Teſtis omni exceptione maior idem eſt, dicere quod melior aut optimus.*
46 *Teſtis idoneus apud iuriſconſultos is dicitur qui ſufficiens eſt.*

Teſtes

47 *Teſtes omni exceptione maiores non deſiderãtur niſi vbi lex id expreſſim vult.*
48 *Teſtes duo in omni cauſa ſufficiunt.*
49 *Cauſa matrimonialis fauorabilis, quemadmodum intelligatur.*
50 *Matrimonium clandeſtinum non dicitur fauorabile.*
51 *Matrimonia clandeſtina odioſa.*
52 *Malum minus ex duobus eligendum.*
53 *Matrimonium clandeſtinum preſumitur magis quam adulterium.*
54 *Eccleſia matrimonia clandeſtina ſemper fuit deteſtata.*
55 *Matrimonium clandeſtinum non dicitur fauorabile niſi in probatione ad vitandum peccatum.*
56 *Matrimonium clandeſtinum contrahentes ad illius quemadmodum teneantur obſeruationem.*
57 *Probatio teſtium omni exceptione maiorum exprimi ſolet.*
58 *Matrimonium clandeſtinum de iure comuni valet, & potuit probari per teſtes conſanguineos.*
59 *Matrimonium de iure nouiſſimo Concilij Tridentini, non perficitur ſolo conſenſu.*
60 *Matrimonium de iure nouiſſimo non dicitur fauorabile quoad probationem.*
61 *Matrimonium publicum præiudicat clandeſtino.*
62 *Deciſio Rotæ Romanæ expenſa.*
63 *Sanctiſſimus Dominus noſter Clemens Octauus Papa laudatur.*
64 *Cap. primum ſeſſionis 24. de refor. matrimon. declaratur.*
65 *Teſtes minus idonei in his quæ clam fiunt ſufficiunt.*
66 *Matrimonia omnia hodie publica non clandeſtina.*
67 *Lex de teſtibus loquens de habilibus eſt intelligenda.*
68 *Spini doctrina adnotatur.*

COMPARATIO. VIII.

TESTES IN GRAVIBVS, graues. Et omni exceptione maiores eſſe oportet, in matrimonio id ipſum, & an iure nouo Concilij Tridẽtini, inſigniter agitatum.

1 OCTAVO conueniũt vt cum † in
arduis & grauibus negotijs teſ-
tes graues eſſe oporteat, & omni
exceptione maiores c. 1. de con-
ſangui. gloſ. in c. at ſi clerici in
prin. de iudici. & in c. 1. de teſti. glo. in §. itẽ
verba, inſtit. de inutilib. ſtipu. quemadmodũ
2 in † criminalibus vbi de vitæ honoris, aut bo
norum diſcrimine agitur, quod vbi maius ſit
periculum cautius agendum eſſe videatur.
c. vbi periculum de electio. in 6. Bal. in l. fin.
nu. 4. C. de proba. Alex. conſ. 70. lib. 1. Deci.
conſ. 429. nu. 12. Mar. deciſ. 285. nu. 4. lib. 2.
Et alij quos Burſa. cõſ. 346. n. 9. lib. 4. Dida.
in Epito. ad. 4. 2. par. c. 8. §. 12. num. 7. & 8.
Farinaci. in qq. criminalibus tit. de oppoſi-
tionibus contra reſ. q. 62. n. 20. vbi idem aſ-
3 ſerit † fore regulariter in omni caſu, & nego
tio. Cauſa autem matrimonialis grauis, & ar
dua dicatur Dida. ſupra nu. 7. Bart. conſ. 80.
nu. 2. Meno. conſ. 69. nu. 59. lib. 1. Mala. cõſ.
59. nu. 22. Quæ criminali æquiparatur Deci.
conſ. 311. col. 1. Paris. conſ. 15. nu. 13. lib. 2.
Soci. iunior. conſ. 86. nu. 6. lib. 1. Menoch. de
arbitra. iudi. quæſt. caſu 205. nu. 7. Maſcard.
to. 2. con. 1019. nu. 9. & 10. & conclu. 1030.
in prin. Cotaſi. lib. miſſel. iur. 3. c. 4. Viui. de-
ciſ. 288. n. 1. & 2. 1. par. qui alios. And. Gail.
lib. obſeruar. 2. obſer. 94. n. 1. & 2. & 6. Iaco.
Meno. conſ. 100. nu. 241. Crauet. conſ. 991.
nu. 2. lib. 6. Sbrozi. qui multos tracta. de offi.
vica. lib. 2. q. 43. nu. 10. & q. 44. nu. 3. & 4.
4 Ita fiet † vt in cauſis matrimonialibus te-
ſtes idonei, & omni exceptione maiores re-
quirantur Panor. Butr. & Prepoſi. in d. c. 1.
de conſan. & affin. Felin. in rub. de ſponſa. n.
17. & in c. 2. nu. 1. ex. vt lite non conteſ. Bar-
ba. conſ. 4. lib. 1. col. 1. Deci. conſ. 133. nu. 2.
tur. conſ. 138. nu. 7. lib. 1. Pariſ. conſ. 13. nu.
31. Marſi. conſ. crim. 128. nu. 17. Gram. cõſi.
crimi. 26. nu. 48. Silua. conſ. 30. nu. 7. Ferre.
conſ. 51. nu. 4. Crane. conſ. 165. nu. 2. Laure.
Pine. conſ. 71. nu. 2. Galcaz. conſ. 83. nu. 3. in-
ter conſ. matrimo. Bere. conſ. 80. lib. 1. n. 2.
Viui. paucis relatis deciſ. 288. a num. 1. & 2.
Gabri. tit. de teſti. concl. 8. nu. 1. Triui. deciſ.
11. nu. 7. lib. 1. idem Triui. deciſ. 39. nu. 1. li.
1. Crane. d. conſ. 991. n. 17. qui alios Ferina.
lib. 2. qq. crim. titu. de oppoſi. con. teſ. q. 62.
nu. 100. cum ſequen. Maſcar. de proba. li. 2.
conclu. 1019. a nu. 4. Corta. in prac. §. 2. titu.
de offi. preto. verb. omni exceptione maior
nu. 88. And. Gail. lib. 2. obſerua. obſerua. 94.
nu. 9. Triuiſan. qui communem deciſio. 11.
nu. 7. lib. 1. Beret. conſ. 80. nu. 2. Solo. de Paz
conſ. 6. nu. 1. 2. & ſeq. Cepha. late conſ. 384.
nu. 4. lib. 3. qui alios.
5 Maior autem † omni exceptione is dici-
tur teſtis, cui nulla etſi minima impingi no-
ta poteſt gloſ. in §. item verborum in verb.
idoneos inſtit. de inutil. ſtipu. gloſ. in c. 1. de
conſ. & affi. verbo. maiores vbi Panor. nu. 5.
Prepo. nu. 7. Alex. conſ. 18. nu. 6. lib. 1. Curt.
tracta. de teſti. conclu. 74. nu. 73. Dida. ſupra
num. 7. & 8. Latius Maſcard. de probatio. in
prefatio. q. 6. nu. 69. & lib. 2. conclu. 853. nu.

10. &

Digitized by Google

10.& conclu.1019.nu. & qui alios Farinac.
in qq.crimi.2.par. titu. de oppoſi. con. teſt.
quæſt.62.nu.1.2.& 3.

6 Idoneus porro † teſtis idem cum omni
exceptione maiore exiſtimatur, vt is ſcili-
cet ſit,cui delictum nullum,deffectus nullus,
obijci poſſit;nullamq. inter vtrumq. teſtem
crebius differẽtiam eſſe volunt interpretes,
vt ex multorum communem ſcribit auctori
tate idem Farinac.titu.de oppo. con.teſt.q.
62.nu.2.Etſi is ibi nu.3.cum Crot. Blan. &
quibuſdam alijs aliter ſentiat. exiſtimans,
verba hæc omni exceptione maior, addere,
magiſq. operari quã teſtis idoneus:qui certè
vere cum cæteris docet.

7 Ego vero † idem docere ſoleo:quod ido-
neum teſtẽ, eum iura intellexerint ſepe,cui
etſi nota aliqua impingi poſsit, illius etiam
dictum labefactari,quia tamen in eo de quo
agitur caſu,lex eum probat,idoneus recte di
8 citur.Ita fit vt cum † pater in cauſa filij, nec
e conuerſo,mater pro filia,teſtes idonei non
ſint,nec affines,coniuncti,& domeſtici l. ido
nei ff.de teſti. l.teſtis idoneus l. nullus ido-
neus eo. tit. cum multis illius tituli in cauſa
tamen matrimonij,pater pro filia, mater &
conſanguinei poſſunt c.videtur ibi glo. ver.
coniungendo,vbi cęteri ex.qui matrimo.ac-
cuſa.poſſ. Gabri.in communi.titu.de teſtib.
conclu.9.a nu.1.Maſcar.tract.de proba.lib.
2.conclu.1019.a nu.4.& lib.3.con.1148. n.
23.Farina.in qq.crim.tit.de oppo.con.perſ.
teſt.q.54.nu.191.Viui.in comu.opini. 993.
a nu.1.idem deciſio.288.nu.1.& 2.1.p.Me-
noc.de arbitra.iudi.quæſt.caſu.102.a n.1.&
9 infra latius dicetur:ſic in factis† quæ ſua na-
tura difficilis ſunt probationis,idonei teſtes
inuicem parentes pro filijs & conſanguineis
teſtimoniũ ferunt,vt latè idem Farina. pro-
ſequitur ſupra nu.193.& quæ idem de affini-
bus & conſanguineis nu.76.nu.132.

10 Et generaliter † teſtes inhabiles in multis
pro idoneis & habilibus reputantur, vt idẽ
poſt Clar.& alios diffuſe eo. titu. de oppo.
con.teſt.q.62.a nu.1.vſq. ad finem non ta-
men in his & ſimilibus caſibus, omni excep-
tione maiores dicentur, quia aduerſus eos
deffectus obijci poſsit glo.in d. §. item ver-
borum,& quæ ſupra diximus.

11 Sed vt ad priorem † redeam traditionẽ,
qua ſcripſi in matrimonialibus cauſis teſtes
idoneos, & omni exceptione maiores ex-
quiri.non tam certa traditio eſt quin ab ea
multi & grauiſsimi diſentiant:opinantur nõ
requiri teſtes huiuſmodi ſed idoneos ſuffi-
cere c.ſuper eo.in 2.de teſti.quo loco mulie
res ad matrimonij probationem admittun-
tur ibi Panor.nu.2.cum ipſe teſtes omni ex-
ceptione maiores non dicãtur c.forus verſ.
teſtes de verbo.ſignifi. Quinimo ad diſſol-
uendum etiam eas ius in teſtes recepit c. vi-
detur 35.q.6.c.videtur qui matrimon. poſſ.
accuſar. Vlterius pater,mater,conſanguinei
& domeſtici d.c.videtur, qui etſi in illius
principio loqui videatur, ſolo eo caſu quo
de probanda genealogia diſceptatur,in fine
tamen generaliter loquitur,vt & gloſ. ibi.in
verbo ſciont,animaduertit. Atq. his iuribus
12 idem Dida. † poſt antiquiores affirmat in
Epito.ad.4.2.p.c.8.§.12. nu. 8.& alij quos
ſequitur Alcia.tracta.pri.de pręſum.regu.1.
præſum.2.nu.4.Paris.conſ.55.nu.2.lib.4.&
communem reffert ab alijs.Maſcar.de pro-
ba.2.par.conclu.1019.nu.6.7.& 8.Conrad.
in prac.§.2.tit.de offi.preto.in cau.ciui. tit.
de teſti.Rubri. perſonas teſtium agrediẽdo.
verbo omni exceptione maiores num. 88.
Graſſi.deciſ.72.nu.10. p. par. in nouiſſimis
& alij plerique relati à Gabriel. in comun.
tit.de teſti.conclu.8.nu.1.Burſat.conſ. 359.
nu.1.cum ſeq.Farina.in qq.crimi.2.par. tit.
de oppo.con. perſ.teſt.quæſt. 62. limita. 6.
nu.100.qui & receptam.Etſi in cauſa matri-
moniali clandeſtina non omni exceptione
maiores ſufficere reſpondit nouiſſime Mo-
nal.conſ.112.per totum lib.1.

13 Alij aliam † tenuerunt ſententiam, teſtes
non omni exceptione maiores in matrimo-
nialibus cauſis admitti poſſe nec ne,ab arbi-
trio iudicis plurimum pendere:qui conſide-
rata qualitate perſonarum,paritate vel diſ-
paritate vtriuſq. contrahentis,qualitate,di-
uitijs,& paupertate,prudenter agendo ma-
xime vbi concurrunt ab vna parte cõiecturę,
quæ illius mouere animum poſſint poterit
teſtibus his fidẽ adhibere. Ita ſcribit Dida.
ſupra poſt alios latius Meno.qui aliquos di-
ſtinguit caſus erudite d. caſu.102. a num.4.
Maſcar.2.to.de probatio. conclu. 1019. nu.
10.& 11.cum ſeq.

14 Ego † autem qui non authoritatibus, ſed
legibus inniti ſoleo, nuſquam mihi potui
perſuadere ſuperiores veras fore traditio-
nes nec enim niſi in eum,quem mox modũ
declarauerim fœminas teſtes in cauſis matri
monialibus admitti poſſe puto:& minus qui
dem,matrem,patrem,coniunctos,eoſve qui
bus affectionis nota in ſuos conſiderari poſ-
15 ſet. † In primis fœminas in matrimonio te-
ſtari poſſe,non probat tex.quem a Panorm.
ibi vſque adhęc tempora adferre ſolent in-
16 terpretes in d.c. † ſuper eo.in 2. de teſti. cũ
enim eo tex.quæſitũ fuiſſet an mater & al-
tera quędam mulier idoneæ forent teſtes in
cauſa filij,qui vt ille ait tex.ſe negabat mu-
lierem affidaſſe. Reſpondit matris teſtimo-
nium admittendum non eſſe: an autem al-
tera mulier idonea foret teſtis,nec illò dubi
tatum

tatum capite,minuſq.deciſum;in 2.vero par
te caſum mutat Roma. Pon.an in probatio-
ne conſanguinitatis teſtis eſſe poſſit matet
& conſanguinei,& poſſe decidit vbi contrá-
ctum non ſit,alitet quoties perfectum & cō-
ſumatum vtibi diſtinguit. Cuius rei rationē
eam reddidetunt & recte Pontifices, quia
per parentes, conſangnineos & coniunctos
fœdera ſanguinis, & gradus computationes
17 aptius quam per extraneos probentur ca. †
videtur 35.q.5.& cap.videtur, qui ad verbū
eadem adfert illius canonicis verba ex. qui
matrimo.poſſ.accuſar. quibus etiam iuribus
moti Panor.& alij docuerũt mulieres teſtes
eſſe in matrimonialibus contractibus poſſe;
ſed hæc iura nihil etiam ad caſum,cùm vere
& citra cauillum,(& ſi glo.in verbo ſciunt in
d.ca.videtur, alitet aduerſus Pontificis ver-
ba & mentem interpretetur) niſi ijs caſibus
loquatur,in quibus de impedimento probã-
do, accuſandoq. matrimonio propter con-
ſanguinitatem agitur. Quinimo ſi dubia fo-
rent,cum clara ſint & appertiſſima verba,ita
interpratanda eſſent á ſubiecta tituli mate-
ria & rubrica cui inditum caput fuit, in qua
de his tantum agitur, qui ratione impedi-
menti matrimonium accuſare poſſunt, nec
ne;atq. idem in principio & argumento to-
tius cauſæ & quæſtionis, in qua canon vide-
tur,locatus eſt; cum nō ſit nouum verba le-
gum dubia a rubrica eſſe declaranda l. Im-
peratores ff.de. in diem adiectio. vbi Bart.
Quæ vulgaris eſt & trita.glo. in c.bonæ. vbi
Panor.commendat de confir.vtili vel inuti.
& glo.in cap. cum ad monaſterium vbi om-
nes de electio gloſ.in verb.tractare in l.vni.
C.ne liceat ter. prouo. Noſtri. in l. 1. ff. de
reb.creditis.
18 Neque † etiam facit quid quam tex.in ca.
licet ex quadam de teſti.quoniam expræſſim
in eodem ipſo caſu loquitur quoties de im-
pedimento gradus ageretur vbi Roma.Pon.
iudicem, ſimulq. teſtem inſtituit, quemad-
modum hic teſtimonium dicere, ille exigere
qua ſolemnitate dictum debeat: quod ſi cū
Maſcard.inſtit.aliquis, rationem conclude-
re videtur,generalem eſſe, quia fauore ma-
trimonij parentes ſuſtinet, & coniunctos
vtrinſq. ſexus, ita enim ait: *in matrimonio
vero coniungendo, & diſiungendo ex ipſius
coniugij prerogatiua: Et quia fauorabilis res
eſt,congrue admittuntur.* hæc tex. ille in fin.
Et can.videtur: propterea cum generalis ſit
ratio ad omnes protendi caſus debet. Qui-
19 nimo † vt id confirmem, generalis ratio ad
eum caſum dictum protendit, ad quem ſub
mota ratione nequiret,& ſi materia ſtrictior
eſſet, & paululum odioſa Corne.conſ.273.
ſub num.30.lib. 4. Caſtren. & cæteri in l. ſi
vero §.de viro ff.ſolu.matrimo. glo.celebris
in Clemen. 1 ſi. de electiono ver. eligatur
Gemini. conſ.39. Quemadmodum & ratio,
generale dictum moderatur l. cum patet §.
dulciſſimis de leg.2. Deci.conſ. 339. latius
Tiraq. in l.ſi vnquam verbo libertis num.45.
46. C.de reuo.donatio.Meno. de arbitr. iu-
di.qq.lib.2.caſu 63.& caſu 84.Camil.Galli.
de verb.ſignifi. lib.5. cap. 11. à num. 1. Sed
20 ratio † illa generalis non eſt, & hactenus nō
ponderata verba ab aliquo pondera quæſo
& conſidera, quæ niſi futuri ſunt temporis,
ibi coniungendo & diſiungendo:quaſi vellit
ſecus in contracto fore, id enim non ſolius
patris aut matris teſtimonio diſſolui poteſt
ſed teſtibus exceptione maioribus opus eſt
d.cap.ſuper eo.in ſecundo de teſtib.
21 Quidquod † & ſi ratio generalis foret cū
dictū prius ſit ſpeciale & exorbitans a regu-
lis iuris communis,quibus pater,mater, aut
conſanguinei teſtes eſſe nequeunt. Nequit
ratio dictum extendere glo.& tex.in c.con-
ſtitutio de electio.lib.6.vbi Gemini.expræſ-
ſim docet & cæteri Cepol.tracta. de exten-
ſio.ſectio.vltim. nu.35. quamquam Camill.
Galli.tract.de verb.ſignifi.lib.5.cap.14. ſub
num. 20. 21. recedere à gloſæ ſententia vi-
deatur.
22 Rectiſſime igitur † Pont. Maxi. alibi ſta-
tuit.in huiuſmodi cauſis matrimonialib⁹ te-
ſtes omni exceptione maiores exquiri cap.
1. ex. de conſan. & affini. nequeunt autem
mater,pater,coniuncti aut conſanguinei,di-
ci teſtes omni exceptione maiores cum vere
hi nō cenſeantur tales quibus exceptio nul-
la obijci poſſit, iuxta glo. 5. adductam in d.
cap.1. de teſti. & in cap.etſi. clerici in prin.
de iudi. & melior glo. in d. cap. 1. in verbo
maiores de conſang.& affinit.certiſſimumq.
23 eſt,huiuſmodi † teſtes qui niſi in ſubſidium
admittuntur minime dici omni exceptione
maiores quo ad fidem, latiſſime multorum
auctoritate docet Farina.in qq.crimi. q.62.
num.383.2.par.& alibi teſtes idoneos vocat
Roma.Ponti.in cap.conſultationem de ſpō-
ſa.cap.atteſtatione.de ſponſa.impube. ido-
nei autem non dicuntur pater & mater l. te-
ſtis idoneus cum l.ſequen.ff.de teſti.
24 Ruſus † vel inuiti, qui communi adhæ-
rent ſententiæ,fatentur non eam perpetuo
veram eſſe, ſed iudicis arbitrio relinqui qui
diligenter & ſedulo vtrinq. perpenſis om-
nibus fidem poterit matri aut fœminis da-
re, credere conſanguineis & coniunctis, ſic
Dida.ſupra & ante eum omnes & Maſcard.
d.conclu.
25 Vnde † non iniuria contrariam docue-
runt ſententiam grauiſſimi quidam ante me
qualis ſpecu.tit.de reſcrip. §.ratione formæ
verſ.

Digitized by Google

verſ. nunc igitur n. 35. Panor. in c. ſi pro de-
bilitate num. 4. de offi. deleg. Bal. conſ. 122.
lib. 2. Alex. conſ. 143. nu. 4. lib. 2. Deci. conſ.
26 133. viſo proceſſu nu. 3. Neq. † placet Maſ-
car. opinio, qui d. conclu. 2. 8. & 9. exiſtimet
communem omnium traditionem qua cauſę
matrimoniales & criminales æquiparentur
vt ſupra oſtendimus ex glo. in c. mulieri. ex.
de iu. iur. ſolum vindicare quoties de de-
ferendo iuramento in ſupplementum agitur
probationis, in alijs minime; quinimo ſum-
mam Pontifices inter vtramq. cauſam diffe-
rentiam conſtituiſſe, expreſſimq. dixerint,
quod etſi in cæteris parentes in cauſa filiorũ
teſtes eſſe nequeant vel coniuncti, in cauſis
matrimonialibus poſſunt: hęc ille qui verba
reffert d. c. videtur ad finem. cui ſatis ſuper-
que ſupra reſpondi, cum loquatur, quoties
de probatione impedimenti ageretur, quod
niſi per parentes, & conſanguineos detegi
poteſt, atq. is caſus ſpecialis ſit, & recte ar-
gumentatur Pontifex, quod etſi in contracti
bus, & criminibus iure ciuili non pater,
mater, & conſanguinei recipi poſſint teſtes,
in eo tamen caſu cuius conſultatio propoſita
fuerat impedimenti poſſe, innuens a contra-
27 tio in reliquis non admitti. Sed neq. † ea tra
ditio vera eſt omni caſu, quoties ſcilicet agi
tur de dirimẽdo matrimonio iam cõtracto,
aut de priori diſſoluendo, cõſentiunt omnes
nõ fore tunc integros teſtes, ſed nec admitti
poſſe d. c. ſuper eo. in 2. de teſti. & dixi ſupra
receptiſſima eſt omnium in eo cap. ſentẽtia.
c. ſuper eodẽ. c. ex litteris de ſponſa. Aunan.
conſ. 52. vbi Bolog. ad eum Ferret. conſ. 48.
a nu. 1. Maſcar. d. conclu. 1019. no. 10. in fine
vbi de magis comuni teſtatur poſt Gabriel.
Farina. qui alios recenſet in qq. crimin. 2. p.
q. 54. nu. 192. Viui. opinio. 954. nu. 6. Gabr.
in cõmu. titu. de teſti. conclu. 8. a nu. 1. Rota
Romana deciſ. 209. nu. 2. & 8. 1. par. in no-
uiſſi. quæ multos Cõrra. in prac. §. 2. rubr. de
teſti. ver. omni exceptione maior num. 88.
Hippoli. Riminal. conſ. 174. num. 16. lib. 2.
conſ. 538. nu. 35. lib. 5. Burſa. conſ. 359. a nu.
1. lib. 4. vbi ad vtramq. diſputat, de recepta
teſtatur, & ab ea in conſulendo, nec indican-
do non eſſe recedendum opinatur idem Fa-
rina. in qq. crimi. par. 2. q. 62. nu. 106. Craue.
conſ. 991. nu. 57. 58. lib. 6.

28 Neq. † etiam ea ſententia locum habet
quoties parentes & coniuncti ſupra modum
de matrimonio ſoliciti illius exitum percu-
29 perent, ex nimia † enim affectione ius teſti-
monij ferendi amitterẽt veluti ſuſpecti arg.
l. quæ omnia §. 1. ff. procurato. Felin. in d. c.
ſuper eo de teſti. Alex. conſ. 153. lib. 5. Pari.
conſ. 55. nu. 34. Deci. conſ. 310. Iaſ. conſ. 2.
nu. 18. lib. 2. Maſcard. d. conclu. 1019. nu. 25.
Menoc. d. caſu. 102. nu. 7. 8. & 9. ad medium.
Solo de Paz. conſ. 6. nu. 1. & ſeq.

30 Neq. † vindicat vbi mulier quę de matri
monio contendit cognita a viro fuiſſet, cum
enim de iniuria familię illata agatur, paren-
tum, & coniunctorum teſtimonium ſuſpectũ
eſt. Idemq. quoties infamia parentibus, vel
conſanguineis, & familię irrogaretur. latiſſi-
me Gabri. in commu. tit. de teſti. conclu. 9.
vbi extendit, & declarat Deci. d. conſ. 133.
Pari. conſ. 58. num. 15. conſ. 59. nu. 25. lib. 4.
Zaſi. conſ. 4. n. 24. Maſcar. d. concl. n. 26. 27.

31 Rurſus † nec quoties alter alterum diui-
tijs, aut nobilitate ſuperaret, non enim tunc
parentes recipiuntur aut cõiuncti. Latiſſime
Panor. & alij in d. c. ſuper eo. nu. 8. Felin. n.
6. Alex. conſ. 154. n. 2. lib. 5. Cur. iunior. cõſ.
27. nu. 4. Gabri. ſupra Meno. d. caſu. 102. nu.
4. Viui. d. opinio. 954. & opinio. 993. Nell.
in tractatu de teſti. nu. 7. verſ. fallit in cauſis
matrimonialibus. Aufre. in tract. de teſti. n.
76. verſ. ſed vbi queritur Alber. de Malet.
tract. de teſti. c. 1. nu. 12. & 13. Lanfran. in c.
quoniam contra falſam verbo teſtium depo
ſitiones nu. 59. de proba. Crot. tract. de teſti.
par. 4. n. 155. Soci. regu. 427. Fallen. 6. Cõra.
vbi ſupra nu. 44.

32 Deniq. † conſentiunt omnes in his pluri-
mum iudicis arbitrium poſſe, quemadmodũ
poſt antiquiores Dida. animaduertit in Epi-
to. de ſponſa. 2. par. c. 8. §. 12. nu. 8. Maſcard.
& Meno. nunc relati. quibus videris lector,
niſi vno aut duobus caſibus communem illã
ſententiam admitti poſſe: & aptius (vt mihi
videtur) Viui. & alij feciſſent ſi regulam cõ-
ſtituiſſent contrariam, non ſcilicet poſſe pa-
rentes vel coniunctos in matrimonialibus
cauſis teſtimonium dicere.

33 Rurſus ſi validum † eſt argumentum de
matrimonio carnali ad ſpitituale, & e con-
tra, prout regulariter valet c. inter corpora-
lia de translatio. Epiſcopo. authen. niſi ro-
34 gati C. ad Trebel. quemadmodum † in ſpi-
ritualibus teſtes omni exceptione maiores
eſſe oportet c. in litteris de teſti. Rebuf. in
rubri. de colla. poſt princi. in verſ. palã etiã.
Id idẽ iᵖ in matrimonio carnali obſeruabit.

35 Vt autẽ ipſe † quid ſentiam patefaciam,
dixerim diſtinctione quadam vtramq. ſen-
tentiam poſſe conciliari: aut enim matrimo
nium fuit publice contractum, vel etiam oc-
culto, nõ tamen ita clandeſtine quin alij quã
parentes, & coniuncti vocari in teſtes potue
rint: Aut vero tam ſecreto, vt vel ratione lo-
ci, quia in heremo aut ruri, vel nocte, & in
opinato, vt his contingit qui mulieres ſubdu
cunt, & tentant vt eas peruertant, non alij
actu, & habitu veriſimiliter teſtes adhiberi
potuerunt, & ſi fuiſſent conquiſiti.

Primo

Primo caſu exiſtimo teſtes omni excep-
tione maiores admittendos tantum ; non
etiam parentes, aut coniunctos , aut quibus
nota poſſit obijci. Eſt enim receptiſsima in-
terpretum noſtrorum opinio (vt argumen-
temur de criminalib9 ad matrimoniales cau
36 ſas quod non ſemel dixi) teſtes ✝ inhabiles
nuſquam recipi , niſi vbi ita difficilis caſus
eſſet probationis, vt non alij quam inhabi-
les interuenire potuerint, l. cõſenſu §. ſupec
plagijs C. de repud. l. non omnes §. a barba-
ris ff. de re. mili. l. diuus verſ. Sed ſi aliter ve
ritas ff. de quæſtio. c. veniens. in 2. vbi Pa-
nor. & cæteri de teſti. c. fi. ex. de teſti. cogẽd.
glo. in c. cũ dilecti verſ. & ſi tres de electio.
glo. penul. in c. 2. vbi Panor. de arbitr. Soar.
in theſau. recepta. ſentẽtia. littera T. n. 131.
Gabri. in cõmu. tit. de teſti. cõclu. 7. à nu. 1. li.
1. Monticel. in ſuo teſtium reportorio. verſ.
inhabiles Diaz. de Luco. reg. 759. Ant. Gom.
variarum reſol. tom. 3. cap. 12. num. 21. Hip-
pol. Rimi. conſ. 113. num. 31. lib. 2. latiſſime
de communi Farina. lib. 2. qq. crimi. titu. de
oppo. con. reſ. q. 62. num. 1. idem eod. titu. q.
54. nu. 193. qui alios vbi & de patre & ma-
tre loquitur, & coniunctis Viui. deciſ. 19. à
num. 1. 1. part. Clar. in prac. crimi. §. fina. q.
24. vbi ad eum Baiar. diffuſe. Itaq. vbi potue-
runt contrahentes matrimonium alios quã
parentes & coniunctos teſtes auocare , non
eſt ipſorum teſtimonium recipiendum ; vt
expræſſim de matrimonio loquens quoties
contrahentes colpa argui poſſunt, qui inha-
biles acciuerint, docet Farina. d. titu. de op-
po. con. teſt. q. 62. limi. 3. nu. 65. & id ipſum
de matrimonij teſtibus Baiard. ad Iul. Clar.
in prac. crimi. §. fin. q. 24. num. 114.
37 Secundus ✝ nunc caſus quoties matrimo-
nium clandeſtino contractum fuit, nec culpa
poteſt imputari cõtrahentibus, cur alios ha-
biles non voccauerint, eiſdem quas nuperrra
didimus traditionibus explicatur. Hi enim
vno ore fatentur inhabiles admitti. Diffici-
lis autem hæc probatio ſe ſe offert, ex natura
rei & caſus inopinato contingentis, vbi veri-
tas aliter quam per inhabilium ora euulgari
38 nequit: ✝ cum non præſumatur eſt per eum
qui dicit & allegat neceſſario deducenda &
probanda ; docet late idem Gabriel. titu. de
teſti. concluſ. 7. num. 12. Gramma. conſ. 45.
num. 10. Alciat. de præſumpt. regu. 1. præ-
ſumpt. 47. in fin. Menoch. de arbitra. iudi.
quæſt. lib. 2. caſu. 106. num. 2. Bertaz. conſ.
271. num. 11. lib. 2. Hippol. Rimi. conſ. 120.
num. 24. lib. 2. Burſa. conſ. 276. num. 8. lib. 3.
Eugeni. conſ. 27. num. 65. Maſcard. latiſſime
de probatio. lib. 3. concluſ. 1359. num. 8. &
concluſ. 1403. num. 1. dicit receptiſſimam
idem Farina. tit. de oppo. con. teſt. q. 62. li-
mi. 3. num. 57. Ferre. conſ. 238. num. 22. li. 2.
Tiber. Decia. conſ. 25. num. 1. lib. 2. Et ſe-
cundum eam iudicatum Viui. deciſio. 19.
num. 2. lib. 1. Baiar. in additio. ad Clar. in
pract. crimi. §. fina. quæſt. 24. num. 123. Et in
39 ✝ matrimonio clandeſtino non exquiri teſ-
tes omni exceptione maiores docet late Al-
cia. de præſump. regu. 1. præſum. 39. num. 5.
Farina. d. tit. de oppo. con. teſt. quæſt. 62. li-
mit. 6. num. 103. & 104. etſi in hoc eodem
articulo quidam contra ſentiant exiſtiman-
tes, & in hoc caſu omni exceptione maiores
neceſſarios eſſe quos recenſet Gabriel. d. cõ-
clu. 8. num. 4. ſub tit. de teſti. Conra. in prac.
rub. de teſti. ver. omni exceptioni maior nu.
88. Maſcard. de proba. tom. 2. concluſ. 1019.
num. 1. 2. & 3. qui & ſi poſt declinare videa-
40 tur, idem ✝ tamen ſibi ipſi aperte contrarius
conclu. 90. num. 8. & 9. lib. 1. de domeſticis
loquens, an habiles ſint ad matrimonij pro-
bationem contrarium ſcribit , habiles ſcili-
cet non eſſe, vt & eum refert Farina. d. tit. de
oppo. con. teſt. q. 55. num. 41. & 42.
41 Sed contrarias ✝ interpretum traditiones
ſic conciliauerim , vt & ſupra animaduerti;
aut loquimur de actibus clandeſtinis qui ſui
natura ſunt difficilime probationis in totum
quales qui in heremo locisq. inhabitatis, no-
cteve conficiuntur. Aut de his qui & ſi clam
fiant potuerunt habiles vocari & interueni-
re quia ad manum erant: vt ſi matrimonium
die in domo ſecreto contraheretur, vel alibi
vbi hominum copia haberi potuiſſet facile,
Primo caſu veram fore Alciat. Farin. & alio-
rum credo ſententiam. Secundo vero, Con-
ra. Maſcard. & anteriorum quos illi ſequuntur
42 reor opinionem . Neq. ✝ reticendum eſt, in
quibus caſibus teſtes omni exceptione ma-
iores requiruntur, qualitatem hanc eſſe om-
nino probandam ideoq. prius deducendam
quia nõ pręſumitur: fuit primarius huius tra-
ditionis interpres Bart. in l. vel necare ff. quẽ
ad. teſ. aperien. vbi aduocatos inſtruit & do-
cet. Sequitur poſtea Ange. ibi. Deci. in ca. 1.
num. 59. ex. de appella. & qui multos Rol-
land. conſ. 3. num. 56. volum. 1. & conſ. 50.
num. 17. lib. 2. Gabri. in commu. tit. de pro-
batio. conclu. 11. num. 6. Cæphal. conſ. 65.
num. 53. vol. 1. Hippo. Rimi. conſ. 64. nu. 12.
lib. 1. Maſcard. qui alios 2. tom. de probat.
conclu. 1019. num. 16. vbi de teſtibus in cau-
ſa matrimoniali, & 1. tom. conclo. 222. n. 14.
& tom. 3. conclu. 1360. num. 7. Farina. to. 2.
qq. crimi. tit. de indicijs & tortu. quæſt. 47.
num. 211. qui & communem dicit. Triui. de-
ciſ. 15. num. 7. & 8. qui expræſſim de teſti-
bus in cauſa matrimoniali producendis lo-
quitur l. 1. 1. & Viui. deciſ. 288. nu. 4. 1. part.
vbi alios.

Con-

Digitized by Google

43 Contrariam vero † ſententiam multi te-
nuerunt exiſtimantes teſtes in dubio præ-
ſumi omni exceptione maiores non alio do-
cto:qualis Franciſ. Becci.conſ.47. num.5.6.
lib.2.Cæpha.conſ.221.num.56.lib.2.Occa.
inter conſ.diuerſ.criminal.conſ.60.num.59.
littera A.de appella. Angel.Feli. Cur. & qui
dam alij quos adfert Farina. in 2. tom. qq.
44 crimina.quæſt.37.num.212. Concilia † diſ-
tinctione contrarias haſce opiniones. Nam
attenta eorum ſententia,quę verior & tutior
etiam eſt;exiſtimantium teſtes omni excep-
tione maiores alios eſſe a teſtibus idoneis,
& qualitatem illam addere aliquid teſtium
fidei quemadmodum ſuperius declaraui;ve-
re iuris diſpoſitione attenta idoneus quili-
bet teſtis præſumitur:quia cum edictum de
teſtibus prohibitorium non ſit, ſed quilibet
teſtis eſſe poſſit niſi is expreſſim lege inter-
dicatur l.1.ff.de teſti.Vnusquiſq. idoneus in
dubio pręſumitur glo.inſignis in c. 1.ex. de
teſtib. argum. notatorum in cap.dudum ex.
de pręſump.& in cap.1.ex. de ſeru. Curti.in
tract.de teſti.conclu.34.a nu.1. At ſecus in
eo,qui maior eſt omni exceptione, nam cum
45 † idem ſit dicere teſtis omni exceptione ma
ior,quod melior aut optim⁹ in ſuperlatiuo,
niſi hic talis probetur non præſumitur,ſuffi-
cit enim quod lex bonum quemquam,& ido
neum præſumat non meliorem aut optimū,
ſic ſentire videtur Imol.in d.l.1.§.ſi quis ne-
ger ff.quemad.teſta.aperi.quem ſequitur, &
reffert Curti. in d.tract. de teſti.conclu. 35.
nu.75.in fine.

46 Sane idoneus † apud Iuriſcōſultos teſtis is
citra cauillū dicitur, qui ſufficiens eſt,nō qui
melior,vel omni exceptione maior.Nam a-
pud Cicero.non ſemel in hac legimus ſigni-
ficatione vſurpari.De idoneo enim authore
ſic ille ſupra in verrem actio. *Dicito potius
quoniam habes authorem idoneum, quod An-
tonius vno aduentu,& vix menſtruis cibarijs
fecerit,id iſtum per triennium feciſſe.* Et idem
alibi eadem actio. *Tibi fortaſſe idoneus fuit
nemo quem imitarere* ſed & Liui.8.ab vrbe,
*idoneos authores habeo quærentibus de nobis
ſamnitibus ita reſponſum ab Senatu.*

47 Hinc † cum lex teſtes omni exceptione
maiores deſiderat id expreſſim dicere ſolet
c.1.de conſan.& affini.d.c.ex qnadam ex.de
teſti. deciſ. Rotæ 209. num.5.1.par. in no-
uiſſim.

Ex his quæ dixi,quædam inferre libet,pri
mo an vera ſit deciſio Rotæ nunc adducta
209.1.par.in nouiſſi. Quæ in eo caſu an ma-
trimonij clandeſtini probatio teſtibus ido-
neis fiat vel omni exceptione maiorib⁹ tres
diſtinguit caſus. Primus eſt, quoties agitur
de probādo matrimonio clandeſtino,ad im-
pugnandum aliud matrimonium, vel diri-
mēdum ipſummet clandeſtine celebratum,
& tunc teſtes omni exceptione maiores re-
quiri voluit ex multis quos adfert num.8.Et
ego fateor vt ſupra probaui. Secundus vbi
de probādo matrimonio clandeſtino agitur,
non ad impugnandum, nec dirimendum, &
cōiecturę nullæ militant, quæ teſtium fidem
adiuuent,tunc cenſuit non requiri teſtes om
ni exceptione maiores, nec magis idoneos
ſed ordinarios ſufficere. Quatuor rationib⁹
1.quod regula ſit generalis ad cuiuſq. nego-
48 cij probationē † duos ſufficere teſtes l. vbi
numerus ff.de teſti.c.in nomine domini de.
teſti.& a regula in dubio recedendum non
eſſe,maxime in materia fauorabili cap.fina.
ex.de re.iudica.& infra dicemus. Huic reſ-
pōdetur duos in omni cauſa teſtes ſufficere,
legitimos tamen,& idoneos l.3.cum §.§.ſe-
quentibus ff.de teſti.argu. l. 1. C.de Sacro.
Eccleſ.Parentes autem,& coniunctos nō fo-
re omni exceptione maiores, ſed nec ido-
neos dici,vt ſupra;neque cap.fina.de re.iud.
49 facit & ſi enim matrimonialis † cauſa fauo-
rabilis ſit: de ea intelligendum Roma-
num Pontificem, quę a matrimonio legiti-
me, & ſecundum decreta canonica publice
50 contracto oritur, non de cauſa clandeſtini †
matrimonij,aduerſus ea cōtracti; licet anti
quo iure voluerint: cap.1.vbi Panor. & alij.
de clan.deſponſa.Paris.conſ.13.nu.1.Bero.
quæſt.107.Cępha.conſ.286.nu. 16. fuerunt
enim,& tunc odioſa can.1.30.q.1.ideoque
non pro eis preſumi Panor.docet in c. 1.de
clan.deſponſa.Soci.conſ.17.lib.1.Cur. iun.
conſ.64.n.3.& alij plures quos reffert Maſ-
car.tract.de probat.par.2.concln. 1023. nu.
51 10.& 11.vbi expreſſim ex alijs docuit † ma-
trimonium clandeſtinū nullo modo dici fa-
uorabile.

52 Quāquā quoties † de duob⁹ ageretur ma
lis cū minus ſit preſumēdū ad ea quæ Alciat.
tract.de præſum.regu.3.præſum.6.Gabri.in
cōmu.tit.de crimi.cau.conclu.2.nu. 5. & 6.
Meno.li.5.præſum.2.a nu.24. ſi ageretur de
53 adulterio † aduerſus aliquem ad vitandam
pœnam potius matrimonium clandeſtinum
quā adulteriū pręſumēdū eſſet glo.ſingularis
in c.penul.de fidei.Felin.in c.1.n.18.de prę
ſump.Meno.d.præſump.2.nu.25.

54 Hodierno itidē † iure matrimonia clan-
deſtina deteſtata fuerūt ſicut,& antiquo c.1.
ſeſsio.24.de refor.matri.Concilij Trident.
neq.huiuſmodi matrimonia habēt præſum-
ptionem pro ſe, vnde dicenti incūbit onus
probādi d.c.1.de clan.deſponſa.neq.matri-
55 moniū clandēſtinū dicitur fauorabile † niſi
in probatione vt vitetur peccatū, vt antea
dixi,& declarat d.deciſio Rotę.nu.6.

Secun-

56 Secundam † addit rationem ex tex. in cap. 2. de clan. diſponſa. contrahentes enim matrimonium clandeſtinum, ad illius non tenentur obſeruationem niſi legitima appareat probatio, legitima vero ea dicitur quę à legibus ipſis & canonicis decretis probatur. deciſio. Rotæ fina. ritu. de præben. Reſpondetur, quod an probatio quæ fit per parentes & coniunctos dicatur legitima nec ne, eſt primum quæſtionis principium petere, hoc enim non aliud inquirimus.

57 Tertia ratio, † quoties per teſtes omni exceptione maiores fieri debet probatio id ſolent Romani Pontifi. exprimere vt in ca. 1. de conſang. & affi. facit cap. licet ex quadam de teſti. Reſponde, ſat eſſe ſi legiſlator ſemel quidquam ſtatuerit vt in eadem materia perpetuo obſeruetur l. non poſſunt ff. de legib. & ſuperfluas repetitiones iura deteſtantur §. quibus in prohem. Gregori. ad medium, & cum ſemel teſtes omni exceptione maiores in matrimoniali cauſa voluerit, ad alios omnes eiuſdem materię caſus protrahenda diſpoſitio eſt d. l. non poſſunt de legi.

58 Quarta ratio, matrimonium † clandeſtinum valet de iure communi, & conſenſu perficitur ſicut ſolemne quoad probationem, vt vitetur peccatum, ideo poteſt probari per teſtes conſanguineos cap. ſicut ex litteris de ſponſa. per parentes, niſi adſit inęqualitas cap. ſuper eo in 2. de teſti. per cognatos vtriuſque ſexus cap. videtur. qui matrimo. accuſ. poſſ. Reſpondetur ratio-
59 nem † procedere attento iure communi veteri non nouo Concilij Tridentini cum eo ſolus conſenſus non ſufficiat, ſed præſentia parrochi & teſtium neceſſaria ſit d. cap. 1. ſeſſion. 24. de reformatio. Conc. Tridenti.

60 Nec † dicitur etiam hodie fauorabile quo ad prohibitionem, fruſtratoria enim eſt neque in euentus expectandus cuius effectus nihil poteſt operari l. aliquando §. fina. ff. ad Velleia. l. cum hæres §. 1. ff. de acqui. hæred. l. apud Iulianum §. fina. l. ille à quo in princi. ff. ad Trebel. l. hęc ſtipulatio §. Diuus ff. vt legari. no. cauea. Crauet. conſil. 685. num. 9. cum coniectis per Surd. deciſio 184. num. 8. Neque facit tex. in d. cap. ſicut ex litteris cap. ſuper eo. titu. cap. videtur quoniam eis fuit ſupra ſatisfactum.

61 Quinta ratio, ab authoritate † Innocen. qui in cap. 2. de clandeſ. deſpon. ſcriptum relinquit, & illius approbatur frequentius traditio, Matrimonium publicum preiudicare clandeſtino, & ſi clandeſtinum habeat pro ſe vnum teſtem, & famam, quę ambo plenam non efficiunt probationem per teſtes omni exceptione maiores ſequitur Panormita. in d. cap. ſuper eo. 7. nota. de teſti. & alij plerique quos deciſio adfert num. 7. quæ tandem à Ferret. conſil. 48. numer. 1. receptam teſtatur: Reſpondetur enim contrariam ſententiam tenuiſſe innumeros, quos recenſet Gabriel. titu. de teſti. conclu. 8. numer. 4. & ſequen. Alciat. tractat. de preſumptio. regu. 1. preſumptio. 39. numer. 5. & ſequen. Conrad. in practi. §. 2. rubri. de teſti. verbo omni exceptione maior numer. 88. Maſcard. tractat. de probat. part. 2. concluſ. 1019. num. 4. qui innumeros citat Treuiſan. deciſio. 38. numer. 1. lib. 1. qui omnes & alij ab his adducti affirmant in matrimonij etiam clandeſtini probatione teſtes requiri omni exceptione maiores, vt ſupra dictum. An autem contraria communis ſit dubitauerim.

62 Tertius caſus † deciſionis eſt, quando agitur de probando matrimonio clandeſtino ſimpliciter, & vltra qualitatem clandeſtinatis concurrunt aliæ circunſtantię quę contractum ipſum reddunt ſuſpectum, huius caſus deciſionem refert deciſio indeciſum relinquiſſe dominos, quia veritatem adhuc ignorabant, nec proceſſus inſtructus erat, qui qualiter diffiniri poſſit ex ſuperioribus ſatis colligitur.

63 Non tamen † tantorum patrum deciſionem reprobo (& ſi me a mea non dimoueo ſententia) quę ſub. Aldobrandino Rotæ tunc auditore integerrimo fuerit ventilata is nunc ſummis actus honoribus, virtutę, litteris, & ſanctimonia refertus. In ſummo Chriſti Viccariatu ſedet, fœliciter viuit & regnat, Clemens Octauus, qué Deus Opt. Max. incolumen ſeruet ad Neſtoreos vſq. annos.

64 Secundo inferre † quis poterit (ſalua ſemper ſanctæ matris Eccleſiæ aucthoritate) intellectum ad tex. in d. cap. 1. ſeſſion. 24. Con. Trident. de reformati. matri. *vt cum hodie matrimonia clandeſtina ſint penitus antiquata, & omnino deleta, & teneantur contrahentes publice coram parrocho, & duobus vel tribus teſtibus*, contrahere de legitimis, & idoneis, & omni exceptione maioribus intelligetur. Atque hinc parentes, coniunctos, & quibus nota impingi poteſt, reijciendos eſſe ſuperius ratione tradita: quia cum hodie vocandus ſit parrochus & teſtes, nec vlla clandeſtina poſſint celebrari, omnes vocandi ſunt exceptione maiores:
65 ratio enim qua mouebantur † exiſtimantes clandeſtinum matrimonium non teſtibus omni exceptione maioribus poſſe proba-

ri: ſcilicet quia id ſit difficilis probationis
Menoch, poſt ſupra relatos in commenta.
de arbitra. indi. qq. caſu. 116. numer. 16.
& in his, quæ clam fiunt & occulto, teſtes
& ſi aliquo modo inhabiles admitantur,
ceſſat hodie: vnde cum potuerint vocari
habiles & non fuerint, in culpa ſunt con-
trahentes nec illis probari matrimonium
poterit.
66 Rurſus, cum † publice celebrentur hodie
matrimonia, & in matrimonijs publicis teſ-
tes omni exceptione maiores requirantur
in quo ferè nullus diſſentit, ab his, quæ iuris
ſunt communis decretum Concilij Triden-
ti. interpretationem recipiet l. 2. C. de no.
ua. actio. cap. cum dilectus de conſuetu. De-
67 mum cum de teſtibus † ſimpliciter & indiſ-
tincte loquatur conſilium, de habilibus in-
telligendum & l. 1. cum ibi notatis C. de ſa-
croſan. Eccleſ.
68 Ex † quibus reijcietur Spinus exiſtimans
tractat. de teſta. gloſ. 15. num. 46. 47. in
matrimonij contractu inhabiles, parentes,
& conſanguineos hodie teſtes eſſe poſſe,
poſt hec ſcripta Sanch. de Matrimo. lib. 3.
diſpu. 41. pulchrè defendit teſtes qualiſcũq.
ſufficere.

SVMMARIVM.

1 *Contractus dicuntur facti.*
2 *Facta non præſumuntur.*
3 *Facta ſunt incerta.*
4 *Matrimonium eſt quid facti, & non præſumitur.*
5 *Contractus teſtibus probantur coniecturis, & inſtrumentis,*
6 *Scriptura non eſt de eſſentia contractus.*
7 *Scriptura eſt de eſſentia contractus vbi id expreſſim conuentum eſt.*
8 *Scriptura non eſt de eſſentia contractus niſi expreſſim conuentum eſſet quod in ſcriptis fieret & aliter non valeret.*
9 *Scriptura non eſt de eſſentia contractus matrimonij.*
10 *Matrimonium probari poteſt per ſcripturam vel dotale inſtrumentum.*
11 *Andreæ Gail. opinio dicentis per conſtitutionem dotalem non probari matrimonium.*
12 *Andreæ Gail. opinio reprobatur.*
13 *Matrimonium dotali inſtrumento probari, tenet Rota Roma.*
14 *Andreæ Gail. opinio declaratur.*
15 *Campe. traditio declaratur.*
16 *Matrimonium inſtrumento dotali probari intelligi quoad contrahentes tantum non quoad alios.*
17 *Scriptura eſt de eſſentia matrimonij inter nobiles.*
18 *Matrimonium nobilium ſine ſcriptura non recte contrahitur.*
19 *Argumentum de matrimonio carnali ad ſpirituale validum.*
20 *Scriptura requiritur in matrimonio ſpirituali.*
21 *Prouiſus in beneficialibus niſi expeditis litteris poſſeſſionem intrare poteſt.*
22 *Baldi opinio improbatur cum alijs qui eum ſequuntur.*
23 *Authentica maximis C. de indi. noue declaratur.*
24 *Nuptias Iuſtinianus illuſtres noluit contrahere poſſe, niſi ſcriptura vbi dos datur.*
25 *Matrimonium ſine dote eſſe poteſt nec dotali inſtrumento.*
26 *Inſtrumenta contracti matrimonij regulariter non fiunt.*
27 *Accurtij opinio adfertur exiſtimantis valere matrimonium ſine ſcriptura.*
28 *Legitimi non ſunt filij ſecundum Iuſtinianum, niſi conſcripta fuerint inſtrumenta dotalia.*
29 *Matrimonium iure canonico, & filiorum legitimitas ſine inſtrumentis valent.*
30 *Baldi opinio damnatur.*
31 *Gratia verbo fiat, perficitur.*
32 *Rota Romana declaratum, collationem beneficiorum probari etiam per teſtes.*
33 *Rota Romana declaratum ſcripturam non eſſe de eſſentia collationis.*
34 *Liber parrochi concurrentibus aliquibus coniecturis probat matrimonium.*
35 *Liber parrochi iure nouo Concilij Tridentini probat matrimonium.*
36 *Liber parrochi hodie eſt authenticus.*
37 *Parrochi fides electa à Sacro Concilio Tridentino.*
38 *Libro electi ab aliqua vniuerſitate plene creditur.*
39 *Libro parrochi de morte, ſepultura, vel excommunicatione creditur.*
40 *Matrimonium non fuiſſe contractum probatur ex inſpectione librorum parrochi.*
41 *Libro baptiſmatis à parrocho confecto creditur.*
42 *Declaratio decreti Tarraconenſis.*
43 *Cap. 2. de conſuetudine quo ſtatuitur, vt liber in Eccleſia conficiatur circa conſuetudines celebrandi officia declaratur.*

COMPARATIO. IX.

CONTRACTVS QVID FActi dici, Matrimonium itidem, & quæ inde vtilitas, luculenta tractatio.

CONVE-

1 CONVENIVNT nono, ✝ vt cum contractus ſint
quid facti ratione conſenſus
l. ſi vnus §. pactus ne peteret, ibi, quia in ſtipulationibus ius continetur, in pactis factum verſatur. vbi Bart. & poſteriores adnotarunt ff. de pac. l. Concilio ad finem ff. de curar. furio. & nouè declaraui lib. Explor. iuris. 3. cap. 7. Fa-
2 cta ✝ porro non præſumantur niſi probentur l. in bello §. factę ff. de cap. & poſt. reuer. capit. cum Ioannes §. verum reſponſionem de fi. inſtrum. Panormita. in capit. in præſentia numer. 3. de probat. cap. cum in iure peritus, inibi Panormita. & alij de offic. & poteſt, iud. delega. Corta. in memorata. verbo facta non præſumuntur Deci. in l. quatenus numer. 2. de reg. iur. ibidem. Cagnol. numer. 7. Rebuff. in l. vnica numer. 141. C. de ſentent. quæ pro eo Bal. conſil. 459. numer. 12. lib. 4. Burſat. conſil. 36. numer. 12. Menoch. tractat. de præſumpt. lib. 2. pręſump. 2. numer. 3. idem eo. tractat. lib. 6. præſumpt. 15. numer. 7. & præſumpt. 1. lib. 4. numer. 2. præſumpt. 31. numer. 3. eo. lib. præſump. 155. numer. 3. eo. pręſumpt. 14. lib. 6. num. 1. Maſcard. tractat. de probat. tom. 2. concluſ. 732. à numer. 1. qui etiam reddit rationem, quæ & ab alijs prius tradita eſt,
3 nam ✝ cum facta ſint incerta l. in omni C. de iur. & fac. igno. ideo illorum vis & probatio dubia reputatur l. Arethuſa ff. de ſta. homi. l. triticum ff. de verb. obliga. Et quia latent facta ſæpius, præter ea quę notoria ſunt capit. cum in cunctis capit. quanto de Transla. Epiſco. Alciat. reſpon. 40. numer. 6. lib. 6. cum alijs per eundem Maſcar. adductis d. concluſ. numer. 2. vbi & regulam hanc protendit dupliciter, & declarat tripliciter.

4 Vnde cum ✝ matrimonium ſit contractus, conſequens vt & facti eſſe dicatur ratione conſenſus l. nuptias de regu. iur. d. l. Concilio. de curat. furio. d. §. pactus ne peteret.

Vtilitas quæſtionis in eo verſatur vt cum facti ſit, non præſumitur matrimonium niſi probetur, ideo ei qui dicit incumbit onus probandi, argu. l. ei qui ff. de probat. & expreſſim in matrimonio Cæphal. conſil. 64. num. 19. lib. 3. Pariſi. conſil. 61. numer. 1. lib. 4. Maria. Socin. conſil. 86. numer. 6. lib. 2. Maſcard. tractat. de præſumpt. lib. 3. præſumpt. 1. num. 1. qui ſeipſum alio loco citat conſil. 199. numer. 2. lib. 2. idem conſil. 342. num. 1. lib. 4. & lib. 5. præſump. 2. numer. 37. Et lib. 6. præſump. 54. numer. 12. Malaue. conſ. 42. num. 7. & 30. conſ. 124. num. 50.

5 Planè ſicut cæteri contractus ✝ teſtibus probari poſſunt, ſcriptura vel inſtrumentis, coniecturis etiam, & pręſumptionibus ſic matrimonium de teſtibus dixi ſupra comparat. octaua. de inſtrumentis nunc ſupereſt,
6 & pręſumptionibus ſanè ✝ cum in alijs contractibus ſcriptura non ſit de eſſentia, ſed ad probationem tantum qua facilius acta à partibus iudici innoteſcant l. contrahitur ff. de pigno. vbi & glo. Bart. & cęteri. celebris tex. in l. pactum quod bona fide C. de pac. l. in exercendis C. de fide inſtrum. niſi in caſibus à iure expreſſis gloſ. quę eos recenſet in cap. 1. de cenſib. lib. 6. & in d. l. con-
7 trahitur. Aut ✝ niſi partes aperte conueniſſent vt contractus in ſcriptis redigeretur, l. contractus C. de fide inſtrum. inibi gloſ. & cæteri §. 1. vbi Angel. inſtit. de emptio. & venditio. Gomez lib. reſolut. 2. cap. 2. num. 17. Vaſq. lib. 2. qq. vſufrequen. cap. 16. num. 7. Marien. in l. 1. titu. 7. num. 2. gloſ. 5. ſed &
8 etiam vbi expreſsè ✝ partes ita conueniſſent vt in ſcriptis redigeretur, etſi id non fieret, pars à conuentione ipſa, & contractu recedere non poſſet, vere enim fuit initus perfectusq. contractus, & licet conuentum fuerit fore in ſcriptis redigendum, quo ad probationem tantum in dubio intelligitur, non quoad perfectionem, ideo nec pœnitentiæ locus erit, iuxta receptiorem ſententiam; niſi addita fuiſſent alia verba, quod in ſcriptis fieret aliterq. non valeret: hic vt dixit communis eſt intellectus ad d. l. contractus C. de fi. inſtru. Pau. de Caſtr. conſ. 52. lib. 2. Sigiſ. Ioffred. conſ. 19. numer. 20. Decia. reſpon. 64. num. 35. lib. 3. Mſinge. conſ. 91. numer. 4. Angel. conſil. 20. numer. 33. Deci. conſ. 340. Vaſq. tractat. de ſucceſſi. creatio. part. 1. lib. 2. §. 11. num. 13. erudite ad vtramq. partem Curt. iuni. conſil. 304. numer. 42. vbi de magis communi: & iudicatum ſecundum hanc opinionem aſſerit Burſar. conſil. 100. numer. 18. lib. 1. Pinu. conſil. 87. Ioſeph. Ludouic. deciſio. Peruſia. 101. num. 5. & 13. Et ſi contrariam tenuerint multi, quales Paul. Caſtr. ſibi ipſi contrarius in d. l. contractus & in l. cum ref. C. de proba. & in conſil. 291. numer. 2. Simo. de Pret. conſ. 6. num. 18. Rimin. iuni. conſ. 15. num. 18. & 28. lib. 1. qui alios. in matrimo-
9 nij ✝ contractu. vt in ceteris nec ſcriptura requiritur, poteſt autem per ſcripturam pro-
10 bari ſi deficiunt teſtes. Veluti ſi ✝ confectum fuerit inſtrumentum; aut ſi factum non ſit dotis promiſſione, quæ in ſcriptis redigi ſolet matrimonium probabitur: ſi enim id contineat mulierem viro in dotem pro-

 miſiſſe

miſiſſe centum, nec dum dos ipſa, ſed & illud
probatur Bal. in cap. ſeries. ex. de teſtib.
argu. l. 3. ff. de iure. Doti. Deci. conſil. 35.
num. 2. poſt Roma. ſingu. 446. Socin. ſenior.
conſil. 39. num. 5. & 10. lib. 1. Curt. iuni. con-
ſil. 95. num. 2. Pariſ. conſil. 170. num. 8. lib. 4.
Maſcard. tracta. de proba. tom. 2. concluſ.
1022. Menoch. tractat. de præſumpt. lib. 3.
præſumpt. 1. nu. 90. quibus addendum idem
cenſiſſe Rotam in deciſ. 130. num. 6. in no-
uiſſimis.
11 Contrariam ſententiam † docet Andr.
Gail. lib. obſeruan. 2. cap. 87. num. 7. dicens
nullam facere probationem dotalem pro-
miſſionem citat canoniſtas in cap. illud de
præſumpt. vbi Felin. num. 3. Alex. conſ. 21.
num. 4. Roma. ſingu. 451. Saray. ad Mathe-
12 ſil. ſingul. 79. illius † opinio vera nõ eſt indi-
ſtincte ſed declaranda vt in proxima ſequẽ-
ti declaratione.
Declaratur primo vt non procedat quo
ad plenam probationem ſed quo ad ſemi-
plenam, niſi alia concurrerent cum hoc inſ-
trumento adminicula quę plenam eſſicerent
Panor. in cap. illud num. 6. & Felin. ibi. num.
3. de præſump. Iaſ. conſ. 168. num. 18. lib. 4.
poſt Roma. ſingu. 446. Alex. conſ. 21. num. 4.
lib. 1. Maſcard. d. conclu. 1022. num. 2. Et li-
cet Meno. d. pręſump. nu. 90. dubiam dixerit
hanc probationem, communis tamen inter-
pretum ſententia eam proculdubio ample-
13 ctitur; Quinimo Rota. † modo allegata d.
deciſ. 130. aperte docet matrimonium ſolo
dotali inſtrumento probari, licet eam intel-
ligendam eſſe opinet concurrentibus alijs
adminiculis quemadmodum conſtat ex ea-
dem deciſione ex his quę à num. 1. vſq. ad fi-
14 nem tradit. Et ita etiam † declarãdus Gail.
in d. obſerua. 87. qui alioquin aduerſus com-
munem loqueretur; ſic etiam declarandus
15 Campe. † tract. de teſti. conclu. 399. num. 1.
qui ſimpliciter affirmat ex ſolo donationis
propter nuptias inſtrumento probari ma-
trimonium, & in hunc modum declarat &
ſequitur communem dicens, Meno. ſibi con-
trarius conſ. 15. num. 11. lib. 1.
16 Declaratur ſecundo † vt procedat quo ad
ipſos tantum contrahentes matrimonium,
non quo ad alios, cum enuntiatio illa tertio
pręiudicium adferre nequeat Bal. in auth. ſi
quis in aliquo documento nu. 6. C. de eden.
& in l. 2. num. 8. C. de excep. rei. iudi. Goza.
conſ. 41. lib. 2. Alex. conſ. 21. lib. 1. Maſcard.
qui alios d. conclu. 1022. num. 3. Menoch. d.
pręſump. nu. 92. Campeg. tract. de teſti. con-
cluſ. 399. num. 1.
17 Subdeclara prędicta † egregie duobus
modis. Primo in ſcriptura ſeu inſtrumento
matrimonij contracti inter nobiles & mag-
18 nos viros quia † hęc in his perſonis dicitur
de ſubſtantia nec per teſtes probatur matri-
moniũ apud eos: ſic ſcripſit ſingulariter Bal.
in rubr. ex. de reſcrip. num. 2. citat. tex. in au-
then. maximis C. de iudi. Marſi. eum ſequi-
tur in rubr. de probat. num. 22. ambos ref-
fert & probat Maſcard. tracta. de proba. to.
2. concluſ. 1019. num. 22. Imprimis quoad
Maſcard. pertinet corruptiſſima illius litte-
ra eſt, nam authen. maximis non eſt ſub titu.
de iudi. ſed titu. de Nup. quæ Bal. aſſertio-
nem probat. Marſil. autem Baldum allegat
non in rub. de reſcrip. Sed in l. ſi qua per ca-
lumniam C. de Epiſ. & cleri. qui vere in ex-
tremis verbis id dicit: idem affirmat in d.
rub. num. 2. Marſil. alium nullum quam ſolũ
Bald. adfert, Maſcard. ſimpliciter Baldi &
Marſilij opinionem aprobat. Duplici vbiq.
Bal. ratione monetur. prima ex tex. in d. au-
then. maximis. quæ nuptias nobilium non ri-
te, ſine inſtrumentis dotalibus confici poſſe
19 ſtatuit. Secundam † ſumit rationem ab eo
quod vulgo fieri ſolet argumento, de matri-
monio carnali ad ſpirituale & è contra cap.
cum inter canonicos de electio. cap. quoniã
frequenter §. porro ex vt lit. no. conteſta. ca.
inter corporalia & cap. fina. de transla. Epiſ-
co. authen. niſi rogati vbi Bart. & cęteri C.
ad S. C. Trebel. argumentatur Euerar. loco
33. Et infra declarabimus ſuo loco. at in ma-
trimonio carnali vbi inter magnos agitur
matrimonium, requiritur ſcriptura d. auth.
20 maximis id ipſum † in matrimonio ſpiri-
tuali veluti collatione beneficiorum requi-
21 ritur ſcriptura; nihil allegat, potuit † citare
tex. in extrauag. iniunctę de electio. in com-
mu. vbi niſi litteris expeditis intrare poſſeſ-
ſionem prouiſus nequit facit tex. in cap. poſt
ceſſionem de proba. l. probatorias C. de di-
uer. offi. lib. 12. C. l. vnica C. de manda. prin-
cipa. voluit enim Bal. illic probare, in colla-
tionibus magni redditus beneficiorũ ſcrip-
turam requiri.
22 Nullus hanc † Bald. improbat traditionẽ,
quæ tamen mihi nunquam placuit nec vera
eſt: dixit ille vt erat ingenioſus, & ſubtilis
multa, quę vera nõ ſunt, & ab alijs plerumq.
improbantur. non igitur facit tex. quo Bal.
23 Marſil. & Maſcar. mouẽtur in d. † authen. ma
ximis, nõ enim voluit tex. maximis decora-
tos dignitatibus vxorẽ ducere non poſſe, niſi
inſtrumentis nuptialibus prius confectis, ſed
dotalibus ait, quæ quam diuerſa ſint, vel ex
ipſa verborũ differentia ſatis conſtat argu. l.
ſi idem C. de codicil. & d. authen. maximis
in hæc verba loquitur. *Niſi dotalibus inſtru-
mentis conſcriptis & in corpore* vnite iunti-
tur §. quia vero legem in primo in authen.
vt liceat matri, & auiæ collat. 8. quibus ea-
dem

Digitized by Google

24 dem repetit verba. Nuptias † ergo illuſ-
tres noluit Iuſtin. contrahere poſſe, niſi do-
talibus conſcriptis inſtrumentis, vbi dos
25 datur poteſt tamen matrimonium † vel nup-
tiæ ſine dote celebrari licet conuerſo ordine
dos ſine matrimonio minime l. 3. ff. de iur.
doti. l. fina. §. fuit. C. de donatio. ante nup.
Bart. & poſteriores in rubr. ff. ſolut. matrim.
Menoch. tracta. de præſumpt. lib. 3. præſum.
26 6. num. 19. & † ad inſtitutum noſtrum ſcrip-
ſit Cœpha. conſil. 384. num. 29. lib. 3. in vſu
non eſſe inſtrumenta fieri contracti matri-
monij, & hic verus & nouus illius authen.
& §. ſenſus videtur.

27 Accurtius autem † hanc preſentiens dif-
ficultatem in §. fin. inſt. de nup. poſt. Pla. &
Azo. relatam opinionem exiſtimantium nõ
valere matrimonium, eorum improbat tra-
ditionem quia (inquit) nuptias ſolus facit
conſenſus l. nuptias. de reg. iur. id factum
28 fuiſſe exiſtimat † propter filiorum tantum
primogenitorum legitimationem quos non
legitimos eſſe ſtatuit ex ſubſecuto matrimo-
nio Iuſtinianus, niſi dotalia prius conſcripta
fuerint inſtrumenta d. §. fin. & §. 1. in authen.
de here. ab inteſta. venien. §. 1. in authen. de
filijs ante dotalia. inſtru. ad medium collat.
3. cum alijs per gloſ. congeſtis in d. §. fina. &
nouiſſime eruditiſſimus Peregri. tracta. de fi-
deico. arti. 24. num. 54.

29 Sed nec attento iure † canonico quod in
terris etiam imperij ſeruandum fore exiſti-
mat Angel. in d. §. fina. hæc opinio vera eſt,
nam & matrimonium tenet, & filij legiti-
mi ſunt cap. tanta ex. qui fi. ſint legit. idem
probat & ſequitur Iaſſ. ad Portium in d. §.
fina. & in eandem contendit Accur. in d. §.
quia vero legem in verbo iubemus. Didac.
de ſponſa. 2. part. cap. 8. §. 2. num. 8. Pariſ.
conſ. 13. num. 49. lib. 2. Theſau. deciſ. 83. Pe-
reg. in d. art. 24. num. 55.

Neque hic caſus inter cæteros qui ſcrip-
turam deſiderant recenſetur quos gloſ. ca-
30 nonica in cap. 1. de cenſib. lib. 6. Ad hæc †
Bald. fallitur qui opinatur in collatione be-
neficiorum ſcripturam eſſe de ſubſtantia, nã
nec ea traditio vera eſt niſi quo ad proba-
31 tionem vt in contractibus dixi. Verbo †
enim fiat perficitur gratia cap. inquiſitionis
25. quæſt. 2. clemen. dudum. fina. ibi verbo
vel. ſcripto de ſepultu. & collatione ſola ius
quæritur ſine ſcriptura cap. ſi tibi abſen-
ti de præben. lib. 6. cap. fin. de conceſſio.
præben. eo. libro. cap. cum veniſſent, & ibi
Panormit. de reſtitu. ſpoliato. idem Panorm.
poſt Ioan. Andre. & Archidia. in proemi.
ſexti. in cap. in noſtra ad finem de reſcrip.
vbi & Felin. in extremis verbis. Deci. in
rubr. de conſtitu. vbi & idem Felin. Iaſſ.
conſil. 164. lib. 2. cum alij congeſtis per Re-
buf. in concor. Galli. rubr. de Manda. Apo-
ſto. verbo litteras in principio & in fin. gloſ.
vbi & huius Bal. traditionis meminit latiſ-
ſimè qui ad vtramque & contrarijs reſpon-
det Selua. in tracta. de benefi. quæſt. 22. à
num. 1. vſque ad finem, quorum dictis hæc
32 receptiſſima eſt opinio, pro qua † non ſe-
mel in ſummo Romani prætorij auditorio
fuit declaratum, deciſ. 38. ſub titulo de pro-
batio. in antiqui. illius hæc ſunt verba. *Dic
quod collatio alicui facta de aliquo beneficio
ſeu titu. benefi. ij probatur per inſtrumenta
ſeu per teſtes in iudicio cum habeant eandem
vim vt cap. cum Ioannes eremita de fi. inſ-
tru. facie. cap. poſt ceſſionem de proba. hæc de-
ciſio: Extat altera longior in eiſdem terminis*
deciſ. 87. à num. 1. in antiquis ſub. titu. de
33 reſcrip. quæ noluit ſcripturam requiri † *quia inquit non eſt de ſubſtantia, tantum ſit
vt collationis probatio appareat argu. l. in re.
hyppotheca ff. de fi. inſtrum. quæ omnino vi-
denda.* Vtque recte Selua. ſupra animaduer-
tit num. 7. & 8. non hic inter alios caſus qui
ſcripturam requirunt numeratur. His Bal.
& poſteriorum traditio euanuit. Quinimo
nec ea vſu recepta vnquam fuit. Subdecla-
34 ra † ſecundo in libro parrochi vel curati in
quo ab his, nomina contrahentium matri-
monium cum die & loco deſcribuntur, nam
liber hic concurrentibus aliquibus conie-
cturis probat matrimonium maxime in an-
tiquis, huius traditionis nec Menoch. nec
Maſcard. meminit, aut alij qui de proban-
do matrimonio egerunt. ita multorum au-
thoritate, Rotæ paucis ab hinc annis audi-
tor & conterraneus noſter doctiſſimus Ro-
bulterius decidit deciſ. 340. 2. part. in no-
uiſſi.

35 Cuius traditio † multo magis hodie am-
plectenda erit poſt Sacrum Tidenti. Concil.
quo parrochi libros habere & recte cuſto-
ditos, in quibus nomina cõtrahentium deſ-
cribere diem, & locum matrimonij cele-
brati iubentur. Vnde iure nouiſſimo mor-
tuis teſtibus & parrocho ſolo eo matrimo-
nium abſque alijs plene probari exiſtimo,
36 matrimonij contractum, Quia † liber hic
ſit authenticus & ab ipſo Concilio fidem &
authoritatem ſuſcipiat. argu. eorum quæ de
libero cuſtodito cui fides ſolet adhiberi,
Bart. & ab eo poſteriores omnes docent in
l. admonendi de iure iuran. & modo dice-
mus. *Habeat (inquit) Concilium in cap. 1.
ſeſſio. 24. de refor. matrimo. parrochus librum
in quo coniugum & teſtium nomina, diem
& locum contracti matrimonij deſcribat, quem
diligenter apud ſe cuſtodiat.* Sic in ſpecie
poſtquam ſuperiora ſcripſiſſem reperi Maſ-

card. tenere etſi ad aliud inſtitutum tracta.
de proba.concluſ.672.num.18.cum ſequen.
qui Robuſterij non meminit. Is duplici vti-
37 tur argumentatione.Prima † quia curati fi-
des & induſtria fuit electa à ſacro Concilio,
& verba ſic ſunt accipienda vt aliquid ope-
rentur l. ſi quando de leg.1.& fruſtra parro-
chis diſcribēdi nomina, onus foret iniunctū
niſi libro fides daretur.

38 Altera Maſcard. † ratio eſt. Libro dicti
de publico.plene credi ex traditis per Bart.
in l.quidam §.numularios ff. de edend. Iaſſ.
qui communem refert in d. l. admonendi
de iure.iuran.num.133.Crauet.tract.de an-
tiqui.tempo.par.1. ſectio. quatto limitatur
num.66.qui alios, latè idem Maſcard. dicto
tracta.concluſ.671.num.9.Idem illi adden-
39 dum, † & libris eorundem curatorum mor-
tem probari,excommunicationem,& ſepul-
turam Aymon.Crauet.d.tracta.do Antiqui.
Tempo.1.par.ſectio.vidimus & abunde nu.
1. & qui latè & diffuſe Quintil. Mendo. ad
regu.Cancell.18.num.3.quæſt.10. Menoch.
tracta.de præſump.lib.2.præſum.51.nu.53.
cum ſeq.Quibus adde Franciſ.Cald.in tract.
deininteg. reſtitu.vero minoribus num.33.
cum ſeq.Lauren. Pinu. conſ.83. num.4.10.
13.Vincen.Ann.ſingul.379.num.83.Ioſeph.
40 Ludoui.deciſ.Peru.55.num.7.Sic † conuer-
ſo ordine non fuiſſe contractum matrimo-
nium negariue probatur ex libris curatorum
in quibus nomina contrahentium matrimo-
nium deſcribenda ſunt,argu.eorumque eru-
dite docet Hercul. tracta.quem. negati. nu.
168. & comprobat ab alijs Menoch. conſ.
199.num.3.lib.2.vbi de matrimonio agit.

41 Sic ſane in libro † baptiſmatis a parrocho
confecto omnes ſentiunt quoad baptizatum
quem & illius etiam ætatem probari bapti-
zati opinantur Mendo.de.regu.18.à num.1.
quæſt. 10. poſt Sapiam in l. de ætate nu.33.
de inte.actio.Ioſeph.Ludoui.d.deciſ.55.nu.
7.Meno.d.præſump.51. num. 53. Viui. de-
ciſ.184. num.15. lib.1. vt cum eodem ſacro
Tridentino Concilio fuerit decretum *teneri
parrochos librum conficere in quo baptizatos
& leuantes de ſacro fonte deſcribant*. Quę de
libro contrahentium matrimonium diximus
eadem de hoc ipſo repetenda ſunt:vt hodie
maiorem quam olim fidem faciat,vt Meno.
animaduertit ſupra.

42 Ex his infertur vera declaratio † ſacri
Tarraconen.decreti.cap.3.tit. de baptiſm.
lib.3.quo ſtatuitur *curatos,baptizatorum pa-
rentumq. illorum, leuantium & ſuſcipien-
tium,nomina, in libris ad id expreſſim confe-
ctis,adnotare debere, tum etiam & mortuorū
nomina:* hoc ipſum decretum poſt fuit inno-
uatum in cap. 4. immediate ſequenti, quo
ſtatuitur *Parrochos quinq. libros teneri con-
ficere,baptizatorum vnum,confirmatorum cō-
trahentium matrimonia, defunctorum & eo-
rum qui ſingulis annis confiteri peccata tenen-
tur:* hi enim libri in dubiam fidem faciunt.

43 Eadem declaratio pro trahenda eſt ad
cap.2.de eiuſdem Tarra.Conc. conſue. vbi
Concilium iubet *librum confici, quo conſue-
tudines circa celebranda officia deſcribantur.*
Eadem declaratio pertinet ad cap. 2. de re.
Eccl.non alie.voluit *librum fieri,in quo docu-
menta omnia beneficiorum Eccleſiarum conti-
neantur, quem in ſacrario vel ſacriſtia iubet
cuſtodiri.*

SVMMARIVM.

1 Probationе plena non poſſunt omnia conſtare.
2 Probatio per coiecturas,dicitur vera probatio.
3 Delicta coniecturis probantur.
4 Adulterium coniecturis probatur.
5 Hæreſis coniecturis probatur.
6 Nocte quæ fiunt coniecturis probantur.
7 Affinitas coniecturis probatur.
8 Antiqua,coniecturis probantur.
*9 Matrimonium clandeſtinum coniecturis pro-
batur.*
*10 Copula poſt ſponſalia ſequta, matrimonium
præſumitur.*
11 Copula ſubſequta,præſumitur nouus cōſenſus.
*12 Actum faciens, indubio cenſetur illum facere
cauſa præcedentis obligationis.*
*13 Copula carnalis poſt ſponſalia,an iure nouo Cō-
cilij Tridenti.matrimonium faciat.*
*14 Capit. qui fidem,an ſublatū ſit iure nouo Con-
cilij Tridentini.*
15 Marti.Azpilcueta laudatur.
*16 Matrimonia præſumpta Concilio Tridentino
ſublata.*
*17 Azpilcueta nepos Salmanticenſis academiæ in-
terpres laudatur.*
18 Petrus Bimius, & Triuiſanus reprehenſi.
*19 Concilium Tridentinum in c.1. de refor. ma-
trimo.de ſponſalibus non loquitur.*
20 Triuiſani opinio reprobatur.
21 Triuiſani deciſio 20.expenſa.
22 Bimij, & Triuiſani fallacia.
*23 Azpilcueta nepotis adnotationes ad Conciliū
Tridentinum.*
*24 Hiſpaniarum prætoria quid iudicauerint cir-
ca ſponſalia clandeſtina contracta.*
*25 Sponſalia Clandeſtina contracta, & ſi non
fuerint iurata valent etiam iure nouo Con-
cilij Tridentini.*
*26 Deciſio Rotæ Romanæ ſub Aldobrandino,ho-
die Sanctiſſimo Domino noſtro Papa, ad-
fertur.*
*27 Azpilcuetæ opinio dicentis diſpoſitionem ca.is
qui fid.de ſponſa.ſublatam,probatur.*

Matri-

Digitized by Google

28 *Matrimonium inter raptorem & raptam valuit iure antiquo canonico.*

29 *Matrimonium inter raptorem, & raptam, iure ciuili interdictum.*

30 *Raptor contrahens matrimonium cum rapta, pœnas iuris vitabat.*

31 *Matrimonium inter raptorem & raptam ſublatum à Concilio Tridentino.*

32 *Menochij declaratio ad Concilium Tridentinum.*

33 *Confeſſioni raptoris & raptæ aſſerentium ſe contraxiſſe matrimonium non creditur.*

34 *Aſſertioni dicentium, ea quæ ab animo pendent ſtatur.*

35 *Confeſſione coniugum antiquitus matrimoniũ probabatur.*

36 *Confeſſione ſola dicentis matrimonium contractum, cum virgine ſtrupata, pœna vitabantur.*

37 *Confeſſione raptorum vel ſtrupantium, qui aſſerant matrimonium contraxiſſe, iure nouo Concilij Tridentini pœna non vitantur.*

38 *Declaratio ad vſaticum Barchinonen. ſi quis virginem.*

39 *Declaratio ſecunda ad prædictum vſaticum ſi quis virginem.*

40 *Raptor contrahens matrimonium cum rapta an ſit hodie omnino liberandus.*

41 *Raptorem contrahentem matrimoniũ cũ rapta, pœnas non vitare, qui tenuerint.*

42 *Raptor cũ rapta contrahens mitius puniẽdus.*

43 *Raptor contrahens cum rapta quomodo liberandus.*

44 *Raptor pœna mortis tenetur.*

45 *Raptor iure Canonico vt puniatur, quæ requirantur.*

46 *Raptor vt puniatur, quæ requirantur.*

47 *Ius Canonicum à ciuili, in quo differat, circa raptorum pœnas.*

48 *Pœna mortis iure ciuili impoſita raptori, iure Canonico ſublata non fuit.*

49 *Authoris opinio qualis.*

50 *Raptus crimen publicum.*

51 *Criminis raptus accuſatio popularis eſt.*

52 *Raptus accuſatoribus, antiquitus præmia dabantur.*

53 *Occaſio delinquendi auferenda.*

54 *Origo in delictis attenditur.*

55 *Laicus comitens delictum qui poſtea in fraudẽ ſe clericum facit, puniri poteſt per iudicem laycum.*

56 *Raptus mulieris, iniuriam infert parentibus.*

57 *Authoris opinio quæ.*

58 *Declaratio tertia vſatici ſi quis Virginem.*

59 *Pœna alternatiua impoſita, an in electione ſit Iudicis vel rei.*

60 *Vſatici ſi quis Virginem verba, corrumpentem reſpiciunt.*

61 *Authoris opinio qualis.*

62 *Pœna priori loco relata ab ſtatuto vel lege, imponenda eſt per iudicem.*

63 *Iure Canonico raptoribus qualis pœna fuerit indicta.*

64 *Matrimonium ſequens, corrumpenti pœnam auſert, non tamen dotandi onus.*

65 *Mathei de Afflict. opinio circa rapiẽtes qualis.*

66 *Raptor nobilis, cum rapta ignobili matrimonium contrahere non tenetur.*

67 *Filij ex matrimonio præſumpto nati illegitimi hodie.*

68 *Matrimonia quæ non contrahuntur iuxta formam ſacri Tridentini Concilij adulteria potius quam matrimonia dicenda.*

69 *Filij nati ex matrimonio putatiuo vbi agitur de ipſorum legitimitate, legitimi cenſentur & ſuccedunt parentibus.*

70 *Filios ex putatiuo matrimonio natos fore legitimos quo ad ſucceſſionem fuit declaratũ a Rota Romana.*

COMPARATIO. X.

VT COETERI CONTRACTVS coniecturis, & præſumptionibus adiuuantur, matrimonium itidem; Et an id hodie attento Sacri Tridentini decreto, Concilij Luculenta, & vtilis indagatio.

1 CVM nequeant † omnia plena in contractibus & hominũ diſpoſitionibus judici probatione conſtare, hincq. in claris non ſit opus coniecturis l. ille aut ille §. cum in verbis de leg. 3. ad præſumptiones & coniecturas decurrẽdum eſt. Ea vero probatio vera etiam dicitur, quoties † niſi præſumptiua fieri non poteſt Deci. in rub. de proba. num. 17. refert Maſcard. tracta. de proba. tom. 1. q. 10. num. 16. adde tex. egregium in l. licet imperator ibi, ſi non fuerit euidens diuerſa volũtas defuncti quæ ex multis colligitur de leg. 1. vbi Iaſſ. ſcripſit. Ita fit vt ad præſumptiones deuenire oporteat in contractibus l. poſt contractum de donatio. vbi Bart. cõiecturas memorat. Iaſſ. in l. ſi quis ex argentarijs §. prætor num. 26. ff. de eden. latiſſimè Menoch. tracta. de præſump. lib. 3. præſump. 65. à nu. 1. cum ſequent. Maſcard. tracta. de probatio. tom. 1. quæſt. 10. à num. 1. dixi ſupra comparatione quarta, dum de ſocietatis cõtractu huic ſimili diſerui, qui & coniecturis iniri tacite poteſt.

3 Nam in delictis † idem vindicat, his maxime quæ ſecreto, & noctu patrari ſolent,

 quem-

4 quemadmodum in crimine † adulterij cap.
prętetea de teſti.cap.litteris cap.tertio loco
de proba.& Simonia:cap.per tuas cap. ſicut
5 de Simo. Heteſi † cap. cum contumatia de
hereti.lib.6.in milite träſfuga,& deſertore.
l.non omnes §. à barbatis ff. de te. milita.
6 His denique † omnibus quæ nocte, in here-
mo,aut domi comittuntur l.conſenſu.§. ſu-
per plagis C.de repud. Filiatione l.filiũ vbi
Barr.ff.de his qui ſunt ſui vel ali.iu. Affinita-
7 te † cap.licet ex quadam ex. de teſti.in † rei
8 antiquæ probatione l. cenſus l. monumenta
9 ff.de probatio. Extremo † matrimonio oc-
culto,& clandeſtino, aut eo cuius probatio
aperta non eſt.

10 Hęc autem † ab omnibus prior & pręci-
pua adſerri ſolet quoties inter duos contra-
cta fuerunt ſponſalia,deinde copula fuit in-
ter eos carnalis ſequta,quę tam valida eſt,vt
iuris & de iure ab omnibus nominetur cap.
is qui fidem, & ibi glo. Panormit. & poſte-
11 riores de ſponſa. ea motus ratione, quia †
exiſtimauit lex ex carnali copula & noua cõ-
iunctione, nouum etiam conſenſum ſuper-
ueniſſe, quo promiſſionem voluerint perfi-
cere anteriorem:cum aliter ex carnali copu-
la ſola, peccatum mortiferum eliceretur
Dida. in epito.de ſponſa. 1.part. cap.4.§.1.
12 num. 1. Et quia † actum faciens in dubio,
cauſa præcedentis obligationis facere cen-
ſetur l.quædam ff. de rei vendica. quam ra-
tionem reddidit Menoch. tractat. de præ-
ſumpt.lib.3.præſump.1. num.8.qui num.6.
ſuperiorem refert coniecturam alios adfe-
rens, & qui multos Maſcard.tracta.de pro-
ba.2.tom.conclu. 1027. à num.1. Triui.de-
ciſ.20.lib.1.à num.1.Graphi.cap.12.nu.44.
lib.1.par.2.deciſion.

13 Ab hac veluti omnium † potiori exordiri
volui coniectura,quoniam ſi hęc, iure ſacro
Tridentini Concilij fuit antiquata, oleum
& operam me perdere putauerim, ſi alias
(quę multæ ſunt) coniecturas recenſeam,
quarum declaratio nullum allatura ſit com-
14 modum. Videamus an id verum ſit. † Hiſ-
panici ſcriptores cenſuerunt,tex.illum cap.
is qui fidem ſublatum hodie fuiſſe Tridenti-
ni Concilij decreto cap. 1. ſeſſio. 24. de re-
forma.matrimo. Eorum omnium prior hu-
15 ius ſententiæ † author fuit Mar. Azpil. vir
memorandus,& omnium quos anctiora ſe-
cula peperetũt in diuino,Canonico, & Cæ-
ſareo ſimul iure, doctiſſimus ſimul, & ſan-
ctiſſimus,in Manua. Confeſſo. cap.25.num.
144. & ante in cap. 22. num.28. Cum enim
niſi certa forma à Concilio ſacro præſcrip-
16 ta contrahi nequeat matrimonium, † con-
ſequens eſt præſumpta hodie matrimonia
nullius eſſe effectus. Eandem poſt, idem
Azpil. comprobauit ſententiam conſil. 21.
num.2.cum ſequen.ſub titu.de ſponſa.con-
ſil.53.num.1.ad medium conſil. 38. num.2.
eod.tit.de ſponſa.poſt Didac.Perezi. lib.5.
17 titu.1.l.1. fol. 41. Eandem † de loco ſupe-
riori eiuſdem nominis illiusq. conſangui-
neus Salmanticæ comprobat, dum ſacrum
illud cap.1.decretum Conſilij Tridenti. in-
terpretabatur Azpilcueta, vir impenſe do-
ctus à quo cæteri poſt hauſere. & Gutier.
tractat. de contract. iura. cap. 51. num.12.
Matien.in rubr. titu. 1. lib. 5. nouę ordina.
num. 43. & num. 52. repetit idem Gutier.
lib.1.Canonica.quęſt.cap.18. num.4. Spin.
tracta.de teſta.glo.15.num.55.cum ſequen.
Ex Theologis Viual.in Candela. aurea. rit.
de matrimo.num. 47. obiter Ludoui. Beia.
in reſpon.caſu.conſcien. caſu. 18. verſic. Et
quamuis non ſit negãdum. Poſt virum illum
inſignem Azpilcuetam ſeniorem mox ſequu-
ti fuere cum & Itali, Menoch.tracta. de præ-
ſump.lib.3.pręſum.1. nu.99.qui hanc ſolius
Azpil.authoritate ductus ſententiam prodi-
dit: eodem tempore (non enim vnus alte-
rius meminit) Maſcard.id ipſum ſcripſit tra-
cta.de probatio.concluſ.129.num.7. ſolum
referens Azpil. tom. 2. Alij poſt. Mozi. de
contractib. titu. de ſponſa. §. de naturali.
ſponſa.num. 5. Lancel. in conſuetudi. Ale-
xandrię glo.maritus. quęſt. 1. num. 18. Ca-
ualcan. in reperto. ſuo ad 1. part. deciſio.
verbo matrimonium ſine denuntiationibus,
qui & ſolum memorat Azpilcuetam.

18 Contrariam † ſententiam audatius quam
par ſit tenuit Ioan. Petr. Bimius conſil. 62.
num.33.eum ſequitur (& deterius) iudican-
do Triuiſan.deciſio.20.num. 4. lib.1. exiſti-
mans diſpoſitionem illius capitis hac ra-
tione ſublatam non fuiſſe:nam ſacrum aiunt
19 † Concilium Tridentinum, de contrahen-
tibus tantum matrimonium verba facit, non
de ſponſalibus loquitur, de quibus vel per-
mixta copula vel abſque ea nihil decidit,
ſed quam infęliciter errauerint omnes vi-
20 derint. † Id mihi Triuiſano in ſpecie caſus
quem decidit, contigiſſe video, quod Cai-
phę olim inter Iudęos dum diſceptaretur,
quid in Chriſtum agerent, reſpondit cum
Pontifex eſſet anni illius, (non enim vt ſa-
cra ferunt eloquia à ſemetipſo hoc dixit:)
Expedit vt vnus homo moriatur pro popu-
lo. Sic fere ille cum Dei in iudicijs ferendis
miniſter eſſet, rectam falſa ratione ſenten-
tiam protulit.

21 Quæſitum † fuit cum quis prius mulieri
ducturam ſe pollicitus fuiſſet, poſt coiſſet,
& nollet, an ducere vxorem teneretur; Et
cum vir non teneri affirmaret, quia copula
ſubſequẽti, ſponſio in matrimonium deſinit

d.cap.

Digitized by Google

d.cap.is qui fidem,matrimonium autem ho-
die niſi Concilij ſolemnibus contrahi ne-
queat, iudicatum tandem teneri virum ea
quam ſupra ſcripſi argumentatione.
22 Confundiſſe † terminos Bimi. & Triui-
ſan. video: Nuſquam vir ille doctus, & pàis
Azpil.aſſeruit cap.1.ſeſſio.24. de reforma.
matri. in ſponſalibus vindicare:is enim vt
omnium prior illius fuit opinionis aſſertor,
capitis is qui fidem hodie ſublatam fuiſſe
diſpoſitionem a Cõcilio Tridentino, idem,
alterius,decreto ſacro, ſponſaliorum fidem
& promiſſionem intactam penitus remanſiſ-
ſe docuit. Et ſi clandeſtine fuerint contracta
ſponſalia, atq. in foro conſcientiæ publice
obſeruata ſacri Concilij forma ſpondentes
adimplere conſtringi, eodem ipſo loco quo
priorem docuit aſſertionem. ſcribit d. cap.
25.Manual.nu.144.Sic enim loquitur. *Pec-
cat primo.coniunx modo. ſupra cap.22. à nu.
30.poſitis: Et non complens ſponſalia clande-
ſtine contracta,etiam poſt Concilium Triden-
tinum quia illud ſolum matrimonium & non
illa annullat.hæc ille*. Eandem ſententiā poſt
de loco ſuperiori dum illius eſſet academia
decretorum interpres Salmanticenſis mul-
23 tis argumentis probabat eiuſdem † cõnſan-
guineus Azpil.in elucrubationibus ad d. ca.
1.ſeſſio.24.de refor.matrimo.ſequuti eos ſue
re cęteri ſiue diuini aut humani iur.profeſſo-
res Ioan. Gutier.de contract. iurat.cap.51.
num. 3. vſq. ad duodecimum vbi Alpho. à
ver. cru. in ſpecul. adfert coniugiorum, &
Anton.de Cord. in ſuis conſcientię caſibus
Salzed.qui alios in additionibus ad Diaz.de
Luc.in prac.canoni.ca.160. qui multis com-
probat Spin.tracta.de teſta.gloſ.15. nu.80.
24 Et † ſępius in Hiſpania iudicatum enarrat
Gutier.ſupra & repetit in canoni. quæſt. d.
cap.18.num.10.vbi & ſacræ congregationis
illuſtriſſimorum deciſionem ſcribit quā etiā
Salzed.Sarmien.lib.ſelectar.1. cap.5. nu.5.
Segu.in directo.iudi.Eccleſiaſ.2.par.ca.15.
num.6.& 7.Dixi ipſe explora.iur.lib.2.cap.
8. à num.1. Atq. Mediolani Papiæ,& Romæ
non ſemel deciſum Caual. memorat in Re-
perto.deciſio.1.par.verbo matrimonium ſi-
ne denuntiationibus:idem Bimi.d.conſ.63.
25 Triuiſ.deciſio.20.num.4.lib.1.Et ſi † ſpon-
ſalia non fuerint iuramento vallata ſed nuda
promiſſione celebrata Matien.in d. glo.rub.
nu.43.cū ſequen.qui ad id probandum mul-
tas adfert rationes, quas Gutier. ſupra &
Spin.conſuluit Iacob. Menoch. conſ. 386. à
num.1.lib.4.poſt Dida.& alios quoſdam re-
26 latos,celebris † deciſio Rotę Romanæ.corā
Aldobrandino. hodie ſanctiſſimo Domino
noſtro Chriſti vicario 497. à num.1. 1.part.
deciſio.nouiſſimarum,& ſi in ſponſalibus iu-
ratis loquatur quod nihil reffert, vt illi ad-
uertunt. Ex pulchre Ludo.Beia.in reſponſi.
caſ.conſcien.coram Illuſtriſſimo & Reuerē-
diſſimo Cardinali Paleoto ſummi nominis
I.C. Bononien. Archiepiſcopo caſu. 18. ad
finem verſi. Et quamuis & verſi. quare con-
feſſori 1.par.quamquam non iuſta motus ra-
tione Menoch.idem dubitauerit lib.6. præ-
ſump.præſump.93.num.12. Triuiſ.deciſio.
9.num.2.& 3.& poſt hæc ſcripta & alios coa-
ceruat Sanch.tracta.de matrimo. lib.1. diſ-
27 pu.12. à num.1.cum ſequen. Vt igitur † fi-
niam Azpil.docuit diſpoſitionem cap.is qui
fidem hodie Tridenti. Concilio ſublatam,
& recte; quia & ſi copula ſequatur promiſ-
ſionem,quia illo iure ſatis, vt præſumeretur
matrimonium,quod denuo in facie Eccleſiæ
celebrandum non erat: Nam cum clandeſti-
na ſint omnia quæ niſi parrochi, & teſtium
duorum vel trium præſentia celebrantur, &
nulla, quę denuo aliter contracta fieri de-
beant: Non inde inferri poteſt voluiſſe Cō-
cilium ſacrum ſuo decreto, ſponſalia etiam
tollere ſiue copula precedat, aut ſiue ea
contracta fuerint:hoc cenſit ſpondentem,ni-
ſi iuſta cauſa compellendum in facie Eccleſię
ſeruata Concilij forma contrahere denuo,
quod antiquo iure cap. is qui fidem neceſſe
non erat. Sed & vterq.hic caſus ſacra Conci-
lij congregatione deciſus eſt quam Gutier.
refert. d. cap. 18. Eandem in Concilijs noue
cuſſis ſententiam repetit idem Azpil.in cōſ.
3.ſub tit.de conſan.& affini. num. 5. in fine,
verſi.pro contraria tamen parte vnde minus
bene reſpondit Peregrin. nouiſſime conſil.
91. num. 11. lib.2. Matrimonia præſumpta
ſublata non fuiſſe ſacro illo Concilio. ex
28 his † quæ dubitatione carēt, infertur primo,
hodie,quam olim ſecus fore in matrimonio
contrahendo inter raptorem & raptam:an-
tiquo enim iure contrahere inuicem pote-
rant vel verbis aut copula ſequenti, cap.cum
cauſa & cap.fina.vbi Panorm.& poſteriores
29 ex.de rapto.cap.1.de adul. quanquam † iu-
re foret interdictum ciuili l. vni.C. de rap.
virgi.cap.placuit,can.de puellis 36. quęſt.2.
Dida.in epito.de ſponſa.part.2.cap.3. §.9.
num 1. Matien.in glo. rub. num.242. lib.5.
titu.5.Menoch.lib.præſump.3. præſump.1.
num.101.Viui.opinio.679. num.7. Peguer.
30 deciſio.crimi.42. à num.1. Vitabatque † ſic
contrahens pœnas à iure ſtatutas Menoch.
ſupra & Clar.in §.raptus num.8. Gomez. in
l.80.tauri qui Angel.& Caſtren.reffert affir-
mantes ſe in facto obtinuiſſe Baiar.ad Clar.
in d.§.raptus num.35.Cranet.lib.3. reſ.cap.
11.num.12.& 13.
31 Hodie ſacro Concilio † Tridenti. ſubla-
tum illud matrimonium fuit ſine copula,ſiue
mutuo

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Digitized by Google

mutuo conſenſu contractum fuiſſet, cum nequeat raptor eam in vxorē ducere, niſi parrocho,& teſtibus adhibitis, nec tunc etiam niſi in loco tuto repoſita a qua liber poſſit conſenſus exquiri ca.6.ſeſſio.24.Concilij Trid.
32 de refor.matrimo.& in ſpecie ✝ dictum Cō-
cilium Tridenti. ſic declarat Meno. d. præſump.1.nu.101.& ante ipſum eo non relato Dida.in epito.de ſponſa.2.par.ca.3.§.9.nu.1.Matien.ſupra nu.242.verſ.hodie vero Baiar.ad Clar.ſupra nu.35.verſ.adde quod hodie. Viui.d.opinio.679.num.7. verſ. Et hoc quoq.approbat Concilium Tridenti. & rectius Azpilcue.conſ.32.num.1. ſub titu. de ſponſa.& conſ.3. ſub tit.de conſanguinit. & affini.n.6.par.2.Anto.Theſau.deciſio. 217.nu.6.& nullis relatis Pegue.huius Regij Cōcilij Senator deciſio.42.nu.2.in fin.& duobus citatis Cance.in ſuis reſolu.lib.3.ca.11.nu.12.13.14.

33 Subinfertur ✝ neceſſario ſequi, non fore ſtandum confeſſioni rapti & raptæ aſſerentium ſe matrimonium contraxiſſe ad euitādas pœnas iuris, niſi id parrocho,& teſtibus doceant,& ſi euim antiquiori iure id ſufficeret, quia ſolo conſenſu matrimonium perficeretur abſq. alijs ſolemnibus l. nuptias de reg.iu.cum alijs à me adductis comparatio. 3.in principio,& in terminis rapiētis & raptæ Angel.in tract.de malefici.in verbo.Que ay adulterato, Cæpol.poſt alios à ſe relatos conſil.57.a n.1.Marſilli.conſ.63.Carrer.in practi.crimi.§.circa 3.nn.15. Decia. tracta. crimina.li.1.ca.13.nu.44.Boſſi.in practi. cri-
34 mi.titu.de raptor.nu.21.nam ✝ in his quę à
voluntate & animo pēdent ſtatur aſſertioni confitētium glo.celebris ab omnibus recepta in §.alię initit.de actio.vbi.Iaſſ.n.54. poſt Bart.in l.ſi forte de Caſt. pecul. & in l.gerit de acquir.hęredi.Meno.de arbit.Iudi.qq.li. 1.caſu 298.nu.6.poſt Ripp.in l.admonendi nu.122.de iure.iur.latè Tiraq. tracta.de retractu.conſangui.§.4.glo.1.nu.5.idē Meno. tract.de interdic.retinen.reme.5.nu.15.Patia.tracta.de probatio.lib.1.cap.39.num.5.

35 Hinc ✝ coniugum confeſſione ſola matrimonium probabatur vt Panor.ſcribit in ca. ſuper eo nu.5.in fine de eo qui cogno. conſan.vxo.ſuę:diffuſe Deci.conſ.163.n.1.Cur. iuni.conſ.27.nu.2.qui comunem Socin. iun. conſ.82.nu.9.lib.2.& qui eos reffert Iacob. Meno.de arbi.iudi.quęſt.lib.2.caſu.103.nu. 4.cui addendi Panorm.in ca.2.Secundo notabi.de clādeſti.deſponſa.Roma.ſingul.620 tu audiuiſti nu.2.Viui.opinio.453.nu.9.& relatis alijs Maſcar.tract.de proba.to.2.cō-
36 cſu.1026.nu.1. Et ✝ pœnam vitabant hac
aſſertione virginum ſtrupatores dum in crimine deprehenderentur flagranti iuxta gloſam ab omnibus memoratam in l. pennl. C. de fideiuſſor.vbi Bald.Angel.Salicet.& alij Tiraq.qui in numeros de ll.connu.lege.5.n. 32.Alex.conſ.24.nu.15.lib.2.Marſil. conſi. crimina.17.nu.10.Gerar. ſingul. 55. Meno. de arbi.iudi.qq. caſu 103.n.5.Gomez,Clar. & Baiar.ſupra à me adducti verſ. Ex his,& qui alios Maſcard. tracta.de probatio.to.2. conclu.1026.nu.3.Peguer.d.deciſio.nu.4.& 5.nullis citatis.latè Paleo. tracta. de no. & ſpuri.ca.19.nu.2.& 3.lib.8.& ca.6.n.9.

37 Hodie ✝ Sacri Concilij Triden.decreto, ſecus iudicandum, nec enim pœnas vitarent eorum aſſertione niſi matrimonij ſolemnia adhibuiſſent, nouo coram parrocho & teſtibus conſenſu expreſſo:ita in terminis noſtræ quęſt.decidit ſol⁹ Meno. citata pręſum. 1.nu.101.lib.3.

38 Secundo ✝ infertur vera & ſingularis declaratio ad noſtrum vſaticum Barchino. *Si quis virginem.Si quis ait virginem violenter corruperit aut ducat eam in vxorem, ſi illa & parentes eius voluerint & dederint ei ſuum axouar, aut donet illi maritum de ſuo valore,* vt & ſi olim ſola aſſeratione corrumpentis, & corruptę aſſerentium ſe matrimoniū contraxiſſe ſtaretur, ad pœnam vſatici vitādam, vtq. parentum aut conſanguineorum vltionem, qui eos in crimine inueniſſent auſugerent ; quemadmodum in ſcholaſtico deprehenſo cum virgine Meno.ſupra ſcribit accidere poſſe:quę communis eſt ſine dubio, hodie niſi ſolemnijs adhibitis nihil prodeſt aſſertio.

Tertio infertur ✝ ſecunda & inſignior ad
39 idem vſaticum declaratio:vt cum dixit ſtru
pantem vxorem ducere teneri ſi illa & parētes vellint;idem hoc iure nouiſſimo cenſendum fore aduerſus vſatici diſpoſitionē, quoties virgo vellet,& ſi parentes noluerint.Nā etſi olim dubitaretur apud aliquos an legitimum foret de iure canonico matrimonium de qua quæſt.ſupra comparatio.1.Hodie deciſum extat poſſe contrahere filios ſine conſenſu parentum atq. contrarium aſſerentes hæretici cenſerentur d. c. 1. de refor.matri. hincq. iura omnia ſiue communia aut municipalia correcta eſſe, quemadmodam etiam de iure antiquo non adhuc extante diſpoſitione ſacri Concilij multorum authoritate ſcribit Decia.tract.crimi.lib.8.ca.13.n.48. dixi lib.2.differen.7.

40 Quarto ✝ infertur reſolutio ad eam quæſtionem quam idem Peguer.decidit d.deciſ. 42.an raptor contrahens matrimonium cū rapta ſit omnino liberandus. Crediderunt enim multi abſoluendum;quales hi quos Peguer.refert.Calde.in cap.final.ex.de rapto. Auguſti.de Armi.ad Angel.verbo,clueme ay

adul-

Digitized by Google

adulterato, verſ. an autem per ſubſequent
Pau. de Caſt. in l.raptores C.de Epiſcop.&
cleri. Et præter eum Meno.d.præſump.1.n.
101. Marſi. d. conſ. 63. & Cępol. conſ. 57.
Carrer.ſe ſubſcribit in d.§.circa tertium nu.
15.Baiar.ad Clar.in §.rapt⁹ n.36.licet obi-
ter nullum memorans.Boſſi.in prac. crimi.
titu.de raptoribus mulier.n.17.& refert ita
omnes tenere Tiberius Decia.d.cap.13.nu.
48.ad finem Gomes in l. Taur.l.80.nu.7.cū
ſequen.quæ opinio ſine dubio eſt cōmunis
Cance.qui nōnullos lib.3.ca.11.n.19.& 20.
41 Contrariam † ſententiam non vitare rap-
torem propter matrimonij contractum pœ-
nam mortis à iure ſtatutā tenuit prior And.
Ani. Neapolitanarum Conſtitutionum glo-
ſator in cōſti.capitalem,qui ſuo cōſilio Hiſ-
paniarum olim Regem,raptorem qui raptā
duxerat ad mortem condemnaſſe refert,
ſequitur Mathe.de Afflict.in conſtit. ſi quis
rapere quæſt. 6. ambos refert Carre.ſupra
num.14.Afflict.ſuper conſtit.par.1.rubr.19.
num.15.
42 Alij † tertiam tenuerunt ſententiam rap-
torē pœnas mortis vitare,& ſic fore mitius
puniendum, quoties raptam vxorem duxit
ſponte in facie Eccleſię vt pręcenſit Pau. de
Caſt.in d.l.raptores. Et Pegue.d.deciſio.44.
in fine addit illic ille, quoties de voluntate
parentum etiam matrimonium contraheré-
tur:qui tamen non rectè opinatur, cum nec
eſſet id olim iuxta receptiorem ſententiā:
& vt dixi ſupra nono Tridentini Concilij
iure parentum conſenſus neceſſarius non ſit
eandem ſentētiam ſequtus fuit Theſau. de-
ciſio.Pedemon.217.nu.6. vt ſcilicet mitiori
raptor pœna plectatur contrahens matrimo
nium.
43 Quartam † alij ſententiā aſſumentes cre-
dunt,non eſſe liberandum raptorem etiam
de iure canonico, niſi raptor prius deſpon-
diſſet raptam atq. vt perficeretur matrimo-
nium voluntate mulieris rapuiſſe, etſi enim
44 de iure ciuili ſponſam etiam † rapiens mor-
tis pœna teneatur l.1.§.quibus connumera-
mus C.de Epiſ. & cleri.Decian.d.ca.13.n.
45 8. Iure tamen † canonico requiritur quod
raptam prius deſpōdiſſet,& illius voluntate
raptus fuerit admiſſus,quemadmodū Panor.
& Anna.docent in d.c.penul.de rapto.ita il-
lum tex.intelligentes, Barbati.conſ. 71.lib.
2.cū alijs multis adductis per Tiber.Decia.
ſupra nu.47.poſt princi.
46 Quinimo † alij in quintam digrediuntur
opinionem & exiſtimant, tria fore neceſſa-
ria vt raptor iure canonico liberetur, deſ-
ponſatio præcedens,raptus ſequtus volūta-
te mulieris, Tertium matrimoniū ſequens,
ita intelligentes tex.in d.ca.penulti. Et non
male animaduertunt Boſſi. & Tiber. ſupra
non vim facere tex.illum in matrimonio ſe-
quenti,ſed ideo de eo verba facit, quia niſi
illud fieret à monaſterio abduci non poſſet.
47 Atq. † in hoc ius ciuile à canonico differt,
quod ciuili,etiam deſponſatā rapiens mor-
te mulctatur,canonico ſecus dum volens ra-
piatur,& iniuria raptus tantum parentibus,
& conſanguineis inferatur declarat Corne.
conſ.80.lib.2.Cępol.d.conſ.crimi.57. Bab.
de.S.Bla.tracta.diſcordan.cap.140.& 141.
Primam tenētes opinionem ſequuto matri-
monio libere raptorem eſſe abſoluendum
eam d.ca.penul.de raptor.probant.cui mo-
do reſponſum,duo aut tria requiri vt diſpo-
ſitioni illius tex.locus ſit.
48 Secundam † tenentes opinionē non ideo
liberari,eam hac tuētur ratione: quod pœ-
na mortis iure ciuili impoſita, non fuerit iu
re canonico expreſſim ſublata,neque id de-
buit Rom.Pontif.ſtatuere aut iuri Cæſareo
derogare:poteſt enim vnum,& aliud exequi
contrahi matrimonium,& deinde occidi rap
tor: ſeruabitur itaq. ius canonicum in foro
ſuo aut terris illi ſubiectis,ius ciuile in foro
ſeculari ſic Gomes, Andr. Afflict.& Peguer.
ſupra.
Quartam ſequentes opinionē, eam d.cap.
penul.probāt,quod eorum expreſſim ſentē-
49 tiam iuuat. Ego † vero de iure veriorē And.
& Afflict.ſententiam exiſtimo: primo quia
raptus crimen eſt publicum,& non priuatū,
ob id voluntas raptę,& parentum nihil po-
teſt,quemadmodum in terminis ſtatuit Im-
50 perator in d.l.vni. Et raptus † crimen publi
51 cum fore,& cuilibet de populo † ius accuſan
di competere nullus negat, cum comprehē-
datur ſub l.Iulia.de vi.publi.l.3. ff.de vi.pu-
52 bli, † quinimo accuſatoribus antiquitus pre
mia fuiſſe conſtituta Tiber. Decia. docet li.
8.tract.crimi.cap.9.a n.1. & publicum dixit
Triuiſan.deciſio.25.lib.2.nu.18.
53 Secundo quia aliter daretur † occaſio de-
linquendi,& raptus indies patrandi qui fa-
cile confiderent corruptis mulieribus non
alios quam rapiētes maritos poſſe reperiri,
precibusq. impetraturos quod antea nō po-
54 tuiſſent: Tertio quia † in delictis tēpus quo
fuere admiſſa, & ita origo conſideratur &
ius tunc fiſco adquiritur l.1.vbi Bart. & po-
ſterio.ff.de pœni.l.doli.§.fina.ff.de ſer. cor-
rup.l.ſi quis decurio ad finem ff.ad l. cornel.
de ſica.l. iniuriarum exiſtimatio ff.de iniur.
55 & hinc inferunt † omnes laicum patrantem
delictum ob quod veniret morte condem-
nandus,ſi in fraudem clericatum vel religio
nem ſuſcipiat vt liberetur à pœna,quamquā
nequeat pœna mortis puniri propter clerica
tum (etſi multi contrarium dixerint) poterit
tamen

tamen in bonis & alijs pœnis Flami. Carta.
in tract.de exeq.ſent.cap.banni.capia. fina.
nu.308,Plac,in epito.delut.ca.35.lib.1.a n.
1.Dida.in pract.qq.ca.32.n.4.Viui. in com.
ver.clericus.latiſsimè Clar.in pract.crimin.
§.fin.q.36.n.43.vbi & Baiar.ad eum.n. 41.
42.cum ſequen.diffuſe multis relatis Farin.
56 q,8.nu.104.to.1. Quarto † quia vbi ſolius
mulieris raptæ, & non parentum voluntate
matrimonium contraheretur,iniuria paren-
tibus, & conſanguineis illata nec expreſſe,
57 nec tacite videtur remiſſa. Quibus † tamen
non obſtantibus conſulerem amplectendam
in practica eorum ſententiã qui tenuere rap
torem contracto matrimonio mitiori pœna
& non mortis puniendum,vt nec mortem in
currat,nec etiam ob tanti ſceleris factum in
totum liberetur. Nam ſi contracto matrimo
nio moriturus foret ad quid iura canonica
matrimonij contractum permiſiſſent,fruſtra
expectaretur euentus cuius effectus nihil poſ-
ſit operari l.aliquando §,fina, ad S. Concil.
Velle.l.cum hæres §.1.de acqui.hæredit. &
pauci raptas vxores ducerent, dum ſe mori-
turos ſpectarent,& conſequenter matrimo-
nij libertas quodammodo impediretur.

58 Quinto infertur † vera & ſingularis decla
ratio eiuſdem vſatici, nam cum alternatiue
loquatur: *S.quis (ait) virginem violenter cor-
ruperit,aut ducat eam in vxorem, ſi illa & pa
rentes eius voluerint, & dederint, &c. aut do-
net illi maritum &c.* Et quoties † per legem
59 vel ſtatutũ pœna alternatiue imponitur de-
linquenti,dubitari ſoleat an illius electio ad
iudicem vel delinquentem pertineat,in qua
dubitatione pleroſq. interpretes noſtri ſo-
lent caſus diſtinguere. Panorm. Imol. Anto.
Felin. Deci. Rip. in ca.inter cæteros de reſ-
crip.poſt glo.in ca.fraternitatis 34.diſtinct.
Alcia.reſpon.106.Syluan.cõſ.102.Iul.Clar.
in pract.crimi.§.fin.quæſtio.85.nu.6.Meno.
de arbitra,iudi.qq.lib.1.q.94.a nu.1. In ca-
60 ſu † tamen noſtri vſatici cum pœna corrum-
pentem reſpiciat, atq.ad eum verba fuerint
directa,in illi⁹ erit electione vel eam in vxo
rem ducere,vel competẽter dotare. glo. in-
ſignis in l. quicunq. vbi & Bart.& cæteri do
cent C.de ſer.fugi.idẽ Bart.in l.1. de cõdu.
ex.l.glo.in l.ſi ſoror C.de collatio. Felin. in
d.ca.inter cęteras nu. 7. vbi Deci. nu.10. in
princi.qui extendit hanc ſentẽtiam,vt & ea
in dubio procedat. Rip.in d.ca.nu.65. Clar.
ſupra nu.6.verſ. Tertius caſus. Meno.d.q. n.
61 4.verſ.Secũdus eſt caſus. Nihilomin⁹ † mihi
verius eſſe videtur in hac ſpecie non eſſe in
corrumpẽtis facultate eligere, ſed compel-
lendum precìſe eam in vxorẽ ducere, quo-
ties enim ex veriſimili mente ſtatuentis col-
62 ligitur † pœnam priori loco relatam, fore
per Iudicem imponendam,eo in caſu facul-
tas eligendi ſublata reo cenſetur, ſic cenſit
Imol.in d.ca.inter cęteras.quem ſecutus fuit
Deci.ibi.nu.10.verſ. Tertio limit.argu.tex.
in ca.mandatum in fine de præben.in 6.glo.
in ca.ex metropolitano verbo ex presbite-
ris 63.diſtinctio,& in l.cum pater §.a te pe-
to de leg.2.cum alijs ibi per eundem Deci.
cõgeſtis ſequitur Meno. d.q.94.n.8. Cance.
lib.3.ſuarum reſolu.cap.21.nu.19. mentem
autem ſtatuentis conijcio: ex eiſdem vſatici
verbis. *Aut ducat eam in vxorem, ſi ipſa &
parentes eius voluerint* volẽtibus igitur ipſis
63 adimitur electio corrũpenti: ſic † enim de
iure canonico.fuit ſtatutum in ca.1. & 2. de
adulter.quod in dubio in hoc Regno vbi lex
defficit ſequendum eſt vt ſupra dixi compa-
64 ratione 2. tenetur enim † iure canonico co-
pulatiue vxorem ducere & dotare volente
corrupta & parẽtibus d.c.1.& 2.vbi Panor.
& cæteri Neuiſ.in Sylua.nup.lib.3.num.21.
Diaz.de Luco vbi Salzed.ad eum in pract.
cano.ca.77.a nu.1.Bermon.tract. de publi.
concubi.Rubr.de ſtrup.a nu.4.Plot.in tract.
de in litem iuran.nu. 646. Egregie Cacher.
deciſio.Pedemon.107.num.9. illico poſt eo
non relato Theſau.qui quoſdam diſtinguit
caſus deciſio.Pedemon,3.a nu.1.cũ ſequen.
Iuli.Clar.in pract.crimi. §. ſtrupum num.3.
Tiberi.Decia.lib.8.tract.crimina.ca.14. n.
3.& 4.Dida.in epito.ad 4.par.2.ca.6. Vaz-
qui.lib.1.contro.vſufre.ca.6.nu.23. Gutier.
in canoni quæſtio.lib.1.cap.37.a nu. 1. Az-
pilcue.in Manua.cap.16.nu.16.Menoch. de
arbitr.iudi.qq.caſu 288. Triuiſa.deciſio.59.
n.9.lib.2.Ludo.Pegue.deciſ.42.nu.3.Lero.
Gabri.conſ.173.nu.15.vbi ſcripſit matrimo
nium ſequens, corrumpenti pœnas auferre,
non tamen dotandi onus:& in ſimili Beroi.
q,84.n.4.docet ſtatuta quæ alias & diuerſas
opponunt pœnas ſtrupationibus,nõ auferre
diſpoſitionem c.1.& 2.ex.de adulter.quem
in alio etiam caſu ſequitur Baiar.ad Clar.in
§.ſtrupum nu.19.Conuenit itaq.cum iure ca-
nonico vſaticum noſtrũ,& ſi ſtrupum vi fue-
rit admiſſum: vnde cum verba ſint clara &
aperta in voluntatemq.corruptæ,& parentũ
collata ſcilicet ſi voluerint, eo ipſo quod
vellint,recedere ab eorũ voluntate nequit
corrumpens,& purificata cõditio eſt l.ſi ita
§.1.de leg.1.l.ſi ita expreſſum de conditio.&
demonſtra.

65 Quinimo † dixit ſingulariter Mathe. de
Afflict.in conſtitu.capitalem n.7.apud Nea
polita.conſtitu.etiam eo caſu quo rapta vel
ſtrupata reperiret maritum coęqualem, &
raptor dotem daret competentem nollens
eam in vxorem ducere, teneretur omnino,
nec valeret ſtatutum aut conſuetudo diſpo-
nens

nens contrarium tanquam nutritiua peccati,
quæ delinquendi occaſionem tribuerent. Af-
flictum ſequitur Tiber. Decia. lib. 8. tracta.
crimina. cap. 14. num. 3. Quod ipſe intelligit
num. 4. niſi rapta, & parentes id vellent &
66 conſentirent. Intelligo † etiam dum ſtru-
pans aut raptor eſſet æqualis ſtatus, cũ alias
nobilis cum ignobili, & honeſtę conditionis
vir cum infami & impudica muliere matri-
monium contrahere his caſibus non tenea-
tur, quemadmodum omnes explicant ſupra
& in ſpecie Gramma. deciſio 107. Maſcar.
tracta. de proba. conclu. 1248. tom. 3.

Vt autem a diuerticulo recedamus, conſ-
tat matrimonia præſumpta ſublata fuiſſe om
67 nino. † Conſequens eſt, filios ex matrimo-
nio præſumpto natos fore in omnibus ille-
gitimos, & natos ante præſumptum matri-
monium eo ſequto non legitimari in vim ca-
pitis tanta eſt. ex. qui filij ſint legi. neq. ſuc-
cedere poſſe ſuis parentibus. Quia cum ma-
trimonia aliter quam in facie Eccleſiæ cele-
brata omiſſa forma ſacri Concilij ſint nulla
& clandeſtina, conſequens eſt filios illegiti-
mos eſſe & non ſuccedere reſpondet Meno.
conſi. 199. num. 57. lib. 2. vbi docte toto illo
Concilio de matrimonio diſerit clandeſti-
no. idem d. præſump. 1. num. 100. Cœphal.
conſ. 82. lib. 1. num. 28. & conſ. 276. lib. 2. nu.
17. Beret. conſ. 102. num. 11. Et ſi enim vt il-
le ait ante Concilij Tridentini diſpoſitio-
nem matrimonia præſumpta ſuſtinerentur,
& filij nati legitimi cenſebantur, vt conſtat
ex his quos ſupra recenſui in prin. huius ca-
pitis; & pręter eos expreſſim in filios ſequē-
tes (niſi aliud obſtaret impedimentum) Ca-
pra. conſ. 116. num. 7. Bertan. conſ. 210. nu.
12. lib. 1. Pariſ. latè conſ. 57. num. 26. & ſeq.
lib. 4. Ducn. regul. 150. nu. 2. Paleo. in tra-
cta. de noth. & ſpu. cap. 9. num. 5. Cœpha.
conſ. 335. num. 92. 93. lib. 3. Deci. conſ. 153.
num. 2. Pariſ. conſ. 13. num. 21. 22. lib. 1. Al-
ciat. tracta. de præſump. regu. 2. præſump. 5.
Curt. iuni. conſ. 52. comprobat alios adfe-
rens Crauet. conſ. 591. num. 48. lib. 6. deciſio
Rotę Romanæ. 476. 1. par. in nouiſſi. Meno.
conſ. 521. num. 6. & antea num. 4. lib. 6. Sfor.
68 Odd. conſ. 83. à nu. 10. hodie † tamen ſecus,
cum omnia matrimonia præter ea, quę iuxta
d. Concilij Tridenti. ritum contrahuntur,
verius adulteria, ſtupra, & contubernia, aut
fornicationes dicantur. vt in ſimili dixit tex.
in cap. 2. 30. queſt. 5. Socin. iuni. conſ. 31. nu.
46. lib. 2. Gabriel. lib. 6. commu. conclu. rub.
de legitima. con. 1. num. 66. Cœpha. conſil.
276. num. 15. lib. 2. & conſ. 82. num. 24. &
26. lib. 1. Bero. qui ſupra ſcripta ſcribit ver-
ba quæſt. 107. ad finem. Neq. reticendum
eſt ad interpretationem dicti cap. is, qui fi-
dem de ſponſa. ſolius copulæ carnalis pro-
bationem non ſolam ſufficere ad matrimo-
nium præſumptum probandum, cum potue-
rit contingere ante ſponſalia vt docuit Pa-
nor. in cap. veniens in 2. de ſponſa. Crot. tra-
cta. de teſti. 7. part. nu. 288. & qui alios Ale-
xand. Rauden. tractat. de Analog. cap. 30.
num. 138.

Cœterum vt redeamus ad conſilium Me-
no. 199. quo in conſilio diſerte vt dixi reſ-
pondit filios ex matrimonio pręſumpto ge-
nitos ſuccedere non poſſe ſuis parentibus,
conſequenter quod licet non agatur de vali-
ditate matrimonij, ſed tantum de legitima-
tione filiorum, niſi cōſtet parentes in forma
Concilij contraxiſſe admitti ad hæreditatē
excluſis ijs, qui abinteſtato ſuccedunt non
69 poſſint, ſuſpecta traditio † eſt, cum non de-
beat filijs mala fides parētum nocere; qui vti
veri & legitimi habiti ſint cap. ex tenore ex.
qui fil. ſint legiti. & cap. 2. eo. titu. vnde in
contrariam ſententiam alij abierunt, & no-
uiſſimè multis argumentis reprobat Meno.
conſilio 199. Peregrin. conſ. 91. lib. 2. per
totum vbi erudite, & tandem in fine ſic fuiſ-
ſe iudicatum per Rotam Roma. vt per Can-
tu. deciſio. 34. num. 18. & 19. vbi etiam ref-
fert, ſic alias in eadem ſpecie tentum fuiſſe
70 per Rota. Roma. ſic & id ipſum Graſſ. † de-
ciſio 347. à num. 1. Et iterum conſ. ſequen.
92. & in eadem ſpecie id ipſum reſpondit
idem Peregrin. num. 16. & 17. vbi reffert cō-
gregationem S. C. Triden. declaraſſe Con-
cilium Tridentinum nihil noui iuris ſtatuiſſe
circa filiorum legitimitatem, vbi etiam ref-
fert Monal. idem reſpondiſſe, verum contra-
rium iudicaſſe Bruno à ſole & cauſam inde-
ciſam pendere in Rota. Roma. Mihi placet
Peregrin. opinio, quoniam cum ſimus in ma-
teria correctoria, quia de iure veteri mala fi-
des parentum filijs quoad legitimitatem no-
cere non poſſit d. cap. ex tenore & d. cap. 2.
vbi omnes, vbi daremus filios veluti illegi-
timos ſuccedere non poſſe, neceſſario ſeque-
retur Concilium iuris veteris diſpoſitionem
in hoc etiam ſuſtuliſſe; cum tamen conſiliū
nec verbum quidem de legitimitate filiorū
maxime cum agatur de tanto pręiudicio fi-
liorum, quam rationem conſiderauit inter
alias multas Peregrin. d. loco, à cuius ſenten-
tia recedendum non eſt maxime cum non
ſemel fuerit id iudicatum per Rotam Ro-
manam.

SVMMARIVM.

1 *Annulus in ſignum conſenſus olim dari ſoli-
tus fuit à contrahentibus.*

2 *Annulus dari ſolitus fuit in ſignū cōſenſus, ne
dum apud Romanos ſed & apud Hebreos.*

Annulum

3 *Annulum dari ſolitum in nuptijs fluxiſſe ab antiquo vſu.*
4 *Annulus ſponſi non ornatus cauſa dabatur.*
5 *Annulos mulieres Chriſtianas deferre ſolitas in primitiua Eccleſia.*
6 *Annuli mulierũ antiquitus crucis ſigno Chriſti nomine, & fidei ſigno ſculpti.*
7 *Annulus pronubius quis.*
8 *Annuli delatio apud Iſidorũ, & illius verba.*
9 *Annulus quare quarto inſeritur digito.*
10 *Annulus apud Romanos quarto digito deferri ſolitus.*
11 *Annulus ab ſponſo ſponſæ dari ſolitus in ſignum ſponſaliorum.*
12 *Arra ſponſalitia, quæ.*
13 *Arras ſponſæ datas amittebat ſponſus nolens contrahere.*
14 *Arra in contractibus ſignum pleni conſenſus.*
15 *Annuli traditio ſignum ſpõſionis eſt & ſequuti matrimonij.*
16 *Annuli traditio ſignum æquiuocũ iuxta Panormi. ſententiam.*
17 *Annuli traditio an profit attento iure nouo Concilij Trident.*
18 *Annuli traditio ſola ſponſalia non inducit.*
19 *Annuli traditio, probatio ambigua eſt.*
20 *Annuli traditio ſponſalia non probat, vbi imparis ſunt conditionis vir, & mulier.*
21 *Annuli traditio ſola inditium non facit, & dicitur probatio æquiuoca.*
22 *Annuli traditio regulatur ſecundum verba expreſſa.*
23 *Annuli traditio ſigniũ perfecti contractus, vbi lex vel ſtatutum id ſtatuit.*
24 *Panormitani diſtinctio de annuli traditione.*
25 *Annuli traditio dum præcedat tractatus, ſpõſalia deſignat.*
26 *Annuli traditio in his perſonis quæ legitima carent ætate ſponſalia non deſignat.*
27 *Matrimonium ab impuberibus contractum, valet vt ſponſalia de futuro.*
28 *Conſenſus deffectum non ſuplent verba, ſigna, vel Arræ.*
29 *Matrimonium inter duos impuberes, vel puberem, & impuberem non tenet niſi in vim ſponſaliorum.*
30 *Matrimonium inter duos impuberes valet vt ſponſalia, & cogi poteſt vnus ab alio vt cõtrahat.*
31 *Sponſalia de futuro, obligant hodie ſicut antiquitus.*
32 *Annuli traditio præcedentibus aliquibus verbis, & præſentibus conſanguineis, præſumptionem inducit ſponſaliorum.*
33 *Virgines facilius annuunt quam loquantur.*
34 *Annuli traditio ex ſe ipſa matrimonium non inducit aduerſus Maſcardum.*
35 *Annulus vbi datur in contractu matrimonij, matrimonium inducit.*
36 *Annuli traditio ex ſeipſa nullis expreſſis verbis, nec ſponſalia, nec matrimonium inducit.*
37 *Annulus à patre mulieri datus abſente filio nec conſentiente matrimonium non efficit.*
38 *Annuli traditio à parentibus facta præſentiam filiorum deſiderat.*
39 *Filius contrahens preſente patre & tacente, de voluntate ipſius contrahere matrimonium cenſetur.*
40 *Annulus à viro mulieri traditus, non inducit matrimonium etiamſi immiſſus fuerit à viro in digito mulieris, aduerſus Menoc.*
41 *Annuli traditio deſiderat verba vel ſigna apta ad matrimonium contrahendum.*
42 *Annuli delatio ſola non inducit matrimoniũ, niſi ſimul adſit immiſſio.*
43 *Annuli immiſſio facta poſt ſponſalia de futuro, non efficit matrimonium.*
44 *Contrahentes ſe illico corrigere voluiſſe non preſumitur.*
45 *Annuli geſtatio nõ facit preſumere matrimonium, niſi conſtet à quo datus ſit.*
46 *Annuli delatio concurrentibus cõiecturis matrimonium preſumere facit.*
47 *Verba apta ſimul cum annuli traditione matrimonium facere preſumunt.*
48 *Annulus traditus coram Sacerdote ad fores Eccleſiæ in conſpectu omnium, matrimonij preſumptionem inducit.*
49 *Annulus traditus in apparatu matrimonij, & ſi verba eſſent dubia, matrimonij præſumptionem inducit.*
50 *Annuli immiſſio non requiritur, cum alia adſunt ſigna, vel cõiectura matrimonij.*
51 *Opinio authoris qualis circa annuli traditionẽ & verba dubia.*
52 *Annuli traditionem matrimoniũ efficere quãdo iudicandum.*
53 *Annuli traditio attento iure nouo Concil. Tri. quando faciat matrimonium.*
54 *Annuli, vel arrarum traditio qualiter probabitur.*

COMPARATIO. XI.

ANNVLI TRADITIO ANTIquitus perfectum cõtrahentiũ cõſenſum deſignabat; num id ipſum in matrimonij contractu olim, & hodie ex ſacro Tridentino Concilio, non iniucunde tractatum.

1 PLINIVS lib. 33. Natu. † hiſto. cap. 1. ſcriptum reliquit nedũ in nuptijs contrahendis, ſed & in qualibet pactione, & cõtractu, loco arrę annulum tradi ſolitum: is ita cęlebrior annuli vſus cũ fœnore cœpiſſe

cœpiſſe debet : argumento eſt conſuetndo
vulgi,tracta ab eo tẽpore quo nondum erat
arrha velocior:vt plane affirmare poſſimus,
nummos apud nos , mox cœpiſſe annulos:
hæc ille.Vlpianus autem lib.28.ad edictum
idem probat in l.cuicunq. §.penul.ff. de in-
ſtito.actio.in verſ. Item ſi inſtitor. *Item ſi*
inſtitor (ait)cum oleum vendidiſſet, annulum
arræ nomine receperit neq. eum reddat domi-
niũ inſtitoria teneri.
2 Nec apud Romanos † ſolum id factũ, ſed
apud Hebreos prius in veteri teſtamento
conſtat,dari ſcilicet annulum conſueuiſſe in
arrham ipſam.Nam Geneſi.cap.38.hæc di-
xit *Thamar:patiar quod vis,ſi dederis mihi ar*
rhabonem,donec mittas quod polliceris.
Ait Iudas:quid vis pro arrhabone dari? Reſ-
3 *pondit: Annulum tuum,* Ex † huiuſmodi igi
tur vſu fluxiſſe videtur,vt cum ſponderentur
nuptiæ,ſponſus loco arræ , ſponſæ annulum
daret,vt Plini.d.cap.1.teſtatur:is & ſuo tem
pore tum & ab antiquis etiam obſeruatum
tradit,vt cum matrimoniũ celebraretur ſpõ-
ſus ad ſponſam annulum mitteret ferreum,
& ſine gemma ſecundum morem priſtinum,
cum ob auri inopiam(vt ille ait)Romani an
nulum geſtarent ferreum.
4 Quod † vero non ornatus gratia annulus
ſemel ſpõſæ datus geſtaretur,Clemens Ale-
xandrinus affirmat , ſed vt obſignaret eodẽ,
quę domi clauſa forent cum cuſtodiam rerũ
domeſticarũ ad vxores ſpectare Xenophon.
in Occonomico oſtendat:obſignariq.ſolitas
archas pennuarias,ne a ſeruis ſurriperentur,
idem Plini.ſcribit d.cap. dum ait , *Quæ fuit*
illa priſcorum vita,qualis innocentia , in qua
nihil ſignabatur : at nunc cibi quoq. & potus
annulo vindicantur a rapina : hoc protulerunt
mancipiorũ legiones,et in domo turba externa.
5 Hinc illud olim propagata † Chriſtiana
religione ſolitũ quoq. inter Chriſti fideles,
mulieres annulos deferre aureos,qui à viris
darentur author eſt Clemens Alexandrinus
Pœda.lib.3.cap.11.Qui inibi & quibus ſig-
6 nis ſculperentur oſtẽdit. Sed † & apud eoſ-
dem Chriſtianos olim nõ tantum crucis ſig-
no , & Chriſti nomine ſculpti erant annuli,
verum & fidei ſigno,quod eſt hieroglyphicũ
mutui fœderis atq. concordię:commune id
erat cum Barbaris,Gentilibus,Iudeis,& na-
tionibus fere omnibus.coniunctio erat ma-
nuum ſimul,quibus perfecta animorum cõ-
ſenſio veluti ſymbolo quodam ſignificaba-
7 tur. Tertulianus † autẽ lib.de cultu fœminæ
annulum hunc pronubum vocat his verbis:
Aurũ *nulla norat præter vno digito quem ſpõ-*
ſus oppignoraſſet pronubo annulo.
8 D.Iſidorus † li.20.Ethimologia.*Fœminæ*
ait,nõ vſæ ſunt annulis,niſi quos virgini ſpõ-
ſus miſerat : neq. amplius quam binos aureos
*in digitis habere ſolebant.*Ex lib.2.Diui. offic.
cap.15.*Quod in primis ait nuptijs annulus ab*
ſponſo ſpõſæ datur, fit nimirum vel propter
mutuæ dilectionis ſignum vel propter id magis
vt eodem pignore eorum corda iungantur.
9 Vnde † & quarto annulus digito inſeri-
tur : ideo quia in eo vena quædam vt fertur
ſanguinis ad cor vſq. perueniat.Eandem ra-
tionem Aulus Gelli.li.10.Noc. Attica. cap.
10.Et Macro. lib.8.cap. 13. adferunt,& ex
10 Appione,& Ateio Capitone reddunt, † cur
apud Romanos communi aſſenſu receptum
foret annulũ in digito,qui minimo vicinior
eſt,quem & medicinalem vocant, atq. adeo
manu præcipuè ſiniſtra geſtare.Nicolaus iti-
dem Pontifex apud Gratianum his cõſentit.
ca.noſtrates ca. fœminæ verſ.itẽ dicitur vbi
glo.& Archidiacon.30.quæſt.5.
11 In argumentum † itaq. contractorũ ſpõ-
ſaliorum ab ſponſo ſponſæ arræ dabantur,
quemadmodum ex l. ſi quis officium ff.de ri
tu nup.conſtat l.arrhis l.fina.C.de ſponſa.&
ſi in his locis de annulis leges non loquãtur,
ex libro tamen 2. ſententiar. Iulij Paul. id
conſtat atq.veteribus illis etiã hiſtographis,
& pontificibus ſacris, qui millies de annuli
ſubarrhatione loquuntur.Et poſt hæc ſcripta
Sanch.de matri.lib.1.diſputa.35.a nu. 1. cũ
ſequen.multa de arris.
12 Quemadmodum † igitur & præter annu-
lum aliquid aliud in ſignum contractus ſoli-
tum erat dari,quæ arthę ſponſalitiæ dicebã-
tur , quaſi coëmptionis futurę prerogatiua
datę.in rub.C. deſponſa. & arthis ſponſali.
Quæ tum reſtituebantur cum ſine culpa eius
qui eas dediſſet nuptię impediebantur : is
enim † qui dederat ſi nollet matrimonium
13 contrahere amittebat,quę cœperat duplum,
atq. ideo ſi tantum in ſtipulationem deduc-
tum eſſet , quadruplum reddete cogebatur.
Panor.Prepoſi.& alij in ca.gemma de ſpon-
ſa.Bart.Caſ.Iaſ.Aretin. & alij in l. titia.de
verbo.obliga.Dida.in epito.de ſponſa.2.p.
cap.3.§.7.nu.6.Matien.diffuſe in gloſ.2.tit.
14 2.li.5.ordina.cũ glo.ſequen. Et † ſicut arrha
in emptionibus & contractibus finiti cõſen-
ſus argumentũ eſt in princi. inſtit.de empti.
& vẽdi.l.exẽpto §.is qui vina de actio.emp.
l. 2. C.quan. lice.ab emp.diſce.l.contractus
15 C.de fide inſtrum. Sic † in matrimonijs d.
ca.fœminę,& ca.noſtrates c.tenor in verbo,
ſubarrhat de re iudi.ca. ſi quis vxorem 17.
q.2.glo.in cap.fina.deſponſa.glo.in ca.illud
de pręſump. glo. in cap.gemma de ſponſa.
Bart. & omnes poſt in l. titia. ff.de verbo.
obliga.Hinc fere omnes affirmãt annuli tra-
ditionem,immiſſionem ve,ſignum eſſe ſpõ-
ſionis pręcedẽtis,& ſequuti matrimonij glo.
in

Digitized by Google

in ca.fina.de ſponſa.impuber.& in d.cap.te-
nor in verbo ſubarrhat de re iudi. d.ca. noſ-
trates,& ca.fœminæ vbi Archidi.Panorm.in
rubr.de ſponſal.nu.11.Felin.in ca. illud nu.
fina.de pręſump.Barba.conſ.6.lib.1.Deci.in
conſ.163.nu.2.Aretin.conſ.13.n.4. Cœpol.
conſ.4.nu.1.conſ.5.num.15.in conſili ciuili.
Boer.conſ.4.nu.29.Dida.in epito.ad 4. 2.
par.cap.4.num.3.Lapp.pulchre allega.56.a
n.1.Petrus Albigna.inter conſ.matrimonia.
conſ.67.nu.8.Merend.inter eadem ipſa cō-
cilia conſil.86.nu.32.Auguſti. Berou.quæſt.
6. a nu.1.Paris.conſ.60.nu.48.lib.4.Meno.
tracta.de pręſump.lib.3.præſump.2.a nu.1.
Maſcard.tracta.de proba.to.2.cōclu. 1020.
a n.1.Roma.conſ.146.Malaues.in conſ. 10.
nu.42.43.licet ad aliud inſtitutum.Cæphal.
conſ.435.nu.62.lib.3.Gramma.conſ.crimi.
26.nu.14.Coſtari. tract. deſponſa.ca. 4. nu.
4.5.Carre.tracta.de ſponſa.cap.14.Graphi.
2.parte deciſio lib.1.cap.12.nu.49.

16 Quamquam Panor.†.in d.cap.fina.in fin.
de deſpon.impu.dixerit annuli vel munerū
traditionem,quæ a viris,mulieribus mittun-
tur,ſigna fore equiuoca , cū eſſe poſſit quod
vltra ſponſalia non in alijs progreſſi fuerint
ad matrimonij perfectionem , & eſſe etiam
poſſit,vt nec ſponſalia indicent, quę alio ani
mo mittantur ſępe,& non deſpōdēdi , quem
refert Menochi in d.pręſump.2.nu. 1. & id
idem dixit Lap.in d.allegatione 56.nu.5. &
Alex.Rauden.in tract.de Analog.cap. 30.n.
301.tamen frequentius ſponſalia, & aliquā-
do matrimonium ſignificant vt ſi tractatus,
loci conſuetudo & aliæ coniecturę oſtendūt,
vt modo dicemus,ſeparatim agēdo de ſpō-
ſalibus,demum de matrimonio.

17 Vtilitas † huius quæſ. hodie maxima eſt
inſpecto iure nouiſſimo ſacri Tridenti. Cō-
cil.nam ſi annuli traditio matrimonium pro-
bat,id erit matrimonium præſumptū,& non
verum,conſequenter nullum , cum deficiat
forma á ſacro Concilio ſtatura. ſi ſponſalia,
cum ſacrum illud decretum cap. 1.de refor.
matri.niſi in matrimonio vindicet , & nō in
ſponſalibus iuxta veram, & receptam ſenten
tiam de qua ſupra,cogi poterit is qui tradi-
dit ad complendum matrimonium in facie
Eccleſiæ ſeruata dicta forma.quod etſi Neo
terici duo Meno.& Maſcar.prætiterint,cō-
fuſe tamen Maſcar. concluſionem & regulā
quæ regula non eſt,conſtituit,annuli traditio
nem matrimonium deſignare, cum regulari
ter id verum non ſit:Meno.quoſdam imper-
fecte cōſiderat caſus;vt igitur dilucido quid
omnes ſcripſerint percipias , regulam hanc
in ſponſalibus obſerua.

18 Sola † annuli traditione ſponſalia in du-
bio non preſumi:vt enim in cæteris contra-
ctibus arrha datur poſt tractatum , & verba
præcedētia l. cuicunq. §.penul.ff. de inſtito.
qui expreſſim in annuli traditione loco ar-
rhę loquitur, & in principio inſtit. de emp.
& vendi.d.lex empto §. is qui vina de actio.
emp.cum alijs ſupra adductis: ſic in ſponſali
bus niſi verba pręceſſerint , & ſeu tractatus
aliquis annuli immiſſio non efficiet ſponſa-
lia preſumi l.arrhis C.de ſponſa. Arrhis in-
quit,ſponſaliorum nomine datis cap. fina.in
verbis *ſubarrhauit eandem conſenſu mutuo
accedente* ex.de deſponſa.impube. c. noſtra-
tes ibi, *& poſtquam arrhis ſponſam ſibi ſpon-
ſus per digitum fidei annulo inſignitam deſ-
pondent*,& cap.fœminę 30.q.5. in hoc enim
annulus dari debet,ſed & recepi eodem ani
mo ſponſaliorū ſcilicet nomine argu.l.obli-
gationum ſubſtantia ff.de actio.& obliga. c.
illud is q.1.c.nequis 22.q.2.ſic rectè ſcripſit
Coſtan.in d.tract.de ſponſa.poſt Henricum
19 & Imol. á ſe relatos in d.cap.5.nu.7. cum †.
enim vt dictū eſt probatio hæc ambigua ſit,
& annuli mulieribus non ſponſaliorum tan-
tum nomine dari ſoleant , ſed impudico ſę-
pius affectu,& animo eas ſubuertendi , niſi
annuli immiſſio vel traditio verbis præce-
dentibus aut ſignis exterioribus quæ animū
indicent detegatur,ſponſalia non preſumen
20 tur: † maxime vbi imparis forent ſtatus , &
ſeu aliæ coniecturæ adſint, quibus contrariū
poſſit facile credi:ſic etiam ſcripſit Panorm.
in c.illud nu.4.de præſump.& in c. fina.n.7.
de deſponſa.impube.Pariſi.conſ.60.nu. 47.
Galea.Malue. inter conſilia matrimonialia
conſ.83.nu.23.quem refert & ſequitur Maſ-
card.d.conclu.1020.nu.2.ad medium,& nu.
3.& 4.adiungens multas fœminas non coniu
gatas annulos afferre. qui & ibi recte ani-
21 maduertit,† annuli traditionem per ſe ſolā
indicium non facere alicuius contractus, ſed
ex his quæ pręcedunt dignoſci , quod & di-
xerat antea Lapp.alleg.56.n.4.& dixit Me-
22 noch.d.præſump.2.nu.3. annuli † traditio-
nem regulari ſecundum verba expreſſa, &
conſenſum pręcedentem. pulchrè referens
Panor.diſtinctionem Mendo.ad Lapp. alle-
ga.56. littera F. ſed & ęquiuoca probatio
dicitur niſi aliter demonſtretur Alex. Raud.
ſupra,& poſt hęc ſcripta Sanch.tract.de ma-
trimo.lib.1.diſput.22.a nu.1.2.& ſequen.

In hunc igitur modum declarādi ſunt in-
terpretes,qui ſcripſere annuli ſubarrhatio-
ne ſponſalia cōtrahi. Et quoties annulus ex-
preſſim datus eſt, vt eo ſponſalia contrahe-
rentur res clariſſima eſt, ſecundum Hoſtien.
in ſum.rit.de ſponſa.§.quot ſunt ſpecies , cū
alijs traditis per Meno.d.præſump.2.nu.2.
& Carre.tract.de ſponſa.lib.1.cap.14. & in
pulchro caſu declarat Bero.q.6.nu.5.

Declara

Digitized by Google

23 Declara primo regulam vt non † vindi-
cet quoties lex vel ſtatutum loci, aut pa-
triæ conſuetudo doceret, annuli traditio-
ne ſponſalia contrahi, tunc enim ſolius an-
nuli traditio ſponſalia induceret. Panormi-
ta. in d. cap. illud de præſumptio. Anton.
de Butr. in cap. fina. numer. 8. de ſponſa.
Zabarel. in cap. ſi inter quæſt. 2. ex. de ſpon-
ſa. vbi teſtatur de conſuetudine Paduę, &
in cap. fina. quæſt. 1. de deſponſ. impube.
Aretin. conſil. 13. nnmer. 4. Pariſi. conſil. 55.
lib. 4. Dida. in epito. ad 4. 2. par. cap. 4. num.
3. ad finem. Maſcard. dict. concluſ. 1020. in
finalibus verbis Cæpol. conſil. 1. num. 14.
Menoch. dict. pręſump. 2. num. 5. Coſtan.
dict. cap. 5. num. 9. Lapp. dict. allega. 56.
numer. 5. & numer. 14. vbi ad eum Quintili.
Mendoſi. ſub littera F. ver. de conſuetudine
Sanch. ſupra. numer. 2. alios eitans. Refert
24 enim † inſignem Panormit. diſtinctionem in
cap. illud numero duodecimo de præſump-
tio. *Aliquando (ait) in quibuſdam locis an-
nulus datur tempore ſponſaliorum & tunc
tantum ſponſalia ſignificat, aliquando datur
tempore matrimonij, & tunc matrimonium:
aliquando nulla eſt conſuetudo certa cum va-
rie obſeruatur, & tunc nec matrimonium nec
ſponſalia probantur, aut nulla eſt omnino
conſuetudo, & tunc aut fuit annulus datus
ſimpliciter mulieri, & donatio præſumitur,
vel vir poſuit annulum indigito mulieris, &
tunc præſumitur matrimonium*; Addit Men-
do. ſupple tu præcedente tractatu vel verbis
iuxta diſtinctionem Lapp. hic & Felin. in
dict. cap. illud numer. 12. de præſumpt. ſub-
iungit ibi de Romæ conſuetudine, & totius
Italiæ.

25 Declara † ſecundo vt non procedat quo-
ties aliquis præceſiſſet tractatus; tunc enim
& ſi annulus non fuiſſet immiſſus in digito
mulieris ſed tantum traditus pręſumerentur
ſponſalia Panormit. in d. cap. illud Anto. de
Butr. in d. cap. fina. de deſponſa. impube. nu.
8. & in d. cap. illud num. 7. Aretin. d. conſil.
13. numer. 4. Menoch. d. præſumptio. numer.
10. Eleganter Bero. d. quæſt. 6. numer. 5. ad
fin. Maſcard. licet obſcure d. concluſ. 1020.
numer. 5. & antea numer. 3. ad medium quo
loci citat Maluet. d. conſil. 83. numer. 23.
inter matrimonia cenſit & Coſtan. tractat.
de ſponſa. d. cap. 5. numer. 7. Sanch. ſupra
num. 3.

26 Declara tertio † vt procedat in his perſo-
nis quæ legitimam habent ad ſponſalia con-
trahenda ætatem, ſecus in alijs, ita declarat
Panorm. in d. cap. fina. num. 4. de deſponſa.
impube. ſequitur Maſcard. d. concluſ. 1020.
num. 5. quibus adde quod cum ętas legitima
contrahendi ſponſalia ſit ſeptem annorum
l. in ſponſalibus ff. de ſpõſa. cap. litteris cap.
acceſſit cap. ad diſſoluendum de deſponſa.
27 impube. vbi † impuberes matrimonium per
verba de pręſenti contraxerunt, non valet in
vim matrimonij, valebit tamen vt ſponſa-
lia de futuro cap. 1. §. 1. de deſponſa. impu-
be. lib. 6. vbi cæteri docent Didac. qui ratio-
nem expendit in Epito. ad 4. 1. part. cap. 3.
à num. 1. cum ſequent. Franc. Domi. Pręposi.
& alij in d. cap. 1. §. 1. Boer. deciſio. 22. num.
37. Pariſi. conſ. 62. num. 9. lib. 6. egregie Sa-
raſi. in additionibus ad Matheſil. ſingul. 34.
num. 21. Gail. lib. obſerua. 2. obſerua. 80.
28 num. 11. cum igitur † deficiat conſenſus ra-
tione minoris ætatis quidquid verbis ſig-
nis, arrhis, vel annulis inuicem inter eos
actum eſt nullum cenſetur, niſi poſt hanc
ætatem denuo arrhæ, & annuli darentur,
cum tunc his coniugalis conſenſus iuris pręſ-
ſumptione cenſeretur expræſſus, & matri-
monium contractum d. cap. 1. §. 1. ſecun-
dum communem intellectum eorum ver-
borum. Niſi per carnis copulam ſubſequu-
tam, vel aliquem modum alium quemad-
modum gloſ. inibi, & cæteri omnes inter-
prætantur. Ruin. conſil. 203. lib. 1. Deci.
qui communem conſil. 368. & qui alios Di-
dacus in Epito. ad 4. 1. part. cap. 4. num.
3. Carre. in tractat. de ſpouſa. lib. 1. cap.
14. latiſſi. Menoch. lib. 3. præſumpt. præ-
ſumptio. 1. numer. 60. 61. 62. 63. intelli-
ge ſemper iure veteri conſiderato ſecus no-
uo Concilij, nam eo attento annuli immiſ-
ſio, munera nec alia quæ ſubſequerentur,
niſi nouo coram Parrocho conſenſu adhi-
bito non eſſet matrimonium Spin. d. gloſ.
29 15. numer. 61. ad medium. Et hac † ter-
tia declaratione infertur vtiliter, quod cum
inter duos impuberes, & puberem & in pu-
berem matrimonium contractum non va-
leat; niſi (vt dictum eſt) in vim ſponſalio-
30 rum de futuro, & ſi † altera partium nollet
matrimonium contrahere cogi nequeat, co-
gi tamen poteſt vnus ab alio vt ſponſalia
contrahat, ratione promiſſionis nedum in
foro conſcientię, ſed & in foro exteriori,
31 quia † ſola ſponſalia de futuro obligant ho-
die ſicut & antiquitus, & Concilium Tri-
denti. nihil in his immutauit ita ſingulari-
ter reſpondit Azpilcue. conſil. 1. titu. de
deſponſa. impube. à numer. 1. & conſil. 2.
eo. titu. intelligendo tamen vt ille intelli-
git, niſi iuſta cauſa ſuaderet ſponſaliorum
diſſolutionem, vel matrimonium cum alte-
ra fuiſſet contractum: quamquam in hac ſpe-
cie & præter reatum peccati puniretur con-
trahens.

32 Quarto declara † quoties pręceſſiſſent
aliqua verba, & annulus fuiſſet traditus ab

Digitized by Google

ſponſo mulieri tacenti prȩſentibus paren-
tibus vel conſanguineis, nam & in hac ſpe-
cie annuli traditio, etiam tacente muliere
faceret prȩſumi ſponſalia, quinimo & ma-
trimonium, vbi verba eſſent apta vt infra
dicemus: cap. vni. §. porro, vbi & commu-
nis ſchola docet. de deſponſa. impube.
lib. 6. Azpilcue. conſil. 3. titu. de deſpon-
ſa. impube. numer. 1. & in terminis annu-
li docet latiſſimè Lapp. d. allegatio. 56.
numer. 2. 3. 4. 5. & 13. cum ſequent. ibi-
dem Mendo. ad eum littera P. verbo ſi pa-
rentes contrahant gloſ. in cap. tuæ & in
cap. ſi inter de ſponſa. vbi Anton. num. 9.
Didacus in Epito. ad 4. 2. part. cap. 4.
numer. 3. & 4. qui illic rationem reddit
Menoch. d. præſumptio. 2. num. 4. Præ-
poſi. in cap. fina. numer. 3. de deſponſa.
impube. Mathe. de Mathe. tractat. de nu-
me. teſti. cap. 10. numer. 95. & 96. Con-
ſtan. tractat. de deſponſa. cap. 5. num. 10.
33 qui † inquit ob virginalem verecundiam fa-
cilius annuunt quam loquantur can: hono-
rantur 32. quæſtio. 2. gloſ. in cap. penulti.
ex. de ſponſa. His igitur caſibus, & ſimili-
bus, (quinque enim aut ſex ſcriptores re-
ferunt) quibus ſponſalia contrahuntur, poſ-
ſent cogi ſpondentes, vbi vnus eorum vel-
let contrahere matrimonium in facie Eccle-
ſię. Sanch. ſupra num. 6.

34 Reliquum † eſt, vt de matrimonio di-
ſeramus, Regula vera aduerſus Maſcard.
hæc eſt. Annuli traditionem ſeu immiſ-
ſionem ex ſe matrimonium non efficere:
quia vt rectè Panormita. in d. cap. fina. in
fine ex. de deſponſatione impuberum. Sig-
num eſt æquiuocum, atque contingere po-
teſt non contrahendi animo, & affectu vxo-
rio datum fuiſſe ſed alio. tum eſſe poteſt
vt ſponſalibus contractis non fuerint vl-
tra progreſſi. ſequitur Menoch. d. prȩſump-
tio. 2. in princi. Alexan. Raudenſ. tractat.
de Analog. d. cap. 30. numer. 301. id ip-
ſum expreſſim ſenſit Maſcard. d. concluſ.
1020. numer. 3. ad fin. & antea Lapp. d.
allegatio. 56. numer. 5. cum alijs per nos
ſuperius adductis. Verbis itaque opus eſt,
35 quod ſi expreſſim † ſe matrimonium con-
trahere dixerint, & annulus ideo detur in
claris coniecturis opus non eſt, cum vt ſu-
pra diximus, annuli traditio reguletur ſe-
cundum verba expreſſa Hoſtien. in titu. de
ſponſa. §. quot ſunt ſpecies Didacus. d.
cap. 4. numer. 3. Pariſi. d. conſil. 60. num.
48. Bero. d. quæſtio. 6. Menoch. d. præ-
ſumptio. 2. numer. 2. cum alijs ſupra cita-
36 tis. Idem † eſt quoties annulus fuiſſet nul-
lis expreſſis verbis mulieri traditus, & in
loco nulla eſt conſuetudo, quȩ traditionem
annuli quidquam ſignificare diſponat: nam
in hoc caſu nihil importat quoad ſponſa-
lia, nec matrimonium Panormita. in d. cap.
illud de præſumptio. Anton. in d. cap. fina.
numer. 8. Lapp. numer. 5. in d. allegatio.
56. Bero. d. queſt. 6. Meno. qui alios d. præ-
ſump. 2. num. 6.

37 Protende † regulam primo quoties an-
nulus fuiſſet traditus mulieri à patre abſque
vllo matrimonij apparatu, nec præſente aut
conſentiente filio; tunc nec matrimonium
efficit annuli traditio, ita ſcribit Menoch.
d. præſumptio. 2. numer. 8. ductus authori-
tate Anton. de Butr. in d. cap. fina. num. 8.
Addit ille, & hic caſus apud me nullam ha-
bet dubitationem, imo crediderim, quod ſi
pater tradidiſſet annulum, etiam in ipſo ap-
paratu matrimonij; nihil egiſſet niſi filij
conſenſu tradidiſſet; allegat Præpoſi. in d.
cap. fina. numer. 6. hæc ille, & rectè: nam
expræſſum eſt in cap. 1. §. fina. de deſpon-
ſa. impube. in 6. vt matrimonium ſequa-
38 tur expræſſis à † parentibus verbis, opus fi-
lios fore prȩſentes etſi taceant, præſumit
enim ius, & filiorum conſenſum tunc affo-
rȩ, quanquam ſecus foret vbi extranei id
facerent: ſolis enim parentibus ius hanc
tribuit prærogatiuam, quȩ ab innata filio-
rum erga parentes obedientiæ deſcendit
gloſ. in cap. tuæ de ſponſali. & qui multos
in hanc ſententiam memorat diſerte Dida-
cus in d. cap. 4. numer. 4. aduerſus glo-
ſam communiter confutatam in d. cap. 1.
§. fina. verbo ſponſalia de deſponſa. impu-
be. in 6. Lapp. d. allegatio. 56. numer. 10.
ad medium vbi & Mendoſ. ſub littera P.
ver. parentes & Didacus ſequitur expreſ-
ſim Matien. in gloſ. 1. rubr. titu. 1. lib. 5.
39 ordina. n. 25. & 26. Sic † conuerſo ordine fi-
lius contrahens matrimonium præſente, &
tacente patre, cenſetur de voluntate patris
contrahere l. in ſponſalibus ff. de ſponſa. l.
ſed ea ff. illo titu. l. ſicut proponis C. de
nup. Viual. in Candela. Aure. titu. de ma-
trimo. quæſtio. 38. qui communem aſſerit
theologorum & canoniſtarum.

Addiderim ipſe, & opinioni Menoch.
idem eſſe, & ſi in loco adeſſet conſuetudo,
qua annuli traditio matrimonium efficeret,
nec enim patris inuito aut abſente filio ſub-
arrhatio prodeſſet, ex his, quȩ modo dixi.
40 Secundo extende † vt procedat etiamſi
idem vir abſque vllo matrimonij apparatu
annulum tradidiſſet mulieri, & in eius di-
gito annullari immiſiſſet nullo tractatu. ver-
bis, vel ſignis præcedentibus prius. Et ſi
enim Anton. de Butr. relatus à Menoch. d.
prȩſumpt. num. 9. contrarium aſſerat, & de
veritate dubitet idem Menoch. Ego tamen
non

Digitized by Google

non dubito ſed omnino falſam aſſertionem exiſtimo propter eam rationem quam ſcripſit Menoch. ibi, quia vbi deeſt matrimonij apparatus, videtur potius ſponſaliorum nomine traditus, quam inſtantis matrimonij: Tum quia cum ſignum ſit æquiuocum, & aliud quam matrimonium poſſit ſignificare, matrimonij coniectura ſumi nequit. Tertio † quia traditio vel immiſſio annuli impor-
41 tare matrimonium non poteſt, niſi verba, aut ſigna apta præcedant: quemadmodum infra dicemus.

Extende tertio † vt nec matrimonium
42 præſumatur quoties vir ſolum defert annulum mulieri, ſed eum non immitit digito annulari Anton. de Butr. in d. cap. fina. nu. 8. idem in cap. illud num. 7. de præſump. Aretin. in conſ. 13. num. 4. Menoch. d. præſump. num. 10. cui addendi Bero. in d. quæſt. 6. num. 5. vbi atteſtatur de communi conſuetudine ita obſeruari Lapp. d. allega. 56. per totam. Maſcard. d. concluſ. 1020. num. 6. Sentit Graphi. 2. part. deciſio lib. cap. 12. num. 49.

43 Extende quarto, † quãdo datus fuiſſet, vel immiſſus annulus, ſtatim poſt dicta verba à viro mulieri, quę ſponſalia de futuro importarent, nam eo caſu ſequuta immiſſio annuli non efficeret ſponſalia in matrimonium tranſire: hic eſt caſus quem decidit Bero. in
44 d. q. 6. Mouetur † ea ratione, quod non ſit veriſimile vno inſtanti contrahentes ſe voluiſſe corrigere per ſimplicẽ annuli ſubharrationem ſubſequutã. argu. l. 1. nam ad ea de conditio. & demonſtratio. & cum ſit indiferens actus ille traditionis annuli, & verba ſint clara & aperta deſignantia ſponſalia de futuro, in claris opus coniecturis non eſt, l. continuus §. cum ita de verbo. obliga. l. ille aut ille §. cum in verbis. de leg. 3. Maxime, quod in illo caſu non erat facta immiſſio indigito annullari.

45 Extende quinto, † quoties mulier cũ viro habitans geſtat annulum, non tamen conſtat à quo ſit datus vel immiſſus, non enim tunc delatio annuli facit præſumi matrimonium iuxta Oldra. conſil. 159. num. 6. Iaſſ. in prælud. feudo. num. 12. Menoch. qui eos refert d. præſumptio. num. 13. & conſil. 199.
46 num. 47. lib. 2. Intellige tamen † quoties cum hac delatione annuli non concurrerent alię coniecturę, quemadmodum ex Pariſi. & Didac. rectè idem Menoch. declarat d. conſil. 199. num. 52. lib. 2. qui alios recenſet ad hoc inſtitutum; & idem Menoch. lib. 3. præſumptio. prę ſumptio. 1. numer. 94. 95.

47 Declara primo † regulam vt intelligatur quoties verba quæ ante annuli traditionem vel immiſſionem præcedunt non ſunt apta ex ſe deſignare matrimonium; ſecus vbi eſſent iuxta gloſ. inſignem in cap. penulti. de ſponſa. quę expreſſim docet, matrimonium contractum cenſeri, ex eo quod fœmine conſenſum coniugalem exprimenti, vir etiam eodem modo reſpondeat: quam gloſ. dixit inibi ſingularem Panorm. in d. cap. penult. Pariſi. conſil. 55. num. 45. lib. 4. & dicit communem, & receptam Didac. Couarru. in Epito. ad 4. 2. part. cap. 4. nu. 8. & 4. alios referens Marien. in gloſ. 1. rubr. titu. 1. lib. 5. ordinatio. num. 24. qui & communem repetit; & ita intelligendus Marzar. conſil. 17. num. 3. & id etiam ſcribit Bero. in d. quæſt. 6. num. 5. Menoch. d. præſumpt. 2. num. 4. & in hac ipſa ſpecie conſuluit Lapp. in d. allega. 56. vt colligitur ex numer. 17. verſi. ſed quando factam: *Sed quando factum (ait) precedit aliquis tractatus, vel verba de matrimonio contrahendo, poſtea ipſum factum vel ſignum aptum ad matrimonium, ſubarrhatio ſufficit ad matrimonium: hæc ille.* vbi Mando. ad eum ſub littera R. qui etiam aſſerit communem fore citans Barba: conſil. 6. num. 17. lib. 1. & Pariſi. in plerìſque locis; in eandem conſcendit Maſcard. d. concluſ. 1020. num. 3. ad finem. Et in hunc modum intellige omnes, qui affirmarunt ſimpliciter ſola annuli immiſſione matrimonium præſumi, aliter male loquerentur vt ſupra animaduerti: & ſic erit intelligendus idem Maſcard. d. concluſ. num. 1. pro regula conſtituens annuli ſubarrhationem matrimonium deſignare in eam plures referens authores: & idem Maſcard. concluſ. 100. numer. 1. tom. 1.

48 Declara † ſecundo quoties in apparatu matrimonij traditus fuiſſet annulus præſente Sacerdote ad fores Eccleſiæ adſtantibus multis, tunc ex immiſſione annuli matrimonium præſumit ius, ex doctrina Anton. de Butr. in d. cap. fina. numer. 8. de deſponſa. impube. Aretin. conſil. 13. num. 4. Menoch. d. præſumptio. 2. numer. 7. cui adde Bero. eandem firmantem ſententiam in d. quæſt. 6. in fina. verbis qui alios refert.

49 Declara † tertio, & ſi verba prolata ante traditionem annuli fuiſſent dubia, nam ſtante apparatu matrimonij traditio illa; & ſi annulus non immitteretur efficeret præſumi matrimonium. Ita ſcribit Menoch. d. prę ſumptio. numer. 11. verſic. octauus caſus, *quia inquit immiſſio requiritur, niſi alijs ſignis præcedentibus vel ſequentibus ſignificari poſſit matrimonium,* citat aliquos *in hanc ſententiam qui tamen id non dicunt.*

D 2 Nam

Nam Lapp. non loquitur vbi verba ſunt dubia, tum etiam loquitur in annuli immiſſione, non in ſola traditione, vt ille affirmat expreſſe nu. 3. ibi. Quia idem Matheus ſubarrhauit eandem per annuli immiſſionem. minus etiam in his terminis Bero. quia loquitur de immiſſione annuli in digito annulari: alij vero non tam aperte illius docent opinionē, quæ apud me dubia eſt ex regula receptiſſima ſupra tradita, verba ſcilicet apta eſſe oportere clara, & perſpicua: & licet in hac ſpecie militet illa preſumptio apparatus matrimonij, ex aduerſo militant duæ; ſcilicet verborum inaptitudo, & ſola annuli, ſine immiſſione traditio.

50 .. Quarto declara † quoties eſſemus in du-
bio caſu an annuli nedum immiſſio; ſed etiã
traditio matrimonium efficeret, hoc enim
caſu pro matrimonio eſt iudicandum cap. fina. de re iudica. vel conſulendus Roma. Pontifi. cap. 1. de tranſ. Panormita. in d. cap. fina. ad finem vbi But. num. 8. Areti. conſil. 13. num. 4. Menoch. d. præſumpt. num. 22. Et
51 licet hęc etiam traditio poſſet inficiari † tamen hodie non procedit attento iure Concilij Tridenti. quinimo in hac ſpecie, & ſimilibus eſt iudicandum aduerſus matrimo-
52 nium, niſi vno tantum † caſu; quoties dubitaretur an eſſet contractum in facie Eccleſiæ iuxta formam d. ſacri Concilij quia cum cætera matrimonia ſint nulla, & irrita pro his
53 ſine dubio iudicandum non eſt, † quemadmodum etiam ante Concilium Tridenti. vt dixi ſupra comparatio. 8. & latè Maſcard. tractat. de probatio. part. 2. concluſ. 1023. num. 10.

54 Probatur autem arrharum, vel annuli traditio in caſibus pręcedentibus ex confeſſione coniugis deferentis, niſi contrarium probaretur teſtibus vel coniecturis quemadmodum explicat Maſcard. tractat. de probatio. part. 1. concluſ. 129. à num. 1. qui videndus.

SVMMARIVM.

1 *Matrimonia præſumpta omnia Concilio Tridentino ſublata.*

2 *Matrimonium de iure ciuili ex cohabitatione præſumitur.*

3 *Matrimonium de iure ciuili inter impares nō præſumitur.*

4 *Filij ab imparibus ſuſcepti, non præſumuntur legitimi, nec faciunt deficere conditionem ſi ſine liberis.*

5 *Matrimonia imparia iure ciuili ſublata.*

6 *Senatores eorumq; liberi, abiectas fœminas in vxores accipere interdicebantur.*

7 *Octauianus Auguſtus, patritij generis viris, libertas in vxores ducere permiſſit.*

8 *Iuſtinianus legem Iuliam de nuptijs; Senatorum & libertinarum abrogauit.*

9 *Matrimonium de iure canonico ex cohabitatione non præſumitur, ſed adulterium.*

10 *Matrimonium de iure canonico ex cohabitatione longa non præſumitur.*

11 *Ius canonicum præſumit peccatum.*

12 *Didaci lapſus.*

13 *Initio quod non valet, tractu temporis fauore animæ valere non poteſt.*

14 *Maſcardi conſiliatio.*

15 *Maſcardi conſiliatio reiecta.*

16 *Paritas & imparitas perſonarum de iure canonico non conſideratur.*

17 *Matrimonium præſumitur ex cohabitatione & alijs coniecturis.*

18 *Coniecturæ matrimonij contracti quales remiſſiue.*

19 *Matrimonium ex cohabitatione non præſumitur de iure canonico, filij tamen cenſentur legitimi, & quæ ſit ratio.*

20 *Matrimonium morganatico vſu quale.*

21 *Canonicum ius ciuile corrigens non patitur extentionem.*

22 *Acceſſorium non ſequitur naturam principalis vbi adeſt diuerſa ratio.*

23 *Filij cenſentur legitimi etiam iure canonico ex ſola cohabitatione mortuis parentibus.*

24 *Coniuges in peccato mortuos fuiſſe non præſumitur.*

25 *Cap. lator. extra: qui filij ſint legi. declaratur.*

26 *Matrimonium ex cohabitatione hodierno iure non præſumitur.*

27 *Probationes coniecturales, ad probandum matrimonium contractum fuiſſe in forma S. C. Tridenti. non ſuſtulit Concilium Tridenti.*

COMPARATIO XII.

PRAESVMPTIONIBVS CONtractus, iuuantur, An ædem ipſæ iure nouo Sacri Conſilij Tridentini vindicent in matrimonio; paucis explicatur.

COMPARATIONE decima ſcripſi, præſumptionibus matrimonium probari ſicut contractus, paucas nunc referam, id ſolum pręſtare conabor, vt ordo deſignat' minime intercindatur: & pręter eas, quas tūc recenſui, hęc ex ordine ſequitur, cohabitatio viri, & mulieris promiſcue viuentium, de qua dixi cō-
1 parati. 5. ſed nūc pauca de his & alijs: licet †
enim

enim, vt nõ ſemel admonui matrimonia prę
ſumpta hodie ſint ſublata, tamẽ quoties du-
bitaretur an eſſet contractum matrimonium
in facie Eccleſiæ iuxta ſacrum decretum vt
quia incendio, bello, vel ruina parrochi liber
foret deperditus, aut mortui fuiſſent teſtes,
& parrochus, vel vnum ex his deficeret, tunc
ad legitimas coniecturas, quæ adiungi poſ-
ſent hodierno iure recurri poſſet. Nã vt in-
fra dicam non ſuſtulit S. Con. probationes,
quę ex coniecturis ſummi poſſunt circa pro-
bationem matrimonij celebrati iuxta illius
formam, & ſolemnitatem, ſicut in terminis
Sa. Concilij annotauit Plot ad Cõcil. Laud.
conſ. 30. & tradit in ſuis reſo. Cance. lib.
3. cap. 11. num. 95. 96. & ſeq.

Huius quæſtionis duplex eſt inſpectio,
prima iuris ciuilis, altera iuris canonici: cir-
ca primam, iure ciuili ex cohabitatione &
2 tractatu † inter pares, & eiuſdem conditio-
3 nis præſumitur matrimoniũ † l. in libere vbi
glo. ff. de rit. nup. glo. in l. in concubinatu ff.
de concubi. & in cap. 1. 30. q. 5. etiam quoad
filiorum legitimationem d. l. in libere In-
nocen. in cap. ex parte de reſtitu. ſpolia. Pa-
nor. Imol. Felin. & alij in cap. illud de præ-
ſump. idem Panorm. in cap. ex tenore. ex qui
filij ſint legi. Lupp. de matrimo. par. 2. num.
12. Roma. ſingul. 446. Alciat. tracta. de præ-
ſump. regu. 2. præſump. 5. à num. 1. Paleot.
tracta. de No. & ſpur. cap. 5. num. 4. Dida. in
Epito. de ſponſa. 2. part. cap. 1. num. 5. Me-
no. tracta. de pręſump. lib. 3. pręſump. 1. nu.
8. Matien. in glo. 1. rubr. tit. 1. lib. 5. ordina.
num. 23. 24. Maſcard. tracta. de probat. tom.
2. concluſ. 1021. num. 5. qui duos alios ad-
duxi, cæteros, qui hic repetendi ſupra com-
para. 5.

4 Hac moti traditione † argumentantur
noſtri, nec matrimonium inter impares de
iure ciuili præſumi, nec filios legitimos cen-
ſeri, vt legitimitate hac conditionem fidei-
commiſſi defficere faciant, quoties ſine filijs
legitimis & naturalibus conditio per teſta-
torem ſcripta eſt, & quoties de ſucceſſione
agitur. ſicut reſpondit Bald. in l. in libere ff.
de rit. nup. ſupra citata Cagno. in l. ſi qua il-
luſtris num. 12. ad S. C. orficia. & hic Bar-
chinone Ceſſ. Hugo. conſ. 76. num. 5. Paleot.
tracta. de not. & ſpur. cap. 19. à num. 1. & 2.
latiſſime & erudite Menoch. conſ. 199. num.
49. & toto Concilio Cæpha. 82. num. 62.
63. & ſequen. lib. 1. qui citat Socin. conſ. 39.
num. 1. & Alciat. in tractat. de præſumptio.
præſumptio. 1. regulæ 3. num. 12. Crauet.
conſ. 991. num. 48. lib. 6. adduxi plures alios
in eiſdem terminis loquẽtes ſuperius com-
para. 10. ad finem verſi. Vt autem a diuer-
5 ticulo † ab hac traditione diſſedit hucvſq;
nullus: crediderunt omnes iure ciuili impa-
ria ſublata fuiſſe matrimonia, idque veteri
digeſtorum iure ſtatutum fuiſſe verum qui-
6 dem, lege † enim Iulia Senatores, eorumque
liberi humiles, & abiectas fœminas vxores
accipere interdicebantur l. lege Iulia ff. de
ritu. nup. l. humilem C. de inceſ. nup. l. 1. C.
de natura. libe. has autem leges vt Dio re-
7 fert † Octauianus Auguſtus omnino ſuſtulit.
liberumque fuit maſculis patritij generis,
dum Senatorij ordinis non eſſent, libertas
etiam vxores ducere: ſed & filios legitimos
8 eſſe voluit Iuſtinianus. Tandem † legem Iu-
liam de nuptijs Senatorum, & libertinarum
abrogauit, dedit enim ius connubij viris cla-
riſſimis, vt cum abiectis etiam & viliſſimis
mulieribus, dum dotalia inſtrumenta conſ-
criberent, contrahere poſſent §. quia vero
legem in authen. vt lice. ma. & aui. authe. ſed
nouo iure & authen. Maximis C. de nup. quo
igitur iure interpretes noſtri crediderint iu-
re ciuili interdictas fuiſſe inter impares nup
tias, certè non video, cum ea quæ adferunt
iura correcta ſint, nec eorum recordatio ex-
tet aliqua.

9 Altera eſt iuris † canonici, eõ attẽto ex co-
habitatione, & tractatu matrimonium nuſ-
quam præſumitur ſed adulteriũ potius gloſ.
in cap. 1. 30. q. 5. Panor. Felin. & poſteriores
in d. cap. illud de pręſump. Menoch. d. præ-
ſump. 1. l. 3. num. 69. Maſcard. d. conclu. 121.
à num. 1. quibus addendi alij, quos ad hoc
inſtitutum recenſui in compara. 10. Vbi &
rationem vnam huius ſententiæ pręter alios
adduxi: Mohe. deciſio. 281. qui fil. ſint legi.
Monal. conſ. 112. lib. 1. num. 34.

10 Extende regulam † etiam ſi habitatio lõ-
ga foret decenij & vltra, quia quoad coha-
bitantes non præſumitur matrimonium etiã
inter pares, & eiuſdem conditionis iure ca-
11 nonico, ſed potius † adulterium, eadẽ enim
ratio in hoc caſu militat, quæ in eo, cum ma-
trimonium recens eſt; & quãdo ius hoc pec-
catum præſumit vt d. compara. 10. dixi, au-
cto tempore, augeri magis peccatum nõ du-
bium eſt cap. fina. de conſue. conſequenter
lapſu illius temporis matrimonium præſu-
mi non poteſt. Innocenc. in cap. ex parte
de reſtit. ſpolia. Panormita. Imol. Felin.
in d. cap. illud de præſumpt. Cæphal. con-
ſil. 435. num. 64. lib. 3. Paleot. tracta. de
not. & ſpur. cap. 19. à num. 1. vſq; ad finem
recenſet multos Maſcard. d. concluſ. 1021.
nu. 2. Menoch. conſ. 199. num. 48. lib. 2. quæ
12 proculdubio communis eſt: Et ſi † in auce.
Dida. in Epito. ad. 4. 2. par. cap. 1. nu. 5. affir-
mauerit lapſu decenij, etiam inter ipſos cõ-
trahentes matrimonium pręſumi, quam ſe-
quitur Matien. in glóſ. 1. rubr. titu. 1. lib. 5.

13 ordinatio.nu.23.24. quod † enim ab initio
non valet, tractu temporis legitimum effici
non poteſt.regu.quod abinitio de regu. iur.
maxime in materia peccati, & vbi de animę
fauore agitur vt illi aduertunt,& ſic expreſ-
ſim Rota.Roma.iudicauit deciſio 470. n.4.
in 1.par.deciſio.nouiſſima.& deciſio.69.à n.
1.in prima parte deciſio.66.pat.3.nu.1.quæ
conformes concludunt quoad ipſos coniu-
ges:ex longa habitatione non prę́ſumi con-
iugium legitimum,niſi vt modo dicemus de
filiorum legitimatione ageretur, quo caſu
alijs concurrentibus matrimonium prę́ſumi
poteſt.

14 Et quanquã † aduerſus ſuperiorem ſen-
tentiam tenuerint aliqui, quos ad concordiã
reducere voluit diſtinguẽdo Maſcar.d.con-
clu.nu.3.quod vbi præceſſerunt ſponſalia &
ſequuta fuit cohabitatio longa;eo caſu præ-
ſumitur matrimoniũ, ſin minus ſecus:hæc ta-
15 men † non placet,quia illo iure proculdubio
ex copula ſequẽti poſt cõtracta ſponſalia ma
trimonium contrahebatur c.is qui fidem de
ſponſa.cum ſimi. etiã ſi nec longa habitatio
foret inter eos quemadmodum Panor.& alij
in d.c.is qui fidem fatentur. Neq. Cæpha.&
Maſcard.citatus hoc dicit ſed ſimpliciter fa-
tetur conſ.239. nu.11. ex contractu ſponſa-
liorum præcedẽti & ſequuta cohabitatione
16 præſumi matrimonium. Præterea † de iure
canonico parum aut nihil conſideranda eſt
paritas vel imparitas perſonarum vt aſſerit
noſter Celſus Hugo. conſ.73. num.5.quem
etiam refert in id Meno.d.præſump.1.num.
72. Addo ipſe nec de iure ciuili nouiſſimo
quemadmodum ſupra oſtendi & latius infra
comparatio.18.

17 Limita primo regulam † non procedere
concurrentibus alijs pręter ſolam habitatio-
nem cõiecturis,quia tunc quoad filios etiam
de iure canonico prę́ſumitur matrimonium
pręceſſiſſe,iuxta communem omniũ ſenten-
tiam in c.lator qui fi.ſint legi. Feli. & alij in
d.c.illud de præſum.Alcia.tract.de præſum.
regu.1.præſum.41.à n.1.& prę́ſum.2.n.1.&
ſequen.Gramma.conſ.26.n.9.10.Dida.in d.
c.1.n.5.Matien.in d.glo.1.n.23.24. Paleot.
in tract.de not.& ſpur.c.19.nu.9.Maſcar. d.
conclu.1021.no.7.Meno.qui alios plures d.
prę́ſum.1.à n.71.& d.conſ.199.à n.48.Cæ-
pha.qui aliquos recenſet conſ.435.n.48.cũ
ſequen.multis li.3.adde dictas deciſio.Rotę
nouiſſimas.deciſio.69.à num.1.& 470.num.
4. 1.part. in nouiſſi.deciſi.56. part.3. nu.1.

18 Coniecturæ † autem quales ſunt,& quan-
tę,ne rem millies actam agere videatur, vi-
dendus Socin. qui aliquas conſ. 39. num. 4.
lib.1.Paleot.qui quinq; d.cap.19.nu.9.Ele-
ganter Cępha.qui 14.adducit d. conſ. 435.
num.48.cum ſequen.lib.3.Celſus Hugo.qui
quaſdam d.conſ.73.Alcia.d.prę́ſum.5.regu.
2.aliqua Pereg.tracta. de fidei.art.24.num.
53.& Cæphali. coniecturas denuo cum alijs
pertractat Menoch.d.conſ.199.qui & docet
ibi quemadmodum ſingulæ obijci, & dilui
poſſint,quod antea Cępha.præſtitit d. conſ.
435.& conſ.82.lib.1.toto conſilio. Eaſdem
coniecturas ſuſcitat de his diſſerens prolixe
idem Menoch. d.præſump.1. à num.70.71.
Deciſio nouiſſima Rotæ Roma.quæ octo re-
fert d.deciſio.69. 1.part. Monal. conſ.112.
num.34.lib.1.Peregrin.conſ.91.nu.9.lib.2.
19 Nec † quemquam mirari oportet cur tam
varie iure canonico fuerit ſtatutum, præſu-
mit adulterium potius quam matrimonium
inter eoſdem cohabitantes,tamen filios iu-
dicat eſſe legitimos, & ex legitimo matri-
monio natos, quaſi vna & eadem res poſſit
diuerſo iure cenſeri, aduerſus eaque noſtri
legumlatores docuerunt in l. eum qui edes
cum ſimilibus ff.de vſucap.Nam eadem res
ad diuerſa relata, poteſt diuerſo iure cẽſeri,
quemadmodum Iaſſ.ſcribit in l.1.§.hoc au-
tem num.16.ff.ad S.C.Trebellia.nam & qui
curię offertur,filius legitimus tantum ratio-
ne parentum efficitur,non vero agnatorum l.
communium C.de natura.liber.& Principis
reſcripto poteſt quis quoad aliquas perſonas
emancipari, quoad alias minime l.ſi ab eo
20 C. de legi. hęre. Et contrahens † pater ma-
trimonium morganico vſu, quoad res quaſ-
dam filios legitimos procreat, quoad feuda
vero ſibi ſunt veluti nothi, & ſpurij omnino
incapaces cap.1.de filijs natis ex. matrimo.
ad morga. contract. ſed & cum ius canonicũ
cohabitantes coniuges eſſe non credat,quod
in materia peccati tutior ſit pars eligenda vt
dixi ſupra,quę ratio quoad virum & mulierẽ
21 non etiam quoad filios vindicat.Ius † planè
canonicum ciuile corrigens extendi nequit,
niſi quatenus ratio ipſa oſtendit ad tex.in l.
adigere §. quamuis de iure. patro. cap. cum
ceſſante de appella. atque ex his conſtat aliã
in parentibus, alteram in filijs, & ſi acceſ-
22 ſorijs rationem militare, † quo caſu acceſ-
ſorium principalis naturam non ſequitur l.
& ſi is cum vulga. C. de prædijs mino. Al-
ciat. d. tractat. de prę́ſumpt.regu. 2. prę-
ſump.5.num.2.& qui eum ſequitur Meno.d.
præſum.1.num.79.
23 Limita ſecundo † quoties parentes eſſent
mortui,& de filiorum legitimatione agere-
tur,nam & hoc caſu iure canonico matrimo-
nium præceſſiſſe præſumitur inter cohabitan-
tes,iuxta glo.inſignem in d.c.lator ex.qui fi-
lij ſint legitimi vbi Panor.Feli.in c.per tuas
de proba.Deci.in ca.Eccleſia ſanctæ Mariæ
num.39.de conſti.Curti.& alij à Dida.relati
in

in d.c.1.nu.5.Meno.d. pręſump.num.77. ij omnes mouentur authoritate tex. in d.c.lator. qui tamẽ vt opinatur Dida.non probat, *quoniam inquit in eo cap. filius communi opinione reputabatur legitimus*, cui adhæret Me
24 no.ſupra ſubdit validiorem eſſe rationem † quod pręſumendum non ſit coniuges pręmortuos, in peccato mori voluiſſe, & ideo contraxiſſe pręſumantur matrimonium.Ego
25 autem † filium in d.c. fuiſſe legitimum creditum ex cohabitatione video, & alijs cõiecturis legitimis, quæ onus probandi contrarium in aduerſarium tranſtulerunt, quemadmodum glo. declarat & ſi expreſſim de cohabitatione non loquatur in d.c. verbo probare legitime: *credebatur enim (inquit) vxor eo mortuo, vxor autẽ cohabitatione & alijs cõiecturis præſumitur* quemadmodum dixim' ab alijs millies.

Quale autem ius ciuile an canonicum in his quæ intereſſe differunt ſeruandũ ſit Meno.docet ſupra.num.78.

26 Hodierno iure † cohabitatio efficere nequit matrimoniũ, nouus enim conſenſus requiritur & forma Concilij, Spin.tract.de reſta.glo.15.n.61.poſt prin. Matien. in glo.1. rub.tit.1.li.5.ordina.n.53.54.& ſequen.

27 Non tamen † ſuſtulit S. C. probationes etiam coniecturales quibus matrimoniũ cõtractum fuiſſe in forma illius, probaretur ſicuti erudite & vere reſpondit Monál. conſ. 61.nu.5.& conſ.154.num.7.lib.2.

SVMMARIVM.

1 *Dominia rerum traditionibus transferuntur.*
2 *Traditio nuda non transfert dominium.*
3 *Inuecta & traducta in domum conductã cenſetur tacite hypothecata.*
4 *Traditio ſponſæ poſt contracta ſponſalia matrimonium efficit.*
5 *Traductio ſponſæ à viro facta, adimplendæ promiſſionis præcedẽtis cauſa facta cẽſetur.*
6 *Traductio ſponſæ ad domũ mariti iure canonico matrimonium non efficit.*
7 *Traductio ſponſæ ad domũ mariti iure nouo Concilij Tridentini matrimoniũ non facit.*
8 *Traductio ſponſæ cum ſolemni apparatu matrimonium faciebat iure veteri canonico.*
9 *Traductio ſponſæ vbi dubitaretur an ſponſalia de præſenti vel de futuro præceſſiſſent inducit præſumptionem ſponſaliorũ de præſenti.*
10 *Menochij opinio reprobata.*
11 *Traductione ſponſæ non adquiri marito quaſi poſſeſſionem matrimonij.*
12 *Traductio ſponſæ adſtante paritate probationem inducit præſumptionem ſponſaliorum.*
13 *Menochij ratio confutatur.*
14 *Separatio thori fieri poterat iure veteri canonico vbi contrahebatur matrimonium clandeſtinum.*
15 *Turpitudinem ſuam allegare quis poteſt fauore animæ.*
16 *L.quoties C.de rei vendicatio. an procedat in matrimonio.*
17 *Res poſteriori tradita ſit illius.*
18 *Matrimonium contractus eſt, & aſſimilatur plurimum emptioni & venditioni.*
19 *Matrimonium vtrum Sacramentum.*
20 *Ius pleniſſimum in ſpiritualibus ex ſolo titulo ſine traditione transfertur.*
21 *Actus primus prefertur ſecundo in ſpiritualibus licet in eo interueniat traditio.*
22 *Barboſæ opinio aduerſus communem.*
23 *Offerens ſe Deo, dominium ex ſola oblatione in Deum non transfert.*
24 *Papa licet nequeat detrahere materiæ Sacramentorum poteſt tamen in Sacramento matrimonij quia contractus habilitare vel inhabilitare perſonas contrahentium.*
25 *Traditione corporum dominium in matrimonio transfertur.*
26 *Votum ſolemne an vinculum matrimonij dirimat.*
27 *Votum ſimplex non dirimit matrimonium ratum.*
28 *Matien. conſideratio ad legem quoties in matrimonio rato non conſumato.*
29 *Opinio communis defenditur ab impugnationibus Barboſæ & aliorum.*
30 *Profeſſio tacite fieri poteſt.*
31 *Res ſpirituales tradi, impropriè dicitur.*
32 *Seruitutes impropriè traduntur.*
33 *Vouens magis reſignare voluntatem in ſuperiorem dici debet quam ſe tradere.*
34 *Voluntas in alterius conferri poteſt arbitrium.*
35 *Traditio quod facit in rebus profanis, idem operatur titulus in ſpiritualibus.*
36 *Barboſæ conſideratio ad cap. ſi tibi abſenti reiecta.*
37 *Titulus traditionis loco eſt in beneficialibus.*
38 *Barboſæ ratio euerſa.*
39 *Matrimonium vbi conſideratur tanquam contractus & tanquam Sacramentum, præualet vt Sacramentum.*
40 *Cauſa potentior vbiq. præualet.*
41 *Traditio in matrimonio de præſenti facta cenſetur.*
42 *Primum matrimonium de præſenti præfertur ſecundo licet in eo interueniat copula carnalis.*
43 *Matrimonium verum non requirit copulam.*
44 *Barboſ. ſolutio ſublata.*
45 *Maritus contrahendo matrimonium de præſenti voluntatis dominium perdit.*

46 *Barboſ. ſolutio labefactatur.*
47 *Communis opinio ſuſtinetur, titulum in ſpiri-*
tualibus pro traditione eſſe.
48 *Titulus in matrimonio cauſatur ex conſenſu*
& verbis de præſenti.

COMPARATIO. XIII.

TRDITIONIBVS RERVM
transferri dominia, An ſponſæ traditio
à ſeipſa vel parentibus facta matrimo-
nium inducat, Et quid iure nouo Conci-
lij Tridentini, non inſubtiliter decla-
ratur.

1 SICVT † in contractibus do-
minia rerum traditionibus tráſ-
feruntur l. traditionibus C. de
2 pact. quæ nudæ † eſſe nequeunt
ſed ob cauſam, & titulo aliquo
præcedente adiectæ l. nunquam nuda ff. de
acquiren. rer. domi. §. per traditionem inſtit
de rer. diui. vbi gloſ. Angel. & Porti. Barto. &
3 poſteriores in d. l. traditionibus: ſicut † etiã
inuecta, & traducta in domum conductam
cẽſetur tacita pactione hypothecata l. item
quia ff. de pact. l. certi iuris C. de loca. §. item
ſeruiana vbi glo. & omnes de actio. Sic poſt
4 † contracta ſponſalia ſponſæ traditio, & ad
domum ſponſi traductio matrimonium effi-
5 cit: quòd † veriſimile ſit traductionem hanc
ſponte à viro perficiendæ ſpõſionis præce-
dentis cauſa celebratam, ob idq. matrimo-
nium perfectum l. mulierem ff. de rit. nupti.
vbi glo. & altera in l. ſi cui fuerit de condi. &
demonſt. vbi Bart. & Caſtren. Bald. & Sali-
cet. in l. cum te. C. de donat. ante nup. Socin.
num. 3. in d. l. ſi cui fuerit Deci. in cap. iura-
uit, de proba. poſt Ioan. Andre. in cap. fina.
de ſponſa. Panorm. Anto. de Butr. Calder. &
Præpoſi. ibidem Dida. in epito. de ſponſa. 1.
part. cap. 4. §. 2. num. 1. qui alios: Paleo. tra-
cta. de not. & ſpur. cap. 19. nu. 6. Bal. Nouel.
tracta. de do. part. 11. ſecun. mem. num. 18.
Phanu. de Phanu. tracta. de dote. glo. 2. num.
46. 47. 48. Carre. tract. de ſponſa. cap. 13. ad
finem. Menoch. tract. de præſump. lib. 3. præ-
ſump. 1. num. 55. Maſcar. tract. de probatio.
2. tom. concluſ. 1028. num. 1. cum ſequent.
Spi. tracta. de teſta. glo. 15. nu. 65. qui Palati.
& paucos quoſdam memorat. And. Gail. ſed
is obiter lib. obſeruationum 2. obſeruatio.
80. num. 11. ad medium Brunel. tracta. de
ſponſa. concluſ. 12. nu. 4. Marc. deciſio. Del-
phina. 704. num. 5. par. 1.
6 Procedit † hæc communis opinio de iure
ciuili non canonico, nam cum nec ex cohabi-
tatione ius hoc præſumat matrimonium qui
eſt actus magis intrinſecus, nec ex niſu copu-
læ carnalis, vt ſuo loco dicetur, multo minus
ex traductione. quo circa hæc præſumptio
non recipitur Panorm. Anto. Cald. Prepo. &
cęteri in d. cap. fina. Aretin. conſ. 142. nu. 6.
Dida. ex alijs d. §. 2. num. 1. & 2. Menoch. d.
pręſump. num. 56. Maſcard. d. concluſ. 1028.
num. 2. Carreri. tracta. de ſponſa. d. cap. 13.
in fin. Brunel. d. conclu. 12. nu. 4. Andr. Gail.
lib. 2. obſerua. obſerua. 80. num. 4.
7 Et multo † magis procedit hodie ſine du-
bio attento Concilio Tridentino, quo niſi
in traductione ipſa, nouus conſenſus coram
parocho & teſtibus exprimatur, nihil tradu-
ctio efficeret. Spin. in d. glo. 15. nu. 65. verſi.
ſic etiam dicendum Matien. in glo. 1. rub. tit.
1. lib. 5. ordina. num. 55. 56. & ſequen.
8 Declara regulam † iuris antiqui duobus
modis. primo quoties traductio fuiſſet facta
cum ſolemni apparatu, quem ſolent contra-
hentes publice celebrare, tunc enim & iure
veteri canonico præſumebatur matrimoniũ
Panor. in cap. ex parte num. 26. de teſti. ſpo-
lia. argumento tex. in cap. vidua de regular.
Dida. qui alios d. §. 2. Brunel. d. conclu. Maſ-
card. & Meno. ſupra relati.
9 Declara † ſecundo aſtante hinc inde ma-
ximo dubio, an ſponſalia de præſenti, an de
futuro præceſſerint, nam ex traductione ſe-
quta pręſumi poteſt ſponſalia præcedentia
fuiſſe de præſenti, & à nouo traductionis ac-
tu, denuo conſenſum ſuperueniſſe ita Dida.
ſupra authoritate Bal. & Salice. in l. cum te.
C. de donat. ante nup. ſequitur Maſcard. d.
10 conclu. num. 5. Diſplicet † ſententia Meno.
ſupra quoad ius canonicum, *quia inquit ſi eo
iure non præſumitur matrimonium ex tradu-
ctione quoties conſtat præceſſiſſe ſponſalia de
futuro, quanto minus quando eſt dubium.* Ad-
dit ex ſententia Panor. in cap. ex parte num.
11 25. de teſti. ſpolia. † per hanc traductionem
non adquiri marito quaſi poſſeſſionem ma-
trimonij quoad effectum, vt mulier a viro
abducta ei ſit reſtituenda.
12 Quibus † non obſtantibus ab opinione
Dida. non eſt recedendum nam quoties du-
bium eſt an pręceſſerint ſponſalia de futuro
an de præſenti, ex traductione ſatis conſtat
fuiſſe de præſenti ſtante paritate probatio-
num, quo caſu in dubio eſt pro matrimonio
iudicandum cap. fina. cum ſimilibus de re iu-
13 dica. Nec † obſtat altera ratio quę magis vr-
get; nam & ſi viro repetenti eo caſu non de-
tur reſtitutio, eſt ideo quia ad hoc vt eo iure
daretur, requirebatur contracta fuiſſe ſpon-
ſalia publice, & non clandeſtine in facie Ec-
cleſię cap. ex tranſmiſſa cap. ex conqueſtio-
ne de reſtitu. ſpolia. alias matrimonium erat
clandeſtinum cap. fina. de clandeſ. deſponſa.
Et

14 Et † eo caſu ius canonicum denegabat reſti-
tutionem:quinimo in pœnam ſic contrahen-
tium quia contra interdictum Eccleſiæ, fieri
15 poterat ſeparatio, & pars † conuenta quæ
pro reſtitutione conuenitur allegans clāde-
ſtinitatem etſi turpitudinem ſuam,quia agi-
tur de fauore animæ auditur.ita.lator.ca. te-
nor de re iudica.ita expreſſim declarat Bru
nel.tract.de ſponſa.conclu.12.nu.4. ad finē.
16 Cæterum † nunc quærundum eſt,an regu-
la l.quoties C.de rei vendicat io.procedat in
matrimonio. Exemplum ſit in cap.fin. ex.de
ſponſa duo. vbi matrimonium de præſenti
prius contractum,præfertur,2.carnali copu-
la conſumato ad idem tex.in cap. ſi inter de
ſponſal.cap.fina.27. q. 2. Deci.in l.nuptias
nu.2.& ſequen.de reg.iur.& conſ.603.nu.5.
Dida.in epito.2.par.§.3. nu.5. quoniam ex
17 aduerſo militat regula d.l.quoties † vbi etſi
alicui res prius vendita ſit,ſi tamen poſt alte
ri vendita & tradita ſit,ſecundus priori præ-
ferendus eſt, quam difficultatem præſenſit
glo.in d.c.fin.in glo.1.vbi Præpoſi. nu.3. nō
nullas refert doctorum opiniones. Matien.
in glo.rubr.li.titu.1.li.5.titu.70. Barboſ. in
rubr.ff.ſol.matri.2.par.nu.82.ad finem.
18 Et auget difficultatem quoniam, & matri
monium cum ſit cōtractus vt multis relatis
dixi in præfation.huius tracta.in fine: & ne-
dum contractus, ſed aſſimiletur magis em-
ptioni & venditioni,vt ibidem dixi, & d. l.
quoties loquatur proprie in venditione,con-
ſequens videtur diſpoſitionem d.c. fina. vix
poſſe ſuſtineri: huic obiecto multipliciter
reſpondent interpretes noſtri,ſed Panormi.
19 frequentius approbatur, † is in d.ca.fina.de
ſpon.duo.reſpondit quod matrimoniū qua-
tenus ſacramētum eſt quid ſpirituale a cœlo
dimiſſum.Clemen.diſpendioſam de Iudi.&
verum ſacramentum a Christo Domino in-
ſtitutum,vt non ſemel in hoc tracta. dixi; &
de fide eſſe ſtatuit ſacrum Concilium Trid.
de matrimo.ſeſſio.24.cano.1.
20 Atqui † in ſpiritualibus ex ſolo titulo ſine
traditione transfertur pleniſſimum ius.cap.
ſi tibi abſenti de præben.in 6. inde fit vt in
21 ſpiritualibus, † primus actus. 2. præferatur,
licet in ſecundo interueniat traditio cap. ſu-
geſtum vbi Panor. nu.1.de iur. patro. Marc.
deciſio.744.nu.7.2.par.Burſa.conſ.270.nu.
22.lib.2.aſſerit receptam Dida.lib.reſolut.
3.cap.16.nu.1.Barboſ. vbi ſupra nu.83.qui-
bus addendi Iaſ.in d.l.quoties, & in l. fina.
nu.29.C.de ſacro.Eccleſ.Pariſi.conſ. 77. nu.
2.& 6.lib.1.
22 Communem † hanc opinionem & diſtin
ctionem improbat Barbos. vbi ſupra quia
inquit neq. in ſpiritualibus recedi debet a
23 diſpoſitione d.l.quoties,& ideo † ſubiūgit,
ſi quiſpiā ſe Deo offerat, nō tamē ſui ipſius
dominium in Deum transfert niſi ſe tradat,
& ſit qui Dei nomine ſolenniter recipiat
cap.1.de voto lib.6.ad finem vbi Domi. ra-
tionem reddit,& duas alteras Sot.de ius. &
iur.lib.7.quæſt.2.articu.5.colum. 3. Neque
obſtare dicit tex.in d.ca.ſi tibi abſenti quo-
niam loquitur in beneficij collatione perquā
non transfertur dominium,quod ſemper re
manet apud Christum §.nullius cum glo. in-
ſtit. de rerū diui. Addit extremo, quod etſi
traditio communis recipi poſsit in cæteris
ſpiritualibus,tamē in matrimonio minime,
licet enim ſit ſacramentum, accedit tamen
24 humanis contractibus plurimum, † & ideo
licet Papa non poſsit ſubtrahere vel detra-
here materiæ aliorum ſacramentorum, po-
teſt tamen ſacramento matrimonij habili
tando vel inhabilitando perſonas, quia ſit
contractus,ca.ſuper eo de cogna.ſpiritu. ca
non debet de conſan.& affinita. & dixi ſuſe
hoc libro compata.19.verſ.Vt igitur ſæpius
leges.
25 Concludit tandem, † quod vt dominium
corporis transferatur in matrimonio, tradi-
tio interuenire debet,quę & in alijs exigitur
contractibus:quod ſatis ſuadere dixit tex.in
ca.ad finem ex.deſponſa.duo.& ca.fina. 27.
q.2.& poſt Thom.& alios idem cenſit Dida.
in Epito.deſponſa.2.par.c.7.§.4.nu. 8. dum
docet,ideo matrimoniū copula carnali con-
ſumatum nō diſolui per votum ſolemne re-
ligionis,quia interueniente copula interue-
nit etiam corporum traditio cap.cùm ſocie-
tas cap.inſtitutum eſt 27.q.2.citat Medi. de
reſti.q.3.conclu.8. ad 3. Soto de ius. & iur.
lib.7.q.2.art.5.coll.1.
26 Auget magis † difficultatem vltra ea quæ
Barbos.ſupra,quoniam in eo articulo an vo
tum ſolemne dirimat vinculum matrimonij
27 rati & non conſumati,non † tamen ſimplex:
ea per theologos & canonici iuris interpre-
tes ratio diuerſitatis aſsignari ſolet quod
per votum ſolemne fit realis perſonæ vouē-
tis traditio,per ſimplex minime, in quo nu-
da tantum promiſsio,ſine traditione eſt:vn-
de cū ſolemniter vouens ſe ipſum Deo tra-
dat,à ſe abdicando ius vxorem ducendi, &
propriam poſsidendi quam non cognouit,
ideo efficitur vt vinculum matrimonij & nō
conſumati actu traditionis fortiori voti ſo-
lemnis,dirimatur in totum,non ſit per votū
ſimplex caſtitatis quo realis traditio nō ſit,
vt explicant D.Tho.Paluda.Fortunius. Ca-
tharin.Caieta.Dida.Medi.Sot. & alij quos
refert Matien.in glo.1.rubr.tit.1.lib. 5.or-
28 dina.n.70.71.Vnde † intulit idem Matien.
quod hac etiam ratione procedit diſpoſitio
d.l.quoties vt ille potior ſit in dominio cui
prius

prius res tradita eſt, licet alius in titulo præ-
uenerit, donec tamen non traditur rei illius
non admittitur dominium l. traditionibus
C. de pact. §. per traditionem de rerum diui-
ſi. quare & in caſu d. c. fina. ex de ſponſa. duo-
rum videretur ſecundum matrimonium car-
nali copula conſumatum, & veluti corporum
traditione priori præferendum.
29 His tamen † non obſtantibus à communi
opinione & d. cap. fina. intellectu recedendũ
non videtur: Neq; obſtant quę Barbo. in cõ-
trarium adduxit: in primis tex. in d. cap. 1. ad
fin. de vo. & ea quę ex alijs ſupra de voto ſo-
lemni dixi: quoniam etſi videam Theologos
ſimul, & noſtros affirmare in voto ſolemni
ſeipſum vouentem tradere in manus reci-
pientis profeſſionem, ſimiliter & idem di-
xerint in eo, qui copula carnali cõſumat ma-
trimonium, hęc certè impropria traditio eſt,
& longe diſtat ab ea de qua loquitur. tex. in
d. l. quoties. & d. l. traditionibus: quę loqun-
tur in traditione rei, quę ita traditur vt nuſ-
quam ab eo qui tradit poſſideri poſſit, tota
eius cui traditur dominio, & poſſeſſione af-
fecta. At qui vouet non tam præſſe ſeipſum
tradit quin non idem ipſe apud ſe remaneat,
& ſi voluntas tota in recipientem Dei loco
30 profeſſionem trãsferatur † quę & tacite fieri
poteſt ſuſcipiendo habitum profeſſorum, &
alijs modis quos glo. in d. cap. 1. & doctores
explicant.
31 Vnde res † ſpirituales in propria locutio
eſt, dicere traditione transferri, quare nec di
ctum cap. 1. de vo. de traditione loquitur.
32 His † ſimile eſt de ſeruitutibus quæ tradi
proprie dici nequeũt, ſed patiẽtia vice tra-
ditionis eſt l. quoties ff. de ſeruit. l. ſeruitu-
tes ff. de ſeruitu. vrban. prędi.
33 Et magis † traditio hęc vouentis, reſigna-
tio voluntatis proprie dici poteſt, in manum
34 & poſſe ſuperioris eam recipientis: ſic † &
apud noſtros dicitur voluntatem in alterius
conferre arbitrium, quando de captatoria a-
gunt inſtitutione. in l. illa & l. captatorias ff.
de hę. inſti. l. captatorias C. de teſta. mili. Vi
35 de † quod efficit traditio in rebus profanis
idem in ſpiritualibus titulus operatur. d. ca
36 ſi tibi abſenti & d. cap. ſugeſtum. Et † diſpli-
cet conſideratio Barboſ. ad tex. in d. cap. ſi
tibi abſenti, quatenus ait tex. loqui in colla-
tione beneficij per quam nõ transfertur dõ-
minium quod ſemper remanet apud Chriſ-
tum quoniam hęc ratio, quę tamen in ſe ve-
ra eſt, ſi procedere poteſt, idem eſſet dicen-
dum generaliter in quauis collatione ſiue ſit
tradita vel non tradita poſſeſſio, cum dum-
taxat ſolum ius adminiſtrandi transferatur,
vt Barboſ. ait: at hoc dici non poteſt, quia &
inde ſequeretur, poſt legitimam beneficij
collationem, poſſe eundem collatorem alte-
ri conferre idem beneficium, demum alteri
37 & in infinitum ceteris: Vnde ius canonicũ †
ne ſubincerto beneficia eſſent, & ſuam legẽ
haberent ſtatuit, vt titulus loco ſit traditio-
nis, & cui prius collatum is alteri licet colla-
tam & tradita poſſeſſio fuerit præferri de-
beat d. cap. ſi tibi abſenti.
38 Neque etiam † placet quod idem Bar-
boſ. dixit ibidem, matrimonium contractũ
fore, & ideo matrimonio accomodari regu-
lam d. l. quoties debere: Nam etſi vera tradi-
39 tio ſit, tamen † vbi inuicem concurrunt con-
tractus matrimonij & Sacramentum, præua-
let cauſa Sacramenti vti ſupernaturalis, &
diuina, cauſę naturali: ideſt contractus ma-
trimonij qui eſt de iure naturali vt dixi cõ-
para. 1. çedit Sacramẽto diuinitus inſtituto.
40 Sicut quando † concurrunt cauſa naturalis
& accidentalis, pręualet in concurſu natura-
lis tanquam fortior l. 3. de tutel. ff. vbi Bar-
to. idem Bart. in l. fina. ff. de offici. pro conſ.
Alciat. in repetition. l. 2. num. 38. de verb.
obliga. Et generaliter potentior cauſa in om
ni diſpoſitione pręualet l. generaliter ff. de
fidei. l. quęritur ff. de ſtatu. homi. ex his com-
munis opinio ab impugnationibus defendi-
tur Barboſ.
Minus placet eiuſdem ſolutio prima ad
41 contrarium d. l. *quoties: † inquit, & ſi docto-
res omnes fateantur per matrimonium de præ-
ſenti contractum non transferri corporum do-
minium, niſi interueniẽte copula, tamen inquit
longe verius eſt in matrimonio de præſenti cõ-
ſeri interueniſſe traditionem, per quam domi-
nium corporum transfertur ad potentiam co-
pula, vt colligitur ex cap. 1. de ſpon. duo. & ca.
42 fina. 27. q. 2. Vnde † ait ille ſequitur i deo pri-
mum matrimonium de præſenti præferri 2. in
quo interuenit copula, quia ex primo dominiũ
corporis ad potentiam copulæ fuit tranſlatum
in uxorem, ideo non poteſt qui iam ſui corporis
dominus non eſt illud in aliam uxorem trans-
ferre ad eandem copulæ potentiam. argu. cap.
quod autem de iu. patro. ideo merito primum
præualere matrimonium debet* hucvſq. ille:
cuius traditio vera nõ eſt, præterquam enim
quod nullo iure probatur, nec etiam autho-
re expreſſim aduerſatur communibus theo-
logorũ omnium & canoniſtarũ regulis, qui-
nimo & iuribus manifeſtis innumeris diuer-
ſitatem conſtituentibus inter copulam quæ
matrimonium conſumat, & non exiſtentiam
43 illius: † licet enim tunc verum ſit matrimo-
nium non tamen conſumatum, proinde po-
tentia illa in conſideratione non eſt quovſq;
ad actum peruenit, atq. ideo matrimonium
ratum ſed non conſumatum voto ſolemni vt
modo dixi diſſoluitur, quod copula interce-
dente

dente minime fit. Ideo licet ex ſola illa tra
ditione dominium corporum transferatur
ad copulam,non tamen actu donec interue-
niat,licet habitu ſic.Et ita intelligēdus tex.
cap.1.in fin.& ca.fina.de ſpon.duo.ca.fin.ad
finem 27.q.2.& ita etiā declarandus Domi.
de Sot.in 4.diſtincti.73.q.1.artic.5.
44 Secunda † eiuſdem ſolutio eodem modo
innertitur quia vult ſpeciale eſſe in matrimo
nio,vt quatenus pertinet ad indiuiduam vi-
tæ conſuetudinem coniuges adinuicem vi-
deantur voluntates ſecum transferre , iuxta
illud Apoſto.ad Corinth. cap. 7. relatum in
ca.quidam in fin.de conuertio.coninga.& in
ca.non debet de conſan.& affini.ſicut inquit
ille ſpeciale eſt in eo , vt inuicem coniuges
ſuorum corporum dominium transferant:
45 vbi † infert quod cum maritus contrahendo
matrimonium de pręſenti non ſit amplius
dominus ſuæ voluntatis quatenus ad indiui-
duam vitæ conſuetudinem pertinet,contra-
hendo cum alia non valet matrimoniū pro-
pter deficientem conſenſum; vnde nec copu
la quę poſt ſequitur quidquam valet d.ca. fi.
de ſpon.duo.
46 Hæc enim † ſolutio infringitur,quod trāſ
latio vel traditio voluntatis per verba de
pręſenti,non tam potens eſt, vt illa quę ex
actu copulæ oritur : quia duplex hic vinculū
adſit,ibi vnum tantum,quod conſiderat om-
nes relati interpretes.Iaſſ.& alij in d.l.quo-
tiens,& in d.ca.fina.& licet perfectū ſit ma-
trimonium, nihilque ei ad perfectionē deſit
vt dixi comparatio.3.non tamen dicitur cō-
47 ſumatum.Verior † igitur ſolutio communis
eſt,titulum ſcilicet in ſpiritualibus pro tra-
ditione eſſe,atq. ex eo ius pleniſſimū trans-
48 ferri.Titulus † autem in hac ſpecie cauſatur
ex conſenſu,& verbis de præſenti inter cō-
iuges dictis, quib⁹ matrimonium perficitur.
Et cum ſit Sacramentum, & quid ſpirituale
hoc ſufficit,licet in profanis reb⁹ aliud eſſet.

SVMMARIVM.

1 *Infantes contrahere non poſſunt.*
2 *Infantes contrahere non poſſunt matrimoniū*
3 *Pupilli & minores qui ætatem attingunt pubertati proximam, contrahere poſſunt certo modo.*
4 *Minores qui annos excedunt 14. contrahere poſſunt.*
5 *Minores pubertati proximi contrahere matrimonium poſſunt.*
6 *Minor contrahens maior factus alienationem ratam habere poteſt tacite vel expreſſe.*
7 *Ratificatio minoris expreſſe vel tacite fieri pōt.*
8 *Ratificatio minoris ſignis exterioribus fieri poteſt.*
9 *Ratificatio matrimonij à minore facti, ſignis etiam dignoſcitur.*
10 *Ratificatio matrimonij à minore facti, præſumitur, vt peccati præſumptio vitetur.*
11 *Sponſalia ſacro Concilio Tridentino ſublata non fuerunt.*
12 *Sponſalia quot modis contrahantur.*
13 *Sponſalia futurarum nuptiarum repromiſſio dicuntur.*
14 *Sponſus antiquitus ſperatus dicebatur, ſponſa ſperata.*
15 *Nuptiæ præſentis temporis, dicuntur, ſponſalia futuri.*
16 *Nuptiæ præſentis temporis quando ſponſalia efficiant.*
17 *Matrimonium ab impuberibus contractum valet in vim ſponſaliorum.*
18 *Sponſalia quæ re & verbis de futuro contrahantur, ab ætate maioribus.*
19 *Sponſalia re & verbis contracta annuli ſubbarratione an in matrimonium tranſeant.*
20 *Cap. fina. de deſponſa. impube. intellectus communis reiectus.*
21 *Deſpondere proprie quid,*
22 *Proprietas verborum attendenda in dubio.*
23 *Meno. traditio ſubuerſa.*
24 *Verba in potentiori ſignificatu intelligenda.*
25 *Menochij ratio confutatur.*
26 *Significatio potentior a verborum proprietate deſcendit.*
27 *Sponſalia ab ſpondendo dicta.*
28 *Sponſi appellatione maritus non continetur.*
29 *Sponſalia impuberum per verba de futuro concipi ſolent.*
30 *Annuli ſubarrhatione conſenſus coniugalis colligitur, cum tunc datur quando matrimonium vere contrahi ſolet.*
31 *Sponſalia de futuro in matrimonium tranſeunt perfecta impuberem ætate ſignis ſuperuenientibus.*
32 *Sponſalia de futuro iuris prouiſione qualia dicuntur.*
33 *Prouiſio hominis fortior prouiſione legis.*
34 *Cap. vni. §. idem quoq. de deſpon. impube. intellectus ex Didaco.*
35 *Cap. vni. §. idem quoq. de deſpon. impube. intellectus authoris.*
36 *Caſus parificati æquali iure terminandi.*
37 *Alius pronomen, ſimilitudinem indicat.*
38 *Sponſalia ab impuberibus contracta, ſignis poſtea emiſſis in matrimonium tranſeunt ætate perfecta.*
39 *Ruini opinio reprobatur, vna cum Dida. Miſcard. & Menochi.*
40 *Intellectus authoris ca. vni. §. idem quoq. de deſponſa. impube.*
41 *Matrimonij materia fauorabilis.*
42 *Sponſalia cōtracta a minoribus ſeptem annis maiori ætate ſuperueniente, ex ſignis in matrimonium nō tranſeunt.*

Sponſalia

43 *Sponſalia a minoribus contracta etiam conſenſu coram parrocho, & ſolemnitate Concilij Tridenti. ex ſignis ſuperuenientibus in matrimonium non tranſeunt, niſi nouus conſenſus detur.*

44 *Conſenſus præſumptus hodie ſublatus.*

COMPARATIO. XIIII.

MINOR CONTRAHENS ET alienans, quemadmodum maior factus alienationem ratam habere expreſsè & tacitè poteſt; Sic minor ſponſalia contrahens, & ſi non valeant, maior factus, rata ſignis habere poteſt. Et an hodie ex S. Tridentino Concilio.

1 STATVERVNT veteres legũlatores † infantes contrahere nõ poſſe, *quia huius ætatis (vt Iuſtinianus ait) aut qui ei proximus eſt, non multum a furioſo diſtat: nullum enim hi habent intellectum §. pupillus inſt. de inuti. ſtipula. in princi. inſtit. de au-*
2 *thorita.* tuto. † ita factum vt huius ætatis matrimonium cõtrahere eadem ratione nequeant l. in ſponſalibus ff. de ſponſa. cap. continebatur cap. atteſtationes de deſpon. impub. cap. vni. de deſpon. impub. in 6. Por-
3 ro. † pupilli, qui ſcilicet ætatem pertingunt pubertati proximam, qui aliquale habent animi iudicium poſſunt contrahere, vel patre, aut tutore authore, vel ſine eis, dum ad vtilitatem & proprium eorum commodum contrahant d. §. pupillus & §. item inutilis vbi glo. inſt. de inutil. ſtipula. l. contra iuris ff. de pact. l. in negotijs l. pupillum qui proximus, & vbique Deci. & Cagno. de reg. iur.
4 Atq. magis ij qui annos excedũt quatuordecim † quos minores vſque ad vigeſimum quintum annum leges dixerunt toto. titu. ff. de minor. recte itaq. contrahunt, & obligãtur. l. tam ex contractibus ff. de iudi. l. filius familias in 2. ff. de actio. & obliga. l. quoties ff. de noxa. actio. quamquam his iura diuerſimodè ſubueniant, ſi læſi fuerint, vel Senatus conſulto Macedoniano, qui patrem habeant l. 1. & toto titu. ff. ad S. C. Macedonianum, aut ſi caruerint reſtitutione in integrum implorata l. 1. cum alijs ff. de mino. vel etiam tunc cum tutoris & curatoris poteſtatem ex-
5 perirẽtur. Iure † canonico pubertati proximi matrimonium etiam cõtrahere poſſunt, atq. magis poſt eam ætatem d. cap. 1. de deſpon.
6 impube. lib. 6. Sanè † quoties minor contrahit ſi maior factus venditionem, alienationem, ſeu contractum ratum habuerit, nequit poſtea reſtitui l. fina. c. ſi maior factus aliena. ra. habere. vbi glo. Bart. Bal. Salicet. Bero. quęſt. 44. num. 5. Caual. tracta. de tuto. & curat. num. 146. Menoch. qui alios tracta. de recupe. poſſeſſi. remedio 15. num. 158.
7 Quę † ratificatio expræſsè, & tacitè fieri poteſt: de expreſſa nulla dubitatio eſt l. 3. §. 1. vbi glo. in verbo comprobauerit ff. de minor. l. 2. C. ſi maior fact. alie. ra. habu. tacitè vero fit, vel per lapſum decem annorum inter præſentes, aut 20. inter abſentes, quoties alienatio titulo lucratiuo facta fuit. & in onerofis, lapſu quinquennij d. l. fin. & omnes ſupra citati.
8 Et quemadmodum † ſignis exterioribus minor maior factus ſibi præiudicant, & nequit contractum irritare quoties ſigna hæc citra aprobationem illius fieri nequeunt, aut in minori, qui damnoſam, dum minor erat hæreditatem adiuit, & maior factus debitorum nomina exigit, aut credita ſoluit hæreditatis l. 3. §. ſcio. ff. de minor. de cuius intellectu latiſſimè differit idem Caualca. qui videndus in d. tractatu à num. 75. vſque ad nu. 77. & nouiſſimè Sfor. Odd. vir certè eruditiſſimus tracta. de reſtitu. in integ. par. 1.
9 q. 25. artic. 5. & 6. Sic † in matrimonio, nam ſponſalibus contractis inter impuberes, aut puberem & impuberẽ, quæ de pręſenti mente, & verbis contracta, iuris interpretatione de futuro eſſe intelliguntur, ætate perfecta adueniente, apta ad contrahendum matrimonium ſi nihil dictũ ſit, ſed oſcula ſequantur; nixus copulę, munera, amplexus, tacitè
10 cenſentur matrimonium contrahere: quod † niſi citra ius & matrimonij titulum (vt peccati pręſumptionem ſubmoueamus) fieri nequeant glo. & text. ſic communiter intellectus in d. cap. 1. §. 1. de deſpon. impube. in 6. vbi poſt Ioan. Andre. Gemi. Fran. & Ancharra. docent: inducitur enim, vt illi aiunt, ex perſeuerantia conſenſus. Reſpõdit Ruin. conſ. 51. num. 5. & 6. communem dicens Dida. qui alios etſi is impugnet in Epiro. ad 4. par. 1. §. 2. num. 4. Fran. Mar. deciſio. 704. num. 2. 1. part. Corſet. ſingu. in verbo matrimonium Maſcard. qui alios tract. de probatio. tom. 2. conclu. 1029. à num. 1. Meno. tracta. de præſump. lib. 3. pręſum. 1. num. 50. 61. cum ſequen. Brunel. tracta. de ſponſa. cõclu. 22. à nu. 1. Carre. tracta. de ſponſa. c. 23. num. 14.
11 Quæſtionis vtilitas † maxime millies dicta & repetita occurrit, & memorãda, ſi enim ſponſalia nihil ſacro Cõcilio immutatum ſi fuerit matrimonium ſecus, quemadmodum in terminis quęſtionis propoſitę prior Azpil. docet in Manua. Confeſ. c. 22. n. 28. & ca. 25. n. 144. Maſcar. d. conclu. 1029. nu. 1. Spin. in d. glo. 15. num. 61. verſi. infertur etiam.

Preno-

12 Prenotandum † vero prius eſt; ſponſalia
aliquãdo cõtrahi re; & aliquando verbis de
futuro, qualia ſunt quæ ab ętate maiorib⁹, pu
beribus, & alijs contrahuntur; quibus alter
alteri ſpõdet matrimonium inire: hęc enim
13 proprie † ſponſalia dicũtur futurarum nup-
tiarum repromiſſio l. 1. ff. de ſponſa. & ab
ſponſione nomen ſponſus & ſponſa accepe-
runt l. 2. eod. tit. ca. noſtrates 30. q. 5. Hincq.
14 † veteres ſpõſum & ſponſam, ſperatum vnũ,
alteram ſperatam nuncuparũt: quemadmo-
dum Nonius Marcellus, & alij quidam ſcri-
15 bũt, Atq. † hinc etiam nuptiarum, & ſpon-
ſaliorum diſcrimen conſtituitur; quod nup-
tię præſentis temporis, ſponſalia in futurum
conceptis verbis initi ſoleant cap. vni. §. idẽ
16 de deſpon. impube. in 6. Etſi † quãdoq. ma-
ris & fœminę conſenſus ad præſens tempus
17 relatus vim præfert ſponſaliorum, † contin-
git, quoties legitimum ætatis tempus nup-
tijs impedimento eſt d. cap. vni. §. idem de
deſpon. impube. Et quia vti agitur nõ valet,
vti conſiſtere poſſunt iuris interpretatione
ſuſtinentur d. cap. vni. §. idemq. cap. à nobis
de deſpon. impube. ex. argumento l. ſi tam
anguſti ff. ſi ſer. vindi. l. ſceuola ad S. C. Tre-
bel. Et ideo matrimonium ab impuberibus
contractum iure interpretante, etſi vt matri-
monium non valeat; valet eo modo quo po-
teſt, vt ſponſalia ſcilicet d. cap. vni. expecta-
turq. futurum tempus cap. atteſtationes vbi
omnes de deſponſa. impube. Azpil. conſ. 1.
num. 1. de deſpon. impube. lib. 5. refert ex
noſtris & Theologis multis. Sanch. de Ma-
tri. lib. 1. diſputa. 18. à num. 1.

18 Prima † ſponſaliorum ſpecies, quæ re &
verbis de futuro contrahitur ab ætate maio-
ribus, per amplexus, oſcula, munera, annuli
ſubarrhationem, nixum copulę traductionẽ
ad domum, & his ſimilia, in matrimonium
non tranſeunt cap. 1. de matrimo. contrac.
con. inter Eccleſię vbi Ioan. Andre. & Panor.
Corſe t. ſingu. verbo matrimonium Innocen.
in cap. fina. de ſponſa. Gemi. Fran. Anchar.
& alij in cap. 1. §. 1. de deſpon. impub. lib. 6.
Alex. conſ. 153. in fine lib. 5. Ruin. conſil.
203. num. 1. lib. 1. Pariſi. conſ. 62. lib. 4. Deci.
conſ. 368. num. 2. Dida. in Epito. ad 4. 1. par.
cap. 4. §. 2. num. 2. Fran. Mar. deciſio. 704.
num. 2. 1. part. Maſcard. tracta. de proba. cõ-
cluſ. 1029. tom. 2. num. 2. Meno. d. præſump.
1. num. 62. Carre. tracta. de ſponſa. cap. 12.
13. & 14. Brunel. tracta. de ſponſa. concluſ.
12. à num. 1. Marien. in glo. 1. rubr. tit. 1. lib.
5. ordina. num. 57. & addendi alij quos ſu-
pra retuli comparatio. 11. cum duabus ſe-
quen.

19 Contrariam † ſententiam tenuerunt An-
to. de Butr. & Prepoſi. in cap. fin. de deſpon-
ſatione impuberum. qui eo adducti tex. do-
cuerunt; ſponſalia hæc re & verbis de futu-
ro, annuli ſubarrhatione, in matrimonium
tranſire, ex d. cap. fina. de deſponſa. impube-
rum verbis illis *deſponſauit; qui ſubharrauit
tandem conſenſu mutuo accedente*; & licet
prior ſententia, receptior ſit, & eandem d.
compara. 11. & ſequen. tenuerim; negari ta-
men nequit quin ea ſuſpecta ſit nam intelle-
20 ctus † communis Innocen. quem Dida. Me-
no. Carre. & alij modo adducti referunt reſ-
pondentes d. capiti finali, vim litteræ infert:
deſponſauit (inquiunt illi) intelligẽdum per
verba de pręſenti, nam in primis proprietati
21 verborum refragatur, cum deſponſare † pro-
prie vt antea dixi futurum tempus ſpectet, &
ſponſalia ea proprie dicuntur quę nuptias
22 futuras reſpiciunt; à verborum † autem pro-
prietate in dubio recedendum non eſt, l. nõ
aliter cum ſimilibus de leg. 3. Rurſus ſi ea
verba de præſenti intelligenda forent; nul-
lam tex. dubitationem cõtineret: quis enim
poteſt dubitare ſponſalia de pręſenti cum
annuli ſubarrhatione, mutuo (vt ille ait tex.)
contrahentium conſenſu contracta in matri-
monium tranſire, cum verba quæ præcedunt
de præſenti aptiſſima ſint, & annulli traditio
ſubſequta id rurſus confirmet, quemadmo-
dum ſcripſi ſupra compara. 11. à num. 1. &
quia duplex illic vinculum adfuit, ſponſionis
vt opinatur communis per verba de præſen-
ti, & ſubarrhationis annuli in cõtinenti, quæ
fortius operatur ad ea quę omnes in l. balli-
ſta ff. ad. S. C. Trebelli.

23 His Menochij † conſideratio in tuitionẽ
communis adducta ſubuertitur, qui exiſtima-
uit verba d. cap. fina. (*ſcilicet deſponſauit*) de
24 pręſenti concepta fuiſſe; quia † in potentiori
ſignificatu ſint intelligenda l. 1. §. qui in per-
petuum cum vulgat. ff. ſi ager. vectiga. & po-
tentior eſt ſignificatio in verbis de pręſenti
cum fortius ſponſalia adſtringant, quam de
25 futuro: nam † ratio hęc nullius certè momẽ-
ti eſt; & argumentatio illius aduerſus eundẽ
facilè retundi poteſt, quia etſi verba in po-
tentiori ſint ſumenda ſignificatu, id verum vt
modo dixi; dum proprietas recti ſermonis
ſalua ſit, ſecus aliter.

26 Et potentior † ſignificatio ea dicitur quę
à verbi proprietate digreditur, & cum ethy-
mologia conuenit ex Bartol. & aliorum ſen-
tentia quam dixit communem Camill. in
commenta. de verbo ſignifi. lib. 2. cap. 2. nu.
27 11. Et ſponſalia † ab ſpondendo dicta futu-
28 ras nuptias indicant d. l. 1. & 2. de ſponſa. †
proinde ſponſi appellatione maritus nõ cõ-
tinetur, nec è conuerſo l. ſi quis officium de
rit. nupt. l. ſolet ff. de his qui notan. infam. l.
non ſine C. de bon. quę liber.

His

29 His accedat † vt plurimum impuberes vbi
ſponſalia contrahunt, verbis de futuro non
autem de præſenti ea cõcipere propter ætatem,
quæ ſponſalibus de præſenti adſtipulatur
cap.1.cum ſuis §§.de deſpon.impube.li.
30 6. Fatentur † vero omnes veram Butrij &
Prępo.ſententiam,quoties ex annuli ſubarrhatione
conſenſus coniugalis colligeretur;
quod tunc contingit; quando annulus datur
tunc tantum cum dari ſolet eo tempore,quo
vere matrimonium contrahitur, quemadmodum
ego præter alios declaraui d. compara.11.

31 Sanè † ſponſalia iuris interpratatione de
futuro in matrimonium tranſeunt, quando
ætate perfecta ſigna ſuperueniunt:qualia ſupra
memorauimus,ſic ſenſit gloſ.in d.cap.1.
§. 1. de deſponſa. impube. omnes in d. cap.
atteſtationes de deſponſa.impube. ex. Geminia.
Fran.& Ancarra.in d. cap. vni. Socin.
conſ.28.num.4. lib.4. Ruin. conſ.203.nu.2.
lib.1.poſt Aretin.conſ.142.num.7.& Deci.
conſ.368.num.2. Gozadi. conſ. 2. num.12.
Pariſi.conſ.51.lib.4. Maſcar.d.conclu.1029.
num.3.& 4.Menoch.d.præſump.1.num.64.
Dida.ſupra num.3.& 4. Spin. tracta.de teſtam.
glo. 15. num.61.ad medium Conſtan.
tract.de ſponſa.cap.quib. mod.ſponſa.contrahan.
num.2. Matien.in d.glo.1. num.57.
Carre.tracta.de ſponſa.cap.14.dixi comparatio.
11.declara.3.& nunc. ſupra poſt prin.

Communis hæc eſt ſententia a qua nec ipſe
diceſſi,ſed eam ſuſpectiſſimam eſſe video
vt nõ iniuria Dida. noſter validiſſimis quinque
rationibus adductis ab ea receſſerit:qui-
32 bus addideiim ipſe † ſponſalia hæc iuris interpretatione
de futuro cenſeri,quoties matrimonium
ab impuberibus fuit contractum,
id autem iuris prouiſione vt omnes affirmãt
33 tacita.Sequitur † quod cum hominis prouiſio
expræſſa fortior ſit legis tacita l.fina. vbi
glo.C.de pac.conuen.l.& habet §.cum quis
ff.de pręca.& iuxta receptiorem horum omnium
ſententiam huiuſmodi ſigna ſuperuenientia
poſt ſponſalia à maioribus cõtracta,
non ea faciunt in matrimonium tranſire,
multominus certè vbi ſponſalia contracta
tantum fuerint iuri. interpratatione tacitè,
quia fortius ſtringerent,quam expręſſa quod
abſurdum eſſet:nam debiliora ſunt hęc ſpõſalia
iuris interpretatione a minoribus contracta,
quam ea ſunt, quę a maioribus contrahuntur.
cap.de illis in.1.de deſponſa.impube.ex.

34 Hæc tex. † in d.cap.vni.§.idem quoq.facit;
cui rectè Dida.reſpondet & pręter eum,
35 cum tex. † vellit copulam vel alium modum
efficere vt ſponſalia iuris interpretatione à
minoribus contracta in matrimonium tranſeant,
de eo modo verba intelligenda ſunt,
36 quę copulę adęquentur, vt æquali † iure caſus
parificati iudicentur l. iam hoc iure ff.
37 de vulga.& pronomen, † Alius in omnibus
ſimilitudinem indicat, & paritatem cap.1.
vbi ceteri in verbo,alię probationes,de probat.
pręcipue Aretin. in 2. Notab. Tiraq. in
l.connubia. glo.5. num.48. qui alios refert
& antea num.28. Nec vllus eſt modus, qui
copulæ parificetur, ex his quos illi memorant,
Nixus copulę, munera, ſubarrhatio,
cum ſigna ſunt ęquiuoca vt millies dixi.

38 Data autem veritate † receptioris ſententiæ
declaranda eſt; primo vt procedat quoties
ſigna illa fuerunt emiſſa ętate iam perfecta,
ſecus imperfecta, & ſi proxima pubertati,
& licet malitia ętatem ſuppleret. Innocen.
Anton. de Butr. Prępoſ. & cęteri in d.
cap.atteſtationes de deſpon.impube. Maſcard.
d.concluſ.1029.num. 3. qui Aretin. citat
conſ.142.num.7.& Ruin.conſ.203.num.
5.lib.1.Dida.qui etiam alios in d.§.2.nu.4.
Meno.d.pręſump.num.65.

39 Cæterũ † diſplicet Ruin. opinio in d.conſil.
203. num. 2.& 5. qui vt dixi, aperte docet,
quem Dida. ſupra Maſcard.& Menoch.
ſequntur, ita neceſſariam fore pubertatem
vt ante id tempus *nec ſi malitia ætatem ſuppleret*,
huiuſmodi ſignis ſponſalia in matrimonium
tranſirent eo adducti tex. in d. §.
idem quoq. verbis *(ad pubertatis tempora
perueniſſe conſtiterit euidenter)*his verbis volunt
ętatem omnino perfectam requiri,adeo
40 quę Bart.in l.ſi cui legetur de leg.1. Nam †
hęc opinio manifeſte eodem §. conuincitur
in illis principio, in quo Roma. Pontifi. expreſſim
impuberes excipit, quorum malitia
ætatem ſupplet, vt glo. ibidem animaduertit
in verbo ſuplebat.Neq:veriſimile eſt voluiſſe
Pontifi.incontinenti ſe ipſum corrigere
l.nam ad ea de conditio.& demonſtratio.
quare ea verba, *quæ ad pubertatis tempora
perueniſſe &c.* ita declaranda ſunt,vt priora
non corrigant,ſed ab his interpretentur, vt
idem ſit *quoties malitia ætatē ſuplet;*is enim
& ſi impubes nomine ſit,re tamen pubes eſt,
qui eadem cum puberibus æqualiter poſſit;
atq; hac ratione Bart. traditio vitatur,nam
ęquiparata ſunt hęc eodem illo tex. & in
vno dictum in alio repetitum cenſetur glo.
in l. quod vero contra ff.de legi. glo. in l. ſi
quis ſeruo perſuaſerit C.de furtis cap.tranſlato
vbi Panorm.& cęteri docent de conſtit.
Iaſ.in l.Marcellus num.27.ad S.C.Trebel.
41 maxime † cum ſimus in materia fauorabili
matrimonij & in ea fiat extenſio cap. fin. de
ſenten.& re iudica.

42 Declara ſecundo † quando ſponſalia fuerunt
contracta à minoribus ſeptenio, tũ hęc
adue-

Digitized by Google

adueniente maiore ætate ex ſignis anterioribus non tranſeunt in matrimonium, quemadmodum poſt antiquiores reſoluunt Dida.& Meno.ſupra.

43 Declara † tertio vt hęc procedant attento iure veteri, ſecus nouo Sacri Conci. Trid. nam licet impuberes ſponſalia in eum modum contraherent, licet etiam conſenſum tunc coram parrocho, & duobus vel tribus teſtibus iuxta Sacri Concilij decretum interponerent, adhuc adueniente pubertate ſequuta copula, & ſignis ſuperius adductis, non eſſet verum matrimonium niſi per verba de præſenti denuo contraherent, & mutuũ conſenſum oſtenderent coram parrocho, & teſtibus: quia cum ab his antea emiſſa verba de præſenti in ſponſalia de futuro reſoluantur, expreſſus non fuit tunc conſenſus coniugalis iuxta formam Sacri Concilij, denuo igitur

44 exprimendus erit. Porro † tacitus ſignis & muneribus ſubſequens præſumptus dicitur, & hic hodie omnino ſublatus eſt, ſic reſoluit verboſiſſime, vt ſolet Matien.in d.glo.1.nu. 57.verſ.quod his rationibus facimus, quæ ex Maſcard.& Spin.ſupra relatis tradidi in verſic.queſtionis vtilitas de his; poſt hæc ſcripta tradit multa Sanch.lib.1.de matri. diſput. 21.a nu.1.& diſputa.51.& ſequenti.

SVMMARIVM.

1 *Confeſſione propria nulla alia firmior probatio eſt.*
2 *Confeſſio nõ eſt probatio, ſed releuatio ab onere probandi.*
3 *Confeſſionis probatio maior quolibet publico inſtrumento.*
4 *Confeſſio omnium probationum antiſtes.*
5 *Confeſſione res notoria efficitur.*
6 *Confeſſionem aduerſus propriam, nemo venire poteſt.*
7 *Confeſſio ſuperat omne genus probationis.*
8 *Confeſſio dicitur firma probatio.*
9 *Confeſſione nulla maior probatio.*
10 *Confeſſio tollit vitium nullitatis.*
11 *Confeſſio obligat in iudicio.*
12 *Confeſſio condemnatis æquiparatur.*
13 *Confeſſionẽ aduerſus, non admititur probatio.*
14 *Confeſſio dicitur melior probatio.*
15 *Confeſſio vbi adeſt, ibi & relaxatio iuris.*
16 *Confeſſionis probatio nũquã cenſetur reiecta.*
17 *Confeſſione matrimonium probatur.*
18 *Confeſſioni coniugum aſſerẽtium ſe ſponſalia contraxiſſe creditur.*
19 *Aſſertioni confitentium in his, quæ ab animo pendent ſtatur.*
20 *Corraſij, & Menochij ratio reiecta.*
21 *Fictio veritati præualere non debet.*
22 *Contraria duo in eodẽ ſubiecto eſſe nõ poſſunt.*
23 *Authoris conſilium in confitentibus ſe ſponſalia contraxiſſe.*
24 *Confeſſioni coniugum circa diſſolutionem ſpõſaliorum, & ſi iuratorum ſtatur.*
25 *Sponſalia ſolo conſenſu contrahuntur, & contrario diſſoluuntur.*
26 *Sponſis aſſerentibus impedimentum creditur, maxime vbi adeſt cauſa.*
27 *Aſſertioni ſponſi de impedimento, qui tamẽ deſiderat ſponſalia creditur.*
28 *Menochij & Maſcard. traditio confutata.*
29 *Confeſſio deſpõdẽtiũ ſola per ſe nihil prodeſt.*
30 *Confeſſione coniugum matrimoniũ probatur.*
31 *Confeſſio vnius ex coniugibus, qualem fidem faciat.*
32 *Probationes duæ ſemiplenæ quando in matrimonio plenam efficiant.*
33 *Confeſſio parte abſente facta & duobus probata teſtibus, ſemiplenam efficit probationem.*
34 *Confeſſio extraiudicialis de æquitate canonica teſtibus ſingularibus probatur.*
35 *Confeſſioni coniugum quo ad pœnam vitandam ſtatur.*
36 *Confeſſioni coiugum de matrimonio inter eos celebrato non ſtatur, attento iure nouo ſacri Concilij Trid.*
37 *Confeſſioni coniugum in quibus caſibus ſtari poſſit, attento iure nouo Concil. Triden.*
38 *Confeſſioni coniugum cur non ſtetur ſecundũ Menoch.*
39 *Confeſſioni coniugis. de matrimonio contracto ſtatur aduerſus eundem confitentem.*
40 *Confeſſio coniugum pro matrimonio eſt fauorabilis.*
41 *Confeſſio coniugum aduerſus matrimonium eſt odioſa.*
42 *Confeſſioni coniugum aduerſus matrimoniũ, etiam ſtante rumore viciniæ, non ſtatur.*
43 *Confeſſioni matrimonij ſpiritualis aduerſus profeſſionem, non ſtatur.*
44 *Confeſſioni coniugum aſſerentium valere matrimonium præſens aduerſus aliud matrimonium, non ſtatur.*
45 *Confeſſioni coniugis aſſerentis impedimentum quando agitur de ſeparatione thori, quomodo ſtetur.*
46 *Querella ſimul cum confeſſione coniugis de admiſſo adulterio, facit plenam probationẽ.*
47 *Confeſſio delicti per ſe ſola non facit probationem ad condemnandum.*
48 *Confeſſio delicti & facti tranſeuntis concurrentibus alijs, facit plenam probationem.*
49 *Cap. ex litteris de diuor. intellectus authoris.*
50 *Cap. intelleximus de diuorti. ſenſus.*
51 *Can. quod Deo patri 33. quæſt. 5. intellectus.*
52 *Iudices cautos eſſe oportet, cum de ſeparatione thori agitur.*
53 *Ratio communis euerſa.*
54 *Confeſſioni coniugum aſſerentium impedimẽtum*

tum conſanguinitatis, quomodo ſtetur.
55 *Arbitrium iudicis plurimum poſſe circa confeſsiones coniugum aſſerentiũ impedimẽta.*
56 *Communis opinio ſublata.*
57 *Can. ſi duo 35. q. 6. intellectus nouus et verus.*
58 *Lex vel ſtatutum de viris loquens fœminas nõ continet.*
59 *Communis ſententia reprobatur.*
60 *Probationes graues in re graui requiruntur.*
61 *Intellectus d. Can. ſi duo ſecundum Abbatem antiquum.*
62 *Confeſsioni coniugis deſiderantis matrimonium & confitentis impedimentum, creditur.*
63 *Opinio communis confutatur.*
64 *Confitenti impedimentum in foro animæ creditur.*
65 *Aſſertioni confitentis aliquid in foro animæ, fides datur.*
66 *Confitẽti aliquid in foro animæ creditur, in his quæ ſunt pro ſe & contra ſe.*
67 *Confeſsioni coniugum aſſerentium impedimentum & volentium ingredi religionem creditur.*
68 *Coniunx, vnus inuito altero ante carnalem copulam, ingredi poteſt religionem.*

COMPARATIO XV.

PACTA CONTRAHENTIVM Confeſsione probantur, Matrimonium itidem, An autem vnius vel amborum coniugum confeſsio exquiratur, quidq́; attento iure nouo ſacri Concilij Tridentini, plena manu declaratur.

1 CONFESSIONE, aliam † nullam ſub ſole firmiorem eſſe probationẽ, Iuſtinianus prodidit in l. fin. C. de non numerata pecu. ad ſtipulatur tex. in l. fin. C. de fideicom. l. & generaliter §. & ſi quidem C. de rebus credi. & dicitur probatio probata Grama. deciſ. 36. num. 66. Socin. iuni. conſ. 39. num. 18. lib. 2. Menoch. tracta. de recupe. poſſeſſi. remed. 1. n. 118. idẽ tract. de pręſump. lib. 1. quæſt. 61.
2 num. 8. & num. 6. ſcribit † nõ eſſe probationem ſed releuationem potius, quandam ab onere probandi l. cum qui in princi. ff. de iur.
3 iuran. † Et dicitur maior quouis publico inſtrumento Crauet. qui alios conſil. 61. num. 3 conſil. 121. num. 4. Menoch. d. remedio. 1. num. 217. egregie Alban. ad Bart. in l. vni. ff. de offic. conſu. nu. 9. cum ſequen. poſt Panor, Bero. & Deci. in rub. ex. de proba. Alcia. tracta. de pręſump. 2. par. in princi. num. 8. quibus addendus Maſcard. qui fuſe tracta. de probatio. tom. 1. quæſt. 7. à num. 1. cum ſeq. vſq. ad finem quibus addendus Crauet. conſil. 1000. num. 81. lib. 6. in color. qui ibi pul-
4 cre † confeſſionem fore omnium probationum antiſtetem, & ibidem num. 42. in condi. teſtibus, inſtrumentis, & pręſumptione iuris
5 & de iure maiorem; † Et confeſſione rem notoriam fieri num. 224. ea dominium probari num. 55. ad excludendam pręſumptionem iuris & de iure prodeſſe n. 35. Et aduer-
6 ſus † propriam confeſſionẽ, quam poſſe obſtrepere ſuper vacuum num. 11. qui ibidem multis exornat. & conſil. 987. num. 51. eod. lib. 6. Triuiſan. deciſ. 46. num. 4. lib. 2. qui &
7 notorium facere ſcribit. † Superat omne genus probationis, ſcribit poſt alios Surd. deciſ. 10. num. 12. æquiualet inſtrumento, Gu-
8 tier. li. 1. practi. quæſt. quæſt. 124. n. 9. † Dicitur firma probatio Andr. Gail. lib. obſerua.
9 2. obſerua. 106. num. 2. † Et ea nulla maior. Ioſep. Ludo. deciſ. Peruſin. 17. num. 17. con-
10 feſſio tollit. † omne vitium nullitatis Oſaſ.
11 deciſio. 109. nu. 13. † obligat in iudicio, quia in eo quaſi contrahitur idem Oſaſ. deciſio. 134. num. 3. & ab ea actio & obligatio ori-
12 tur, idem d. deciſio num. 4. † oris confeſſio
13 condemnatis æquiparatur, † nec aduerſus eam admittitur probatio Viui. deciſio. 409.
14 num. 10. lib. 4. † Et dicitur melior probatio Fran. deciſ. 220. num. 6. 1. par. eſt maior quolibet documento publico & quibuſcunq. diſ-
15 poſitionibus teſtium, † & vbi adeſt confeſſio ibi relaxatio iuris, & omnis probationis Ioſep. Ludo. deciſ. Lucan. 5. n. 50. 51. 52. 53.
16 † & reiecta nunquã cenſetur & quandocunq. opponi poteſt, idem d. deciſio. n. 44. & 48. vincit quamcunq. probationem Hiero. Lauren. deciſio. 67. n. 8.
17 Ita fiet † vt matrimonij etiam contractus coniugum confeſſione probetur gloſ. inſignis in verbo confeſſionem in cap. ſuper eo de eo qui cog. conſangui. vbi idem Panor. num. 2. & ante cum Hoſtien. in ſumma de ſponſa. §. qualiter contrahantur col. 2. verſi. Sed ſi ambo cõfitentur Deci. qui alios conſil. 163. n. 1. Gara. inter conſilia matrimo. conſil. 16. nu. 9. Pariſi. conſi. 13. num. 15. lib. 2. Roma. ſingul. 620. idem Deci. conſil. 133. num. 1. Curt. iuni. conſil. 27. num. 2. Soci. iuni. conſil. 82. n. 9. lib. 2. Menoch. de arbitra. iudi. qq. lib. 2. caſu 103. num. 4. Maſcar. tracta. de proba. 2. part. concluſ. 1026. num. 1. idem. Men. tracta. de pręſump. lib. 3. pręſump. 1. num. 10. & 11. Viui. opini. 493. num. 3. Dida. in epito. ad 4. 1. par. cap. 4. §. 1. num. 4. & 5. dixi ſupra comparatio. 10. verſic. ſubinfertur. Et quoniam quæſtio hæc in aliquibus caſibus vtilis eſſe poteſt etiam iure hodierno, de ea diligenter agendum eſt, quamquam id ipſum nouiſſime Meno. & Maſcar. pręlliterint. Huius itaque

inueſtiga-

inueſtigationis inſpectio duplex erit, prima
circa ſponſalia verſabitur matrimonium ſe-
cunda reſpiciet.
18 Prioris † regulam conſtituunt interpre-
tes, credi ſponſis aſſerentibus ſe ſponſalia
contraxiſſe, quia cum ſolo conſenſu contra-
hantur l. 4. ff. de ſponſa. Bart. & omnes in l.
2. ff. de verborum obligatio. nihil mirum ſi
eorum ſtetur aſſertioni, dixi, & rationem
reddidi ſupra comparatio. 10. verſic. ſubin-
fertur.
19 Quia † in his quæ ab animo pendent
ſtatur aſſertioni confitentium. Aliam vero ex
Coraſ. lib. Miſcella. iur. 3. capit. 4. rationem
Menoch. ſcribit: *Nam inquit ſi vir & mu-
lier fatentur ſponſalia contraxiſſe etiam ſi ve-
rum non eſſet id, attamen eo ipſo quod hoc aſſe-
runt contrahere videntur.* Quam etiam ratio-
nem ſequitur ad ſuperiorem regulam Maſ-
cardus tractatu de probationibus. tom. 3.
concluſione. 1331. numero quarto ad me-
dium.
20 Sed hæc † ratio vera non eſt & ſi regula
ſic quoniam non entium nullæ ſunt partes
neque potentiæ leg. eius qui. ff. de re credi.
cum vulga. at ſi non præceſſerunt ſponſalia
ſola aſſertione viri, & mulieris affirman-
tium ſe inuicem ea contraxiſſe, contrahere
21 non dicerentur: præualeret † enim fictio
veritati leg. filio quam pater ff. de libe. &
poſthum. & cum ſponſalia verbis futurum
tempus ſpectantibus contrahantur leg. 1. ff.
de ſponſal. dixi ſupra comparat. 14. verſic.
contrariam ſententiam, ex aſſertione con-
iugum affirmantium ſe contraxiſſe qui non
contraxerunt, contraherentur ſponſalia per
verba præteriti temporis, quod quam ab-
22 ſurdum ſit nemo non videt. atque eſſet †
implicare contradictionem in eodem actu
aduerſus iuris regulas dixi. Explora. iur.
lib. 4. capit. primo, numer. 1. & ſequenti-
bus.
23 Nec quidquam † facit ſponſalia ſolo con-
ſenſu contrahi, nam aliud eſt contrahere
ſponſalia, aliud aſſerere contraxiſſe l. in bo-
næ fidei ff. de eo quod cer. loc. l. ſi ſterilis §.
penult. ff. de actio. emp. dixi ſupra compa-
ratio. 2. in princip. conſenſus igitur ille ſpō-
ſaliorum de mutuo intelligendus eſt cum
ſponſalia celebrantur, & ex aſſertione illa
non præſens aut futurus ſed præteritus enun-
tiatur ſponſaliorum actus qui verè non fuit
celebratus; tutius igitur facturos exiſtima-
rem aſſerentes ſe contraxiſſe ſponſalia qua-
uis occaſione & cauſa id faciunt, ſi cum aſſer-
tione de præterito aſſerendo ſe contraxiſſe,
aſſerant etiam ſe denuo paratos contrahere,
his enim verbis ſponſalia perficerentur di-
cta l. 4. cum ſimil. non tamen negauerim eis
fore credendum propter primam ratio-
nem.
24 Extenditur † primo regula, vt etiam vin-
dicet, quoties ageretur de diſſoluēdis ſpon-
ſalibus, etſi iuratis, & ſua ambo atteſtatio-
25 ne faterentur ſe ea diſſoluiſſe: † quoniam
cum ſolo mutuo conſenſu contrahantur,
ſolo itidem diſſoluuntur leg. nihil tam natu-
rale de regulis iuris tex. in cap. 2. vbi Panor-
mitan. Anton. Imo. & cæteri ex. de ſpon-
ſal. Didac. qui alios in Epitom. de ſponſal.
7. par. capit. 3. numer. 1. qui communem.
Matien. libro quinto, gloſ. 1. rubric. titul.
1. num. 45. Pala. Rube. in rubic. de dona-
tio. inter vir. & vxo. §. 45. Maſcar. tractat.
de probatio. 2. part. concluſ. 1031. num.
17. Triuiſ. decimo. 9. num. 5. lib. 1. Brunel.
tractat. de ſponſal. concluſ. 9. num. 1. Car-
rero tractat. de ſponſal. capit. 15. Coſtan.
tractat. de ſponſal. capit. effectus ſponſa-
liorum numer. 8. Graphi. 2. part. deci-
ſio. lib. 1. capit. 12. num. 52. Azpil. conſil.
3. titul. de deſponſal. impube. numer. 3.
Menoch. dicto caſu 103. num. 3. Maſcard.
dicta concluſ. 1031. num. 18. Sanchez de
matrimon. libro primo, diſputat. 72. num.
2. & 3.
26 Extende ſecundo, † vt eadem ratione pro-
cedat quoties ambo ſpōſi eo prætextu quod
impedimentum affore aſſererent diſſoluere
vellent ſponſalia, nam eis creditur Panor-
mitan. in capit. ſuper eo. numer. 5. de eo
qui cogno. conſanguini. quia nudus conſen-
ſus contraria poteſt voluntate remitti, vt
modo dixi, & ſcribit Panormitan. ſupra &
Menoch. dicto caſu 103. num. 2. verſic. ſe-
cundus caſus; aptior autem alia ratio eſt;
quia ſi ſolus nudus conſenſus ſine cauſa
id poteſt quanto magis quoties cauſa alle-
gatur argum. l. iuris gentium §. ſed cum nul-
la ff. de pactis & leg. 2. §. circa ff. de dol.
mal. met. ve. exceptio.
27 Extende † tertio ex eiuſdem Panormita-
ni, & Menochij ſententia ſupra, quoties vnus
ex his qui ſponſalia deſiderat impedimen-
tum fateretur; nam eo caſu ei fides danda
eſſet; ita ex Panormitano, & Menochio
ſupra numer. 3. verſiculo quartus caſus qui
eam ſubiungit rationem, quod aſſerenti
aliquid contra ſe creditur, cum poſsit ſibi
ipſi præiudicare, ſequitur eo non relato
Maſcardus tractatu de probationibus 2. par.
conclu. 1031. num. 8.
28 Quæ † tamen traditio omnino diſplicet,
nam aut ambo fatentur impedimentum, &
tunc caſus nullam continet dubitationem:
aut verò vnus tantum illud fatetur, & alter
negat, & eo caſu nō eſt ei credendū in præiu-
dicium alterius ex ſententia eiuſdē Panor. &

vera in dicto cap. ſuper eodem num. 5. Nam
29 † confeſsio vt ille ait perſe nihil prodeſt can.
1. 24. quæſtio. 2. & quia eſſet teſtis in cauſa
propria toto iure interdictum l. vni. C. ne-
quis in ſua cau. leg. qui iuriſdictioni de iuris.
omni. iudi. quæ ratio militat, ſiue ſtet pro ſpõ
ſalibus confitens ſiue non.

30 Altera inſpectio † matrimonium concer-
nit in qua hæc regula conſtituenda eſt; con-
feſsione coniugum matrimonium probari
vt ſupra verſic. ita fiet, dixi comparatio. 3.
verſic. quartus caſus, & verſic. quintus ca-
ſus, & comparatio. 10. verſicul. ſubinfer-
tur neceſſario, vbi alios recenſui, & rationem
adduxi communem, quia cum matrimonium
ſolo conſenſu perficiatur l. nuptias de regul.
iur. cap. ſufficit. 27. quæſt. 2. probabit aſſertio,
quia in dependentibus à mera voluntate cui-
libet ſit credendum vt ibi dixi, & Menoch.
ſcribit in dicto caſu 103. num. 4. & 5. maxi-
mè vbi aſſertio foret iurata, ad tradita per
omnes in capit. ſignificaſti per ilum tex. de
homici. ornat. Patia. tracta. de probat. lib. 2.
cap. 39. n. 9.

31 Extendit Maſcardus † dicta cõcluſ. 1026.
num. 2. regulam, etſi huiuſmodi confeſsio
per vnum tantum teſtem probata foret ab
vno ex coniugibus emiſſa, & alter de matri-
monio deponeret ex ſententia Iaco. Leo in-
ter conſilia matrimon. conſil. 51. num. 5. &
Marti. Gara. inter eadem conſil. conſil. 16.
num. 14. mouentur ex traditione Barto. in l.
admonendi ff. de iur. iur.

32 Animaduertit † & rectè Maſcard. Barto-
lum ſolum affirmare duas ſemiplenas vnam
plenam efficere, veluti quoties adeſt teſtis
vnus, & cum eo confeſsio facta parte abſen-
te probata duobus legittimis teſtibus, con-
ſequenter ſi vnus tantum teſtis de dicta con-
feſsione teſtaretur non eſſet probatum ma-
trimonium, & licet Maſcard. nullum preter
Bart. adducat, Bartoli tamen doctrina fre-
quentius recipitur ex l. cum de indebito §.
fin. ff. de probat. & l. quoniam, & ibi gloſ. ff.
de his qui notan. infa. l. certum §. ſi quis ab-
33 ſente vbi idem Bart. ff. de confeſ. Quibus †
conſtat confeſsionem parte abſente factam
duobus probatam teſtibus ſemiplenam effi-
cere: & Bart. traditionem ſequuntur com-
muniter ibi cæteri Alexan. Iaſſ. Rip. Anton.
de Butr. & Imol. in capit. fina. de iure iuran.
Alexan. conſil. 24. num. 40. lib. 2. conſil. 212.
num. 22. lib. 6. conſil. 115. num. 2. lib. 7. Na-
ta. conſil. 260. num. fina. lib. 2. & communem
teſtatur Corne. conſ. 113. littera G. lib. 1. &
ab ea in iudicando non eſſe recedendum di-
xit Iaſſ. in dicta leg. admonendi num. 149.
Crot. conſi. 85. num. 10. Duen. regu. 4. & re-
gu. 120. Maran. de ordi. iudi. ſexta parte tit.
de Confeſ. §. quintus actus Afflict. deciſi. 12.
num. 2. Pariſi. conſi. 120. num. 4. lib. 1. Cra-
uet. tracta. de antiquit. tempor. par. 1. ſectio-
ne, viſo de verbis num. 45. Ioſeph. Ludou.
deciſio. Peruſi. 82. num. 1. & 2. Gabriel in
commun. titul. de Confeſſ. concluſio-
ne 1.

34 Etſi † de æquitate canonica hæc confeſsio
extra iudicialis poſſet probari teſtibus ſin-
gularibus deponentibus de diuerſis confeſ-
ſionibus, licet de iure ciuili minimè Ioſeph.
Ludou. deciſio. Peruſi. 9. num. 4. 5. & 6. cum
alijs conjectis per Caualca. deciſio. 19. num.
33. 1. par. & ita iudicatum affirmat Riminal.
iunior. conſil. 480. num. 13. 14. lib. 4. & Maſ-
car. idem dicta concluſ. num. 5. in matrimo-
nio loquens.

35 Extendit † ſecundo idem Maſcar. 5. num.
3. procedere etiam quoad vitandam pœnam,
ſicuti ijs contingit, qui cum mulieribus de-
præhenduntur, qui aſſerunt inuicem ſe ma-
trimonium contraxiſſe ex gloſ. ſingulari in
leg. penultim. ff. de fideiuſſor. citat Bart. in
leg. vnic. C. de Confeſſ. & Lanfran. in capit.
quoniam contra falſam, verbo confeſsiones
num. 18. de probatio. dixi comparatio. 10.
verſi. ſubinfertur neceſſario, vbi alios plures
recenſui quos vide.

36 Reſtringit † duobus modis idem Maſcar.
qui cum hodie ſuperflui ſint, non puto recen-
ſendos: ſed declarandam exiſtimo priorem
regulam, & omnia dicta ſupra ne procedant
de iure nouo Sacri Concilij Tridentini, quo
cum certa ſolemnitas requiratur, quæuis con-
feſsio vel aſſertio coniugum nequit matri-
monium efficere; quemadmodum docui ſu-
pra comparatio. 10. verſi. Hodie facti Con-
cilij decreto vbi Menoch. & Tiber. Decian.
adduxi, & præter eos idem affirmat Matien.
in gloſ. 1. rubric. num. 53. ad medium qui &
ibidem ratione confirmat titul. 1. lib. 5. or-
dinatio.

37 Poſſunt tamen † & iure hoc nouo, caſus
occurrere in quibus poſt contractum matri-
monium in forma ſacri Concilij, confeſsio-
ni coniugum aduerſus matrimonij contra-
ctum, quoad diſſoluendum, vel ſeparandum
ſtari poſſet. Etſi enim regulariter huiuſmodi
confeſsio aduerſus illud nihil poſsit, etſi
ambo conformes id infiterentur iuxta tex.
& gloſ. in cap. ſuper eo de eo qui cogno. con-
ſang. vbi Panormit. Anton. & cæteri notant
idem Panorm. & alij in capit. lator & in cap.
tenor de re iudi. & cap. iurauit de probatio.
Deci. conſi. 133. Dida. qui alios in Epito. ad
4. part. 1. capit. 4. §. 1. num. 3. Maluet. inter
conſil. matrimonialia conſil. 87. numer. 2.
& qui alios Maſcard. dicta concluſio. 1026.
num. 7. Menoch. tractat. de præſump. lib. 3.
præſump.

preſump. 1. num. 10. idem, de arbitra. iudi. qq. caſu. 103. num. 8. in verſic. tertius caſus Brunel. tracta. de ſponſa. concluſ. 29. num. 11 Fran. Mar. deciſio. 754. & communem aſſerit Iacob. Can. inter conſil. matrimo. conſil. 19. num. 3. Maſcar. tracta. de probat. 2. tomi concluſ. 1021. num. 29. Azpil. conſil. 8. num. 3 ſub titul. de ſponſa. dixi comparat. 3. verſic. quartus caſus vbi & Didac. opinionem confutaui, & nouum ad tex. in cap. atteſtationes de deſponſa. impub. cenſum prodidi.

38 Menoch. † dicto caſu 103. eam reddit rationem quoniam cum non ſit in eorum poteſtate matrimonium diſoluere, vt quia quos Deus coniungit homo nõ ſeperat, eorum aſſertioni ſtandum non eſt l. ſi forte vbi Barto. de caſ. pecu. quam etiam rationem reddit in dicta preſump. 1. nũ. 12. quæ non placet, nam tex. in l. ſi forte loquitur de confeſsione facta inter perſonas generaliter prohibitas cui nõ creditur niſi aliter probetur veritas confeſſionis vt ibi Bart. declarat. & tex. ſimilis in l. ſi donatione vbi gloſ. & omnes C. de colla. l. qui teſtamentum ff. de probatio. l. cum quis decedens §. titia de leg. 2. ornat. Crauet. tracta. de antiqui. tempor. 1. par. ſectio. Prepoſi. nu. 63. 64. at in hac ſpecie nulla eſt prohibitio generalis quinimo cum contrariorum eadem ſit diſciplina, quemadmodum cõfeſſioni coniugum pro matrimonio ſtatur vt ſupra conuerſo ordine videretur aduerſus matrimonium argum. l. nihil tam naturale de re iur. capit. 1. de reg. iur. & multi ſunt caſus in iure in quibus quoad diſoluendum & ſeparandum ſaltim thorum creditur quos modo adferemus.

39 Et ſtatur confeſſioni coniugis contendentis matrimonium eſſe contractum, & valuiſſe in preiudicium ſui ipſius aduerſum matrimonium gloſ. & tex. in capi. atteſtationes verbo euaſiſſe de deſponſa. impube. Alij aliam in dicto capit. ſuper eo rationem reddunt quæ non diſplicet, quæ & ex eodem tex. deſumitur, non credi quia hoc modo de matrimonio male contenti coniuges in dies interſe colluderent, & illud diſoluerent, & malitijs hominum eſt obuiandum l. in fundo cum ſimili. de rei vendica.

Sed verior hæc eſt vltra alios, † quia aſſer-
40 tior coniugũ pro matrimonio deponentium eſt tota fauorabilis & confitentibus, & Reipublicæ cuius intereſt mtarimonia augeri, & liberis hominibus ciuitates repleri, ad ea quę omnes in l. 1. ff. ſolut. matrimo. propterea in dubio pro matrimonio eſt iudicandum cap. fina. de ſenten. & re iudi. latè Maſcar. tracta. de probatio. 2. par. concluſ. 1023. à num. 1. cum ſequent.

41 At † confeſſio aduerſus vinculum matrimonij eſt omnino odioſa; primo quia præſumitur colluſio dicto capit. ſuper eodem. Secundo quia confitentur de ea re quæ in ipſorũ poteſtate non ſit ratione ſacramenti indiſolubilis de quo ipſi diſponere nequeunt, eodem cap. ſuper eodem, & dixit doctiſſimus Paria. tract. de probat. lib. 1. cap. 38. num. 17. tertio quia ea confeſſione bona matrimonij, proles ſcilicet, & alia omnia auferuntur: nihil igitur mirum ſi non ſtetur eorum aſſertioni. Sit igitur regula confeſſioni coniugum, etſi conformi aduerſus matrimonium nos ſtari.

42 Extende † primo etſi cum aſſertione coniugum concurreret rumor viciniæ dicto cap. ſuper eo in fine vbi Panor. 2. notabili, & alij poſt Brunel. in tracta. de ſponſa. concluſ. 29. nu. 1. ad medium.

43 Extende † ſecundo idem eſſe in confeſſione matrimonij ſpiritualis religionis, nam nec in eo confeſſio ſola profeſſi aduerſus profeſſionem operatur capit. viduæ extra de regul. capit. quod interrogaſti 27. diſtincti. Maſcar. tracta. de proba. 2. to. concluſ. 1026. num. 8. Azpil. con. 1. num. 4. titul. de adulter. contra Brunel. qui rationem aſsignat d. con. 29. n. 5. ſed de hoc nodoſo artic. nos infra.

44 Extende † tertio vt multo magis procedat in confeſsione coniugum aſſerẽtium valere matrimonium pręſens, in pręiudicium alterius, nã nec huiuſmodi aſſertioni in damnum primi matrimonij ſtatur Panormit. in dicto cap. ſuper eo num. 5. quoniam crederetur eorum teſtimonio in cauſa propria Menoch. dicto caſu 103. num. 6. cui adde Dida. qui Areti. citat in dicto capit. 4. §. 1. num. 5. idem probat Brunel. in tract. de ſponſa. dict. concluſ. 29. n. 4.

45 Declara † primo, quando ſolum agitur de ſeparatione thori, nam eo caſu ſtaretur confeſsioni coniugis aſſerentis impedimentum contra ſeipſum: quemadmodum ſi mulier vel vir ſe comiſiſſe adulterium faterentur, vt ad inuicem fieret ſeparatio ita Panor. in dicto cap. ſuper eodem num. 5. Roma ſingu. 620. Menoch. dicto caſu 103. nu. 7. idem Menoc. tracta. de pręſump. lib. 3. pręſum. 1. num. 11. Brunel. tracta. de ſponſa. concluſ. 29. num. 2. Fran. Mar. deciſio. 754. Maſcar. tract. de proba. 2. to. concluſ. 1031. num. 33. mouentur ex
46 tex. in c. ex litteris de diuor. † qui tamẽ tex. vt mea ferct opinio nihil, loquitur facit enim eo caſu quo vxor de adulterio conuenta, poſt querellam adulterium cõfitetur, & in ea ſpecie querella ſimul cum confeſsione coniugis de admiſſo adulterio facit plenam probationẽ aduerſus cõfitentẽ quoad thori ſeparationẽ: Eſt enim certiſsima iur. reg. † confeſsionẽ
47 delicti per ſe ſolam non ſufficere ad aliquem condemdandum, cum nemo ſit dominus

membrorum ſuorum leg. libet homo ad leg.
Aquil. Marſil. qui multos in practica crimin.
§. poſtquam num. 48. latiſsime Clar. in §.
fina. quæſtio. 55. num. 10. vbi Baiat. ad eum
num. 13. cum ſequen. Tiberi. Decia. lib. 5.
tracta. crimina. cap. 20. num. 37. qui Batto. &
alios pleroſque adducit Maſcar. tracta. de
proba. tom. 1. concluſ. 354. à num. 1. latiſsi-
mè Farinac. lib. 1. qq. crimin. quæſt. 2. num. 7.
48 qui de communi † tamen quoties delictum
confeſſum nullam habet permanētiam, quia
ſit facti tranſeuntis veluti adulterium, fur-
tum, & his ſimilia, ex vera, & ab omnibus
approbata opinione, ſi cum confeſsione cō-
currat partis querella, poteſt quis ex eo con-
demnari; ita in ſpecie in crimine adulterij
reſoluit Iul. Clar. in dicta quæſtio. num. 11.
qui ex Boeri. & alijs ita obſeruari affirmat,
49 vnde † cum in dicto capit. ex litteris prius
maritus de adulterio vxorem conueniſſet,
atque poſtea eadem illud fuerit confeſſa, ni-
hil mirum ſi potuit iudex ex illius confeſsio-
ne thori ſeparationem inducere: in noſtro
caſu, & quæſtione propoſita, nulla præceſsit
querella. Accedat quod in eo cap. facile ad-
duci potuit iudex, vt crederet confeſsioni
vxoris de adulterio: illud enim commiſiſſe
aſſerebat, quia cum egeret, & maritus ale-
re vxorem teneatur ſicut ſeipſum, quia ne-
ceſſaria denegabat quæſtum ſui corporis fa-
ciens, ſic neceſsitati ſubueniebat; & quo-
niam veriſsimilis erat confeſsio, ei fuit fides
data argum. capit. quia veriſsimile de præ-
ſump. & poteſt iudex veriſsimili confeſsio-
ni fidem dare, ad ea, quæ Marſi. in l. quæſtio-
nis modum num. 35. ff. de quæſtio. Menoch.
de arbit. iudic. caſu. 269. num. 9. & paſsim
cæteri.

50 Mouentur † ſecundo ex tex. in cap. intel-
leximus de diuor. in verbo *per legitimam
cōfeſſionem mulieris*: qui minus facit, nam lo-
quitur de legittima confeſſione, ea autem
legittima dicitur, quæ teſtibus vltra confeſ-
ſionem roboratur, aut ſaltim querella præ-
cedente, vt modo ſupra adhæc in eo capit.
conſtabat vxorem fuiſſe adulteratam, vt col-
ligitur ex princip. tex. in verbis *eorum dioce-
ſanus audiens eam quodam adultero forni-
cari*.

51 Mouentur † tertio ex tex. in capit. quod
Deo patri 33. quæſtio. 5. quem tex. citat
Brunel. dicta concluſi. num. 2. qui nec meruit
allegari. nihil enim ad caſum hunc: porro
nec illius ratio tenenda eſt, qui dixerit, quod
in hac ſpecie, vbi de ſola thori ſeparatione
agitur, nō ſic colluſionis timor incutitur, ſicut
cum de diſolutione, ob id laxius agendum
videatur.

52 Ego ſanè † omnes monitos vellim iudi-
ces, vt cum de ſeparatione thori agitur, vel
matrimonij diſolutione; cautius agant &
rem diligenter conſiderent, cum ſit ſacra-
mentum res ſancta & ſancte (vt ait tex. in
capit. 2. de ſponſa. ſacra. conſtitu. Tarracon.)
tractanda.

53 Vnde ea ratio † non mihi facit, quia &
vbi de ſoluis thori ſeparatione agitur, etiam
colluſio timeri poteſt, ſed & grauiora ex eo
peccata oriuntur, quam ex ipſa diſolutione.
Quoties enim diſoluitur, nec contrahere nec
pie in Chriſtiana charitate permanere. At-
que etiam matrimonij bona ex ſola ſepara-
tione impediuntur. Et docet experientia
poſt thori ſeparationem nihil aliud, quam
viuendi coniuges libertatem inquirere, &
adulteria committere; quod vtinam verum
non eſſet. Et vt finiam libere, vt in cæteris
meam dicens ſententiam, ſecundum ſupe-
riorem, etſi communem traditionem à ne-
mine impugnatam hucvſque, vbi caſus con-
tingeret non iudicarem, niſi cum confeſsio-
ne, aut querella mariti præcederet, vel legiti-
ma alia probatio teſtium.

54 Declara † ſecundo quoties ageretur de
diſolutione matrimonij propter impedi-
mentum conſanguinitatis, nam eo caſu con-
feſsioni coniugum illud aſſerentium ſi cum
ea concurreret fama ſtaretur, & poſſet diſol-
ui, dum ipſi cuperent impedimentum huiuſ-
modi non reperiri, vt in matrimonio con-
tracto perſiſterent Panormit. in dicto cap.
ſuper eodem num. 6. vbi communem teſta-
tur doctorum ſententiam, Anton. de Butr. in
capit. tertio loco de præſump. & ambos re-
fert & ſequitur Menoch. dicto caſu. num. 9.
55 & ſi adijciat in hac † ſpecie plurimum iudi-
cis arbitrio tribui debere propter pericu-
lum colluſionis; & ante Panormitan. in dicto
cap. eiuſdem fuere ſententiæ ibi. Hoſtien.
Inno. Archi. Henri. & Ioan. Andreas, quos
ſequitur Brunel. in dicto tractat. de ſponſa.
concluſ. 29. num. 3. verſic. 4. Quarto limita-
tur, & in eandem conſcendit Dida. in epito.
de ſponſa. 1. par. capit. 4. num. 4. qui etiam
plurimum iudicis arbitrio tribuit, ſequitur
Maſcar. tracta. de probat. 2. to. concluſ. 1031.
num. 31.

56 Planè vt non † ſemel animaduerti, in diſo-
lutionis matrimonij, aut thori ſeparationis
materia, ſupra modum cautos iudices eſſe
vellem, ne in poteſtate ſit coniugum tantum,
& tam magnum eludere ſacramentum, ita-
que, & in hac ſpecie lapſos omnes exiſtimo,
atque ſic iudicarem ſi caſus occurreret: im-
primis communis opinio nullo iure fulcitur,
57 quæ tantū iuuatur † tex. in ca. ſi duo 35. q. 6.
ſecundū omniū intellectū, à quo nemo diſſē-
tit: qui tamen aliter à me percipitur quam à
nemine

Digitized by Google

nemine hucvſq. fuerit: vtique mihi videtur non loquitur de confeſſione coniugum, ſed de probatione conſanguinitatis per teſtes facienda: *in quo tex. cum dubitaretur an duorum vel trium teſtimonio de conſanguinitatis impedimento teſtantium extra iudicium cum iuramẽto, & in iudicium idem affirmantium, diſſolui poſsit matrimonium, Reſpondit, poſſe. diſſolui coniugia eorum*, & hæc eſt prima pars tex.vſque ad verſiculum *ſi vero neutrum contigerit*: & hunc cenſum aperte indicant ptiora verba cano. *ſi duo (inquit) viri vel tres: cum niſi nuptiæ eſſent Neronicanæ aut vir (quod abſit) in fœminam nuberet* l.cum vir C. ad l.Iuliam de adul.nequeat niſi inter virum & mulierẽ conſiſtere matrimonium. Sed & cũ de viris loquatur fœminæ excluſæ cenſentur. Ne forte quiſquã diceret maſculinum fœ-
58 mineum continere:nã † vbi lex vel ſtatutum de viris loquitur nuſquam fœminæ comprehenduntur, quia ex vi vocabili ſolum maſculi continentur Bart.in l.1. ad finem ex eo tex.in verbo virorum ff.de legi.vbi Alberic. Cy.Angel.Bal.in l.ſcripturas ex eo tex.verbo virorum C.qui potio. in pigno. habean. Iaſſ. in l. ſi quis id quod num.20. ff.de iuris. om.iudi. Deci.in l.2. num. 97. in verſic. Et idem ſi dicatur viris de regul.iur. Vnde conſtat canonem in hac 1. par. de coniugibus minimè loqui.pergit.tex. *ſi duo viri vel tres conſanguinitatem iure iurando firmauerint: vel ipſi fortè confeſſi fuerint coniugia diſſoluantur*: Quæ etiam extrema primæ partis verba eundem ipſum intellectum demonſtrant, quoniam ſi de coniugibus principium loqueretur dixiſſet modo, ad eos ſe reſcrens, *eorum coniugia diſſoluantur*, cum tantum generice loquendo dixerit, *coniugia diſſoluantur*. Et ea verba *vel ipſi confeſſi fuerint* gratia exempli poſita ſunt, non quod iuramentum excluderent, cum niſi iuratis teſtibus credi nequeat, etſi forent religioſi capit. tuis cum ſimilibus extra de teſti. & dictio vel, ſæpius exempli gratia ponitur gloſ. memoranda in rubric.ff. ſi ager vectig. vel emphite. l. veteribus ibi ſtipulationem obſcuram vel ambiguam ff.de pact. Camil.Galli. de verborum ſignificatione .lib. 3. capit. 11. num.20.

Sequitur nunc ſecunda pars in verſic. ſi vero neutrum, in qua de coniugibus loquitur, qui nullo teſtium dicto, vel accuſatione, ſed fama tantum arguuntur, qui per Chriſti iudicium obteſtandi & monendi vt â coniugio ſeparentur, *qui (inquit) ſi negauerint ſibi ipſis relinquendi ſunt*; Et hic verus eſt illius canonis cenſus: quem & clarè extrema verba ſignificant in verſi. ecce, *quibus (ait) accuſantibus vel teſtificantibus conſanguineorum coniunctiones ſunt dirimendæ*, ſed neque ex illis verbis tex. *ſicut eſt fama recognoſcant ſe eſſe conſanguineos*, ſumi poteſt argumentum à cõtrario cenſu, vt velſit tex. ſi recognoſcerent ſimul cum fama ſuficere. Nam argumentum illud ſumi nequit; reſultaret enim abſurdus intellectus, & impius contra ſacramenti matrimonij vnitatem ad ea quæ omnes in l. 1. §. huius rei ff.de officio eius l.conuenticulam C.de Epiſcop.& cleric.l.2.C. de condic.inſert.

Et nunquam de coniugibus loquitur ſe ipſos accuſantibus, ſed iuri communi innitens ſtatuit, duorum vel trium teſtimonio poſſe impedimenta conſanguinitatis probari capit. licet ex quadam, ibi non ſufficiat vnius teſtis aſſertio extra de teſti. capit. de illo, de eo qui cogno. conſan. vxo. ſuæ. Non negans (ſed quia ita caſus accidit) fœminis etiam conſanguinitatis impedimenta poſſe probari cap. videtur nobis extra qui matrimon. accuſa. poſſ. quia melius (vt Pontifex dicit in hoc cap.videtur) cõſanguinei vtriuſque ſexus ſtipem ſuam agnoſcunt: & firmant. omnes relat.per Maſcar.in d.concluſ.1031. num.20.

59 Communis † quoque ſententia reſſellitur, quia confeſſio coniugum de perſe nullam faciat probationem dicto capit. ſuper eo ex rationibus ſupraſcriptis, fama vero etſi plenè probata (quæ alioquin vt noſtri dicunt difficilis eſt probationis) ſemiplenam tantum facit probationem Bart. & omnes in l. admonendi ff. de iur. iuran.at ex ſemiplena probatione matrimonium diſſolui nullus etſi ſtultus diceret. Tertio quia tex. in dicto capit.ſuper eo generaliter loquitur, ſiue coniuges id optarent vel non, conſequenter generaliter intelligendus. Quarto quia eadem illius capitis ratio, & in hoc caſu vindicat, timor ſcilicet colluſionis, & ideo omnes fatentur plurimum iudicis arbitrium poſſe.
60 Quinto † cum de re graui & ardua agatur non leues ſed exactiſſimæ probationes requiruntur dixi ſupra compara. 7. in princip. ideo vnus teſtis non ſufficit capit. de illo vbi Panormit. de eo qui cogno. conſan. & teſtes duo omni exceptione maiores requiruntur cap.ſuper eo in 2.de teſti.latè Maſcar. dicta concluſ.1031. num. 19. & cum ſit grauis, & ardua, fama in ea non facit ſemiplenam probationem vbi agitur de diſſoluendo matrimonio Iaſſ.in l. admonendi num. 252. ff. de iur.iuran.poſt Alexan.conſi.143.num.4. lib. 2. Maſcar. tracta. de probatio. tom.2.concluſ. 753. num. 14. & qui alios recenſet Farinac.lib.1.qq.crimi.q.37.num.65.qui communem Andr. Gail. obſerua. 94. num. 2. lib.2.

61 Et licet his † nouis motus rationibus in hanc lubenter deueniam ſententiam, non ante me defuerunt, qui alijs adducti eandem deffenderint: Nam Abb. Antiq. quem refert Ioan. Andreas in capit. cauſam in primo de offic. delega. tenuit hanc opinionem. Reſpondebat vt ille refert tex. in dicto capit. ſi. duo loqui de iure antiquo, in quo impedimentum conſanguinitatis extendebatur vſque ad ſeptimum gradum, & cum difficilis tunc foret probatio per teſtes voluerunt Pontifices famam cum coniugum confeſsione ſufficere; at cum iure nouo ſit facilis probatio per teſtes; quia ad quartum reſtricta gradum, debet legitimè probari dicto cap. licet ex quadam de teſti. *Neque eſſem (inquit ille) qui matrimonium ſepararem propter conſanguinitatem de qua non conſtaret niſi per confeſsionem coniugum, & famam:* & Abb. ſequitur Anton. de Butr, in dicto cap. ſuper eo quemadmodum refert Brunel. ſupra num. 3. ad medium Maſcar. dicta concluſ. 1031. num. 24. & 25. qui & aſſerunt idem ante omnes ſcripſiſſe gloſ. in cap. cum in captiuitate 34. quæſ. 1. quæ verè id docuit, in verbo perdocuit in fine licet cum alijs contrarium teneant & rectè minus.

62 Declara † tertio quando alter coniugum, qui deſiderat matrimonium valere fatetur impedimentum, ei enim creditur ſecundum Panorm. in dicto capit. ſuper eo num. final. Alij contra, & in iudicijs arbitrio reponunt, niſi fama concurrat, credentes cum fama illius ſuficere aſſertionum, iuxta eundem Panormit. in cap. atteſtationes num. 8. de deſponſa. impub. ſequitur Menoch. qui Aretin. & Barba. citat in dicto caſu. 103. num. 10. cui addendus Brunel. in dicta concluſ. num. 4 qui etiam animadnertit, cautum in hac ſpecie iudicem eſſe oportere ne decipiatur.

63 Hæc † opinio non alia quam ſuperiori eget confutatione, ſi enim nec duorum confeſſioni ſtatur. quanto magis vnius, quod dictum nullius eſſe dicitur. Nec iudicis arbitrio relinquerem; cum ſeparatio hæc grauiſſimi ſit negotij, & exactè veniant probanda vt ſupra: quid quod colluſio etiam poteſt timeri quoties vnus impedimentum allegat tacente altero. Nec quidquam falit tex. in quo hæc ſententia ſuſtinetur in cap. atteſtationes cum gloſ. de deſponſa. impub. nam & præter ea quæ cæteri ad illius cap. intellectum docent, noue reſpondi ſupra compara. 3. verſi. quartus caſus.

64 Declara † quarto in foro pœnitentiali animæ; in eo enim confirenti in ſui ipſius ſtatur præiudicium, quo ad pœnitẽtiam cap. veniens in 2. de eo qui cogno. conſanguin. vxo. ſuæ cap. ad audientiam extra de ſponſa. cap. inquiſitori de ſenten. excommun. capit. mulieri de iure iurañ. gloſ. in capit. tua nos de ſponſa, & in capit. ſignificaſti de homicid. Hoſtien. Panormit. & cæteri in dicto capit. veniens Iaco. à Can. inter conſil. matrimon. conſil. 19. num. 6. Maſcar. in dicta concluſ. 1026. numer. 9. Brunel. in dicta concluſione 2.

65 Huius † declarationis rationem eam eſſe omnes ſcribunt, quod agatur in hac ſpecie de interiori animæ foro, in quo ſoli confitentis aſſertioni ſtatur, quia ſuæ ſalutis nemo immemor præſumitur, & veritatem exponere creditur vt peccati iuſtam conſequatur pœnitentiam & remiſſionem gloſ. in dic. cap. tua nos vbi Panormit. Anton. & Prepo. in cap. is, qui fidem de ſponſa. atque alij relati per Didac. in epito. de ſponſa. 1. part. cap. 4. §. 1. num. 9. Maſcar. dicta conclu. num. 10. ad finem quos alios, & longè plures congerit Menoch. lib. 3. præſump. præſump. 1.
66 num. 29. & 30. † Et generaliter affirmant Theologi credendum pœnitenti pro ſe, & contra ſe in foro conſcientiæ quemadmodum docet eruditiſſimus Azpil. in Manu. confeſ. cap. 17. num. 250. & latiùs in capit. placuit num. 171. vſque ad 174. de pœniten. diſtin. 6.

67 Declara † quinto quoties coniuges ambo poſt contractum matrimonium nondum carnali copula conſumatum faterentur ſe velle ingredi religionem, & cum ea confeſſione impedimentum confiterentur; ſic cenſit Iacob. à Can. inter conſilia matrimo. conſil. 19. nu. 6. quem refert & ſequitur Maſcard. concluſ. 1031. n. 30.

68 Caſus hic † nullam continet dubitationem, nam & ante carnalem copulam poteſt vnus coniugum, inuito altero religionem ingredi & profiteri cap. verum cap. ex publico de conuerſi. coniuga. quanto magis de communi amborum aſſenſu, vt illic Pontifex & alij omnes docent, & nulla hoc caſu impedimenti confeſſio requiritur: Erit autem neceſſarium vt cum effectu profeſſio fiat, nam ſi ante profeſſionem vnus in ſeculo remaneret, & contraheret, matrimonium non teneret, & vbi alter ante profeſſionem eum repeteret, teneretur obtemperare, quemadmodum ſcribit Boy. & cæteri in capit. vxoratus de conuerſio. coniugato.

SVMMARIVM.

1 *Iuramentum ſuppletorium datur in defectu probationis.*

2 *Iuramentum ſuppletorium non datur in grauibus cauſis niſi adſit pluſquam ſemiplena probatio.*

Iuramen-

3 *Iuramentum ſuppletorium datur in cauſis criminalibus.*

4 *Iuramentum ſuppletorium non datur in cauſis matrimonialibus.*

5 *Iuramentum ſuppletorium datur in matrimonialibus cauſis vbi adeſt pluſquam ſemiplena probatio.*

6 *Iuramentum ſuppletorium non datur vbi agitur de diſſoluendo matrimonio.*

7 *Coniuges ſeipſos diſſoluere à vinculo matrimonij non poſſunt.*

8 *Iuramentum in ſupplementum probationis non datur hodie attento ſacro Concilio Tridentino.*

9 *Probatio quæ fit per iuramẽtum ſuppletorium non dicitur vera probatio.*

10 *Iuramentum in ſupplemẽtum probationis non datur in matrimonio ſpirituali.*

11 *Iuramentum ſuppletorium datur ad fauorem matrimonij ſpiritualis non contra.*

12 *Iuramentum ſuppletorium an detur in ſponſalibus attento iure nouo ſacri Concilij Tridentini.*

COMPARATIO. XVI.

IVRAMENTVM IN PRObationis ſupplementum in contractibus datur, id ipſum in matrimonio, & an ex iure nouo ſacri Tridentini Concilij explicatur.

1 FERVNT omnes ✝ in probationis defectum iuramẽto ſuppletorio, iudicem litem poſſe dirimere leg. admonendi ff. de iur. iuran. vbi Bart. Paul. de Caſtro Alexan. Iaſſ. Cacial. & poteſtiores dixi explora. in. lib. 4. cap. 3. ad intellectum dict. l. admonendi: & quæ ad huius iuramenti delationem requirantur, & quando deferendum, diſerit erudite Ioſeph. Ludou. deciſio. Luca. 40. à num. 1. idem deciſio. Peruſi. 100. à num. 1. Hieron. Lauren. deciſio. 105. num. 5. Viui. deciſio. 108. lib. 1. Maran. de ordine Iudi. 6. par. actu. 9. num. 4. & ſequen. Oſaſ. deciſio. 99. num. 30. & deciſio. 96. num. 5. Boër. deciſio. 85. Maſcar. tracta. de probat. tom. 1. con. 9. à num. 15. Menoch. de arbitra. iudi. quæſtio. caſu. 464. quo latè idem caſu. 190. num. 12. Fului. Patia. tracta. de probatio. lib. 1. cap. 39. num. 19. & ſequent. Caroci. aliqua tracta. de iuram. deciſo. quæſt. 1. num. 2. & quæſt. 2. 19. principa. nu. 4. Camil. deciſio. Lucan. 106. verſ. Nec iſto caſu, Gram. deciſio. 42. Beniten. deciſio. 67. num. 2. Fran. Marc. deciſio. 753. num. 10. Capel. Tholoſa. deciſio. 171. vbi Aufre. ad eam.

2 Fatentur ✝ vero omnes id in cauſis minimis vindicare, in grauibus ſecus: fatentur itidem & in grauibus, id etiam locũ habere; dum pluſquam ſemiplenè fuerit probatio facta, ſic enim poſt aliquos docuit Alexan. in dicta l. admonendi num. 50. Iaſſ. num. 238. idem in l. in bonę fidei num. 27. de reb. cred. C. Boeri. deciſio. 85. vbi iudicatum aſſerit. latiſſimè Gabri. titu. de probatio. concluſ. 1. num. 40. Patia. dicto cap. 39. num. 19. qui in numeros refert, & pręter eum idem docet Crauet. qui multos citat conſil. 198. num. 10. Duen. regul. 300. limi. 1. Gramma. dicta deciſio. 42. num. 12. Ioſep. Ludo. dicta deciſio. Peruſi. 100. num. 7. & 8. Viui. dicta deciſio. 108. num. 2. Menoch. dicto caſu. 464. num. 7. Burſa. conſil. 35. num. 36. lib. 1. Beniten. dic. deciſio. 67. num. 2. Et latiſſimè de communi Maſcar. tracta. de proba. 2. to. conclu. 1030. num. 5.

3 Sic illi inferunt ✝ & in cauſis criminalibus, quæ omnium arduæ iudicantur, locum eſſe huic iuramento ſuppletorio, quoties pluſquam ſemiplena probatio adeſt, & accuſator honeſta eſt perſona & legalis, iuxta Roma. traditionem in dicta leg. admonendi num. 104. Alexan. in l. ait pręter num. 12. de iur. iuran. & in dicta l. admonendi num. 50. Iaſſ. num. 238. Curti. iuni. num. 67. Gabr. latè dicta concluſ. 1. de probatio. num. 40. Boer. deciſio. 86. nu. 4. Maſcar. dicta concluſ. 1030. num. 5. Tiber. Decia. lib. 2. tracta. criminali. cap. 21. num. 23. & multorum authoritate nouiſſimè comprobat Patia. in dicto tracta. de probatio. lib. cap. 39. num. 18. qui Menochium reticet multos caſus egregie diſtinguentem in dicto caſu. 464. à num. 1. cum ſequen. Caroci. tracta. de iuramen. deciſio. 15. quæſt. principali num. 3. qui pauca Farinac. lib. 1. qq. crimi. q. 47. nu. 66. q. 54. nu. 81. 88. quæſt. 56. n. 402.

4 Inferunt ✝ ſecundo in cauſa matrimoniali graui & ardua, quæ vt ſæpè dixi criminali æquiparatur, iuramentum in ſupplementum probationis regulariter non pręſtari, quia de ſtatu hominis agitur, iuxta gloſ. in capit. mulieri extra de iur. iuran. verbo abſoluto Deci. in capit. ſi pro debilitate num. 17. de offic. delega. Albert. Caſtren. Alexan. & Iaſſ. in l. ait pretor. ff. de iur. iuran. idem Iaſſ. in dicta l. admonendi num. 234. Hipp. de Marſil. in l. maritus num. 14. ff. de quæſtio. Bald. conſil. 123. lib. 2. Socin. iuni. conſil. 133. num. 2. & ante eum Alexan. conſil. 286. col. 2. lib. 2. Pari. conſil. 53. num. 10. lib. 3. Ruin. conſil. 159. num. 32. lib. 5. Cæphal. conſil. 141. nu. 8. lib. 1. Et qui alios magis communem dicens Maſcar. tracta. de prob. to. 2. d. conclu. 1030. num. 1.

num. 1. Patia. tracta. de proba. lib. 1. cap. 39. num. 23. Capel. Tholo. deciſio. 171. vbi adden. Carro. tracta. de iuram. deciſio. quæſt. 4. 9. quæſt. principal. Andr. Gail. lib. obſeruat. 2. obſerua. 94. num. 1. & ſequen. Seraphi. de Seraphi. tract. de priuileg. iuramen. priuil. 33 Farina. lib. qq. crimi. q. 47. num. 65. cum ſequen. Surd. conſil. 109. num. 19. lib. 1. Et licet multi relati per Maſcard. dicta concluſ. 1030. num. 2. contrariam ſententiam tenuerint hæc tamen communis eſt omnium iudicio.

5 Quam † declarant illi eo modo quo in cauſis criminalibus interpretes reſtringunt, & in cauſis ciuilibus arduis, quoties ſcilicet fuiſſet pluſquam ſemiplene probatum, dabitur enim tunc iuramentum in ſupplemẽtum in matrimonialibus cauſis, precipue vbi illud petens honeſta foret perſona; arbitrio tamen iudicis gloſ. fina. in cap. finali per illum tex. de iur. iuran. Sali. Roma. Alexand. & Iaſſ. num. 281. in dict. l. admonendi, & idem Iaſſ. in l. ait pretor. §. quocunq. ff. de iur. iura. Crauet. conſi. 73. num. 24. 26. Boer. dicta deciſio. 85. & qui alios Maſcar. dicta concluſ. 1030. num. 5. Gabri. qui multos concluſ. 1. tit. de proba. nu. 40. Ioan. Coraſ. lib. miſcella. iur. 3. capit. 4. num. 6. qui & communem Carro. dict. tracta. de iuram. deciſio. 4. quæſt. 9. quæſt. principa. num. 6. verſic. tertius caſus Gail. d. obſerua. 94. num. 11. & 12.

6 Sciendum † autem quod vbi de contrahendo agitur matrimonio ſuperiores omnium vindicet traditiones, at quoties de eo
7 diſoluendo † tunc nuſquam iuramentum hoc in hiſce cauſis matrimonialibus conceditur, nec arbitrio id iudicis relinquitur: vt expreſſim ex Archidiaco. Bal. & alijs ſcriptum reliquit Maſcar. in dicta concluſ. 1030. num. 6. & Andr. Gail. dicta obſerua. 94. num.
8 11. & 12. † qui rationem aſsignat, quod non ſit in coniugum poteſtate ſe ipſos diſoluere: etſi Paul. de Caſtr. in dicta leg. 3. de iur. iuran. aliam reddat, quia vbi de matrimonij diſolutione agitur, de grauiori cauſa tractetur propter maius preiudicium cap. licet. ex quadam ex. de teſti. atq. tandem opinionem probat Carro. in dicta quæſt. 4. numer. 6. & 7.

Hodierno iure Concilij ſacri Tridentini, nullis hæc quæſtio vtilitatis eſt. Nam aut agitur de matrimonio contracto probando, & eo caſu cum certa & expreſſa forma fuerit à S. Concilio ſtatuta, vt fiat mutuo matrimonium conſenſu coram parocho, & duobus vel tribus teſtibus, niſi fuerit obſeruata matrimonium eſt nullum d. cap. 1. de reforma. matrimo. ſeſsio. 24.

9 Adde † quod nec ea probatio quæ fit hoc iuramento ſuppletorio dicitur vera probatio, niſi in his caſibus in quibus ius expreſſim hoc iuramentum concedit late Deci. in rubric. de probatio. num. 2. vbi Berous num. 76. Areti. qui communem in cap. 2. 12. notabi. illo eodem titul. de probatio. aſſerunt communem Maſcar. in tracta. de probatio. tom. 1. quæſt. 9. num. 1. cum ſequen. & num. 11. Viui. in communi. ver. iuramentum Boeri. deciſio. 85. num. 2. Pegue. deciſio. 23. num. 2. & num. 5. Theſau. deciſio. Pedemon. 156. num. 2. Marſil. in rubr. de probatio. nu. 119. Menoch. tracta. de preſump. lib. 1. quæſt. 1. num. 35. Patia. tracta. de probatio. lib. cap. 39. n. 23. Carro. tracta. de iura. deciſio. q. 39. num. 1.

Aut agitur de matrimonio contracto diſoluendo, & tunc iuxta receptiorem opinionem non eſt locus iuramento in ſupplementum probationis vt ſupra. Extendunt noſtri
10 † idem in matrimonio ſpirituali, monachiſmo ſciſicet, nam cum de vno ad aliud validum ſit argumentum capit. inter corporalia de tranſlat. Epiſcop. quemadmodum fauore matrimonij, iuramentum antea ſuppletorium concedi potuit: ita nunc in hac ſpecie
11 in fauorem religionis, † ſecus aduerſus religionem Maſcar. dicta concluſ. 1030. num. 3. qui communem Andr. Gail. dict. obſeruar. 94. num. 16. & Carro. tracta. de iura. deciſio. 15. quæſt. princip. num. 6. qui Iaſſ. citat in dic. l. ait pretor. num. 26. de iur. iuran. ſed de hoc articulo latius ſuo loco.

12 Cæterum † cum ſacrũ Concilium Triden. vt ſæpius dixi ſponſaliorum iura intacta reliquerit; an in ſponſalibus iuramentum ſuppletorium concedi poſsit nouo quæſtio eſt, à nullo quam viderim tractata: Ea autem dubitationem nullam continet, quia cum iure veteri in matrimoniali cauſa longe fortiori vinculo ſeruatis requiſitis neceſſarijs, predictum iuramentum concedi poſsit; quanto magis in ſponſaliorum cauſa, cum ſponſalia multis diſolui modis poſſint, & in illis de minori agatur preiudicio tum quia in ſponſalibus ius antiquum ſit ſeruandum.

SVMMARIVM.

1 *Contractus in dubio licitus iudicandus.*
2 *Actus vbi ſe poteſt habere ad bonum & ad malum in dubio ad bonũ reſpondendus eſt.*
3 *Iudicandum in dubio pro matrimonio.*
4 *Contractus matrimonij omnes alios cõtractus,*
5 *fauoribus, & perrogatiuis antecellit.*
Iudicis officium in cauſis matrimonialibus exuberat.
6 *Matrimonialis cauſa fauorem publicum concernit, & dote fauorabilior eſt.*

In

7 *In dubio pro matrimonio.*
8 *Diſparitate data non præſumitur pro matrimonio.*
9 *Diſparitas non conſideratur de iure canonico.*
10 *Opus charitatis magnum, impudicas mulieres vxores ducere.*
11 *Matrimonium inire hodierno iure filij ſine conſenſu parentum poſſunt.*
12 *Matrimonij libertatem Reges conſtringere non poſſunt.*
13 *Iudicandum in dubio pro matrimonio qualiter intelligatur ſecundum Menochi.*
14 *Menochij opinio reiecta.*
15 *Matrimonij probatio, latiſſimam recipit interpretationem.*
16 *Matrimonium contractum lite pendente ſuper primo clandeſtino an valeat.*
17 *Matrimonia clandeſtina hodierno iure ſublata.*
18 *Iudicandum hodierno iure aduerſus primum matrimonium.*
19 *Iudicandum in dubio formam ſacri Concilij Tridentini obſeruatam fuiſſe.*
20 *Matrimonia clandeſtina antiquo iure valebant.*
21 *Matrimonia clandeſtina odioſa iure antiquo.*
22 *Iudicandum in dubio pro ſponſalibus etiam iure nouo ſacri Concilij Tridentini.*

COMPARATIO. XVI.

CONTRACTVS IN DVBIO licitus iudicandus, & pro illius validitate pronunciandum id ipſum in matrimonio & ſponſalibus. Quid etiam iure nouo S. Concilij Tridentini.

1 EXTAT † celebre & inſigne Cæſareum Diocleſiani & Maximiani reſponſum in l. cum precibus C. de probatio. quo in dubio ſtari voluerunt contractui, donec clariſſimis probationib⁹, illius inualiditas oſtendatur quemadmodum inibi Bald. Salicet. & cæteri docuerũt. Et ſi is vt vſurarius & fœneratitius accuſetur idem Bald. in l. rogaſti §. ſi tibi ff. de reb. credi. ex tex. in l. præuaricationis §. fina. ff. de præuaricato. cap. fina. 3. q. vltim. cap. quid autem 30. q. 4. Meno. lib. 3. præſump. præſump. 122. num. 36. Panor. in cap. 1. n. 7. de Cleri. nõ reſiden. idem Meno. lib. 5. præ-
2 ſum. præſum. 2. nu. 5. & 6. qui † & rationem reddit ex Panorm. in d. cap. 1. quia vbi actus ſe poteſt habere ad bonum & ad malum, in dubio ad bonum referendus eſt. cap. 2. de reg. iur. l. merito ff. pro ſocio. citat Aretin. conſ. 9. col. 1. & conſ. 31. num. 3. & præter
eum idem conſuluit Bald. conſ. 389. Deci. conſ. 119. col. 4. Soci. iun. conſ. 83. num. 6. li. 2. Crauet. qui alios conſ. 156. num. 1. Rolan. à Vall. conſ. 96. nu. 14. lib. 2. Ancha. Rigien. quæſt. 33. num. 9. lib. 2. Alexan. Rauden. tractat. de Analog. cap. 30. num. 261. Menoch. præſump. lib. 5. præſump. 2. nu. 5. & ſequent. Menoch. conſ. 201. num. 20. lib. 3. Galea. Malaue. conſ. 107. num. 5. & debet iudicari in dubio talis qui non inferat caducitatem Iaſ. in l. 2. num. 12. C. de iure Emphi. idem Malaue. conſ. 102. num. 6.
3 Ita fiet vt pro † matrimonij contractu in dubio ſit iudicandum ca. fina. ex. de re. iudi.
4 quinimo † & reliquos contractus antecellit fauoribus & prærogatiuis, quas recenſet Felin. in cap. 1. d nu. 1. ex. vt lite non conteſta. idem Felin. in rubr. de ſponſa. num. 6. qui 24. priuilegia, Gail. lib. 2. obſeruatio. obſerua. 94. in fin. qui verſiculos quoſdam priuilegia continentes adducit. idq. conſtat ex cap. videtur qui matrimo. accuſa. poſſ. cap. ex litteris de probatio. cap. licet ex quadam de
5 teſti. vt recte † Triuiſan. ſcripſerit deciſio. 6. num. 5. lib. 1. in cauſis matrimonialibus iudicis officium exuberare. & Maſcar. tract. de probatio. 2. tom. concluſ. 1019. num. 3. verſ. & certè hęc ait. Et certè quicunq. ſit qui matrimonium probare debebit, hilari animo hoc onus ſubeat, vtpotè cui multa probationum genera ſuppeditentur. Sed & Robuſte. deciſio. 127. num. 2. & 4. 1. part. deciſio. Ro-
6 tæ † docet matrimonij cauſam fauorem publicum concernere, & dote ipſa eſſe fauorabiliorem. Et generaliter proditum veteri
7 diuerbio, in dubio † pro matrimonio d. cap. fina. & ibi Panor. & alij idem in cap. tua nobis de deſponſa. impube. Pariſi. conſ. 53. nu. 3. lib. 4. Hiero. Grat. inter conſ. matrimo. conſ. 75. num. 7. cum latè adductis per Maſcard. tract. de probatio. 2. tom. conclu. 1023. num. 1. & euidem Maſcar. in conclu. ſequenti 1024. cum alijs multis Menoch. de arbitr. iudi. quæſt. caſu. 475. num. 20. 21. idem Menochi. conſ. 255. num. 7. & conſ. 227. nu. 10. lib. 3. Azpilcue. conſ. 23. num. 1. ſub. titu. de ſponſali. Gail. d. obſerua. 94. num. fina. lib. 2. Bere. conſ. 80. num. 21. nouiſſime Sanch. de Matrimo. lib. 1. diſput. 18. num. 5. & 6. limitat quibuſdã modis Maſcar. d. conclu. 1023. regulæ noſtræ minime adaptatis, quinimo non veris qui nec iure nouo Concil. Tridentini locum habere poſſunt ego vero ex illis limitationibus duas vel tres excutiam.
8 Primo declaratur † regula, quoties hinc inde vbi de matrimo. agitur contrahendo datur paritas perſonarum, ſecus data diſparitate, nam pro eo non præſumitur, nec etiam eſt præſumendum: citat Curt. iunior.

in

in l.cum quædam puella. num. 22. de iuris.
om.iudi. Cæpha.conſ.52.nu.63.lib.1. Gra-
ua. inter conſ. matrimo. conſ. 82. num. 45.
Adde textus probantes nec paruos in l. im-
perialis §.imo.C.de Nupti. l. donationes in
verbis, perſonis comparatis ff. de donatio.
l.libere & ibi Bald.ff.de ritu. nuptia. Bald.
conſ.123.cauſa matrimonialis lib.2.Alciat.
reſponſo.5.num.25. Cæpha. qui alios conſ.
435.num.26.lib.3. Socin.iuni.conſ.89.li.2.
num.3.idem conſ.86. num.26.lib.2. Menò.
conſ.199.num.44.lib.2.idem tracta.de præ-
ſump.lib.3.præſump.1. num.72. citat Tira-
quel.in l.connubial.in l. 5. gloſ. 1.num.51.
Menoch.conſ.342. num.3. lib.4. idem Me-
noch.lib.præſumpt.4. præſumpt.78. num.8.
latiſſimè Oſaſ.deciſio.154. à num.1. Celſus
noſter conſ.73.num.5.

9 Cæterum hæc † omnium fere traditio de
iure canonico non procedit,eo enim paritas
vel imparitas perſonarum non conſidera-
10 tur, cum inter † opera charitatis vnum ſit
præcipuum,ſcrota,impudicaſq. mulieres,vt à
peccato abducantur, vxores ducere cap. in-
ter opera de ſponſa.cuius ſententiæ aſſertor
fuit Paul.de Caſtr. conſ.83. præſupoſito lib.
1.& ante eum Bald.conſ.395. Præpoſit.in ca.
1. 33. q. 1. quos ſequitur & refert Celſus in
d.conſ.73.num.14.& Menoch.tract. de præ-
ſump.lib.3.præſump.1.num.72. latè & eru-
dite Oſaſ.d.deciſio.154.num.5.in verſi. cõ-
11 traria † vero opinio Tiber.Decia.reſpon.5.
num.74.lib.1.& Gabri.in commu.tit.de le-
gitima conclu.1.num.45.47.Peregri.tracta.
de fideico.art.24.num.51.qui alios retenſet
plures Surd. conſ.213. num.11. num.2.qui
12 receptam.Idq. † ſatis & iure nouo ſacri Cõ-
cilij oſtenditur,quo filij ſine conſenſu paren-
tum quaſcunq; ducere poſſunt cap. 1. de re-
forma.matri.ſeſſ.24.& ob id reges conſtrin-
guntur idem facere inter ſubditos ſuos, vt
poſſit quisquis quam velit coniungere ca. 9.
eiuſdem ſeſſ.24.

13 Secundo vltra † Maſcar.declaratur, vt in
dubio pro matrimonio ſit iudicandum, quo-
ties agitur de matrimonio quod contractum
fuiſſe conſtat, & agitur de illius diſſolutio-
ne,ſecus quando agitur de probando matri-
monio ab initio Pariſi.conſ.15.nu.39.lib.2.
Soci.iuni.conſ.88.num.32. lib. 2. & qui eos
ſequitur & refert Menoch. conſ. 199. num.
54.lib.2.

14 Hæc Menochij † opinio tam falſa eſt, vt
alia ſit in iure periculoſa, & aduerſus omniũ
traditiones, Nec Pariſi.loquitur in eo caſu,
ſed quoties agitur de matrimonio contracto
in præiudicium prioris matrimonij, de cuius
validitate diſputatur, tunc non debet fieri
interpretatio in fauorem ſecundi, & ita in-
telligendus Socin. d. conſ. nam & hæc eſt in
hoc caſu communis ſententia ex late tradi-
tis per Maſcar.tracta.de proba.2.tom.con-
clu.1019.num.8.cum multis ſequent. & cõ-
15 clu.1030.num.17.& concluſio.1026.num.7.
dixi ſupra compara. 16. verſi. ſciendum au-
tem. At † vbi de noua matrimonij proba-
tione agitur, latiſſima debet fieri interpræ-
tatio, & ſi non conſtet matrimonium fuiſſe
contractum, & in his terminis loquitur tex.
ſic communiter ab omnibus intellectus in d.
cap.fina.de ſenten. & re iudica.& in eiſdem
terminis loquuntur omnes, quos ſupra re-
cenſui in principio, affirmantes pro matri-
monio in dubio iudicandum, & in eo pro-
bando leuiores vltra iuris communis regu-
las ſufficere, pro quo iudices poſſunt etiam
aduerſus communem illius ſingulari præro-
gatiua iudicare Beret. conſ.80.num.21.22.
Andr. Gail.d.obſeruatio.94.num.19.lib.2.
qui erudite.

16 Tertio † declaratur in matrimonio con-
tracto lite ſuper primo clandeſtino penden-
te, nam & ſi ſecundum valeat, iuxta recep-
tiorem ſententiam iuris antiqui,quam com-
munem dixit Socin.iun.conſ.119.lib.3.De-
ci.conſ.163.num.7.Angel.de Caſ.inter cõſ.
matrimo. conſ.31. num.1. Et qui eos refert
& communem dicit Maſcard. in d. concluſ.
1023.num.8.& 9. tamen pro hoc matrimo-
nio,veluti in fraudem primi contracto,non
eſſet in dubio iudicandum, ſcribit Deci. d.
conſ.163.num. 7. Maſcard.ſupra num. 8. in
17 fine. Subdeclara † declarationem non pro-
cedere de iure nouo ſacri Concilij, quo cum
diſpoſitum ſit *matrimonia clandeſtina, non
obſeruata ſacri Concilij forma, nulla fore &
irrita, & contrahentes ſic inhabiles redditi
ſint*; poteſt qui prius contraxit clandeſtine
relicto primo coniugio, cũ altera libere con-
trahere obſeruata forma, & ſolemnitate d.
ſacri decreti, aut cum eadẽ, ſeruatis ſolem-
nijs: in quibus nullus diſſentit, & nos ſuo lo-
18 co dicemus: Ita fiet vt † iure nouo ſacri Con-
cilij non ſit pro antiquo matrimonio iudi-
candum in dubio, quoties ſcilicet de proba-
tione illius ageretur, extra eam probationẽ,
19 quę à Concilio præſcripta fuit, nam eo † in
caſu ſi dubitaretur an forma dicti Concilij
fuiſſet obſeruata nec ne, iudicandum foret
pro matrimonio. Et ſi neminem huius opi-
nionis inuenerim aſſertorem. Sed res clara
eſt, quia quoad hæc militat fauor matrimo-
nij, & eadem ratio quę de iure antiquo mi-
litabat; quamquam probatio illius ad teſtes
duos vel tres, & parrochum fuerit reſtricta,
argu.l.à titio cum vulga. de furt. & l. præci-
pimus C.de appella.

20 Sed † & magis facit quod & matrimonia
clan-

clandeſtina, & ſi antiquo iure valerent ca. 1. & 2. vbi Panor. & alij omnes ex. de deſponſa. impub. Curti. iuni. conſ. 64. num. 3. Boët. conſ. 40. num. 4. cum alijs adductis per Maſcard. d. concluſ. 1023. num. 10. & eſt hodie expreſſe deciſſum in d. cap. 1. de reforma.
21 matrimo. quia † tamen & odioſa erant & tunc cap. 1. 30. q. 1. & d. cap. 1. de reforma. matrimo. S. Con. Trident. pro eis in dubio non poterat iudicari, quia non reputabantur fauorabilia Maſcar. ex alijs in d. concl. 1023. num. 10. & 11. dixi ſupra compara. 10. ad finem. Vnde nihil mirum ſi hodie aduerſus matrimonium ſit iudicandum, cum omnia dicantur clandeſtina, preter ea, quę ſecũdum Concilij formam contrahuntur.

22 Subdeclara † etiam noue prædicta vt non procedant in ſponſalibus, nam cum ea non fuerint comprahenſa ſacro Concilio, ſi dubitaretur an probata fuerint nec ne, ad iuris communis diſpoſitionem recurrendum eſt, et in eis idem fauor (vbi tamen eadem ratio vindicat) obtinet, cum ſint præambula ad matrimonium l. oratio ff. de ritu. nuptia. de cuius intellectu nos explorato. iur. lib. 2. cap. 8. tradunt Feli. & cęteri in rubr. de ſponſal.

SVMMARIVM.

1 *Contractus omnes in vltimo vitæ ſpiritu celebrari poſſunt.*
2 *Mortis inſtantis periculũ in cõtractibus fraudis ſuſpitionem non facit.*
3 *Alienatio feudi in extremo mortis articulo fieri poteſt.*
4 *Argumentum de contractibus ad vltimas voluntates validum.*
5 *Teſtamenta antiquitus ad modum contractus celebrabantur.*
6 *Statutum prohibens contractum prohibet teſtamentum.*
7 *Teſtamentum contractus inter viuos dicitur.*
8 *Teſtamentum & contractus in vltimo vitæ ſpiritu contrahuntur.*
9 *Contractus in teſtamento celebrari poſſunt.*
10 *Teſtator ab hærede promiſſionem extorquere poteſt de ſoluendis legatis.*
11 *Contractus in teſtamento factus non reuocatur, reuocato teſtamento.*
12 *Confeſſio facta in teſtamento parte præſente, et acceptãte non reuocatur reuocato teſtamẽto.*
13 *Confeſſio facta in teſtamento parte præſente cenſetur inter viuos.*
14 *Matrimonium in mortis articulo celebrari poteſt.*
15 *Matrimonium etiam iure nouo Concilij Tridentini in mortis articulo contrahi poteſt.*
16 *Spini declaratio, quis dicatur in mortis articulo conſtitutus.*
17 *Spini declaratio reiecta.*
18 *Ius canonicum quos dixerit in mortis articulo conſtituos.*
19 *Iure canonico in mortis articulo, nullam eſſe reſeruationem peccatorum.*
20 *Mortis in articulo is dicitur conſtitutus, quem probabiliter creditur illico moriturum.*
21 *Mortis in articulo conſtitutum, aliud eſt à periculo mortis ſecundum quoſdam.*
22 *Periculum mortis, & mortis articulus in quo differant ſecundum Dominicum de Soto.*
23 *Mortis articulus non legitur apud bonos authores.*
24 *Spini declaratio ad tex. in cap. in quadam ex. de celebra. miſſa. reprobata.*
25 *Mortis in articulo conſtitutus quis dicatur ſecundum Meno.*
26 *Filij ſuſcepti ex matrimonio in mortis articulo contractu, deficere faciunt conditionem ſi ſine liberis, ad excluſionem ſubſtituti.*
27 *Filij ſuſcepti ex matrimonio in mortis articulo contracto in fraudem ſubſtituti, non excludunt ſubſtitutum.*
28 *Menochij opinio aduerſus communem reprobatur.*
29 *Morti proximus pro mortuo habetur.*
30 *L. huic ſcripturæ & l. ait lex. ff. ad legẽ Aqui. declarantur.*
31 *Caſus mortis, & diuortij differunt.*
32 *Dolus & fraus in contractibus non proſunt doloſo.*
33 *Matrimonium etiam dolo contractum valet.*
34 *Clericus in mortis articulo conſtitutus, renunciare poteſt præbendam.*
35 *Cap. 2. de renuntia. lib. 6. declaratur.*
36 *Ingreſſus monaſterij in mortis articulo in fraudem ſubſtituti, ſubſtitutum non excludit.*
37 *Monaſterium haberi loco filij, grauis quæſtio.*
38 *Monaſterium non excludit ſubſtitutum quando eſt de liberis.*
39 *Ingrediens monaſterium tempore quo eſt morti proximus, non ex eo ſolo dicitur facere in fraudem ſubſtituti.*
40 *Præſumptio ea in dubio capienda, qua quis ſuæ animæ conſultat.*
41 *Emancipatio in mortis articulo facta, in fraudem facta cenſetur.*
42 *Locatio facta per maritum ad quinquenium fundi dotalis tempore mortis vxoris, in fraudem facta cenſetur.*
43 *Legitimatio facta de filio illegitimo, in fraudem facta cenſetur, vbi in articulo mortis moriens concubinam vxorem ducit.*
44 *Legitimatio facta per ſubſequens matrimoniũ in mortis articulo, primogenito nullũ præiudicium parat.*
45 *Fraus non præſumitur ex ſolo contractu matrimonij in mortis articulo, niſi aliæ adſint coniecturæ.*

Legi-

Digitized by Google

46 *Legitimatus per ſubſequens matrimonium contractum in mortis articulo in maioratibus non ſuccedit, ad excluſionem alterius vocati.*

47 *Legitimatio facta per ſubſequens matrimoniũ in mortis articulo in præiudicium iam nati minime valet.*

48 *Legitimatus per ſubſequens matrimonium, an excludat legitime natum conſtante matrimonio, quoties aliud matrimonium fuit intermedium.*

49 *Permutatio beneficij facta in mortis articulo, in fraudem patroni non valet.*

50 *Alienatio bonorum à patre facta in fraudem filiorum non tenet.*

51 *Matrimonium contrahere ex ſui natura opus meritorium.*

52 *Lex titius ff. ad. S.C. Trebelli. declaratur.*

53 *Grauatus, donans bona in extremis agens, cenſetur in auertionem fideicommiſſi id facere.*

54 *Menochij contrarietas.*

55 *Nemo in dubio peccare aut delinquere præſumitur.*

56 *Matrimonia clãdeſtina hodierno iure ſublata.*

57 *Votum emiſſum in vltimo vitæ ſpiritu valet.*

58 *Præſumptio fraudis ceſſat, vbi quis ſuo iure vtitur.*

59 *Præſumptio fraudis vbi quis ſuo iure vtitur, ceſſat cũ quis cõmodum reportat ex eo actu.*

60 *Teſtator in dubio cenſetur ſe conformare cum diſpoſitione legis, & nedum iuris communis, ſed ad municipalis.*

61 *Matrimonij bona tria, fides, proles, Sacramentum.*

62 *Matrimonium contractum in mortis articulo à patre dicente expreſſim, ſe in fraudem ſubſtituti hoc facere, an ex eo ſubſtitutus excludatur.*

63 *Matrimonium ſpirituale contractũ in fraudem ſubſtituti an valeat.*

64 *Matrimonium in fraudem ſubſtituti contractum, ſubſtitutum excludit.*

65 *Comminatio aliquando in vita facta in morte non præſumitur eo intuitu facta quo diſpoſitio.*

66 *Moriens nõ præſumitur ſuæ ſalutis oblitus.*

67 *Confeſſio morientis in tertij præiudicium non valet.*

68 *Vtens ſuo iure nemini facit iniuriam.*

69 *Matrimonium contractum in mortis articulo, ſine præcipuo Sacramenti contractum cenſetur.*

70 *Lex qui autem §. 1. ff. quæ in frau. credito. declaratur.*

71 *Lex fluminum §. fina. ff. de dam. infect. declarata.*

72 *Fraus patris filijs naſcituris obeſſe non debet.*

73 *Filius non portat iniquitatem patris.*

74 *Matrimonium contrahere in mortis articulo licitum.*

75 *Ius ſubſtituto competens, non quæſitum ſed quærendum dicitur.*

76 *Viuendo morimur.*

77 *Moriens non præſumitur mutare voluntatem.*

78 *Voluntatis mutatio ex longo tempore non præſumitur.*

79 *Præſumptio fauore animæ, ſuperat quãcumq; aliam præſumptionem.*

80 *Filij ex Clandeſtino matrimonio nati quando aliud aderat impedimentum, illegitimi erãt ſiue illi ſciuiſſent impedimentum vel ignoraſſent.*

81 *Matrimonium clandeſtinum dolum arguit, & impedimenti ſcientiam.*

82 *Filij ex clandeſtino matrimonio nati hodierno iure S.C. Tridentini per ſubſequens matrimonium contractum in facie Eccleſiæ legitimi fiunt.*

COMPARATIO. XVIII.

MATRIMONIVM IN VLTImo mortis articulo contrahi ſicut & cæteri contractus; An autem filij inde ſuſcepti legitimi efficiantur etiam ad excluſionem ſubſtituti; Quid rurſus de iure nouo S. Concilij Tridentini quotidiana multa, lucido explicantur.

1 POSSE quemlibet † contrahere vſque ad extremum vitæ
ſpiritum dum ſanè mẽtis ſit, &
integram habeat memoriã cõmuni omnium ſententia receptum ſcio; id interpretes vno (quem ſingularem dixere Bal. in cap. quoniam frequenter ex. vt lit. non conteſta. nu. 8. & Menoch. conſ. 326. nu. 79. lib. 3.) textu probari affirmant l. Seia §. fina. verbis illis, in extremo vitę ſpiritu conſtitutus ff. de donatio. cau.
2 mort. Neq. † inſtantis mortis periculum in
teſtamentis, aut contractibus fraudis elicit ſuſpitionem Alex. in l. ſi quis poſthumos de libe. & poſthu. & in l. ſi filio §. ſi vir in quinquenium col. 3. ff. ſoluto matrimonio, qui cõmunem Soci. & Iaſſ. in l. ſed ſi quæſitam ff. de libe. & poſthu. Deci. in cap. in præſentia nu. 56. de probatio. ibi Felin. num. 36. Bar. Bal. Salice. Alex. Iaſſ. & cæteri in. l. ſanum mente
3 C. de teſtam. Burſa, qui † de alienatione feu-
di in extremo mortis articulo luculẽter diſputat conſ. 40. num. 70. lib. 1.

4 Et † de contractibus ad extremas volũta-
tes, & è conuerſo rectè argumentum regulariter procedit l. fina. vbi Salicet. & cæteri C. de lega. in principio inſtit. de leg. fuſi. Can. Tollen. vbi glo. l. pactum inter hæredem ff.
5 de pact. Planè † antiquitus & teſtamenta ad
modum

modum contractus emptionis, & venditionis fiebant, Iuſtinianus (qui antiquitatẽ ſcribit) docet in principio inſt. de teſtam. & Alciat. in l. verba geſſerunt ff. de verbo. ſignifi. & ſimile quoddam negotium contractui dicitur teſtamentum quod inter hæredem & teſtatorem agitur §. ſed neque vbi tex. egregius inſiit, de teſtam.

6 Hinc ferè † omnes cenſent prohibitum ſtatuto contractum, ſeu alienationem in non ſubditos, vel extra territoriũ, & eamque in extrema voluntate, in teſtamento concipitur vetitã cenſeri argu. l. fina. C. de reb. alie. non alienan. in principio l. ſi quis prioris §. cæterum C. de ſecundis nup. docent omnes in l. filiusfamilias §. diui deleg. 1. Sanè † & teſtamentum contractus quidam intervivos videtur, & inter eos actus qui intervivos celebrantur, numeratur l. eandem in princi. ff. de duobus reis. verbo contractibus, iuncto verbo teſtamento: nam inter reliqua contractuum genera, quibus duo rei conſtitui poſſunt, quę illic I. Cõſultus expreſſit, etiam teſtamentum adiecit. Sed de hac diſputatione fuſe Tiraq. ad ll. connubia. glo. 5. num. 93. Ronchegal. in d. l. eandem num. 290. de duobus reis.

7

8 Hinc illud, poſſe † in teſtamento, & extremo vitæ ſpiritu contractus celebrari inter hæredem & teſtatorem. l. quidam cum filium vbi Bart. ff. de hæred. inſtitu. ſimiliter inter teſtatorem & tutorem de ſuſcipienda tutela l. ſpadonem §. 1. ff. de excuſa. tuto.

9 Et generaliter † prodictum eſt, poſſe in teſtamento contractus celebrari gloſ. celebris. Et ſi notiſſima in l. hæredes palam §. fina. vbi Bart. Bal. Salicet. Paul. de Caſt. ff. de teſtam. idem Bart. in l. cum quis deſcendens §. codicillis num. 5. de leg. 2. Bal. in l. ex teſtamento num. 1. C. de fideicom. vbi Salicet. Areti. Alex. Iaſi. & Corn. num. 2. Lapp. allega. 91. ſub num. 5. vbi Mando. ad eum Pariſi. qui communem conſ. 2. num. 19. lib. 3. poſt Roma. conſ. 171. col. 2. idem Pariſi. conſ. 45. num. 36. lib. 4. Dida. in rubr. de teſtam. part. 3. num. 17. Boer. deciſio. 353. num. 4. Clar. lib. 3. ſententiarum quæſt. 75. vbi fusè Manti. de coniect. vltima. volun. lib. 3. tit. 18. nu. 11. & lib. 8. tit. 1. num. 36. Et paucis adductis Spin. in ſuo tracta. de teſtam. gloſ. rubr. 1. part. num. 12. 13. Tiraq. in ll. connub. glo. 5. num. 101. Vaſq. Mencha. tracta. de ſucceſſio. creatio. lib. 3. §. 23. num. 4. Petr. Surd. qui aliquos memorat deciſio 149. nu. 13. Math. de Math. tract. de num. teſti. in teſta. requiſi. cap. 27. num. 24. & 25.

10 Quinimo † & poteſt teſtator ab hærede promiſſionem extorquere de ſoluendis legatis, & alijs per eum diſpoſitis; quę quia redolet contractus naturam poteſt hęres conueniri, & duobus licet teſtibus promiſſio probari; Sed ſi deficiant cogitur iurare, qui ſi nollit tanquam conuictus ſoluere omnia, tenetur etiam nullo teſte id aſſerente l. fina. iuxta intellectum Bart. communem C. de fideicom. quem tex. ſic verè ille intellexit in l. nemo poteſt collat. 1. de leg. 1. vbi Imo. Alex. num. 9. Iaſſ. in 1. lectu. num. 18. & 19. idem Iaſſ. in d. l. fin. num. 17. vbi & communem dicit, idem Iaſſ. in l. 2. num. 11. C. de bono. poſſeſſio. ſecun. Tabn. Gual. de arte teſtan. titu. 2. caute. 3. num. 1. & ſequen. poſt Cępol. caut. 129. & hunc intellectum ſequitur, & defendit à Iaſſ. obiectis Ripp. in d. l. nemo poteſt. num. 29. Crot. in repetitio. nu. 12. Annibal. num. 187. Vaſq. Mencha. tracta. de ſucceſſio. creati. part. 1. lib. 3. §. 23. n. 12. Math. de Math. tract. de num. teſti. in teſtam. requi. cap. 27. num. 22. 23. Eundem intellectum communem aſſerit Clar. qui multos in §. teſtamentum quæſtio. 75. nouiſſimè comprobat Surd. deciſio. 149. num. 12. & 13. qui & communem repetit multis citatis.

11 Neq; † contractus hic, vel promiſſio in teſtamento facta reuocatur reuocato teſtamẽto, cum vnus & idem actus poſſit valere vt vltima voluntas, & vt contractus l. ſi auia vbi Salicet. num. 2. C. de iure delliber. & poſt multos Manti. de coniect. vltim. volunta. li. 3. titu. 18. num. 12. poſt Iaſſ. Rip. Crot. & ſupra relatos in d. l. nemo poteſt delega. 1. Surd. d. deciſio. num. 14.

12 Neq; † reuocari promiſſionem, aut contractum irrito, vel reuocato teſtamento, cõmunis eſt ferè omnium paucis exceptis ſententia Bal. & Caſtren. in d. l. hæredis palam §. fina. Boer. qui multos. d. deciſio. 353. nu. 4. Manti. tract. de coniectu. vltim. volunt. lib. 8. tit. 1. nu. 36. Iaſſ. in d. l. nemo poteſt nu. 34. Tiraq. qui multos in ll. connubia. glo. 5. nu. 102. verſi. Et his quidem contractus, & eandem tenuit Spin. d. tractat. de teſtam. gloſ. rubr. 1. par. num. 13. Lancello. in conſuetu. Alex. verbo legare quæſt. 7. à num. 7. cum ſequent. multis Math. de Mathe. d. cap. 27. nu. 26. Mencha. d. §. 23. num. 4. qui diſputat & erudite, qui obiectis etiam ſatisfacit communem dicens. Surd. d. deciſio. 149. nu. 14. 15. & ſequent.

13 His † accedit confeſſionem factam in teſtamento parte præſente, & acceptante probare plenè & non reuocari, reuocato etiam teſtamento, quia habet vim confeſſionis factæ intervivos Bart. in l. cum quis decedens §. codicillis num. 5. de leg. 3. quia vt dictum eſt, poteſt in teſtamento contractus celebrari. Seqnitur Bal. in l. rationes num. 2. C. de proba. Alex. conſ. 45. num. 6. lib. 1. Anchar.

Rigen.

Digitized by Google

Rigien.queſt.58.lib.1.Meno.tracta.de præ-
ſump.lib.3.præſump.35.num.32. Lancel.in
d.conſuetu. Alex.in verbo.vigente num. 26.
quæſt.8.& qui in numeros erudite compro-
bans Surd. deciſio. 127. à num.14. cum ſe-
quent.

14 Et cũ † hęc in contractibus locũ habeant,
& in contractu matrimonij non aliud indi-
candum: poteſt enim quiſque etiam in arti-
culo mortis dum ſanæ ſit mentis matrimo-
nium contrahere, & ex eo filij antea geniti
legitimi redduntur.c.tãta eſt vis ex. qui filij
ſint legi. vbi Ioan. Andr. Henri. Panor.&
poſteriores Bal. Cuma.Aretin. Iaſſ. num.4.
& 10.in l.ſed eſt quæſitum ff.de libe.& poſt-
hu.Anto.Gabri.qui multos in commu.titul
de legitima conclu.1.per totam Sarmien.li.
1.ſelecta.interpræta.cap.6. Pariſi.conſil.13.
num.66.lib.1.Burſat.conſ.40. num.70.li.1.
Tiraq.in l.ſi vnquam verbo ſuſceperit libe-
ros num.73.C.de reuocan. donatio. Meno.
conſ.226.num.78.lib.3. idem Menoch. lib.
præſump. 4. præſump. 83. num.78.& præ-
ſump.5.num.16.lib.5. Olaſ.deciſio.154.per
totam Theſau.deciſio.96.num.3.& ſequent.
Pereg.tract. de fidei.art.24.nu.59. Ex Hiſ-
panicis ſcriptoribus Dida.in Epito. ad 4.2.
part.cap.8.§.2.num.10.Rojas in Epito.ſuc-
ceſsio.abinteſta. cap.2. num. 23. Didac.de
Caſ.& Ciſuen.in l.12.tau.Spin.in ſuo tract.
de teſtam.glo.15.num.102.& ſequen.Men-
cha.de ſucceſsio.creatio. 1.par.§.10.n.506.
idem lib.3.qq. vſufreq.cap.41. num.4. Sar-
mien.d.cap.6.Ludo.de Molin. de Hiſpa.1.
lib.2.cap.5. num.25. Gutier.lib.2. practic.
quęſtio. quæſtio. 105. num. 9. egregie ante
omnes Celſ. Hugo. conſ. 73. num.12. cum
enim ſolo conſenſu contrahatur matrimo-
nium, & ſic contractus, quemadmodum illi
in extremis perfici poſſunt, ita matrimoniũ.

15 Atque † idem hodie iure nouiſſimo Conci-
lij Triden.ſeruata illius forma, poteſt enim
patrochus coram duobus vel tribus teſtibus
vtriuſq. contrahentium conſenſum explora-
re, & agnito, eos benedicere.

16 Tẽtauit Spin.† ſupra declarare quis dica-
tur in mortis articulo conſtitutus: & ait
*eum qui morti proximus eſt, de cuius ſalute
deſperatur*, Addit poſt in verſi.hoc ſuppoſito,
eum dici in articulo mortis *qui in extremo
vitæ puncto conſtitutus eſt, quo nihil ille effi-
cere poteſt, quod nec velle valeat aut nolle*, hæc
17 ille: † quæ quam contraria ſint hæc & vel cæ-
18 cus viderit. Sciendum † igitur ius canonicum
animarum fauore eos in mortis articulo di-
cere conſtitutos, qui & ſi viuãt & viuere poſ-
ſint, propter mortẽ tamẽ quã ſecundum ve-
riſſimilem medicorum peritiam, aut peri-
culum quod ſperant, inſtantem, vident iam
morientes arbitrantur. His hoc cõtingit qui
in grauiſſima infirmitate conſtituti medico-
rum iuſſu, iuxta ſacras conſtitutiones cõfite-
ri, Euchariſtiam ſumere, & extremã vnctio-
nem iubentur: ſi enim inſtans mortis tempus
expectaretur cum anima (quæ in corpore eſt
in qualibet corporis parte) corpus deſere-
re incipit ad Deum Altiſſimum qui eam
creauit reuerſura, iam tunc nec loqui aut
19 confiteri peccata poſſent: Ita † factum vt
modo animaduerti quod eos iura canonica
in mortis articulo dixerunt conſtitutos, vt
peccatum nullum, iniuria quæuis & ſi grauiſ-
ſima tunc reſeruata cenſeantur cap.felicis ibi
gloſ.de pœnis in 6.cap. paſtoralis. de offici.
ordina.Clem.cupientes de pœnis in Clemen.
in extrauaganti inter cunctas §. duos in ex-
trau.communi.tex.inſignis in cap.ſi quis po-
ſitus de pœniten. diſtinc.7. & S. Concilium
Triden.in cap.7.in fine ſeſſio.14. Geminia.
Domini.& cæteri in d. cap. fœlicis Felin.in
tracta. de Indul. num.16. Rebuf.erudite in
Explica.Bull.Cœnæ Domi.in verbo, mortis
20 articulo, vbi † poſt Panor. & Hoſtien.in ca.
prętereà in 2.de officio ordinarij ſcribit om-
nem eum dici in articulo mortis cõſtitutum
qui probabiliter illico mortem poteſt obi-
re, *difficile enim (inquit ille) eſſet omnes caſus
percurrere* Azpil. idem in explicatione eiuſ-
dem bullæ & in eodem verbo. Vital.in Can-
dela. Aur. tit. de abſolu. num. 59. & 60. in
1.part.& in explicatione eiuſdem bullæ nu.
21 136.& ſequen. Quanquam † ſcio quoad ab-
ſolutionem conſequendam credere multos
aliud eſſe articulum mortis, aliud periculum
vt hoc ſolum non ſufficiat quoad abſolutio-
nem in vim bullę cruciatæ conſequendam
quę in pugnante muliere, in eo qui mare in-
greditur, & in eo qui bellum agreditur exẽ-
pla perhibent, quemadmodum docet frater
Manue.Rodri.in explicatione eiuſdem bul-
læ §.9. dubitatio.3. ſed hæc theologis.

22 Hoc autem † ſcribere libet verè domi.
de Soto affirmare in 4.d.18.q.4.art.4. iuris
interpretes, verborum confudiſſe proprie-
tatem, nam aliud eſt periculum mortis, aliud
mortis articulus, quia & ſanis mente & cor-
pore in multis imminet mortis periculum,
ſed ea quam ipſe interpretatione ſupra ex-
plicaui vitanda obiectio eſt, fit enim anima-
rum fauore latiſſima interpretatio.

23 Apud bonos † autem authores, Cicero-
nem & Iuriſconſultos nuſquam mortis ar-
ticulum legimus. Sed extremum vitę ſpi-
ritum Cicero ſæpè in 2. de fini. bo. & mal.
& pro Tora. I. C. in l. 3. & ſequent. ff. de
dona.cauſ.mor.l.4. ff. de adimen.vel tranſ.
lega.Virgili.2.Ænei.

Extre-

Extrema moriens tamen alloquor hora.
Eſt alibi eodem lib.
Extrema iam in morte parant defendere telis.

24 Neq. † recte ad inſtitutum quæſtionis ab eo propoſitæ Spin.declarauit verba cap.in quadam ex.de celebratio. miſſa. cum dicit: *& inclinato capite tradidit ſpiritum*: nam cum antea dixiſſet, cum in mortis articulo conſtitutum dici, de cuius ſalute deſperatur, adducit tex.in d.c.in quadam, in ea, quæ ſcripſimus verba, quę in totum illius contrariantur traditioni, & communi ſententiæ, cui ſupra adhæſi: verè igitur ille tex. non de proximo morti Chriſto loquitur, ſed de eo ipſo articulo inſtanti, & benedicto ad patrem tranſitu: vnde ſanctiſsimus poſt hiſtographus ſubiungit: *Videns autem centurio quod ſic clamans expiraſſet, glorificauit Deum dicens, verè filius Dei erat iſte*; credidit enim centurio ſupra naturam eſſe hominem mori incipientem, animamq; tradentem clamare poſſe, quo tempore vt ſupra ſcripſi, & viſus deficit, auditus, & cenſus omnes irruente morte abſumuntur. id igitur quod Chriſtus fuit miraculo tribuendum eſt vt theologi docent.

25 Iacob. † autem Menoch. tractat. de præſump. lib.6. præſump. 93. à num. 1. in explicatione illius articuli an ſaluari pręſumendũ ſit eum, quem in extremo vitę exitu peccaſſe pœnitet, eum morti proximum dicit, de cuius ſalute deſperatur & ſi viuere poſsit.

26 Declara primo † vt matrimonio in mortis articulo contracto, legitimentur etiam filij antea concepti, & ſi aſtorent ſubſtituti ſub conditione ſi ſine liberis: ita Felin. in d. cap. in præſentia num. 36. poſt cæteros canoniſtas de proba. non enim in fraudem ſubſtituti quidquam fieri dicitur, quoties quis ſuo vtitur iure. Alex. in l. ſi quis poſthumos in 4. ff. de libe. & poſthu. Iaſ. in d. l. ſed eſt quęſitum num. 11. Rip. in l. ex facto. §. ſi quis rogatus num. 48. ff. ad S.C. Trebell. Pariſi. cõſ. 13. num. 68. lib. 1. Grab. in commu. lib. 6. tit. de legitima. num. 30. Boer. deciſio. 159. nu. 20. Ripa. in rubr. ſi cer. peta. num. 3. & in l. ſi vnquam num. 86. C. de reuo. donat. vbi Tiraq. in verbo ſuſceperit liberos Burſa. conſ. 40. num. 70. lib. 1. cum ſequen. Oſaſ. late deciſio. Pedemon. 154. à nu. 1. cum multis alijs Theſau. deciſio. Pedemont. 96. num. 3. & 5. Viui. in commu. opini. 492. Matrimonium Pereg. tracta. de fidei. arti. 24. num. 59. verſi. ſed vtrum valeat. Alexan. Rauden. tracta. de Analog. cap. 36. à num. 1. per totum ex Hiſpanicis interpratibus Dida. in Epito. ad 4. part. 2. cap. 8. §. 2. num. 10. & ſequen. Ludo. de Molin. tracta. de Hiſpano. primog. lib. 2. cap. 5. num. 26. Dida. de Caſtil. & Ciſuen. ſupra citati Rojas in Epit. ſucceſsi. ab inteſta. cap. 2. num. 23. cum ante & poſt ſeq. Spin. in d. gloſ. 15. tract. de teſtam. num. 105. Et ante eos Gregor. Lope. in l. 1. glo. magna. titu. 13. part. 4. Mencha. lib. 3. quæſt. vſutre. cap. 41. nu. 4. & 5. Celſ. Hugo. d. conſ. 73. Alua. Valaſ. deciſio. 94. num. 3. Rode. Xuar. in l. 9. tit. 11. lib. 1. foro. Acoſt. in cap. ſi pater in verbo ſi abſq; liberis num. 35. de teſtam. Sarmien. d. cap. 6. Aluar. de coniectura. men. defunct. lib. 2. cap. 3. num. 9. Cancer. lib. 3. reſolu. cap. 11. num. 231. vbi recte ſcribit non eſſe tutam contrariam & iuxta eam reſpondit nouiſſimè Caſſan. conſ. 22. à num. 4. cum ſequent. lib. 1. & licet quidam contrariam tenuerint ſententiam, ea tamen communi omnium voto improbatur.

27 Sunt † qui vellint, tunc quidem non excludi ſubſtitutum propter ſubſequẽs matrimonium contractum in mortis articulo, quoties id in fraudem fieret: illius fraudẽ vero coniiciunt multi eo ipſo, quod matrimonium in extremo mortis articulo contrahitur, quo tempore ſpes prolis nulla eſt: ſic in ſpecie docet Angel. in d. l. ſed eſt quæſitum ff. de libe. & poſthu. idem Angel in l. nuper C. de natura. libe. quem ſequuti ſunt multi, Deci. in d. cap. in præſentia num. 56. Socin. in d. l. ſed eſt quęſitum. Ruin. conſ. 211. num. 7. & 8. lib. 1. Curti. iun. conſ. 26. num. 9. Celſ. Hugo. d. conſ. 73. num. 32. Pariſi. conſ. 13. n. 56. lib. 1. Tiraq. qui alios in d. l. ſi vnquam n. 74. in verbo ſuſceperit liberos Cœpha. conſil. 239. num. 10. & 17. lib. 2. & 276. nu. 30. Beret. conſ. 102. num. 20. Menoch. conſ. 226. num. 21. lib. 3. idem Menoch. d. præſum. 83. num. 78. lib. 4. Et alij quos receſet Mencha. d. cap. 41. num. 5. Tiber. Decia. reſpon. 5. nu. 72. lib. 1. licet is contrariam poſt num. 73. & alij à Peregr. relati d. arti. 24. num. 59. ad finem Pela. tract. de maio. Hiſpa. pat. 2. quęſt. 1. num. 2. qui multis rationibus & iuribus etiã
28 mouentur. Sed † cum hic articulus intricatus ſit, & Menochi. nouiſſimè d. conſ. 226. validiſſime aduerſus communem intendat, operę prætium erit, cum ex integro verè, & pręter aliorum ſententiam cum communi extricare.

29 Primo ea ratione † intendunt quod morti proximus pro mortuo habeatur l. huic
30 ſcripturæ l. ait lex ff. ad l. Aquil. ſed † nihil omnino facit; vbi enim lex fingit propter actionem legis Aquilæ, cedẽdum, & dignoſcendum an hæredi, aut legatario illius, legis actio competat, niſi enim retrotractiua fictione fieri potuit, vulneratum ſeruũ & poſt aditam hæreditatem, mortuũ tempore, quo fuit vulneratus cenſeri, idq. apertè lex indicat illis verbis d. l. ait lex. annus autẽ retror-

ſuin

ſum computatur argu. eorum quæ Bart. Iaſſ. Crot. & alij in l. ſi is qui pro tempore de vſu ca. l. lex Cornelia de vulg. l. lex Cornelia ff. de ca. & poſt limi. reuer. Nihil in hac ſpecie cum fictione agitur, ſed verè ab eo qui viuit matrimonium trahitur.

31 Argumentatur † ſecundo Menoch. ex l. ſi filia ff. de diuor. & ex l. filiæ meę ff. ſoluto matri. ſtipulatus fuerat pater ſibi reddi dotem ſoluto matrimonio morte filiæ, & cum lex mortis, & diuortij caſum inequali iure terminet. l. ſi cum dotem ff. ſolut. matrimo. videbatur patrem filiæ donaſſe vbi matrimonium diuortio fuiſſet ſolutum: & cũ grauiter filia egrotaret, ei maritus repudiũ miſit vt dotem lucraretur; Reſpondit Vlpian. repudium in fraudem miſſum fuiſſe ne dos ad patrem reuerteretur, ſed apud filiam vel illius hæredes remaneret: id vero nec patri aut illius nocere hæredibus, quo minus dotẽ conſequi poſſint nocere potuit, in fraudem enim repudium miſſum cenſetur, eo ſcilicet tempore, quo filiæ mors inſtabat. eadem ipſa iura adduxit Celſ. Hugo. d. conſ. num. 32. ſed ea non obſtant, non enim vim faciunt in egritudine, quę ad mortem eſt; nec de tam graui infirmitate loquuntur, vt in articulo mortis poſita filia dici poſſit, nam de ęgra tantum loquitur d. l. filiæ meæ. ideo autem iura illa in fraudem miſſum fuiſſe repudium cenſent; quia expreſſim de fraude conſtabat, quia maritus repudium ideo ſe vxori mittere velle antea dixerat, vt patrem dotis recuperatione fruſtraret: quemadmodum non obſcure d. l. filię meæ verba priora oſtendũt: *Filiæ meæ* (inquit) *emancipatæ & ægræ; vir in hoc repudium miſit, vt mortua ea dotem potius hæredibus eius quam mihi redderet*. Nec tex. in d. l. filia de infirma loquitur vxore, ſed de ea, quæ vt patrẽ à dotis recuperatione fraudaret, ea ex cauſa diuerterat; at in noſtra ſpecie non alia fraudis coniectura adducitur, quam quod in mortis articulo matrimoniũ fuerit contractum, quæ non ſufficit.

32 Rurſus † loquuntur iura hæc in contractu mero; in quo & alijs dolus, & fraus doloſo prodeſſe nequit l. dolo. C. de inuti. ſtipu. ad ea, quæ omnes in l. ſi quis cũ aliter ff. de verbo. obliga. in matrimonio quęſtio noſtra eſt,
33 & † ſi enim cõtractus ſit, quatenus tamẽ Sacramentũ ſiue fraude fiat, ſine dolo; ſiue etiã dolus det cauſam matrimonio, aut in eo incidat, valet matrimonium ſecundum glo. ab omnibus receptam in cap. cum dilectus de his quæ vi metus ve cauſa fiunt vbi Panorm. & alij glo. in l. Diuo Pio ff. de ritu. nupt. quã dixit ſingularem Bald. in l. 1. C. plus valere quod agi. cum alijs congeſtis per Didac. in Epito. de ſponſa. 2. par. cap. 3. §. 7. n. 3. & 4.

34 Tertio † ponderat tex. in cap. 2. de renuntiatione lib. 6. clericus & ſi in articulo mortis poteſt renunciare ſuæ præbendę, & tamen in d. cap. 2. deciditur clericum in extremis laborantem ſuę renuntiantem tenui præbendæ in fraudem expectantis, vt is pinguem expectans, tenuem neceſſe habeat acceptare, ideo non valere ſtatuit Roma. Pon. quia in mortis articulo facta in fraudem expectantis cenſetur. Hac argumentatione Celſ. vtitur d. conſ. num. 32. & Menoch. d. conſ. num. 17. & conſ. 108. num. 17. & 18. li.
35 2. Sed † vt cum bona tantorum patrum venia dixerim male argumentatur ab eo tex. qui nihil omnino facit; loquitur enim de clerico qui cum nulla infirmitate detineretur & prębendam haberet pinguem, alteram tenuem, vt frauderet expectantem à pingui, quam vnus Eccleſię eiuſdem clericus poſſidebat in mortis articulo conſtitutus, tenuẽ præbendam renuntiauit: reſpondit Roma. Ponti. dolum clerici renuntiantis expectanti non nocere: & hic verus illius cap. ſenſus eſt. non igitur illic renunciabat in mortis articulo conſtitutus, ſed ſanus alter Sacerdos. Rurſus & ſi vera foret traditio in ſpecie illius tex. fraus ex alijs colligebatur quemadmodum illius verba indicãt, veluti quia pręceſſiſſet comminatio aliqua de renuntiando dicto tenui beneficio. atq. ita illum tex. intelligit & declarat Salice. in authen. niſi rogati C. ad S. C. Trebelli. nu. 5. vbi Innocen. & alios refert canoniſtas; & aſſerit communem Panorm. in cap. in preſentia num. 46. de probatio. Mantl. tractat. de coniect. vltima. volun. lib. 10. tit. 4. num. 19.

36 Quarto † poſt Celſ. Menochi. comprobat authoritate Ioan. Andr. in ca. in pręſentia de probatio. exiſtimauit ingredientem monaſterium in mortis articulo vt ſubſtitutum excluderet à ſucceſſione, ideo non valere ingreſſum, quia in fraudem id factum ſit ſubſtituti. And. ſententiam ex Deci. in d. cap. in preſentia num. 56. communem dicit Ruin. citans. Alciat. reſpon. 616. num. 4. id idem in matrimonio dicendum: Addendi Tiraquel. tracta. de retract. contien. §. 3. glo. vnica. nu. 17. 18. Graſſ. de ſucceſſio. abinteſta. §. fidei commiſſum. queſt. 40. num. 4. vbi cõiecturas recenſet. Boe. deciſio. 354. Vincen. de Frãq. deciſ. 291. par. & his nõ citatis Spinus tract. de teſta gloſ. 15. num. 105.

37 Huic † argumento multipliciter reſponderi poteſt: In primis quod per ingreſſum monaſterij ſubſtitutus excludatur, quia habetur loco filij, & tanquã talis ingrediens nõ dicitur ſine liberis decedere tam anceps, & controuerſa eſt vt quę ſit communis, quæ verior, ſub iudice lis ſit. Qui tenent affirmatiuam

Digitized by Google

uam eam communem dicunt, qui negatiuam receptiorem. Hoc † vnum ſcio pro negatiua non excludi ſubſtitutum ſæpius fuiſſe
38 indicatum maximè quando ſubſtitutus eſſet deliberis Oſaſc. deciſio. Pedemonta. 126. poſt Boeri. deciſio. 354. Vincen. de Fran. deciſio. 29. 1. part. & Italiæ ſæpius idem indicatum teſtatur Caualca. deciſio. 1. num. 32. quia num. 1. illius deciſionis quę in tertia part. eſt latè, & diffuſè hunc articulum tractat. ſed ſi vera foret affirmatiua opinio excludi ſubſtitutum.

39 Reſpondetur † ſecundo intelligendam vt in mortis articulo conſtitutus ingrediendo monaſterium non ex eo ſolo quod ſit proximus morti in fraudem feciſſe ſubſtituti credendum, ideoque ingreſſus non teneat, quia & præter eam coniecturam alia requiritur ſcilicet comminatio præcedens de ingrediendo in illius fraudem, aut alia ſimilis, ſolius enim mortis inſtantis non ſufficit coniectura ex receptiori aduerſus Menoch. ſententia. Ruin. conſil. 78. numer. 8. lib. 3. Decius in d. cap. in præſentia num. 61. aſſerunt communem & veram Pariſi. conſil. 13. num. 67. 68. lib. 1. & Mantic. de coniectu. vltima. volunta. lib. 10. titul. 4. num. 26. Molin. qui alios tractat. de primogen. Hiſpanor. lib. 2. cap. 5. num. 28. 29. Peregrin. tractat. de fideicom. artic. 24. num. 59. verſic. verum tota difficultas, qui Rip. Gabriel. & alios refert D. dac. in Epito. ad 4.
40 2. part. cap. 8. §. 2. num. 10. Et † recte quia in dubio potius vt animæ conſulat quam vt ſubſtitutum excludat id feciſſe præſumendum Gozadi. conſil. 90. num. 5. Mantic. d. tit. 4. num. 18. ad finem Deci. Felin. & cæteri in d. cap. in præſentia.

41 Quintum † Celſi. & Menoch. argumentū ſumitur à traditione Ancharra. conſil. 421. reſpondit is, quod & ſi pater (quia actus eſt voluntatis) poſſit quandocunq; filium vel filiam emancipare, & ex filia nepotem attamen emancipatio facta in fraudem illius vel nepotis ex ea non valet, quod tunc maxime in fraudem factam cenſetur cum filia in extremis laborat Anna. conſil. 23. Caſtren. conſil. 339. lib. 2. Deci. conſil. 244. nu. 6. Celſ. Hug. d. conſil. num. 32.

Reſpondetur longe diuerſum caſum eſſe de eo qui matrimonium contrahit in mortis articulo, ab eo qui in d. argumentatione obiicitur, quam priori caſu moriens matrimonū contrahit quod in dubio vt animę magis cōſultat feciſſe cenſetur quam in fraudem alterius; ex his quæ modo ex Mantic. & alijs in ſuperiori argumento; At in caſu Ancharr. pater ſan⁹ & nulla detentus infirmitate emācipabat filiam in extremis agētem, quo caſu filiæ nihil poteſt de patris facto imputari, ideo non mirū ſi illius factum ſibi nō noceat.

42 Sexto † argumentatur Meno. à traditione Alex. in l. ſi filio. §. ſi vir in quinquennium ff. ſolut. matri. docuit, quod & ſi liberum ſit marito fundum dotalem ad quinquennium locare, ſi tamen in fraudem vxoris morientis id faciat locatio non valet: hanc eandem rationem Meno. à Celſ. vſurpauit d. conſ. & num. 32. ad medium Tiraq. de retrac. conuentio. §. 3. num. 19. gloſ. 1. qui idem ſcribit in Prælato locante res Eccleſię.

Argumentum hoc facile vt proximum tollitur, nam locatio fit ab eo qui ſanus eſt in fraudem vxoris infirmę, & in viuente magis quam morti proximo, qui ſuæ ſalutis immemor non cenſetur. l. ſi quis ingraui §. ſi quis moriens ad S. C. Sillania. & tex. inſignis in l. fina. C. ad l. Iuliam repetun. Non enim præſumendum vt tex. in d. ca. 1. de ſi. na. ex matrimo. ad morga. contrac. dixit quemquā in peccato viuere velle, aut mori, vnde vtriuſq. caſus diſpar ratio eſt.

43 Septimo † argumentatur Celſ. & Meno. à celebri & famigerata doctrina Angel. in l. ſed eſt quæſitum ff. de libe. & poſthu. ſcriptūreliquit, quod & ſi pater poſſit filium illegitimum legitimare nō tamē id poteſt quoties in fraudem facit alicuius, id tunc, inquit ille, contingit, quoties exiſtens in extremis cū concubina matrimonīū contrahit, in fraudem enim ſubſtituti facere cenſetur: ſequuti fuerūt Angel. doctrinā Ruin. conſ. 211. nu. 7. 8. lib. 1. & conſ. 46. n. 8. lib. 2. conſ. 163. nu. 7. lib. 3. Curt. iun. conſ. 26. n. 9. Tiraq. qui alios in l. ſi vnquā verbo ſuſceperit. liberos nu. 74. C. de reuocan. donatio. Alciat. reſpon. 616. n. 4. Cępha. qui multis, id ſequitur conſ. 239. n. 10. & 17. lib. 2. Addit idem Meno. nu. 22. verā eſſe Angel. traditionem ex ſimili Ioan. Andr. traditione in ca. tāta col. 2. ex. qui filij
44 ſunt legi. † dicētis, legitimationē factam per ſubſequēs matrimonium in mortis articulo, nullum primogenito in iure primogenituræ præiudiciū inferre jam legitime nato, vt ei alter ius auferat primogenituræ. Addiderim ipſe Meno. & Celſi. traditionibus alios non inutilibus rationibus eandē Angel. doctrinā ſequutos fuiſſe: & idē Angel. alibi in l. nuper n. 3. de natura. libe. idē cenſet cuius doctrinā mirabilem aſſerit licet de ea dubitet Felin. in d. cap. in præſentia n. 39. Alciat. conſ. 140. nu. 6. lib. 9. Cœpha. conſ. 176. nu. 30. Socin. in d. l. ſed eſt quæſitum, Roſell. tracta. de legitima. cap. de cauſa materia num. 41. idem Meno. conſ. 108. num. 21. lib. 2. Onde. conſ. 32. num. 45. qui alios.

45 Huic † argumēto reſpondetur Menochij Celſi. & aliorum traditionem veram non eſ-

F ſe, &

ſe, & receptiorem opinionem eſſe in contrarium, quod non ex ſolo matrimonij contractu in mortis articulo celebrato niſi aliæ extent coniecturæ fraus præſumitur, atque ideo valer etiam ad damnum ſubſtituti, quẽadmodum in reſponſione ad 4. argumentum animaduerti ex tradirione Molin. Manti. Peregrin. & aliorum: id ipſum latiſſimè probat & defendit idem Manti. d. tractat. de conie&tu. vltima. volunta. lib. 11. titu. 13. à num. 1. vbi & obiectis quibuſdam reſpondit poſt Didac. d. §. 2. num. 10. Ex his infertur non rectè cenſiſſe Pelay. noſtrum in tracta. de maiorati. Hiſpan. part. 2. quæſt. 1. num. 2.
46 qui † poſt Roderi. Suar. docuit legitimatum per ſubſequens matrimonium contractum in mortis articulo in maioratibus non ſuccedere ad excluſionem alterius vocati, qui traditione Angel. mouetur in d. l. ſed eſt quæſitũ. communiter improbata, & longe rectius alij docuerunt Hiſpanici ſcriptores cum communi; qualis Molin. in loco ſupra adducto Mencha. lib. 2. controuet. vſufreq. cap. 41. num. 5. Spin. qui alios tracta. de teſtam. glo. 15. num. 105. Didac. in 4. 2. part. cap. 8. Didac. de Caſtill. Ciſuen. Rojas, & alij ab eo relati num. 101. Neque obſtat Ioan. Andreę traditio, quam idem Menoch. in tuitio-
47 nem prædictę argumentationis adfert † qui in d. cap. tanta ſcripſerit legitimationem factam per ſubſequens matrimonium in mortis articulo in præiudicium nati poſt contractum matrimonij non valere quoad effectũ vt priori nato ante matrimonium primogenitura deferatur, quoniam & Ioan. Andre. opinio communiter reffellitur ab omnibus, quia ex ſequuto matrimonio vere legitimus efficitur. d. cap. tanta l. cum quis C. de natura. libe. & ideo excludet ſecundo genitum in primogenio; quemadmodum & de iure primogenituræ loquendo cenſit Felin. in cap. prudentiam num. 9. de offici. de leg. Ioan. Linci. tractar. de primogeni. lib. 1. quæſt. 14. num. 19. Tiraquel. tractar. de iure primogeni. quæſt. 34. num. 47. Doctiſſimus Gregor. Lop. in l. 2. titu. 15. part. 2. gloſ. *Sino el bijo mayor*. quem alter refert & ſequitur eruditiſſimus Molin. tractat. de primoge. Hiſpan. lib. 3. cap. 1. num. 5. & 6. idem Molin. eo. tractat. lib. 2. cap. 2. num. 23. & inaduertenter alioquin doctiſſimus Peregrin. d. tractat. de fideicom. artic. 24. num. 35. dixit communem fore ſententiam contrariam. ad quã Tiraquel. Tancre. Molin. & alios citat quoſdam, cum Molin. & quos ille refert contra-
48 riam tueantur. Nam Molin. num. 7. in † quo loco eum adducit, caſum mutat diuerſum, ſcilicet an legitimatus per ſubſequens matrimonium excludat legitimè natum cõſtante matrimonio quoties aliud matrimonium intermedium fuit, & non excludere in iure primogenituræ rectè cum communi ſcribit multos adducens; quanquam inter Hiſpanos ſcriptores maxima ſit controuerſia, aliſs affirmatiuam, cæteris negatiuam defendentibus, quos Molin. refert & præter eum Peralt. in rubr. de hæred. inſtituen. num. 122. Gregor. Lop. in l. 2. titu. 25. part. 2. verbo. *Sino el bijo mayor*, Aluarad. de coniectur. men. defunct. lib. 2. cap. 3. §. 2. num. 11. 12. Sed hæc quęſtio extra propoſitum tractatus eſt. niſi & in hac ſpecie matrimonium ſecundo contractum in mortis etiam articulo celebratum foret. nam eo caſu adhuc communis opinio ſuſtinenda eſt ex his rationibus quas Molin. & Peregrin. adferunt, & ex his quæ Didacus Couarruuias licet contrariam ibi defendat in Epito. ad 4. 2. part. cap. 8. §. 2. num. 28. qui communem.

49 Octauo argumentatur à conſil. Crauet. 82. num. 3. lib. 1. cum ſcribit permutationem beneficij factam in mortis articulo in fraudem patroni factam cenſeri, vt ei ius auferat præſentandi. Et tamen permutatio ſemper licita eſt. huic reſpondetur facilè in caſu & ſpecie Crauet. permutationem fuiſſe in fraudem patroni non ex eo ſolo quod in mortis articulo fieret, ſed quia permutabat moriens cum illius nepote quo caſu facilius vt ille probat, ratione coniunctionis præſumitur fraus: tum etiam quia beneficium quod moriens cum nepote permutabat erat altero pinguius, quibus concurrentibus rectè, & mihi videtur, cenſuit Crauet. permutationem in fraudem factam cenſeri.

50 Nono † argumentatur à traditione gloſæ in cap. de his de ſepultu. quam omnes ſequuntur: Et ſi pater poſſit vendere, alienare, & tranſportare bona ſua, atque hoc modo filios in conſequentiam legitimæ priuare; ſi tamen in fraudem eorum, nõ licet, fraus vero præſumitur quando morti proximus ſuſpectis perſona bona vendit. d. gloſ. in cap. de his. quam poſt cæteros ſequitur Couar. in cap. Raynun. de teſtam. §. 10. num. 9. verſic. quarto. eadem de teſtam. & alij multi quos conijecit idem Menochi. tractat. de recupera. poſſeſsi. remed. 9. num. 173. Reſpondetur verum non eſſe partem ex eo ſolo quod proximus ſit morti in fraudem filiorum alienare cenſeri, niſi concurrant aliæ coniecturæ qualis venditio facta ſuſpectis perſonis, aut alia ſimilis. vt Dida. d. loco docet & cæteri omnes. Nam vt dixi in principio huius cap. non dubium eſt poſſe quemlibet in mortis articulo cõtrahere: at cũ nulla ſubeſt

ſubeſt alienandi cauſa, fraus in alienatione
huiuſmodi in extremis facta præſumitur,
quia cum filijs communi voto parentum
hæreditas debeatur l. nam & ſi parentibus
ff. de inoffi. teſtam. l. ſcripto ff. vnde. libe-
ri, quando eis ſine cauſa adimitur, iniuria
irrogatur, & damnum infertur, in noſtra ve-
ro ſpecie, & ſi in ſubſtituti excluſionem in
conſequentiam fiat matrimonium, tamẽ nõ
51 in fraudem illius contractum præſumitur †
quia matrimonium contrahere ex ſui natu-
ra opus eſt meritorium, nam gratiam con-
fert, quia Sacramentum, & aſſerere contra-
rium hereſis foret cap. 7. & 8. ſeſsio. 7.
S. C. Tridentini iuncto cap. 1. eius ſeſsio.
& fraudis præſumptio ab hac omnino ex-
cluditur argum. l. merito cum alijs ff. pro ſo-
cio. excludit enim fortior præſumptio alte-
ram l. Diuus ff. de in. reſtitu. mino.
52 Decimo † adducit tex. in l. titius ff. ad
S. C. Trebell. & ſi hæres inſtitutus, & gra-
uatus reſtituere quod ſibi ſupererit, tem-
pore quo moreretur, poſsit fideicommiſsi
bona alienare propter facultatem à teſta-
tore conceſſam, illis verbis (*quod ſibi ſupe-
reret*) atqui bona hæc in fraudem ſubſtitu-
ti alienare ad libitum non poterit animo
euertendi fideicommiſſum, vt illic docent,
Caſtren. Cuma. Alexand. & alij; id ipſum
comprobat alijs rationibus, ibi Menoch. qui
Ruin. citat. conſil. 263. num. 4. lib. 3. Exi-
53 ſtimantem, † grauatum præſumi in euertio-
nem fideicommiſsi bona illius donaſſe, quo-
ties in extremis agens id fecit. Reſpondе-
tur tex. in d. l. titius potius noſtram tutari
opinionem; non enim diſtinguit tempus
mortis ab alio, ſed indiſtincte ſtatuit poſſe
grauatum quandocunque alienare, dum id
non faciat animo infringendi fideicommiſ-
ſum. Ruin. autem non ex ſolo inſtanti mor-
tis articulo mouetur, ſed quoties aliæ con-
currunt coniecturæ: atque ita expreſsim ſcri-
bit in ſpecie d. l. titius idem Menoch. lib.
præſumptio. 4. præſumptio. 188. num. 15. in
quo cap. ea, quæ ad intellectum d. l. perti-
nent adfert. Rurſus actus ille alienandi vt
ſupra tetigi nihil ad Deum aut meritum,
quemadmodum contractus matrimonij in
mortis articulo, quem ideo concelebraſſe
in facie Eccleſiæ credendum, vt animæ po-
tius conſulat, quam vt ſubſtitutum exclu-
dat: vt recte poſt alios a me ſupra relatos
docet Manti. d. lib. 11. titu. 13. à num. 12.
cum ſequent. Cætera vero argumenta, quæ
Menoch. adfert extra caſum quæſtionis ſunt,
non enim de moriente loquuntur, vt noſter
54 eſt caſus † videris lector optimè quam pe-
riculoſa ſit conſulentium merces; qui eo
ducũtur quo pecunia agit. Et quod niſi ſum-
mo animi mœrore dixerim, idem ipſe Me-
noch. contrarium docet expreſsim lib. præ-
ſump. 5. præſump. 5. num. 16.).
55 Rectius itaque † ſentiendum, huiuſmodi
legitimationem per contractum matrimo-
nij & ſi in extremis, ſubſtitutum excludere,
neque ex ſola inſtanti morte fraudis, aduer-
ſus eum coniecturam capi, primo; actus qui
ſe habere poteſt ad bonum, & ad malum, in
dubio bonus eſt iudicandus, ſiue exquiras ius
diuinum aut humanum ca. 2. ex. de reg. iur.
quem ſic egregie declarat Panormit. in cap.
1. nu. 7. de cleri. non reſi. & qui eum refert,
& multis illuſtrat ſimilibus idem Menoch.
tractat. de præſumpt. lib. 5. præſumptio. 2.
num. 6. vbi num. 1. pro regula ſtatuit, in du-
bio neminem delinquere, aut peccare præ-
ſumendum d. l. merito. l. item apud labeo-
nem §. ſi communem ff. de iur. iuran. quin
imo, illic inter cetera nu. 25. vt & in hoc tra-
ctatu animaduerti, ait præſumi in dubio po-
tius matrimonium clandeſtinum, quam adul
terium; ex traditione Bald. in l. quicunque
num. 24. C. de ſeru. fugi. Felin. in cap. 1.
num. 18. de præſcrip. cuius tamen, & alio-
rum traditio, vt hoc obiter animaduertam
iure nouo Concilij Tridentini antiquata eſt:
56 nã † hodie cum clãdeſtina matrimonia fue-
rint abolita, & in adulterio viuat, qui aduer-
ſus Sacri Concilij decretum contrahit ma-
trimonium hoc iure clandeſtinum præſu-
mi nequit, vt vitemus peccati ſuſpitio-
nem: antiquitus autem cum valerent, ideo
clandeſtinum potius, quam adulterium cre-
debatur.
57 Secundo † quia & votum emiſſum in vl-
timo vitæ ſpiritu obligat. cap. ſicut in 2. de
regu. cap. litteraturam ex. de vo. & voti. re-
58 demp. Tertio † non eſt præſumendum in
fraudem quemquam id facere, qui ſuo
iure, cum aliquid facit, vtitur, l. nullus
de reg. iur. l. nemo. C. de Iude. Menoch.
lib. 4. præſump. præſump. 188. num. 15. & ſi
59 † in conſequentiam tertio præiudicium in-
feratur. l. fluminum §. fin. ff. de dam. infect.
vbi glo. & alij & latiſſimè idem Menoch. ex
60 Crauet. & alijs d. conſ. n. 55. 56. Quarto † &
hæc me vltra alias ratio plurimũ mouit, quia
cenſetur teſtator in dubio conformare volũ-
tatem ſuam cum diſpoſitione legis l. ſi duo
vbi Bal. & Caſtren. num. 2. ff. de acquir. hæ-
redita. Bart. in l. vt iuris iurandi ff. de ope.
liberto. Rebuff. in l. vni. in verbo proferun-
tur num. 21. C. de ſenten. quæ pro eo quod
in te. prof. Iaſ. in l. cum filiofamilias nu. 38.
de leg. 1. Alciat. de præſump. regu. 3. præ-
ſump. 37. à num. 1. cum ſequent. Affliet. de-
ciſio. 44. num. 2. latius poſt Alexan. Rip. &
alios ibi Zanc. in l. hæredes mei §. cum ita

num.1119.& num.1139.ad S. C. Trebelli.
Tiraquel.in l.ſi vnquam vet.ſuſceperit libe-
ros num.101.C. de reuo. donatio. Alexan.
conſil.4. num. 12. lib.4. Cępha.conſil.105.
num.13.& ſeq. Manti.qui & alios de conie-
ctu.vltima.volunta.lib.6. tit.6.num.8. cum
alijs: Et nedum cum diſpoſitione legis, ſed
etiam & legum municipalium loci. Corne.
conſil.1.num.28. in 4.conſil. 202.num.11.
lib.3.Peregrin.de fideicom. artic.25. num.
41.poſt alios in d.§.cum ita ita ſit,vt cũ legis
permiſſione,poſſit moriens iure vxorem du-
cere concubinam, atque hoc modo filios le-
gitimare d. cap. tanta & d. l.nuper vbi mo-
riens matrimonium contrahit, nihil contrà
teſtatoris mentem moliri videtur,nec etiam
ſubſtitutum aduerſus illius voluntatem ex-
cludere, qui ſi de hoc ipſo caſu à l. permiſſo
cogitaſſet, idem diſpoſuiſſet.

Et licet Menoch. d. conſil. 126. num.86.
ad medium verſic.quintus caſus, in eandem
incidat opinionem, quod huiuſmodi ma-
trimonium non valet in præiudicium ſubſ-
tituti, & eam receptiorem dicat, fallitur
tamen quemadmodum ex Manti.Molin.Di-
da.& cæteris ſupra oſtendi.

Et licet obiectis quibuſdam reſpondeat,
& caſus aliquos conſideret, ſeipſum ſuo iu-
gulat gladio, qui num. 129. fortiſſimæ in-
nitens rationi ait quod & ſi fraus, & do-
lus non præſumatur in eo, qui ſuo iure vti-
tur, id intelligit cum alijs, quoties is, qui
actum gerit, ex eo commodum percipere
poteſt, ſecus ſi nullum, nam tunc animo no-
cendi fuiſſe pręſumitur ex li. Ray. Salice.
& alijs in l. altius C. de ſeruitu. Alciat. de
pręſumptio. regu.3. pręſumptio.23.num.1.
cum alijs per eundem ibi coaceruatis. cum
igitur moriens, & matrimonium cum con-
cubina contrahens, nedum animę commo-
dum ſentiat vt ſupra animaduerti ſed cor-
61 poris, propter † tria quæ à matrimonio bo-
na oriuntur fides, proles, Sacramentum cap.
omne. 27. quęſtio. 2. cap. ſicut 32. quęſtio.
1. actus hic in ſubſtituti fraudem celebra-
tus non dicetur. Nec dixerit quiſpiam pro-
lis bonum in moriente deficere, nam nuſ-
quam de ſalute deſperandum, & ſufficit ſi
habitu proles dari poſſit, quemadmodum
eruditiſſimus Manti. docet d.lib.11. tit.12.
num. 2.3. Mencha. lib. 3. qq. vſufrequen.
cap. 41. num. 4. & 5. Spin. dict. tractat. de
teſtam.gloſ.15.& antea Dida. d. §.2.nu.10.
11.d.num. 95. vſq. ad nu.105.Sarmien.li.1.
Selec.ca.7.nu.5.

62 Declaratur † ſecundo, & ſi pater mo-
riens comminatus fuiſſet ſe in fraudem ſub-
ſtituti ducturum vxorem ad legitimandos
filios; & eum excludendum, quo caſu ad
coniecturas recurrendum non eſt, cum idem
ipſe id affirmauerit. Scio in hac controuer-
tia communem eſſe ſententiam ſubſtitutum
non excludi, quod aperte de dolo & fraude
conſtet, Et licet filij legitimentur quoad
alia quidem minime, ſcilicet excluſionem
ſubſtituti, cui dolus matrimonium contra-
hentis nocere non debet: id multis oſten-
dit rationibus Gom. in l. 9. Tau. num. 58.
59. Molin. qui pleroſque cumulat de Hiſ-
panor. primog. lib. 2. capit.5. num. 27. qui
63 communem & num.28. idem † fore ſcribit
in matrimonio ſpirituali, quoties in frau-
dem ſubſtituti inſtitutus religionem ingre-
deretur, de quo ſupra dixi. eandem ſenten-
tiam non relatus à Molin. receptiſſimam aſ-
ſerit Mantic. tractat. de coniectur. vltima.
volunta. lib.10.titu.4.num.19. ad fin. ſcili-
cet ingreſſum non valere religionis, quoad
pręiudicium illius.

64 Similiter † nõ excludi ſubſtitutum prop-
ter matrimonium in articulo mortis frau-
de contractum idem lib.11. titu.13.num.6.
vbi ſcriptum reliquit, nullum caſum hanc du-
bitationem continere Pelay. de maio. Hiſ-
pa.par.2.quæſtio.1.num.1.& 2.Grego. Lop.
in l.1.gloſa magna titu. 13. part.4. eandem
ex multis reperit. receptiſsimam Mencha.
lib.3. quęſtio.vſufreq. cap. 41. num.5. licet
is inibi contrariam tueatur. Peregrin.tracta.
de fideicom. arti. 24. num. 59. ad medium
Spin. extremo communem dicit de teſtam.
gloſ.15.num.106.ad medium. Contrariam
ſententiam quod & ſi de fraude conſtet ex-
preſsim, adhuc ſubſtitut9 excludatur, tenuere
aliqui ex Hiſpanicis etiam interpretibus,
quales Mencha.d.ca.41. Sarmien. & alij ex
Itallis per Spin.relati d.glo.15.n.108. qui ta-
mẽ incaute Gom.& Did. eius ſentẽtię citat,
qui non de hoc caſu, vbi expreſsim cõtrahẽs
matrimoniũ ſe in fraudẽ facere ſubſtituti aſ-
ſerit, ſed in alio caſu ſupra agitato, an ex ſo-
lá mortis inſtantis coniectura fraus præſu-
matur, loquuntur, qui etiam Spinus inaduer-
tenter cõmunẽ aſſerit hãc extremã ſentẽtiã,
cũ nec Gom. nec Mencha. quos refert, id di-
cant, imo totum contrarium vt modo dixi.

65 Mouentur † hi multis rationibus: primo
quia & ſi id feciſſe fuerit aliquãdo cõminat9,
tñ in morte cõtrahere nõ præſumitur (vt pec
cati pręſumptione vitemus) occaſione prio-
ris comminationis, ſed quia ita illius æternę
ſaluti expedit. argu. tex. in cap.1. de fili.nat.
66 ex matri. ad mor. contrac. Addo † ipſe ne-
minem tam ſupinum præſumi, qui æternę ſa-
lutis immemor eſſe credatur. l.fin.C.ad l.iu-
liam repetun.cap. ſancimus.1. quæſt.7. cap.
literas de pręſump. cap. ſignificauit de ho-
mici. Alciat. de præſump. regu.3. præſump.
4.Menoch.

.4. Menoch. de præſump. lib. 5. præſum. 5. n. 1.
vbi ſcribit, multo magis id procedere in eo
qui moritur ſumptis ſacris Eccleſiæ ſacramẽ-
tis, confeſſione, Eccleſiaſtica, & extrema vn-
ctione, ita enim argumentatur Pariſi. conſ.
51. 13. num. 67. lib. 1. poſt Hoſtien. & alios
ſequitur Menoch. conſ. 227. num. 65. lib. 3.
nec præſumitur mentiri Surd. deciſio. 135.
67 num. 11. Sed † hæc ratio facile tollitur nam
vbi de tertij præiudicio agitur vt in hac ſpe-
cie, non præſumitur pro moriente ex tradi-
tio. Bart. in l. ſi quis in graui §. 1. vbi & Igne,
ff. ad S.C. Silla. ideo ſcribit Bal. in ca. 1. ver-
bo vaſſalli de pace. conſt. quod non quilibet
moriens præſumitur Sanctus Ioan. Baptiſt. &
Bart. traditionem ſequuntur omnes Alexan.
in l. ſciendum num. 15. de verbo. oblig. Mar-
ſil. qui alios in rubr. de fideiuſ. num. 75. Al-
ciat. de regu. 3. præſump. 4. num. 2. ad me-
dium Gabri. in communi lib. 7. titu. de cri-
mi. cau. concluſ. 32. num. 2. & 7. & qui alios
eiuſdem opinionis Menoch. d. præſumpt. 5.
num. 18. 19. qui & num. 20. docet idem eſſe
quoties aliqua fraudis ſuſpitio militat cõtra
morientem: ſequitur & Surd. d. deciſio. 135.
num. 16.

68 Secundo † aiunt neminem qui ſuo vtitur
iure alteri iniuriam irrogare l. nemo damnũ
de reg. iur. atq. hinc poteſt debitor cui lega-
tum fuit relictum id repudiare, & ſi in frau-
dem creditorum faciat l. qui autem & §. 1.
ff. quæ in frau. creditõ. idemq. eſſe quoties li-
bertus in fraudem patroni id facit l. 1. §. vtrũ
ff. ſi quid in frau. patro. vnde & ſi ob contra-
ctum matrimonij, læſio ſubſtituto contingat
69 conſideranda non eſt, † cum propoſitum po-
tius & intentio primaria morientis ſit con-
trahere matrimonium, & filios legitimare
quæ attendi debet l. ſi quis nec cauſam de
reb. credi. ob ex fortiſſimus eſt, cui & regula
d. l. fluminum §. fina. ff. de dam. infec. adiungi
poteſt licet enim in parte ſuperiori ædifica-
re molendinũ & ſi inferiori noceat Iaſſ. in l.
quo minus nu. 33. ff. de flumi. Ripa. num. 29.
Meno. d. conſ. num. 56. 57.

70 Reſpondetur † tex. in d. l. qui autẽ & §. 1.
quæ in frau. credi. non obeſſe; nam ideo ibi
creditores nequeũt efficere vt legatarius le-
gatum acceptum faciat, quia edictum illud
ad eos tantum debitores pertinet, qui ſua
dolo amittũt nõ ad eos qui lucra nõ capiũt:
ſic expreſſim tex. ille in verbis: Pertinet
enim hoc edictum ad diminuentes patrimo-
nium ſuum, non ad eos qui id agunt ne locu-
pletentur. Eodem modo ſoluitur obiectio
d. l. 1. §. vtrum. ff. ſi quid in fraudem Patro-
71 ni. vt idem tex. dixit. Neque † facit regul.
d. l. fluminum §. fin. nam illius l. diſpoſitio
multis ſolet modis à noſtratibus interpre-
tari, primo niſi id fiat principaliter in alte-
rius æmulationem, & detrimentum, quem-
admodum in themate caſus de quo agi-
tur contingit: ita declarant poſt Bart. in d.
l. quo minus. Iaſſ. & Rip. in locis nunc me-
moratis Menoch. d. conſil. 226. num. 85. 86.
& num. 124. vbi & alijs tribus modis §. hunc
interpretatur qui omnes huic caſui adiungi
poſſunt.

Rurſus leuiſſima quædam adferunt quæ
nec relatu digna. videntur; mihi vero ma-
gis facit aduerſus Menoch. & alios hæc ra-
tio cuius immemores fuere illi quos ſupra
adduxi & quorum ſequor ſententiam: poſſe
ſecluſa fraude & dolo morientem matrimo-
nium contrahere & hoc modo filios legiti-
mare, & ſubſtitutum excludere: fraude adhi-
bita minime: quia nequeat fraus morien-
tis tertio ſubſtituto nocere; ſi itaque hanc
admitimus in ſubſtituti fauorem rationem,
quare non eandem in fauorem filiorum ad-
72 mitemus? † fraus enim, & patris dolus, fi-
lijs qui matrimonio ſacro legitimi efficiun-
tur obeſſe non debet, vt ab ea hæreditate
excludantur, a qua niſi dolus patris aſtoret,
73 minime excluderentur. non † enim debet
filius patris iniquitatem portare, neque ex
patris damnari peccato. rubri. cap. ne fili.
pro pat. l. ſi quis in ſuo. §. legis veteris C.
de Ino. teſta. Rurſus vt ſupra animaduerti,
præſumendum in dubio teſtatorem vel diſ-
ponentem voluntatem ſuam cum iuris diſ-
74 poſitione conformare voluiſſe. Ius † autem
licitum eſſe voluit poſſe quamuis in mortis
etiam articulo, & ſi cum concubina matri-
monium contrahere, & licet dolus det cau-
ſam matrimonio vel in eum incidat ſuſtine-
tur vt & ſupra ex Didac. & alijs docui, ſe-
quitur filios quoad omnia legitimari con-
tracto matrimonio, etiam ad ſubſtituti ex-
cluſionem; Quoniam ex veriſſimili teſtato-
ris voluntate, ſi de liberis etiam hoc modo
procreatis cogitaſſet, idem ſtatuiſſet, iuxta
gloſ. ab omnibus receptam in l. tale pactum
§. fina. in gloſ. fina. ff. de pact. quæ in om-
nibus diſpoſitionibus locum habet Iaſſ. ibi
num. 16.

75 Tertio, † quia ius illud quod ſubſtituto
competit non tam radicatum eſt quin magis
quærendum quam quæſitum dici poſſit viuẽ-
te adhuc morituro, quamdiu igitur viuit, ſo-
la innititur ſpei vocatus, quæ viuente, & illo
legitimos liberos procreãte tollitur omni-
no. argu. l. 1. §. filio ff. ad S.C. Tertuli. l. 2. §. 1.
eo. l. fin. ff. de ſentẽtiã paſſ. & reſti. & quæ la-
tius & ſubtiliter de more noſter Fortun. in l.
gallus §. & quid ſi tantũ n. 149. ff. de libe. &
poſthu. matrimonium vero & ſi in proximo
mortis articulo cõtrahatur dum ſanè ſit mẽ-

 tis,

tis, & integri iudicij contrahens, non poſt mortem vel in morte, ſed viuendo cenſetur
76 contractum, † quia viuentes morimur, quemadmodum & ſi ad aliud inſtitutum ſcribit eleganter Meno. lib. præſum. 6. præſum. 94. nu. 1. Atq. his in hanc ſententiam libenter cõſcendo. Verum ſi quiſpiam has vellit cõciliare opiniones ſic diſtinguat. Aut is qui contrahit matrimonium in mortis articulo in eo ipſo inſtanti, quo contrahit, aut parum ante expreſſim dixit, ſe in fraudem matrimonium ſubſtituti celebrare, aut multo ante ipſum contractum matrimonij tempore quo ſan' erat, priore caſu, nõ excludetur ſubſtitutus, quoniã coniecturę illę, quæ pro moriente adferuntur, quod non pręſumatur in peccato mori velle, aut aliũ decipere, ceſſant quia in claris ſumus l. ille aut ille §. cũ in verbis de leg. 3. cũ alijs coniectis per Surd. deciſio. 210. à n. 1.

77 Et † credendũ eundem in eadem mori voluntate, quia mutata non cenſetur l. cum hic ſtatus. §. pœnitentiam ff. de donatio. in vi. & vxo. l. cũ qui ff. de proba. l. lucius 1. de leg. 2. cap. 1. vbi glo. in verbo non timore ex. quod met. cau. ſequet. Maſcar. qui multos tract. de probatio. conclu. 1416. à nu. 1. ornat multis Meno. tracta. de pręſum. lib. 6. præſum. 37. à n. 1. Oſaſ. deciſ. Pedemon. 50. n. 13. Mãt. de coniectu. vltima. volunta. lib. 5. titu. 15. nu. 6. Surd. deciſ. 288. n. 36. & deciſ. 71. nu. 12. deciſ. 111. n. 5. aut multo ante inſtantem mortem tempore id fuerat comminatus, & eo caſu ſubſtitutus excludetur, non enim illi fraudem illius propter comminationem precedentem matrimoniũ contraxiſſe pręſumitur, ſed vt ſuæ magis ęternæ conſultat ſaluti.

78 Nam † & ſi ſciam omnes à me citatos authores, docere mutationem volũtatis ex lõgo licet interuallo temporis, nõ præſumi, extra caſum tamen loquitur noſtrum, in quo de ſalute agitur animæ, & voluntas ne morientem in alterius fraudem quidquam facere dicamus, mutata pręſumetur: nã pręſumptionẽ illam integræ voluntatis à lege inductam,
79 † hæc quę in meliorem partem agit fauore animæ alterã ſuperat; præcipuè quoties hoc caſu (vt ſæpius accidit) cõcubina vilis, & pauperrima foret ca. inter opera de ſponſa. argu. eorum, quæ ſupra verſic. primo quia & ſi cum his qui inibi ab Alciat. Meno. & alijs adduxi. Quę & ſi noua ſint pręter alios declarata, vera tamen ſunt pia, & cum Chriſtiana pietate conimcta.

80 Tertio † declaratur, vt & ſi antiquitus filij ex clandeſtino matrimonio nati, quando aliud adetat impedimentum, ſiue illi ſciuiſſent vel ignoraſſent, illegitimi eſſent; quoniã ſic contrahendo coniuges affectaſſe ignorantiam viderentur cap. cum inhibitio §. ſi quis vero vbi gloſ. Gemi. Fran. Anchar. & cæteri de clandeſt. de ſponſa. in 6. Panormit. & alij molti relati per Didat. in Epito. de ſponſa. 2. par. cap. 6. nu. 12. qui idem erudite proſequitur quemadmodum & Bald. antea conſil.
81 441. col. fina. qui † ſcriptum relinquit ex clãdeſtinitate matrimonij dolum contrahentiũ argui & præſumi ſciuiſſe impedimentum, & qui alios Anton. Gabri. in commu. titu. de
82 legitima. concluſ. 4. num. 17. hodie † cum clandeſtina fuerint matrimonia ſublata, & nullo caſu ex his ſuſcepta proles legitima ſit, legitimari poterit per ſubſequens matrimonium in facie Eccleſię, iuxta Sacri Concilij decreta contrahendum, dum aliud non ſubſiſtat impedimentum, ſic declarat Peregrin. tractat. de fideicom. arti. 24. num. 74. ad finem, qui nullam reddit rationem, quæ tamen ſæpius refricabitur in poſtea dicendis, quia inhabilitas illa ad ſic contrahendum inducta per Sacrum Concilium ceſſat, vbi poſt palam obſeruata forma contrahunt.

SVMMARIVM.

1 *Matrimonium iuris gentium contractus.*
2 *Naturalis obligatio dupliciter conſideratur.*
3 *Naturalis obligatio qua benefacientibus benefacere cogimur.*
4 *Obligatio antidoralis in firmior illa, quæ procedit ex conſenſu.*
5 *Obligatio naturalis ex conſenſu oritur.*
6 *Obligatio ciuilis & naturalis oritur ex contractibus omnibus à iure approbatis.*
7 *Obligatio naturalis an oriatur ex contractu à lege reprobato.*
8 *Obligatio naturalis ſola ſufficit in foro conſcientiæ.*
9 *Obligatio naturalis ex qualibet & ſi nuda conuentione oritur.*
10 *Hæres inſtitutus in minus ſolemni teſtamento, an in foro conſcientiæ teneatur.*
11 *Obligatio naturalis an oriatur ex cõtractu, cui lex expreſſim reſiſtit.*
12 *Vſuræ indebitæ ſolutæ repetuntur, quando lege prohibente fuerunt in pactum deductæ.*
13 *Obligationi omni accedere fideiuſſor poteſt.*
14 *Obligatio naturalis de iure gentium.*
15 *Obligatio naturalis non oritur ex contractu, quoties perſonæ prohibitæ ſunt contrahere ſecundum Bart. opinionem.*
16 *Obligatio naturalis oritur ex contractu, etiam ſi perſonæ fuerint prohibitæ aduerſus Bart.*
17 *Conſenſus vbi adeſt, ibi illico naturalis obligatio oritur.*
18 *Conſenſus dicitur quid facti.*
19 *Conſenſus qui in facto conſiſtit, iure ciuili tolli non poteſt.*

Pactum

20 Pactum nudum obligat in foro conſcientiæ ratione conſenſus.
21 Serui naturaliter obligantur in cōtractibus.
22 Stipulatio alteri facta licet inutilis de iure ciuili, obligat naturaliter.
23 Pupillus abſq. tutoris authoritate contrahens naturaliter obligatur.
24 Bartoli opinio communiter improbatur, diſtinguentis prohibitionem perſonarum, & contractuum.
25 Obligatio naturalis oritur etiā lege reſiſtente ſecundum Iaſ. licet effectus impediantur.
26 Prætor licet nequeat iuris ciuilis diſpoſitionem tollere, poteſt tamen illius effectus ſuſpendere.
27 Effectus facilius impediuntur quam tolluntur.
28 Prohibitio legis habens cauſam mixtam cum iure naturali, impedit ortum naturalis obligationis.
29 Obligatio naturalis non oritur tunc cum lex reſiſtit propter imbecillitatem vel deffectū conſenſus.
30 Obligatio naturalis tunc non oritur, cum prohibitio legis iuri diuino vel naturali innititur.
31 Obligatio naturalis nunquam oritur ex contractu a lege reprobato, vbi lex iuſta eſt.
32 Actus aduerſus legem factus nullus, neq. oritur ciuilis aut naturalis obligatio.
33 Obligatio naturalis non oritur ex contractu, qui legi diuinæ vel naturali aduerſatur.
34 Naturaliter debitum in foro animæ debetur.
35 Actus ſine ſolemnitate legis factus obligat in foro conſcientiæ.
36 Ratio legis vbi ceſſat in caſu particulari, non ceſſat ipſa lex.
37 Obligatio naturalis non oritur ex minus ſolēni teſtamento ſecundum Dida.
38 Obligatio naturalis ex contractu inito per filium in hoc regno, an oriatur inſcio patre, & quæ vtilitas.
39 Nouiſſimi cuiuſdam opinio reiecta.
40 Lex iuſta aduerſus deprauatos vſus, impedit ortum naturalis obligationis.
41 Leges & ſtatuta aduerſus fraudes condita, iuſta cenſentur.
42 Leges obuiantes contractibus filiorum iuſtæ.
43 Karandæ frauis ... multa ſtatuta fuere in iure noſtro.
44 Leges fraudibus obuiantes, publicam cauſam habere dicuntur.
45 Conſtitutiones huius regni prohibentes filios familias contrahere non poſſe ſine conſenſu parentum declarantur.
46 Filijfamilias contrahendo aduerſus ſtatuta, mortaliter non peccant.
47 Mulier contrahens ſine conſenſu mariti aduerſus prohibitionem ſtatuti, non obligatur naturaliter.
48 Mulier contrahens etiam cum iuramento non obligatur.
49 Conſtitutiones huius regni volentes contrahētes cum filijsfamilias audiri non debere, declarantur.
50 Conſtitutiones huius regni volentes contrahētes cum filijsfamilias non debere audiri, impediunt ortum naturalis obligationis.
51 Conſtitutiones diſponentes contractibus certis, nullam fidem adhiberi debere, ortum naturalis obligationis impediunt.
52 Fideiuſſor acceptus in contractu nullo minime tenetur.
53 Fideiuſſor in terminis ſtatuti prohibentis contractum filijsfamilias, an accedere poſſit contractui.
54 Cōtractus principalis licet irritetur, non tamē acceſſorius fideiuſſoris.
55 Fideiuſſoria accepta in contractu filijfamilias obligatio, an teneat diſtinctio quorundam adſertur.
56 Fideiuſſor accedere poteſt contractui reprobato, quoties ſe principalem conſtituit debitorem.
57 Garantia practica obligationis fideiuſſoria illius, qui pro minore, aut muliere intercedit.
58 Fideiuſſor accedere poteſt contractui filiorum familias cum iuramento.
59 Contractus filiorum familias in caſu conſtitutionū regiarum nō firmarūt iuramenta.
60 Leges municipales prohibentes iuramenta non valent.
61 Didaci opinio aduerſus communem.
62 Conſtitutiones huius regni, prohibere poſſunt iuramenta aduerſus communem ſententiam & quare.
63 Leges & conſtitutiones non a ſolo Rege in hoc regno feruntur, ſed & ſimul totius regni voto, & nedum laycarum perſonarum, ſed & Prælatorum omnium Epiſcoporum & Abbatum.
64 Scientia & tollerantia Romani Pontificis, vim diſpenſationis habet.
65 Conſuetudine inducta mixtim a laicis, & clericis ſtatui aliqua poſſunt quæ a ſolis laicis non poſſent.
66 Diſpoſitio tex. in authen. ſacramenta puberum C. ſi aduer. vendi. & diſpoſitio tex. in cap. debitores de iur. iuran. in Gallia ſublata.
67 Conſtitutio regia huius regni, per foragitar fraus, id eſt, ad excludendas fraudes ſub tit. de promiſſi. dot. declarata.
68 Renunciationes quæ fiunt in capitulis matrimonialibus, & ſi firmata iuramento, in hoc regno nulla ſunt.
69 Statutum irritans contractus tanquam fraudulentos, iuramento non firmantur.

70 *Statuta fraudibus obuiantia, publicam cauſam continere dicuntur.*

71 *Contractus iuratus cui alias in vim ſtatuti nulla fides adhibetur; non firmatur iuramento.*

72 *Contractus in tertij præiudicium nõ firmatur iuramento.*

73 *Nouiſſimi traditio declaratur.*

74 *Leges & ſtatuta, contractus iuratos non comprehendunt.*

75 *Contractus aduerſus formam à lege præſcriptam celebratus iuramento non validatur.*

76 *Lex vel conſtitutio iuramentum excludens, ſi tamen appoſitum fuit in contractu ſuſtinetur, & agi non poteſt ex eo.*

77 *Leges & ſtatuta per Rom. Pontificem confirmata, non cenſentur confirmata illa quæ iuramento derogant.*

78 *Leges vel ſtatuta quæ iuramentum excludunt in contractibus vbi appoſitum eſt poſſunt adiri iudices Eccleſiaſtici pro illius obſeruantia.*

79 *Regulæ quæ obſeruandæ in contractibus iuratis, vbi iuramentum excluditur.*

80 *Contractus a lege vel ſtatuto improbatus non valet.*

81 *Iuramentum à filijs vel mulieribus interpoſitum obſeruandum.*

82 *Iuramento interpoſito a filijsfamilias vel mulieribus in contractibus vetitis, licet ad illius obſeruantiam teneantur, poſſunt tamen petere abſolutionem à iuramento.*

83 *Iurans in contractu & ſi nullo, non debet propria authoritate iuramento contrauenire.*

84 *Abſolutioni iuramenti iuſtam cauſam præbet annullatio contractus.*

85 *Ratio nouiſſimi ſublata.*

86 *Statutum fidem inſtrumenti annullans, iuramentum etiam in cõtractu interpoſitum infringere cenſetur.*

87 *Statutis vel legibus principum, vis iuramenti ſuſpendi non poteſt.*

88 *Leges Caſtellæ impedientes interpoſitionem iuramenti, qualiter intelligantur.*

89 *Conſtitutio regia huius regni declaratur, vt cõtractus iuratus non comprehendat.*

90 *Iuramentum non ſuplet probationis deffectũ.*

91 *Iuramentum non confirmat contractus vergẽtes in tertij præiudicium.*

92 *Iuramentum in tertij præiudicium non operatur, quoties damnum infertur tertio in iure quæſito vel quærendo.*

93 *Deciſio. Vincen. de Fran. 205. prima pars declaratur.*

94 *Iuramentum interpoſitum in contractu cui dolus dedit cauſam, vel incidit in ipſum, obſeruandum eſt, niſi dolus abſorberet conſenſum iurantis.*

95 *Statutum vel lex municipalis annullans contractus in fraudem factos, interpoſito iuramento ſuſtinentur, & quomodo intelligatur.*

96 *Opinio nouiſſimi reprobata.*

97 *Cap. 1. ſeſſionis 24. de reform. matrimo. S.C. Triden. declaratur.*

98 *Obligatio naturalis, lege nulla ciuili tolli poteſt.*

99 *Ius diuinum & naturale ſocij ſunt.*

100 *Lex naturalis æternæ legis ſymbolum.*

101 *Lex diuina in lumine naturalis rationis ſtabilitur.*

102 *Lex canonica efficere nequit vt inhabiles poſſint teſtari.*

103 *Iura naturalia diſpenſationes non agnoſcunt.*

104 *Matrimonia iure diuino & naturali interdicta, Papa licita facere nequit.*

105 *Gradus prohibiti de iure diuino, prohibiti etiã ſunt de iure naturali.*

106 *Papa efficere non poteſt, vt ſit ſacramentum, vbi deficiunt ea quæ ſunt de ſubſtantia & eſſentia Sacramenti.*

107 *Matrimonium contractum aduerſus interdictum Eccleſiæ ratione cõſenſus valebat antiquitus, dum interdictum perpetuam prohibitionem non contineret.*

108 *Matrimonia clandeſtina valebant antiquitus, & oriebatur ex cõſenſu obligatio naturalis.*

109 *Papa in Eccleſia Sacramentis poteſtatem diſpenſandi non habet vel ſtatuendi; & qualiter intelligatur.*

110 *Lege humana homines interdici poſſunt ne contrahant.*

111 *Matrimonium contrahere homines ex cauſa interdici poſſunt, & quomodo.*

112 *Matrimonium maris & fœminæ coniunctio.*

113 *Copula ea tantum hominibus licita, quæ iure & ratione ſubſiſtit.*

114 *Matrimonij contractus quibuſdam perſonis iure ciuili interdictus.*

115 *Lex canonica ex cauſa interdicere poteſt certis perſonis ne contrahant matrimonium.*

116 *Contrahentes matrimonium ſpreta ſolemnitate canonica, mortaliter peccant, & nullum eſt matrimonium.*

117 *Lex ciuilis vt ſæpius certas perſonas ſtatuit ne contrahere poſſent, ſic lex canonica in matrimonijs.*

118 *Matrimonium quatenus contractus, ſubijcitur legibus ſuperiorum.*

119 *Lex canonica conſenſum contrahentium inualidum matrimonium declarare poteſt.*

120 *Papa ex cauſa ius diuinum, & naturale declarat.*

121 *Leges humanæ iuſtæ à iure naturali conſuſo deriuantur.*

122 *Diſpenſationis nomen qualiter ſit interpretandum.*

123 *Matrimonium perfectum non tamen copula carnali conſumatum, poteſt per Papã diſſolui.*

Papa

124 *Papa ex cauſa diſpenſare poteſt vt monachus matrimonium contrahat.*

125 *Papa poteſt impedimenta inducere ex cauſa, propter quæ matrimonium diſſoluatur.*

126 *Papam poſſe conſtituere impedimenta matrimonium dirimentia, diffinitum fuit in S. C. Tridentino.*

127 *Cap. 1. de refor. matrimo. ſeſſio. 24. S. C. Tridentini declaratur.*

128 *Obligatio naturalis nulla oritur ex conſenſu præſtito in matrimonio clandeſtino.*

129 *Obligatio naturalis nulla oritur ex illicito contractu.*

130 *Matrimonium nullum in foro interiori, & in foro exteriori.*

131 *Matrimonium nulliter contractum aduerſus decretum S. C. Trident. propria authoritate diſſolui poteſt.*

132 *Matrimonium contractum aduerſus decretũ C. Tridentinum diſſolui non poteſt propria authoritate quando inde graue ſcandalum orietur.*

133 *Matrimonium vi contractum & ſi nullum, authoritate tamen Eccleſiæ diſſolui debet.*

134 *Cauſa irritandi matrimonia, perpetua eſſe debet non temporalis.*

135 *Promittens alicui mulieri præcipuè virgini ſe eam ducturum in vxorem, tenetur etiam hodierno iure promiſſionem adimplere, maxime interueniente copula carnali.*

136 *Deflorans virginem decipiens eam, tenetur ipſam in vxorem ducere.*

137 *Matrimonium contrahens mulier aduerſus S. C. Triden. decretum, & ſi deflorata fuerit a viro, non tenetur vir ſibi ad aliquid in foro conſcientiæ.*

138 *Deflorans virginem vbi defloratio nota eſt parentibus virginis, poſſunt parentes aduerſus deflorantem agere ad dotem, & quomodo intelligatur.*

139 *Matrimonii inuitis parentibus contrahi pot.*

140 *Vir virgini non ſeductæ nec maximis pretijs vel pretio conſentienti, non tenetur ad dotem.*

141 *Pater filiam dotare tenetur, nedum cum ipſa dotem promiſit, ſed etiam quando ſine dotis promiſſione matrimonium contraxit.*

142 *Pater tenetur dotare filiam quæ virum indignum accepit.*

143 *Authoris opinio exiſtimantis teneri virũ dotare virginem, cum qua clandeſtinum contraxit matrimonium.*

144 *Concilium Tridentinum non aufert ius parentibus competẽs propter deflorationẽ virginis.*

145 *Dotatio virginis prodeſt quoad eum qui virginem non ſeduxit.*

146 *Statuta & leges regni ſpaniæ filios contrahentes ſine conſenſu parentũ, ad eos extenduntur qui clandeſtine & nulliter contrahunt.*

147 *Beneficia clerici ſimpliciter tonſurati vacant ob contractum matrimonij clandeſtini.*

148 *Authoris diſtinctio noua in propoſita quæſtione an deflorans virginem in matrimonio clandeſtino ipſam dotare teneatur.*

149 *Præſentia pro conſenſu habetur, in præiudiciũ præſentis.*

150 *Conſtitutiones regiæ huius regni ſub titulo de ſponſa. & matrimo. declarantur.*

COMPARATIO XIX.

CIVILIS ET NATVRALIS obligatio ex legitimo oritur contractu, ex reprobo nulla; Quid vero in matrimonio contracto aduerſus S.C. Tridentini decretum, & quæ inde vtilitas, ſubtilis, diligens & vtilis etiam explanatio.

1 PRIMA ſcripſi cõparatione † matrimonium iurisgentiũ eſſe contractum, atq; ideo ſeruis, filijsfamilias, & his qui de iure ciuili pro nullis habentur non interdici: licere etiam illis agere, & defendere: Sanè † ius ipſum gẽtium, & naturalem 2 obligationem dupliciter noſtrates conſiderant; primo pro naturali obligatione, quæ ex conſenſu oritur, & naturali æquitate ſuadente pacta ſeruari l. 1. ff. de conſt. pecu. l. 1. de pact. quæ cum naturali iuri innitatur, cum ſeruis etiam contrahitur l. naturaliter l. ſi id quod de condic. indebi. l. hæres à debitore §. ſeruo ſuo ff. de fideiuſſo. l. quod attinet ibidem Deci. & Cagno. de reg. iur. l. ſerui ff. de actio. & obliga. Bart. in d. l. ſi id quod vbi latius Iaſ. Anchar. in regula poſſeſſor. nu. 17. qui multa adfert ſimilia de regu. iur. Panor. in cap. quia plerique num. 1 & 11. & 12. ex. de immu. Eccleſi. Atque ita etiam oritur inter patrem & filium licet in poteſtate conſtitutum l. frater à fratre ff. de condic. indebi. vbi Bart. & cæteri omnes Decius. & Cagno. in l. cum amplius §. is natura per eum tex. de regu. iur. Secundo † naturalem conſiderant 3 obligationem ſumentes eam pro naturali inſtinctu, quo ſuademur benefacientibus benefacere l. ſed & ſi lege §. conſuluit ff. de petition. hæred. l. ſi non ſortem §. libertus de condic. inde. l. ſi non remunerandi §. idem Papinianus ff. manda. Hæc naturalis obligatio nedum inter extraneos contrahitur, ſed & inter coniunctos, & brutis quoq. animalibus communis eſt glo. in d. §. cõſuluit Bart. & turmatim cæteri in l. ex hoc iure de iuſt. & iur. ille num. 11. Iaſ. nu. 50. 51. cum ſequen. multis, qui diffusè de effectu huius antidotalis obligationis: Idem Iaſ. in l. ſi non ſortẽ

§. liber-

§.libertus num.5.& 6.de condi.indeb.Deci.
& Cagno.in dicto §.is natura debet Panor.
in cap.final.num.5.de ſolut.Anchar.in dicta
4 regula poſſeſſor.num.19.Abnſine † hanc na-
turalem obligationem interpretes vocant,
quod priore,quę ex cõſenſu oritur infirmior
ſit,& niſi ſoluti tantum repetitionem opere-
tur non retentionem aut compenſationem,
vt gloſ.docer in dicto §.conſuluit.Surd.conſ.
164.num.28. lib.2. poſt ſupra relatos.Hanc
amplexantur diſtinctionem omhes Bart. in
l.1.num.10.de condit. indeb. in l. cum quis
num.9.C.de iur.& fac.igno.Anchar.in dicta
regula.poſſeſſor.num.19. Iaſſ. in dicto §. li-
bertus num.5.Deci. & Cagno. in dicto §. is
natùra debet Bal.& Salice. in dicta leg. cum
quis Alex.conſil.70.num.18.lib.2. Didac.in
capit. cum eſſes num.9. de teſtam: Mencha.
tracta.de ſucceſsio.creatio.lib.1.§.1.nu.22.
& §.2. num. 15. Rurſus ius gentium prima-
rium diſtingunt à ſecundario, quæ diſtinctio
extra inſtitutum eſt caſus.

5 Cæterum † nulla dubitatio eſt, ex conſen-
ſu naturalem oriri obligationem dicta l. 1.
de pact.& l. 1. de conſtit. pecun. l. conſenſu
de action. & obliga.in principio inſtitut. de
obliga. quæ ex conſenſu l. ſub ſpecie C. de
poſthu. l. in contractibus l. final. C. de non
numer.pecu.Planè niſi naturalis hæc obliga-
tio legibus fulciatur nullam producit de iure
ciuili actionem l.iuris gentium,& §.ſed cum
nulla, cum alijs eiuſdem legis l. legitima de
6 pact. Hinc † omnes cenſent ex contractibus
legitimis, & à iure probatis vtramque ciui-
lem,& naturalem obligationem oriri. inter-
pretes in dicta l.legitima vbi varijs id oſten-
7 dunt exemplis. Cæterum † grauis neſcio an
omnibus vetuſtior quæſtio ſit, an ex contra-
ctu à lege improbato naturalis obligatio
oriatur:nam exiſtimant noſtri ſolo conſenſu
vt antea animaduerti obligationem natura-
lem oriri, & ſi ea nuſquam iure ciuili fouea-
tur dicta l. 1. de pact. l. iurisgentium §. ſed
cum nulla,cum vbique notatis, & in dicta l.
ſticum §. naturalis dicto §. is natura. Panor.
in cap.final.num.5.de ſolutio.Iaſſ.in l.nemo
poteſt num.76.in pri.lectura de leg.1.cæteri
8 ſupra nullo reluctante. At † ſi id verum eſt,
ſequitur ex cõſenſu naturalem prodire obli-
gationẽ,etſi ea in eficax ſit in foro fori, vali-
da tamẽ in foro cõſciẽtię,licet forma à lege
ciuili inducta fuerit pretermiſſa. Huius opi-
nionis primus omnium qui ob id à multis
laudatur fuit Innocen. in cap. quod ſicut de
electio.quem miris extollit laudibus Panor.
in capit.1.num.19.ex.de in integr.reſtitu. &
in capit. quia plerique num.31. de immuni.
Eccleſiaſ.& num.42.43.Anchar.in regu.pec-
catum quæſt.7.de reg.iur. Gemini. in capit.
generali col. penul. de electio. in 6. qui lo-
quitur in terminis. & quæſtione,Innocen.in
electione ſcilicet facta pretermiſſa forma
canonica, vt electus dum adſit conſenſus
eligentium poſsit tuta conſcientia admini-
ſtrare, quemadmodum in eiſdem terminis
Deci.in cap.1.de conſtitu. num. 19. ibidem
Felin.num.39.Iaſſ.in dicta l.ſi non ſortem in
principio idem in l.etſi inutiliter C.de fidei-
com.& in l.nemo poteſt num.78.in l. lectu-
ra de leg.1.Tiraq.in ll. connubialib. gloſ.4.
num.21.

9 Cæterum † generaliter idem amplectun-
tur interpretes in terminis propoſitæ quæ-
ſtionis in quolibet alio actu, & nuda conuẽ-
tione Deci. Felin. poſt ſupra relati in dicto
cap.1.de conſtitu.Bero.ibi num.231.Iaſſ. in
§.ſed iſte num.131.de actio.& in dicta l. etſi
inutiliter num.3.& 4.& in dicta l. nemo po-
teſt num.78.79.in 1.lectura,latè Gigas tract.
de penſio.quæſt.34.num.9.Gomez in cap.2.
num. 23. de conſtitut. in 6.Boer. deciſio. 1.
num.13.Tiraq. de ll. connubia.l.16.gloſ.4.
num.17.Alciat. reſpon.53.num. 13.tom.3.
lib.9.Dida.in cap. quamuis pactum 2. part.
relectio. §.4. à num.1.vbi erudite,Mencha.
tracta.de ſucceſ.creatio lib.3.§. 30. à num.
32. qui innumeris oſtendit argumentis in
cap. peccatum par. 2. §.3. à num.1.Sol.de
Paz in 5.par.l. 3. num. 1496. & poſt relatos
ab eo aliquos , non citato Menchaca ſupra
Menoch.tracta.de preſump.lib.1. quæſt.80.
tota ipſa quæſtione,qui in quibuſdam exem-
plis ab interpretibus adductis contrariam
tenuit cum Dida.Alfon.de Caſ.Siman.Soto
10 & alijs Hiſpanicis ſcriptoribus. † Adferunt
exempla in herede inſtituto in minus ſolem-
ni teſtamento,an legata, & fideicõmiſſa pre-
ſtare in foro conſcientiæ teneatur. Rurſus ſi
non conficiat inuentarium an in foro con-
ſcientiæ teneatur vltra vires hæreditarias:in
electo aduerſus iuris formam,hiſque ſimilia
in quibus ita ſecum diſſentiunt, vt vix quæ
11 communis ſit opinio diſcerni poſsit. † Quo-
ad inſtitutum vero tractatus noſtri pertinet
illud videndum , an ex contractu cui lex ex-
preſsim reſiſtit naturalis obligatio oriatur,
de ciuili nulla eſt dubitatio,& nõ oriri Bart.
docuit in l.cum lex.ff.de fideiuſſo.& in l. 1.
ff.de nouatio.& in l. ſi non ſortem in princi-
pio vbi Iaſſ. num. 3. de condi. inde. Bal. &
ibidem Bart.in l. cum quis C. de iur. & fac.
igno. Alex.in l.1.§.ſi quis ita num. 2. de ver-
bo.obligatio.vbi Alcia. num. 8. & qui alios
Tiraquel. in ll. connubialib.gloſ.4.num.5.
& num.12.13.14.& gloſ.8.num.168. Areti.
in l. 1. de teſtam. Gar. in l. veluti de iuſ.&
iur.Duaren.in l.bonis §.fideiuſſor.de verbo.
obligatio. Cæphal. conſil.207.num.23.24.
lib.2.

lib. 2. Mencha. lib. 3. qq. vſu frequen. cap. 18.
nu. 1. idem §. 30. nu. 34. vbi multis compro-
bat licet poſtea contrariam tueatur Meno.
d. q. 80. poſt Dida. Sotum, & alios Hiſpanos
ab eo relatos Bec. conſ. 12. num. 19. Marcſ.
conſ. 117. num. 27. Crot. in l. 1. §. ſi quis ita
nu. 25. de verbo. obliga. Matien. in l. 22. tit.
11. glo. 7. num. 1. lib. 5. Gutier. tract. de con-
tracti. iurat. ca. 1. nu. 39. qui commune. Spin.
tract. de teſtam. glo. 15. nu. 50. Caualca. deci
ſio. 21. nu. 64. 3. par. Lauren. deciſio. Aimyo.
78. nu. 12. Plot. tract. de in litem iurando §.
5. nu. 47. Azpil. conſ. 8. tit. de emptio. & vẽd.
litt. 6. lib. 3. Viui. deciſ. 369. nu. 18. lib. 2.
12 Bart. † traditio fulcitur authoritate Vl-
piani I. C. in l. ſi non ſortem de cõdi. indeb.
vbi vſuræ indebite exſolutæ repetũtur, quod
lege prohibente fuerint in pactum deductę;
nam ſi naturalis orta obligatio fuiſſet, ſolutę
repeti nequirent l. Iulianus verum debitorẽ
illo titulo l. naturaliter, & §. fina. cum l. ſeq.
eo. titu.
13 Et licet † omni obligationi accedere fide-
iuſſor poſſit ciuili & naturali l. 1. ff. de fide-
iuſſo. quoties tamen lex actui reſiſtit, nulla
nec naturalis obligatio oritur, ob id fideiuſ-
ſor accedere nequit d. l. cũ lex. & l. fideiuſ-
ſor obligari §. fideiuſſor eo. titu. §. 1. inſtit.
eod. l. 1. §. ſi quis ita de verbor. obligat. l. eos
§. 1. C. de vſuris toto titu. C. quę res vẽdi nõ
poſſ. l. fina. C. ſi quis alte. l. non dubium C. de
legi. Rationem prodidit Bart. in d. l. cũ lex
14 nu. 4. † quoniam obligatio inquit naturalis
eſt de iure gentium l. ſticum §. naturalis de
ſolutio. l. cum amplius §. is natura de reg. iur.
Iure autem gentium ſuperioribus poteſtati-
bus obediendum eſt l. veluti de iuſ. & iur. qui
igitur aduerſus legem precepta contrahit
iuri gentiũ aduerſatur, conſequenter, nec na-
turaliter obligatur.
15 Declarat † ſui ipſius traditionem Bart. in-
telligendam, quoties lex perſonas ne cõtra-
hant interdicit; ſecus ſi contractum tantum
improbaret, nam priore caſu cum legis pro-
hibitio perſonas aprehendat, nequit natura-
lis obligatio oriri: vnde neq. actus firmari
poterit iuramento. Bartolum multi ſequun-
tur, quos refert Gabri. in commu. tit. de iur.
16 iuran. concſu. 5. nu. 14. † Contrariam ſenten-
tiã aduerſus Bart. oriri naturalẽ indiſtincte,
ſiue lex perſonas prohibeat, vel actus, exiſti-
17 mant multi, ea † ratione quia vbi adeſt cõ-
ſenſus illico naturalis oritur obligatio; quę
non poteſt vlla ciuili lege poſitiua tolli: pri-
mò, quia cum conſenſus ſit iuris naturalis l.
libertas ff. de ſta. homi. dic. §. is natura debet
d. §. naturalis l. ſtichum. & æquitati, nihil ma
gis cõgruentius ſit, naturali, quam pacta ſer-
uare, & cuiuſq. voluntatem ſe obligare volẽ-
tis ratam fieri §. per traditionem inſtit. de
rer. diuiſio. Huic voluntati lex terminũ præ-
figere non poteſt §. ſed naturalia inſti. qui.
mod. teſta. infir. l. eas cauſas ff. de cap. dimi-
num. quæ à iure naturæ l. iura ſanguinis de
reg. iur.
18 Secundo † quia conſenſus ille & voluntas,
quæ à iure naturæ deſcẽdit, eſt quid facti, nõ
iuris l. fin. ibi voluntatis eſſe quæſtionem C.
de inſti. & ſubſtitu. l. bonęfidei §. 1. ff. de ac-
quiren. rer. domi. l. ſi ita legatum §. illi ſi vo-
let de leg. 1. l. pro hærede in principio ff. de
19 acquiren. hæredi. † atqui res facti iure ciuili
tolli non poſſunt quemadmodum expreſſim
de conſenſu loquens. I. Conſultus ſcribit in
l. ſi vnus §. pactus ne peteret ff. de pact. de cu
ius intellectu ipſe explora. iur. lib. 3. ca. 7. &
ſupra cõpara. 9. in prin. l. 1. §. ſi vir de acqui.
hæred. quia facta ꝓ infectis haberi nequeant
l. in bello §. facte ff. de capti. & poſt liminio.
reuer. l. deniq. ff. ex qui cauſis. maio.
20 Tertio † id ipſum ex pacto nudo conſtat,
quod cum ſolo iuregentium teneat, obligat
in foro conſcientiæ, & oritur naturalis obli-
gatio, l. 1. in prin. iuncta l. iurisgẽtium. §. ſed
cum nulla de pact. ca. 1. de pact. & vbiq. in-
terpretes.
21 Quarto, ſerui quo ad ius ciuile attinet pro
nullis reputantur, vt ſupra dixi d. l. quod atti
net, tamẽ cum iure naturæ omnes liberi nati
fuerint, vt ille tex. ait l. ex hoc iure vbi cæte-
ri de iuſ. & iur. & in eis iusgentium adhuc vi
geat, & ſi minime ciuiliter, naturaliter tamẽ
poſſunt obligari l. ſerui ff. de actio. & obliga.
l. naturaliter l. ſi id quod vbi Bart. & Iaſ. la-
tè de condictio. inde Panormit. qui de ſeruo
latius loquitur in ca. quia plerìq. nu. 9. 10. de
immun. Eccleſiaſt.
22 Quinto, † ſtipulatio alteri facta de iure ci
uili inutilis eſt. l. ſtipulatio iſta §. alteri de
verb. obliga. §. ſi quis alij inſtitu. de inutilib.
ſtipul. l. vt inter C. de inuti. ſtipul. Bart. & cæ-
teri in d. §. alteri ex ca. tamen oritur natura-
lis obligatio reluctante iure ciuili. glo. com-
muniter approbata in d. §. alteri, vt per Bar.
ibi nu. 8. Alexan. 7. Iaſ. qui receptam n. 20.
Deci. in l. certi condictio §. quoniam num. 1.
de rebus credi. Mencha. qui alios multos d. §.
30. nu. 5. & 6. licet is inibi contrariam.
23 Sexto idem † eſſe multi affirmãt in geſtis
a pupillo ſine tutoris authoritate, cuius hoc
caſu nulla eſt obligatio. §. preterea ibi, nulla
eſt obligatio, inſtit. qui. mo. tolli. obliga. cum
tamen ſi fuerit is doli capax ex eius conſen-
ſu naturalis oriri obligatio poſſit. iuxta glo.
receptam ibidem in verbo a pupillo Bart.
in l. 1. nu. 9. poſt glo. ibi. ff. de nouatio. glo. &
alij in l. ſi curatorem habens per illum tex.
C. de in. reſtitu. mino. His pleraq. ſimilia
adiungit

adiungit Mencha.dicto §.30.nu.12.13. cum
ſeq.multis.
24 Vnde † fere omnes ſcriptores Bartoli
traditionem, & diſtinctionem improbant,
eam potius verbalem quam veram eſſe cre-
dendo: & verbalem dixit Mencha.lib.1.con-
tro.vſufreq. cap.10. num. 2. qui quibuſdam
alijs rationibus eam confutat. & aduerſus
Bart.communiter teneri teſtatur Areti.con-
ſil. 54. num. 2. vbi Salicet. & alios recenſet
Iaſſ.qui & communem in authen.Sacramen-
ta puberum num. 51. C. ſi aduerſus vendi.
poſt Alexan.in l.is qui bonis num.25.de ver-
bo.obligat.Iaſſ.poſt.num.19.Panor.qui ean-
dem Barto.traditionem reijcit in cap. Apo-
ſtolicam 1.nota.ex.de regula.idem in capit.
cum contingat num.9.de iur.iur.Imol. num.
80.Alcia.nu.94.cum plerisq;ſeq.Rui.conſil.
103.num.7.lib.4.Rip.lib.reſponſo.3. capit.
10. num. 3. & qui alios Anton. Gabri. in
communi. titul. de iur. iuran. concluſio. 2.
num.15.
25 Tertio † fuit Iaſſ.opinio in dicta l. ſi non
ſortem exiſtimantis num.3. & in l. Iulianus
num.3.eodem titul.l. reſiſtente nihilominus
naturalem oriri obligationem; ceterû illius
effectus impediri legis prohibitione quam
deducit ſententiam ab eadem lege ſi nô ſor-
26 tem: addit † ſimile de pretore, qui licet ne-
queat diſpoſitionem iuris ciuilis tollere, il-
lius tamen poteſt effectus §. quos autem in-
ſtitut.de bono.poſſeſsio.de cuius vero cenſu
27 nos Explo.iur.lib.1.cap.10.Et † facilius im-
pediuntur effectus quam tollantur l. patre
furioſo cum ſimilibus ff. de his qui ſunt ſui
vel alie.iur. Eandem Iaſſ. ſententiam ſequi-
tur, & defendit, Mencha.dicto §.30.num.33.
qui alijs quibuſdam comprobat, quo opinio
fuit antea Din.& eiuſdem Bart.poſt in l.fin.
§.procurator ff.rem rat.habe. Bal. in l. ſicut
num.4.& in l. omnes C. de preſcriptio. 30.
Deci. in l. pacta, quæ contra num. 3. C. de
pact.
28 Quarta † fuit opinio Mencha. in dicto §.
30.num.39.ſubtiliter exiſtimantis, tunc tan-
tum impediri ortum naturalis obligationis
quoties prohibitio legis mixtam habet
prohibitionem iuris naturalis, veluti cum
lex improbat turpes, & iniquas conuentio-
nes l.conuenire ff.de pact.dotal. l. 1. §. ſicut
maleficium eodem titul.l.ſi plagij de verbo.
obliga.l.pacta quæ contra C. de pact.aut eas
quæ bonis moribus iuris naturalis aduerſan-
tur l.ſi quis inquilinos §.final.de leg.1.l.con-
ditiones l.quidam ff. de condi. inſtitu.l. ge-
neraliter l.ſtipulatio hoc modo concepta de
verbo.obliga.
29 Tum † quoties lex reſiſtit propter imbe-
cillitatem vel defectum conſenſus, prout in
pupillo non doli capace, prodigo, furioſo,
mentecapto, & his ſimilibus, qui nec na-
turaliter obligantur abſque ſolemnitatibus
à iure requiſitis, iuxta tex.in l.is cui bonis de
verbo.obliga.toto titul.de adminiſt.tuto.ff.
& C.Bart.in l.1.num.8.ff.de nouatio. & ge-
neraliter quoties prohibitio vel legis inter-
dictum inniteretur iuri diuino, naturali, &
gentium, *Nam his (ait ille) caſibus oriri nequit
naturalis obligatio, non ex legis ciuilis prohi-
bitione, ſed ex iuris naturalis lege, qua omnes
malum, iniquum, & doloſum interdicitur d. l.
veluti de ius. & iur.* Arguta certè conſidera-
tio ſi vera foret, ſed quæ nullo iure ſuſtineri
poſsit vt infra.
30 Quinta † & extrema fuit ſententia opinâ-
tium, nuſquam ex actu vel contractu à lege
reprobato oriri naturalem obligationê poſ-
ſe ſiue lex perſonas reſpiciat vt Bart.opina-
tur, ſiue ipſum actum vel diſpoſitionem ad-
31 uerſus Bart. † quoties tamen lex iuſta eſt,
neque iuri diuino, aut naturali aduerſatur
Bart.in dicta l. cum lex, & ſequuntur multi
ſupra congeſti pro Bart.ſentêtia, quam Hiſ-
panici ſcriptores diſcretiſsimè tuêtur Dida.
in cap.peccatum 2.par.§.3.num.10.de regu.
iur.poſt Rodri.Suar.in l.13.titu.de las deu-
das quæſt.1.idem Dida.in cap.cum eſſet n.3.
de teſtam.idem in cap.quamuis pactû 2.par.
§.4.num.6.de pact.in 6.Fortuni. in l. veluti
col.7.de ius.& iur.idem tracta.de vltim.fina.
iur.illa is à num.1.ſentit.Padill.in l.cum quis
à num.30.31.C.de iur.& fac.igno. Domi.de
Soto tract.de ius.& iur.lib.4.quæſt.5.arti. 3.
fere per totum Solo. d. Paz in commentar.
ad ll. tauri.5. part. l. 3. num.1458.& 1460.
cum ſeq.multis Gutier.tractat.de contract.
iura.cap.1.num.39.Dida.Perez.in l.1. tit.8.
lib.3.ordina.Mencha.lib.1. controuer. vſu-
frequen.cap.10. num. 7. licet diſcedere vi-
deatur poſtea.Spin.tracta.de teſtam.gloſ.15
num.51.52.licet contrariam Sarmien. tract.
de reddi.Eccleſ.cap.2.num.1.2. & ſeq.com-
probat ex Italis eandem Menoch. dicto tra-
cta.de preſump. quæſtio. 88. vbi & obiectis
reſpondet poſt Didac. & ſupra relatos Ho-
rum omnium ſententia ratione Bart. adiuua-
tur in dicta l. cum lex quia diuino iure & na-
32 turali parere legi iuſtæ teneamur, † inde fit
vt actus aduerſus legem factus ſit ipſo iure
nullus, nec ab eo nedum ciuilis de qua du-
bium nô eſt, ſed nec naturalis obligatio deſ-
cendat. non obſtante conſenſu: quia ille ad-
uerſus legem iuſtam prohibentem preſtari
33 non potuit, ſed nec oriri: nam † ex ea diſpo-
ſitione quæ legi diuinæ, vel naturali aduerſa-
tur obligatio naturalis oriri nô poteſt, quod
lex poſitiua ab eo condita qui poteſtatem
habet, obligat in foro conſcientiæ ideoque
in

in eo foro obſeruari debet capit.quo iure 8.
diſtinct.Doni.de Sot.de iuſ.& iur.lib.1.q.6.
arti.4. gloſ. in capit.quæ in Eccleſiarum vbi
Panor.Felin.& Deci.de conſti.Menoch.poſt
Didac .dicta quæſtio.88.num.8. Sol. in di-
cta l.3.num.1468.cum.ſeq. Rojas in Epito.
de ſucceſsio. abinteſta. capit.26. num. 143.
Mencha.qui multos, communem dicens d.
cap.10. num. 20. Et quæ de obligatione na-
turali(vt hinc fortius diſſoluam contrarium)
quidam adferunt, eam ſepius ex conuentio-
34 ne oriri, etſi nulla de iure ciuili, † id autem
quod naturaliter debetur in foro animæ ſit
prẹſtandum, iuxta Batt. ſententiam in extra.
ad reprimendum verbo denuntiationem nu.
7. Panor. in dicto cap. quia plerique de im-
mu.Eccleſ.Dida.in dicto cap.cum eſſes nu.5
Padilla.in l. cum quis num.31. C. de iur. &
fac.igno.Menoch.ſupra num.18.ita id intel-
ligendum eſt ex Dida.ſententia ab alijs nunc
relatis probata, vt hæc obligatio dupliciter
poſſit conſiderari, quædam ex legis vinculo
oritur.Bal.in l.1.num.55.C.de ſacro.Eccle.
atque hæc ex actu nullo non naſcitur Bal. in
dicta l.cum quis num.14.Iaſ.poſt alios ab eo
relatos in l. 1. num. 14. C. de ius. & facti.
ignor. cum alijs coaceruatis per Menoch. d.
quæſt.88. num. 19. 20. Altera eſt obligatio
naturalis, quæ ex honeſtate oritur, & veluti
quodam morali debito, ſicut ea eſt, qua do-
natarius donanti obſtringitur l. ſed etſi lege
§.conſuluit de petitio,hæredi. obligatio hæc
ſolum parit effectum,vt ſoluti repetitionem
impediat,exceptionem autem,aut retẽtionẽ
non operatur, quemadmodum vera natura-
lis à legis vinculo deſcendens.Menoch.ſupra
poſt.Dida. Fortun. & alios.Rurſus naturalis
hæc obligatio nuſquam exceptionem,vel re-
tentionem operatur, niſi vbi æquitas ex ea
proueniens eſt à lege approbata Iaſſ. in leg.
placuit num. 3. C. de iudi. Menoch. ſupra
num.32.

Altera & fortior ratio eſt hæc,vt duas po-
tiſsimas in quibus cardo, & fundamentum
aduerſantium cõſiſtit,euellam:nam inquiunt
prẹſumptio cedit veritati, quæ Deo notiſſi-
35 ma eſt, † at cum quis vere ſcit diſponentem
conceſſiſſe, etſi forma,vel iuris ſolemnitas
deſit,quoad Deum tutus eſt in foro conſcien
tiæ, ideo ſolemnitates per leges ſtatutæ in
aliquibus caſibus ad fraudes vitandas tunc
non vindicant, conſequenter nec diſpoſitio
cap.cum ceſſante de appellatio. Reſpondet
enim Soto,& Dida. in dicto capit.cum eſſes
num. 9. & probat Menoch. dicta quæſt. 88.
36 num.14. Non † id ſufficere,quod ratio legis
ceſſet in particulari caſu,ad hoc vt ceſſet ipſa
lex, quæ vniuerſaliter ad omnes caſus lata
eſt,cum ſit generalis,& illius ratio continua,
& non momentanea,quæ vt ceſſet,in vniuer-
ſali illius ratio ceſſare debet,capit.etſi Chri-
ſtus de iur.iur.clemen.ad noſtram de hæreti.
Fortu.tract.de vlti.fin.illatio. 15. & 16. ſe-
quũtur alij à Menoch.relati ſupra;vera ſanè
& arguta Domin. de Soto, & Dida.animad-
uerſio tantis digna viris,quæ iuris C.reſpon-
ſo deffenditur in l.nam.ad ea cum l.ſequen.
ff.de legi. cum leges nõ ſingulares caſus reſ-
piciant, ſed eos qui frequentius : id multis
exemplis comprobat Domin.de Soto dicto
tracta.de iur.& iuſti.lib.4.quæſt.5.arti. 3. in
2. argumento. Sed eandem ſententiam ex
antiquioribus antea tenuerunt Bal. in l. non
dubium num.7.C.de legi.Innocen.& Panor.
in dicto cap.quia plerique de immu. Eccleſ.
Alexan.conſil.32. num. 6. lib. 7. Tiraq. qui
alios tracta.de ceſſante cauſa 1.par.nu.169.
cũ ſeq.Sarmen.Selecta.interpreta.li.3.c.12.
n.81.Azpil.rubr.de iudi.nu.70.Crauet.con-
ſil.192.num.21.Mant.tracta.de coniec. vlti.
volunta.lib.2.titul. 14. num. 15.qui omnes
Menoch. & Didaci ſententiæ adiungendi
ſunt, quaſdã alias obiectiones diſſoluit Me-
noch.d.q.88.

37 Ex his † celeberrimis veriſque traditioni-
bus, Dida.in dicto capit.cum eſſes multa in-
fert notanda : ex teſtamento minus ſolemni
nec naturalem oriri obligationem, teneriq;
hæredem vltra vires hæreditarias in foro
conſcientiæ creditoribus petentibus vbi in-
uentarium nõ fecit.Nec quẹ de electo prẹter
iuris formam ſcribit Inno. Panor. & alij tuta
ſunt: omnia reaſſumit Menoch. ea probans
dicta quæſt. 88. quæ quia extra propoſitum
tractatus omiſero; ſolum tria aut quatuor
pertingam, quæ ad verum quarundam con-
ſtitutionum regiarum huius regni, cenſum
ſpectant.

38 Infertur † itaque primo, ex contractu ce-
lebrato per filium inſcio patre,ſine cuius cõ-
ſenſu in regno hoc,nequit contrahere, etſi
fuerit emancipatus,aut vxorem duxerit,iux-
ta conſtitut. incipient. *Per prouebir*, alteram
ajuſtant: oriatur naturalis obligatio: vtilitas
maxima eſt, quia ea orta tenetur in foro cõ-
ſcientiæ filius, qui ſic contraxit contractum
obſeruare,& ea implere,quẹ in ea promiſsit,
39 etſi ſolueret, repetere non poſſet : Quam †
quæſtionem Neotericus quidam huius regni
in ſuis reſolutionibus terigit lib. 2. capit.1.
num.192.193. & ſequen. qui credit non te-
neri,& rectè: veritas pendet ab his quæ nunc
40 ſcripſi : Nam † cum conſtitutiones hæ ad
vitanda mala, & abuſus fuerint ſtatutæ, vt
prima conſtitutionis verba oſtendunt : ibi,
Per prouebir à molts deſordens.& iterum ibi:
Y altres coſes deshoneſtes : fuerintque latæ à
Principe poteſtatẽ habente, cui obtẽperare
oportet,

Digitized by Google

oportet, naturalis nequit oriri obligatio ex
his quæ nunc proximis rationib' adduxi,tot
noſtrorum interpretum traditionibus con-
firmatis,eos recenſui ſuperius in verſ. Quo
ad inſtitutū vero noſtri tractatus: & in verſi.
Quinta & extrema:qui omnes illius adden-
di reſolutioni . Neque neotetici placet reſ-
ponſio ad cōtrarium , quod & ipſe cum alijs
adduxi ſupra, conſenſum naturalem produ-
cere obligationem , at naturaliter debitum
in foro conſcientię deberi : hincq. videatur
filium ſic contrahentem in foro conſcientiæ
teneri: Reſpondet enim,id verum,vbi con-
trahens remaneret naturaliter obligatus, at
cum in noſtro caſu nulla ſit naturalis obliga-
tio lege reſiſtente , contrariam ratio locum
vindicare non poteſt.Nam id quærimus cur
naturalis obligatio non producatur lege re-
ſiſtente,quæ oriri videbatur quod conſenſus
ſit iuris naturalis, & quid facti , & nequeat
ius ciuile illius ortum & libertatem impedi
re vt ſupra.

41 Vera † itaq. ratio eſt,quia lex iuſta eſt ad
mala,& abuſus vitandos , eiq. parere tene-
mur,conſequenter nulla poteſt oriri natura
lis obligatio:Sed & dupliciter naturalis hæc
cōſideratur,quemadmodum a Dida. Meno.
& alijs animaduerti, & in terminis earundē
conſtitutionum, quia ad ſubmouendas frau-
des, & mala ſtatutæ fuerunt,iuſtæ dicuntur,
& ſanctiſſimæ Bart. in ſpecie adnotauit in
l. 1.nu.31.C.de ſumma. Trinita.Deci. in ca.
2.nu.6.de probatio. Dida. in cap. cum eſſes
nu.6.de teſtam.Hoc enim legis propriū eſt
fraudib',& iniquitatibus obuiare,capi.quā-
to.de priuil.c.ſi ciuitas de ſenten. excomuni.
lib.6.fina.§.imperator illis verbis : exiſtimo
te huic fraudi recte occurſurum ff.de ſuſpec.
tuto. l. 1. ff. ſi quis omiſſa cauſa teſtam. l.1.
de Carbo.Edic.l.qui ſupra textu C. de ſa-
croſanct.Eccleſ.

42 Et † in filijsfamilias contrahentibus,vt in
ſpecie noſtrarum Conſtitutionum l. 1. l.ſed
Iulianus §.mutui,& toto tit.ff.ad S.C.Mace-
do.to.titu.ff.ſi quid in fraudem patro.& tit.
ſi quid in frau.credito.id ipſum in teſtamē-
torum confectione ad fraudes vitandas l.iu-
bemus C.de teſtam.l.fina.C.de fideico.

43 Et † vitādæ fraudis ratione multa ſtatuta
fuerunt extra iuris communis obſeruantiam
l.data C.de donatio.Panor. in ca. cum con-
tingat nu.17.ex.de iur.iuran. Caſtren. conſ.
345.nu.9.lib.1.Deci.in ca.2.nu.6.de proba
tio ſtatuta etiam doli excluſiua equiſſima di
44 cuntur Viui.ex alijs deciſio.245.nu.4.† Le-
gesq. fraudibus aduerſantes publicam dicū-
tur cauſam continere Bald. conſ.285.lib.3.
Caſtren.poſt alios in l. hac cōſultiſſima §. ac
cū humana fragilitas n.5.C. de teſt. Mēcha.
tract.de ſucceſſio.creatio.lib.1.§.2.n.7. qui
alios Fortu.tracta.de vlti.fin. Iu. num. 170.
apud omnium enim ora fertur, vbi fraudum
periculum,ibidem cautius agendum ca. vbi
periculum de electio. glo.celebris in l. qui
teſtamentum ff.de probatio.

45 Accedat † magis in terminis harum con-
ſtitutionū,ſtante ſtatuto,vt filijfamilias con-
trahere nequeant,niſi certa ſolemnitate ad-
hibita,Et quod contractus ſit nullus, ſi con-
traxerint,nec naturaliter obligantur Bal. in
d.l.cum quis col.4.C.de iur.& fac.ignor.Ti
raq. de ll. connubia.glo.4.n.12.in fine.Lau-
ren.deciſio.78.nu.12.Cæpha.conſ.437. nu.
22.l.3.Soci.conſ.23.nu.21.lib.4.Pinu.conſ.
71.latiſſime relatis plurib' Caual.deciſ.31.
nu.14.1.par.& multo plures paulo infra nu.
29.vbi generalem regulam conſtituit , quod
vbi lex municipalis addit aliquid iuri com-
muni,prohibendo contractus minorum, niſi
cum certa ſolemnitate ; & annullando eos,
vt in his regni conſtitutionibus, nullam nec
naturalem oriri obligationē:& idem in caſu
eiuſdem ſtatuti adnotatio.in Rubr.de for.&
ſolem.obſerua.in contract.filiorum fami. in
verbo poſſint obligari in adnotatio. ad Par-
me.ſtatuta fol.130.Meno. ex Dida. Tiraq.
46 & alijs d.q.88.nu.27.† Ideo nec mortaliter
peccare contrahendo aduerſus legem, idem
Tiraq. in ll. connub.d.glo.4.n.19. Mencha.
lib.1.quæſtio.vſufre.ca.10.nu.10. in quo cā.
& in d.§.30.multa ſcribit quę a Dida. Me-
noch.& alijs in dictis locis improbantur.

47 Eadem noſtri † fatentur in ſtatuto mulie-
res prohibente contrahere ſine mariti aut
conſanguineorum licentia , quod ſi fecerint
contractus ſit nullus,quam etiam quæſtionē
ille in cap.1.nu.199.ad finem pertingit;exi-
ſtimatq. neq. in hoc caſu naturalē oriri obli
gationem,citat Bart. in d. l. cum lex.Roma.
Hierony.Lauren.& Azpil.vera quidem tra-
ditio eſt,atq.eiſdem rationibus deffenditur,
quas ſuperius adduximus:lex enim iuſta eſt,
ſumma cum ratione ab eo qui legis conden-
48 dę poteſtatem habuit lata,† ideoq. aduerſus
eam cōtrahens mulier, nec naturaliter obli-
gatur. Bart.in d.l.cum lex.& in l. 1.ff.de no-
uatio.& in d.l. ſi nō ſortem cum alijs multis
coaceruatis per Tiraq.de ll.connub. gloſ.4.
nu.12.Dida.in d.ca.peccatum 2.par.§.3. n.
10.Menoch. d.q.88.a n.37. latiſſime, qui &
hanc tuetur multis relatis Mencha.li.1. con-
trouer.vſufreq.cap.10.nu.5.qui legem illius
regni ſimilem ſic interpretatur;atq. eandem
ita declarat Gutier.tract.de contrac. iura. c.
1. nu. 39. qui hanc ſententiam communem
dicit,& in iudicando & conſulendo non eſſe
ab ea recedendum alios Hiſpanos interpre-
tes citans,exiſtimansq.adeo veram opinio-
nem

nem fore,vt nec ratione iuramenti adhibiti
per vxorem ea obligatur,vt poſſit coudem-
nari:vt ille d.cap.multis docet,a nu.34. cum
ſequent.vbi erudite proſequitur ; quam latè
defendit Caualca.deciſ.30.nu.18.1.par.qui
communem. idem tracta. de tutor. & curat.
num.168. quamquam in terminis iuramenti
à Tiraq.relati plures in dicta gloſ.4.nu. 26.
contrarium teneant, quos ad concordiam
reducit Matien.lib.5.titul.3.l.2.gloſ. 1. nu.
18. vt illi loquantur in ſtatuto prohibente
contrahere vxoribus ſine licentia virorum,
ratione fragilitatis mulieribus;ne decipian-
tur, quo caſu iuramento firmari exiſtimat
poſſe; at lex Caſtellæ non hanc prodidit ra-
tionem:ſed eam, ne viris in iuribus ſuis qui
in eo regno conſequuntur prẹiudicium fiat,
quo in caſu iuramentum in alterius incom-
modum prẹſtitum,ſeruandum non eſt, citat
Pala.Rub. Caſtel. Ariman. Anton. Gomez.
Auendany.Didac. & alios Hiſpanios inter-
pretes,& verè in hoc ipſo caſu loquitur Gu-
tier.in d.cap.1.nu.34.

49 Accedat etiam † ſuperioribus, quod cum
ex prẹdictis conſtitutionum regiarum verbis
conſtet minimè poſſe audiri in iudicio tali-
50 ter contrahentes, his etiam † verbis natu-
ralis quoque obligationis ortum impediri
Bart. docet in dicta l. ſi non ſortem.de con-
dic. inde, & qui eum refert adnotatores ad
Par.ſtatu.in gloſ. & nemo audiatur ſupra al-
51 legato.Porro † cum eædem ipſẹ conſtitutio-
nes regiæ ſtatuant huiuſmodi contractibus
nullā poſſe fidē adhiberi,&vbi fiant,pro nul-
lis,& infectis habeātur,neq;in hoc caſu naſci
naturalem obligationem conſtat l.ſancimus
(verbis pro non ſcripto vel intellecto) C.de
donatio. quā dixit ſingularē Roma.conſ.12.
num.4. & qui relatis in numeris authoribus
ſequitur Caualca.deciſio. 31. num.24. in 1.
par. quem etiam tex. ad idem extendit; &
ponderat Tiraq. non relatus à Caualcan. in
dicta gloſ.4.num.26.ad medium. Ex quibus
ſequitur, quod cum in his caſibus filijfami-
lias in terminis legum huius regni nec natu-
52 raliter obligentur, † ſi fideiuſſor acceptus
fuerit loco filij minimè teneatur, cum enim
fideiuſſor alicui ſaltim naturali obligationi
accedere debeat l.1.§. ſi quis ita de verbor.
obligatio. l. fideiuſſor obligari. §. fideiuſſor
ff.de fideiuſſo.§.1. inſtit. de fideiuſſo. neque
in hac ſpecie vlla ſit obligatio, nullum fide-
iuſſio effectum poteſt operari. Sed cum, &
excuſsio prius contra filium quam aduerſus
fideiuſſorem fieri debeat, nec vlla aduerſus
filium quam aduerſus fideiuſſorem, regul.
cum principalis de regul. iur. cum ſimilibus
quam ſententiam veram docuit idem nouiſ-
ſimus in eodem cap.1.num.49.50.51.reſo-
lutio. vbi, & ſe in facto reſpondiſſe affirmat.
allegat ſolum Pinel.conſil.71.cæterum circa
illius traditionem altius quæſtionem repe-
tendo animaduertenda ſunt plura, aliter il-
lius traditio ita ſimpliciter accepta vera nō
eſſet.

53 Primo † non minimam antiquitus fuiſſe
apud noſtros quẹſtionem an fideiuſſor in ter-
minis huius ſtatuti poſſet contractui per fi-
lium celebrato accedere, nam poſſe maximi
nominis, & autoritatis vir Alberi. docuit in
1.par.ſtatuto.quæſt.182.Et ante eum Iacob.
de Aret.vir inſignis,quem ille refert.illic ſe-
quitur Alexan.in additio.ad Bart. in l. mar-
cellus in principio ff.de fideiuſſo.Bal. in l. ſi
vero §. hoc amplius ff. manda. quos in hanc
ſententiam excepto Bal. refert Tiraq. nihil
decidens in ll. connubial. gloſ. 4. num. 14.
Mencha.lib.1.controuer.vſufr. cap.10. n.7.
nulla Tiraq.mētione facta.Eorū ratio potiſ-
54 ſima erat.Quia † quoties prohibitio facta eſt
vt in terminis noſtrarū conſtitutionum fauo-
re aliquo ſpeciali filiorum, licet irritetur eo-
rum contractus,non tamē acceſſorius in quo
non militat eadem ratio,cum igitur filiorum
prerogatiua aut commodum, in fideiuſſore
ceſſet contractus,quoad eum ſpectat validus
remanet l.etſi is C.de prẹdi.minor.ornat la-
tiſsimè Carroci. in reperitio. cap. cum quid
vna via par.4.limi.1.de regu.iur.num.1.2.3.
qui in hanc opinionem inclinare videtur.

55 Alij † alterā ſententiam deligentes ſic ve-
rè diſtinguendum eſſe putant, aut contractus
minorum, vel mulierum omnino irritatur
per legem municipalem,vt ex eo nec natu-
ralis oriri poſſit obligatio, aut nō ſic impro-
batur quod licet ciuilem, naturalem tamen
poſſit producere,priori caſu fideiuſſor accep-
tus non tenetur.Secundo vtique, & ita intel-
ligendi Alberi.Alexan.& modo citati,aliter
eorum traditio defendi non poteſt. Pariſi.
conſil.16.num.110.lib.2. Hipol. de Marſil.
in repe.rubri.de fideiuſſ.num.292.Menoch.
qui eleganter conſil.58.num.70.71.72. li.1.
& qui in eiſdem terminis nihil aliud pluribus
relatis diſputat.ſic decidens Caualc.deciſio.
31.à num. 1. vſque ad finem deciſio. Sequi-
tur Mencha.lib.controuer.vſufreq.capit.10.
num.7.

56 Secundo † animaduertendum poſſe fide-
iuſſorem accedere huic contractui,quoties ſe
principalem conſtitueret debitorem. Tiraq.
in dicta gloſ.4.num.14. qui ſolum citat Bal.
in l.ſi vero §.hoc amplius ff.manda.Mencha.
dicto capit.10.num.7. ex dicta l.etſi is C.de
prẹdijs minorum Syl.conſi.89.num.3.lib.2.
Nata.conſi.262.num.14.lib.2.Marſil. ſupra
& alijs relatis idem Caualca. dicta deciſio-
ne num.20.in verſic. aduertendum; & idem
repe-

Digitized by Google

repetit multo plures allegans capit. deciſio.
num. 27. cuius nec dicta aut authores citati
ſunt repetendi, idem paulo inferius num. 28.
57 † ex Proſpe. Caraui. practicam ſcribit obli-
gationis fideiuſſoriæ illius, qui pro minore,
aut muliere, aduerſus legis municipalis for-
mam ſe obligat, animaduertendo verba ita
concipienda fore, vt referant titium ſe pro
filiofam. obligare, & ſoluere promittere,
quo caſu non ſolueret, pro quibus obſeruã-
dis obligat ſe, & bona ſua principaliter, & in
ſolidum, & vltra citatos comprobat Gaſp.
Bacca. tracta. de non meliotan. ratio. doti.
cap. 35. num. 9. Gutier. tracta. de con. iur. cap.
1. num. 41. Quæ notanda cautis huius regni
aduocatis, vt diſcant harum conſtitutionum
rigorem ſubterfugere.
58 Animaduertendum † etiam, poſſe fideiuſ-
ſorem cum iuramento huic accedere obli-
gationi filiorum, quo caſu cum ex vi iuramẽ-
ti principalem ſe reum debendi conſtituat,
idem operabitur iuramentum quod clauſula
quam modo retuli, & vti principalis tenebi-
tur; vt rectè reſoluit idem Nouiſſi. dicto cap.
1. num. 52. aduerſus Piu. conſil. 71. ductus
authoritate. Nat. conſil. 262. num. 14. Alex.
conſil. 32. & Ioſeph. Ludo. deciſ. 27. n. 2. qui-
bus addendi Machel. qui rectiſsimè id def-
fendit Patrocin. 58. num. 7. & qui eundem
refert cum multis qui eandem tuentur ſen-
tentiam, Caual. deciſio. 31. num. 9. vbi com-
munem tenendam aſſirmat aduerſus Bart. in
dicta l. ſi quis pro eodem nu. 9. de fideiuſſo.
Gomez in l. tauri 69. num. 4. Gutier. tractat.
de contract. iurat. par. 2. cap. 20. nu. 14. Men-
cha. tracta. de ſuceſsio. creat. §. 28. num. 34.
qui omnes, etſi obligationis vinculum in hac
ſpecie iuramento tribuant, & rectè, altera
tamen ratione eadem ſententia defendi po-
teſt: cum enim ſuperius ex receptiori ſenten-
tia reſoluimus id poſſe fideiuſſorem qui ſe
obligat tanquam principalis, qualis dubita-
tio eſſe poteſt adhibitio iuramento quod
aliàs inualidos contractus confirmat authen.
Sacramenta puber. C. de præd. & alijs reb.
mino.
59 Et licet filius cum † iuramento non poſſet
vt ſupra poterit fideiuſſor quia non eadem
in eo militat ratio, quæ in filiofam. Aduer-
tendum extremo circa vltima verba primæ
illius conſtitutionis *Per prouehir, &c.* quæ in
illius verbis diſponit non poſſe iuramentum
interponi in his filiorum contractibus: nam
licet, vt dixi, iuramento tales contractus in
60 caſu huius ſtatuti non confirmentur † mini-
mè tamen potuit regia conſtitutio ex ſe ipſa
id efficere ex deffectu poteſtatis regiæ capit.
quamuis pactum, in verbis, improbet lex ci-
uilis, de pact. in 6. cap. cum contingat de iur.
iur. ſtandum eſt enim iuri canonico in iura-
mentis quia agitur de peccati materia capit.
licet mulieres de iur. iur. in 6. Gutier. in tra-
cta. de contract. iura. par. 2. cap. num. 8. & 9.
latè, & doctè Caualcan. in reperto. deciſio.
1. par. in verbo iuramenti in materia atten-
ditur ius canonicum eleganter Surd. conſ. 25
lib. 1. num. 29. 30. 31. & in eiſdem terminis
legis municipalis prohibentis iuramenta in-
terponi in contractibus quod non valeat,
Carpa. ad ſtatuta Mediolan. cap. 453. nu. 92.
& multis relatis idem comprobat Alexan.
Rauden. conſil. 9. num. 44. cum ſequen. lib. 1.
eruditè Bero. conſ. 180. lib. 1. a n. 1.
Cæterum, etſi hæc vera ſint de iure com-
muni ſecundum magis communem, & recep-
61 tam, † quamquam lege regia id prohiberi
poſſe contendat Dida. in dicto cap. quamuis
pactum 1. par. §. 3. num. 7. Pinel. in l. 2. 3. par.
cap. 1. num. 11. C. de recinden. venditio. Ma-
62 tien. lib. 5. titul. 11. gloſ. 8. num. 1. ad † ſub-
mouendos tamen piorum hominum ſcrupu-
los affirmauerim non eſſe dubitandum in hoc
regno, regijs legibus interdici poſſe iuramẽ-
ti interpoſitionem ex cauſa in aliquibus con-
tractibus, quemadmodum in dicta conſtitu-
63 tione: Nam † leges in hoc regno non à Rege
ſolo feruntur, ſed & communi totius regni
voto promiſcuè, & nedum laicarum perſona-
rum quas ad id regnum conſtituit, ſed etiam
Epiſcoporum, Abbatum, & Eccleſiaſticarum
perſonarum quas Cathredales Eccleſiæ eli-
gunt cum de commitijs, & legibus ferendis
agitur. Et cùm adſint Epiſcopi, & cæteri reg-
ni prælati, & vna cum eis, eorumque voto le-
ges ferãtur, vel ex tacita ipſorum diſpoſitio-
ne quæ ſufficeret propter ſcientiam, & tolle-
rantiam, validæ leges eſſent, quanto magis,
vt dixi, expreſsè eis conſentientibus.
64 Habet † enim ſcientia, & tollerantia ſu-
periorum, vim diſpenſationis, ad tex. iuncta
gloſa celebri in capi. quia circa ex. de con-
ſan, & affini. vbi Pauor. & cæteri, & dixit ſin-
gularẽ gloſam Silueſ. in Summa verbo. Lex.
quæſt. 6. Decius in cap. 1. de excep. Felin. qui
late de ſcientia, & tollerantia ſuperioris, in
cap. 1. de tracta. & pact. Dida. in Epito. ad 4.
2. par. cap. 5. §. 10. num. 15. 16. & ſeq. Alexan.
Rauden. de Analo. cap. 39. nu. 147. 148. 149.
Quos etiam, & quales effectus pariat doctiſ-
ſima gloſ. non allegata, in pracma. ſanctio. ru-
brica. de collatio. §. volens in verbo tolle-
randas: quare, & in noſtra eadẽ ſpecie ſcrip-
65 ſit Dida. ſupra num. 18. ex † receptori ſen-
tentia, poſſe conſuetudine mixtim à laicis &
Eccleſiaſticis perſonis introducta, ſtatui ali-
qua, quæ à ſolis laicis non poſſunt, quemad-
modum Abb. Prepo. & Felin. nu. 18. docent
in cap. 1. de ſpõſa. ex tex. in ibi & gloſ. ſimul.

Idem

Digitized by Google

Idẽ Felin. in ca. Eccleſia ſanctę Marię nu. 26,
vbi Rip. de conſtitutio egregie Celſ. Hugo,
de noſtris legib' loquẽs in cõſ. 38. n. 8. Dida,
& alij à me citati. 2. lib. diff. 7. verſ. Secũda
quia inquit. Accedat etiã & magis in termi-
nis huius cõſtitutionis prohibẽtis iuramẽtũ,
66 † quod in gallia diſpoſitio d. Authen. ſacra-
menta puberũ minime obſeruatur, quemad
modũ teſtatur Caro. Moline. ad Alexan. cõſ.
22. li. 2. & rurſus apud eoſdẽ ſublatũ fore ef-
fectũ vimq. iuramẽti in diſpoſitione tex. ca.
debitores de iur. iur. teſtatur Rupell. in inſti.
foren. illius regni li. 1. ca. 13. Hęc autẽ apud
pios homines niſi ob Epiſcoporũ illius regni
tollerantiã, ſcientiã, & patientiã defendi nõ
poſſunt, quemadmodũ Dida. animaduertit,
in d. ca. quamuis pactũ in 1. par. §. 3. nu. 11. in
verſ. Sexto hinc dubiũ eſt: quæ omnia & no-
tanda, & perpetua tenẽda memoria ſunt ad
tuitionẽ noſtrarũ legũ, quibus iuramẽtum ex
cauſa in aliquibus caſibus interdicitur.
67 Infertur † ſecũdo verba & genuina decla-
ratio ad alterã huius regni cõſtitutionẽ inci-
pientẽ. *Per foragitar fraus*, ideſt ad excludẽ-
das fraudes, ſub tit. de promi. Do. Regis. Pe
tri. Quia cautũ, nõ poſſe filios vel alios quib'
ob cauſam matrimonij quidquã fuit dona-
tũ, ab huiuſmodi recedere donationibus, &
eas ipſas donatorib' reſtituere. Nam cũ cõ-
ſtitutio hæc perſonas aprehendat, actũ etiã
infirmet, & quæ geſta ſunt, & ſi filius vel alter
reſtitueret, nõ obligatur ſua conuẽtione, nec
naturaliter, ex his quæ ſuperius. Tũ quia cõ-
ſtitutio fuit facta ad fraudes vitãdas, quo ca-
ſu ex lege fraudib' obuiãte impeditur ortus
naturalis obligationis ratione conſenſus, vt
latè dixi hac comparatio. in verſi. Hoc enim
legis propriũ eſt fraudibus obuiare. His ac-
68 cedat † quod etſi firmatę forent iuramento
renuntiationes, nec eo quidẽ cõfirmarentur,
docet idẽ Nouiſſi. li. 1. reſolu. c. 8. n. 38. dua-
69 bus potiſſimũ rationib'. Prima † quia ſtatu-
tum infringens cõtract' tãquã fraudulẽtos;
quemadmodũ cõſtitutio hęc, etiã adſtãte iu-
ramẽto, minime cõfirmãtur, iuxta Bar. tradi
tionẽ in l. omnes populi nu. 25. de ius. & iur.
Bal. n. 5. in d. authen. ſacramẽta puberũ n. 5.
C. ſi aduer. vẽditio. vbi poſt antiquiores Iaſ.
nu. 84. qui cõmunẽ ad idẽ citat Alex. Ruin.
& Cur. ſenior. cui addẽdus Caual. qui multos
refert deciſio. 20. n. 22. rationẽ addit nu. 39.
70 Quoniã † ſtatuta fraudibus obuia publicã di
cuntur cauſam continere, latè dixi ſupra in
verſi. Et in terminis earũdẽ cõſtitutionũ: At
eo caſu iuramentũ nihil operatur Bart. in d.
l. ſi quis pro eo nu. 8. Bald. & Corne. in locis
ab eo relatis.
71 Altera † ratio, quia inſtrumentum iura-
tum, cui aliàs in vim ſtatuti nulla tribui-
tur fides, non firmatur iuramento, nam cum
deficiat inquit, probatio propter præſum-
ptionem ſtatuti, & iuramentum in conſe-
quentiam.
72 Neq. † ait firmantur iuramẽto cõtractus,
quoties ob tertij fauorẽ irritãtur: quippe in
illius vergat præiudiciũ cap. cum contingat
in fin. de iur. iuran. cap. 2. de pac. in 6. cum
alijs ab eo coacervatis n. 41. nos ſupra verſi.
73 Quanquam † illius tamen traditio in caſu
huius conſtitutionis in terminis iuramenti
probari non poteſt, aut interpretanda quem
admodum inferius dicam.
74 Primo † quia ſtatuta & leges municipales
vt idem nu. 37. rectè cenſet nuſquã extendũ-
tur ad contractus iuratos cum ex defectu po
teſtatis ſtatuentiũ, tum quia ſtatuta iuxta iu-
ris cõmunis diſpoſitionem ſint interpretãda,
quæ idem illic cõprobat multis relatis; ad-
dendi in his terminis Panor. qui ad partes
diſputat in diſputatio. incipiente, ſtante ſta-
tuto Gutier. in d. authen. ſacramenta pube-
rum nu. 35. Anchar. Rigi. q. 14. n. 14. lib. 2. &
innumeri alij, quos ad idem inſtitutũ conge-
rit Caual. deciſio. 30. nu. 12. in prima par.
75 Secundo † cõtractus quomodocunq. nul-
lus ſiue aduerſus formã ab ſtatuto præſcrip-
tam vel alio modo, iuramento validatur d.
authen. Sacramenta puberum d. c. quamuis
pactum de pact. in 6. d. ca. licet mulieres de
iur. iur. ex. & hæc eſt communis ſententia a
qua in iudicando & conſulendo non eſt re-
cedendum Gutier. tract. de contract. iura. 2.
par. cap. 21. nu. 14. poſt Dida. in d. ca. quam-
uis pactum 2. par. §. 2. nu. 9. qui & Bart. con-
trarium docentem communiter reprobari
ſcribit poſt Gomez in l. 69. Taur. nu. 4. vbi
Mencha. Tiraquel. & alios refert: Et fuit o-
pinio antiquiorum Anto. de Butri. & Immo.
in d. cap. cum cõtingat Anchar. Rigi. q. 15.
nu. 4. lib. 1. qui communem, quam etiam di-
cit communem, & ab ea non recedendum
Bero. in conſ. 181. nu. 2. in fin. vbi & num. 3.
ſcribit hanc eſſe in dubio amplectendam,
quia agitur de concernentibus animam &
peccatum, quo caſu tutior via eſt amplec-
tenda. cap. iuuenis cum ibi notatis ex. de
ſponſa.
76 Quinimo † etſi expreſsim ſtatutũ vel con-
ſtitutio noſtra iuramentũ excluderet, & con-
tractum dolo initum, vel non probantẽ ſta-
tueret, vel etiã præſumeret, iuramentũ dolo
vel fraude initum, notariosq. huiuſmodi cõ-
tractus recipientes fore puniendos, nihilomi
nus quo ad fictionem iuramenti præſumpti
per legem municipalem, licet quoad annul-
lationem cõtractus valeret, nõ tamen quoad
iuramentum quod eſt vinculũ ſpirituale, ex
defectu poteſtatis, neq. poſſet niſi petita ab-
G ſolutione

ſolutione retrocedere fili⁹, vel mulier quem-
admodum egregie docet Alex.conſ.39.lib.
4.& dicit communem aduerſus Bart. idem
Bero.(qui multa docet ad hoc inſtitutum d.
conſ.ſcribit) nu.2.in fine.
77 His addendum ✝ mirabile quod & ſi ſta-
tuta alicuius loci fuerint per Pōti. Maxi. cō-
firmata, non tamen cenſetur confirmatū hoc
ſtatutum derogans iuramento, quemadmo-
dum erudite docet multis rationibus Alex.
d.conſ.39.lib.4.vbi & hanc opinionem di-
cit veriorem, & magis communem, quam &
receptiſsimam dicit idem Bero. conſ. 180.
nu.22.ad medium lib.1.qui quibuſdam illic
obiectis reſpondet, eandem tenuere multi
alij, quos refert Bruno.q.22.nu.32.Boni. de
ſtatuta.Vrb.præſ.gloſ.2.nu.23. eos ſequitur
aduerſus Rimi.cū plurimis alijs Alex. Ran.
conſ.9.n.44.& ſeq.lib.1.addit n. 47.48.49.
maxime tenēdam hanc opinionē poſt S. C.
78 Tridentinum; ✝ Quinimo docet ex Bald. &
Nīui. quod vbi lex municipalis iuramēta in-
terponi vetaret, ſi apponeretur, poſſent adiri
Iudices Eccleſiaſtici pro illius obſeruantia
dixi ſupra in verſi. Aduertendum extremo.
79 Triplex igitur ✝ in hac controuertia (vt
nullus poſthac dubitationi locus relinqua-
tur) inſpectio obſeruanda eſt. Prima circa
contractus inualiditatem, altera circa obſer-
uantiam iuramenti, tertia circa abſolutionē
petendam. Primæ inſpectionis regula vera
80 & communis, ✝ contractum hunc ab ſtatuto
vel lege municipali firmatū non valere quia
lex reſiſtit, & nec naturalis obligatio oritur
81 ex his quæ ſuperius. ✝ Secundę inſpectionis
vera reſolutio, teneri iurantes filios, vel mu-
lieres iuramentum obſeruare.
82 Tertiæ ✝ iuſte quidem peti ab hoc iura-
mento abſolutionem, nec poſſe per Iudicē
Eccleſiaſticum denegari. Sic in terminis do-
cet Caual.d.deciſio.30.a nu.18. 19. qui ex-
preſsim ſcribit iuramētum hoc nullum eſſe,
nu.19.dicit hęc ſed bene debet a iurāte ob-
ſeruari: vbi multos refert Alex. Gabri. Bal.
Arnol.& Corſet.adde eandē ſententiā ſum-
mis noſtrorū traditionibus docere egregie
83 Alex.Rauden.conſ.9.nu.36.lib.1. Vbi ✝ ait
quod & ſi contractus ſit nullus, iurans tamen
non poteſt cōtrauenire propria authoritate
nu.38.ſubiungit niſi petita abſolutione a iu-
ramento, dicens communem, & ita iudicatū
Florentię referente Magoni.deciſio.22. nu.
5.& nu.39.addit. Quia (inquit) ſtatutum va-
let ſolum quoad annullationem contractus,
non autē reſpectu nullitatis iuramēti ſecūdū
84 cōmunem opinionem. ✝ Bero. autē d. conſ.
181.n.4.circa tertiā hanc inſpectionē adiun-
git, intelligere omnes doctores iuſtiſsimam
cauſam petendi abſolutionem fore annulla-
tionē contractus factā per ſtatutū. qui & d.
conſ.& antecedēti pleraq. doctiſsima ſcrip-
ſit, is vidēdus. Eandem opinionē nouiſsime
ſequitur multis exēplis hominū, & legū mu-
nicipaliū ſimilibus ſtatutis cōprobans. Petr.
Surd. qui tñ de prædictis non meminit in
conſ.194.li.2.n.21.22.23.24. Et licet multi
videantur tenere contrariū, ſi rectè animad-
uertatur nō tenent, quia minime negant ab-
ſolutionem ab ipſo iuramēto petendā. licet
85 contractū non valere aſſeuerent. ✝ Neq. facit
ratio à Nouiſsimo tradita num.40.in d.cap.
Quod cum hac conſtitutione fides inſtrumē-
ti caſſetur, vt ei in iudicio nec extra iudiciū
fides poſsit adhiberi, iuramētum quod alias
non conſtaret præſtitum niſi ſola inſtrumēti
ſcriptura nihil prodeſſet ex traditione Bart.
in d.l.ſi quis pro eo n.13. Bal.in d.ca. cū cō-
tingat n.19.Panor.nu.26.Pinul.cōſ.77.n. 8.
86 ✝ qui aſſirmant ex diſpoſitione ſtatuti, quo fi-
des inſtrumēti infringitur, nedū inſtrumētū
ipſum, ſed & iuramētū penitus tolli ac ſi po
ſitum non fuiſſet, cū ſi probatio deficit geſti
cōtractus, & iuramenti. Nam in primis Reſ-
pondetur contrariā in eiſdem terminis eſſe
veriorē, & magis cōmunē vt ſupra ex Bero.
d.conſ.181.nu.2.& conſi.præcedenti.
87 Secundo ✝ Reſpon. non poſſe ſtatutis lai-
corum principū, tolli iuramenti vim & effec-
tum ſecundū veram & receptiſsimam tradi-
tionem de quā ſupra. Et licet multi teneant
contrariā ſententiā, quoties lege regia iura-
mētū prohiberetur interponi, vt per Pinel.
in d.l.2.3.par.c.1.n.11.C.de reſcind.vendi.
qui cenſit poſſe cū dicat hodie temerarium
fore obijcere Regibus in regnis Caſtellę &
Portugaliæ defectū poteſtatis, & eandē ſen-
tentiā in terminis dictarū cōſtitutionū. *Per-
prouebir*, & alteri⁹ ſequētis *ajuſtant* in ſimili
Caſtellę lege Dida. Couar.in d.ca.quāvis pa
ctum.1.par.§.3.n.7.qui id fieri poſſe defen-
dit. Et Matien.in d.li.5.tit.11.glo.8.a nu.1.
ſupra relati, verè tñ cōtra cōmunē id ſenten-
tiam eſt, ex his quę Carpa. Virgi. Caual. &
88 Alex.Raud.ſupra relati docēt. Tum ✝ quod
lex illa Caſtellę quemadmodū & noſtræ cō-
ſtitutiones ſolū impedit interpoſitionē iura
mēti prohibēdo ne id notarij in ſimilib⁹ mi
norū cōtractibus apponāt, aut quoties ad vi-
tandas fraudes lex iubet in aliquib⁹ caſibus
ne inſeratur, At nō negat quin ſi interpoſitū
ſit, quanquā contrahētes, & notarius poſſint
puniri, ſuum deſinat habere effectū, quia vis
iuramenti ſolū Ponti.Maxi.& Eccleſiaſticos
Iudices recognoſcit, vt fatetur idē Dida. d.
§.nu.8.in verſi. Secundū quod, & facilius im-
peditur actus quam vt factus infringi poſſit,
ex regula legis patre furioſo, cum ſimilibus
de his qui ſunt ſui vel alie.iur.

Tertio

89 Tertio † reſpondetur, in caſu huius con-
ſtitutionis nihil de iuramento dictum, con-
ſequenter ſtatuta, vel leges municipales cō-
tractus iuratos nunquam comprehendere,
vt ſupra verſi. Illius tamen traditio. Quar-
to reſpondetur Bart. & aliorum traditio-
nem procedere quoties contractus defficit
ex deffectu probationis, ſecus vbi aliàs
conſtaret iuramentum fuiſſe interpoſitum,
ſi igitur deficit probatio & conſequenter
contractus infringitur, non id prouenit ex
deffectu iuramenti ſed probationis. argu.
90 l. duo ſunt Titij de teſta. tutel. † quia iura-
mentum vt rectè & erudite explicat Dida.
in dict. cap. quamuis pactum 2. par. §. 6.
num. 1. nunquam ſuplet probationis defe-
ctū, cum non interponatur ad fidem proba-
tionis augendam, ſed ad contractus robur
& confirmationem addendam, quem ſe-
quitur, & refert Mencha. tract. de ſucceſsio.
creatio. §. 29. lib. 4. nu. 1. ad medium.
91 Non † obſtat extrema nouiſſimi ratio
num. 41. in eo. cap. qui in tuitionem ſuæ
ſententiæ hanc adducit, contractus nuſquam
iuramento confirmari quoties vergunt in
tertij pręiudicium. dict. ca. cum contingat
in fin. de iur. iur. ca. 2. de pac. in 6. cum alijs
per eundem coaceruatis ibi, atqui ſi ſimiles
contractus per Conſtitutionem Regiam im-
probati, iuramento firmarentur, vergeret in
coniugis, parentum, & conſanguineorum
præiudicium, qui niſi facta illa donatione,
matrimonio minime conſenſiſſent, nec for-
ſan tam ingentem dotem filiæ conſtituiſ-
ſent, quemadmodum & in ſimili caſu con-
ſiderauit & decidit Vincen. de Franq. de-
ciſio. 205. 1. par. ductus authoritate Telij
Ferdinan. in l. 17. Taur. num. 73. & dicam
fusè lib. 3. quęſt. 2. & 3.
92 Reſpondetur † enim quod vulgo dicitur
iuramentum in tertij præiudicium non o-
perari, intelligendum eſſe de præiudicio, &
intereſſe ęſtimabili, quod infert damnum
iuri quæſito, vel quærendo, & ita intelligi-
tur tex. in dict. ca. cum contingat, quem,
& alia illi ſimilia ſic intellexere Panormi.
Anton. Immo. & omnes nam & in hac ſpe-
cie non vere pręiudicium facere dicitur do-
natarium res donatas reſtituendo, ſed ma-
gis dolum, & fraudem comittere, vt rectè
93 conſtitutio ait in prioribus illius verbis, † &
ſic expreſſim conſiderat Vincen. de Franq.
dict. deciſ. Rurſus in caſu illius deciſionis
non fuerat interpoſitum iuramentum quem
admodum nec hæc etiam conſtitutio de iu-
ramento loquitur ſanè, & ſi dolus vel fraus
dederit cauſam contractui, vel incidat in
ipſum contractum, ſi fuerit iuratus, & ſi quo
ad robur contractui præſtandum nullius ſit
valoris, quia iuramenta dolo præſtita non
94 ſint obſeruanda, † id tamen ita intelligen-
dum eſt, quoties dolus iurantis abſorbet
conſenſum contrahentis, aliàs & ſi dolus
det cauſam contractui vel incidat, ſemper
petenda abſolutio eſt ratione præſtiti iura-
menti, ob illius reuerentiam, & hanc ex
multis affirmat communem Didac. Couar.
in dict. cap. quamvis pactum in 3. par. §.
4. num. 2. 3. Et Gutierrez tracta. de con-
tract. iurar. 2. par. cap. 37. num. 22. & cap.
95 40. num. 26. poſt principium: † quinimo
in terminis & puncto noſtrę quæſtionis vbi
lex municipalis (vt hæc conſtitutio) ſtatue-
ret, & induceret contractus celebratos in
fraudem eorum, quę eadem lex diſpoſue-
rat, nullos eſſe, & nullius effectus, ſi interpo-
natur iuramentum valent, decidit Gutier.
tract. de contract. iurat. cap. 14. nu. 6. par.
2. id ipſum dict. conſtitutio vt prima illius
verba oſtendunt: quod ipſe ſano modo vt
ſupra intelligerem quoad abſolutionem tan
tum iuramenti, cum ſit clariſſimum nullum
hunc contractum, ex quo nec ciuilis aut na-
turalis obligatio oritur non poſſe iuramen-
to quo ad robur & firmitatem illius ſpectat
confirmari, vt idem ipſe declarat alio loco
in d. tract. 2. par. ca. 55. nu. 6. & 7.
96 Ex his † liquet ſuſpectam admodum imo
non tutam dictam opinionem, qua periurijs
via aperiatur, & toto repugnat iuri, poſſe
quenquam in propria cauſa ſibi ius dicere
l. qui iuriſdictioni cū ſimilibus de iuris. om.
Iud. l. vni. C. ne quis in ſua cauſa, maxime in
ſpiritualibus, & animā pertingentibus, atq.
his temporibus quemadmodum Alex. Rau.
aduertit. d. conſ. 9. aut interpretāda, vt intel-
ligatur tantum quo ad vinculum iuramenti,
non de abſolutione illius, in hunc enim ſen-
ſum accipienda verba, & ſententiam nouiſſi-
mi opinor. Et vide Anchar. Regien. q. 14. li.
2. nu. 19. affirmantem poſſe legem ſtatuere,
quod niſi certa forma in contractibus mino
rum obſeruetur, tales cēſeantur metu & do-
lo celebrati, & ſi fuerint iurati.
97 Vltimo † infertur verus, & ſingularis in-
tellectus ad decretum ſacrum Tridentin. in
dict. cap. 1. de reformatio. matrimo. quo
inhabilitantur contrahentes *ad ſic contra-
hendum*, ideſt clandeſtino contrahendum,
nullos & irritos huiuſmodi contractus de-
cernens. Nam licet videatur quod ex hac
clandeſtina matrimonij celebratione prop-
ter conſenſum naturalis obligatio oriatur,
& conſequenter ſic contrahentes teneantur
in foro conſcientiæ denuo contrahere &
fidem ſeruare, adeo vt ſi cum alijs id effi-
cerent mortifere peccare videantur.
98 Primo † quia vt dictum in huius com-

 paraționis

parationis tractatu, obligatio naturalis ex
conſenſu, quæ a iure gentium deſcendit,
neqnit vlla lege humana tolli,& quod na-
turaliter debetur id & iure diuino deberi, in
comperto eſt.

99 Seſe † enim ius diuinum,& naturale con-
comitantur cap. 1. diſtinctio. 1. vbi gloſ. in
verbo. naturali, diuino exponit ibi Archi-
diaco. num. 6. Gome. in expoſitione ver-
borum tex. & in prima,& ſecunda oppoſi-
tio. & ad finem in verſic. gloſa ſuper ver-
bo naturali cap. fina. vbi idem Archidia.
9. diſtinctio. Pręposi. in dict. cap. 1. diſtinct.
prima.

100 Eſt † enim lex naturalis æternæ legis
ſimbolum,& participatio, & lex diuina cen-
ſetur: declarat Aſten. in Summa lib. 1. tit.
3. artic. 5. quæſtio. 1. & 2. Alfon. de Caſt.
qui latè de poteſ. leg. pœnal. lib. 1. cap. 4.
ſub littera D. Domini. de Soto tractat. de
de ius. & iur. lib. 1. quęſtione 3. artic. 1. Ex
noſtris Bart. in l. admonendi num. 57. de
iur. iuran. in l. 1. num. 9. de condic. indebi.
& in dict. l. cum quis num. 9. C. de iu. &
fact. igno. Iaſſ. poſt eundem Barto. ibi in
l. milires nu. 1. C. de teſtam. mili.

101 Diuina † enim lex in lumine naturalis
rationis ſtabilitur, multis probat idem Do-
mini. de Soto. tracta. de ius. & iur. lib. 1.
quæſtio. 7. artic. 2. Ita fit vt etſi per ius ca-
nonicum, quęuis in teſtamentis ad pias cau-
ſas ſublara ſolemnitas fuerit ca. relatum
102 cum ſimilibus de teſtamen. † non tamen po-
teſt canonica lex efficere vt hij, qui iure na-
103 turæ inhabiles ſunt teſtari poſſint, † quia
iura naturalia diſpenſationes non agnoſ-
cunt, quemadmodum egregie Bald. ſcrip-
ſit in rubr. C. qui accuſare non poſ. num.
10. Innocen. & poſteriores in ca. ſiſcitatus
de reſcrip. Deci. ibi num. 9. Vanti. de nul-
lira. proceſſ. ex defec. iuris delega. numer.
39. Alex. in l. 1. §. nuntiatio num. 23. Iaſſ.
num. 7. ff. de no. ope. nuntiati. idem in
l. reſcripta numer. 12. C. de præci. imper.
offer. Caſtren. & Deci. num. 6. in l. fina.
C. de teſtam. milita. Alex. conſil. 79. num.
7. lib. 1. Idem Iaſſ. in l. 1. numer. 1. lectu-
ra num. 13. & in 2. num. 15. C. de ſacro.
Eccleſ.

104 Ab † eodem. etiam dimanat principio,
vlla poſſe lege canonica, aut Papę poteſta-
te matrimonia concedi iure diuino & na-
turali interdicta, ad tex. in ca. litteras vbi
glo. & interpretes de reſtitutio. ſpoliat. vbi
Panormita. num. 12. & 17. glo. vulgaris in
cano. fin. in verbo ſacramentum de tranſa-
ctio. glo. in can. pyctatium 30. quæſt. 3. Spe-
cula. titu. de diſpenſatio. §. nunc breuiter
num. 4. Staphi. tractat. de litter. grati. &
inſti. ad fin. vbi caſus recenſet, in quibus Pa-
pa non diſpenſat, erudite ad hanc rem Pari.
conſi. famigerato 68. a num. 1. lib. 4. Dida.
Couarruuias in Epitom. de ſpon. 2. par. cap.
6. §. 10. qui numer. 1. a ſuperiori incipiens
105 regula, † nullum a iure diuino ait gradum
prohibitum, qui etiam non ſit de iure na-
turali, & in his nec Roma. Pontificem diſ-
penſare, idem Dida. in §. præcedenti qui
docte vt ſolet explicat vſque ad finem: & an-
te eum communis, & erudítiſſimus magiſter
Azpilcue. in Manua. Confeſſo. ca. 22. num.
84. idem in ca. litteras de reſtitu. ſpoliato.
& in conſilio. 3. num. 2. & 3. titu. de ſponſa.
vbi ſcriptum reliquit poſt D. Thom. &
106 communem, † Papam non poſſe efficere, vt
verum ſit ſacramẽtum, niſi in eo concurrant
ea, quę ſunt de ſubſtantia ſacramenti.

107 Ab eodem ipſo † ſequitur principio ma-
trimonium contractum aduerſus interdic-
tum eccleſiæ ratione illius iuris naturalis
valere, licet peccent contrahentes, dum in-
terdictum perpetuam prohibitionem non
contineat; fortius eſt enim vinculum con-
iugale, quam Papæ interdictum Domini. de
Soto in 4. ſententiarum diſtinctione 38. q.
1. artic. 1. & tractat. de iuſt. & iur. lib. 7.
quæſtio. 4. artic. 2. Sylueſt. verbo matrimo-
nium 4. quæſtio. 5. Tabien. in ſumm. ver.
diſpenſatio nu. 7. glo. celebris in ca. ad diſ-
ſoluendum gloſ. fin. ex. de deſpon. impub.
vbi Panormita. num. 9. ſpe. titu. de matri.
contract. con. inter Eccleſi. in prinei. Aſten.
in ſum. lib. 8. titu. 31. verſi. quid ſi contra
interdictum Papæ, Didac. Couarruuias in
Epitom. de ſponſa. 2. par. cap. 6. num. 6. &
ſeq. Matien. in lib. 5. ordina. glo. rubr. lib. 1.
num. 146.

108 Deſcendit † & illud ab eodem ratione
clandeſtina matrimonia valuiſſe, & ex his
naturalem ortam obligationem, quę in con-
ſcientiæ foro obligauit ex communi om-
nium traditione in rubr. ex. de clandeſti.
deſponſa. Bero. ex alijs quæſt. 107. ad finem
Cæpha. conſ. 276. nu. 16. lib. 2. conſ. 82. nu.
28. lib. 1. Didac. in Epitom. de ſponſa. 2.
par. cap. 6. num. 7. 8. probat expreſſim ca.
1. de reformar. matrimo. in primis verbis
ſeſſio. 24.

109 Sacramenta † enim quatenus ſacramẽta,
vt matrimonium, & alia non ſubſunt iudi-
cio Romani Pontificis, nec ſuper illis Papa
poteſtatem habet diſpenſandi, vel ſtatuen-
di Palu. in 4. diſtinct. 24. quæſt. 1. artic. 3.
& D. Thom. ibi diſtincti. 17. quæſtione. 3.
articulo primo. Tabien. in ſum. ver. diſ-
penſatio quæſtione 2. Domini. de Soto. de
ius. & iur. lib. 7. quæſtione 3. articulo. 2. in
verſic. contra tertiam Didacus, Couarru. in
lib. 1.

lib. 1. variarum reſolutio.cap.10.num.17. &
ante numer. 3. Spin. tractat. de teſtament.
gloſ. 15. num. 70. quæ tamen intelligenda
vt infra.

110 Vt igitur † eo reuertamur vnde digreſſi
fuimus, lege vlla humana impediri poſſe ma-
trimonium contrahendum videtur, nempe in-
terdici perſonis quo minus illud contrahãt,
cum ſit iuris naturalis.

Repetenda nunc eſt (vt argumentationes
diſſoluamus) Barto. traditio in dict. l. cum
lex de qua ſuperius verſic. declarat ſui ip-
111 ſius traditionem Bartolus, † poſſe lege,
(qua in foro conſcientiæ inferiores con-
ſtringuntur) interdici ex cauſa, ne contra-
hant niſi certa adhibita ſolemnitate, ſicque
inhabilitari ne paciſcãtur, comprobat mol-
tis Tiraquel. præter eos in loco relatos de
ll. connubia. gloſ. 8. num. 170. Sic in ma-
trimonio, nam quatenus contrahentes ho-
mines ſuperiorum legibus iuſtis conſtrin-
guntur, & ſicut prius quærendum in reli-
quis contractibus, an qui contrahunt legi-
timę ſint perſonæ argumento l. ſi quæra-
mus ff. de teſta. ſic in matrimonio habiles
eſſe debent, vt matrimonio poſſint copu-
lari; in princi. Inſtit. de nup. & § 1. cum
ſequentib. gloſa in §. illud certum verbo
enumerari illo titulo cap. ex parte in 2.
verſic. nos autem ex. de conue. coniuga. ca.
fina. ex. de ſponſa. duo. Et rectè quidem
Magis. ſenten. in 4. diſtinctione 54. quem
112 alij ſequuntur theologi † matrimonium
diffinit, vt coniunctio ſit maris, & fœminæ
maritalis inter legitimas perſonas indiui-
duam vitæ conſuetudinem retinens, ornat
Brunel. tract. de ſponſa. concluſio. 1. num.
11. & ſeq. Lup. tracta. de matrimonio par.
prima num. 6. Tabien. in verbo matrimo-
nium. 1. in principio.

113 Nam † ea copula tantum hominibus li-
cita eſt, quæ iure, & ratione ſubſiſtit dixit
Didac. in Epitom. ad 4. 2. par. cap. 1. nu.
7. ad finem Mati. in li. 5. ordinationum
gloſ. 1. rubr. numer. 15. verſic. Quia ad hoc
114 id † ipſum pleriſque ll. titu. de rit. nuptia.
conſtat, quibus matrimonij contractus qui-
buſdam interdicitur perſonis a l. 7. illius ti-
tuli vſque ad finem. Et cum homo mate-
ria ſit ſacramenti, (& ſi in hoc quidam ali-
ter, vt poſt alios nouiſſimè Spin. dict. tract.
115 de teſta. gloſ. 15. num. 3.) † poteſt cano-
nica lex ex cauſa quaſdam a materia exi-
mere perſonas, & interdicere ne contrahãt
Didac. ex alijs in Epitome de ſponſa. 2.
par. cap. 1. §. 1. in fin. latius ead. par. 2. ca.
116 6. §. 10. numer. 17. atque † contrahendo
canonica ſolemnitate ſpreta, vel aduerſus
Eccleſię interdictum perpetuum nulliter
contrahitur, mortaliter etiam peccantes
ij, qui vt adulteri ab eadem Eccleſia ſunt
ſeparandi cap. fina. in fine ex. qui clerici vel
vouen. ca. cum haberet cum ſimilibus ex. de
eo qui duxit in matrimonio.

117 Vt igitur † ſæpius leges, & municipalia
ſtatuta, inhabiles fecerunt perſonis ex cau-
ſa, & ne contrahere poſſent interdixerunt,
ſic & canonica ad matrimonia contrahen-
da quibuſdam id prohibuit Hoſtien. in ſum.
titul. qui. fili. ſint legi. §. qualiter & a quo
verſic. Sed Papa, & titu. qui clerici vel vo-
uen. §. ſi quis vouens idem titu. de matri.
contract. com. Inter. Eccleſ. §. fin. Aſten.
in ſum. lib. 8. titul. 3. verſi. Quod ſi con-
tra interdictum Papæ Calderi. & Anchara.
in cap. poſſeſſor numer. 1. de regulis iuris
Tabien. ver. impedimentum 1. in commu-
ni numer. 3. verſic. Secundo notandum poſt
D. Thom. & alios ab eo relatos Domini.
de Soto in 4. diſtinct. 26. quæſtio. 4. arti.
3. Adrian. de ſacra. matrimo. quæſtione 1.
verſic. Ad rationes. Didac. vbi ſupra numer.
17. Vital. in Candela. Aur. titu. de impe.
matrimo. quæſtio. 7. 8. 9. numer. 83. Gutier.
tract. de contract. iurat. cap. 51. numer. 22.
Alfon. a VeraCruce in ſpeculo coniugio. 3.
part. artic. 20. 1. notab. Gregor. Lupus in l.
18. gloſ. 2. titu. 2. par. 4. Matien. in gloſ.
rubri. 1. titu. 1. lib. 5. numer. 38. Barbo. in
rubr. ff. ſolut. matri. 2. par. num. 84.

118 Accedat † quod nedum lex perſonas cõ-
ſtringere, vt reipublicę membra poteſt, ſed
& cum matrimonium ſit ab vna parte con-
tractus legitimus, cum & inter infideles cõ-
ſiſtat cap. quanto vbi Panormitan. numer. 3.
& poſt alios de diuo. inter quos non po-
teſt eſſe vt ſacramentum, ſed vt contractus
Azpilcue. in Manua. Confeſſ. cap. 22. numer.
19. poteſt Eccleſia eum ex cauſa infringere
& annullare, vt enim talis, legibus ſuperio-
rum ſubijcitur l. legitima vbi omnes ff. de
pact. l. non dubium C. de legi. Didac. d. §.
10. num. 17. Matien. ſupra num. 38. Domi. de
Soto in 4. d. 28. quæſt. vni. art. 2. idcirco irri-
tari, & tolli aliquando in totum poteſt l. ſi
vnus §. pactus ne peteret ff. de pac.

119 Sane † & potuit lex canonica conſenſum
qui huic contractui præſtatur declarare, quis
ſcilicet, & qualis, & coram quibus perſonis
debeat præſtari Spin. tracta. de teſta. gloſ.
15. num. 49. quemadmodum & de conſen-
ſu mulieri præſtando iuxta municipalia ſta-
tuto Tiraquel. ſupra latius, & de eo qui a tu-
tore vel curat. mino. & in alijs exemplis quę
Barto. in dicta l. cum lex & alijs ſupra.

120 Et † poteſt Roma. Ponti. ex cauſa ius
etiam diuinum, & naturale declarare leges
121 † etenim poſitiuæ humanæ dum iuſtæ ſint vt

a limpidiſsimis, & vberrimis fontibus riuuli defluunt, ſic a iure illo naturali confuſo deriuantur, quemadmodum poſt Thomã, & alios recte licet alijs verbis ſcripſit Sarmien. tracta. de reddi. Eccleſi. 4. par. cap. 2. & cap. 5. idem Sarmien. li. 3. ſelecta. interpre. cap. fina.
122 poteſt, & in eo diſpenſare † non quatenus diſpenſare ex vi verbi relaxationem iuris diuini vel naturalis deſignat nã id nõ poteſt vt ſupra. Sed quatenus diſpenſare, declarare ſcilicet, & interpretari vtique ſic. D. Tho. quolib. 4. artic. 13. & quolibet. 9. artic. 15. Turrecrem. lib. 2. de Eccleſ. capi. 107. & lib. 3. cap. 53. cap. 57. Aſten. lib. 1. titul. 20. artic. 15. Zab. in capi. cum ad monaſterium nu. 6. de ſtat. monacho. Soteri. late tractat. de pẽſio. quæſt. 20. num. 132. cum multis ſequen. banc diligenter materiam excutiens. Gozadi. conſil. 51. num. 34. 38. & ſequen. erudite & late Pariſi. conſil. celebri 68. a num. 126. cum alijs multis poſt Panormitan. Inno. & alios in cap. final. de conſuetu. idem Panormitan. in cap. quæ in Eccleſiarum num. 8. de conſtitutio. vbi Felin. num. 26. Dec. num. 13. Bero. num. 134. & ſequent. Bart. in prima ff. conſtitutione num. 6. & in l. omnes populi num. 22. de iuſ. & iur. & in l. 1. poſt gloſ. ibi ff. de coniectu. prin. Socin. conſi. 28. num. 10. lib. 1. Dida. in Epito. de ſponſal. 2. par. capi. 6. § 9. num. 4. & lib. 1. variar. reſolutio. capi. 17. num. 8. Azpil. in capit. nouit num. 89. de iudi. Surd. tracta. de alimen. titul. 1. quæſtio. 1. num. 14. & conſil. 321. num. 41. lib. 3. qui alios refert, differen. 7. Matien. in l. 2. titu. 1. glo. 4. lib. 5. Sarmien. tract. de reddi. Eccleſ. par. 4. cap. 2.
123 Et † obtinuit matrimonium, & ſi perfectum non tamen carnali copula conſummatum iuſta Papæ diſpenſatione poſſe infringi, iuxta gloſam inſignem in capit. ex publico de conuer. coniuga. vbi Panormitan. num. 14. eſt communis referente Felin. in capi. quæ in Eccleſiarum num. 20. 21. 22. 23. de conſti. Deci. num. 13. & de communi. Imola in capi. final. num. 6. de tranſacti. Bero. in dicto cap. quæ in Eccleſiarum num. 104. Prepoſi. in cap. final. num. 4. vbi obiectis eorum, qui contrariam tuentur reſpondet, ex de ſponſa. duo & de practica atteſtantur. Hieron. Pau. in practi. Cancellari. in notabilibus in verbo diſpenſar. vltimo. Staphi. tracta. de litt. grati. & Iuſti. ad finem tracta. vbi caſus numerat, in quibus Papa non diſpenſat. Hiero. Grat. reſpon. 1. num. 31. lib. 1. vbi & communem Deci. conſil. 602. num. 10. & 603. num. 7. Gozadi. conſil. 8. num. 4. Cur. iuni. conſi. 170. num. 1. Pius & eruditiſſimus Azpil. in Manua. Confeſſo. cap. 22. num. 21. vbi & receptiſſimam affirmat.

124 Et † diſpenſare ex cauſa vt monachus matrimonium contrahat, quemadmodum olim in Remigio Aragonum Rege noſtro. Omnes in dicto capi. cum ad monaſterium Inno. Hoſtien. Andr. Butr. Anchar. Zabarel. & Panormitan. num. 2. ex notiſſimis Didac. in cap. 2. num. 10. de teſta. Azpil. in capit. nouit 3. nota. num. 5. de indi. Domin. de Soto de iuſ. & iur. lib. 7. quæſtio. 4. artic. 2. Pariſi. dicto conſil. 68. num. 147. 148. Socin. conſil. 13. num. 16. lib. 1. Gozadi. conſil. 51. num. 16. Azpil. conſil. 13. titul. de ſponſal. num. 2. Lanfr. conſil. 20. num. 1. & 9. eodem titul.
125 Hinc † illud efficitur, poſſe Roma. Pontif. impedimenta inducere, propter quæ matrimonium quod ſolo conſenſu perficitur, irritum fit omnino, quemadmodum de impedimentis conſanguinitatis conſtat affinitatis, cognationis, legalis, cultus diſparis, & alijs ſimilibus de quibus ſinguli in decretalium libris tituli extant. Dida. late in Epito. ad 4. 2. par. capi. 6. num. 1. & § 11. cum ſequen. § 6. 9. decem. Azpil. in Manua. Confeſſo. capi. 22. num. 39.
126 Denique † id citra vllam dubitationem eſt, quoniam ſacro Triden. Concilio diffinitum fuit in can. 4. de Sacramen. matrimo. ſeſſio. 24. *Siquis (inquit) dixerit Eccleſiam non potuiſſe conſtituere impedimenta matrimonium dirimentia, vel in his conſtituendis erraſſe, anathema ſit*, adſtipulatur tex. in cap. ad abolendam de hæreti. ex. pariter Eccleſia ſacroſancta impedimentum in matrimonio ſpirituali induxit nouiſsime, in his, qui ante annum decimum ſextum profeſsionem emittunt, quam nullam eſſe decernit capit. 15. de regul. ſeſsio. 25. vt olim ante decimum quartum, etſi doli capaces forent cap. ad noſtram vbi Panormitan. & poſteriores de regula. vt nec ciuilis, aut naturalis tunc obligatio oriatur.
127 Ab his † omnib^s^ genuinus, & ſincerus prodit intellect^s^ cap. 1. de refor. matrim. ſeſsio. 24. in verbis illis; *Eos ſancta ſynodus ad ſic contrahendum omnino inhabiles reddit, & huiuſmodi contractus irritos, & nullos eſſe decernit, prout vos præſenti decreto irritos facit, & annullat*: potuit enim canonicum Trident. Concilij decretum, & perſonas, & ſi laicas, ratione tamen Sacramenti ſubiectas inhabiles reddere, ad ea, quæ ſupra fuſè potuit, & contractum matrimonij ex cauſa irritare, quemadmodum ciuilis lex. Et ſtatuta ſæpius municipalia ſtatuunt; potuit, & impedimentum nouum inducere. Vt igitur cuncti ſcirent id facere ſacrũ Concilium, omnia præſtitit, perſonas inhabilitauit, impedimentum conſtituit, & contractus nullos decernit. Etſi enim

enim ſola inhabilitatio ſufficere videretur,
& ſuperflua ea verba decreti quæ ſequuntur;
& huiuſmodi contractus irritos, &c. non ta-
men ſic, quia diuerſis reſpectibus prolata, di-
uerſos pariunt effectus: priora verba perſo-
nas, poſteriora contractus reſpiciunt, vt nihil
ſuperfluum eſſe cenſeatur; licet Gutier. tra-
cta. de contract. iurat. aliter ſuperfluitatem
excuſet.

128 Ex his † ſequitur, ab huiuſmodi contra-
ctibus clandeſtinis matrimonij nec ciuilem
aut naturalem oriri obligationem, qua ſic
contrahentes obligentur iterum in forma
Eccleſiæ contrahere; & tutos eſſe in foro
conſcientiæ eos qui poſt recedunt, & cum
alijs contrahunt, quemadmodum in termi-
nis eiuſdem Tridentini decreti docuit prior.
Azpil. in Manua. Confeſſo. cap. 22. num. 69.
70. cum ſequen. & conſil. 1. titul. de ſponſal.
a num. 1. & 2. & illius conſanguineus Salman-
ticenſis olim decretorum interpres, in elucu-
brationibus ad d. cap. 1. de reformat. ma-
trimon. non impreſsis; in verbis qui aliter
quam præſente Parocho, &c. Gutier. tracta.
de contract. iurat. capit. 51. num. 21. idem
in pract. quæſtio. lib. 2. quæſtio. 4. num. 1. 2.
& 13. Salzed. ad pract. de Luco. in practic.
crimin. canonica, capit. 73. Segu. in directo.
iudi. Eccleſiaſ. 2. par. cap. 15. num. 44. Rojas
tracta. de ſucceſsio. abinteſta. cap. 2. num. 23.
Sarmien. lib. 1. Selectar. interpre. cap. 6. nu.
7. Didac. Perez in l. 1. titul. 1. lib. 5. ſtatim
poſt principium Alphon. a vera Cruz in ſpe-
cul. coniugio. in eius appendice du. 5. fol. 12.
Spin. tracta. de teſtamen. gloſ. 15. num. 49.
& 50. cum ante, & poſt ſequen. Matien. in
gloſ. rubrica. 1. num. 55. titul. 1. lib. 5. ordina.
Ex Italis, Menoch. de præſump. lib. 3. præ-
ſump. 1. num. 102. Lancel. Galliau. ad con-
ſuetu. Alexandriæ in gloſ. vxori numer. 14.
Caualca. in repetto. 1. part. deciſio. in ver.
matrimonium ſine denuntiationibus, & de-
ciſio. 29. num. 18. 1. part. Triuiſ. deciſio. 20.
num. 3. lib. 1. Cæpha. conſil. 421. num. 17. &
ſequen. lib. 3. Menoch. qui in eadem facti
ſpecie reſpondit conſil. 69. a num. 1. lib. 1.
Peregrin. tracta. de fideicomiſſ. artic. 24. num. 65.
129 † vt enim a licito actu obligatio oritur na-
turalis quæ in foro conſcientiæ obligat, ab
illicito nulla, nec quæ in foro fori conſtrin-
gat. Azpil. conſil. 5. tit. de emptio. & vendi.
num. 15. & conſil. 20. titul. de regula. num. 14.
130 † & quod nullum eſt in foro interiori matri-
monium, & in foro exteriori conuerſo etiam
ordine, nullum in exteriori, & in interiori,
cap. tua nos de ſponſa. declarat Dida. in Epi.
ad 4. 2. p. cap. 2. nu. 2.

131 Atque adeo † nullum eſſe matrimonij
contractum, vt nulla iudicis ſuperioris expe-
ctata licentia poſsit vterque cum alijs con-
trahere: quemadmodum multorum autho-
ritate docet idem Matien. vbi ſupra num.
55. in fine, & præter eum Azpil. conſil. 1. titul.
132 de ſponſal. num. 2. † quanquam Alphon. a
vera Cruz. referat exiſtimantem idem Ma-
tien. tunc id non licere quoties ſi ita fieret
ſcandalum graue oriri crederetur; cuius & ſi
ille non omnino probet ſententiam, mihi
tamen vera videtur, argu. tex. in capit. nihil
cum ſcandalo extra de præſ. & l. æquiſsimum
ff. de vſur. leg. non eſt ſingulis de regul. iur.
133 ſic † enim in matrimonio vi coactiua ſeu
metu in virum conſtantem cadente contra-
cto, quod etſi nullum ſit ipſo iure; capit. cum
locum capit. veniens in 2. de ſponſal. vt ſe-
cundo contrahens obligetur ſecundo matri-
monio, & non primo, latiſsime Panormita.
Butri. & alij in cap. ſignificauit de eo qui du-
xit in matrimo. & relatis pleriſque Menoch.
tracta. de præſump. lib. 3. præſump. 4. num. 1.
& 2. rectus tamen authoritate iudicis Eccle-
ſiæ, quam propria diſſoluitur, maxime vbi
ſcandalum timeretur, quemadmodum ab
Hoſtien. Ioan. Andreas Alexan. de Neuo. &
alijs quibuſdam reſoluit Triuiſ. deciſio. 35.
num. 25. lib. 2. & in ſimili caſu Surd. tracta.
de alimen. titul. 7. quæſtio. 17. numer. 20.
& 21.

134 Sed & † cauſa irritandi huiuſmodi clan-
deſtina matrimonia a Romano Pontifice,
perpetua eſſe debet non temporalis: exem-
plum omnes perhibent vbi de vitandis pec-
catis ageretur quemadmodum, & in caſu il-
lius capi. 1. de reforma. matrimo. vt ex pri-
mis verbis conſtat, dum multos refert, qui
prioribus cũ quibus clam contraxerant vxo-
ribus relictis cũ alijs publice matrimonium
contrahebant, ſic in perpetuo viuentes adul-
terio: Hęc enim perpetuitatis ratio matri-
monium nullum reddit, gloſ. in capit. tua vbi
Panor. num. 4. Præpo. num. 3. ex. de ſponſal.
duo idem Panormit. in cap. ad diſſoluendum
num. 9. de ſponſal. & in cap. ad Apoſtolicam
num. 11. de regula. Felin. in capi. ex parte ad
finem verſi. quartus caſus de conſtitu. Gomi-
ni. conſil. 33. num. 11. Didac. in Epito. de
ſponſal. 2. par. cap. 6. num. 6. cum ante & poſt
ſeq. Viui. deciſio. 288. num. 13. lib. 2. Viual.
in Candela. Aur. titul. de impedi. matrimo.
num. 83.

135 Declaratur † communis hæc poſt ſacrum
Concilium traditio vt non vindicet, quoties
mulier ſui corporis, præcipue vbi virgo fo-
ret, copiam feciſſet viri ducta promiſsione
de contrahendo cum ipſa matrimonio, tene-
retur enim vir in foro conſcientiæ eam in
vxorem ducere publice ſeruata ſacri Conci-
lij forma ratione promiſsionis, & ratione

pro-

promiſsionis, & deflorationis, quia virgo,
nam læſam pudicitiam non aliter vir quam
cum ipſa contrahendo, ſi paris fuerit condi-
tionis reſtituere poteſt cap. 1. & 2. de adul-
ter. quemadmodum late probat Medi. in C.
de reſtitu. quæſt. 3. caſu 11. Didac. in regula
peccatum 3. par. in princip. num. 3. Soto, in
4. diſtinct. 21. quæſt. 2. artic. 4. Spin. in tracta.
136 de teſtam. gloſ. 15. num. 72. 73. quia † cum
copulæ niſi conditione prędicta conſenſerit
mulier, non magis ac ſi ſeducta fuiſſet prçci-
bus, vel pretio tenetur deflorans in foro cõ-
ſcientiæ vxorem ducere; vt recte ex alijs
docet Caualca. in reperto. deciſio. 1. par. veri
matrimonium ſine denunciationibus num.
5. in verſic. Quando vero ſponſalia, & Didac.
Couar. non citatus ab eo. in Epito. de ſpon-
ſal. 2. par. cap. 2. n. 4.

137 Ex qua † declaratione infertur, eam quæ
matrimonium contrahit aduerſus ſacri Tri-
dentini Concilij formam voluntarie, & ſpõ-
te, ſi deflorata à marito fuerit, non tenetur
vir in foro conſcientiæ nedum cum ea con-
trahere, ſed nec dotem conſtituere; idem
Caualcan. qui alios in dicto verbo, obſcænis
tamen verbis id dicens num. 2. verſi. Et quã-
do deflora. nouiſsime Azpil. adhibita tamen
diſtinctione ſui ipſius in conſ. 1. tit. de ſpõſa.
n. 4. par. 2.

138 Declara † illationem quoties caſus deflo-
rationis eſſet parentibus defloratæ virginis
notus, quibus cum iniuriæ fuerit irrogata, &
ſimul damnum, quia dotare filiam teneañ-
tur, agere aduerſus deflorantem poſſunt ad
dotem ipſam, Bernar. Diaz de Luco. vbi ad
eum Salzed. in practi. cano. capit. 77. Plot. in
tracta. de in litem iur. §. 33. num. 1. verſic. vn-
de cum ſtrupator, cum alijs congeſtis per eũ-
dem Caualca. in dicto ver. num. 4. Aduerten-
dum tamen eſt quod Caualca. citat Plotum,
& alios quoſdam qui nullam ſacri Tridenti.
Concilij cognitionem habuerunt, quia ante-
quam celebraretur ſcripſerant, & eo iure va-
lebant clandeſtina matrimonia vnde an in
ſuperiori caſu vera ſit traditio dubitauerim
poſt ſacrum Concilium, nam cum ad actum
nullum fuerit detentum, & contractum ma-
trimonium aduerſus interdictum Eccleſiæ;
ex quo nulla nec naturalis fuit obligatio or-
ta, quod deflorans eo caſu à parentibus cogi
poſsit ad dotem exſoluẽdam, durũ videtur.

139 Primo † quia liceat contrahere matrimo-
nium etiam inuitis parentibus, vel ignoran-
tibus, quemadmodum compara. 1. docui. ex
dicto cap. 1. de reforma. matrimo. ſeſsio. 24.
hinc nullum ius, nulla ve actio his compete-
re poteſt ad cogendum eum, qui contrahen-
do, etſi mulier matrimonium, virginem de-
florauit; vt dotem conſtituat; ſecundo vel
matrimonium clandeſtinum fuit contractum
cum conſenſu parentum aut non, priore caſu
illis imputandum, qui cum publice contra-
here vtroſque efficere poſſent, aduerſus Ec-
cleſiæ interdictum, & legis prohibitionem,
prohibitam viam eligerunt, & eorum culpa
ſibi, non viro eſt imputanda capit. damnum
de regul. iur. in 6. & nec iniuria aut dolus eis
inferri dicitur, qui ſciuerint, & permiſerint,
c. ſcienti & cõſentienti eod. tit. de reg. iur. al-
tero vbi ignorarunt nõ eſt imputanda culpa
viro, ſed virgini, quæ cum parentes debuerit
certiores facere non fecit, publice etiam cõ-
trahere, & prætermiſit, culpa igitur ſua ſibi
ipſi non viro debet eſſe nociua.

140 His † accedat quod non tenetur in foro
conſcientiæ, vir mulieri volenti, non ſeductę,
nec maximis precibus, vel prętio in copu-
lam carnalem conſentienti dotem reficere,
vt ex communi Theologorum reſoluit Az-
pil. ſupra, & in Manua. capit. 16. num. 16. &
ſeq. licet vt ille, maxime in foro exteriori.
Igitur multo magis in hac ſpecie, quemad-
modum expreſsim Azpil. docet in dic. conſi.
1. nu. 4.

Extremo non obſtant quæ authores ſupra
citati adferunt, affirmantes iniuriam inferri
parentibus propter dotem filiæ conſtituen-
dam, nam ea ratio ante diſpoſitionem ſacri
Concilij procedere poteſt; quo tempore
adhuc ſub iudice lis erat, an legitimum foret
matrimonium ſine parentum conſenſu con-
tractum, cum adhuc articulus ab Eccleſia de-
ciſus non fuiſſet. At cum ſacro Concilio fue-
rit definitus validum ſcilicet matrimonium
dicto cap. 1. de reforma. matrimo. non mi-
randum ſi parẽtibus nulla, hodie actio com-
petat.

141 Et tenetur † pater filiam dotare non ſo-
lum quando ipſa dotem promiſit, ſed etiam
tunc quoties ſine dotis promiſsione matri-
monium contraxit, iuxta receptiorem ſen-
tentiam ſcriptorum in authen. res quæ C. com
mun. de leg. vbi communem Curti. ſcribit
num. 25. Anton. de Padill. num. 75. Celſus
Hugo. conſil. 38. num. 2. Molin. de Hiſpan.
primo. lib. 2. capit. 16. num. 7. Gutier. lib. 2.
practi. quæſtio. 1. num. 4. Surd. tracta. de ali-
142 ment. titul. 7. quæſt. 19. num. 6. 7. Et † exten-
dit idem Gutier. num. 5. non ſolum ad filiam
quæ virum dignum eligit, ſed ad eam quæ
imparem, & indignum, ſiue ea annum perti-
gerit 25. ſiue non pertigerit, neutro caſu de
iure canonico exhæredatio dotis, vel ali-
mentorum ademptio fieri poteſt, idem ex
multis dicta quæſt. 1. num. 2. Molin. 5. num. 6.
Didac. Couar. in Epito. ad 4. 2. par. capit. 3.
§. 8. num. 5. Surd. tracta. de aliment. titul. 7.
quæſtio. 4. numer. 32. cum ſequentibus vbi
& nu.

& num. fina. Molinæ traditionis meminit.
143 Cæterum † contraria ſententia mihi cum
Caualca. & alijs verior videtur vt corrum-
pens dotare teneatur. Primo quia actus hic
fuit omnino nullus ac ſi nuſquam matrimo-
nium fuiſſet celebratum, remanet ergo ſola
defloratio nullo precedente tractatu matri-
monij ex iuris diſpoſitione: vnde cũ vir vir-
ginem deflorans teneatur dotare d.cap.1. &
2.id idem in hac ſpecie; nam paria ſunt non
contrahere, vel nulliter contrahere l.3.§. nõ
quæuis de bono. poſſeſſo.con.tabu.l.4.§.cõ-
demnatum de reg. iur.c.non præſtat de reg.
144 iur.in 6.Secundo † quia ſacrum Concilium,
non aufert ius parentibus competens prop-
ter deflorationem virginis quando clandeſ-
tine contrahitur; argu. tex.in l.2. §.ſi quis à
principe ff.ne quid in loco publico l.nec auus
C.de eman. liber. Tertio quia pœna dota-
tionis impoſita in d.cap.1. & 2. de adulter.
145 quæ vere † pœna eſt, quoad eum qui virgi-
nem non ſeduxit, aut precibus; vel precio
non adegit ad carnalem copulam peragen-
dam, quemadmodum docet Dida. in Epito.
ad.4. 2.part.cap.6.§.8.num.15.qui egregie
& in cap.peccatum 2.part.§.3.num.7. verſi.
ſexto hinc infertur de reg.iur.& ex actu nul-
lo quiſq. pœnam nullam incurrat l.ea quidẽ
C.ſi manci.ita fuc.alien.latè Tiraq.de ll.cõ-
nub.glo.8.nu.207.& tract. de retract. ligna.
§.1.glo.2.à nu.6.Gutier.lib.2. practi.quæſt.
quęſt.4.nu.3.4.ei tamen adiungi poteſt, qui
matrimonio nullo clãdeſtine contracto prę-
146 cedente, virginem deflorauit: quia † & pœnę
aduerſus filios impoſitę per leges municipa-
les; aut ſtatuta terrarum; contrahentes ſine
conſenſu parentum, ad eos protẽduntur qui
clandeſtine & ſic nulliter cõtrahunt; quoniã
lex canonica, vel municipalis ſolum effectum
conſiderat, id eſt mala quę ex prohibito actu
oriuntur, quemadmodum oſtendit Molin.li.
2.de Hiſpa.primog.cap.16.num.18.& pro-
ſequitur, & ſi dubius Gutier. in d.q.4.nu.1.
vſq. ad finem Palaez.tracta.de maiora.Hiſ-
pan.1.part.q.51.num.fin.
147 Quid † quod (notãdaq. traditio) & vaccãt
beneficia clerici ſimpliciter tonſurati ducẽ-
tis vxorem clandeſtine aduerſus formam ſa-
cri Concilij, ac ſi publice, & ea ſeruata con-
traxiſſet: & ſi actus ille ſit omnino nullus, il-
luſtriſſimus & eruditiſſimus Cardin. Alciat.
in annotationibus manu-ſcriptis ad ſacrum
Tridentinum Concilium in d. cap.1. de re-
forma. matrimo.in prin.licet remiſſiuè. Sed
expreſſim Rota. Roma. his proximis annis
in vna Lucenſi doctiſſimè reſoluit, quam de-
ciſionem quia manu-ſcriptam omnino vtilẽ
& neceſſariam ad verbum inferam: illius te-
nor hic eſt.

In vna lucana de inſula ſancta 16. Ianuarij 1576. coram domino Lancelloto fuit conclusum, quod per matrimonium per verba de præſenti contractum inducebatur vacatio beneficij ipſo iure cap.1. de cleri. coniuga. & ibi glo. & communis teſte Couar. in Epito. ad 4. par.2.cap.6.§.3.num.5. & 6. Et hanc opinionem tenet Cancelleria vt atteſtatur collecta.in cap.Ioannes nu.1.in fin.de clericis. coniu. quæ concluſio procedit etiam ſi non fuerit ſecuta copula; iuxta deciſſionem Rotæ 1.codititu. in nouiſſi. & 1.de ſponſa.in antiq. Et procedit etiam vbi matrimonium ſit nullum, alia ratione quã ex deffectu conſenſus, quia quantum in eo fuit cõtraxit & habuit beneficium pro derelicto. Et quia non debet eſſe melioris conditionis qui contraxit nulliter & illicitè quam qui licitè vt tradit Ioan.Andre.in d.cap.Ioannes col.penul. quem ibi cæteri ſequuntur Roma. conſ. 283. num.5.verſic. tertio videamus Abb.in d. cap. 1.num.2.& in fine Brixien. quæſt.1.Marſil. ſingular.386.Auſc.in additio ad Capel. Tolo. queſt. 23.ad finem Staphi. de litter. grat. & iuſt. fol.15. verſi.poteſt tamen Rebuf.in regu. de publi.in fin.Iaſ.in l.vbi pactum num. 28. C.de tranſac.Gigas de Pontio. queſt.14.n.2. Couar.in d.cap.6.§.3.num.5.& 6.& eſt communis opinio vt ait Barba. conſ.16. 2.colum. verſic. preterea accedit imo in d. cap.Ioannes num.24. verſic. quarto caſu Capra. conſil.93. num.93.

Hoc placuit dominis fundamentum factum ex aduerſo ad probandum videlicet abeſſe defacto conſenſum quia non fuit probatum in hoc matrimonio non interfuiſſe parochum prout diſponit Sacrum Concilium Tridem. ſeſſio. 24. cap.1.de reformatio.quod habet decretum irritans, inducens reſiſtentiam iuris in actu in contrarium geſto. quia dixerunt quod etiam lex cũ decreto irritanti reſiſtit matrimonio contracto cum conſanguinea.cap.non debet de conſan. & affini. & tamen communiter concludunt ſupradicti doctores induci vacationem, quia in hac materia inſpicitur factum ipſum, non autem facti validitas. Preterea tunc dicitur deficere conſenſum; quando nullo modo fuit præſtitus, vt exemplificant Doctores in contrahente per metum, vel in non habente intellectum, non autem quando eſt præſtitus & illum lex annullat; imo dicunt quod Concilium in eius proœmio non negat in matrimonio clandeſtino non adeſſe conſenſum. Nec obſtat quod tũc inducatur talis vacatio beneficij quando adeſt talis nullitas matrimonij quæ inducit impedimentũ publicæ honeſtatis. Quia reſpondetur hoc nullibi probari ſed potius contrarium eſſe verum per. d.cap.1.de ſponſa. num.6. vbi hoc impedimentum publicæ honeſtatis non oritur ex conſanguinitate, & tamen vt dictum eſt vacat beneficium

ficium

Digitized by Google

ſicium per contractum matrimonij cum conſanguinea. Vnde eſt verificata narratiua Iuliani narrantis quod beneficium vacceauit per matrimonium per verba de præſenti legitime contractum; quia cum fuerit contractum interueniente conſenſu per verba de præſenti verum eſt quod fuerit legitime contractum ſecundum hanc ſubiectam materiam præterea cum talis ſurreptio veriſſimiliter non retardaſſet Papam ad concedendum non vitiat Egi. deciſio. 4. cum ſimilibus. Hucuſq. deciſio Rotæ quæ potuiſſet allegare in eiſdem terminis doctrinam reb. tracta. de pacifica. poſſeſſio. num. 223. qui expreſſim confirmat glo. in d. cap. 1. de cleri. coniuga. lib. 6. Et de hac deciſio. & illius materia infra comparatio. 23.

148 His † igitur præter alios diligenter excuſsis quid ſentiam in hoc articulo dixerim, Aut parentes interfuerunt; & conſenſerunt matrimonium contrahi clandeſtinum, & eo caſu ratione cõſenſus ius eis competens petendi dotẽ ab ſtrupatore omnino amiſerunt: ex iuris regula quod his qui actui conſentit non amplius poteſt eũ reuocare vel impugnare ac ſi ipſe idem eum feciſſet. l. non videtur ff. ſi quid. in frau. patro. l. enim pater §. libertis de leg. 2. ex quo Bart. illic adnotauit, paria eſſe actum celebrare, vel ei conſentire glo. & cæteri per illum tex. in l. quoties ab omnibus C. de fidei. cum latiſſimè ad hoc inſtitutum coaceruatis per Tiraquel. in l. connubia. glo. 5. num. 146. 147. cum ſequen.

149 quinimo † ſola præſentia pro conſenſu habetur, & hęc ſufficeret ad ſibi præiudicandũ Gomez. in l. 55. Tauri. num. 5. Arias. & Matien. in l. 3. tit. 3. lib. 5. ordinatio. & in glo. 1. num. 7. & alienationi conſentiens alienare dicitur. Mozi. de contract. tit. de emptio. & vendi. num. 37. Hierony. Gabriel. conſ. 72. num. 1. Socin. conſ. 230. num. 6. Ioſeph. Ludo. conclu. 7. in prin. Decian. conſ. 60. nu. 12. lib. 1. & con. 9. num. 70. lib. 2. conſ. 105. nu. 2. lib. 3. Aut non conſenſerunt, & tunc verã eſſe Caualca. & aliorum ſententiam credo. Et ſi enim videatur imputandum mulieri factum vt ſupra in 2. ratione pro contraria parte dixi, tamen mulieris audacia ius parẽtibus cõpetens auferre non poteſt, veluti res inter alios acta l. 1. & tit. C. res inter. ali. act. l. non debet de reg. iur. l. ſępe. ff. de re iudica.

150 Et ex † his quæ modo, elicitur celebris & inſignis declaratio ad quaſdam huius regni conſtitutiones, prima. Sub titu. de ſponſa. & matrim. in ordine etiam prior, qua cautum, *poſſe parentes filias ex hæredet facere quæ ſine conſenſu parentum nubunt*, altera eſt tertia ſub eo. titu. Ferdinandi Regis qua idem quibuſdam additis ſtatutum eſt, ſiue qui contrahunt viri ſint aut fœminæ: Nam ſi filius aut filia hodie (data validitate harum conſtitutionum de qua ſuo loco dicemus) clam contraherent aduerſus formam Sacri Concilij, procul dubio poſſent etiam exhęredari ſupra ſcripta ratione, quia audaciam conſiderant & effectum huiuſmodi Regiæ conſtitutiones, quemadmodum ex multis illarũ verbis colligitur expreſſim, in quo caſu ex receptiori opinione actus, & ſi nullus effectũ operatur. atque ita in terminis eiuſdem legis in Regnis Caſtellæ reſoluit Molin. & alij, & Gutier. in pract. quæſt. lib. 2. quæſt. 4. num. 5. in verſic. His non obſtantibus; quę diligenter notanda.

SVMMARIVM.

1 *Contractus talis eſt qualis verborum proprietas oſtendit.*
2 *Contractus a nominatione recedi non poteſt.*
3 *Contractus iuxta illius verba iudicatur.*
4 *Locationis contractus dicitur non emphiteoſis, vbi contrahentes locationem eſſe dixerunt.*
5 *Emphiteoticus contractus nullam habet propriam naturam.*
6 *Emptionis & venditionis contractus à verbis dignoſcitur.*
7 *Tenor verborum ſemper attendendus.*
8 *Tenor conceſſionis & priuilegij attendendus.*
9 *Tenor verborum in vltimis voluntatibus conſiderandus.*
10 *Inueſtituræ verba attendenda.*
11 *Verba teſtamenti diligenter ponderanda.*
12 *Tenor donationis & verborum illius expendendus.*
13 *Materia ſubiecta & contractus natura attendenda.*
14 *Emphiteoſis vbi adeſt pretium, potius emptio & venditio iudicanda.*
15 *Matrimonium an vero ſponſalia ſint quæ cõtrahuntur, ex verbis dignoſcendum eſt.*
16 *Sponſalia quibus verbis contrahantur.*
17 *Sponſaliorum ſpecies duplex.*
18 *Verba vbi in futurum concipiuntur, & actus principium tantum deſignat ſponſalia dicuntur.*
19 *Verba quæ ſonant in futurum, ſignificant tamen executionem actus conſumati, efficiunt matrimonium.*
20 *Verba hæc, ab hoc tempore te habebo in vxorẽ, & his ſimilia, deſignant matrimonium.*
21 *Panor. & Meno. opinio reprobata.*
22 *Verba hæc te habebo in vxorem, tractum habet ſucceſſiuum futuri temporis.*
23 *Ædificium futurũ dicitur, quod eſſe ſperatur.*
24 *Res futuro deterior dicitur, cuius ruina timetur.*
25 *Verba præſentis temporis futuro adiuncta, futuri etiã temporis ſignificationẽ accipiunt.*

Pro-

26 *Promiſſio contractus, non dicitur contractus.*
27 *Verbum habebo, tractum habet ſucceſſiuum.*
28 *Theologorum opinio qualis, vbi verba in futurum ſonant in contractu matrimonij.*
29 *Auctoris opinio qualis.*
30 *Verba, quæ ſonant in futurum, & executionem ſignificant actus perfecti, præcedentibus verbis ſponſalia deſignantibus ſponſalia efficiuntur.*
31 *Verba dubia actus executionem ſignificantia, a verbis præcedentibus reſtringuntur.*
32 *Verba, volo te in vxorem habere, matrimonium inducunt.*
33 *Verbum volo rei adiunctum, contractum perfectum ſignificat.*
34 *Verbum volo, ab eo prolatum, qui liberam habet exequendi facultatem diſpoſitiuum eſt.*
35 *Verba hæc, tecum contrahere volo, ſponſalia deſignant.*
36 *Opinio communis improbatur.*
37 *Verbum volo adiunctum infinitiuo, cum aliquid venit explicandum ab alio, nihil ponit in eſſe.*
38 *Opinio communis in quibus caſibus poſſit ſuſtineri.*
39 *Verba hæc, non aliam niſi te in vxorem habebo, an faciant matrimonium.*
40 *Dictio niſi ſubſequens, præcedentem negatiuam affirmare facit.*
41 *Intellectus l. ſi ſterilis §. penult. ff. de actio. emp.*
42 *Venditio eiuſdem rei duobus fieri poteſt.*
43 *Intellectus l. titia §. fina. ff. de manu. teſtam.*
44 *Dictio niſi, cuius ſit naturæ.*
45 *Senſus l. titia §. fina. de manumiſ. teſtam. declaratur.*
46 *Intellectus verus & nouus l. titia §. fin. ff. de manu. teſtam.*
47 *Intellectus d. l. titia §. fina. de manumiſ. teſtam. adeo difficilis eſt, vt magicis carminibus opus fuerit aliquando ad ſuſcitandam ab inferis animam Vlpiani, vt ſeipſum declararet.*
48 *Dictio niſi, a duabus dictionibus compoſita.*
49 *Dictio niſi conditionem aliquando inducit.*
50 *Didaci obiectio ſublata.*
51 *Verba hæc, ego te in vxorem habebo, ſecundum communem loquendi vſum quid importent.*
52 *Verba hæc, non ducam aliam in vxorem, & accepto te pro vxore, matrimonium important.*
53 *Verba in dubio pro matrimonio interpretanda.*
54 *Verba hæc, volo te accipere in ſponſam & vxorem, ſponſalia inducunt, iuxta Corne. & Meno. ſententiam.*
55 *Corne. & Meno. traditio reprobata.*
56 *Verba hæc, volo te in vxorem, matrimonium efficiunt.*
57 *Verba hæc, promitto contrahere matrimonium tecum, & non cum alia, ſponſalia efficiunt.*
58 *Verba dubia, quæ importare poſſunt ſponſalia & matrimonium, potius matrimonium quam ſponſalia iudicandum.*
59 *Verba dubia, quæ importare poſſunt matrimonium, & ſponſalia, iure nouo S. C. Trident. interpretanda ſunt ſponſalia, & non matrimonium, & quæ ſit ratio.*

COMPARATIO XX.

A TENORE VERBORVM QVIS, & qualis contractus iudicandum, ſponſalia itidem, & matrimonium, qua verborum conceptione agnoſcantur, & quid iure nouo Sacri Concilij Tridentini.

1 CONTRACTVM † tale fore, qualem verborum ſignificat proprietas nonnulli docuerunt, qui in claris coniecturis opus non eſſe voluerunt, l. ille aut l. ille §. cum in verbis de leg. 3.
2 atq. ideo † denominatione contractus a contrahentibus facta recedi non poteſt, & is idem cenſetur qualis ab eis fuit appellatus, l. ſi vſuſ vbi Bart. ff. de vſu. legat. Oraſch. deciſ. 139. num. 24. Matien. in l. 7. tit. 11. gloſ. 10. nu. 4. tex. inſignis in l. fideiuſſores magiſtratuum
3 §. 1. ff. de fideiuſſo. Et † contractum iuxta illius verba iudicamus l. qui ſaxum. ff. de donatio. cuius verba cauillari non oportet. l. 2. §. fina. ff. ad Tertul. S. C. ſed
4 † & quoties contrahentes locationem dixerunt, locationis non emphiteoſis (illi admodum ſimilis) eſt contractus, conuerſo ordine vbi emphiteoſim, emphiteoſis erit conſtentio. Neuizan. conſ. 92. num. 1. & 2. Nat. conſ. 49. num. 14. lib. 1. Menoch. qui eos recenſet tractat. de præſump. lib. 3. præſump. 105. num. 1. & 2. & præter eum idem ſcribit Alua. Valaz. tract. de iure emphit. quæſt. 1. num. 19. latius q. 32. num. 35. a nomine enim contractus dignoſcuntur l. ſi vno ff. locat. l. ſi olei C. eod. titu. l. inſulam ff. de præſcrip. ver. Iaſ. & Rip. in l. 2. ff. de reb. cred. Tiraq. tracta. de retract. conſan. §. 32. num. 34. glo. 1. Deci. in l. fina. num. 22. de edict. Di. Adria. Tollen. Crauet. conſ. 30. num. 1. Decia. conſ. 3. num. 61. lib. 3. Menoch. his non relatis lib. præſum. 2. præſum. 104. num. 26. & dicit egregie Surd. deciſio.
5 95. num. 15. contractum † emphiteoticum nullam habere propriam naturam, ſed eam
6 recipere, quæ ipſi a cõtrahentibus datur; Et † de cõtractu emptionis, & venditionis, quod ex verbis, tum etiam alijs dignoſcatur Didac. lib. 2. varia. reſolu. cap. 4. num. 9. idem in cõtractu locationis, an locatio promiſſio ve ſit

a ver-

a verbis dignoſcendum Bart. in l. 1. ff. loca.
Alexan. conſ. 119. num. 3. lib. 5. Rollan. conſ.
50. num. 61. 65. lib. 3. Neuizan. conſ. 92. num.
7 48. Rube. in conſ. 142. num. fina. Et † pro re-
gula traditur, ad tenorem verborum ſemper
fore recurrendum in contractibus l. ſanſci-
mus in verbis, niſi tenor pacti reclamauerit
C. de fideiuſſo. l. ad probationem, ibi tenor
ſcriptus deſignat C. de probatio. l. ſi quis ſti-
pulatus ſit ſtichum, verbis quærentibus inſ-
piciendus erit ſermo ſtipulationis ff. de ver-
bo. obliga. l. ſi ita ſtipulatus §. Griſogonus ad
fin. eod. tit. d. l. fideiuſſores magiſtratuum §.
1. cum latè coacertuatis ab Æmilian. conſ. 4.
Viui. deciſ. 336. num. 3. 4. lib. 2.
8 Inde † tenor conceſſionis, & priuilegij at-
tendendus ante omnia ca. porro. ex. de pri-
uil. cap. recepimus eo. titu. cap. accepimus de
fide inſtrum. §. ſiquis autem in auth. de man-
da. princi. collatio. 3. Caſtren. conſil. 164.
num. 2. Panormita. conſ. 85. lib. 1. Barba.
conſ. 2. lib. 2. Æmilia. conſ. 2. num. 44. latè
Tiraquel. in l. ſi vnquam in verbo libertis
num. 6. C. de reuocan. donatio. Viui. d. deciſ.
num. 2. Surd. conſ. 1. num. 31. lib. 1. cum ver-
ba ſint ad mentis conceptum exprimendum
inuenta cap. intelligentia de verb. ſignifi. vt
nemo dixiſſe præſumatur id, quod prius mẽ-
te non cogitauit, cum latè congeſtis a Iaſſ.
conſ. 152. num. 5. lib. 2. Neuizan. conſil. 92.
num. 3.
9 His † ſimile & in vltimis voluntatibus, in
quibus verba prius ſunt conſideranda l. cum
ita legatur §. in fideicommiſſo. ff. de leg. 2.
ibi, qui nominati ſunt l. fina. C. de verbo.
ſignifi. atq. id idem in terminis fideicommiſ-
ſi, & maioratus, ex his iuribus docuit Pau. de
Caſtr. in d. conſil. 164. num. 2. lib. 2. in vna
Hiſpa. Sima. de Hiſpan. primog. lib. 1. ca. 2.
Molin. tracta. de Hiſpan. primog. lib. 1. cap.
2. num. 27. latius Bur. de Paz. in proœmio ad
ll. Taur. num. 126.
10 Quemadmodũ & tenor † inueſtituræ feu-
dalis attendi debet, & ſi à feudi natura di-
uertat cap. 1. de natu. ſucceſſ. feuda. cap.
1. de duo. fratribus Roma. conſil. 33. col.
1. verſic. inueſtituræ enim tenor, Iaſſ. con-
ſil. 17. num. 3. lib. 3. Deci. conſ. 435. num. 4.
Rip. lib. 3. reſpon. titu. de reuo. donatio. cap.
18. num. 3. Silua. con. 30. nu. 11. lib. 1. Æmi-
lia. d. conſ. 4. num. 1. Roland. à Val. conſ. 60.
num. 14. 15. conſ. 67. num. 1. lib. 1. Cæpha.
conſ. 173. num. 16. lib. 1. pulchre Rebuff. in
concor. Gaill. in prœm. glo. in verbo tenor
Viui. d. deciſio. num. 4. qui præter modo ci-
tatos alios refert Menoch. lib. 3. præſumpt.
præſumpt. 104. num. 26. ad medium Socin.
conſil. 66. num. 20. Silua. conſil. 3. num. 77.
lib. 1.

11 Sic † & verba teſtamenti diligenter pon-
deranda §. nos igitur verbis, ſubtilius teſta-
mentum conſiderantes in verbis ipſis inue-
nimus, in authen. de reſtitutione fideic. colla.
9. l. 1. ff. de teſtam. Socin. conſ. 61. num. 4. lib.
3. Burg. de Paz. in conſ. 29. num. 46. lib. 1. qui
alios recenſet.
Sed & tenor emphiteoſis attendendus l.
1. & 2. C. de iur. emphit. l. ad probationem
12 C. de loca. Surd. d. deciſ. 95. nu. 15. Tenor †
itidem donationis, & verborum illius d. l. ſi
quis ſtipulatus ſit ſtichum vbi Caſtren. Alex.
Iaſſ. Burſa. conſ. 85. nu. 1. lib. 1. cum alijs re-
latis à Caual. deciſ. 42. num. 1. 1. par. Meno.
13 d. præſump. 104. num. 26. Sanè † & ſi a ver-
borum proprietate recedendum non ſit in
diſpoſitionibus quibuſcunq., attamẽ ſæpius
non magis ſubiecta materia & cõtractus na-
tura attendi debet d. l. inſulam ff. præſcrip.
ver. d. l. ſi vno. ff. loca. l. ſi olei C. eod. Ioan.
Pet. Surd. deciſio. 272. num. 1. & aliquando
emptio iuxta ſubiectam materiam pro loca-
tione vſurpetur l. ea lege. §. locaui ff. loca. l.
ij quæ C. de loca. & aliquando vendidit, pro
permutauit Galli. de verb. ſignl. lib. 3. ca. 5.
14 num. 6. Sic † & in contractu emphiteoſis ſi
adſit pretium, potius emptionis contractus
aduerſus vim verborum, & nõ emphiteoeus
iudicabitur, quemadmodum hæc & alia his
ſimilia adiungit Tiraq. tract. de retractu. cõ-
ſan. §. 31. glo. 1. num. 34. Deci. qui aliqua ad-
fert exempla in l. non vult heres eſſe num. 8.
de reg. iur. & in l. 3. num. 8. de teſtam. milita.
Alciat. tract. de præſump. regu. 3. præſum. 36.
ad finem, Crauet. conſ. 245. nu. 6. Afflict. de-
ciſ. 72. in fine: quemadmodum & in emphi-
teoſi facta ſub nomine locationis. Neuizan.
conſ. 92. nu. 12. Nat. conſ. 49. num. 14. lib. 1.
Meno. tract. de præſum. lib. 3. præſump. 104.
nu. 28. 29. 30. addẽdi Zuchar. in l. poſthumo
nu. 14. C. de bono. poſſeſſio. conc. ta. Marien.
in d. glo. nu. 5. Cagno. in §. his itaq. nu. 14. in
proemi. ff. Surd. deciſ. 322. nu. 29. 30. Simo.
de Petr. tract. de inter. verb. vlt. volun. lib. 2.
ſol. 13. nu. 3. 4. 5. 6. qui egregie alibi ſcripſit,
maxime hæc procedere quoties ruſtici & im
periti loquũtur, qui verborũ proprietatẽ non
intelligũt lib. 2. interpre. 3. dubio. 2. nu. 294.
15 Atq; † proprius, ita fiet vt an matrimoniũ
aut ſponſalia ſint, verba debeant attendi vt
quæ in promiſſionem cõtrahendi matrimo-
nium ſonent, ea ſponſalia dicantur, quæ pro-
miſſione carent, ſed de præſenti ſunt matri-
monium indicent, quemadmodũ declaraui
hoc libro. comparatio. 2. Quibus † autẽ ver-
16 bis ſponſalia contrahantur paucis videam⁹.
quod & ſi Meno. nouiſſime præſtiterit lib.
præſum. 3. præſum. 3. multa tamen illius tra-
ditionibus non ſpernenda adiũgi poſſe reor.

Vtilitas

Vtilitas indagationis millies fuit repeti-
ta, quia ſponſalia elandeſtina. S. Tridenti.
Concilio non fuere ſublata, matrimonium
17 ſic. Duplicem † autem noſtrates ſponſaliorũ
ſpeciem conſtituerunt, quędam re, & verbis
de futuro, qualia ſunt ſponſalia, quæ per ver-
ba de futuro concipiunt a puberibus, & æta-
te maioribus, cum vir aliquam in matrimo-
nium ducturam pollicetur. Alia ſunt verbis
de præſenti conceptis, iuris autem interpræ-
tatione de futuro, ſicuti ſunt ea, quæ ab im-
puberibus per verba de præſenti contrahũ-
tur, quoniam in his lex propter inhabilita-
tem (minorem ſcilicet ad ea contrahendum
legitimam ætatem) interpretatur contracta,
adueniente tamen prius ætate, quam expe-
ctare debent vt rectè contrahant cap. atteſ-
tationes vbi Panor. Anton. de Butr. Imol. &
poſteriores de deſpon. impube. Domi. Fran.
Anchar. & alij poſt glo. in cap. vni. §. idem de
deſponſa. impub. lib. 6. ex eo tex. Didac. in
Epito. de ſponſa. 1. par. cap. 3. num. 2. & cap.
4. §. 2. num. 2. Menoch. tract. de præſump. li.
3. præſump. 2. num. 6. Matien. in glo. 1. rubr.
t. t. 1. lib. 5. ordinatio. num. 57. primi generis
ſponſaliorum exempla non pauca interprę-
tes noſtri adferunt.

18 Primum † occurrit, quoties verba in fu-
turum audiunt, & actus principium tantum
deſignant, & cum vir mulieri dicit, *promitto
quod te ducam in vxorem:* his ſanè verbis,
ſponſalia tantum non etiam matrimonium
contracta videntur. cap. de illis cap. penulti.
de ſponſa. Panor. in cap. ex parte. num. 7. ex.
de ſponſa. Anton. de Butr. num. 7. Ferrer.
conſ. 259. num. 1. & 281. num. 3. Menoch. d.
præſump. num. 2. Deci. conſ. 368. num. 2.
Curti. conſ. 142. num. 6. Tiraquel. de retrac.
conuent. in fin. num. 77. Marti. de Gara. in-
ter conſilia matrimonialia conſ. 17. num. 1.
Dida. in Epito. de ſponſa. 2. part. cap. 4. §. 1.
num. 5. & qui alios multos Gutier. in Cano-
ni. quæſt. lib. 1. cap. 23. à num. 30.

19 Declarat † tamen Panor. in d. cap. ex par-
te num. 7. quando verba ſonant in futurum,
ſignificant tamen executionem actus, con-
ſumati, vt quia dictum fuiſſet, promitto
quod te pro legitima habeo vxore, rationẽ
eam prodidit, quod fieri nequeat aliter mu-
lierem pro legitima haberi poſſe vxore, ni-
ſi procedat matrimonium, ex quo videtur in
neceſſariam conſequentiam cum ea de præ-
ſenti cõtrahere: obligat enim ſe ad exequu-
tionem argumento tex. in cap. de illis ex. de
ſponſa. Panormita. ſequitur ibi Anton. de
20 Butr. num. 10. Cardin. quæſt. 1. addit † idem
Panormita. tunc hæc maxime procedere,
quoties ſupra ſcriptis verbis alia fuerunt
addita, ſcilicet ab hoc tempore, de cætero,
& his ſimilia, ſequitur Menoch. d. præſump.
21 num. 3. Hæc † Panormita. & cæterorum tra-
ditio omnino diſplicet, & verius crediderim
ſolum ſponſalia contracta: nam in eo deci-
piuntur, qui credant verba executionem ac-
tus præſentis reſpicere, cum id verum non
22 ſit, Hęc † enim pro legitima vxore, reguntur
a verbo habebo, quod futurum tempus reſ-
picit, & ab eo regulanda ſunt; habent enim
tractum ſucceſſiuum, & futurum tempus ſpe-
ctant l. inter diuortium ff. de verb. ſignifi. Et
23 futurum † dicitur ędificium, quod eſſe ſpera-
tur l. ſi ſeruitus ff. de ſeruitu. verba. prędior.
24 Res † futura deterior, cuius ruina timetur l.
25 impenſe ff. de verbo. ſignifi. quinimo † ver-
ba prę ſentis temporis futuro adiuncta, futu-
ri etiam temporis ſignificationem accipiunt
l. ſi quis rem, in verbis futurum eſt, vt in po-
teſtate eius, quẽ pœnitet compromiſiſſe, ſit
compromiſſum eludere ff. de arbi. l. damus
§. item ſi futurum ff. de petiti. hęredi. l. titius
de pigno. actio. l. cum in plures §. locator ff.
locati.

26 Accedat † his, quod hic caſus diſſimilis
nõ eſt ab eo, in quo quis alteri vendere, eme-
re, aut fideiubere promittit, cum ex hac pro-
miſsione adhuc cõtractus emptionis vel vẽ-
ditionis perfectus non cenſeatur, quamuis
promittens vt perficiat cogi poſſit l. ſi fide-
iuſſor §. meminiſſe de leg. 2. l. ſi quis ſtipula-
tus ſit ſtichum §. fina. de verb. oblig. l. in bo-
nęfidei §. ſi tamen ff. de eo, quod certo loco.
cum his, quæ fuſe ad hoc inſtitutum coacer-
27 uaui hoc lib. compara. 2. Rurſus † verbum
habebo, vel habere tractum habet ſucceſ-
ſiuum l. ſtipulatio iſta habere licere de ver-
bo. obliga. Neque ratio illa, qua mouentur
Panormita. & cæteri obeſt, quia non exe-
cutionem actus præſentis, ſed futuri reſpi-
ciunt.

28 Et poſt † hæc ſcripta, & tutiſſimis ratio-
nibus impugnatam Panormita. Menoch. &
aliorum ſententiam, animaduerti eandem
à Theologis maximi nominis alijs tamen
improbari validiſſimis rationibus, quas at-
que eorum autores refert & ſequitur Dida.
in Epito. de ſponſa. 2. part. cap. 4. §. 1. nu. 5.
à quo Gutier. lib. 1. canoni. quęſt. cap. 23. à
nu. 31. illius innitens argumentis eandem ſe-
quitur.

29 Suſtineri † tamen Panormita. & commu-
nis ſententia poſſet, quoties, ſuperioribus
verbis, addita alia fuiſſent, quę conſenſum
de præſenti inducerent, vt in eodem Panor-
mita. exemplo, vbi dictum fuit, ab hoc tem-
pore, de cętero, de hinc, & in vxorem ha-
bebo: quia futurum ad tempus preſens re-
ducitur capit. ex parte ex. de ſponſa. quem
ſic, & rectè intellexere veteres Canoniſtę &
Theo-

Digitized by Google

Theologi referente Didac. vbi ſupra nu.5.
ad finem.
30 Secundum † adferunt ſcriptores exem-
plum, quoties verba ſonant in futurum &
executionem ſignificant actus perfecti &
conſumati, præcedunt tamen verba ſponſa-
lia ſignificantia, cum dicitur, *promitto quod te
ducam in vxorem, & tenebo te pro legitima*
31 *vxore:* Exiſtimant † non in hac ſpecie induci
matrimonium ſed ſponſalia. ea ducuntur ra-
tione, quod dubia verba actus executionem
ſignificantia a verbis præcedentibus reſtrin-
guntur aperte ſponſalia deſignantibus argu-
mento l.fina.§.cui dulcia ff.de vino triti. ca.
ſedes cum ſimili de reſcrip.Panormita.in d.
cap.ex parte num.7.Anton.num.10. Roma.
ſingu. 338. Alexand. conſil. 152. num.4. &
alij quos refert Dida.in d.§.1.num.5. verſi.
item quamvis Menoch.d.præſumpt.num.4.
quę ſanê veriſſima traditio eſt, & eo non te-
lato Gutier.d.cap.23.num.36.
32 Tertium † exemplum quoties dictum a vi
ro fuit, *volo te in vxorem habere*, quia ea ver-
ba premittũt actus exequutionem ideſt ma-
trimonium, nec aliter poſſunt verificari. ita
Hoſtien. & Panormita. in d. cap. ex litteris
in 1. ex. de ſponſa. ſequitur Dida.in d.§.1.
num.4.ad fin. Gutier.d.cap.23.n.23.24.25.
33 Qui † etiam ea ratione mouentur, quod ver-
bum volo rei adiunctum, vt in hac ſpecie,
vxori, matrimonium efficit perfectũ, ex tra-
ditione Bal.in l.1.col.2.C.de ſum. Trinita.
& aliorum in l.ſerui electione §.fina. deleg.
1. & in l. in vendentis C. de contrah. emp.
adde his, quod verbum volo ab eo prolatũ,
qui liberam habet actus exequendi faculta-
tem, ſui natura eſt diſpoſitiuum §. fina. vbi
omnes inſtit.de ſingu.reb.per fidei relic.l.2.
C.communia de lega.l. & eo modo delega.
1.Paris.conſ.52.num.7.lib.2.Deci.conſ.15.
& 23. Cæpha. conſ. 134. num.25.lib.1.de-
clarat Odd.tracta.de compen.ſubiti.part.5.
artic.1.num.6.Rurſus verbum habere in hac
clauſula tempus præſens deſignat, ſicut & cũ
effectu de prȩſenti accipiendum eſt l.nomen
filiarum §.habere de verbo.ſigni.nec dicitur
quis vere id habere, quod licet poſſit habi-
tu, actu tamen non habet Clemen. vni. de
offi.Vicar.ornat Rebuf. in d.§.habere verſi.
Ex quo infertur primo.
34 Quartum † exemplum eſt in eo qui dixit,
tecum matrimonium contrahere volo, quo-
niam verbum volo in his, quæ a ſola volun-
tate loquentis pendent adiunctum infiniti-
uo ſignificat initium actus, eiuſque ſuſpen-
35 tionem, † idcirco erit contractus ſponſalio-
rum non matrimonij Ioan.Andre.Panormi.
& poſteriores in d.cap.ex litteris Gutier. d.
cap.23. num.27. & 28. & dixit communem
Didac.d.§.1.num.4.reiecta ſententia Ioan.
& Aſten. qui exiſtimarunt, nec in hac ſpecie
contracta ſponſalia fuiſſe, pariter & Cardi-
na.in d.cap. ex litteris, ex aduerſo contra-
rium omnino exiſtimantis, matrimonium
ſcilicet fuiſſe his verbis contractum, cuius
ſententia nec mihi placet.
36 Verum † non diſplicet Ioan. & Aſten.
opinio, qui docuerunt nec ſponſalia contra-
cta fuiſſe: quoniam verbum volo in contra-
ctibus nihil ponit, non magis ac ſi quiſpiam
diceret, volo à te domum emere, non enim
hoc caſu emptio ſed nec promiſſio vlla emẽ-
di contracta cenſetur; vt ex ea emere cogi
poſſit: Voluntas enim non ponit aliquid in
eſſe, cum quid ab alio venit explicandum vt
in matrimonio, in quo ſolius viri conſenſus
37 niſi adſit mulieris ſimul nihil operatur. Et †
præcipuè vindicat traditio quando verbum
volo adiungitur infinitiuo vt hic. eſt ſingula-
ris doctrina Barto. in l. 1. C. de Sum. Tri-
nita. poſt glo. in l. in vendentis C. de con-
trahen.emp. ſequitur Iaſ.in d.l.1. num. 24.
atq.ideo Dida.opinio cum Panor.& Anton.
ſuſtineri non poteſt.
38 Tribus † tamen caſibus veram eſſe eorum
ſententiam crederem, quoties ea verba de-
liberate prolata fuiſſent ad mulieris inter-
rogationem; aut quoties tractatus aliquis
præceſſiſſet, vel quoties communis loquen-
di vſus hanc reciperet interpretationem,
quę vera etiam fatetur idem Didacus ſupra
num.4.
39 Quintum † exemplum noſtri perhibent,
quando ita a viro dictum, *non aliam in vxo-
rem habebo niſi te*, anceps enim controuerſia
eſt an ſponſalia; an vero matrimonium fue-
rint contracta: contractum fuiſſe matrimo-
nium affirmant multi Ioan.Andr.Cardi. Pa-
nor.in d.cap. ex parte.refert ex alijs recep-
tam Dida.d.§.1.nu.6. Alciat.in reſpon.13.
nu.5.Iaſ.Deci.& Curti.iuni. in l.actione C.
de tranſactio.Menoch. qui & communem d.
præſump.num.8.ea ratione mouentur, quod
40 † dictio niſi ſubſequens præcedentem ne-
gationẽ, affirmare facit, ea, quę ponit, quem-
admodum & ſi ſequatur negatiuam negatio-
nem operatur. l. ſi eum §. qui iniuriam ff. ſi
quis cautio l. in actione C. de tranſactio. l.
feriatis C.de ferijs Barto.in d.l.actione vbi
Salicet.num.3.Alex.& Iaſ.num.3. Deci.qui
alios num.5.Padilla.num.12. Gutier.d.cap.
23. à num.1.cum ſequen.multis.
Contrariam ſententiam defendũt Calde.
Anton. de Butr.& Zoch. in d.cap.ex parte,
quos ſequitur Cæpol.conſil.ciuili.1. Alciat.
in d.l.actione quos ſequitur Dida. poſt Pa-
luda.& Theologos quoſdam in d.§.1.n.6.7.
exiſtimant illis verbis matrimonium non di-
ci con-

ci contractum licet, ſponſalia ſic, mouentur
41 tex. † ſingulari in l.ſi ſterilis.§.penulti.ff. de
actio.& empt. vbi qui rem vendere niſi titio
promiſit, licet alteri vendere non debeat, ſi
tamen vendiderit, venditio valet vnde cum
illic nihil actum priore conuentione fuit, il-
la niſi dictione concepta, ita in hac ſpecie vi-
deatur: Et licet Dida. huic textui reſponde-
ri poſſe exiſtimet, quod in eo, & ſi abſolute
vendens vendere promiſiſſet non ex hoc cō-
tracta venditio foret; ad ea quæ nos fuſe
comparatione 2. docuimus, in hoc tamen
caſu ſi communem ſequamur traditionem
ex ſola promiſſione matrimonium induci-
tur quemadmodum tertio ſcripſi exemplo;
quoniam huic refractario reſponderi com-
mode poteſt, non perpetuam eſſe traditio-
nem, & caſus diſtinguendos fore, an verba
concepta ſint de præſenti; habeo ſcilicet te
in uxorem, an de futuro, vt in quarto exem-
plo, tunc autem nulla eſt inter vtrumq. ca-
ſum differentia. Ex alio vero mihi non facit,
42 quia † in venditione loquitur, quæ duobus
eiuſdem rei fieri poteſt, & ſi is cui prius tra-
dita ſit pręferatur, licet alter actionem ad
intereſſe aduerſus vēditorem habeat l. quo-
ties cum ibi latiſſime notatis C. de rei vin-
dica. at in matrimonio id fieri nequeat, quia
ſolus conſenſus perficit contractum: quam-
quam rectè intuenti nulla inter hos contra-
ctus differentia conſtitui poſſit, vbi per ver-
ba de futuro concipiuntur, ex his quæ Dida.
ipſe animaduertit & gloſ. ſupra. Opinatur
autem maxime aduerſus communem pug-
43 nare ſententiam Sceuolę. I. C. reſponſum †
in l. Titia.§.fin.ff.de manu.teſtam. verba hęc
ſunt *Oniſiphore niſi diligenter rationes ex-
cuſeris liber ne eſto, quæro an his verbis
Oniſiphorus libertatem ſibi vindicare poſſit:
Reſpondi ijs verbis, quæ proponerentur li-
bertatem potius adimi quam dari*: interpræ-
tatur Barto. liberum eſſe Oneſiphorum non
poſſe, non redditis rationibus, nec ab hæ-
rede manumitti, redditis poſſe, non autem
44 ex teſtamento manumiſſus cenſetur, † quia
niſi dictio ſubſequitur potētiæ negationem,
& ponit rationibus datis manumittendi fa-
cultatem; Ex his argumentatur Dida. aduer-
ſus communem ſimile in hac ſpecie fore, vt
niſi dictio potius adimere facultatem, quam
dare videatur, vnde nec ſponſalia etiam con-
tracta cenſeri, cuius ſententiæ autorem etiā
poſt ſupra relatos aſſerit Adrianum in 4.
quæſt. 12. de matrimo. Adrianum vero no-
uiſsime ſequitur Azpilcue. qui in eodem no-
ſtro loquitur caſu conſ. 48. ſub titu. de ſpon-
ſa. dicens eum ſibi videri veriorem, quam-
quam in eo ſuper quo conſulit caſu diuer-
ſum opinetur, propter deceptionem à viro
adhibitam, qua mulier fuit circumuenta, &
Gutier. in d. cap. 23.

45 Sed † vt ad inſtitutum reuertar, præter-
miſsis his, quæ ad huius §. fina. declarationē
non iniucunde Alciat. ſcribit lib. Paradox. 5.
cap. 4. vere id noſtri tradiderunt dictionem
hanc illius eſſe naturæ, quemadmodum à
Barto. tradita fuit ibi, & in d. l. actione C. de
tranſactio. vbi Salicet. num. 3. cum alijs quos
ſupra adduxi in quinto exemplo, & pręter
eos Bal. conſil. 428. num. 3. lib. 1. vbi de Iu-
dice non admittente appellationem; niſi ſi
& quatenus loquitur, Alexan. conſ. 83. nu. 3.
lib. 1. Bero. conſil. 84. num. 17. lib. 2. Ruin.
conſil. 127. num. 13. lib. 2. Pariſi. conſil. 31.
num. 35. lib. 2. Rolan. conſil. 49. num. 12. lib.
3. Menoch. de arbitrar. iudi. quæſt. quęſt. 54.
num. 20. Oſaſch. deciſ. 131. num. 1. Et licet
huic etiam contrario reſpōderi poſsit, ideo
in eo §. fina. Oneſiphoro adempta liber-
tas; niſi rationibus diligenter excuſis cen-
ſeatur, quia pręter teſtatoris voluntatem
factum etiam Oneſiphoro de rationibus
reddendis exquirebatur, in hac ſpecie ſo-
lus ſuficit conſenſus, nec factum tertij poſtu-
latur.

46 Nec † tantopere mihi laborandum vide-
tur circa huius §. intellectum quemadmo-
dum Didac. in d. §. 1. Bellon. lib. ſuppu. 2.
cap. 17. Alciat. in lib. 5. paradox. cap. 4. For-
47 catu. in Neoman. iur. dialogo. 52. qui † ad
huius aliquando §. verum ſenſum expeten-
dum, magicis carminibus opus fuiſſe aſſerit,
vt his Sceuolæ (§. illius autoris) anima ab
inferis ſuſcitata verum redderet intelle-
ctum, reddit eundem, quem antea Barto-
lus ſcripſerat, mihi autē poſt alios non obſ-
curum eſſe animaduerto.

48 Nam † niſi dictio vt grāmatici aiunt bo-
norumque litterarum autores, compoſita
eſt à duobus dictionibus, ſi, & non, indica-
tiuum petit in ſententię principio, ſubiun-
ctiuum aliquando Valla aſſertore lib. 2. Ele-
gan. vnde & Cicero ſępius ſic accipit. 4. in
Verr. *Niſi (inquit) reſtituiſſent ſtatuas
vehementer minabatur.* Terenti. in Heauto.
*nam niſi me animus fallit, hi ſunt germani
duo.* Plauti quoque loco altero id ipſum in-
nuitur. *Niſi animus fallit hic profecto eſt
annulus, quem ego ſuſpicor*: Vnde cum di-
ctio hæc quodam modo negatiua, adiecta
fuerit in principio clauſulæ teſtatoris illis
verbis, Oneſiphore niſi rationes, &c. Rur-
ſus ad finem eiuſdem clauſulę, altera dictio
negatiua fuerit interiecta, illis verbis *liber
ne eſto*, & negatiuæ duę affirmationi equi-
polleant l. duobus de verbo. ſignifi. ſequi-
tur Oneſiphorum rationibus redditis libe-
rum eſſe fore.

Sed

49 Sed † & dictio niſi, aliquando conditio-
nem inducit l. 1. §. indo ſcribit ff. depoſi. in
verbis nec debere abſolui niſi reſtituat l. in
teſtamento quidam ibi, & niſi fieret hære-
des magna pecunia multarentur ff. de con-
ditio. & demonſtra. docet Bart. in l. fidei-
commiſſa. §. ſic. num. 1. de leg. 3. ſequitur, ſub
conditione relictam Oneſiphoro liberta-
tem, niſi rationes diligenter reddiderit, ſub
contraria conditione conceſſam, tritiſſimis
iuribus: & expreſsim in redditione ratio-
num l. qui filium §. fina. illic impletam con-
ditionem videri ff. de manumiſ. teſtam. l.
ſi ita ſcriptum ibi gloſ. vni. eod. titu. Ne-
50 que † Didaci obiectum obeſt, qui dixerit
inibi, & in eo hunc errare ſenſum, quod
ad diminutionem inducta nequeant aug-
mentum operari, vnde cum ad tollendam
libertatem verba fuerint prolata, nequeunt
manumiſsionem operari: quia & ſi ex vi ver-
borum id videatur expreſſum, tacita tamen
in contrarium euentum, id eſt rationibus
diligenter redditis cõditione impleta, aliud
cenſit d. l. ſi ita ſcriptum & d. §. fina.

Attamen mihi ſemper hæc extrema pla-
cuit ſententia non quidem iuribus his, quæ
vitari poſſunt ſufulta, ſed vna tantum ratio-
ne quod verſus, & communis loquendi vſus,
51 verba † hic interpretetur: *Non aliam in
vxorem habebo niſi te*, id eſt ſi quando ali-
quam ducturus ſum in vxorem, ducam te,
vnde licet in euentum vir promittens & ma-
trimonium contrahere volens fidem obſer-
uare teneatur, cogi tamen vt eam in vxo-
rem ducat non poteſt: & licebit in cœliba-
tu viuere citra illius iniuriam quemadmo-
dum Adrian. Paluda. & Didac. opinantur
in his enim communis ſenſus, verba & qua-
litas etiam perſonarum animaduertenda
ſunt vt Dida. idem eo §. num. 2. docet & ego
ſupra in principio.

52 Sextum † adferunt exemplum in eo qui
ita, *Non ducam aliam in vxorem, & ac-
cepto te pro vxore*, verba enim præcedentia
dubia ſunt, ſequentia aperta in hac ſpecie
reſpondet Ferret. conſil. 86. num. 1. & 2. &
Menoch. conſil. 366. num. 36. & in d. præ-
ſump. num. 5. contractum his verbis fore
matrimonium, quia verba præcedentia du-
bia à ſequentibus interpretationem reci-
piunt, quemadmodum conuerſo ordine ſe-
quentia dubia à præcedentibus claris d. l.
fin. §. cui dulcia; Clemen. non poteſt de
procurato. cap. ſedes de reſcrip. quam pro-
bo ſententiam, atque altera defendo ratio-
53 ne, Quod † & ſi dubia verba forent, pro ma-
trimonio ſunt iudicanda. cap. iuuenis ex. de
ſponſali. cum ibi latè adnotatis Azpil. conſ.
23. num. 1. tit. de ſponſali.

54 Septimum † exemplum eſt in eo qui ita
dicit: *volo te accipere in ſponſam, & vxo-
rem, & in te conſentire per verba de præſenti*,
Reſpondit Corne. conſil. 91. num. 10. lib. 3.
contracta tantum cenſeri ſponſalia, licet po-
ſteriora verba matrimonium indicent. ſe-
quitur Menoch. d. præſumptio. num. 6. Diſ-
55 plicet † omnino Menoch. & Cornei opinio
vt magis matrimonium hic quam ſponſalia
contracta opiner: nam ſi vt præcedenti ſcrip-
ſi exemplo cum Menoch. 1. verba aperta ſe-
quentia, præcedentia dubia declarent, cur
non, idem in hoc caſu obſeruandum non ſit,
certè non video: ſi enim dixeris verba prio-
ra clara eſſe & ſponſalia ſignificare, id ne-
gauerim nam de præſenti tempore verba
concepta ſunt, & ſponſa. etiam de præſenti
dici poteſt, & ſi impropriè, quemadmo-
dum poſt alios rectè docet Didac. in Epito.
de ſponſa. cap. 1. num. 3. 4. & 5. Et ſuo loco
dicetur.

56 Octauum † exemplum, quando verba de
præſenti proferuntur, cum vir ait, *volo te in
vxorem*, & è contra mulier viro: nam hoc
in caſu matrimonium contractum cenſetur,
cap. penulti. de ſponſa. Panormita. in d. cap.
ex parte. num. 7. vbi Anton. de Butr. num.
10. & alij quos ſequitur Menoch. d. præ-
ſumpt. num. 1. Didac. ſupra. num. 4. Gutier.
num. 27.

57 Nonum † exemplum, quando dictum,
*promitto contrahere matrimonium & non cum
alia niſi tecum*, contracta ſponſalia credun-
tur vt cum dicitur, *Ducam vxorem & non
aliam niſi te*; eſſet autem matrimonium vbi
diceretur, *contraho matrimonium & non cum
alia niſi tecum* Didac. & Adrian. d. §. 1. num.
8. verſic. ſubinfertur, Gutier. d. cap. à nu. 1.
& 2. Alia vulgo circunferuntur exempla quę
prętereo.

58 Cæterum † quoties dubitaretur an ſpõ-
ſalia ſint an vero matrimonium, in dubio
potius matrimonium quam ſponſalia iudi-
candum, docet Anton. de Butr. in d. cap. ex
parte. num. 10. Lap. allega. 56. num. 14. ſe-
quitur Menoch. d. præſump. num. 9.

59 Declaranda † tamen noue traditio hæc,
vt non vindicet de iure nouo S. C. Triden-
tini, quo improbata fuere matrimonia clan-
deſtina, ſecus ſponſalia Gutier. d. cap. 23.
num. 11. vnde ſi dubitaretur an verba ex-
tra parochi, & teſtium pręſentia prolata ma-
trimonium ſint, an ſponſalia potius ſalua
ſemper ſanctæ ſedis Apoſtolicæ authoritate
ſponſalia quam matrimonium iudicanda,
quin pro validitate contractus in dubio iu-
dicandum, vt potius valeat quam pereat. l.
quoties in actionibus ff. de reb. dub. docui
late hoc libro comparatio. 17. Et ſi inter-
pratatio

Digitized by Google

prętatio pro matrimonio ſumeretur, ea diligenter via per quam actus poſſet infringi: Adde quod ideo olim pro matrimonio fiebat interpratatio in dubio, quia ea fauorabilior erat contrahentibus, quæ ratio hodie ceſſat in dicta ſpecie.

SVMMARIVM.

1 *Matrimonij cauſa fauorabilis.*

2 *Bonafides in bonæfidei contractibus exhuberat.*

3 *Contractus quidam bonæfidei alij ſtricti iuris.*

4 *Contractus bonæfidei cur ita appellentur.*

5 *Contractus ſtricti iuris cur ſic dicantur.*

6 *Contractus nominati per Iuſtinianum in §. actionum de actioni. cur bonæfidei tantum dicantur.*

7 *Accurtij traditio improbatur.*

8 *Contractus bonæfidei cur ſic appellentur ſecūdum communem.*

9 *Zaſij opinio circa contractus bonæfidei.*

10 *Zaſij opinio refellitur a Dida.*

11 *Contractus bonæfidei cur ſic ſecundum Curti. Iunio.*

12 *Curtij opinio reprobata.*

13 *Opinio Dida. adducitur.*

14 *Opinio Didaci confirmatur.*

15 *Anton. Mas. opinio circa Triboniani errores.*

16 *Contractus matrimonij an ſit ſtricti iuris an bonæfidei.*

17 *Dolus dans cauſam contractui bonæfidei annullat contractum.*

18 *Bonafides in matrimonij contractu exhuberat.*

19 *Actio de dote dicitur bonæfidei.*

20 *Actio dotalis à matrimonio oritur.*

21 *Matrimonium ſine dote eſſe poteſt.*

22 *Quod in conſequentiam elicitur dicitur de mēte diſponentis.*

23 *Mens diſponentis proprietati verborum præfertur.*

24 *Dolus dans cauſam matrimonio non irritat matrimonium & quare.*

25 *Contractus matrimonij prærogatiua ſingularis.*

26 *Matrimonij in contractu fere ſemper dolus & mendacia intercedunt.*

27 *Actio a matrimonio deſcendens illius ſequitur naturam.*

28 *Diuiſio contractuum bonæfidei, & ſtricti iuris, iure canonico confirmatur.*

29 *Diſtractus matrimonij ideſt diuortium, quod fit legis authoritate bonæfidei etiam dici poteſt.*

COMPARATIO. XXI.

MATRIMONII CONTRACTVS an bonæfidei vel ſtricti iuris, ſimiliter ab eo actio deſcendens qualis, noua & ſubtilis diſputatio, & quæ inde vtilitas.

1 CLAMITANT † vbiq. iura in fauorem matrimonij, cuius cauſam adeo fauorabilem eſſe voluerunt, vt in dubio pro eo præſumatur cap. fina. vbi Panor. & alij de ſen. & re. iudica. cap. ex litteris ibi gloſ. de probatio. & in cap. ſi quis acceperit 33. queſt. 1. & multis relatis docet Maſcard. tractat. de probatio. tom. 2. conclu. 1023. à n. 1. dixi comparationibus ſuperius ſcriptis.

2 Sanè † vt in bonæfidei contractibus bonafides propter æquitatem exhuberat, interpretes in §. actionum inſtit. de action. & in rubri. ff. de reb. credi. Didac. Couarru. in cap. poſſeſſor. 2. par. §. 6. num. 2. 3. de reg. iur. & infra dicetur; ſic in matrimonialibus cauſis Triuiſan. deciſio. 6. num. 5. lib. 1. ad hæc preter alios aliquando adduxi iura duo egregia. l. ſemper in coniunctionibus, & ibi glo. in verbo *honeſtum, ſcilicet (inquit) de æquitate* ff. de ritu. nuptiar. l. nec adoptiuus verſic. *vnde nec vulgo,* verbis *quoniam in cōtrahendis matrimonijs naturale ius, & pudor inſpiciendus eſt* eod. tit.

Vt autem nouam hanc matrimonij cōtractus quæſtionem exordiar, paulo altius res
3 repetenda eſt, Sciendum † igitur contractuū ſummam inter plures alias, diuiſionē interpretes docere hanc, ſcilicet; alios bonæfidei, alios ſtricti iuris: quæ expreſſim à Iuſtiniano tradita in §. actionum autem inſtit. de actio. & iure antea veteri præcognita in l. in actionibus vbi glo. & poſteriores ff. de in lit. iurā. ab omnibus inconcuſſe obſeruatur: & ſi poſt Fabr. Iaſ. impugnare tentauerit, quorum obiectis Ludo. noſter Gomeſi. mire doctus & ſubtilis defendit illic. Sed & canoniſtę eam ipſam obſeruant; Panor. Anto. Cardina. Imo. & poſteriores in cap. cum venerabilis ex. de excepti. Dida. in d. cap. poſſeſſor.
4 §. 6. num. 2. par. 2. Dicuntur † autem bonæfidei contractus, nō quod in his bonafides tātū quæ in cæteris etiā ſtricti iuris debeat obſeruari l. bonamfidem C. de actio. & obliga. l. ſi mādato §. 2. ff. manda. ſed quia æquitatis magis iuſtitiam (quam ęquum, & bonū dicimus) iudices animaduertere debeant, non ius ſummum vel illius rigorem l. placuit C. de iudi. & quę his ſimilia coaccruat Tiraquel. lib. 1. de retract. §. 3. gloſ. 1. in prin.

H Stricti

5 Stricti † iuris contractus ideo dicuntur, quia
in his ſummum ius nulla æquitatis ratione
habita obſeruatur, & duriſſimum quodam
modo iudicium fit quemadmodum Gorneſi
in d. §. actionum declarat. Æguina. Ferra. Bal
du. & alij Dida. in. d. §. 5. num. 2.

6 Grauior † autem controuerſia eſt, cur no-
minati tantum à Iuſtiniano in d. §. actionum,
magis quam reliqui, bonæfidei dicantur. nam
glo. in d. §. actionum exiſtimat ob id fore,
quia in his aliquid ex æquitate venit præter
ipſius actionis naturam, in reliquis minime.

7 Improbant † multi Accur. traditionem, quia
nullam differentiæ reddit rationem, id enim
quæritur, cur in bonęfidei magis quam in cæ-
teris ſępius aliquid præter actionis naturam
accidit.

8 Alij † quorum receptior opinio eſt, ideo
bonæfidei appellari exiſtimant quia in his
plenior & cumulatior bonafides quam in cę-
teris exquiratur vt Fab. Plat. Ange. Iaſſ. Go-
me. & alij adhuc autem diuerſitatis ratio nō
redditur, nam & in eo hæc vt ſuperior defi-
cit traditio, quod primam repetat, & non
decidat quæſtionem; cur enim in his quam
in alijs magis exhuberantior fides bona po-
9 ſtuletur non illi decidunt. † Zaſi. autem in l.
qui autem ff. quæ in frau. credito. ſcribit, con-
tractus bonęfidei dici, quia apud Romanos
olim iurisgentium contractus quales ij qui à
Iuſtiniano in d. §. actionum numerantur, in
10 templo fidei celebrarentur: refellit † Didac.
Zaſium quod nuſquā apud probatos autho-
res appareat iurisgentium contractus in hoc
11 ſolitos tēplo celebrari; Aliter † igitur Curt.
iuni. terminat in l. in bonęfidei C. de pact. &
in l. in actionibus ff. de in litt. iuran. in his de
ſubſtantia bonam fidem exigi, in ſtricti iuris
12 effectu tantum: ſubtilis † ſanè conſideratio
vt ille ſubtilis erat, ſed eodem argumento
conuincitur quod nullam in his differētię ad-
ferat rationem.

13 Extremo † Didac. non abſurde opinatur
ſic dici bonęfidei quod prætores antiquitus
qui actionum formulas concederent, in his
contractibus, clauſulam & bonafide adijcere
ſoliti erant, in alijs non ſic: id ipſe latius
ſcribit illic, ſed mutuaſſe omnia à Duareno
in d. l. in actionibus, ab Æguina. in d. §. ac-
tionum & Caron. lib. veriſi. cap. 3. author eſt
Alua. Valaſ. tractat. de iur. emphiteo. part. 1.
14 quæſtio. 5. num. 5. ad fin. qui † inibi addit
cuius ipſe ſententiam libenter probo, &
ideo etiam bonæfidei dictos illos contra-
ctus tantum, quia in his magis quam cæte-
ris propter ipſorum frequentiam bonafides
exigitur: cum expediat eos qui quotidie
apud omnium manus circunferuntur, magis
ex æquo, & bono iudicari. argu. l. iuſto ff. de
vſucap. & gloſ. in l. 2. in principio ff. de vſu-
cap. Faber. & Bellaper. in d. §. actio. conci-
nit huic rationi. l. quod ſi nolit §. quia aſſi-
dua ff. de ædili. edic. l. certe in fine ff. de prec-
ca. l. vt liberis ad finem C. de collatio. §. fin.
inſtit. de ſatis. l. certi condictio §. ſi nummos
vbi Bart. Pau. Alexan. Iaſſ. & cæteri ff. de re.
credi.

15 Nec † reticendū eſt, Anton. Mas. Virum
eruditiſſimum libro de Iudi. bonæfidei. ali-
ter atque aliter aduerſus omnium ſentire
traditionem; qui demum in Tribonianum
exurgens acerrime eum repræhendit, quod
abſoletam, & antiquatam actionum diuiſio-
nem bonæfidei & ſtricti iuris, ex ignoratio-
ne proprietatis verborum linguæ latinę Ro-
manorumque rituum quia græcus erat, tra-
diderit & in multis errauerit; is legendus.
16 Sed † an matrimonij contractus iuris ſit ſtri-
cti an bonæfidei videamus; Quem articu-
lum nullus hucvſque, quē ipſe viderim vel
audierim attingit; & iuris ſtricti fore vide-
tur, conſentiunt enim omnes, nullos alios
præter numeratos in d. §. actionum aut alio
iure expreſſim, bonęfidei eſſe; vnde cum
matrimonij contractus numeratus non fue-
rit inter ſtrictos computandus eſt.

17 Secundo † conſtat dolum dantem cauſam
contractui, bonæfidei annullare ipſo iure
contractum l. & eleganter vbi glo. & Bart.
ff. de dolo. l. 3. §. fin. ff. pro ſoci. l. in cauſę
ff. de minori. glo. & omnes in l. 2. C. de reſ-
cinden. vendi. tamen dolus dans cauſam ma-
trimonio non infringit matrimonium gloſ.
in cap. veniens vbi cęteri de tranſactio. & di-
cemus lib. 2. differen.

18 Contrarium † autem exiſtimauerim ex
ſequentibus. Primo quia quemadmodum
in cæteris bonæfidei contractibus iuris ęqui-
tas conſideratur rigore prætermiſſo vt ſu-
pra, ſic & in matrimonij contractu. l. ſem-
per in coniunctionibus ibidem gloſ. in ver-
bo honeſtum l. nec adoptiuus verſic. vn-
de nec vulgo. ff. de rit. nupt. quæ iura ſu-
perius ad id expendi; vbi & ex alijs do-
cui in hoc contractu bonam fidem exhube-
tare.

19 Secundo † accedit, quod actio de dote di-
citur actio bonæfidei §. fuerat inſtit. de actio.
ibidem poſt gloſ. Ange. Fab. Plat. Iaſſ. & re-
liqui, nouiſſime Surd. deciſ. 211. nu. 17. Gail.
lib. obſerua. 2. obſerua. 79. num. 8. qui alios:
20 vnde † cum dotis actio ex ſtipulatu huiuſ-
modi ſit, & matrimonij dubitari nequit,
quoniā à matrimonij contractu dotalis ori-
21 tur, nequit enim dos ſine matrimonio eſſe, †
& ſi poſſit ſine dote matrimonium, quem-
admodum ſcripſerunt omnes in rubr. & in
l. 1. ff. ſoluto. matrimo. ex l. 3. ff. de iur. doti.

& dos

& dos ante matrimonium non dicitur l. fin.
C. de dona. ante nup. §. penult. inſtit. de nup.
Tertio ſi vera ratio ſuperior eſt quam veram
eſſe credo, propterea Iuſtinianum eos
tantum voluiſſe bonæfidei, quos in d. §. actionum
numerauit, quod ſcilicet frequentiores
ſint, nullus certè in orbe toto apud omnes
vbique gentes frequentior matrimonio,
vt hac attenta ratione & bonæfidei eſſe credatur.
Neque ea ratio quam adduxi officit,
nam non negauerim veram eſſe argumentationem
ſcriptorum (quanquam & ipſa ab aliquibus
improbetur) cæterū numeratum fuiſſe
à Iuſtiniano contractum matrimonij inter
cæteros bonæfidei ex d. §. fuerat conijcitur
in quo docis, alijs adſcribitur. & vt modo,
22 dos abſque matrimonio non detur; Et †
ſufficit ſi id ex mente legislatoris, & ex conſequenti
neceſſario eliciatur. l. ad rem mobilem
l. ad legatum ff. de procura. §. idem iuris
vbi gloſ. inſtit. qui. ex. cau. manu. non lib.
cap. quoniam de ſenten. excomu. lib. 6. etſi
23 verbis expreſſis non dicatur; mens † enim
legislatoris proprietati etiam verborū preferturl.
non aliter de leg. 3. l. ſi ſeruus plurium
§. fina. & l. licet imperator de leg. 1. l.
cum de lanionis §. Pocdins ait de fren. inſtruc.
l. in conuentionibus de verbo. ſignifi.
l. in conuentionalibus vbi diffuſe Iaſſon. de
verbo. oblig.
24 Neque † altera officit ratio, quoniam ob
id in contractu matrimonij dolus qui dedit
cauſam contractui non irritat illum, quia
ſubſtantiali conſenſu non caret, qui in matrimonijs
vt millies dixi neceſſarius eſt, primumque
tenet locum l. nuptias cum ſimilibus
de reg. iur. cap. cum locum de ſponſa.
vnde licet error vel deceptio interuenerit,
vt certam quis mulierem vxorem ducat,
quam vel diuitem, aut formoſam eſſe perſuaſerint
cum non eſſet, matrimonium infringi
25 nequit: potuit † autem lex. quemadmodum
& id fecit, matrimonij contractum
hoc ſingulari illuſtrare priuilegio quo non
alios voluit gaudere contractus, vt rectè explicat
Didac. in cap. poſſeſſor. 2. part. §. 6.
num. 6. verſic. ſeptimo hinc, ad finem de reg.
iur. & licet is nullam reddat rationem
nec aliis quidam; ea tamen videtur, quod
26 irrita eſſent † fere omnium olim & hodie
matrimonia contrahentium, in quibus vix
eſt quin ab vna partium dolus non intercedat,
mendatia deceptiones, & qui vt boni &
prudentes comédantur ij ebrij, prodigi ſunt
& luſores vt modo mulieres reticeam, quæ
innumeris infectæ vicijs occultiſſimis vti caſtæ,
& prudentes venundentur, cum ſint ex
quinque fatuis, quæ oleum ſecum non ſumpſerunt.
Sed ſi quiſpiam in hac noua quæſtione
meliorem adferat ſententiam, inuentionem
ſaltem nullus aſpernabitur.
27 Hinc ſequitur † actionem ex hoc contractu
decendentem bonæfidei fore quæ naturam
contractus à quo oritur ſuſcipit. Opi-
28 nantur † autē multi de iure canonico ſublatam
eſſe differentiam ſupra ſcriptam: quod
eo iure omnes contractus bonæfidei: dicantur,
iuxta celebrem Bal. traditionem in cap.
1. ex. de plus petitio. quem refert & ſequitur
Iaſſo. in d. §. actionum num. 4. & in §. quadrupli
eod. titu. Galiau. in l. 4. num. 61. de
verbo. obliga. quos refert Didac. in d. §. 6.
num. 5. in d. cap. poſſeſſor. Alua. Valaſ. tractat.
de iure emphiteo. 1. part. quæſtio. 5.
num. 12. & preter eos latè Plot. tracta. de in
litem iuran. §. 22. num. 4. qui alios in eandem
adducit ſententiam quam tamen Didac.
ſupra improbat poſt Iaſſo. Anton. de
Butr. & Gome. ab eodem relatos, quos ſequitur
idem Aluar. Valaſ. ſupra num. 11. Alciat.
in d. §. cato num. 85. Burg. in cap. cum
dilecti num. 54. de emptio. & venditio. in
quam ſententiā cōſcendo, quod altera nullo
iure probetur, quinimo diuiſio hæc contractuum
canonico tex. probatur, in cap. cum
venerabilis ex. de exceptio.
29 Sanè † ſi contractus matrimonij bonæfidei
eſt, & diſtractus ideſt diuortium vbi Eccleſiæ
authoritate fieret: generale enim eſt
diſtractum contractus naturam aſſumere fuſſe
Tiraq. qui multis comprobat in leges cōnubia.
glo. 5. num. 9.

SVMMARIVM.

1 *Contractuum quidam nominati, alij innominati.*
2 *Homo innominatus eſſet, niſi nomen haberet.*
3 *Diſtractus nominatus, & innominatus reperitur.*
4 *Delicta nominata, & innominata dicuntur.*
5 *Matrimonium contractus nominatus.*
6 *Matrimonij nomen elegans.*
7 *Pœnitentia innominatis cōtractibus nō datur.*
8 *Contractus innominati ante implementum, nullam producunt obligationem.*
9 *Contractus nominati etiam non dato implemento, obligationem & actionem producunt.*
10 *Nominati contractus eo ipſo poſt conſenſum, actionem pariunt.*
11 *Diſtractus matrimonij, ideſt diuortium, nominatum eſt.*
12 *Contractus in dubio innominatus iudicandus.*
13 *Contractus nominatus innominato fauorabilior eſt.*
14 *Contractus nominati propter eorum frequentiam, pluris habiti fuere à lege ciuili quam innominati.*

15 *Contractus innominatos ius naturale ſpreuiſſe videtur.*
16 *Obligationis vis, attēta naturali æquitate, vna & eadem eſt in contractibus nominatis ſicut in innominatis.*
17 *Actio ex matrimonio qualis oriatur.*
18 *Maritus vxorem, & vxor virum repetit, adiecta cauſa iuris canonici.*
19 *Monaſterium, monachum repetit rei vendicatione, adiecta cauſa iuris canonici.*
20 *Opinio communis improbatur.*
21 *Actionis nomen de iure canonico non eſt neceſſario exprimendum.*
22 *Cap. non eſt, de ſponſa. declaratur.*
23 *Opinio communis reiecta.*
24 *Petitio concludens & legittima ſufficit de iure canonico.*
25 *Rei vendicatio non dicitur actio.*
26 *Rei vendicatio ſtricti iuris, & arbitraria.*
27 *Opinio authoris, in actione ex matrimonio deſcendente.*
28 *Actionum formula de iure canonico ſublata.*
29 *Anto. de Butr. & Barba. opinio reprobata.*
30 *Remedia poſſeſſoria quæ vbi vir à muliere diuertit, aut mulier a viro.*
31 *Remedium poſſeſſorium non datur, cum vnus ex coniugibus notorium adulterium comiſit.*
32 *Coniugi alterum repetenti, obſtat exceptio nō iuris agendi.*
33 *Coniux ſciens matrimonium non valere, debitum reddens peccat mortaliter.*
34 *Cap. porro de diuorti. declaratur.*
35 *Cap. porro de diuorti. intellectus iuxta Panor. & alios.*
36 *Panor. & Dida. opinio improbatur.*
37 *Maritus expellere poteſt vxorem propria authoritate, propter notorium adulterium.*
38 *Capitis porro de diuorti. intellectus ſecundum Iaſſ.*
39 *Iaſſ. traditio à Dida. improbatur.*
40 *Iaſſ. opinio ab authore improbatur.*
41 *Panormit. & Imol. opinio à Didac. amplexatur.*
42 *Didaci opinio reprobatur.*
43 *Cap. porro de diuor. & cap. ſignificati. verus & nouus intellectus.*
44 *Spoliatus nunquam reſtituitur, vbi poſſeſſionē voluntarie in alium tranſtulit.*
45 *Remedium canonis reintegranda, non datur ei qui ſua culpa poſſeſſionem amiſit.*
46 *Panor. opinio, exiſtimantis poſſe maritum ob notoriā fornicationem vxorem ſuam expellere propria authoritate, expenditur.*
47 *Maritus poteſt propria authoritate vxorē dimittere, quādo adulteriū cōfeſſa fuit in iudicio, vel publice cū adultero cohabitaret.*
48 *Cap. ſignificaſti de diuor. intellectus.*
49 *Peccata grauiora ſiunt, quando diutius durant.*
50 *Pœna augetur, ob conſuetudinem delinquendi.*
51 *Reſtitutio ob ſcandalum denegatur.*
52 *Reſtitutio denegatur, propter exceptionē clādeſtinatis matrimonij.*
53 *Matrimonium contrahentes clandeſtine, inhabiles redduntur ad ſic contrahendum.*
54 *Opinio communis reprobata.*
55 *Diſtinctio authoris noua.*
56 *Reſtitutio non conceditur, vbi timor probabilis peccandi eſt.*
57 *Maritus vxori adulteræ, debitum coniugale denegare poteſt.*
58 *Actio ex ſponſu, antiquitus ex ſponſalibus dabatur.*
59 *Iudices ſeculares, an cognoſcant in iudicio poſſeſſorio inter virum & vxorem.*
60 *Theſau. deciſio Pedemontana reprobata.*
61 *Cauſa matrimonialis poſſeſſoria, mixtā habet cauſam ſpiritualitatis.*
62 *Iudices ſeculares iuſte inhibentur à Iudicibus Eccleſiaſticis, in materia poſſeſſoria inter virum & vxorem.*
63 *Matrimonium vnum ex ſeptem Sacramentis Eccleſiæ & quæ ratio diuerſitatis cur in poſſeſſorio matrimonij nequeāt Iudices ſeculares cognoſcere, cū poſſint in beneficialibus.*

COMPARATIO. XXII.

CONTRACTVS MATRIMONII an nominatus vel innominatus; actionis nomen quale, iucunda, & noua tractatione explicatum.

1 CONTRACTVVM † ſummā & præcipuam diuiſionem hāc eſſe omnes tradiderunt, quod quidam nominati ſunt, innominati alij: Nominati dicuntur, quibus vel à iure gentium aut ciuili, nomen proprium & elegans inditum fuit. Innominati qui proprio & ſpirituali nomine carentes, ſub generali conuentionis vocabulo appellantur l. iuris gentium in princi. & §. §. ſequen. vbi Bart. & poſteriores ff. de pact. Fortun. inibi nu. 38. & 71. le. 1. §. fin. illo eod. tit. Curt. Menes. & alij in l. naturalis ff. præſ. ver. Andr. ab Exe. tracta. de pact. n. 478. Galiau. Butig. Alcia. & Crot. in rub. ff. de verb. obliga. Aluar. Valaſ. tract. de iure emphiteo. 1. part. quæſt. 6. à num. 1. Menoch. tracta. de præſump. lib. 3. præſump. 34. num. 7. & 8. & eod. lib. 3. præſump. 39. num. 4. ſequitur nouiſſime Surd. deciſ. 210. num. 16. 17. deciſ. 125. num. 4. Coraſi. & Berenga. Fernan. in l. pacta conuenta ff. de cont. emptio.

2 Exemplum † perhibuit glo. in d. l. iuris gētium & in rub. C. de rer. permutatio. in homine,

mine,qui niſi nomen haberet, innominatus diceretur.Quidquod & diſtractus,eorũ contractuum,quibus nomen proprium datur;nominati etiã dicuntur: ſi igitur emptionis aut alterius contractus reſolutio fiat acceptilatione,vel alio modo, vt in terminis tex.in l. age.l.actione l. & ſiue apud acta l. vbi pactũ
3 C.de tráſac.dicitur.diſtractus † nominatus, quemadmodum egregie docet Bal. in rubr. ex. de tranſactio. Iaſſ. in l. cum mota C. de tranſacti.eſt enim pro regula traditum eiuſdem naturæ diſtractum, cuius contractus, eandemq. ſolemnitatem exigere qualem ille idem, vt multis oſtendit Tiraquel. in ll. connubia. glo.5. nu.8. cum ante & poſt ſeq. dixi ſuperiori comparatio.num.29.

4 Quinimo † & delicta nominata & innominata,eadem ipſa ratione,qua contractus dicuntur, vbi enim delictum proprium & particulare nomen habet, nominatum dicitur: vt ex rei alienæ contractatione animo lucrandi oritur furtum; ex percuſſione gladij, vel alterius inſtrumenti cum hominis occiſione,reſultat homicidium;& ſic de alijs: innominata ſunt verberare,alterius ingredi domum,vel fundum vicino inuito, cum his ſimilibus,in quibus magis facti nomen, quam delicti attenditur.Declarat Barto. in l.nunquam plura nu.4.ff.de priua.delict. Forte.in practi. crimi. verbo capiat informationem num. 8. cuius inueſtigationis vtilitatem ibi ſcribit Bart. traditionem receptam teſtatur Blan.in prac.crimi.§.viſis indicijs per reum num.111. Inli. Clarus in practi. crimi. §.1. verſi.habes etiam, eandem ſequitur & dicit communem Farina.tom.1.qq. crimi. tit.de delic.& pœn.quęſt.18.nu.19.& 20. cui addo Iaſſ. magiſtraliter declarantem in l. ſi familia poſt princi. ff. de iuris. om. iudi. Tiberi. Decia.lib.5.tract.crimina.cap.1.num.4. Ab his ſequitur,quod cum matrimonium ſit cõtractus, iſq. iuriſgentium vt comparatio.1. ſcripſi,neceſſe eſt,vt is nominatus ſit, vel innominatus.Quem hucuſq.articulum pertingit nullus.

5 Vnde † hunc contractum nominatis ad-
6 ſcribendum putaui,primo, quia † huic cõtractui nomen elegans, & proprium inditũ ſuit per leges ciuiles,& canonicas, matrimonium ſcilicet §.nuptiæ inſtit. de patr.poteſt. c.1.27.quæſt.1.toto.tit.ex de ſponſa.& matrim.l.3.in fin.ibi.vbi igitur matrimonij nomen non eſt,nec dos eſt ff. de iur.dot. conſequenter nominatus d. l. iuriſgentium ff. de
7 pact. Secundo † contractus nominatus ab innominato diſtinguitur, quod re etiam integra non habet locum pœnitentia, conſequenter repetitio ceſſat, l.non idcirco C. de contrahen.emptio.l.de contractu.C.de reſcin.vendi. l.ſicut C. de actio. & obliga.l.in ciuile C.de rei vendi. in innominato ſecus l. ſi pecuniam & toto tit.ff.de condi. ob cau.& C.eod.glo.in d.l.ſi pecuniam vbi Bart. qui
8 ſic declarat, † vt innominati cõtractus antequã impleantur nullã producant obligationẽ ciuilem l. ex placito C. de rerum permuta.merito pœnitẽtia locũ habet;& licet quis impleuerit adhuc pœnitere poteſt, dũ alter ceſſat,nam implendo aliũ ſibi, non ſe alteri obligauit,declarant poſt Bart. omnes in d.l.
9 iuriſgentium. Vbi † vero de contractu agitur nominato, implemento à nulla parte vel vna tantum ſequuto, etſi altera minime impleuerit, non reſoluitur contractus d.l. inciuile C.de rei.vendi.vbi Bal.Salice.Caſtren. idem Paul.de Caſtr.in l.1.C. de actio.emp. Alex.conſ.212.nu.2.lib.2. Natta.conſ.219. n.5.lib.1.Ruin.conſ.128.n.fin.lib.5.Alciat. reſpon.108.n.5. cum igitur idem ſit in matrimonio,quod vbi perfectum eſt ſemel,etſi altera partium nolit adimplere minime reſoluitur,quia quos Deus coniunxit homo nõ ſeparat, neceſſario nominatus dicetur.

10 Tertio,† nominati cõtractus eo ipſo quod in eſſe producti fuerunt actionẽ pariũt, ideſt vbi contractus conſenſu perfectus eſt.d.l.iuriſgentium, innominati quia imbecilles, & infirmi nullam producunt actionem niſi implemento ſequuto,vbi is,qui impleuit agere vult.d.l.iuriſgentium d.l.ex placito,vnde cũ idem ſit in matrimonio, cuius perfectio à ſolo pendet conſenſu,adhibito ipſo,actio in continenti oritur efficax ad alterius coniugis cohabitationem petendam,atq. his rationibus mihi contractus nominatus videtur. Sic
11 † & diſtractus matrimonij nominatus dicetur, diuortium ſcilicet,quia eiuſdem naturæ & qualitatis diſtractus, cuius contractus vt ſupra num.4.

12 In dubio vero † innominatus potius contractus iudicandus,quam nominatus, l. 1. & 2.ff.præſcrip.ver.l.1.ff.de æſtima. actio. l. ſi pecuniam in princi.ff.de condi.ob cau. l.naturalis §.at cum do.ff.pręſ.ver.§.1. inſtit. de loca. Barto.in l.1.nu.7.ff.de rei permutatio. poſt glo.in l.eleganter §.1.in ver.ex ſtipulatu ff.de dol.vbi Bart.idẽ & Bal. Fulgo.Iaſſ. Curti. & pleriq. alij quos adducit Tiraquel. tract.de retract.conſan.§.30.glo.1.num.36. Bal.ipſe in l. liberti nu.36. C.de ope.libet. Roma.Alciat. Zaſi. in l.cum quid ff.de reb. cred.Menoch.lib.præſump.3. præſump.39. num. 1.cum ſeq. cui addendi Andr.ab Exc. tract.de pact.nu.488.Iaſſ.in l.cum quid n.6. de reb.credi.illic purpura.n.62.qui communem Boet. deciſio. 144. Pinel. in l.2. C.de reſcin.vendi.qui fuſe;& dixit etiam communem Meno. ſupra qui aduertentes refert, &

obiectis contrarijs reſpondet. de quo arti.
Menes.in d.l.naturalis §.& ſi quidem nu.3.
de præſ.ver.
13 Contractum † autem nominatum innomi-
nato fauorabiliorem fore ,*Bal. egregie do-
cuit in conſ. 261. lib. 1. & in prælud.feudo.
col.4. & alij quos Caſteli. in memorabili in
ver.contractus an in dubio. Curti. iuni.in l.
ſi paſcenda nu.11.C. de pact. Et ſi contrariã
Meno.d.præſum.39.nu.7.& 8.& antea præ-
ſump.34.num.14.& 15.lib.3. quia & præter
14 aliorum rationes irrefragabiliter ſuadetur †
communis,quod nominati contractus prop-
ter eorum frequentiam pluris habiti fuere à
lege,quam innominati,vt ex tribus adductis
rationibus quibus matrimonium, nominatũ
15 fore contractum oſtendi ſupra conſtat.Sed †
& ius ipſum naturale eos plurimi fecit d.l.
iurisgẽtium! innominatos vero ſpreuiſſe le-
ges naturæ & humanę vidẽtur, veluti deper-
ditos,vagos,& inutiles, quorum nec nomen
16 curaſſe videntur vt nullius æſtimationis:Et †
ſi non ignorem,quoad vim obligandi,atten-
ta naturali ęquitate,nullam inter contractus
nominatos & innominatos differentiam eſ-
ſe,quod probat aduerſus Alexan.Fortuni.in
d.l.iurisgentium nu.3.Galiau.in rub.de ver.
obliga.nu.180.cum ſequen. Atq.ſubinde iu-
re cano. nullam etiam differẽtiam inter eos
conſtitui Crot. in rubr. de verbo.obliga.nu.
21.licet Menes.in d.l.naturalis num.30. cõ-
trarium doceat.
17 His † oportune adnectam alteram etiam
quæſtionem , quæ ſcilicet ex hoc contractu
actio oriatur;quem articulum non exacte ſa-
18 tis quiſquam explicauit. Et † quidem huc-
vſq; creditum eſt maritum vxorem, & vxo-
rem maritum petere & rei vindicare , adie-
cta cauſa iuris canonici, quod eis reſpectiue
ius agendi concedit,glo.iuncto tex.in verbo
vindicans in cap. illud ex. de præſump. Pa-
norm.& Præpoſi.in cap.non eſt de ſponſa.&
19 in d.cap.illud . Sic † enim & in matrimonio
ſpirituali traditum , vt poſſit monaſterium
monachum rei vindicare, adiecta cauſa iuris
canonici.glo.celebris in l.1.§.1. vbi Barto.
ff.de rei vendica.Angel.& cæteri in §.præiu-
diciales inſtit. de actio. & alij quos refert &
ſequitur Dida.in Epito. ad 4. 2.part.cap.7.
n.3.4.Matien.in glo.1.rub.tit.1.lib.5. ordi-
natio.n.92.Mozziu.tract.de contract. tit.de
20 matrimo.§.quę actio.pro matri. à n.1.Hęc †
tamen traditio dubia admodũ eſt,imprimis
nullo iure probatur , nam tex.in d.ca.illud.
non id probat & rectè glo.ibi expoſuit ver-
bum,vindicans,ideſt petit,quaſi vellit,nõ de
rei vẽdicatione quę actio eſt , verbum intel-
ligendum , ſed de petitione tantum, in quo
21 ſenſu ſępius apud noſtros vſurpatur. † præ-
cipuè vero iure id canonico obtinet, cuius le-
gibus obtentũ,neceſſe non eſſe actionis no-
men in libello exprimere,ſed ita factũ nar-
rare ſufficit,vt ſine alia expreſſione iudex quę
petenti actio detur animaduertere poſſit. c.
dilecti ex. de iudi.à quo id omnes canoniſtæ
ibi docuerunt Panor.Henrri.Anto. & Butr.
Imo.Barba. Feli.Deci.Iaſſ.in l.edita n.2. C.
de eden.vbi Curt.iuni.nu.3. Deci. Barto.&
poſteriores in l.1. C. de eden. Iaſſ. in prin.
inſtit.de actio.n.24. Gomezi.nu.26.& dicit
communem legiſtarum,& canoniſtarum Pa-
22 nor.in d.ca.dilecti.Et † in his terminis pro-
bat expreſsim tex.in d.ca.non eſt vobis,ver-
bis illis, *Nos itaq. attendẽtes iuſtum & ho-
neſtũ eſſe,vt viri ſuas petãt vxoresque aper-
te innuunt ſolam ſufficere in matrimonij con-
tractu petitionem,nulla inſtituta rei vendica-
tione expreſſa cauſa iuris canonici.*
23 Neq. † obſtat ea ratio , qua de ſpirituali
argumẽtatur matrimonio,quoniã & ea opi-
nio nullo etiam iure probatur,& ſufficit iure
canonico monachum repetere nulla rei vin-
24 dicatione propoſita, aut cauſa adiecta; † cũ
ſufficiat petitio concludens,& legitima cap.
1.de his quæ vi.me.can. fi. quem tex. neſcio
qui Dida.pro cõtraria adferat c.fin.de regu-
la.cum ſimili.Neq. obſtat glo.& Bart.tradi-
tio in d.l.1.de rei vindica. quoniã & glo.cũ
Bart.non recte loquitur, exiſtimabãt neceſ-
ſariã fore de iure canonico expreſsionẽ ac-
tionis in libello,cũ non ſit;fateor tamen vna
cũ Did.ſupra poſſe maritũ, aut monaſterium
officiũ iudicis ſecularis implorare iuxta glo.
in dicto c.nõ eſt vobis,quã ibi ſequuntur Pa-
norm.& alij. Neq.obſtat tex.in d.§.1.l. 1.&
glo.exẽpla,quę illic adducit:nam de iure ci-
uili procedunt, quo tunc & actionis & cauſæ
expreſsio neceſſaria erat,vt docet Bart.in d.
l.1.C.de eden.& in d.l.edita.vbi omnes.
:25 Sed † ſi aliqua de iure canonico actio da-
retur, nõ hãc exiſtimarem rei vẽdicationem
dari,quę proprie & vere actio nõ eſt,cũ actio
ſit ius perſequẽdi in iudicio,quod ſibi debe-
tur.in princi.inſtitu.de actio.& qui rẽ vindi-
cat,nihil ſibi deberi petit,ſed quod ſuum eſt
reſtitui poſtulat;quod autem alicuius eſt , id
amplius eius fieri non poteſt.l.& an eandem
§.actiones ff. de excẽp.rei iudi. §.ſic itaque
diſcretis inſtit. de actio. §. ſed & ſi rem le-
gatarij , inſtitu. delega. Rurſus ſi vera noſ-
tra opinio eſt, quam ſuperiore comparatio.
docui,contractum matrimonij bonę fidei eſ-
ſe , & conſequenter actionem ex eo deſcen-
26 dentem; Sanè nequit rei vendicatio dari, †
quia ſtricti iuris eſt, & ea arbitraria Bart.in
l.1.num.5.C.de iudi.ex.l.qui reſtituere ff.de
rei vẽdicatio l. & ex diuerſo eod.tit.Placen.
tracta.de rei vendica.tit.4.num.26.

Opinor

27 Opinor † itaq. dandam, vbi eam dari
oporteret actionem matrimonialem, quem-
admodum ex cæteris contractibus, in emp-
tione & venditione, ex empto & vendito, ex
locatione & conductione, locati & conducti.
Docuit in ſimili Bart. in l. vni. nu. 8. ff. de cō-
dic. ex lege Angel. in §. adeo inſtit. locat. Me
28 nes. in d. l. naturalis num. 28. Sed † de his vt
dixi non admodum curandum, quoniam ac-
tionum formulæ; ſublatæ fuere de iure cano-
nico, quinimo & actiones ipſæ ſublatæ, vt
ſcripſit Anton. de Burr. & Barba. in d. cap.
29 dilecti Deci. in d. l. edita. † quæ ſententia
vera non eſt, & expræſſim aduerſatur tex. in
d. cap. dilecti de iudi. quo probatur tantum,
ſufficere apte factum proponere, vt ex eo ac-
tio colligi poſſit vbi Panor. & alij declarant,
demptis Barba. & Anto. qui contrarium ſed
non inde inferri poteſt, actiones illo iure ſu-
blatas argu. tex. in cap. 1. & 2. de noui operis
nunciat. l. præcipimus C. de appella.

30 Planè † remedia poſſeſſoria adhoc etiam
prodita ſunt, quoties vir ab vxore aut vxor
à viro, propria authoritate diuerterent; eſt
enim iudicium Eccleſiæ neceſſarium c. porro
vbi canoniſtæ de diuor. glo. inſignis in ca. ex
conqueſtione de reſtitu. ſpoliato. per illum
textum cap. litteras. eod. tit. Syluest. in ver-
bo matrimonium 10. nu. 2. & poſt canoniſtas
Dida. in Epito. de ſponſa. 2. par. cap. 7. §. 5.
nu. 9. & ſequen. Ripa. in l. naturaliter §. nihil
commune nu. 83. Rub. nu. 154. Anto. Math.
nu. 37. Alex. nu. 20. 21. ff. de acquir. poſſeſſio.
Meno. tract. de recupe. poſſe. reme. 1. n. 318.
poſt alios multos ab eo relatos Theſau. de-
ciſio. 117. à nu. 1. Surdus tract. de alimen. tit.
7. queſt. 17. num. 20. 21. 22.

Hæc autem communis omnium traditio
multipliciter ſolet ab interpretibus decla-
31 rari: Primo, † quoties adulterium ab vno ex
coniugibus admiſſum notorium eſſet, quo-
niam eo caſu liceret marito vxorem expel-
lere, ita vt ei nequaquam interdictū aliquod
recuperandę competere poſſit. d. cap. ſigni-
ficaſti de diuor. glo. in cap. fin. de adulte. Cu-
ius traditionis rationem eam eſſe prodide-
runt quod agenti interdicto vnde vi in ma-
32 trimonio, & † potenti ſe expoliatum reſti-
tui, obſtat exceptio iuris deſficiētis, ſi id no-
torium ſit d. ca. litteras. vbi Panor. rationem
reddens rationis, quia inquit, ſi reſtitutio cō-
33 cederetur, & carnalis copula ſequeretur, †
peccaret mortaliter; qui ſciens matrimoniū
nō valuiſſe, debitū redderet, ſequitur Imol.
in cap. ex conqueſtione de reſti. ſpoli. Præpo.
in ca. 2. 3. queſt. 1. Dida. ſupra nu. 9. Sylueſ. 5.
2. Menoch. qui multos num. 318.

34 Sed huic † traditioni & ſi receptiori ob-
ſtat admodum tex. in d. cap. porro de diuor.
Quo conſtat vt dixit glo. in cap. ex conqueſ-
tione de reſti. ſpoliato, coniugem vnum ſpo-
liatum reſtituendum eſſe ad carnale coniu-
gium, & ſi opponatur exceptio notorię con-
ſanguinitatis. obiectum hoc varie noſtri di-
35 ſoluūt; In † primis Panor. in d. c. porro Imo,
in d. cap. ex conqueſtione Dida. in d. §. 5. nu.
11. aſſerunt in d. cap. porro non decidi, reſti-
tutionem data notoria conſanguinitate con-
cedendam fore: ſed id tantum prohiberi, ne
maritus propria authoritate à ſe vxorem ex-
pellat, & ſi notoria ſit conſanguinitas: Diſ-
36 plicet † hęc ſolutio, quia & id ipſum d. cap.
porro apertiſſime deciditur, ſi clariſſima il-
lius verba non cauillentur, illis ſcilicet; *quod
ſi etiam parētela eſſet publica & notoria, abſq;
iudicio Eccleſiæ ab ea ſeparari non potuit: qua-
re ipſum ad eam recipiendam, quæ reſtitutio-
nem petit ipſius diſtricte compellas*: hęc tex.
37 verba. Rurſus † poteſt maritus expellere
propria authoritate vxorem propter noto-
rium adulterium, iuxta gloſa. communiter
38 receptam in d. cap. fina. de adulte. Iaſſ. † au-
tem aliter conciliat in §. nihil commune nu.
40. & nouiter textum in d. cap. porro intelli-
gendum in exceptione notoria oppoſita ad-
uerſus agentē, quæ cauſam reſpicit proprie-
tatis, quę minime impedit reſtitutionē, eo
tex. quo aduerſus vxorem reſtitutionem pe-
tentem, obijciebatur notorium & publicum
parentelę impedimentum; ſecus vbi excep-
tio aduerſus agentem, poſſeſſionē reſpicit,
vt in d. cap. ſignificaſti eod. tit. in quo de ex-
ceptione fornicationis agitur aduerſus vxo-
rem, quæ thori cohabitationē impedit, ſiue
coniugij poſſeſſionē. ratio differentię ea eſſe
videtur quod priori caſu exceptio requirit
altiorē indaginem, in ſecundo minime. Ar-
39 guta ſanè diſſolutio, † quę tamē à Dida. im-
probatur ex eo quod conſtet in ſpiritualibus
& Eccleſiaſticis deffectum iuris, & proprie-
tatis obeſſe agenti interdicto recuperandæ
poſſeſsionis, ex his, quæ idē ipſe illic docet
num. 10. nec addit Dida. Iaſ. fuit nouæ huius
ſententiæ author cum ante eum Prepoſi. in
ſum. 3. q. 1. ſic hęc intellexerit iura: Menoch.
autem non contemnenda videtur Iaſ. conſi-
liatio, ea enim, quam adfert ratio multipli-
citer poteſt vitari, vel ex his quę idē d. nu. 10.
40 ad medium: † magis vero ex alio diſplicet,
quod ratio illius cap. porro. generalis eſt ad
vtrumq. caſum, ſiue de proprietatē reſpiciē-
te exceptione agatur, ſiue poſſeſsionem, nuſ-
quā enim poteſt propria authoritate mari-
tus, ſine Eccleſiæ iudicio vxorē dimittere, q
ſit toto iure interdictū, poſſe quęquā in pro-
pria cauſa, ius ſibi dicere l. qui iuriſdictioni
vel omnes de iuris om. iudi. l. 2. C. ne quis in
ſua. cau. ius ſibi dic.

Digitized by Google

41 Didac. ✝ extremo ibidem animaduertit,
ſibi magis Panor.& Imo. arridere ſententiā
quoad ipſa mutua obſequia coniugalia, nam
non(inquit)abſq.iudicio Eccleſię debet ma-
ritus vxorem ab eius conſortio expellere,
ob notoriam licet cōſanguinitatem,vel no-
toriam fornicationem,licet poſſit coniugale
debitum denegare, quod ſi liceret & cum
adulterium foret occultum,iuxta Panormit.
& aliorum quos refert ſententiam . Cæterū
42 ✝ hæc diſolutio omnium deterior eſſe vide-
tur,nam aperte ad ea iura diuinat, & tex. in
d.ca.porro indiſtinctè loquitur,rurſus & tex.
in cap.ſignificaſti aperte docet propter no-
toriam fornicationem mulierem agentem
non reſtitui.

43 Vnde ✝ ipſe vere & noue pręter alios om
nes exiſtimo,ideo in d.ca.porro ob notoriā
etiam conſanguinitatē ſemel celebrato ma-
trimonio non potuiſſe maritum vxorem ex-
pellere propria authoritate,quia nulla vxo-
ris culpa à marito poterat imputari, at in
caſu cap.ſignificaſti, non fuit vxor reſtitura,
quod ea adulterium cōmiſiſſet, & culpa ſua
cuilibet eſt noſciua,quinimo vxor illic,nedū
ſemel adulterium cōmiſit, ſed & adhuc poſt
dimiſam à marito,eo prætextu, iterum cum
alio coiens ſobolem ab eo ſuſcepit,atq.ideo
ne ex propria culpa, & delicto commodum
conſequatur,iniquum ibi viſum fuit Roma.
Pontifici fore reſtituendam argu.cap.damnſi
de reg. iur. tex. inſignis in l. ſiue autem §.ſi
duobus ff.de publica. quo ſtatutum, cum qui
ſuo facto à propria cecidit poſſeſſione non
experiri cōtra bonę fidei poſſeſſorem ex tex.
44 in cap.ſuper.ex.de renuntiatio. vbi ✝ ſpolia-
tus nuſquam reſtituitur,cum is poſſeſſionem
45 in aduerſarium ſponte tranſtulit vnde ✝ ho-
rum iurium authoritate tradiderunt omnes,
remedium canonicis re integranda non con-
cedi ei, qui culpa ſua poſſeſſionem amiſit.Ri
pa.in cap.ſæpe num.27.de reſt.ſpoliat.poſt.
Panormi.in cap.accedens in 1. num.19. ex.
vt lit.non conteſta. Caſſa.deciſio.4. num.6.
tit.de reſtitu.ſpolia. & relatis multis Oſaſc.
deciſ.47.num.4.Beniten.deciſio.10.Cępha.
conſ.100. num.25. lib.1. & qui communem
relatis pleriſque Menoch.tractat. de recup.
poſſeſsio.reme.15.num.95.96. atq. hic mi-
hi verus illorum textuum cenſus videtur.

45 Ex his ſequitur ✝ vera an ſit Panor. ſentē-
tia in cap.fina. ex. de adulter.exiſtimantis,
poſſe maritum ob notoriam fornicationem
vxorem ſuam expellere propria authoritate
quod & cenſit ibidem glo. & alij a Panorm.
relati:Nam Didac. d. §. num.12. veram ſibi
non videri ſententiam ſcribit,quia ipſa opi-
nio non iuribus à Panorm. adductis proba-
tur,quemadmodum Anto.de Butr. D.Tho-
mas & Syluest. ab eo, relati affirmant; eam
47 autem veram eſſe fatetur ✝ quoties vxor in
iudicio crimen confeſſa fuiſſet, vel publice
cum adultero cohabitaret. ex glo. in cap. 1.
32.quæſt.3. veritas enim huius controuerſię
omiſſis multis, quæ Dida.ibid.Rip.& alij in
d. §. nihil commune ad intellectū dictorum
capitum ſcripſerunt,pendet à veritate intel-
48 lectus ✝ quem ad tex. in d. cap. ſignificaſti
tradidi, in quo culpa mulieris adulterantis
reſtitutionem impedit, quinimo & hoc in-
tellectui noſtro addendum : Innuit Roma.
Ponti.quod ſi poſt adulterium ſemel ab vxo-
re commiſſum ſe ipſam continuiſſet, fuiſſet
reſtituta ; Cæterum quia in peccato notorie
perſiſtit,& ſobolem de alieno viro ſuſcepit,
noluit tam obduratæ in peccato mulieri, in
grauiſsimum mariti dedecus, & illius noto-
riam iniuriam reſtitutionem Pontifex con-
cedere:idq. apertiſsime oſtendunt illa tex.
verba: *verum mulier (inquit) non continuit,
ſed ſobolem de alieno viro ſuſcepit : nec minus
poſtulat viro reſtitui.* Quibus verbis & in rei-
teratione adulterij vim facit Roma. Ponti.
quaſi minus ei indulgēdum videatur,qui ap-
penſate iterum deliquit, quam ei qui ſemel
49 fragilitate ductus humana peccat: ✝ grauio-
ra enim peccata cenſentur,quanto magis in-
felices detinent allegatas animas dicit tex.
50 in cap.fina.de conſuet. Et ex ✝ reiteratione
delicti pœna etiam augeri ſolet & debet l.3.
C.de Epiſ. audi. l. capitalium §. ſolent & §.
graſſatores ff.de pœni.l.3.verſi.plures de re
milita.cum ſimili. congeſtis ab eruditiſſimo
Farina. 1.tom.qq.crimi.tit.de delict.& pœ-
ni.quæſt.24.à num.1.ſufficitq. ad augendam
pœnam propter conſuetudinem delinquen-
di,binus actus vt fuit in caſu d. cap. ſinifica-
ſti glo.in cap.tua nos.25.q.2.latiſsime mul-
tis coacernatis Maſcard. tractat. de proba.
tom.2.conclu.838.num.11.quibus alios ſu-
peraddit idem Farina.ſupra num.16.

51 Declara ✝ ſecundo regulam, quoties ex
reſtitutione ſcandalum oriri veriſsimiliter
poſſet,tunc deneganda eſt reſtitutio glo. in-
ſignis in cap.imprimis 2.q.1. & altera in ca.
ad petitionem ex.de accuſatio.Alexan. poſt
canoniſtas ab eo relatos in d. §. nihil com-
mune num.22.Ripa.num.76.rub.num.150.
cum innumeris ad id congeſtis per Menoch.
tracta.de recu.poſſeſſio.remedio.1.nu.319.
cum multis ſequent.

52 Declara ✝ tertio in terminis ſacri decreti
cap.1.de refor. matrimo. ſeſſio.24. quoties
quis clandeſtine contraheret, & poſt contra-
ctum matrimonium vir propria authoritate
vxorem expelleret eo prætextu, quod ma-
trimonium ſit ipſo iure nullum: quam quæſ-
tionem perfunctorie tamen tetigi compa-
ratio.19.

tatio.19.in verſi.Atq.adeo nullum: quæ mo-
do exactè quia indies contingere poteſt exa-
minanda eſt: eo igitur caſu quia nullius ſit
effectus matrimonium, poteſt maritus pro-
pria authoritate vxorem dimittere, quia
vxor non eſt: nec foret reſtituenda; ſic poſt
ſacrum Concilium docuit Alpho. à Vera-
Cru.in ſpecu.coniugu. 1.part.arti.21. ad fi-
nem Matien.in glo.1.rubr.tit.1.lib.5.ordi-
na.qui ea ratione mouentur, quod actus ſit
53 omnino nullus, & † contrahentes omnino
inhabiles ad ſic contrahendum, vt nec decla-
ratoria ſententia opus ſit; iuxta glo.in verbo
omnino in cap.fin.de offi.delega.lib.6. cum
alijs congeſtis à Titaq. in l.ſi vnquam, verbo
reuertatur num.66.67. C. de reuo.donatio.
glo.in cap.de illis in 1.communiter recepta
de de ſponſa.impube.Syluеſ. in verbo ſpon-
ſalia queſt.11. Azpilcue.in Manual. Confeſſ.
cap.22.num.27. in terminis autem eiuſdem
Sacri Concilij, idem docet Azpil. in conſ.1.
titu.de ſponſa. num. 2. quem etiam citani d.
comparatio.

54 Hæc tamẽ † opinio ſuſpecta admodũ eſt,
nam & quoties matrimoniũ eſt omnino nul-
lũ ratione conſanguinitatis, nequit vir vxorẽ
ſine Eccleſię iudicio, propria authoritate di-
mittere d.c.porro cũ alijs ibidẽ à glo.addu-
ctis Panor. & alijs: idẽ quoties matrimoniũ
vi pręciſa, aut metu, fuit cõtractũ, quod etiã
ipſo iure nullum eſt cap. cum locum cap.ve-
niens in 2.de ſponſa.ca. ſignificauit ex de eo
qui duxit in matrimo. quam pol. per adul.
dicit communem & receptiſſimam Dida.in
Epito.de ſpon.2.part.ca.3.§.5.num.1. Tri-
uiſan.deciſio.35.num.25.lib.2.& tamen ne-
quit vir hoc in caſu vxorem dimittere pro-
pria authoritate ſine Eccleſiæ Iudicio Tri-
uiſan.d.deciſio.& num.25. qui communem.
55 Vnde † ego ſic diſtinguendum putarem, aut
poſt contractum clandeſtinum matrimoniũ
vir & vxor vt legitimi coniuges cohabitarũt,
aut non; priori caſu, reſtitutionem concedẽ-
dam vxori putarem ratione poſſeſſionis, nec
poſſe abſq. Eccleſiæ iudicio propria autho-
ritate expelli, quia ſua non eſt fruſtrãda poſ-
ſeſſione ob dictum impedimentum d. cap.
porro: Secundo caſu ſecus; & ita intelligerẽ
procedere doctrinam Azpil. d.conſ. Alpho.
à Vera Cru.& Matien. nam & idẽ Alphon.
fatętur, non eſſe dimittendã hoc in caſu pro-
pria authoritate ratione futuri ſcandali, vbi
de illo probabilis eſſet ſuſpitio, ſicut & ſu-
56 pra oſtendi, verſic. Declara ſecundo. Neq; †
obſtaret ſi quiſquam diceret, non eſſe conce-
dendam reſtitutionem, quoties peccati ti-
mor probabilis eſt, quod fieret ſi vir hanc re-
cuperaret, quia cum nõ ſint coniuges, coeun-
do peccarent mortaliter, ad ea quæ Panor.in
cap.litteras per illum tex.de reſtitu.ſpoliato
Dida.qui alios d. §.5.num.9. nam vt idem
Dida.ibidem num. 11. ad finem ex ſenten-
tia eiuſdem Panor.in cap.fina. de Adul. do-
cet, & ſi nequeat maritus ob notoriam forni-
cationem aut conſanguinitatis impedimen-
tum vxorem propria authoritate dimittere,
57 poteſt † tamen ei debitum coniugale dene-
gare, etiam ob occultum adulterium: ita fit
vt in hac ſpecie poſſit maritus quandiu lis
coram Iudice Eccleſiaſtico agitur, debitum
huic non reddere, ſi certo ſibi conſcius ag-
noſcat nullum eſſe matrimonium. Alios au-
tem caſus, in quibus reſtitutio poteſt dene-
gari vel concedi, Rip. erudite proſequitur
poſt antiquiores.in d. §. nihil commune nu.
83. Rube.num.154. Corſet.in tracta. ſpolia.
eſt ante omnia reſti. fallen. 26. aliquos Sil-
ueſ.in verbo matrimonium 10.nu.2. & ſeq.
58 Sanè † ab ſponſaliorum promiſſione vetuſ-
tiſsimo iure actio ex ſponſu oriebatur, quæ
poſt antiquata fuit cum lege Iulia, Socij &
Latini ciuitate donati ſunt, author eſt Gellius
lib.4.cap.4.pręterijt autem hanc antiquita-
tem Mozzi.tit.de ſponſa. §.quæ actio detur
pro ſponſalibus.

59 Quis † autem ſit Iudex competens in hoc
poſſeſſorio videamus, nam exiſtimant aliqui,
& Iudices ſeculares cognoſcere poſſe de hu-
iuſmodi poſſeſſorijs inter virum & vxorem
eſt enim poſſeſſorium iudicium quid facti
temporalis, & profani.glo.in cap.litteras de
iura. calum. & cum nihil commune habeat
proprietas cum poſſeſsione l. naturaliter §.
nihil commune ff.de acquir.poſſeſsi. nullum
reſultat inconueniens quod proprietatis iu-
dex in ſpiritualibus poſſeſſorijs ſit laica per-
ſona, vt ſcripſit egregie Guido.Pap. deciſio.
1.58.207. Afflict.deciſ.24.num.9. Oſaſ.de-
ciſio.Pedemon.116. Theſau.deciſ.82.nu.2.
Andr.Gail.obſeruatio.37.num.5.lib.1.Me-
noch.tracta.de recuperan.poſſeſsi.reme.15.
num.235. Dida.in terminis propoſitæ quæſ-
tionis in Epito.de ſponſa.2.par. cap.8. §.1.
nu.3.quo in loco affirmat; poſſe ex communi
ſententia iudicem laicũ cognoſcere de quæ-
ſtione facti inter virum & vxorem: & ita de-
ciſum fuit in hac eadem quæſtione referente
Theſauro.deciſio.117.num.4. nulla Didac.
mentione facta.

60 Cæterum † hæc opinio in terminis quæſ-
tionis propoſitæ defendi non poteſt, & à de-
ciſione Theſauri cauendum eſſe opinor nam
& ſi veram eſſe demus ſententiam commu-
nem, Iudicem laicum in poſſeſſorijs Eccleſia-
ſticis fore iudicem competentem, quam ta-
men dubiam eſſe, & aduerſus eandem innu-
meros tenuiſſe. ſcripſit Caualca. deciſio. 45.
num.75. 1. part. quos inibi refert: adhuc ea
opinio

61 opinio in hac ſpecie defendi non poteſt, † quia cauſa matrimonialis, etſi poſſeſſoria, mixtam habet cauſam ſpiritualitatis, cuius Iudex laicis eſt omnino incapax, vt tenet & declarat Afflict. in conſtitu. reg. Sicil. lib. 3. rubr. 28. num. 6. 7. 8. & Plot. inter cõſilia ma-
trimonialia conſ. 87. num. 15. & Angel. inter eadem conſilia. conſ. 44. num. 57. lib. 1. Exi-
62 ſtimantes † iuſtè in hoc caſu inhibitionem à Iudice Eccleſiaſtico obtineri poſſe aduerſus ſecularem, vt etiam opinatur Didac. in d. §.
63 11. num. 3. ad finem. Ratio † autem differentię inter hunc caſum & cæteros, in quibus de poſſeſsione contenditur ea eſt, quam tamen nullus attingit, quia matrimonium vnum eſt ex ſacramentis Eccleſiæ ſpirituale, conſequenter à laicorum iuriſdictione alienum: non ſic in poſſeſſorijs beneficiorum, & aliarum rerum Eccleſiaſticarum; quæ etſi ſpirituales, non tamẽ tali & tam magna ſpiritualitate prædictę, qualia Sacramenta Eccleſiæ, immediatè à Chriſto ſeruatore inſtituta, iuxta diffinitionem Catholicam S. Conci. Triden. cap. 1. 2. & ſeq. ſeſsio. 24. de Sacramento matrimo. Vnde ſacramenta Eccleſiæ magis ſpiritualia ſunt quam cæterę res quæ ab eiſdem Sacramentis dependent, vel per Pontifices, aut Sacerdotes conſecratę ſunt, iuxta celebrem, & inſignem theoricam Azpilcuetę in rubr. de iudi. n. 25. & in Manua. Confeſſo. cap. 23. num. 99. vnde cum maior ratio vindicet in cauſa poſſeſſoria Sacramenti matrimonij; diuerſum etiam ius conſtitui debet: atque ita tuta conſcientia tenendum eſt, quicquid audacter dixerit Theſau. dicta deciſio.

SVMMARIVM.

1 *Formulæ matrimonij, quæ antiquitus, & quæ hodie.*
2 *Subſtantialia contractus, quæ dicantur.*
3 *Naturalia emptionis, quæ.*
4 *Accidentalia contractus, qualia ſint.*
5 *Matrimonij ſubſtantialia, naturalia, & accidentalia, quæ ſint.*
6 *Matrimonij ſubſtantialia conſenſus.*
7 *Signa exteriora conſenſum indicant.*
8 *Naturalia matrimonij quæ ſint.*
9 *Dos ex naturalibus matrimonij dicitur ſecundum Mozzi.*
10 *Mozzi. opinio reprobatur.*
11 *Matrimonium ſine dote eſſe poteſt.*
12 *Maritus bona vxoris paraphernalia adminiſtrare poteſt.*
13 *Vxorem accipiens abſque aliqua dotis conſtitutione, nequit ab vxore dotem petere, & ſi bona habeat.*
14 *Iudex cauſæ principalis, iudex eſt cauſæ incidentis.*
15 *Iudex ſecularis cognoſcit de dote.*
16 *Iudex ſecularis incidenter cognoſcit de cauſa ſpirituali.*
17 *Beneficia per contractum matrimonij vaccant, ipſo iure.*
18 *Beneficia per contractum ſponſaliorũ de præſenti vaccant ipſo iure.*
19 *Mozzi. exemplum improbatur.*
20 *Contraria duo in eodem ſubiecto eſſe nequeũt.*
21 *Beneficium per contractum matrimonij & ſi inualidi vaccat.*
22 *Reſcriptum ad beneficia vacatura expirat, contracto matrimonio & ſi nullo.*
23 *Beneficium non vacat per matrimonium vi contractum.*
24 *Vis maior conſenſum aufert.*
25 *Conſenſu deficiente in contractu matrimonij quomodocumque, beneficium non vacat.*
26 *Beneficium non vacat per contractum matrimonij, quoties matrimonium valeret tantũ vt ſponſalia de futuro.*
27 *Pœna poſita contrahenti matrimonium, non cenſetur poſita contrahenti ſponſalia.*
28 *Clericus in ſacris conſtitutus matrimonium contrahens, beneficio venit priuandus, ſecundum communem.*
29 *Communis opinio improbata.*
30 *Conditionis melioris nõ debet eſſe delinquens, quam is qui non delinquit.*
31 *Beneficium vacat per contractum matrimonij clandeſtini.*
32 *Extenſio fit in pœnalibus ex maioritate rationis.*
33 *Clericus in ſacris matrimonium contrahens, in pœnam ab ordinibus ſacris ſuſpenditur, cũ abiuratione & beneficiorum amiſſione.*
34 *Delinquens delinquendo, in pœnam legalem conſentire videtur.*
35 *Priuandus beneficio ob delictum, poteſt illud reſignare in fauorem alterius, ſecus vbi eſt ipſo iure priuatus.*
36 *Clericus ætate minor, contrahens matrimonium non perdit beneficium.*
37 *Tonſura clericalis iure antiquo ſeptem annis dabatur, & beneficium obtinere poterat.*
38 *Beneficium iure nouo S. Concil. Triden. ante 14. annum obtineri non poteſt.*
39 *Beneficium clerici minoris ætatis, non vaccat per contractum matrimonij, niſi ætate perfecta ratificaret.*
40 *Opinio communis improbatur.*
41 *Lex de matrimonio loquens, ad ſponſalia non extenditur.*
42 *Maritus a muliere conueniri nequit, niſi in id quod facere poteſt.*
43 *Mozzi. exemplum reprehenditur.*
44 *Vxor ſequitur domicilium, & forum viri.*
45 *Vxor an ſequatur domicilium viri, in his quæ viro iure ſingulari & priuilegiato competunt.*

Vxor

Digitized by Google

46 *Vxor paciſcens cum viro de habitando in certo loco,non tenetur ſequi virum in alio.*
47 *Habitatio in certo loco,ſpeciem ſeruitutis continet.*
48 *L.x Titia §.2.ff.de conditio.& demon. declaratur.*
49 *Matrimonium continua ſeruitus.*
50 *Monachi religionem ſtrictiorem ingredi poſſunt,petita & ſi non obtenta licentia ſuperioris.*
51 *Vxor non tenetur ſequi maritũ vagabundum.*
52 *Vagabundum qualiter matrimoniũ contrahãt iure nouo S.C.Triden.*
53 *Maritus vxori,& econuerſo, reddere ad inuicem debitum tenetur.*
54 *Matrimonij accidentalia ea ſunt , quæ adeſſe & abeſſe ſe habere poſſunt.*

COMPARATIO XXIII.

FORMVLA MATRIMONII contractus,quæ olim & hodie;Quæ etiã in eo ſunt ſubſtantialia , naturalia , & accidentalia.

1 FOrmulas † quas antiquitus veteres in cõtrahendis matrimonijs obſeruabant,coemptione, vſu,& farre & quibus etiã verbis, recenſui in præfatione huius libri nu.39. 40. Cæterum cum in cæteris contractibus,quædam ſint ſubſtantialia , alia naturalia,& altera accidentalia , non abs re erit inquirere,an hæc in matrimonio itidem reperiantur,tradiderunt igitur omnes fere, tria hæc in ſingulis repetiri contractibus:
2 Subſtantialia † eſſe dicunt , ſine quibus contractus eſſe nequit ; veluti in contractu emptionis & venditionis res,prẽtiũ, & vtriuſq; conſenſus:res in emptione exquiritur , quæ enim in rerum natura non ſunt,emi vel vendi nequeunt l. nec emptio l. domum ff. de contrahen.empti.prætium ſecundo,de ſubſtantia dicitur §. prætium §. item prætium inſtit.de emptio. & vendi. conſenſus tertio poſtulatur,& eo emptionis contractus perficitur in princi.inſtit.de obliga. ex conſen. & in princi.inſtit.de emptio.& vendi.

Naturalia † emptionis dicũtur, ea quę ex ipſo contractu ex ęquo & bono perueniunt, veluti translatio dominij,vbi venditor dominus eſt,alias ſi non ſit vſucapiendi conditio l. exempto ff. de actio. emp. euictionis etiam cautio,quam dominus præſtare tenetur l.1.ff.de euictio.cap.fina.ex.de empti. & venditio.glo.in l. pacta conuenta de contra.
4 emptio. † Accidentalia ſunt, quæ ſe adeſſe, & abeſſe habere poſſunt citra emptionis naturã, qualia ſunt pacta adiectionis in diem, & legis commiſſoriæ de quibus ſinguli extant tituli:hæc enim pacta fieri poſſunt, atq; etiã prætermitti:ſimile eſt pactum de retrouendẽdo,& his ſimilia.glo.inſignis & magiſtralis,quæ hæc docuit omnia in d. l. pacta conuenta ff.de contrahen.emptio.Bart.in l. cũ quid ff.de reb.cred.Angel.in l.iuriſgentium §.adeo ff.de pact.Deci.in l.fina.C.de bono poſſeſſi.ſecun.tabu.Iaſſ.in l.centeſimis §. fi. de verbo.obliga.Alcia.in d.l.cum quid poſt Deci.nu.4.Mozz.de contract.tit. de empti. & vẽditio.a nu.1.cum ſequen. 6.§. Berenga. Fernan.in repeti.d.l.pacta conuenta præfa. 1.a nu.45.Curt.iuni.tracta.de feud.1.par.6. quæſt.principa.nu.25.Zazi.in ſingula. intellec.cap.12.Ioan.Corraſi.li.Miſcellanea.iur. 3.ca.10.Petr.Grego.in Syntag.iur.li.1.tit. de forma,& illius regu.cap.11.Alexan. Rauden.tract.de Analog.li.1.ca.3.Aluar.Valaz. tract.de iur.emphi.1.par.quæſt.4.nu.16. Gutier.tract.de contracti.iurat.cap.37.nu.3.ad medium.

Plane cum in omnibus hæc contractibus reperiantur,præcipue in emptione & venditione:idem in matrimonij contractu credẽdum,qui admodum emptioni ſimilis videatur,vt in prefatione dixi huius libri. Et qui-
5 dem † Mozzi.d.tract.de contract.tit.de ma-
6 trimonio † Subſtantialia matrimonij eſſe docuit,conſenſum mutuum,citat magiſ.ſen. D.Thom.Sylueſ. & Azpil. quibus vbi apertiſsima ſunt iura,eorum authoritate nõ egemus l.nuptias de regu. iur. cap. cum locum ca.tua nos.cum ſimi.ex. de ſpon. Addit idẽ Mozzi.verba,vel ſigna huiuſmodi cõſenſum exprimentia iuxta glo.in ca. tua. de ſponſa. & in d.ca.cum locum dixi ſupra compara.3. nu.86.ea enim inquit,ſunt de eſſentia & forma.Quæ ſanè etſi vera ſint non tamen a cõ-
7 ſenſu mutuo ſegreganda ſunt, † quoniam ſigna ſub conſenſu comprehenduntur,quia cõſenſum inducunt,vbi verba deficiunt ca.ſufficit,ca.ſic quippe 27.q.2.ca.tuas de ſponſa. duo dixi dicta comparatio.Conſenſum itaq; de ſubſtantia fore matrimonij negare nullus poteſt:& preter iura antiquiora idem S. C. Triden.in ca.1.de reform.matrimo. verbis, mutuo conſenſu intellecto ſeſſio.24.

8 Naturalia † cõtractus matrimonij multa numerat Mozzi.§.de naturali.matrim.a n.1. An ea vere dẽ natura illius ſint omnia videamus , nam ſi non omnia, plura tamen, prius ſcripta ab eo quam cogitata videntur.

9 Primum † adfert exemplum in dote, trahere enim (inquit) ſecum dotem ex natura matrimonij eſt, addit idem Mozzi.Et ideo Iudex qui cognoſcit de matrimonio,incidẽter, cognoſcit etiam de dote acceſſoria , & ſequela

ſequela cap. 1. 2. 3. ex. de donat. inter. vir.
& vxo.
10 Antecedens † Mozzi. falſum eſt, ſubinde
& conſequens nullo enim iure vel authore
probatur, doté de natura eſſe matrimonij:
nam quemadmodum ex cõmuni reſolui ſu-
pra, & idẽ ipſe Mozzi. ſcribit, naturalia cõ-
tractus ea dicuntur, quæ ab ipſo cõtractu mi-
nime ſegregantur, ita illi adiuncta, vt & ſi de
his dictum nihil fuerit ex bono & æquo præ-
11 ſtari ſolent. at † matrimonium ſine dote ſta-
te poteſt, omnes in rub. & in l. 1. ff. ſolut. ma-
trimo. ex tex. in. l. 2. ff. de iur. doti. l. fin. C. de
dona. ant. nupti. l. fina. C. de repudi. & quo-
ties maritus dotem nullã ſtipulatus eſt, nec
mulieeem, & ſi bona habeat ad doté ei con-
ſtituẽdam cogere poteſt; vt infra dicetur ad
poſitionem enim alicuius actus, non ſequitur
poſitio alterius contractus, qui ab ipſo actu
poteſt eſſe remotus & ſeparatus l. pro hære-
de §. 1. l. Papinianus §. fina. l. cum bonis ff. de
acquir. hæredi. l. quæſitum ff. de ſepul. viola.
duo autem in hac ſpecie actus diuerſi conſi-
derantur, ſeparati & diſtincti, matrimoniũ,
& dos, vnde ex poſitione vnius, ideſt matri-
monij, non ſequitur alter, dotis conſtitutio-
nis, cum vt dixi, vnum ſine alio ſtare poſſit.
12 Et † poteſt maritus bona vxoris quoties ha-
bet ea, vti paraphernalia adminiſtrare l. ſi
ego §. 1. ff. de iur. doti. & hac argumentatio-
ne expreſſim vtitur, & ſi ad aliud inſtitutum
Menoch. tracta. de præſumpt. lib. 6. num. 55.
& antea num. 23. ſcribit dotem non venire
in neceſſariam conſequentiam matrimonij.
13 Rurſus † receptiori opinione hodie obten-
tum eſt, eum, qui abſq; vlla dotis conſtitu-
tione vxorem duxit, nullam poſſe dotem ab
vxore petere, quoniam nec ipſa cenſetur ei
tacite dicta bona in dotem cõſtituiſſe vt do-
cte diſputans reſoluit Iacob. Menoch. tract.
de præſump. lib. 3. præſump. 6. num. 54. com-
munem aſſerens, quæ vere magis communis
eſt omiſsis diſtinctionibus, quæ ex Didac. &
alijs tradit illic Mozzi. num. 2.
14 In eo † vero, quod Mozzi. ait, iudicem qui
cognoſcit de matrimonio incidenter, cog-
noſcere etiam de dote vt ſequella, crederem
corruptam litteram, & vbi incidenter dicit,
principaliter ſcribendum erat, quoniam ſæ-
pius iudex cauſæ principalis eſt etiam iudex
incidentis, & hoc probant iura per eum ci-
tata in d. cap. 1. 2. 3. de dona. int. vir. & vxo.
15 Et † ſi iudex etiam ſecularis, ſit quoq. iudex
competens dotis, caſu quo de matrimonio
principaliter diſceptatur coram Iudice Ec-
cleſiaſtico, vt reſoluit Vincen. de Fran. de-
ciſio. 312. num. 6. & per totam deciſio. 2. par.
16 vbi aſſerit ita ſæpius iudicatum. Quinimo †
quod fortius eſt, poteſt ſecularis Iudex inci-
dentet cognoſcere de cauſa ſpirituali. Oſaſc.
deciſio. 116. num. 10. Theſau. in deciſio. 82.
num. 4. idem Theſau. deciſio. 717. à num. 1.
& de veritate ſupra comparatio. 22. ad finẽ.
17 Tertium † exemplum Mozzi. eſt, exclu-
dere beneficium, quod per contractum ma-
trimonij vaccat ipſo iure cap. 1. de cleri. non
reſiden. adiungit id etiam procedere, quo-
ties quis contrahit matrimonium de præſen-
ti abſq. aliqua carnali copula, quia ipſa non
eſt de eſſentia matrimonij vt dixi compara-
18 tio. tertia num. 10. Et † idem quoties con-
traxiſſet ſpõſalia per verba de præſenti nul-
la copula interueniente; rationẽ reddit, quia
cum talis actus ſit omnino contrarius inten-
tioni beneficij (melius dixiſſet qualitati vel
naturæ beneficij, quod beneficium intentio-
nem habere non poſſit) etiam dato caſu, quo
poſt hæc contracta ſponſalia per verba de
præſenti ante copulam, mulier ingrederetur
religionem, quod poteſt cap. ex publico. cum
ſimili de conuer. coniuga. non poſſet benefi-
ciarius hic abſque noua beneficij collatione
illud recuperare argu. cap. tranſmiſſa de re-
nuntiatio. iuxta receptam de qua Capra. re-
gu. 97. num. 51. Ioan. de Imol. in Clementi.
gratiæ de reſcrip. Capell. Toloſa. vbi Au-
fred. ad eam queſtionem 239. Diaz de Luco.
in practi. crimi. Canoni. cap. 74. verſic. Nec
recuperant beneficia.
19 Hoc † ſanè exemplum nullius momenti
eſt. qui enim fieri poteſt, contrariam matri-
monio qualitatem, quæ illius naturæ aduer-
ſatur, ſecundum naturam dici poſſe matri-
monij, matrimonio coniungendo beneficiũ
aduerſatur d. ca. 1. quod autem alteri repug-
nat diuerſæ qualitatis, & naturæ eſſe cenſe-
20 tur, † atq. ideo ſecundum Philoſophum duo
in eodem ſubiecto eſſe nequeunt; vnũ enim
alterum excludit, iuxta tex. ſingularem in l. ſi
inter me & te, ff. de exceptio. rei iudica. l.
Pompo. §. ſi is in fin. ff. de procurato. l. hæc
verba ille aut ille ff. de verbo. ſignifi. Et ali-
bi Iuriſconſultus repugnare ait, rem meam
in ſolidum eſſe, & tuã, ſimiliter. l. ſicut certo
§. ſi duobus vehiculum ff. commoda. Et cog-
nita natura vnius ex cõtrarijs, alterius quoq.
cognita cenſetur l. & ſi contra ad fin. ff. de
vulga. in princi. inſtit. de his qui ſunt ſui, vel
alien. iur. tandem ipſe Mozzi. non citra ſui
nominis notam alibi ſcribit, dotem eſſe de
accidentalibus matrimonij §. accidentalia
ſub eo. titu. de matrimo. nu. 8. Vnde exem-
plo relicto, an & traditio exempli vera ſit
videamus, de qua aliquid dixi cõparatio. 19.
num. 147. & nunc me dicturum inibi ani-
21 maduerti. Et † quidem vere beneficium vac-
cat, adeo vt & ſi matrimonium aduerſus in-
terdictum Eccleſię non teneret, vel ratione
con-

conſanguinitatis,vel alio modo,adhuc vac-
caret beneficium,quod ex eo actu contrario
pro derelicto habuiſſe cenſetur.Ioan. Andr.
Hoſtien.& cęteri in d.cap.1.Capta.d.regul.
97.num.53.Mozzi.ſupra num.4.verſic. am-
pliatur & deciſio Rotæ.Roma.nouiſſima ma
nu.ſcripta quam ad longum retuli d. com-
para.19.cui addenda deciſio.Capell. Toloſ.
vbi Aufr. ad eam in quæſt. 239. & alij relati
per Dia.de Luco.in practi.crimi.cano.c.74.
22 verſic. Quod inſuper procedit. quinimo †
ſcripſit gloſ.ſingularis,quam ibi ſequuti ſunt
Fran.Gemi.Mona.& alij in cap.vnico verbo
clericis de cleri.coniuga.in 6.non poſſe cle-
ricum,cui reſcriptum ad vaccaturum benefi-
cium conceſſum eſt, hoc beneficio vti con-
tracto matrimonio & ſi nullo, quia contra-
hendo cenſetur expectatiue renunciaſſe cap.
ex ore de his quæ fi. á prała.

23 Cæterum † hęc communis traditio duas
aut tres recipit ſingulares declarationes.Pri
ma quia quoties conſenſus præſtitus matri-
monio non fuit liber,ſed coactus, & violen-
tus,quoties vi, aut metu in virum cõſtantem
cadente, clericus coactus fuit matrimonium
contrahere,ceſſat enim ratio ſuperior, quod
tacite per liberum conſenſum videatur be-
neficio renuntiaſſe argu.tex. in ca. ad audiē-
24 tiam ex. quod me. cau. Ratio † ea rationis
eſt, quod metus cadens in virum cõſtantem,
aut vis illata aufert cõſenſum ex animo pro-
uenientem, & illum omnino abſorbet iuxta
glo.in cap.Abbas.ex.de his,quæ vi.met.ve.
cau.fi.vbi Panorm.& cęteri. & in ca.cum lo-
cum de ſponſa.tex.in cap. ſignificauit de eo
qui dux.in matrimo.declarat & communem
dicit Didac.in Epito.ad 4. 2.part.ca.3.§.5.
á num.1. eandem communem Triuiſ. deciſ.
25 63.lib.1.num.1. dixi in ſuperioribus † ſub-
inde inferunt omnes, quod vbi conſenſus
defficit vt in ebrio contingit.furioſo,& men-
tecapto; ſi contraheret clericus his affectus,
26 non amitteret beneficium : Idem † quoties
ex legis deſpoſitione matrimonium non va-
leret vt matrimonium, ſed vt ſponſalia de
futuro,quod tũc accidit quoties minores per
verba contrahunt de præſenti, quæ quidem
ſponſalia fore de futuro ius interpręta tur.
cap.1.de deſpon.impube.li.6. declaraui cõ-
paratione 20.verſi.Duplicem autem;& hanc
ſententiam tenuit prior Ioan.Andr.in d.ca.
1.de cleri.coniuga.deciſio.Rotę. Roma.24.
Graphi.2.part.deciſio.lib.1.cap.12. nu.69.
Tiraquel.de ll.connubia. gloſ.2.num.18. &
quam citat Mozzi. ſupra & aſſerit commu-
nem opinionem. nullam huius ſententię ra-
tionem reddens, quę ex defectu conſenſus
contingit credit enim ius huiuſmodi mino-
res,non integrum habere animi iudicium,&
cõſequẽter vere non conſentire, vt declarat
doctiſſimus Diaz.de Luco.d.ca.74. ad finē.

27 Accedat † quod pœna impoſita contra-
hentibus matrimonium,non cenſetur poſita
contrahenti ſponſalia.gloſ. in Clemen.1.in
verbo contrahere, de conſangui. & affinita.
quam dicit relatis innumeris communem
Menoch.tracta.de præſump.lib.6.pręſump.
93.num.6.

28 Declaratur † ſecundo regula vt procedat,
in clerico coniugato,in minoribus ordinibus
conſtituto, qui ipſo iure vt dixi beneficium
perdit ſecus in clerico ſacris ordinato, qui
non priuatus ipſo iure, ſed priuandus venit:
ſic cenſit glo.in cap.1.de cleri.coniuga. & cũ
gloſ. idem ſentit dubius tamen Ioan. Andr.
ibi Imol. Anto. dicit communem alijs rela-
tis Benedic.cap. regul.97. num. 62. & alios
refert nihil decidens Diaz.d.cap. 74. Steſa.
Aufre.ad Capell. Toloſa.quęſt.239.Mozzi.
ſupra num.5.mouentur ea ratione,quia cle-
ricus in minoribus conſtitutus contrahendo
matrimonium, cum nõ poſſit duos inuicem
contrarios actus exercere, vxori deſeruire &
beneficio,contrahendo,alteri,beneficio ſci-
licet,renuntiare tacite cenſetur. cap.diuerſis
fallacijs.ex.de cleri.coniug.at hæc ratio ceſ-
ſat,in clerico in ſacris conſtituto,qui & ſi cõ-
trahat matrimonium quia non tenet,poteſt
29 rectè beneficio poſtea deſeruire. ſubtilis †
certè ratio ſi vera eſſet,ſed quæ mihi non fa-
cit ſatis.vnde contrariam non iniuria tenue-
runt Nico. & Per.de Peru.in d.cap.1.& alij
relati. á Diaz.de Luco.d.cap.74.& Aufred.
in d.quęſt.quibus libenter aſſentior : primo
quia communis opinio nullo iure probatur.
nam tex.in d. cap. 1. & ſi in 2. parte vbi de
clerico in ſacris loquitur, non eandem pœnã
priuationis beneficiorum repetat, quam an-
tea clerico in minoribus conſtituto indixe-
rat, non inde negare Pontificem ſequitur,
huius clerici beneficia vaccare; quinimo id
voluiſſe multis conuincitur.

30 Primo † quia non debet eſſe melioris cõ-
ditionis delinquens quam is, qui non delin-
quit, vt dicit egregie Pontifex. in cap. eum
qui de præben. in 6. quo tex. efficaciter hæc
probatur opinio, nam attenta illius ratione,
& ſupraſcripta etiam quam omnes incõcuſ-
ſe obſeruãt & ſequuntur, vaccare ideo bene-
ficium, quod incompatibile ſit beneficium
habere,& vxorem quemadmodum igitur in-
compatibile ſecundum agrediens beneficiũ,
primum amittit,ſic clericus in ſacris per cõ-
tractum matrimonij incompatibilis cũ be-
neficio,vtrumq; perdere cenſetur. Sed & ra-
tio rationis aſſignata per eum tex.in d. cap.
cum qui,quod non debet eſſe melioris con-
ditionis delinquens & ſtultus,quam non de-
linquens,

Digitized by Google

linquens, in hoc ipſo militat caſu, quis enim
auſus huic ſimilis, clericum in ſacris conſtitu-
tum vxorem ducere: ideo par iuſumq. eſt, vt
maiori quam nō delinquens (qualis clericus
in minoribus qui matrimonium contrahere
31 poteſt) puniatur pœna d.ca.cum qui. † Secū-
do vaccat beneficium per contractum matri
monij clandeſtini d. Rotę deciſione manu-
ſcripta, quod eſt omnino nullum ex multis
illic allegatis per dominos de Rota, & quę
nos etiam inibi, quia ſolum factū & cauſam
conſiderauit ius canonicum, nec non incom-
moda quæ ex his oriuntur, quo caſu factum
& ſi nullum, eadem pœna qua id quod tenet
punitur; vt reſolui ex multorū ſententia eodē
loco. Vnde cum in ſacris Sacerdos vxorem
ducit, audaciter agit, in vilipēdium ſacri or-
dinis, & populi ſcādalum igitur eadem pœ-
na amiſſionis beneficij plectendus eſt.

Tertio, ratio illa qua, doctores mouentur
aduerſus clericum in minoribus cōſtitutum,
quia contrahendo videtur tacite beneficio
renuntiare, militat in hac ſpecie, quinimo
32 maior, † & à maioritate rationis licita eſt
in pœnalibus & odioſis extentio glo. inſig-
nis in ca. 1. verbo Italię de tēpori. ordinan.
lib. 6. l. ſi non conuitij C. de fur. l. 2. §. exerci-
tum ff. de his qui not. infa. & paſſim om-
nes. Neq. obſtat ratio differentiæ conſide-
rata per Ioan. Andr. & cęteros, inter clericū
ſimplicem, & eum qui eſt in ſacris, quod ille
ducendo vxorem deſeruire Eccleſię aut be-
neficio nequeat, alter quia non tenet matri-
monium, poteſt, nam ſi huic pœna condigna
infligenda eſt, & a iure deſignata, non am-
33 plius beneficio deſeruire poteſt. † ratio in
promptu, nam huius pœnæ ſuſpenſio eſt or-
dinum omnium, præter abiurationem & be-
neficiorum amiſſionem cap. 2. ex. qui clerici
vel vouen. vbi Panormi. cap. decernimus 28.
diſt. cuius nunc verba referam. *Decernimus
vt hi. qui in ordinem ſubdiaconatus, & ſupra
vxores duxerint; officio atq. eccleſiaſtico be-
neficio careant* tex. in ca. de his ea. diſtinct.
qui eos ſic contrahentes vt ſacrilegos ab ec-
cleſia voluerunt eſſe extorres. Diaz d. ca. 74.
34 in princi. † Vnde cum ſciret, aut ſcire hanc
pœnam deberet, clericis huiuſmodi in ſacris
conſtitutis, in dictam contrahendo huic pœ-
nę tacite ſeipſum ſubdidiſſe videtur l. impe-
ratores in verbis tu te huic pœnę ſubdiſti. ff.
de iur. fiſ. l. 1. §. beſtias ff. de poſtulan. §. quia
vero leonis in authen. de non alienan. l. fina.
de collat. fundo. patrimo. li. 11. C. Bart. cō-
muniter receptus in l. ex hoc iure ff. de ius. &
iur. ibi Iaſ. & cæteri omnes, & refert eandem
communem Ludo. Gome. in §. actionum in-
ſtit. de actio. Dida. licet ipſe in ca. alma ma-
ter de ſent. excōmu. 1. par. §. 10. num. 10. & 16

Vnde cum hac ſit plectendus pœna clericus
in ſacris contrahendo matrimonium, in cō-
ſequentiam beneficio renuntiaſſe cenſetur,
cui ob dictas pœnas deſeruire, vt inhabilis
non poſſit.

35 Huius † quæſtionis vtilitas non minima
eſt, nam qui ipſo iure priuatus eſt, nequit be-
neficium in alterius fauorem renuntiare, ſe-
cus vbi venit priuandus, vt docet Diaz. de
Luco. d. cap. 74. verſi. effectus enim huius
quæſtionis.

36 Tertio † declara in clerico ætate maiori
in minoribus conſtituto ſponſalia contrahē-
te per verba de futuro, aut cum minore ęta-
tis duodecim per verba de præſenti, quo in
caſu iuris interpretatione cenſentur cōtrac-
ta vt dixi ſponſalia, nam per huiuſmodi con-
tractum non vaccaret beneficium: ſicut ſupe
rius tradidi in minore cōtrahente ſponſalia
per verba de præſenti: ratio diuerſitatis in-
37 ter vtrumq. caſum eſt, † quod iure antiquo
annis ſeptem maior, clericali tonſura inſig-
niri poterat, & beneficium ſimplex etiā ha-
bere: ad ea quę Panor. & cæteri in cap. ſuper
38 inordinata de pręben. † hodie ſacro Trid.
Concil. ca. nullus ſeſsio. 23. *beneficium nullus
39 conſequi poteſt niſi is 14. annū attigerit.* † hoc
igitur caſu non vaccabit beneficium niſi, vbi
ætate perfecta mulieris adueniente benefi-
ciarius ratificaret ſponſalia: ſic docent om-
nes in d. cap. 1. de cleri. coniuga. Graph. 2. p.
deciſio. ca. 12. nu. 69. li. 1. Tiraq. qui alios de
ll. connubia. glo. 2. nu. 18. ad finem, Diaz de
Luc. d. cap. 74. licet is referat illic deciſio.
Rotæ antiquam quam non reperi, contrariū
40 decidentem † Sed vix eſt vt ſuſtineri poſsit,
quia cum pœnalis ſit diſpoſitio d. cap. 1. ad
alios caſus quam expreſſos, vbi præcipuè di-
41 uerſa ratio militat, extendi non debet, † &
legem de matrimonio loquentem, ad ſpon-
ſalia non protendi, multorum authoritate
probat Meno. in d. præſump. 93. nu. 6. li. 6
ſupra relata.

42 Quartum † Mozzi. exemplū eſt, vt mari-
tus a muliere conueniri nequeat, niſi in id
quod facere poteſt deducto ne egeat l. mari-
tum cum l. ſequen. ff. ſolut. matrimo. vbi poſt
43 Bart. cęteri. Hoc etiam † exemplum vel ex
eo ſolo reijcitur, quod tex. ille & cæteri, qui
illum interpretantur, intelligunt de muliere
vel hæredibus qui de dotis exactione aduer
ſus maritum contendunt, qui niſi in id, quod
facere poteſt conueniri nequit, vbi dotem à
muliere recepit, at cum ſepius nullam mari-
tus dotem capiat, fruſtratoria in hoc caſu de
dote actio eſt ei, qui nullam dotem percipit,
cum matrimonium vt ſupra ſine dote eſſe
poſsit. ſic fiet vt exemplum hoc ad naturalia
matrimonij non pertineat.

Quin-

44 Quintum † exemplum ab eo adductum num.7.eſt, vt vxor ſequi debeat forum & mariti domicilium l. fin. §. idem teſcripſerunt ff. ad municipal. l. cum quędam vbi Curti. Cagno.& alij ff.de iuris.omni.iudi.l. exigere dotem,& inibi etiam idem, Curti.iuni. ff. de iudi. Caſſa. ad conſuetu. Burgun. tit. de droits.rubr.4.§.2.nu.12.fusè ex alijs Tiraq. ad ll.cōnubia.glo.1.nu.59.Boer.deciſ. 108. Dueny.regu.377.vbi quibuſdā limitat modis Dida.in Epito.de ſponſa.2.par.ca.7.nu. 6. qui alios egregie ad declarationem d.l. exigere Caualca.deciſio.42.nu.46. cum ſequen.1.par. † & in ſingulari & notādo per-
45 petuo caſu, vt ſequatur domiciliū viri in his vtroque iure ſingulari & priuilegiato cōpetunt. Vicen.de Fran.deciſ.363.a nu.1.2.par. Hoc ſanè exemplum probandum eſt, & verè ad naturalia cōtractus pertinet matrimonij, id autem ex ipſamet diffinitione matrimonij ſatis percipitur a Iuſtiniano tradita in principio inſtit. de nup. indiuiduam inquit,
46 vitæ cōſuetudinem retinens. † Declara duobus modis traditionem; primo niſi in contractu matrimonij expreſsim mulier pacta fuiſſet de cohabitando in certo loco, tunc enim in alio maritum ſequi, cogi non poſſet niſi ex vrgentiſſima cauſa.ca. vnaquaq. 13. quæſt.2. Panor.in ca.de illis de ſponſa.ca. 1. deciſ.135.Toloſa.Capel.deciſ.87.Bar.in l. menia §.vxore ff.de annu.lega.& dicit receptam Dida.in Epito.ad 4.2.par.cap.7.n. 5. Cance.li.3.reſolu.cap.7.nu.1.contrariam ta-
47 men ille ibi defendit hac ratione † motus, quod in certo loco habitare ſpecies quędam
48 ſit ſeruitutis. † l.titio §.2. ff. de conditio. & demon.vbi legatum ſub modo, vt Titius in certo quodam loco inhabitet, reijcitur delegato, quia ſpeciem redolet ſeruitutis.& ſentiunt omnes, onus hoc ſeruitutem preferre, ex traditis per eundem inibi, poſt glo.& cæteros in l. 3.ff.de vſufru. atq. hac leui argumentatione à communi recedit ſentētia: cui tamen non male reſpondetur, tex.in d. §. 2. nihil facere, quod non negat poſſe in contractibus maxime matrimonij hoc pactum deduci de quo illic non loquitur, ſed in legato,
49 differentiæ ratio ea mihi videtur, † quod cū matrimonium ſit continua quędam ſeruitus, qua in alteram alter viciſſim ſe poteſtatem tradit, vt docui comparatione prima ex D. Thom.& alijs, huic vinculo,& ſeruituti aliā ſuperaddere de cohabitando in certo loco facile ius conceſſit, & vinculum vinculo addere, quo magis magiſque indiuidua vitæ (quod proprium eſt matrimonij) cōſuetudo retineatur: quo enim ſtrictius matrimonij ſacramentum colitur, eo ſanctius cenſetur, inſtar matrimonij ſpiritualis, quo arctior religio, & ſanctior eſt Clemen. exiui de paradi.
50 ſo de verbo. ſignifi. † & licet religioſis laxiori relicta, petita & ſi non obtenta licentia ſtrictiorem ingredi religionem ca. licet quibuſdam vbi glo.& cæteri ex.de regul. ſic §. ille non obſtat, quod etſi in legatis conditio reijciatur; in pacto tamen matrimonij contracti gratia inito minime: Nec dixit tex. conditionem eo modo vbi ita Titio relictū fuiſſet, ſi cum vxore ſua in certo loco moraretur de legato reijci, & hic verus §. ſenſus eſt. Quare Dida.opinio minime admittēda eſt, quę & fuerat antea Alex.de Neuo. in ca. 1.n.9.de cōiu.lepro.eos ſequutus fuit Anto. Gom.lib.2.reſolu.cap.10.nu.24. Salzed. in addi.ad regu.800.Bernard.Diaz,& eos nouiſsime ſequitur Azeued.in l.11.nu.21. titu. 6.lib.5.& ex Theolo.Lopez in inſt. de matrimonio.ca.54.ad finem.

Contraria enim receptior eſt, quā tenuere ex antiquis Hoſtien.in ca.1.ex.qui matri. accuſ.poſſ.vbi Ioan.Andr.Anto.de But.Ancharra.nu.5.recenſuit illic cōmunem Panor. nu.5.Prepo.nu.2.idem Alexan.de Neuo.ſibi parum conſtans ibi nu.5.Hexic.Roma.Iaco. de S.Iorg.Barbat.Pala.rub. Roſſell. Angel. Tabien.Syluеſ.Arnal, Villalob. Anto.Gab. Azpil.Cucu.Pelaez. Petr.Cap.Manuel.Philiar.& alij quos ſequitur,& refert Sāch.trac. de matrimo.lib.1.diſpu.40.nu.2.verſ. Tandem probatur, cum enim in rerum noſtrarū traditione, quamuis adijcere conuentionem
51 & legē poſsim' ſic in traditione † corporū, quod quiſq. ex coniungibus, ſeipſum in alterius tradit poteſtatē ad ea, quæ nos pulchre ſcripſimus hoc, li.1.compara.13.a nu.1. cum ſeq.

52 Niſi tamē † noua cauſa ſuperueniſſet, quæ maritū cogeret alio trāſire, vt peſtis vel contagioſi morbi lues, inimicitiæ capitales ſuperuenientes, & his ſimilis caſus.ex noua enim cauſa ſuperuenienre pacta, & conuentiones intercidunt l.ſi conuenerit cum lege ſequ.ff.pro Soci. Et ſi iurata conuentio foret vt ex multis reſolui, li.3.quęſtio.73.nu.3.Ita fit vt in foro cōſcientiæ tuta ſit vxor, quæ maritum alio in loco, quam in conuento abeuntem non ſequitur, quod cōmuni Theologo. reſoluit idem Sanch.ſupra nu.6.

53 Declaratur † ſecundo in marito vagabundo, cui orbis totus domicilium eſt, quem mulier ſequi non tenetur, niſi ea ante contractū matrimonium eum ſciuiſſet vagabundū, vel quoties marito ex cauſa vagari oporteret, quibus caſibus ſe ſociam exhibere tenetur glo.magiſtra.in c.ſi quis 34.quæſt.2.& in ca. vnaquaq.13.quæſ.2.Henrri.Panor.& cęteri omnes in ca.illis de ſponſa. Imo. in rubr. ff. ſolut.matrimo.nu.7. & multorum authoritate

tate comprobat Titaquel.in ll. connubia. l.
1.num.39.Bal. Angel.Imol.Roma. Alexan.
& poſteriores in l. ſi cum dotem §.ſi maritus
ff.ſolut.matrimo.Corſe.ſingula.vagabundus
Aufred.ad deciſio.Toloſa.86.Didac.in Epi-
to.de ſponſa. 2. part. cap.7. num. 5. in fine
Mozzi.ſupra num. 7. Rebuf. in concor.gall.
tit.de collatio.§.1.verbo decreuerit: elegãs
54 † hodie tex. aduerſus vagabundos contra-
here matrimonium volentes in cap.7.ſeſſio.
24.de reforma.matrimo.S.Conci.Triden.

Aliud,naturalium matrimonij contractus adfert num. 14. vt mulier viro, & conuerſo ordine maritus vxori, reddere debitum teneatur. cap.33. quęſt.5. cap. tua nos in 2.de iur.iuran.cum ſimil.Et Apoſtol.1.ad Corinti.cap.7. debitum vir vxori reddat, & vxor viro cętera Mozzi. exempla omitto, quæ is adfert,non enim ad naturalia pertinent matrimonij, ſed effectus magis illius ſunt nunc de accidentalibus loquamur pauca.

Accidentalia contractus matrimonij ea ſunt,quæ adeſſe & abeſſe,habere ſe poſſunt, ſalua ſemper matrimonij natura, & ſubſtantia vt harra,ſponſalitia largitas,dos,& quæuis alia pacta, in quibus maritus coniugem veluti ſociam ad lucra omnia admittit, & ſi quę alię his ſimiles ſunt conuentiones, quæ ex regionum varietate adijci matrimonij contractibus ſolent. Nam & ſine harra matrimonia contrahi poſſunt,ſine dote,aut ſpõſalitia largitate, & pręter miſſis quibuſcunque pactis.

SVMMARIVM.

1 *Popularis actio cur inſtituta.*
2 *Populares actiones duplici reſpectu inuentæ.*
3 *Popularis actio, principaliter cauſam publicam reſpicit.*
4 *Popularibus in actionibus agentibus pluribus, is præfertur,qui magis idoneus eſt.*
5 *Populari in actione, qui aliquid conſequitur, ſuum efficitur.*
6 *Popularis actio vltra annum non datur.*
7 *Populares actiones quædã habent cauſam permanentem quædam non.*
8 *Popularis actio iure canonico probata.*
9 *Populari actione male electus,de iure canonico accuſatur.*
10 *Populari actione accuſatur matrimonium illegitimum.*
11 *Matrimonij in accuſatione, & ſi vnus ſuccũbat,alius admittitur ſecundum Panor.*
12 *Panor.opinio reiecta.*
13 *Populari in actione lata ſententia aduerſus accuſantem cæteris poſt agere volentibus obſtat exceptio.*
14 *Praxis accuſationis in deferendis impedimentis matrimonij, remiſſiue adfertur.*

COMPARATIO XXIIII.

POPVLARI ACTIONE ADuerſus Rempublicam geſta infringuntur, matrimonium,populari etiam accuſatione defertur.

1 POPVLAREM † actionem ve-
teres inſtituerunt, vt per eam
ius populi, & Reipublicę tue-
rẽtur l.1.ff.de popu.actio.Hæc
cuilibet de populo datur ad ius
proprium populi defendendum; atque ideo
vnicuiq. petere licet, quod ad hominũ vſum
pertinet, veluti vias publicas,itinera publi-
ca, poſtulanteq; quolibet de populo, iudex
audire & interdicere etiam debet l. 1. ff. de
2 lo. & itine. publ. Ruſus † actionum huiuſ-
modi quædam reſpiciunt principaliter in-
tereſſe priuatum licet,in conſequentiam pu-
blicum, veluti quæ dantur cuiquam pro vio-
lato illius ſepulcro,quo in caſu,& huic ſimi-
libus, non cuilibet de populo actio datur,
ſed ei, cui principaliter intereſt, ſi autem is
agere nollet,quilibet tunc de populo admi-
teretur l.3. & §. qui de ſepulchri ff.de ſepul.
viola.
3 Alię † ſunt quæ principaliter reſpiciunt
vindictam & cauſam publicam; vtilitatem
etiam & damnum; in his cuilibet de populo
agere licet, vel accuſare; qui autem prius
agit,& litem conteſtatur, alium agere volẽ-
4 tem excludit,quod ſi ſimul cõcurrant † plu-
res,magis idoneus præfertur, aut iudex eli-
git,& gratificat.l.ſi plures ff. de popula. ac-
5 tio.Et † qui aliquid cõſequitur id ſuũ effici-
tur l.ſi cui ff.de verbo.ſignifica. ſic declarant
poſt Bart. in l.eum qui. §. in popularibus ff.
de iur.iuran.Salice.ibi,Paul.de Caſtr.Angel.
Alexan.& Iaſſ.Rebuf.in l.cum qui §.quod ſi
ex populari de verbo.ſignifi. Panor.in rubr.
de Iudi.num.35. Felin.ibidem, & nouiores
Pariſi.de Put.trac.de Syndica.& an ſi vicin.
num.6. Hieron. de Mon-Brixia.tractat. de
fini.regundo.cap.36.num.4. Deci.in l.ſi quis
id quod num. 16. de iuris. omni. iudi. idem
Hieron. de Mon-Brixia.ca.37.nu.18.& 19.
6 Sed † hęc actio vltra annum non datur Mẽ-
do.tracta.de caſib.annali.num.199.
7 Sanè † & actionum huiuſmodi popularium,
quędam habent cauſam permanentem, ve-
luti ſi quiſpiam appenſum aliquid in publi-
co habeat, quod nocere tranſeuntibus poſ-
ſit; & hoc caſu iuramentum illius qui prior
egit, cæteris agere poſtea volentibus non
nocet. d. l. eum qui §. in popularibus,quem
tex.ſic poſt gloſ.ibi intellexere fere omnes:
& hunc afferit communem intellectum illius
§.Iaſſ.

§. Iaſſ.num.1.ad finem. Aliæ ſunt quę minime cauſam habent permanentem,quales ille quæ dantur pro violato ſepulchro,pro direptis finibus agrorũ,& his ſimilib⁹,in quib⁹ iuramentũ vnius agere poſtea volẽtibus nocet,dum extra calumniam aut colluſionẽ iuretur d.§. declarat Iaſſ.inibi nu.1.ad mediũ.
8 Porro † canonici iuris interpretes hanc amplexi diſtinctionem docuerunt crimina quædam, illo iure & populari fore, in quibus cuilibet de populo agere & accuſare cõ-
9 ceditur.veluti † quoties contra electum crimen opponitur ad infringendam electionẽ, hæc enim accuſatio, ius tuetur Eccleſię, cui intereſt electos tales eſſe oportere, vt quia Dei Eccleſiæ præſint,nullum eis crimen impingi poſſit,cap.audacter 8.q.1.Panormi.in cap.dudum ex.de electio. Alex.in l.ſæpe de re iudica.col.9.Rebuf.in d. §. quod ſi ex po-
10 pulari verſi.item in actione:† huiuſmodi eſt etiam impedimentum quo quis cum illegitima muliere contrahere prohibetur matrimonium,intereſt enim Dei Eccleſiæ ne prohibita coniugia in ea celebrentur cap. 1. & toto tit.de matrim.contract.cont.interdict. Eccleſi.ita fiet, vt popularis quędã accuſatio omnibus detur matrimonium accuſare volentibus,vnde Felin. egregie ſcripſit in rub. ex.de ſponſa.num.12. Mozzi. ſupra num.6. quod licet popularis actio vno agente omnino deficiat l.eum qui §. in popularibus ff.
11 de iur. iuran. † in accuſando tamen matrimonio, & ſi vnus de populo opponens ſuccumbat,alius admititur,non obſtante rei iudicatæ exceptione:citant Panormita. & Anton. traditionem in cap. cum inhibitio de clandeſti.deſponſa.
12 Cæterum † hæc opinio mihi nuſquam placuit: apertiſſimi enim iuris eſt, ad matrimonium accuſandum potiſſime conſanguineos admitti,qui melius alijs grad⁹ & parentelam ſcire pręſumuntur cap. videtur ex. qui matrimo.accuſar.poſſ.quinimo dum adſunt conſanguinei, extranei non admittuntur cap. 1. & 2. 35. quęſt. 6. reſoluit ex S. Thom. Sylueſt. in verbo. matrimonium. 9. num. 1. tacentibus enim coniunctis, cæteri malitioſe accuſare pręſumuntur,niſi probatio per eos fieret vt ille ibi.
13 Secundo † in accuſatione populari aduerſus electum de qua ſupra fui locutus, lata ſententia aduerſus opponentem obſtat alijs exceptio poſtea agere volentibus, & idem crimen perſequentibus cap. cum delicti ibi gloſ. in verbo iudicatum ex.de electio. cap. cupientes §.cęterum eo.tit.lib.6. & to.titu. de collu.deregen. Rebuſſ.in d. §. quod ſi ex populari verſi. itẽ in actione quaſi populari. Tertio Felin.& Mozzi. in eo etiam deci-piuntur quod exiſtimẽt,in populari actione agente vno,cęteris viã pręcludi;in hac enim quęſt. adhibenda diſtinctio eſt, quam ſupra ab omnibus obſeruari dixi; quoties crimen priuatam principaliter alicuius vtilitatem reſpicit,ſecundario publicam,vt in eo qui de ſepulchro ſuo violato agit,in qua ſpecie agere volente, is omnibus pręferri debet, nec alius agere poteſt niſi vbi hic nolit d. l.3. & §. qui de ſepulchri illo titu. Et in hoc mirum inmodum popularis actio conuenit cum priore adducta ratione qua ex Syluest.& D. Thom. docui, conſanguineis in accuſando priorem dari locum,non etiam extraneis, ſi per conſanguineos probatio fieret. Nec obſtat tex.á Felin.adductus in d.l.eum qui §.in popularibus: quoniam ſecundum communẽ intellectum intelligẽdus eſt, vbi impedimẽtum aut factum cauſam permanentem non habet,at ſi perpetuam vel duraturam vt hic,
14 ſecus dixi ſupra. Praxim autẽ † accuſationis & deferendi impedimẽta coram Iudice Eccleſiaſtico,poſt Panor.Prępoſi.& cæteros canonici iuris interpretes,docet Segu.de Aua. in direct.Iudi.Eccleſias.2.part. ca.16.à n.1. cum ſeq.maxime num.26.

SVMMARIVM.

1 *Procuratorum vſus neceſſarius.*
2 *Procuratorio mandato, omnes contractus poſſunt expediri.*
3 *Minor, quæ per ſe ipſum facere poteſt, & per procuratorem.*
4 *Procurator in cauſis criminalibus admittitur.*
5 *Matrimoniũ per procuratorẽ contrahi poteſt.*
6 *Mandatum ſpeciale requiritur ad contrahendum matrimonium.*
7 *Mandatum ſpeciale requiritur in grauibus & arduis.*
8 *Specificatio requiritur,vbi dolus aut fraus timeri poteſt.*
9 *Matrimonium contrahi poteſt per procuratorem quibuſcunq. verbis.*
10 *Procuratoris reuocati geſta valent, ſi reuocatio non fuit notificata.*
11 *Reuocatio procuratoris, intimari debet parti & Iudici.*
12 *Reuocatio procuratoris intimari debet parti & Iudici,etiam ſi pars, & Iudex aliter quã per viam notificationis reuocationem ſcirẽt.*
13 *Reuocatione procuratoris in cõtractu matrimonij,neceſſe non eſt vt intimetur.*
14 *Geſta per procuratorem reuocatum in contractu matrimonij non valent.*
15 *Matrimonij contractum inter conſanguineos ſub conditione, ſi Papa diſpenſauerit,poteſt vnus ex his in hac ſpecie, cum alio matrimonium contrahere,nulla facta notificatione,& quæ ſit ratio.*

I *Matri-*

Digitized by Google

16 *Matrimonium cur contrahi poſſit cum alia, non obſtante mandato præcedente.*
17 *Fieri vere cenſetur actus ab eo cuius mandato expeditur, & Baldi ratio ſubuerſa.*
18 *Felini ratio reiecta.*
19 *Vera, & noua ratio aſſignata.*
20 *Verbum videtur, fictionem importat.*
21 *Statutum loquens de vera perſona, trahitur ad fictam, quæ veram repræſentat.*
22 *Extenſio facilius fit de caſu ad caſum, quam de perſona ad perſonam.*
23 *Quæſtio matrimonialis maxima, inter duos Hiſpaniæ Principes maximos ſuſcitata, & quare.*
24 *Conſultatio Salmanticenſis academiæ an vera; tandem reprobatur.*
25 *Sacrum Concil. Triden. in c. 1. de refor. matri. an matrimonia per procuratorem contracta irritauerit.*
26 *Fictio, & præſumptio diuerſi termini in iure noſtro.*
27 *Præſumptio circa rem dubiam verſatur.*
28 *Præſumptio dicitur probabilis coniectura veritatis.*
29 *Fictio eſt in re certa, cõtra veritatẽ aſſumptio.*
30 *Matrimonium per procuratorem contractum præſumptum dici non poteſt, ſed fictum.*
31 *Matrimonia inter abſentes, niſi per procuratorem fieri poſſunt.*
32 *Sacrum Conc. Trid. matrimonij materiã cũ per procuratores contrahitur, minime ſuſtulit.*
33 *Correctio iurium vitanda.*
34 *Præſentia vbi pro forma requiritur, tunc actus per procuratorem expediri non poteſt.*
35 *Præſentia corporalis vbi requiritur, actus per procuratorem expediri non poteſt.*
36 *Lex vbi præſentiam requirit, poteſt nihilominus abſens iuſte impeditus conſenſum per procuratorem præſtare.*
37 *Reges, & Principes maximi, Regna ſua deſerere inconueniens eſt.*
38 *Præſentiæ mentio vbi fit in iure, ſui natura nõ requirit præſentiam corporalem, cum ſufficiat per procuratorem.*
39 *Conſenſus quando ex legis diſpoſitione ſpecialiter intelligendus eſt, tunc præſentia eſt de forma naturali contractus.*
40 *Stipulatio inter abſentes, per procuratorem cõtrahi non poteſt.*
41 *Abſolutio ab excommunicatione per procuratorem peti poteſt, peccatorum vero minime.*
42 *Sacrum Concil. Tridenti. in matrimonio non requirit præſentiam corporalem, ſed præſentiam tantum.*
43 *Stipulatio pro forma verba requirit.*
44 *Stipulatio ob neceſſitatem & illius forma, per æquipollens poteſt adimpleri.*
45 *Forma per æquipollens adimpletur, vbi aliud fieri non poteſt.*
46 *Stipulatio proprie contractus non eſt, matrimonium verus contractus.*
47 *Lex in ſtipulatione, & ſi verba requirat, fingit tamen ſæpius ſtipulationem præceſſiſſe.*
48 *Procurator in abſolutione peccatorum cur non admittatur.*
49 *Probationis ſpecies certa quãdo requiritur a lege, nõ admittitur probatio per alium modũ.*
50 *Matrimonij contractus ſimilis ſocietati, quæ per procuratorem contrahitur.*
51 *Obſeruantia communis vbiq. recepta, poſt Sacrum Concil. Tridentinum admiſit procuratores in matrimonijs contrahendis.*
52 *Mandatum procuratorium, etiam cum iuramẽto reuocari poteſt.*
53 *Iuramentum ſequitur naturam contractus, cui interponitur.*
54 *Procurator cum iuramento de non reuocando conſtitutus reuocari poteſt.*
55 *Matrimonium per epiſtolam contractum, facilius irritatur quam per procuratorem.*
56 *Mãdatũ procuratoris ad cõtrahendũ matrimoniũ, nõ tãtũ expreſſe, ſed & tacite reuocatur.*
57 *Clemen. 1. de renuntiatio. declaratur.*
58 *Reuocatio tacita mandati notificanda eſt.*
59 *Ratio Dida. ſublata.*
60 *Procurator ad contrahendum matrimoniũ cõſtitutus, ſubſtituere non poteſt.*
61 *Matrimoniũ per procuratorẽ cõtractũ, an ſit Sacramẽtum ante conſenſum à conſtituente præſtitum.*
62 *Caietani & aliorum opinio proponitur.*
63 *Conſtitutio procuratoris metu facta irrita à Panormitano & alijs dicitur.*
64 *Opinio Panor. & aliorũ reprobatur: ab Imol. & alijs.*
65 *Speciale eſt in matrimonio vt conſtitutio procuratorie libera ſit.*

COMPARATIO. XXV.

CONTRACTVS OMNES MANdato expediri procuratorio, matrimoniũ itidẽ, & an iure nouo S. C. Tridentini explicate tractatum.

1 VLPIANVS † libro ad edic. 11. ſcribit: *Vſus autem procuratoris (ait) per quam neceſſarius eſt, vt qui rebus ſuis ipſi ſupereſſe vel nolũt, vel nõ poſſunt, ſaltim per alios poſſint, vel agere vel conueniri l. 1. in fin. ff. de procu-*
2 *rato.* Ita † factum vt cum contractus omnes per procuratorem poſſint celebrari, ex iuris tritiſſima regula, *quod ſi per nos poſſumus, & per procuratores* d. l. 1. in fine l. li-
3 cet C. de procurato: † quinimo, & in minore idem receptum eſt, vt id quod per ſeipſum poteſt

poteſt ſine authoritate tutorũ,& curatorum,
& per procuratorẽ poſsit expedire. gloſ.in-
ſignis in l.3.in principio ff.rem rat.habe.ibi
Bart.Angel. & alij & l.ſi vnus §. idẽ ait ff. de
in iur.c.ex parte ibidẽ Panor.& cęteri de re-
ſtitu.ſpoliatorũ. Idẽ in filiofamilias,vt ſine
patris authoritate procuratorẽ cõſtituere in
his poſſit caſibus,quibus nulla patris autho-
ritas requiritur l. filiusfamilias ff. de procu-
rato.cũ innumeris ad hoc inſtitutũ congeſtis
per Tiraq.de ll.cõnubia.glo.5.n.183.& glo.
6.n.20.Et generaliter idẽ in œconomo,ad-
miniſtratore,& alia quauis perſona recipiẽ-
dũ eſt,vt quæ ipſi poſsint ſpreto aliorũ con-
ſenſu, procuratorem in his conſtituere non
prohibeantur Tiraq.d.glo.5.num.183.
4 Quinimo, † & in cauſis criminalibus, in
quibus regulariter procurator non admitti-
tur,ſi tamen interueniat,& nihil aduerſus eũ
obijciatur valet iudicium l.quamuis indubi-
tati C.ad l.Iuliam de adulte.Bal.in l.ita de-
mũ C.de procurato.Cæpol.cautel.253.nu.4.
Roma.conſ.215.Deci.cõſ.469.ad finẽ Mar-
ſil.qui alios in l. ſi quis ne quęſtio. nu.88. de
quęſtio.Craue.conſ.120.n.4.Meno.tract.de
præſum.l.2.præſ.46. n.9. & innumeris rela-
tis Gabri.in cõmu.tit.de crimi.cau.concl.9.
n.79.Viui.inter cõmunes opinio.649. nu.6.
Et generaliter pro regula docuit Specul.tit.
de procurato. §. 1. in fine, omnia poſſe per
procuratorem explicari, quę in ſpecie pro-
hibita non fuerunt.
5 Matrimonij † contractus vt cæteri,poteſt
per procuratorẽ contrahi,iuxta communem
6 ſententiam,† dum procurator ſpeciale ad id
mandatum habeat,nã generale nõ ſufficeret
l.mulierẽ.l.generali mandato & ibi Bal. de
rit.nupt.c.fina.vbi glo.de procurato.li.6. &
ibidẽ Archidi.Mona.Gemin.& Fran.Panor.
in c.in cauſis de electio.idem conſ.114. li.2.
Dida.in Epito.ad 4.2.par.c.4.nu.8. Leoni.
reſpon.84.Rolan.conſ.26.lib.2.n.21.Bero.
conſ.25.n.9.lib.3. Mozzi.tit.de manda.§.de
diuiſi.manda.n.11. refert cõmunẽ Suarez in
cõmunibus, in verbo procurator ad matri-
moniũ.Viual.in Cand.Aur.tit.de matrimo.
nu.44. Et poſt hæc ſcripta Sanch. de matri-
mo.lib.2.diſpu.11.num.3.
Præterea nec ſufficit ſpeciale mandatũ ad
contrahendũ matrimonium, ſed & perſona
cum qua,vt ſcribit glo.Ioan. Andr. & alij in
d.c.fina.de procurato.lib.6.Dida.& Mozzi.
7 ſupra & Viual.Leoni.& Rolan. Expendit †
rationẽ huius traditionis Berou.d.cõſ.quód
in grauibus,& arduis, ſpecialiſsima requira-
tur expræſsio, Clemen. nõ poteſt de procu-
rato.c.procurator de electio.in 6. l.non ſolũ
8 in fine ff. d procurato.vbi † enim dol⁹,fraus,
aut malũ quidpiã incedere poteſt,notabilis,
& indiuidua exigitur ſpecificatio,vt dixit no-
tanter Anto. de Butr.in c.nõnulli ex.de reſ-
crip.quem ibi Panor.ſequitur Imol. Barba.
Felin.& reliqui quos refert Berou. d. conſi.
n.7.& n.15.Paris.cõſ.31.n.113.li.1. Craue.
cõſ.297.col.5.Meno. conſ.420.nu.3.li.4. &
conſ.331.n.90.eo li.4. Sanch.ſupra num.4.
9 Neq. † intereſt vt Dida.animaduertit,qui-
bus verbis procurator matrimonium cõtra-
hat,an ipſe abſẽtis nomine,an verbis in per-
ſonã ſui principalis conceptis,hoc modo *cõ-
trabo tecum matrimoniũ, in nomine Sempro-
nij*,aut ſi dicat, *Sempronius tecũ matrimoniũ
contrahit, vel te in vxorem accipit, me illius
procuratore ad hoc conſtituto* Bart. quem cæ-
teri ſequuntur in l. qui bona §. alieno ff. de
dam.infect.Panor.in c.ex parte in 2.de con-
uer.coniuga. qui inibi animaduertit,rectius
fieri ſecundo modo,quã primo.Fran. & Ge-
mi.in d.c.fina.de procurato.Did. ſupra Syl-
ueſt.ver.matrimonium 5.quæſti.fina.
10 Plane, † & ſi in cæteris cõtractibus,& ne-
gotijs geſta per ꝓcuratorẽ reuocatũ valeãt,
dũ reuocatio non ſit notificata procuratori,
iuxta receptiſſimã Specula.traditionẽ in tit.
de exeq.§.4.verſi.& ſi Iudex.Cin.in l. man-
datũ.3.quęſt.C.mãdati.Sali.fuſe in l.mãda-
tũ n.18.ff.mãda.poſt Bart.ibidẽ Benedi. Ca
pta.in ſuis cõmu.cõcluſio.conclu.59.relatus
inter cõmunes, in verbo reuocatio procura-
11 toris niſi parti, ac Iudici intimetur. Niſi †
enim Iudici, & parti intimetur non valet l.
vni.C.de ſatisda.Barto.illic.l.ſi procurato-
rẽ 2.ff.de procurato.glo.in c.mãdato de pro
cu.ex.l.diſpenſatori l.eius ff.de ſolutio.§.re-
ctè inſtit.de mãd.glo.Innocen.& Imol.in d.
12 c.mandato Capra. d.conclu.nu.3. Quæ † &
ſententia vera eſt, & ſi procurator, & Iudex
aliter, q̃ per viã intimationis,& notificatio-
nis reuocationẽ factã ſcirent,quoniã vbi no-
tificatio,ſeu intimatio fit ad aliũ etiã finẽ, q̃
notificãdũ,veluti prohibẽdũ,& interdicẽdũ,
ſola ſciẽtia quomodocũq.habita nõ ſufficit l.
denũtiaſſe ff.ad legẽ Iuli.de adulte. iuxta in-
ſignẽ Bart.diſtinctionẽ,Capta.ſupra:ſiue re-
uocatio cõtingat ante litẽ cõteſtatã, vel poſt
iuxta glo.cõmuniter receptã in ca.in noſtra
de procutato. & Caprã ſupra qui videndus.
13 Tamẽ † in matrimonio cõtrahẽdo per prin-
cipalẽ poſt mãdatũ alicui factũ ad contrahẽ-
dũ cũ aliqua, non requiritur notificatio reuo
14 cationis,Ideoq. † nõ valerẽt geſta per pro-
curatorẽ in vim mandati cõtrahẽtẽ,ſi domi-
nus poſt cum altera, mutato conſilio contra-
hit.tex.quem dicũt omnes ſingularem in ca.
fina.de procurato.lib.6. vbi Monach.Archi.
Fran.Gemini.Felin.in rubr.de ſponſa.nu.6.
qui & multos illic de hac re dubitare dicit.
eſt tex.ſimilis de iure ciuili in l. ſi penituit

ff.de diuorti. aſſerit ex multis communẽ idẽ
Capra.d.conclu.59.nu. 21. Viual. in Cand.
Aur.tit.de matrimo.nu.44.Sanch. ſupra nu.
6. nec de ipſa dubitari in matrimonio affir-
mat Dida.ex alijs ſupra nu.10.in fin.qui nul-
lam reddit rationem,ea autẽ hæc eſt ex om-
nium ſententia, quod in his, quę requirunt
perſeuerantiam conſenſus,nec ſine iuſſu prę-
ſentis domini perfici poſſunt,nihil refert an
notificatio ipſa intimetur nec ne,nam vtroq.
caſu geſta per procuratorem non valent,ſiue
ſciuerit procurator, aut ignorauerit gloſ. in
Clemen. vni.de renuntiati.argumẽto l.quod
noſtrum de reg.iur.d.c.fina.de procurato.li.
6.d.l.ſi pœnituit ff.de diuor. vbi Bal.qui ait
ponderandam eſſe veram prȩſentiam cõſen-
ſus domini,quæ cum certo loco circunſcrip-
ta ſit,vbiq. eſſe non poteſt, quemadmodum
mens,& animus,refert Capra.d.regul.n.20.
15 vnde † notanter ſcripſit Domi.conſ.30. quẽ
ſequuti fuere Ludo.de Gozadi.conſ.77.Di-
da.d.c.4.nu.10.Matrimoniũ contractum in-
ter conſanguineos ſub cõditione ſi Papa diſ-
penſauerit,nullum affore,nec valere ratione
conſenſus antea prȩſtiti, ſi poſt cum alia ille
contraxerit,etiam non certiorato eo,cui cõ-
ſenſum præſtiterat,quia certioratio non re-
quirebatur ex natura huiuſmodi contractus.
Altera aſsignari ratio ſolet,quoniam matri-
monium de lege diuina, & naturali requirit
conſenſum liberum, procurator autẽ eſt ve-
luti organum domini, nec fundat verba ſua
tanquam ex ſe,ſed in perſonam conſtituen-
tis,cuius conſenſus neceſſarius eſt, eo autem
deſſiciente ceſſat matrimonium ita Archidi.
Mona.Domini.Fran.& alij in d.c.fina.gloſ.
In Clemen. vni. de renuntiatio. vbi Cardi.
Imol. & Ancharra. Felin. in cap.ſi diligenti
num.22.de foro competen.
16 Sed adhuc † exquirenda eſt ratio, quare
poſt mandatum ad contrahendum datum,
poſſit conſtituens contrahere cum alia ma-
trimonium, nulla mandati notificatione fa-
cta procuratori: nam ea quam Bald. tradit
non ſatis arridet,primum enim petit princi-
pium, id enim quærimus cur conſenſus ex-
tremus domini præferatur altero per eundẽ
17 nomine ſui procuratoris præſtito,Nam † ve-
re, & proprie id ab eo fieri cenſetur, cuius
mandato factum eſt l. certẽ §.1. ff.de præca.
l. fina. ff. ſi menſor falſum modum dixerit.
cap.mulieres §.fina.de ſenten. excommuni-
ca. *Cum is (inquit) Pontifex comittat vere*
18 *cuius mandato delictũ committitur*.Nec † etiã
Felini ratio facit,qui in rubr.de ſponſa.n.6.
poſt alios, ſpeciale eſſe credit in contractu
matrimonij illius fauore: quia pręterquam
quod refugium eſt miſerorum, ſpecialitatẽ
(vt ita loquar) in rebus conſtituere, niſi ea
apertiſsima ſit,vt noſtri paſsim affirmant:ta-
men nec ſpeciale eſt in contractu matrimo-
nij cum idem ſit in eo,qui mandatũ conceſ-
ſit ad renuntiãdũ beneficium,qui poteſt poſt
renuntiare,nulla etiã facta procuratori noti
ficatione,& valet hæc renũtiatio,iuxta com-
munem ſententiã de qua inferius dicemus.
19 Vera † igitur ratio hęc mihi videtur, quod
matrimoniũ conſenſu vero, & proprio con-
trahentis perficiatur, vt millies dixi in hoc
tractatu.l.nuptias de regu.iur.c.cũ locum cũ
ſimilibus de ſponſa.at quoties cõcurrunt cõ-
ſenſus procuratori datus, & conſenſus pro-
prius,quo quis contrahit matrimoniũ, pro-
prius hic domini cõſtituentis, vt verus præ-
ualere debet alteri procuratoris ficto,prȩua-
let enim fictioni veritas l. filio quem pater
ff.de libe.& poſthu.ibi glo.& alij, conſenſus
enim qui per procuratorem præſtatur fictus
eſt.Din.in ca.qui per aliũ per illũ tex.in ver
20 bo videtur de regu.iur.Videtur † enim ver-
bũ fictionem deſignat l.3.§.ex contrario vbi
Bart.& poſteriores ff. de acquir. poſſeſſio.l.
1.§.deceſiſſe ff.de vi.& vi.armat.l.itẽ ſi obſ-
tetrix in principio ff. ad l. Aquili. l. ſi pater
§.geſiſſe ff.de adminiſ.tuto.& docet Bart.in
l.ſi is qui pro emptore in 5. quæſt. principa.
ibidẽ Iaſ.Rip. Crot. & nouiſſimi ff. de vſu.
pro empto. Nec obſtaret ſi quiſquã diceret,
cõſenſum hunc, qui per procuratorẽ prȩſta-
tur, & ſi fictũ ſubrogari veri loco. cũ procu-
rator vere cõtrahens matrimonium, repræ-
ſentet perſonã cõſtituentis d.c.qui per aliũ.
21 Et † ſicut diſpoſitio ſtatuti loquens de vera
perſona trahitur ad fictã,quę verã perſonam
repræſentat l.poſtulante ff.ad S. C. Trebel-
lia.vbi Bart.l.2.ff.de lega.prȩſtan. & in ter-
minis matrimonij l.libertum §.Senatus ff.de
rit.nupt. ita etiã diſpoſitio facta de vero cõ-
tractu,ad fictũ procuratoris in hoc caſu pro-
22 cẽdi deberet, cũ loco veri ſubrogetur: Eo †
magis quod facilius fit extẽſio de caſu ad ca-
ſum,quã de perſona ad perſonã,quę diffici-
lius l.comodiſsime ff. de libe.& poſthu. l. ſi
quis ita §.ſi quis cũ ignoraret ff.de teſtam.tu
tel.l.gallus.§.1.& tota l.vbi Barto.& cæteri
omnes ff.de libe.& poſthu.cũ multis coacer
uatis a Tiraq.in l.ſi vnquã verbo libertis nu.
23.C.de reuo.donat. Cæpha.cõſ.394.n.17.
& qui alios pleroſq.eruditiſſimꝰ Pereg.trac.
de fideico.art.29.n.32.33.& idẽ alios art.1.
n.27.28. Huic tñ obiectioni fit ſatis ex his,
quæ ſupra animaduerti;in cõcurſu conſenſus
procuratoris,& domini ſimul, prȩualere cõ-
ſenſum domini vti principalis,&quia vere cõ-
ſenſus, & ꝓprie dicatur hoc in caſu,cõtrariũ
vero tunc vindicat,quoties procuratoris mã-
datum non reuocatur cõtrario conſenſu vbi
verus exigitur, aut quoties actꝰ reuocationis
procu-

procuratoris non fuit notificatus, quibus ſa-
nè caſibus verè per procuratorem actus fieri
dicitur, & licet fictus, veri loco ſubrogetur,
quæ cum vtilia ſint, & noua diligenter ſunt
ad notanda.
23 Ex † his inferri poteſt reſolutio quæſtionis
grauiſſimæ, quæ paucis ab hinc annis inter
duos maximos totius Hiſpanię Duces ſuſci-
tata fuit: cum Dux Albę filiam Ducis Alcha-
læ per procuratorem duxit, & antequam pro
curator mandatum adimpleret, cum ſignis
tunc factis pœnitus, & tacite mandatum re-
nocauit, hoc enim ſufficit vt ſuperius ſcripſi,
filiam interim Ducis del Infantado in vxo-
rem duxit, orta grauiſsima lite inter Ducem
Albæ, & filiam Ducis Alcalæ contendentis
matrimonium per procuratorem cum ea cô-
tractum validum fuiſſe; conſequenter alte-
rum cum filia Ducis del Infantado nullum;
tandem deciſum fuit, ſecundum hoc vali-
dum, primum minime, quia mandatum fue-
rat tacite re integra reuocatum, quod placet
admodum: in hac grauiſſima conſuluerunt
controuertia primarij Salmanticenſis acade-
miæ interpretes, & alij plures ſecū viri eru-
ditiſſimi vt in eorum vidi conſultatione.
24 Hoc † ſolum dubitauerim an vera ſint
ea, quę in primo illius reſponſi articulo cita-
ti interpretes, veluti certa & indubia conſ-
25 tituunt ſcilicet † hodie nouo iure S. Triden.
Concil. cap. 1. de reforma. matrimo. ſublata
fuiſſe matrimonia per procuratorem, cui
nunquam accedam ſententię donec à ſacro-
ſancta ſede Apoſtolica, vel ſacra Illuſtriſsi-
morum congregatione Cardinalium, qui-
bus Côcilij interpretatio comiſſa fuit, aliud
iudicetur; quamquam videam Ledeſmum
in ſum. titu. de ſacram. matrimo. diffi. 18. &
Alphon. de Vera-Cru. in ſpecu. coniu. 1. par.
artic. 16. dubio. 7. id aperte ſentire, quos in
ſuam opinionem citarunt conſulentes præ-
26 fati; Ad † huius igitur difficultatis veram de-
clarationem veluti anteludium quoddā prę-
ſciendum eſt, aliud in iure præſumptionem,
aliud fictionem eſſe; & nihil fere commune
duos hoſce iuris terminos habere, ſed dif-
27 ferre admodum: † præſumptio circa rem
dubiam verſatur, quæ eſſe, & abeſſe poteſt
Salomoni. in l. gallus §. quidam rectè num.
32. de libe. & poſthu.
28 Et † dicitur probabilis coniectura ex ali-
quo proueniens ſigno, quę alio in contra-
29 rium non adducto, pro veritate habetur; †
Fictio ſecus; eſt enim in re certa eius, quod
eſt poſsibile contra veritatem, pro veritate
a iure facta aſſumptio ſic Bart. quem ſequuti
ſunt omnes cæteri in l. ſi is qui pro emp-
tore nu. 21. de vſucap. & alios multos; mul-
tas etiam inter fictionē, & pręſumptionem
recenſens differentias Menoch. ſcribit, lib.
præſump. 1. quęſt. 8. à num. 1. cum ſeq.
30 Sequitur † nunc, matrimonium per pro-
curatorem contractum non præſumptum iu-
re dici poſſe, ſed fictum, quoniam ſuper eo
quod non eſt, eſſe tamen poteſt, lex diſpo-
nit: ideſt ſtatuit matrimonium à conſtituen-
te contractum fuiſſe, quod non eſt, eſſe ta-
men poteſt, quia poſsibile, conſtituentem
contrahere cum ea, cum qua procurator cô-
31 trahit ſi pręſens foret. Atque † matrimo-
nia hęc vti rata, & firma neceſsitate exi-
gente ſacroſancta mater Eccleſia amplexa
eſt: neceſsitate inquam exigente, nam ſę-
pius inter abſentes, infirmos, potentiores,
Principes, & Reges non aliter poſsint cele-
brari; vt rectè dixerit I.C. in d. l. 1. ff. de pro-
curato. procuratorum vſum neceſſarium eſ-
ſe, vt qui rebus ſuis adeſſe nolunt, aut ne-
queunt, per alienos tamen poſsint. Vnde †
32 infertur vt prędicti conſulentes inferūt, ſa-
crum Côcilium infringere matrimonia om-
nia, quę niſi coram parrocho, & duobus,
aut tribus teſtibus celebrantur, ergo & ma-
trimonium, quod per procuratorem, non re-
cta conſequentia eſt; vt mox dicam.
33 Neque † enim veriſsimile eſt, voluiſſe
Concilium vno verbo totam hanc matrimo-
nij per procuratorem contracti materiam
abolere l. ſi quando C. de ino. teſtam. cap. ſi
Papa. de priuil. ſed & ſi voluiſſet hoc, dixiſ-
ſet. l. vni. §. ſin autem ad deficientis vbi glo.
de cadu. tolien. cap. inter corporalia de trāſ-
latio. Epiſco. Tiraquel. fuſe in l. ſi vnquam
verbo libertis à nu. 3. C. de reuo. donatio.
Crauet. conſ. 161. num. 8. Cæpha. conſ. 144.
num. 6. Caual. deciſio. 5. num. 44. 3. par. alios
ſciens prætereo. Rurſus cum nec expreſsim
id fuerit eo in textu prohibitum, cur ſtare
prohibebitur l. præcipimus C. de appel-
latio.
Accedat quod iurium correctio in quan-
tum fieri poteſt fugienda eſt l. vni. C. de ino.
do. cap. cum expediat cum ſimilibus de ele-
ctio. Et vt reuertar vnde fui digreſſus, non
rectè ſequitur, Concilium irritat matrimo-
nia omnia quę niſi coram parocho, & duo-
bus vel tribus teſtibus contrahuntur, ergo &
quę per procuratorem; quoniam & matri-
monium quod per procuratorem contrahi-
tur cum legitimo & ſpeciali mandato, co-
ram parocho côtrahi per principalem dici-
tur, licet abſens fuerit conſtituens; quādo ius
canonicum abſentem ſic contrahere poſſe
ſtatuit, ac ſi præſens foret.
Non obſtant obiecta à peritiſſimis conſu-
34 lentibus in contrarium: Primo † aiunt, quod
vbi præſentia pro forma requiritur in ali-
quo actu, tunc actus per procuratorē expe-

diri non poteſt l. obligari §.tutor ſtatim vbi
Barto.ff.de autho. tuto. §. tutor autem inſ-
35 titu.eod.tit. cum alijs ibi per eos citatis; †
quoniam vera proculdubio traditio eſt, vbi
lex expreſſim præſentiam corporalem vo-
luit pro forma, nullibi autem video Sacrum
Concilium præſentiam corporalem contra-
hentium pro forma exigere, ſed cum de
prꝗſentia verba facit, de parocho intelligit,
non de contrahentibus huc illa verba perti-
nent, *qui aliter quam præſente parocho, &c.*
Quod ſi dixeris ſupponere Concilium præ-
ſentiam contrahentium, quoniam eos inter-
rogare Sacerdos, & mutuum ipſorum con-
ſenſum intelligere debet, quod fieri nequit
vbi abſentes fuerint, facilè reſpondetur; prę-
ſupoſitum Concilij non exigere corporalem
præſentiam contrahentium quia expræſſa
non fuit, & de iure canonico ſufficit ad con-
trahendum matrimoniũ præſentia procura-
toris legitimi, vt eo quis matrimonium con-
trahere poſsit rite; quoniam vt inferius dicã
præſens principalis cenſetur.

36 Secundo † reſpondetur quod vbi lex præ-
ſentiam requirit alicuius in aliquo actu, po-
teſt nihilominus abſens impeditus conſen-
ſum per procuratorem præſtare: Angel. in
l. Pomponius in principio ff. de procurato:
Aretin. Deci. & alij quos refert Tiraq. de ll.
connubia. glo. 6. num. 34. & præter eos idem
cenſuerunt Alexan. in l. 1. num. 8. ad fin. de
libe. & poſthu. Rip. in l. 1. num. 38. de verbo.
obliga. Pariſi. conſ. 33. num. 29. & 31. lib. 2.
egregie Brun. tracta. de for. & ſolem. rub. de
imple. & obſeruan. for. colla. 17. 3. fallen. At
qui vt plurimum matrimonia quę per prin-
cipes & ſummos Reges contrahuntur, man-
dato procuratorio fiunt, quia legitimo deti-
nentur impedimento, ne ſua deſerant reg-
na, & ditiones, quod niſi cum maximo peri-
37 culo fieri poteſt, tum † quod eis, & ſimilibus
perſonis, non ſit tutus in alia regna acceſſus.
Ita fiet, vt & ſi contrahentium præſentia à
Concilio (quę tamen non exigitur) require-
tur, poſſet matrimonium per procuratorem
expediri.

38 Tertio † reſpondetur, quod vbi fit men-
tio præſentiæ in materia, quæ ſui natura non
requirit prꝗſentiam corporalem, ſufficit ſi
ipſa per procuratorem præſtetur cap. pe-
nulti. ex. de iura. calum. quem tex. ad id pon-
derauit Panormit. in cap. cum parati ex. de
appella. quem & alios refert Tiraquel. d.
gloſ. 6. num. 35. at in contrahendo matrimo-
nio ſua ipſius natura non requiritur prꝗſen-
tia contrahentium corporalis d. cap. fina.
conſequenter, & hodie per procuratorem
matrimonium contrahi poteſt, iuxta formã
Concilij.

39 Non † obſtat ſecundum fundamentũ dũ
aiunt, quod quando conſenſus ex legis diſ-
poſitione ſpecialiter intelligendus eſt, tunc
prꝗſentia eſt de forma naturali contractus
Bal. in l. 1. col. 7. C. de fide inſtru. & iur. has.
fiſca. lib. 10. quem aiunt referre & ſequi Iaſſ.
in l. 1. nu. 8. de verbo. obliga. ex doctri. Bart.
40 † ibidem dicentis, quod ideo ſtipulatio in-
ter abſentes per procuratorem contrahi nõ
poteſt, quia contrahentes debent ſe exaudi-
re, & inuicem intelligere id autem natura-
liter fieri niſi inter prꝗſentes poteſt.

41 Addunt † conſulentes prædicti ſimile de
eo qui abſolutionem ab excommunicatione
petit, quod facere poteſt, peccatorum vero
minime, quia petentis voluntas exprꝗſſa per-
cipi & intelligi debet.

42 Huic † argumento multipliciter reſpon-
detur primo deficere in prꝗſuppoſito argu-
mentationem, quia Concilium non exigit
præſentiam corporalem cõtrahentium ma-
trimonium vt ſupra dixi, quamquam prꝗſup-
ponat præſentiam ipſorum, inter quę longa
eſt differentia, nam vbi de prꝗſentia corpo-
rali loquutũ fuiſſet, tunc conſulentium poſ-
ſet defendi opinio, at non præſupponit cor-
poralem, ſed præſentiam tantum, qua non
excluditur per alium contrahens cum man-
dato legitimo d. cap. fina. fingit enim ius
contractum per procuratorem matrimoniũ
per conſtituentem præſentialiter contractũ
fuiſſe, cum ille ſui perſonam reprꝗſentet: Et
ſi ficte.

Secundo reſpondetur Iaſſon. per eos ci-
tatum non tam effuſo ſermone loqui vt cõ-
ſulentes aiunt, non enim ſimilem ex Bal. Iaſ-
ſon. elicit traditionem num. 8. vt apud eum
licet videre.

43 Tertio & ſi † id affirmaret, loquitur in
terminis eiuſdem legis primæ quemadmo-
dum & Barto. per eoſdem conſulentes al-
legatus; in ſtipulatione ſcilicet in qua pro
forma ius ciuile verba voluit; interroga-
tionem ſcilicet, & reſponſionem d. l. 1. vbi
omnes, & ſic verba ex parte vtriuſque vt
poſt cæteros Ripa. num. 35. 36. matrimo-
nium vero non requirit pro forma verba ex-
prꝗſſa, ex parte vtriuſq. ſecundum veram, &
communem theologorum, & canoniſtarum
opinionem, de qua fuſe dixi hoc libro com-
paratio. 3. ad fin. Et ſic longe diuerſa ſti-
44 pulationis, & matrimonij ratio eſt; † qui-
nimo quod magis præfatorum conſulen-
tium infringit opinionem, & in ſtipulatio-
ne, quę pro forma verba ex parte vtriuſ-
que requirit, propter neceſsitatem talis for-
ma per æquipollens poteſt adimpleri d. l. 1.
vbi mutus, qui verba facere nequit, po-
teſt per ſeruum ſtipulari, ex quo tex. Ripa.
num. 38.

45 num. 38. elicit vt ſupra dixi † quod forma
propter neceſſitatem poteſt adimpleri per
æquipollens: quemadmodum igitur illic, &
ſi pro forma ſtipulationis interrogatio, &
reſponſio vtriuſq.requirantur, poteſt tamen
per æquipollens propter neceſſitatẽ adim-
pleri.ſic & ſi(quod tamen non eſt)præſentiã
voluiſſet Concilium corporalem, vtriuſque
matrimonium contrahentis, propter neceſ-
ſitatem, liceret cum mandato illud contra-
here:Neceſſitas autem in Regibus, ſummis
principibus,infirmis & alijs notoria eſt.

46 Quarto † reſpondetur quod argumentum
ab ſtipulatione nõ etiã rectè ſumitur ad ma-
trimonium,quoniam ſtipulatio proprie non
eſt contractus, vt ex communi reſoluit Ri-
pa.poſt antiquiores in rubr. de verbo. obli-
ga.num.50. matrimonium contractus vere;
dixi latè comparatio.1.hoc libro differentię
ratio eſt, quia contractus omnes regulariter
procuratore expediri poſſunt,niſi reperiatur
expreſſim prohibitum l.1.cum ſequent.ff.de
procurato. dixi ſupra in principio huius cõ-
parationis potiſsime matrimonium d. cap.
fina.

47 His † addendum quod & in ſtipulatione,
& ſi verba requirantur, tamen, lex fingit ſti-
pulationẽ, vbi nulla interpoſita fuit, in mul-
tis caſibus: quos refert poſt alios Rip.in d.l.
1.n.23.& 24.vnde quẽadmodũ ibi, & ſi pro
forma verba requirantur ex parte vtriuſq.
lex tamen quandoq. fingit interueniſſe, vbi
nulla fuerunt prolata, ſic & ius canonicum
matrimonium fingit contractum per princi-
palem, & ſi fuerit per procuratorem tantum
celebratum.

48 Neq. † obſtat ſimile adductum per con-
ſulentes,de abſolutione à peccatis, quæ per
procuratorem non fit, quia illic procurator
conſtitui nequit,cum pro modo culpę pœni-
tentia ſit iniungenda, quam is,qui peccauit
non alius, vel intelligere ex confeſſionis ſe-
creto,vel etiam pati poteſt, cum pœnæ ſuos
habeant authores l. ſancimus C.de pœnis.
Præterea,in eo exemplo non agitur de con-
tractu aliquo celebrando,vt modo dixi,ma-
trimonium contractus eſt: ſimile eſt in con-
feſſione Sacramentali quæ per procuratorẽ
fieri nequit;quia verba ex parte pœnitentis
requiruntur.cap.quem pęnitet de pœniten-
tia diſtinctione 1. declarat Rip. in d. l. 1.
num.36.vnde quemadmodum confeſsio per
procuratorem expediri nequit, neq. etiam
abſolutio,cum correlatiua ſint, & diſpoſitũ
in vno,& alio itidem diſpoſitum cenſeatur l.
1.de cup.li.11. C.in princi. inſtit.de his qui
ſunt ſui vel alie.iur.præterea multa animad-
uerti per confeſſorẽ pęnitenti poſſunt,& ſuo
caſu debeant, quæ procuratori non poſſunt.

49 Neq. † obſtat tertium,quod in tuitionem
ſuæ opinionis conſulentes adferunt ſcilicet,
quod cum a lege certum genus probationis
poſtulatur,non admittitur probatio per aliũ
probationis modum l.1.vbi Bal.C.de man-
dat.princi.Afflict. deciſio.253.cum alijs ab
his relatis; quoniam præterquam quod tra-
ditio hęc declarari multipliciter poſſet, ſuf-
ficit tamen reſpondere, incaute conſulẽtes
ſuperiorẽ traditionẽ quæſtioni propoſitę ac-
comodare,quoniã non mutatur in caſu noſ-
tro probationis modus, ſed cõtrahendi ordi
narius tantũ, quia cũ vt plurimũ à pręſenti-
bus contrahatur matrimoniũ, nũc ab abſen-
tibus per procuratorem:Cæterum probatio
vna, & eadem eſt,ſic enim coram parocho,
& duobus,aut tribus teſtibus cõtrahere pro-
curator tenetur,ſicut ipſius principalis ſi prę
50 ſens foret; † matrimonium præterea conue-
nit cum cæteris contractibus in multis, præ-
cipuè cum ſocietatis contractu cap.cum ſo-
cietas 27. q.2. dixi comparatio. 5. atqui ſo-
cietas per abſentes contrahitur,& cum legi-
timo mandato ſine dubitatione aliqua l. 4.
ff.pro ſocio.glo.in d.cap.cum ſocietas. Ex-
tremo diſplicet quod aiunt in verſi.*Neq.du-
rum videri,&c.* quod cum Concilium ſuſtu-
lerit matrimonia omnia pręſumpta, & iura
de his loquentia,veluti ca.is qui fidẽ de ſpõ-
ſa.ca.vni.§.2.de deſponſa.impube.in 6.cap.
de illis ca.per tuas de condi.appoſi.ca.pro-
poſuit de coniu.ſeruo.ca.ad id,quod de ſpõ-
ſa. & fuſe ego ipſe hanc defendi aduerſus
Bun. & Triui.opinionem hoc li. compara.
10. à num.1.in conſequentiam cenſetur ſuſ-
tuliſſe matrimoniũ,quod per procuratorem
cõtrahitur: quoniã vt in anteludio dixi ma-
trimoniũ hoc,nõ eſt pręſumptũ, ſed fictum,
quia ſuper eo,quod nõ eſt,ſcilicet pręſentem
nõ eſſe contrahentẽ, fingit ius canonicũ ve-
51 re,& pręſentialiter cõtrahi:Et † animaduer-
tẽdũ,quod obſeruãtia,& cõſuetudo, optima
legũ interpres,ſic declarauit, valere ſcilicet
huiuſmodi matrimonia & indiſſolubilia fo-
re,à qua recedendũ non eſt,& in dies Reges,
& Summos Pontifices in hunc modũ matri-
monia cõtrahere videamus:& poſſe hodier-
no iure.C.Triden.cõtrahi matrim.per pro-
curatorẽ expreſſim innuit Azpil.cõſ.15.n.1.
tit.de ſpon.par.2.& cõſ.2.tit.de cog.ſpiritu.
n.1.2.& 9.par.2.& eam nouiſsime recte de-
fendit & ſi alijs rationibus Sanch.de matri.
lib.2.diſpu.11.num.19.20.21.

52 Communem † traditionem de qua ſupra
dupliciter noſtri protendũt:Primo nedũ vbi
mandati conſtitutio facta fuiſſet ſimpliciter
nullo interpoſito iuramento, ſed etiam vbi
fuiſſet poſitum in mandato, iuxta gloſ. ce-
lebrem in d.cap.fin.quam ibidem ſequuntur

Digitized by Google

Mona. Archidia. Fran. & Gemini. Soci. conſ.
58. lib. 3. dixit gloſam auream Felin. in cap.
ſi diligenti de fo. compe. col. 6. Panor. in cap.
cum acceſsiſſent Felin. nu. 12. Deci. num. 7.
de conſtitu. & alios in id refert, & ſequitur
communem dicens Dida. d. cap. 4. num. 10.
Roch. de Cur. tracta. de iu. Patro. verbo ho-
norificum, quęſt. 12.

53 Rationem † eſſe omnes docuerunt, quia
iuramentum ſequitur naturam contractus,
cui interponitur l. fina. C. de non nume. pe-
cu. l. fina. ff. de libe. cau. l. fina. C. qui ſa-
tiſd. cogan. cap. quemadmodum ex. de iur.
54 iur. Vnde † creditum ab omnibus, procura-
torem cum iuramento de non reuocando
conſtitutum, poſſe non obſtante iuramento
reuocari, & ſi reuocans ſit periurus d. gloſ. in
d. cap. fina. verbo reuocatus, quam tota iuris
ſchola ſequitur, & probat, vt me pudeat tot
tantosq. referre quos coaceruat Anton. Ga-
bri. in commu. lib. 2. tit. de iure. iuran. concl.
1. nu. 9. & ſequenti. & de teſtamento antea,
idem, quod de mandato docet ibidem, nu. 8.
addendi autem ſunt & alij poſt Gabriel. Di-
da. ab eo nō relatus in cap. quamuis pactum
2. par. §. 2. num. 3. qui alios adfert de pact. in
6. Mencha. tracta. de ſucceſſio. creatio. lib. 3.
§. 28. num. 8. Crauet. in conſ. 191. num. 6. vbi
gloſę textus in d. cap. fina. meminit. Seraphi.
tracta. de viri. in priuil. 75. num. 7. Clar. in §.
teſtamentum quęſt. 94. num. 3. Et ratio ea
eſt, quod iuramentum ſumit naturam con-
tractus, vel actus, cui interponitur, vt dixi, cę-
terum de natura primordiali id intelligen-
dum eſt, non accidentali, vt declarat Didac.
in cap. quamuis pactum 1. part. §. 4. à num. 1.
de pact. in 6. Crauet. egregie conſ. 101. nu. 7.
Oſaſ. deciſ. 49. num. 4. & deciſ. 41. num. 5. &
quibuſdā relatis exemplis declarat Gutier.
tracta. de contract. iura. cap. 37. à num. 1.

55 Et † multo quidem maiori ratione hæc
procedit opinio, quoties quis per epiſtolam
contrahere matrimonium cum aliqua vo-
luiſſet, vt & in hac ſpecie retrocedere poſſit,
iuxta gloſ. in cap. nec illud 30. q. 5. Felin. in
cap. ex parte Decani. num. 10. de reſcrip. &
alij quos memorat Dida. d. cap. 4. num. 11.
in fin. verſi. quarto circa.

56 Extende † ſecundo ſuperiorem regulam,
nedum vbi expreſſe reuocatur mandatum,
ſed & ſi tacite, veluti quoties poſt datū pri-
mum mandatum de contrahendo matrimo-
nium, is idem ſecundum ad contrahendum
cum alia concederet ca. ſi duo. de procu. lib.
6. vel cum alia matrimonium interim con-
traheret ignorante procuratore Panorm. in
cap. in cauſis de electio. in 6. Dida. Capra. &
alij ſupra Vidal. in Candela. Aur. tit. de ma-
trimo. num. 44. verſi. ſecundo nota. Sanch.
qui alios d. diſp. 11. num. 10. ſic Panor. exiſti-
mat fieri, vt electio à canonicis facta, qui alijs
eligendi conceſſerint facultatem, præferen-
da ſit, electioni poſtea factę ab eo, cui facul-
57 tas conceſſa erat, & ſi ignorante; † infertq.
quod licet diſpoſitio Clemen. 1. de renun-
tiatio. qua ſtatutum, reuocationem mandati
ad renunciandum beneficio Eccleſiaſtico ni-
hil prodeſſe niſi ea mandatario fuerit inti-
mata; tamen ſi is, qui mandatum dederat,
priuſquam mandatarius eo vtatur renuncia-
uerit, & ſi mandatario ignorante, prima ſit
renunciatio, ſecundę pręferenda, nam cum
ex prima vaccet iam beneficium, ex ſecunda
mandatarij iterum vaccare non poteſt. Ro-
ma. conſ. 342. Felin. in d. cap. ex parte Deca-
ni. num. 16. & alij quidam quos refert Dida.
d. cap. 4. num. 11. ad medium, & pręter eum,
hanc aſſerit communem, & receptam Capra.
d. regu. num. 32. qui alios, Dida. vero à com-
58 muni recedit, † quia & tacita reuocatio mā-
dati, quæ fit conſtituendo alios procurato-
res, eſt itidem notificanda procuratori pri-
mo, cui datum fuit mandatum iuxta gloſ. in
d. Clemen. in verbo quomodolibet, conſe-
quenter, ſecūda præualere debet priori, quā
etiam opinionē tenuiſſe aſſerit Barba. Prob.
59 & Selu. quæ † tamen ratio non adeo efficax
eſt, vt ob eam à communi dimouear, nam
gloſ. cuius authoritate Dida. & relati nunc
mouentur, non loquitur in terminis quęſtio-
nis propoſitæ, ſed iuxta facti ſpeciem relatā
à Romano Pontifice in d. Clemen. 1. videli-
cet an procurator ad cedendum beneficio
conſtitutus, ſi pœnitentia ductus renuntiare
nolens, principalis mandatum reuocauerit
minime illi notificatum, an tenear renuntia-
rio; & valere decidit Pontifex: at Panorm. &
communis in diuerſo loquuntur caſu, quo-
ties poſt dictum mandatum ad renuntiandū,
ipſe quoq. dominus, & conſtituens renūtiat,
nam cum vaccet ſemel ex hac cauſa benefi-
cium, bis vaccare ex renuntiatione etiā pro-
curatoris non poteſt, & hęc eſt elegans Pa-
nor. & Romani animaduertio.

60 Extremo † animaduertendum eſt, procu-
ratorem cum ſpeciali mandato ad contra-
hendum matrimonium conſtitutum, nō poſ-
ſe ſubſtituere, niſi ad id etiam ſpeciale man-
datum haberet, vt ſentit Mozzi. nihil alle-
gans tit. de manda. §. venio ad 4. num. 11. ad
medium. ratio vero eſt, quia in grauibus, &
arduis cenſetur electa induſtria perſonæ, in
qua ſpecie ſubſtitutioni locus non eſt, decla-
rat Menoch. tracta. de præſump. lib. 2. præ-
ſump. 33. à num. 1.

61 Ab his quę † ſupra (ne quidquam intactū
relinquam) quęſtio illa inter theologos agi-
tata finiri poteſt, an matrimonium per pro-
curato-

curatorem contractum ſit Sacramentum, & conferat gratiam ante pręſtitum conſenſum à conſtituente: ſcio in hac controuerſia crebriorem fore ſententiam Sacramētum eſſe: quia cum liceat per procuratorem matrimonium contrahere d.cap. fina. ſequitur illius conſenſum principalis nomine pręſtitū ſufficere: & ita ſentiunt Dida.in 4. 2.part.ca. 1.§.vnico num.5.Marien.qui alios lib.5. ordinario. glo.1.rubr.tit.1. num.133. Angles in theolo. flori. quęſtio. de eſſentia matrimo. fol.317. & alij ex Hiſpanicis theologis quos refert Vinal.ſupra tit.de matrimo.nu. 43.qui communem.

62 Contrariam † vero ſententiā tenuit ſubtiliſſimus Caieta. Victo.& alij quidam, quos poſt Didac. memorat Viual. ſupra, ex duabus rationibus. Prima quoniam conſenſus, qui per procuratorem pręſtatur in perſona principalis verè fictus eſt, ex his, quę ſuperius tradidi, atqui in matrimonio contrahendo verus omnino exigitur, hic vero talis eſſe non poteſt quovſque principalis actum ipſum procuratoris probet, vt inde veriſſimile ſit, ſolum tunc conferri gratiam non cum procurator contraxit.

Secundo quia & ſi matrimonium per procuratorem contrahi poſſit, adhuc ex eo contractu, quia diſſolui poteſt, quia cum alia cōtrahere permittitur, principalis exitus expectandus eſt d. cap. fina. vnde gratia ante collata non cenſetur, ſed quęſtionem hanc theologis relinquamus quam fuſe poſt hæc ſcripta agitat Sanch.tract.de Matrimo.li.2. diſpu.11.num.26.cum ſequen.

63 Neq. † omittendum, credere multos conſtitutionem procuratoris, nedum in contractu matrimonij, ſed & in alijs quibusvis actibus adeo liberam eſſe oportere, vt metu facta irrita ſit, ſimul & actus ab ea celebratus.cap.accedens de procura.in verbis(*procuratorem libere ordinare valeat*)vbi Panor. cenſuit num.18.poſt Hoſtien.in ca.2.de his, quę vi, met, ve cau. & Ioan. Andre. ibidem Roman. ſingulare putat. ſingul. 153. Ruin. conſ.121.num.20.lib.4. & nouam adfert huius traditionis rationem Sarmien.tracta.de redde.Eccleſiaſ.par.1.cap.4.num.8.flam.ſequitur Panor.& alios tract. de reſig.bene.li. 9.quæſt.7.num.42.

64 Verum † ex aduerſo minime admittendam fore ſuperiorem ſententiam ſcripſerūt Imol.in cap.2.num.5. ex. de his quæ vi.me. ve.cau.Dida.in 4.decreta.2.part.cap.3.§.5. num.9.Padill.in l.interpoſitas num.7. C.de tranſ.& hos ſequutus eſt poſt ſuperiora ſcripta Sanch. tract.de matri.lib.4.diſput.12.nu. 12.non enim ait Didac. ſuperior ſententia illo cap. accedens probatur; vt ille rectè & alij nunc relati docent, qui videndi.

65 Verius igitur † ſpeciale fore in contractu matrimonij, vt conſtitutio procuratoris ad illud contrahendum, libera eſſe debeat ob ſummam matrimonij libertatem; Cū enim prior ille conſenſus, eo quod ad procuratoris conſtitutionem reſpiciat, qui matrimonium, nomine conſtituentis celebrare debeat, ſit contractus, ſicut nullum eſt propter metum ratione matrimonij, ſic & reſpectu conſtitutionis procuratoris ſicut probe ab Hoſtien.Ioan.And.Imol. & alijs docet Dida.ſupra Padill.& Sanch.

SVMMARIVM.

1 *Stipulationū quædam puræ aliæ conditionales.*
2 *Stipulationes puræ, & conditionales, quæ ſint.*
3 *Stipulatio conditionalis tripliciter fit.*
4 *Conditionum ſpecies multæ.*
5 *Matrimonium ſub conditione honeſta celebrari poteſt.*
6 *Opinio ſpeculatoris reprobata.*
7 *Opinio Didaci, affirmantis matrimonium nullam admittere conditionem, adducitur.*
8 *Matrimonium dicitur actus legitimus, qui nō recipit conditionem.*
9 *Conditione emancipationis pendente, filius nō liberatur à patria poteſtate.*
10 *Dida. & aliorum opinio reprobata.*
11 *Matrimonium non dicitur actus legitimus.*
12 *Matrimonium de iure digeſtorum, Sacramentum non erat.*
13 *Matrimonium iure digeſtorum, purus erat cōtractus, in quo licebat conditiones quaſcunque apponere, quæ ſubſtantiæ contractus nō repugnarent.*
14 *Matrimonium diuortio ſoluebatur iure digeſtorum, quando vnus ex coniugibus conditioni non parebat.*
15 *Matrimonium diuortio non ſoluebatur iure Codicis, niſi in certis caſibus.*
16 *Matrimonium quatenus Sacramentum, etiam conditionem honeſtam admittit.*
17 *Matrimonium deficiente conditione non reſoluitur, ſicut cæteri contractus, licet vnus ex coniugibus alterum cogere poſſit, vt conditionem obſeruet.*
18 *Legis, actus legitimi de regu.iur. ſenſus difficillimus.*
19 *Legis, actus legitimi ſenſus communis.*
20 *Patria poteſtas, nec filiatio, in ſuſpenſo ſtare poſſunt.*
21 *Alciati declaratio inſignis l. actus legitimi de reg.iur.*
22 *Fictio naturam imitatur.*
23 *Legis, actus legitimi de reg.iur. cenſus communis a Cagno. improbatus.*
24 *Emancipatio ſub conditione fieri poteſt.*

Ius

25 *Ius ſucceſſionis à filiatione qualiter differt.*

26 *Filius ſpurius legitimatus, cum conditione ne ſuccedere poſſit, vere legitimus dicitur.*

27 *Ius ſuccedendi in paterna hæreditate, potius naturale dicitur quam ciuile.*

28 *Socini Cur. & Deci. traditio declaratur.*

29 *Legis, actus legitimi, ſenſus communis, denuo improbatur.*

30 *Fieri quod poteſt pure, & ſub conditione.*

31 *Stipulatio iuris ciuilis inuentum.*

32 *L. actus legitimi verus, & nouus ſenſus, & cur emancipatio dicatur actus legitimus.*

33 *Acceptilatio actus legitimus, & non recipit conditionem.*

34 *Acceptilatio, cur non recipiat cõditionem, nullus fere intellexit aſſerente Cagno.*

35 *Acceptilatio, cur non recipiat conditionem, iuxta Alciati opinionem.*

36 *Acceptilatio iuris fictione, ſolutionis loco eſt.*

37 *Alciati declaratio improbata.*

38 *Acceptilatio niſi per ſtipulationem, fieri non poteſt.*

39 *Solutio ſub conditione fieri poteſt.*

40 *Alciati conſideratio ſubuertitur.*

41 *Acceptilatio, cur conditionem, non recipiat ex aliquorum ſententia.*

42 *Acceptilatio, cur conditionem non recipiat, opinio authoris noua.*

43 *Acceptilatio verbis de præſenti concipitur.*

44 *Solutio non numeratur inter actus legitimos, & cur.*

45 *Debitum conditionale acceptum ferri poteſt.*

46 *Aditio hæreditatis cur nominetur inter actus legitimos ex Barto. & communi traditione.*

47 *Aditio hæreditatis in mera voluntate conſiſtit.*

48 *Barto. traditio, & communis a Cagno. improbata.*

49 *Barto. traditio ab Alciato reijcitur.*

50 *Votum in libera voluntate conſiſtit, & conditionem recipit.*

51 *Barto. traditio denuo ab authore improbata.*

52 *Voluntas libera nullis circũſcribitur finibus.*

53 *Aditio hæreditatis, cur conditionem non recipiat ex Alciato.*

54 *Alciati traditio confutatur.*

55 *Repræſentatio magis fit ex actu vero, quam ficto.*

56 *Aditio hæreditatis, cur conditionem non recipiat, nouis rationibus oſtenditur.*

57 *Hæreditas ius quoddam vniuerſale.*

58 *Hæredes vt hæreditatem adeant, in quibuſdam caſibus cogi poſſunt.*

59 *Hæredes extranei quando cogantur hæreditatem adire.*

60 *Serui optio quare dicatur actus legitimus.*

61 *Optionis legatum conditionale, in purum reſoluitur.*

62 *Cagno. in admirationem maximam ducitur, cur optio ſerui ſit actus legitimus, & non recipiat conditionem.*

63 *Accurſij opinio ab Alciato improbatur.*

64 *Optio ſerui, cur ſit actus legitimus ex multorum opinione.*

65 *Opinio communis ab Alciato reprehenditur.*

66 *Littera legum, non facile expungenda, aut mutanda.*

67 *Bart. opinio, cur legatum optionis ſerui, ſit actus legitimus.*

68 *Barto. opinio ab Alciato reprobatur.*

69 *Alciati opinio.*

70 *Alciati opinio reprobatur.*

71 *Contractus ab executione nomen accipiunt.*

72 *Seruitutes ab executione nomen accipiunt.*

73 *Electionis materia in beneficialibus ſpiritualis eſt.*

74 *Opinio authoris qualis.*

75 *Legatum donatio dicitur.*

76 *Donator diem, & conditionẽ apponere poteſt.*

77 *Tutoris datio actus legitimus dicitur, quæ conditionem non recipit.*

78 *Tutoris datio conditionem tacitam recipit.*

79 *Tutoris datio, quæ fit per Iudicem, conditionem recipit.*

80 *Tutoris datio, cur conditionem non recipiat, ex traditione Bart. & commu.*

81 *Barto. traditio, & communis ab Alciat. improbatur.*

82 *Bal. opinio adducta.*

83 *Alciati opinio.*

84 *Actus hominum ex eorum voluntate affectum habent.*

85 *Alciati opinio ſubuerſa.*

86 *Lex poteſt eadem, & maiora, quæ teſtator.*

87 *Tutor ad diem, & ſub conditione dari poteſt.*

88 *Opinio authoris noua.*

89 *Tex. in §. ad certum inſtit. qui teſta. tut. da. poſſ. declaratur.*

90 *Conditio in datione tutoris certæ rei adiecta, non valet.*

91 *Conditio appoſita in matrimonio facilis, & cõtingens, matrimonium ſuſpendit.*

92 *Matrimonium cum alia contractum, pendente conditione valet.*

93 *Matrimonium cum alia contractum ſub conditione, valet non obſtante cõditione in priori matrimonio appoſita, dum hæc poſterior prius purificetur.*

94 *Matrimonium ſecundo loco cõtractum, & ſub conditione, ſicut primum, adſtante dubio, quæ conditio prius fuerit purificata, neutrũ valet matrimonium.*

95 *Contractus conditionales ab implemento robur accipiunt.*

96 *Matrimonium contractum ante conditionis euentum valet, cenſetur enim reuocatus cõſenſus.*

97 *Contrahẽtes regulariter, excepto matrimonio, tenentur conditionis euentum expectare.*

Matri-

98 *Matrimonium ſecundo contractum pendente conditione primi, non valet, ſi principaliter contractum fuit lucri cauſa.*
99 *Coniuges ſe ſe ad lucrum inuitare prohibentur.*
100 *Matrimonia venalia eſſe non debent.*
101 *Textus in cap. de illis de conditio. appoſi. declaratur.*
102 *Textus in l. ſi ita ſtipulatus §. ſi tibi nupſero ff. de verb. oblig. declaratur.*
103 *Conditio turpis aduerſus matrimonij ſubſtantiam, matrimonium irritat.*
104 *Matrimonium contrahens cum aliqua, donec aliam ditiorem inueniat, matrimonium annullat.*
105 *Matrimonium contrahens cum aliqua ſub conditione ſi ſe adulterandam prebeat, matrimonium irritat.*
106 *Actus ſine ſubſtantia ſubſiſtere non poteſt.*
107 *Opinio communis improbatur.*
108 *Subiecta ubi nobiliora, tanto magis turpia, quæ de illis prædicantur.*
109 *Delicta leuia, in inſignioribus perſonis grauiſſima ſunt.*
110 *Conditiones turpes fauore matrimonij reijciuntur.*
111 *Ratio noua adducta, cur conditiones turpes irritent matrimonium.*
112 *Actum impugnans non videtur in eo conſentire.*
113 *Conditiones licitæ, & honeſtæ, quæ tamen bonis matrimonij aduerſantur, matrimonium irritant.*
114 *Conditio adiecta in matrimonio aduerſus bonum prolis tenet iuxta Paludani ſententiam.*
115 *Dida. opinio qualis.*
116 *Conſenſus in matrimonio præſtitus, virginitati contrarius non eſt.*
117 *Matrimonio ſemel contracto multa in eo incidunt, quæ illud non vitiant, quæ tamen ab initio illud irritarent.*
118 *Matrimonium inter paganos contractum ſub conditione, vt liceat quando libet repudium mittere, nullum eſt iuxta D. Thom.*
119 *D. Thomæ opinio noua ratione comprobata.*
120 *Matrimonium contrahens ſub conditione, vt liceat quandocunque repudium mittere, ſibi ipſi aduerſatur.*
121 *Conditio in matrimonio expreſſa, nocet pleriſque matrimonio; tacita minime.*
122 *Taciti, & expreſſi maxima differentia, quando agitur de annullatione actus.*
123 *Iuramentum calumniæ tacite remitti poteſt.*
124 *Mutuum donans pecuniam, citra labem vſurariam, mente concipere poteſt donum aliquod ſibi offerri ratione dictæ quantitatis.*
125 *Simonia admittitur dando, vel accipiendo principaliter propter beneficium Eccleſiaſticum.*
126 *Tex. in cap. fina. de conditio. appoſi. declaratur.*
127 *Modus aduerſus ſubſtantiam matrimonij, irritat matrimonium.*
128 *Conditio turpis aduerſus bona matrimonij, licet nihil aliud faciat quam actum ſuſpendere, irritat matrimonium.*
129 *Matrimonium ſub conditione, vel modo contractum, quæ aduerſantur bonis matrimonij, etiam ſequuta carnali copula, nullũ eſt.*
130 *Copula ſequens ex S. Con. Tridenti. nihil operatur.*
131 *Conditiones turpes in matrimonio appoſitæ, in euentum ipſarum reijciuntur.*
132 *Opinio communis confutatur.*
133 *Adriani ratio ſubuertitur.*
134 *Conditio appoſita in matrimonio, quæ niſi in vltimo vitæ ſpiritu adimpleri poteſt, matrimonium irritat.*
135 *Cautela inſignis pro his, qui vi aut metu aliquam ducunt in vxorem.*
136 *Cautela Panor. non paſſim vtendam in matrimonijs.*
137 *Conditio de præterito, vel præſenti, & ſi turpis, in matrimonio appoſita, illud non irritat.*
138 *Cautela pro mulieribus, quando viri turpibus conditionibus de præterito, vel præſenti contrahunt.*
139 *Copula hodierno iure S. Con. Tridentini nullum producit effectum niſi ſolemnitate obſeruata.*
140 *Conditio turpis, quæ bonis matrimonij non aduerſatur, matrimonium non irritat.*
141 *Conditio honeſta adiecta matrimonio, in ipſius defectum matrimonium irritat.*
142 *Conditiones turpes regulariter matrimonium non infringunt, & quare.*
143 *Matrimonij fauore, conditiones turpes reijciuntur.*
144 *Vltimarum voluntatum fauore, turpes conditiones excluduntur.*
145 *Vltimarum voluntatum fauore, conditiones impoſſibiles reijciuntur.*
146 *Dida. opinio ſublata.*
147 *Ratio communis ſublata.*
148 *Tex. in cap. fina. in 2. part. de conditio. appoſi. declaratur.*
149 *Conſenſus vbi deficit adiectis turpibus conditionibus, matrimonium reſoluit in foro interiori.*
150 *Conſenſus vbi deficit, & de eo conſtat, reſoluit matrimonium in foro exteriori.*
151 *Defectus conſenſus coniecturis elicitur.*
152 *Opinio communis improbatur.*
153 *Tex. in cap. fina. de conditio. appoſi. declaratur.*
154 *Matrimonium contrahens ſub conditione turpi, quam credebat honeſtam, matrimonium reſoluit.*
155 *Iudices cautos eſſe opportet, in exquirendo, an is, qui*

is,qui turpem conditionem appoſuit , quam credebat honeſtam,vere id dixerit.

156 *Cõditio impoſſibilis, natura ipſa matrimoniũ non reſoluit.*

157 *Conditio impoſſibilis ex accidẽti matrimoniũ reſoluit.*

158 *Cõditio impoſſibilis de præterito,vel præſenti, quæ nec contingit,nec contingere potuit,non irritat matrimonium.*

159 *Matrimonium contractum ſub conditione natura poſſibili,iure tamen impoſſibili,matrimonium irritat.*

160 *Matrimonium contractum,ſub cõditione, quæ iuri aduerſatur,impoſſibilis dicitur.*

161 *Tex.in l.conditiones §.cũ quis de verbo.oblig. expenditur.*

162 *Matrimonium ſub conditione contractum de iure impoſſibili , dum conditio ius futurum reſpiciat,matrimonium ſuſpendit.*

163 *Matrimonium contrahentes ſub conditione,ſi liceat intra quartum gradum cõtrahere,excõmunicati ſunt,& in pœnas iuris incidũt.*

164 *Conditio poſſibilis matrimonium ſuſpendit.*

165 *Cõditio neceſſaria matrimoniũ non ſuſpendit.*

166 *Conditio neceſſaria iuris neceſſitate,non ſuſpẽdit,quia tacite ſubintelligitur.*

COMPARATIO XXVI.

CONTRACTVS PVRE, IN DIEM, & ſub conditione celebrantur; Matrimonium conditionale qualiter contrahatur: An ſit actus legitimus: & quid iure nouo,S.C.Trid.

1 STipulationũ quædã † puræ ſunt, aliæ in diem,aliæ quidẽ ſub conditione §.omnis inſtit.de verbo. obliga.ibidẽ Areti. Porti. & alij l.obligationum fere ff.de actio.& obligatio.

2 Purus † contractus,vel ſtipulatio dicitur vbi conditio , vel dies deficit, oritur enim illic obligatio vtraq. & actio,& ideo peti ſtatim poteſt l. cum qui calendis §. fina.de verbo. obliga. l. ſi dies ff. quan.dies lega.ce.l.liber homo §.decem de verbo.oblig.l.cedere diẽ de verbo.ſignif.l.in omnibus obligationib' de regu.iur.docuit Barto.in d.l.cum qui calendis §.fina.Bal.Pau.de Caſt. Alexan. Iaſſ. Zazi.Deci.& Cagno.in d.l.in omnibus obligationibus Gomeſi.li.2.reſolutio.cap.11. a nu.1.Mozzi. de contracti. titu. de ſtipula.§. venio ad aliam diuiſionem n.1.cum ſequen. Thobi. in d. §. omnis inſt.de verbo.obliga. Spin. tracta. de teſtam. glo. 14. a nu. 1.cum ſeq.puræ obligationis effectus recẽſere noſtri non eſt inſtituti,eos & Gomez,& Mozzi. ſupra adferunt.

Stipulatio in diem ea dicitur, qua ad diẽ certam præſtatio , vel ſolutio dilata eſt , ex qua orta in continenti obligatio eſt , licet creditori agenti exceptio obſtet.d.§. omnis inſtit.de verb.oblig.l.cedere diem de verb. ſignifica.l.centeſimis l.ſtipulatio iſta §. incertam l.continuus §. cum ita de verb. obliga. declarant Barto.& cæteri in d. l. cedere diẽ Bal. Salice. Angel.in l.vnica C. vt actio. ab hæred.& con.hæred.Mozzi.ſupra nu.6. Gomeſi.num.21.

3 Conditionalis † ſtipulatio ſub conditione celebratur,idque tripliciter contingit poteſtatiua ſcilicet,caſuali,vel mixta conditione,§.ſub conditione inſtit.de verbo.obliga. d.l.cedere diem de verb.ſignifi. l. bouem §. ſub conditione de Ædilitio ædic. l. is cui ff. de action.& obliga.l.ſub conditione ff. de ſolutio.proſequitur Gomes ſupra nu. 28. Et
4 ſi † autem aliæ conditionum ſpecies per interpretes noſtros adferantur , veluti turpes, impoſſibiles , inhoneſtæ , neceſſariæ, ad eas tamẽ tres ſuperius relatas cæteræ omnes adiungi poſſunt,de quibus etiam quatenus ad inſtitutum tamen noſtrum pertinet agemus in ſequentibus.Cæterum vt materiam hanc clare, & dilucido declarem,prius opere pretium fore duxi explicare , an matrimonium ſub cõditione poſſit celebrari; poſt & ſecũdo,an hodie ſicut & olim adueniente conditione,nouo conſenſu opus ſit,vbi coram parocho,& teſtibus quiſquam ſub conditione contraxit.

5 Ad primum † admittũt omnes matrimonium poſſe ſub conditione celebrari,honeſta tamen;ita enim clare deducitur ex tex.in ca. ſuper eo.ca.de illis ex.de cõdi.apposi.Inno. Ioan.Andre.Panor.Anto.de Butr. Prapoſi. ibi & alij Dida.in Epito.ad 4.2.par.ca.3. n. 2.Mozzi.de contracti.tit.de matrimo.§.diuiſio matrimonij nu.10.cũ ſequen. Angleſi. in flori.Theolo.in 4.diſtin.28. Dom.de Soto diſt.29.q.2.arti.1. Angel. in verbo. Matrimonium 3.Syluester in eo.verbo a nu. 1. Azpilcue.in Manua.Confeſſ.ca.22.num. 61. Caudel.Aur.tit.de matrimo.prima par. nu. 53.Spinus tract.de teſt.glo.15.nu.63.

6 Neque † alius præter vnum ſpeculatorẽ contrariũ dixit,qui in rubr.de cõditio.appo. col.2.affirmauit conſenſum de præſenti cõditionalem,in matrimonium ſtatim cõuerti nullo ſpectato conditionis euentu , niſi ipſa conditio ad tertium fuerit relata,ſic intelligens tex.in d.ca.ſuper eo. quem omnes vno ore improbant ; quia vbi verba contractus matrimonij futurum reſpiciunt, ante implementum conditionis,nedum matrimonium, ſed nec ſponſalia erunt,quæ de futuro dicũtur;Rurſus vbi verba ſunt de præſenti adiecta,ta-

ta,ta

Digitized by Google

ta,tamen conditione,eueniente ipſa coniu-
gium eſt legitimum, ante illius implemẽtũ,
nec matrimonium nec ſponſalia ca.1.§.fina.
de ſponſa.in 6.Dida.d.ca.3.nu.1.ad finem.
7 Ex † his Dida.illic infert, matrimonium
nullam admittere conditionẽ,quod ex dia-
metro conditio matrimonio aduerſetur,
quamquam conſenſus ad matrimonium cõdi
tionem recipiat,id clare conſtat *quoniã pen-
dente (inquit ille) conditione ad matrimoniũ,*
8 *conſenſus præſtitus non ſit;* † *Eſt enim matri-
monium actus legitimus,actus autem legitimi,
à lege ipſa ideo inſtituti,vt illico ſuum ſortiã-
tur effectum,non diem recipiunt,aut conditio-
nem.l.actus legitimi de regu. iur.ff. & in 6.
Matrimonium autem inſtitutum eſt ad mutuã
coniunctionem & indiuiduam vitæ conſuetu-
dinem retinendam,vnde ei conditio omnino re
pugnat,cum ea pendente matrimonium effectũ
9 ſortiri non poſſit.* † Simile de emancipatione
adfert à lege inducta, vt quisquam à patria
poteſtate liberetur,pendente vero cõditio-
ne liber filius eſſe non poteſt, propterea cõ-
ditio reſiſtit emancipationis actui: Et hunc
(qui communis eſt) putat verum ſenſum l.
actus legitimi de reg.iur. & ſi fateatur diffi-
cillimam eſſe huiuſmodi nodi diſſolutionẽ.
10 Sane † ipſe nec Didacum percipio,nec quid
ante ipſum cæteri idem voluerint intelligo:
nam cum matrimonium ſit contractus, vt
millies dixi, cæterorum etiam contractuum
naturam ſortitur;Vnde cum cæteri contrac-
tus ſub conditione celebrentur,vt ſupra idẽ
fatetur,cur non matrimonium etiam, certè
non video;id enim clariſſimè duo illa iura
ſupra citata decidunt,nec verbalem Didaci
diſtinctionem adferunt,conditionẽ ſcilicet,
conſenſum ad matrimonium recipere, non
matrimonium:quoniam in cæteris contrac-
tibus idem eſt,qui conditionem in conſenſu
ad eos celebrãdos admittunt,at ea adimple-
ta nullam poſt,quia purificata conditio ſit,&
purus ſubſiſtat ex poſt facto contractus d.l.
cedere diem l. a Titio l.ſi ita.de verb.obli.
toto titu.de condi. & demonſt. & de condi.
inſtit.
11 Rurſus † matrimonium non dicitur actus
legitimus,cum ex receptiori ſententia, non
alij ſint quam expreſsi in d. l. actus, & cre-
12 briorem fatetur idem Dida.ſupra n.4. † Et
de iure digeſtorum,quo tẽpore vis ſanctiſsi-
mi ſacramenti matrimonij incognita erat.
13 Et † veluti contractus quidam inter gentes
celebrabatur, licebat conditiones adijcere,
quæ ſubſtantiæ contractus nõ repugnarent,
14 quæ niſi obſeruarentur † indicto diuortio
(quo illo tempore matrimoniũ omnino ſol-
uebatur l.1.ff.de diuor.) recedere coniuges
poterant:nam & ex leuioribꝰ cauſis, fere ad
arbitrium cuiuslibet mariti,aut vxoris,lice-
bat repudio matrimonium diſoluere l. filiæ
meç ff.ſoluto matrimo.l.ſi filia ff. de diuor.
15 † quamquam de iure Codicis, abſoluta hæc
poteſtas ad certos caſus fuerit reſtricta l.cõ-
ſenſu & authen. ſeq. C.de repud.
16 Rurſus † matrimonium etiam quatenus
ſacramentum conditionem admittit honeſ-
tam,aut aliam quamcunq. quæ ſacræ illius
religioni non aduerſetur;quemadmodum in
ea,quæ matrimonium contrahit ſub condi-
tione,ſi maritus in certo loco habitauerit,
aut his ſimilibus,quo ad accidentalia perti-
17 net,de quibus ſupra cõpara.23. † Non qui-
dem vt ſicut contractus (vt paulo ante dice-
bam) deficiente conditione reſoluatur, ita
matrimonium,quia quatenus ſacramentum
fieri nequit,quod vt Apoſtolus ait,*quos Deus
coniunxit homo non ſeparat:* Sed quia vir, aut
mulier cogi poſſunt conditiones ratas habe-
re,& obſeruare,quemadmodum ſuis in locis
18 multis oſtendam. † Porro opportunam na-
ctus occaſionem placet circa intellectum d.
l. actus legitimi paulisper immorari,quia vt
vere Dida. ſupra relatus dixit, difficilis eſt
illius legis ſenſus,idipſum Riminal.Curt. &
alij credunt,quos refert Cagnol.in d.l.actus
legitimi:ſed & incomparabilis vir eruditio-
nis Alcia.in Parergis li.3.c.4.cum multis ſe-
quentibus,eam explicat legẽ,& ſingula etiã
illius proſequitur verba ſubtiliter.
19 Communis ergo † ſenſus eſt, vt actus ea
lege relati,quales emancipatio, acceptila-
tio,hæreditatis aditio, ſerui optio, tutoris
datio,qui legitimi dicuntur actus,ob id diẽ,
aut conditionem non recipiunt,quia eos lex
induxit,vt illico ſuum producant effectum,
id autem fieri non poſſet,ſi conditio,aut dies
20 adijciatur diſpoſitioni, † Emancipatio a le-
ge inducta fuit,vt filius ſtatim a patria pote-
ſtate liberetur,ſi conditio adijciatur, id fieri
nequit,nam filiatio, vel patria poteſtas; in
ſuſpenſo ſtare nõ poteſt argu.tex.in l. ſi tibi
21 ff. de adoptio. † Alciat.vero.d.ca.4. ſic ſub-
tiliter declarat,Emancipatio actus iuris ciui
lis eſt,per quem is,qui vere filius eſt, pro nõ
22 filio habetur iuris fictione, † at fictio iuris
naturam imitatur inquantũ poteſt, l. adop-
tio cum ſimilibus ff.de adop.Barto. & cæte-
ri in l. ſi is qui pro emptore ff. de vſucapio.
Vnde ſicut naturaliter quis filium ad tẽpus
habere non poteſt, nec ſub conditione: ita
nec emancipare eum,aut adoptare in diem,
aut ſub conditione licet d. l. ſi tibi de adop-
tio.
23 Communis † imprimis declaratio ſuſtine
ri nequit,vt non immerito Cagno.in d.l.ac-
tus legitimi nu. 5. ad mediũ dixerit ſe nullã
adhuc vidiſſe legẽ a qua ſumi poſſit id,quod
de

Digitized by Google

de emancipatione Papinianus refert in d. l.
actus legitimi : licet ipſe poſt alios ſentiat
24 idem cum cõmuni; Primo quia † emancipa-
tio,& ſub conditione fieri poteſt,& reſerua-
ri emancipato iura,quo ad legitimam perti-
net ſucceſſionem l.ſi ab eo C.de legit. hęre-
di. Et oblatus curię filius naturalis,ſolius pa-
tris reſpecta legitimus dicitur, quoad cæte-
ros legitimus l.communium C.de natura.li-
25 ber. Et † licet Alciat.animaduertens, valide
hæc obeſſe contraria reſpondeat , differre
maxime ius ſucceſſionis , ab ipſa filij quali-
tate , nam ſuccedendi ius iure ciuili inductú
fuit naturali æquitate ſuadente , & eſſe filiũ
ius ſanguinis eſt, quod iure nullo ciuili diri-
mi poteſt,quare modus,qui ex diſpoſitione
legis poſsibilis eſt , ſucceſſioni adiectus non
efficit,quo minus quiſquam integre filius ſit;
26 Addit † ille ex Soci.Deci.& Curti.ſententia
adeo veram traditionem,vt reſponderit pa-
trem, qui per reſcriptum, principis ſpurium
filium legitimum fecit adiecta cõditione,ne
ei ſucceſſionis vllum ius aduerſus fraternas
tabulas competeret, vere legitimum videri,
quoniam adiectio illa non perſonam legiti-
mi, ſed ſucceſſionem reſpicit:cum eſſe iuſtũ
cuiquam filium,agnatis vero illius minime,
iuri naturæ non aduerſetur:argu.l.in ſtipula-
27 tionibus §.1. de verb.obliga. Nam † & huic
reſponderi facile poteſt,quod ius ſucceden-
di in paterna hęreditate, nõ eſt iuris ciuilis,
ſed naturalis.l.ſcripto ff.vnde libe. l.nam &
ſi parentibus ff.de inofi.teſtam.licet gradus,
& ordo fuerit à iure ciuili explicite traditus;
vnde cum fictio naturam imitetur in quantũ
poteſt vt idem ſcribit Alciat.cur ita tam va-
rie in filio emancipato,& eo,qui curiæ obla-
28 tus eſt;Neq. † traditio Soci.Curti.& Decij,
obſtat quinimo opitulatur magis,quia & ip-
ſa conſtet , poſſe conditione adiecta legiti-
mari filium,& ſi in ratione defficiant,cómuni
hærentes ſentẽtiæ:ſed mihi alia ratione ve-
ra videtur,quod emácipatio,& actus ille le-
gitimationis conditionem recipiat , rurſus
legitimatio , etſi actus legitimus ſit non nu-
meratur à Papiniano inter expræſſos ab eo
in d.l.actus legitimi , & iuxta receptiorem
de qua ſupra, diſpoſitio illius legis niſi in ac-
tibus in ea numeratis non habet locum.
29 Secundo † conuincitur communis , & Al-
ciati ſenſus,quia emptio , venditio , hæredis
inſtitutio,& his multi ſimiles dicuntur actus
legitimi , qui tamen diem , & conditionem
recipiunt,vt de ſingulis Din.in cap.actus le-
gitimi de reg. iur. in 6. Cagno. in d. l.actus.
30 num.3. Et † quod fieri poteſt pure, idem &
ſub conditione §,emptio.inſtit.de emptio.&
vendi. §. omnis ſtipulatio inſtitu. de verbo.
obliga.omnes in d.l.actus legitimi eo magis
31 quia tex.in d.§.omnis ſtipulatio; loquitur †
in ſtipulatione,quę mere eſt inuenta de iure
ciuili,iuxta receptam ab omnibus in rubr.&
l.1.ff.de verbo. obliga. & in l. iuregentium
& l.legitima ff. de pact. quare alia ratio re-
quirenda eſt,quam Alciat.& communis.
32 Cæterum † mihi alius videtur verus illius
legis ſenſus , vt emancipatio actus videatur
legitimus,qui diem, & conditionem non re-
cipit,non quod ex ſe emancipatio ſicut cęte-
ri contractus legitimi,apta non ſit recipere
diem,& conditionem , ſed quoties lege iu-
bente pater filium emancipare cogitur,quia
non voluntarie id agit,ſed iuris pręcepto cõ-
ditionem nullam adijcere poteſt;id tunc cõ-
tingit quando pater ex cauſa emancipare fi-
lium cogitur,vt in quibuſdam contingit caſi-
bus.glo.Barto.& cæteri in l. nec auus C. de
emanci.libero.Bart.& poſteriores in l. qui-
dam cum filium ff.de verbo.obliga. Et dici-
tur ob id legitimus actus tunc , quia non pa-
tris voluntate ſed legis fiat,ideoq. conditio
à patre adijci non poſsit,non magis,ac ſi il-
le in alterius, qui ſuus non eſſet filius eman-
cipatione conditionem apponere vellet , &
ſecundum hunc intellectum nouum ceſſant
tot,tanta,& tam magna contraria , quorum
hucvſq. nec ratio,vel apta ſolutio patet.
33 Secundum † actum recenſet Papinianus
legitimum,acceptilationem , quę liberatio-
nis ſpecies eſt,l.1.& inibi Barto.ff.de accep-
tila. l. 4. & ſequent.ff. de acceptilationibus
vbi.I.C.nec diem, aut conditionem recipe-
34 re ait acceptilationem, Et † quidem nõ pau-
ci,nec modicę etiam authoritatis viri in l.cũ
quid ff.de reb.credi. ſcriptum relinquerunt,
nullam dari rectam rationem poſſe,cur ac-
ceptilatio ſub conditione fieri non poſsit,
eos refert Cagno.in d.l.actus legitimi n.10.
qui quando aliud non intellexit communi
adſtipulatur ſenſui,poſt Deci.& alios omnes:
35 ſed † & Alciat. cap. 5.Parer. receptiſſimæ
etiam innitens traditioni; ſic declarat, *Ac-
ceptilatio(inquit)actus legitimus ideo dicitur,
qui non conditionem aut diem recipiat , quia
lex imitatur naturam in quantum poteſt , at
36 qui iuris fictione † acceptilatio vicem ſolutio-
nis ſuſtinet l. in diem ff. de acceptila.l. ſi rem
§. ſi duo ff. de nouatio. ſolutio fieri ſub condi-
tione,vel in diem nequit , quia actus ſolutionis
hoc non admittit , qui in facto conſiſtit, cuius
ſubſtantia quæuis verba immutare nõ poſſunt;
37 & acceptilatio factum imitatur.* Hęc † Alcia-
ti & fere omnium declaratio , quæ tamen
commẽtitia eſt,& à veritate ipſa longe alie-
na, nam & ſi vicem ſolutionis ſuſtineat , fie-
38 ri † tamen niſi per ſtipulationem acceptila-
tio poteſt, l.1.ff. de acceptila.mutuam ſcili-
cet interrogationem , & ſubſequentem reſ-
pon-

Digitized by Google

ponſionem mediante ſtipulatione vt ibi, &
prætermiſſa ſtipulatione non diceretur ac-
ceptilatio ſed nuda conuentio §. item per
acceptilationẽ inſtit. quibus mo. tolli.obli-
ga.l.an inutilis §.1.ff.de acceptila. Ronche.
poſt alios plures in l.2.num.97.ad fin. ff. de
duo.reis,in quo nullus diſentit. vnde cũ ſti-
pulatio ſub conditione fieri poſſit ſic & ac-
ceptilatio poteſt.

39 Rurſus † ſolutio etiam ſub conditione fie-
ri poteſt l.ſub conditione ff.de ſolutio.Et li-
cet huic extremę rationi, quia primam Al-
ciatus non animaduertit,reſpondeat, quod
ante euentum conditionis, verbis tantum
non re ſolutio ſit,at acceptilatio eam,quę re
40 fit,& ſtatim liberat, imitatur. hæc † tamen
ſolutio non tali viro digna eſt, cur enim ac-
ceptilatio magis ſolutionem, quæ re, quam
ſub conditione fiat imitetur,nõ rectam red-
dit rationem: Quod ſi generaliter proditũ
eſt, acceptilationem vicem ſolutionis obti-
nere,qui fieri poteſt, vt ad hanc magis quam
alteram accõmodari poſſit, l.1.§.generali-
ter de leg.pręſ.l.de prætio de publi.cum ſi-
milibus.

41 Vnde † nec male quidam opinantur,ſi ac-
ceptilatio pure quoad ſubſtãtiam pertinet,
facta ſit,ſed effectui liberationis addita cõ-
ditio fuerit, quia pactum, valere acceptila-
tionem ſub conditione ſi nauis,ex Aſia ve-
nerit,ſicut valeret ſolutio cuius effectui ſimi-
lis conditio adiecta fuiſſet, & licet Alciat.
ibidem horum reffellat opinionem,ſuſtineri
tamen facile poteſt.

42 Ego † vt meam proferam ſententiam exi-
ſtimo ideo acceptilationem conditionẽ non
admittere, quia à lege inducta fuit ad libe-
randum l.1.ff.de acceptila.d.§.acceptilatio-
43 nem, & voluit eam † verbis de præſenti cõ-
cipi.d.l.1.vnde cum per verba pręſentis tẽ-
poris induci debeat,fieri nõ poteſt vt diem,
aut cõditionẽ recipiat,quod ſi dixeris,fit per
ſtipulationem acceptilatio, ſtipulatio vero
ſub conditione fieri poteſt. Reſponderim
ſtipulationem principaliter ad obligandum
inductam,& ſiue quis pure,aut ſub conditio-
ne obligetur ſufficit acceptilatio ad liberan-
dum, & abſoluendum, abſolutio vero con-
ditionalis effectum liberatorium ſtatim pa-
rere non poteſt. ſi rurſus obieceris, accepti-
lationem vice,& loco ſolutionis eſſe,& cum
ſolutio vt ſupra ſub conditione fieri poſſit,
& acceptilatio itidem.

Reſpondeo facile,ſolutionis inſtar iuris fi-
ctione acceptilationem eſſe vt ſupra, & Al-
ciat d.cap.5.in principio, vere autem mini-
44 me, ideoque † ſolutio inter actus legitimos
non à Iuriſconſulto nominatur in d. l. actus
legitimi;habet enim ſolutio plus facti,quam
iuris;at acceptilatio mere iuris ciuilis inuen-
45 tum eſt.Si † tertio quiſquam triplicet condi-
tionale debitum acceptũ ferri poſſe l. quod
in diem ff.de acceptila.conſequenter accep-
tilationem,ſub cõditione etiam fieri. id ne-
gauerim,nam & acceptilatio in ea ſpecie pu
re fit, cæterum quoniam effectus ratione
prioris conditionalis obligationis differtur,
differri etiam vim illius neceſſe eſt.

46 Tertium † exemplum I. Conſulti. eſt in
aditione hæreditatis,quę ſub conditione fie-
ri nequit,quia actus legitimus,qui non eam,
47 nec diem recipit. Rationem † crebius Bart.
quẽ cæteri ſequuntur,eſſe crediderunt, quod
hæreditatis aditio in mera voluntate conſiſ-
tit,quę firma & conſtans eſſe nequit vbi dies
aut conditio adijcitur l.cum qui §.fina.ff.de
acquir.hęredit.quam ſic ibi Bart. & alij in-
tellexerunt Curti. Iuni.in d. l. cum quid de
reb.cre.ſcripſit hanc Barto. rationem mini-
me concludere, & ſi ille nihil amplius dixe-
48 rit.Cæterum † Cagno.improbat in d.l.actus
legitimi nu. 11. quod matrimonium de quo
nos agimus, in mera & libera contrahentis
voluntate conſiſtit vt millies dixi in hoc tra-
ctatu,cap. gemma cum ſimilibus de ſponſa.
& tamen ſub conditione contrahi poteſt to.
tit.ex.de condi.apposi.dixi ſupra & inferius
etiam agetur.

49 Improbat † & Alciat.ca.6. Parer. quia nõ
ad diem pertinet Bartoli ratio, ſed ad con-
50 ditionem tantum: Rurſus † ait, & votum in
libera voluntate conſiſtit, cum conditionem
51 recipiat. Improbo † & ipſe aliter, quod ea,
quæ in libera magis volũtate conſiſtunt, pu-
52 re ſub conditione, & vt libet fiunt, libera †
enim voluntas nullis circumſcribitur finibus,
quomodolibet agit: multis id oſtendit ar-
gumentis exemplisq. Menochi.tracta.de ar-
bitr.iudic. quæſtio.l.1. quæſt.7.vt oleum me
& operam perdere putem in his exquiren-
53 dis. Alciat. † vero d. cap. 5. noue exiſtimat
legis diſpoſitione hæredem, à die aditæ hæ-
reditatis, defuncti perſonam ſuſtinere,& fin
gi eandem perſonam cum defuncto,at fictio
(vt ipſe non ſemel anterioribus capitibus
repetit) debet naturam imitari in quantum
poteſt, vnde efficitur hæredem nec ad diem,
aut ſub cõditione defuncti perſonam repræ-
ſentare poſſe.

54 Sed † hæc ratio facile cõfutatur,nam po-
teſt teſtator hęredem ſub conditione inſti-
tuere §. heres inſtit. de hęred.inſtituen. l.in
tempus cum ſimilibus ff.eod. §.ſi plures in-
ſtit.illo tit.toto tit.C. de inſti. & ſubſti. ſub
con. fac. & tamen is ſic inſtitutus defuncti
perſonam ſub conditione repræſentat. Nec
obſtat quod ille reſpondet per hæredis qui-
dem inſtitutionem non repræſentari teſta-
toris

toris perſonam,ſed per aditionem hæredi-
tatis,nam tunc ius queritur, quod antea ſola
ſpe ſuſtinebatur:obiecti enim diſſolutio ve-
ra non eſt,ſi adiri hereditas nequit, niſi præ-
uia inſtitutione , & per hæreditatis aditionẽ
defuncti perſona repræſentatur , multo ma-
gis per inſtitutionem authen. multo magis
C.de ſacro.Eccle.
55 Accedat † quod actu magis vero , quam
ficto,res repreſentati dicuntur, at cũ defun-
ctus quemquam heredem facit in omnibus
eum ſui ipſius vice,& loco reponit,ideo vna
perſona cum ipſo cenſetur §.1. in verbo vnã
quodãmodo ibi glo.notat ab omnibus pro-
bata in auth. de iure iuran. a mouen. preſti.
ideo ratio hec,& ſi arguta videatur, vera nõ
56 eſt. † Exiſtimo autẽ ego duplici ratione vo-
luiſſe Papinianũ hereditatis aditionẽ diem,
57 aut conditionem non recipere; † Prima quo
niam hæreditas ſit ius quoddam vniuerſale,
in quo hæres ſuccedit,continet & debita , &
credita,quibus teſtator obnoxius erat;vnde
ſi heredi liceret diem in hæreditatis aditio-
ne,aut conditionem apponere,fruſtari poſ-
ſent creditores iurib' ſuis,id vero lex,& iuſ-
tè quidem vetat,vt nihil mirum ſi diem non
recipiat,nec conditionem.
58 Altera † ratio hæc,cogi in quibuſdam ca-
ſibus heredes hæreditatẽ,aut velint , vel no-
lint adire,hij ſunt ſerui,& quos in poteſtate
noſtra habemus , quemadmodum latè Iuſti-
nianus proſequitur in principio , & tot.titu.
inſtit.de hæred.quali.& differ. ſimiles igitur
perſonę conditionem,aut diem aponere ne-
queunt , quia inuiti lege iubente coguntur.
59 † Extranei etiam hæredes,qui libere hæredi
tatem adire vel repudiare poſſunt , quoties
eos actus fecerint,qui citra ius & nomen he-
redis fieri nequeunt,adire coguntur,& credi
torib' exoluere §.fina.inſtit.de hæred. qual.
& diff. l. pro herede ff. de acquiren.heredi.
glo.in verbo nudæ in d.§.fina.nõ ergo his ca-
ſibus conditio,aut dies apponi poteſt aduer-
ſus iuris præcepta , quæ impleri neceſſario
debent.
60 Quartum † exemplum in ſerui optione,
laborioſus , & difficilis caſus eſt quare ſerui
optio actus ſit legitimus,& diem,vel condi-
61 tionem non recipiat. † Accurtius & fere cæ-
teri cum eo exiſtimãt id ideo eſſe, quod lex
iuſſerit optionis legatum pro puro haberi,&
ſi eſſet conditionale,veluti,ſi ita teſtator di-
xerit: ſi vernam nõ elegeris, ſeruum Tume-
rontem habe l.3.ff.qui & a quib. manumiſ.
Deci.in d.l.actus legitimi,nihil de optionis
62 legato. † Cagno. vero veluti ſtupidus nihil
amplius dicit,quam quod nullibi legit dicẽ-
tem legem appoſitionem diei vel cõditionis
in optione,irritare in d.l.act' legitimi n.14.

63 Cæterũ † hec Accurtij opinatio merito ab
Alciato improbatur cap.7.quod ea ratio le-
gatum reſpiciat,non autem legati executio-
nem,de qua diſceptatur:nam & legatum op
tionis,ſub aliqua cõditione,ſi nauis ex Aſſia
64 venerit,valet l.penul.ff.de optio.lega.† Alij
putant,& quidem vt mea fert opinio ſubti-
liter,teſtatorem in hac ſpecie,non legatario
conceſſiſſe ſuo legato,vt in diem,aut ſub cõ-
ditione eligere poſſit , nam cum optionem
legat,de pura optione non conditionali vel
in diem intelligendum eſt,ſicut & cum quis
donat in dubio pure donare intelligendum
65 eſt l.1. ff. de donatio. † Improbat Alciatus;
quia inquit,id ex ea ſequeretur aduerſus Pa-
piniani reſponſum;quod optionis legatum
conditionale valeret,cum tex. hic generali-
ter dixerit,optionem actum legitimum, qui
diem nec conditionem recipit,vnde is alios
adduxit credẽtes verba legis actus legitimi,
corrupta fore , vt pretermiſſo ſerui nomine,
nõ optio ſed adoptio legant;quæ proculdu-
bio nec diem,aut conditionem admittit l. ſi
tibi ff.de adoptio.Cæterum hæc interpreta-
66 tio,& ſi vera ſit, † litteram tamen , quę non
facile mutanda eſt , vt non ſemel in Explo-
ratorij libris animaduerto , corrumpit , vt
me prior dicto capite Alciat. animaduer-
tit,quamquam is in Parergis,paradoxis,diſ-
putationibus ſui immemor male obſeruet.
67 Barto. † igitur opinatur in l. eum qui §.
fina.ff.de acquir.hæred.optionem in libera,
certaq. voluntate eligentis conſiſtere,ideoq.
nec die aut conditione aliqua ſuſpẽdi poſſe;
quemadmodum vt ille opinatur ſimile, in ſa
cerdotijs,& beneficijs ca.in electionibus de
68 electio.in 6.Confutat † Alciat.quoniã opta-
re quis poteſt ſub conditione ſi voluntatem
non mutauerim , non mutata voluntate le-
gatarius legatum conſequitur, at ſi eam mu-
tauerit,id ei fieri permittitur l. ſi tibi ff. de
optio.legata.Addit ille , & ſi daremus dictã
conditionem reſolutionẽ magis actus proſ-
picere l.2.ff.de in diem adiectio. negari ta-
men nequit , quin voluntas ſub incerto ſit.
69 † Tandem Alciatus ſuam profert ſententiã,
præmittit , quædam eſſe verba,quæ a facto,
& executione illius actus nomen accipiunt,
vt optio (inquit) electio , hæc enim nomi-
na exequutionis ſunt; ita fit niſi aliud impe-
diat,quod executio illico ex optione conſe-
quitur,& legari ius conſumitur l.apud ff. de
optio.lega.& lex confeſtim de eo qui opta-
tus eſt,perinde interpretatur, ac ſi nomina-
tim atellari expreſſus fuiſſet;vnde fit vt ver-
ba huiuſmodi , optio ſcilicet, aut electio , ſi
diem habent aut conditionem nomen ſuum
amittunt,quia videatur diei vel conditionis
adiectionem , proteſtationem quandam in-
ducere

Digitized by Google

ducere actui contrariam,vt merito actus vitietur l. per ſeruum §. penul.ff. ſi vſus.peta.
hæc Alciatus qui inibi quædam alia ſimilia
70 adiungit. Deterior † eſt cæteris hæc opinatio,nam omnes viderim cõtractus ab exe
71 cutione † vt plurimum nomen accepiſſe, id
eſt fine. ſic permutatio ab ea pactione, qua
permutare inuicem,aliqui paciſcuntur,nomẽ
ſumit;locatio,venditio,& his ſimilia,& in cę
teris quoq.actibus, qui non contractus ſint,
idẽ eſſe conſtat,in aditione hæreditatis, quæ
executionis actum præfert, & huic mille altera
adiungi ſimilia poſſunt, conſtat tamen
poſſe hæredem ad diem, & ſub conditione
inſtitui, vt ſupra fieri etiam ſub conditione
permutationem, locationem & omnes con-
72 tractus; item † in ſeruitutibus locum habet,
quod antea dicebam⁹,quales,via,actus,iter,
aquæductus; nomina enim ſunt executionis;
& tamen ſub conditione cõcedi & dari poſ-
ſunt l.ſeruitutes vbi gloſ. & cæteri omnes ff.
de ſeruituti.
73 Neq.ſimile † de electione quidquam iuuat
Bart.in ſuperiore traditione; nec Alciatum
modo; quod electionis materia ſpiritualis
ſit,ob idq.non diem,aut conditionem
recipiat,quod de animarum cura agatur. ca:
vbi periculũ eo tit. ſed & innumera ſunt,quę
74 Alciati ſubuertere opinionẽ poſſunt: Ego †
igitur vt meam dixerim ſententiam reor.ve-
ram fore eorum opinionem quam paulo an-
te recenſui exiſtimantium, ideo cõditionem
reijci, quod nõ cenſeatur teſtatorem ſuo legato,
legatario facultatem conceſſiſſe dum,
vel conditionem adijciendi, qui cum optionem
legauerit de pura intellexiſſe credendũ
eſt d.l.1.id ipſum mihi verum videtur, nam
75 † & legatum donatio eſt in teſtamento relicta
& ab hærede pręſtãda:& inhoneſtum lex
fore credidit,rei donatę mera donantis gra-
tia l.donari ff. de donatio. donatarium diẽ,
vel conditionem adijcere poſſe: qui ſi nolit,
poſſit legatum,& donationem repudiare,cũ
nolenti liberalitas acquiri non poſsit l. hoc
iure §. non poteſt ff. de donatio. l. inuito.ff.
de reg.iur. ſi dixeris legatum ſub conditione
fieri,id non diffiteor, cæterum hic non de le-
gantę teſtatore ſub conditione optionẽ,ſed
76 de legatario agitur, † in quo Alciatus fallitur
exiſtimans nec legari quidem ſub condi-
tione optionem poſſe, quod verum non eſt,
nam legata ad diem, & ſub cõditione relinquuntur,
qualitercunq.teſtator legauerit,no-
tiſsimis iuribus & titulis pandectarum.
77 Extrem⁹ † qui recẽſetur actus legitim⁹ eſt,
tutoris datio. maxima ſanè difficultas hęc,
vtrinq; enim iura pugnant,nec certi vix opi-
nari poteſt.concinit huic exemplo & tex. in
l.muto §.ſub conditione ff. de tutel. Decla-
78 rant † regulam omnes in expreſſa conditione
ſecus in tacita,in quibus caſibus iudex ne-
quit pure,& ſimpliciter prouidere §.ſed & ſi
teſtamento & §.ſequen.vbi glo.in verbo cõ-
79 ditio,inſtit. de attilia. tuto. Secundo † de-
clarant, quoties tutor à iudice datur, nam
per teſtatorem ad diem, & ſub conditione
dari poteſt §.furioſus & §.ad certum tempus
inſtit. qui teſta. tuto. dari poſſ.& de ratione
diuerſitatis in vtraque declaratione tradit
Cagno.in d. l. actus legitimi num. 15. & ſe-
quent.
80 Vt † autem ad legis rationem perueniã,
Din.Barto.Albe. & numero plures eam eſſe
crediderunt, quod pupillorum ſit fauore in-
ductum,quorum maxime intereſt confeſtim
tutores accipere, ne interim die,aut condi-
tione pendentibus facultatibus labantur.
81 Rationem † hanc Alciat.lib.Parer.4.ca.8.
improbat, quia ratio iudicem reſpicit, non
actus infirmationem, & lex non pupillorum
fauore id factum ſignificat,ſed quia actus ſit
82 legitimus. Bald. † aliter exiſtimat in d. l.
muto §.1. *Decreta enim (ait ille) iudicum conditionem
non admittunt, quando ea ſunt quæ
executionem ſecum trahere debent:* Ratio hęc;
& recte quidem non admodum diſplicet Alciat.
ſupra niſi quod (vt ille etiam) nullam
reddit rationem,cur diem tutoris datio non
admittat, cuiq. executio hoc caſu decretum
comitetur.
83 Idem † Alciat. ſuam quoque profert ſententiam,
tutoris quidem dationem ideo cõ-
ditione,nec diem recipere, quia tutela actus
ſit a lege duodecim tabularum inductus,per
quem vim,& poteſtatem in caput pupilli lex
tutori conceſsit, hæc autem vis, & poteſtas,
confeſtim à lege transfertur,nec in pendenti
eſſe arbitratu hominis poteſt: quapropter
(addit) diuerſum eſt,cum non lex, ſed teſta-
84 tor ipſe transfert d. §. ad certum. actus †
enim hominum ex eorum voluntate affectũ
habent, at legis actus in pendenti eſſe ne-
quit, iubet enim lex eos certos eſſe, nec in
conditionis euentum ſuſpendi.
85 Ratio † multis improbari poteſt. In pri-
mis id quærimus, cur lex actum voluerit eſſe
legitimum, qui conditionem non recipiat
86 tutoris datio. Sed † quod ille dixit, poſſe
teſtatorem,non legem turpius affirmatur, cũ
poſsit lex,quæ teſtator ipſe l.fina. in prin.C.
de rebus alien.non alienan.quinimo hic ad-
uerſus legum placita ordinare non poteſt l.
87 nemo poteſt de leg.3.cũ ſimilib⁹. Adhæc † in
modũ regulę generalis Iuſtinianus docuit in
d.§.ad certum, *tutorem ad diẽ & ſub cõditione
dari poſſe;* quib⁹ verbis excluſum fuiſſe iu-
dicẽ quilibet dixerit:qua ratione & Bartoli,
Bal.& Alcia.opiniones reffelli poſſunt.

88 Vt igitur ✝ concludam exiſtimauerim nec
iudici, aut teſtatori interdictum legibus fuiſ-
ſe ad diem, & ſub conditione tutorem dare
d. §. ad certum, cum ſupra allegatis: quod igi-
tur in d. l. actus legitimi dicitur, conditionẽ
89 aut, diem tutoris dationem non recipere, ✝
ſic Iuſtinianus idem explicat in d. §. ad certũ
in fine; quotiens certę rei aut cauſæ tutor da-
tur: id enim & teſtatori, & iudici prohibitum
eſt. quia indiuiduus, & legitimus actus quem-
admodum diuiſionem non recepit Barto. &
ceteri omnes in l. 4. §. Cato. de verb. obliga.
ſic nec diem, aut cõditionem: rationem red-
dit, *quia perſona (inquit) non cauſæ, aut rei tu-*
tor datur: & quemadmodum perſona certa eſt,
ſic certo dari tutorem lex voluit, ne prætextu
incertitudinis tutoris, qui ad tuendũ datur, cũ
qui propter ætatem ſe deffendere nequit, pupil-
lus, illiusque ſimul bona deperirent; atq. ideo
contrarium in curatoris datione glo. credidit
90 *in d. §. ad certum.* Sanè ✝ vbi conditio certæ
rei, vel cauſę adijcitur non tenet. d. ratio, ſi
vero vniuerſam reſpiciat hæreditatẽ, vtiq.,
atq. in hunc ſenſum accipi poſſe §. illius ex-
tremam partem puto: eodem retento them-
mate, quo in priori: vnde actus tutoris datio
recte legitimus dicitur, qui non diẽ, aut con-
ditionem recipit, quotiens certę rei, vel cau-
ſæ datur non cum vniuerſę hæreditati.

Opere prętium autem eſt vt ad inſtitutum
accedã, & conditiones ſimul recẽſeam, quas
matrimonij contractus admittit. Ego vero
vt clare, & familiariter rem hanc pertractẽ,
quatuor inſpectiones conſiderandas eſſe pu-
tauerim: Prima, quid in conditione licita, &
honeſta. Secunda quid in inhoneſta & turpi.
Tertia quid iuris in impoſsibili, & poſſibili.
Quarta quid in indifferenti. nam certe quas
ſummiſtæ conſiderant, ad has quatuor ſpe-
cies reduci poſſunt.

91 Primę ✝ inſpectionis ſequentes caſus con-
ſidero. primus eſt quoties conditio appoſita,
eſt facilis, & contingens, veluti ſi mihi centũ
dederis in dotem, aut ſi pater meus voluerit;
hę ſanè conditiones matrimonio adiectæ, il-
lud ſuſpendunt, vt nihil actum cenſeatur, dũ
conditio pendet: ſic ſcripſit Roma. Pontifex
in c. ſuper eo de conditi. appoſit. vbi idẽ Pa-
nor. Anto. Imol. & cæteri omnes docent Di-
da. Couar. & ſi is obiter in Epito. ad. 4. 2. p.
c. 3. nu. 2. in fine Syluest. in Sum. verb. matri-
moniũ 3. nu. 1. ad finem. Mozzi. de contract.
tit. de matrimo. §. diuiſio matrimonij nu. 10.
verſ. Quędam vero, Azpil. in Manua. Confeſ.
cap. 22. nu. 62. Neq. aliquis ab hac ſententia
diſcedit, quæ tam certa eſt, vt à nullo inficia-
ri poſſit.

92 Extende ✝ hunc caſum adeo verum eſſe,
vt ſi interim hac conditione pendente, qui
ſub dicta conditione contraxit, cum alia cõ-
trahat, valeat matrimonium ſecundo cõtra-
ctum, & ſi poſt conditio ſequatur, dum ma-
trimoniũ hoc fuerit pure contractum, cenſe-
tur enim a priori nondum perfecto con-
tractu receſſum ca. de illis ca. ſuper eo. ca. per
tuas de conditio. apposi. vbiq. Panor. Azpil.
d. cap. 22. num. 64.

93 Extende ✝ ſecundo, & ſi matrimonium ſe-
cundo contractũ fuerit etiam ſub ſimili con-
ditione celebratum, dum tamẽ conditio ſe-
cundi prius quam prima euenerit, alioquin
ſecus: præualeret enim tunc prius matrimo-
nium cuius cõditio fuit purificata, antequam
ſecundi conditio adimpleretur ita Syluest.
d. verbo matrimonium 3. num. 6. & Mozzi.
d. §. num. 10. Guier. in allega. 4. nu. 14.

94 Limita ✝ extentionem, quoties dubium
foret quę vtriuſq. matrimonij cõditio prius
fuit purificata, veluti cum quis cum aliqua
contrahit ſub licita conditione, ſi ſcilicet ſi-
bi in dotem centum daret, & poſt cum ſimi-
li conditione cum alia, & ambę mulieres eo-
dem tempore centum illi in dotem offerũt,
nam hoc caſu & ſi noſtri in diuerſas eant opi
niones, verior tamen eſt neutrum valere ma-
trimonium propter incertitudinem argu. l.
duo ſunt Titij ff. de teſtamen. tutel. l. ſi ita
fuerit ff. de reb. dubi. eſt enim apud noſtros
receptum incertitudinem matrimonium vi-
tiare, quemadmodum & alios cõtractus Ar-
chidi. Panor. Anto. & cęteri in ca. ex litteris
in 2. ex. de ſponſa.

95 Atque ✝ vera huius traditionis ratio eſt,
quod contractus conditionales ab implemẽ-
to conditionis robur accipiunt, & ſubſtantiã
l. cedere diem de verbo. ſignifica. cum vul-
gatis atq. ideo cum duobus ſimul matrimo-
nium contraxiſſe cenſetur, ideo neutrum va-
let vt recte opinatur poſt alios à ſe relatos
Syluest. ſupra num. 6.

96 Limita ✝ ſecundo extentionẽ, & ſuperio-
rem etiã caſum, quoties, qui ſub conditione
contraxit conſenſum ante cõditionis euen-
tum reuocaret, & ſi enim teneatur conditio-
nis euentum ſpectare, l. potior l. qui Balneũ
ff. qui potio. in pig. habean. Panor. Præpoſi.
& cęteri in d. c. ſuper eo de conditio. appoſi.
ſi tamen ante euentum conſenſum reuoca-
ret, & ſi minus licite, conditionis implemen-
tum coniugium non efficeret gloſ. in d. cap.
ſuper eo Panormita. Antoni. Imol. Præpo-
ſi. Dida. in d. cap. 3. num. 6. Azpilcuet. ſupra
num. 64. addit Dida. illic non referre, an re-
uocatio conſenſus fiat ſciente vel ignorãte.
altero, iuxta tex. in cap. fina. de procur. lib. 6.
97 Vera ✝ huius traditionis ratio eſt, nam etſi
in cæteris contractibus ſub conditione ce-
lebratis, tenetur contrahens cõditionis euẽ-
tum

tum expectare nec retrocedere poteſt ab eo
inuito altero l.potior. l.qui Balneum ff. qui
potio.in pigno. habean. l. quod ſi pendente
ff.de peri. & commo. rei vendi. adeo vt ad
hæredes ſpem ipſam tranſmittamus §. ex
conditionali de verbo.obliga. inſtitu.in ma-
trimonij contractu, propter tanti Sacramē-
ti liberam voluntatem ſecus:ideo poteſt cō-
ſenſus ante conditionis euentum irritari,
quemadmodum & paucis verbis ſcribit Syl-
ueſt.d.verbo matrimonium.3. nu.6.ad me-
dium,& ſuo loco dicemus.
98 Tertio † limita vt procedat quoties vit
centum,vel aliam quātitatem ſtipulatur ra-
tione dotis,vel alterius iuſtæ cauſæ; ſecus ſi
principaliter vt lucrum ex eo matrimonio
conſequeretur l.ſi ita ſtipulatus §.ſi tibi nup-
ſero ff. de verbo.obliga. quo tex. probatur
ſtipulationem, ex cauſa lucratiua inter futu-
ros coniuges in tempus matrimonij collatā,
non valere,cuius legis rationem interpretes
99 duplicem reddūt,prima † quia nequeunt fu-
turi coniuges,ſe ſe ad matrimonium inuitare.
lucri cauſa, quæ propter libidinem potius,
quam coniugalem caſtitatem promiſſa præ-
ſumitur, conſequenter aduerſus bonos mo-
res l. ſtipulatio hoc modo concepta de ver-
100 bo.obliga.Altera † ratio, quod ſic quodam
modo matrimonia venalia redderentur in
maximum matrimonij dedecus l. 1. & 2. ff.
de donatio.int.vir.& vxor.
101 Cæterum † his valide pugnat de iure cano-
nico tex.in cap.de illis ex.de condi. appoſi.
quo tex.decidit Roma.Ponti. iuratam pro-
miſſionem mulieri factam de accipiēdo eam
in vxorem,ſub conditione, ſi centum daret,
valere: & conſequenter ſuſpendere matri-
monium,nam ſi illicita fuiſſet non id opera-
retur, ſed veluti inualida reiecta fuiſſet cap.
fin.ex.de condi.appoſi. Panot.illic dixit cō-
trarium difficile:cæterum is, quem alij om-
102 nes ſequuntur ſcribit tex.in d.† §.ſi tibi nup-
ſero intelligendum,quoties promiſſio quan-
titatis lucri gratia principaliter fit, ſecus cū
promittitur ex iuſta cauſa pro oneribus ma-
trimonij ſuſtinendis l. por oneribus. C. de
iur. doti. aut alia ratione vt diſparitas con-
trahentium ea promiſſione ad æqualitatem
reducatur, veluti cum nobilis ignobili, aut
conuerſo ordine nubit.ſequitur Barto.in d.
§.Angel.Roma. Alexand. Aretin. Iaſſon. &
cæteri.
103 Secunda † inſpectio ad conditiones inho-
neſtas, & turpes pertinet, in hac ſequentes
ſubijcio caſus. Primus,conditio turpis,& in-
honeſta aduerſus matrimonij ſubſtantiā ap-
poſita;matrimonij contractum irritat omni-
no.Exemplum perhibent omnes vbi aduer-
ſus tria matrimonij bona, aut vnum ex his,
104 conditio apponeretur; † veluti ſi quiſquā di-
ceret tecum contraho donec aliā inueniam
ditiorē, aut meliorē; repugnat enim indiui-
duo vitę coniugalis vinculo,& illius humanę
ſocietati, quæ ex tribus vnū matrimonij bo-
num eſt: Aliud exemplum,vbi quis cōtrahe-
ret ſub conditione,ſi prolē vitaret vxor; eſt
enim prolis ſuſceptio ſecūdum matrimonij
105 bonū. Tertium † exemplum,vbi quis con-
traheret ſub conditione, ſi ſe adulterandam
præberet, eſt enim conditio contra bonū fi-
dei: tria hæc bona paſsim noſtri recēſent ex
tex.in c.omne 27.q.2.& dixi millies,itaq.cō
ditiones hæ omnes vitiant matrimoniū quē-
admodum docet tex. inſignis in quo Panor.
Anto.& cæteri in c.fi.ex.de cōdi.appoſi.poſt
glo.ibi.Dida.d.§.1.n.1. Syluef.dicto verbo
matrimoniū.3.n.1.Mozzi.d.c.nu.10. Azpil.
d.c.22.n.61.62. Sanch.trac.de matri.lib.5.
diſpu.10. à n.1.& ſequen.id ipſum apud Gra
tianū c.inter cætera,22.q.4.aliquando,c.ſo-
106 let quæri 32.q.2.rationē † tex.in d.c.fin.poſt
antiquiores eam prodidit Did.d.§.n.1.quia
conditio contra ſubſtantiā matrimonij illis
caſibus deficit,ideo cōtractus vitiatur d.c.fi.
nam nequit ſine ſubſtantia actus permanere
l.cum hi §.prætor ait ff.de tranſactio. l. cum
pręcario ff.de præca.c.tua nos de ſpōſa.Bar.
in l.vbi ita donatur ff.de donatio.cau.mor.
107 Cęterum † hæc omnium ratio nunquā pla-
cere potuit,nam idē Roma.Ponti.in d.c.fin.
2.par.docet alias cōditiones præter exprę-
ſas ſupra,& quas idē textus recēſet,& ſi tur-
pes,inhoneſtas,aut impoſsibiles, matrimo-
niū non vitiare, ſed validū remanere,perin-
de,ac ſi appoſitę non fuiſſent;& addit ratio-
nem fauore ſcilicet matrimonij,nā matrimo
nij fauor magis intēdus eſt, quoties matri-
monij ſubſtātia corruit, quā vbi ea tantū lę-
ditur argu.in auth.multo magis C. de ſacro.
Eccleſi.& cū maius periculū vbi matrimonij
bona peruertuntur cautius cauendū erat ca.
vbi periculū de electio.difficultatē hanc nul-
108 lus præſenſit. Rurſus † vbi ſubiecta ſunt no-
biliora eò magis turpia,quę de illis prędicā-
tur.Clemen.cum illuſio de renuntia. ca.cum
decorē ex.de vi.& honeſta.clerico.cap.1.de
109 refor.ceſsi.22.in verbis † leuia etiā delicta,
quæ in ipſis maxima eſſent: Conci. Triden.
c.8.ceſsi.24.de refor.vnde turpiores cēſen-
tur conditiones, quæ circa matrimonij bona
110 apponūtur,quā ſi in illis;atqui † fauore ma-
trimonij minꝰ turpes reijciūtur, vt dicit tex.
in extrema parte,maiori rōe eodē fauore tur
piores reijci debēt, vt vbi abūdat iniquitas,
abūdet & charitas, cum tū cōtrariū ille tex.
111 decidat.Alcia. † igitur ratio exquirenda eſt,
quę mihi hęc aptiſſima videtur:vbi aduerſus
tria, vel ex his vnum matrimonij bonū con-

Digitized by Google

ditio appoſitur idcirco fauore matrimonij
actus non ſuſtinetur,quia credit ius,eum, qui
talia,& tanti ſacramẽti bona impugnat, ve-
re contrahere matrimonium non cenſeri , &
ideo ex deffectu cõſenſus noluit Roma. Põ-
112 tifex matrimoniũ ſuſtinere, † qui enim actũ
impugnat non videtur in eum conſentire,vt
ex eo commodum poſſit reportare cap. ex
eo de regu.iur. in 6. verba matrimonij am-
plectitur,& aduerſus illius nititur voluntatẽ
l.non dubium C.de legi.& cum etiam is cõ-
tradicat matrimonij bonis,& ſubſtantiæ,cõ-
ſentire in eo non cenſetur l.2.§.voluntatem
cum ſimilibus ff. ſoluto matrimo. Cæterum
conſenſus deffectum Romanos Pontifex in
matrimonio ſupplere non poteſt vt dixi ſu-
pra comparatio. 3. in prin. hæc ratio ceſſat
vbi conditiones , & ſi turpes,alia quam ma-
trimonij bona pertingunt,tunc illius fauore
reijciuntur, quia non conſenſus deficit d.ca.
fina.de hac ratione infra latius.
113 Exteode † egregie caſum hunc etiam ad
conditiones honeſtas,& licitas , quæ tamen
bonis matrimonij aduerſentur,veluti ſi quiſ-
piam aliquã ducat ſub cõditione ſi in eo ma-
trimonio ſecũ in perpetua viuat caſtitate, &
continentia, vel ſi paciſcatur,illico cõtracto
matrimonio,ſe velle eam religionẽ profite-
ri, eo eandem profitente;deducitur enim in
pactum cõtinentia, & caſtitas quæ ſocietati,
tum etiam proli duobus matrimonij bonis
contrariantur;in carnalem enim copulã ſal-
tim tacite , coniuges ipſo matrimonio con-
ſentiũt,quemadmodum declarat D. Thom.
in 4.diſtinc.28.quæſt.fin.in fine Adria. quæſ.
6.de matrimo.& Syluest.verbo matrimoniũ
4.quęſt.6. Panor.in ca.cõmiſſum ex.de ſpõ-
ſa.ſequitur qui eos refert Dida. d.§.1.nu.3.
Azpil.conſ.18.nu.2.3.tit.de ſponſa. & dicit
communem Viual.in Cande.Aur.1.par.tit.
de matrimo.quæſt.5.num.56.
114 Contratiam † autem ſentẽtiam deffendit
Palud.in 4.diſtinc.30.quæſt.2.qui matrimo-
nium ſcribit non vitiari adiectis conditioni-
bus ſupra-ſcriptis,cum licitæ ſint,licet cõtrã
bonum prolis, aut ſocietatis indiuiduæ arg.
tex.in d.c.fina. a contrario ſenſu, de illicitis
enim conditionibus loquitur:ſequitur:Imo.
in l.vbi ita donatur ff.de dona.cau.mor.Bar-
ba.in c.fin.ex.de præcar . Ea etiã mouentur
ratione, quod inter Beatiſsimã Mariã Vir-
ginem, & Ioſeph verũ fuit matrimoniũ cap.
coniunx 27.quæſ.2.& dixi ſæpius: cũ tamen
Beatiſſima Virgo perpetuã vouerit cõtinẽ-
115 tiã:Cęterum † huic rationi Dida. reſpondit
ſupra contracto matrimonio vere continẽtiã
poſſe voueri, & caſtitatẽ ab ipſis coniugibus
cap.quod Deo Patri.33.q.5.glo.Panorm. &
cæteri in c.tua.nos de iur.iur.& tamen conti-
nentia à principio in pactũ deduci non po-
116 teſt in cõtractu matrimonij.Addit † ille Bea
tiſſimã Virginem in coniugio cum Ioſeph in
pactum caſtitatem non deduxiſſe , quamuis
certa eſſet diuinitus , Ioſeph cum ea eodem
caſtitatis propoſito fuiſſe: cõtraxit immacu-
lata virgo ſimpliceter, & ſi antea virginitatẽ
deuouiſſet,& in coniugalem conſenſit coha-
bitationem & implicite in omnia , quæ ad
matrimonium ſpectant:neq. ex hoc ſequitur
explicite in carnalem copulam conſenſiſſe;
repugnaret enim virginitati, implicite, non
in actum copulæ,ſed in potentiã,qui conſen-
ſus virginitati contrarius non eſt ſecundum
D.Thom.in 4.diſtinc.30.quæſt.2.artic.1.ex
tex.in d.cap.beata 27.quæſt.2.
117 Inuertit † rurſus altero argumento Dida.
Pau.ſententiam,qui inquit, contracto ſemel
matrimonio multa incidũt, quę non illud vi-
tiant,cum tamen eadem ab initio irritum il-
lud efficerent: votum ſolemne vtriuſq. con-
iugis poſt celebratum matrimoniũ recte fit,
quod ab initio ipſum irritaret ca.1. c.rurſus
ex.qui cleri.vel vouent.
118 Tertio idem † Dida.mouetur authoritate
gloſæ in cap.de infidelibus ex.de conſangui.
aſſerentis, inter paganos matrimonium cõ-
tractum ſub cõditione,vt liceat cuilibet vbi,
& quando volet repudium mittere , nullum
eſſe,quoniã ea conditio ſubſtantialibus ma-
trimonij aduerſetur: quam gloſam ſequutus
fuit D.Thom.in 4.diſtinc.39.quęſ.1.arti.3.
ad quintum & Didac. ſupra aduerſus Panor.
119 Prepoſi.& alios,qui eam repręhendunt. Et †
ſi vero, D. Thom. Dida. & aliorum vera ſit
opinio,veram autem illius rationem,& fun-
damenta nullus hucvſq. pertingit. igitur cõ-
ditio quamuis honeſta ſit,quæ ſubſtãtię ma-
trimonij contrariatur , nullum efficit matri-
monium,quia credit ius eum,qui talẽ adijcit
conditionem , vere in matrimonio non con-
ſentire;quam rationem reddidi præter alios
omnes ſupra quæ multis probari argumen-
120 tis poteſt.In primis, † qui ſic cõtrahit matri
monium,ſibi ipſi aduerſari videtur , & cõſe-
quenter deficit ad illud contrahendum deli-
beratus conſenſus l.ſi titius ff. de condit.inſ-
titu. l.ſcripturę C. de fide inſtrum.l.vbi re-
pugnantia de reg. iur. Et perinde eſt ac ſi ſic
contrahens diceret volo & nolo ; qui veluti
cõtraria dicens audiri nequit l.1. C.de furt.
121 Accedat † præterea in eiuſdem opinionis
tuitionem, altera ratio , quod etſi poſt con-
tractum matrimonium poſſint coniuges ca-
ſtitatem vouere , à principio tamen in pa-
ctum deducere non poſſunt , nam expræſſa
hæc conditio nocet bonis matrimonij quæ
tacita minime ; ſic enim regula iuris docet
expræſſa nocent,nõ expræſſa non nocent. l.ex-
præſſa

præſſa de reg.iur.l.non nunquam l.ſi in diem §.fina.ff.de conditio.& demonſtratio.l.actus legitimi.ff.de reg. iur. l. ſempronium ff. de
122 hæredi.inſtitu.Et † vt recte Deci.declarat in d.l.expræſſa maxime regula procedit,quando agitur de actus aulatione, tunc enim taciti, & expreſſi maxima eſt differentia;
123 nam † & iuramẽtum calumniæ tacite remitti poteſt, exprȩſſe non poteſt l. 2. §. ſed quia C.de iuram. calumniæ cap.1. eod.titu. lib. 6.

124 Tertio, † quamuis qui certam mutuatur pecuniam ratione mutui dati, nequeat citra labem vſurariam paciſci de danda ſibi aliqua quantitate, quia pecunia non parit pecuniam, iuxta illud Chriſti Lucæ 6. *mutuum dantes,nihil inde ſperantes*: & Pſalm.15. *qui pecuniam non dedit ad vſuram*: Pſalmo 55. *non defecit ex plateis eius vſura & dolus*; & & paſſim in diuino eloquio titu.to. de vſur. apud canonicas ſanctiones; tamen ſi quiſquam pecuniam mutuatur, & ſi mente concipiat ſibi ob mutuum datum, accipientem poſt pecuniam, aliudve donum daturum, dum ob illud principaliter mutuum non dedetit, licet poſt, vel donum, aut pecuniam accipere, citra vſuram aliquam,quemadmodum poſt Angel.canoniſtas,& theologos late, vete, & docte rẽſoluit Azpilcuet.in Manua.Confeſſ.cap.17.num.209.

125 Quarto † quod huic ſimile eſt, licet date, vel accipere pro beneficio Eccleſiaſtico, vel rebus ſpiritualibus ſimonia ſit glo.in ſum.1. quęſt.1.toto titu. de ſimoni.adeo quod permutatio beneficiorum ſimoniaca ſit, ſi abſq. ſuperioris authotitate contractus permutationis celebretur c.quęſitum c.penul.de terũ permuta.licet tamẽ ſecũdatio nulla expræſſa pactione,accipere in grariam,vel dati,vel accepti beneficij Eccleſiaſtici aliquid in remunerationem, dum à principio principalis intentio defuerit dandi, vel accipiendi, pro dicto beneficio glo.in ca.cum eſſet de ſimo. & in c.cum ad noſtram de electione,quas late ornat, & deffendit idem Azpil.in Manua. Confeſſ.ca.23.nu.100.101. cum ſequen.his igitur & ſimilibus exprȩſſio noceret, & tacite fieri poteſt quod alioquin in pactum deductum illud omnino irritaret.

126 Neq. † obſtat tex. a contrario ſenſu in d. c.fina.de condi.oppoſitis pro Paluda.ſentẽtia adductus; nã argumẽto à contrario ſenſu locus non eſt, vbi abſurdum aliquod, aut turpe reſultaret l.2.C.de condi. incett.l. conuenticulam vbi Bal.Sali. Ange. & alij C. de Epiſco.& cleri.cæteri in l.1.§.huius rei ff.de offi.eius.

127 Tertio † extende regulam,vt nedum conditio exprȩſſa aduerſus ſubſtantiam matrimonij,ſed & modus illud omnino irritet, & annullet;ſic cẽſit Palud.in 4.diſtinc.29.quæſ. 2. art.3. Syluest. in verbo matrimonium. 3. nu.12. Deci.in anthen.ingreſſi.nu.23.C.de ſacro.ſanct.Eccleſ.Dida.d.§.1.num.8.Mozzi.d.§.num.14. Azpil.d. cap.22.num.62. in fine,modus enim adiectus contractui matrimonij in ipſo includitur nec ſeparatum contractum efficit,& eo ſicut de cõditione idem iudicandum,& ſi vbi talis modus poſt perfectum matrimonium adijceretur, etiam ſi in continenti,matrimonium tamen valeret, & modus reijceretur, vt Dida. ibid. recte poſt alios declarat.

128 Quarto † extenditur regula vt procedat ſiue conditio turpis aduerſus bona matrimonij actum ipſum ſuſpendat,ſiue reſoluat, veluti cum quis cum aliqua contrahit ſub cõditione, quod ſi fornicetur,liceat ei alteram accipere,reſoluit enim matrimonium aduerſus illius ſubſtantiam,ſic ſcripſit Panorm. & poſt eum Cardi.Præpoſi. & cæteri in d. cap. fina.idem Præpoſi.in cap.1.de condi.appoſi. quę ſententia aperte ex eo tex. in d.cap.fin. deducitur in verbis illis *donech aliam inueniã meliorem*.

129 Quinto † extenditur, etiamſi poſt matrimonium ſub conditione hac vel modo contractum,ſequeretur carnalis copula,nam non efficeret vt matrimonium hoc omnino nullum propter prolem ſuperuenientem reuiuiſceret, quam communem aſſetit ſententiam Dida.ſupra num.12.poſt Panorm.Prępoſi.Adria.& alios ab eo relatos:quę opinio
130 hodie ſine dubio eſt,nam † ex Sacro Tridẽti. Concil. decreto ſubſequens copula nihil efficit,cum neceſſe ſit coram parocho,& duobus ſaltim teſtibus matrimonium contrahere iuxta formam ab eo præſcriptam, quod pluries dixi,& in ſpecie notat Azpil. d.cap. num.20.65.

131 Limitatur † nunc regula primo, & ſubtiliter quidem, vt tunc procedat quoties contrahentes intendunt matrimonium contrahere & eo contracto conditiones illas aduerſus ſubſtantiam matrimonij obſeruare, obligationemque earum obſeruantia inducere; veluti ſi quisquam cum aliqua contrahit his verbis: *tecum matrimonium contraho, cæterum volo te adulterari, vel à me diuertere, aut prolem vitare*; ſecus vbi ſic contrahentes nollent contrahete donec conditiones euenirent,tunc quia conditiones cũ coniugio minime concurrunt, ſuſpenditur tantum matrimonialis conſenſus, & conditiones ſupra-ſcriptę veluti turpes reijciũtur d. cap.fin.in 2.parte, & remanet validum matrimonium vt ibi, quæ fuit originalis traditio Adrian. in 4.quæſtio. 9. de matrimo.

K 3 quam

Google

132 quam † recitat Didac. ſupra num.7. Dicens
dubiam eſſe hanc ſententiam, propter verba
illius tex.in 1.part.

133 Mihi † vero vera non videtur, quia vbi
huiuſmodi conditiones in ipſo eodem ma-
trimonij contractu inſeruntur, ita illi adhæ-
rent, vt vnum, & idem pactum, & vnus con-
tractus videatur l.lecta verſi. dicebam ff. de
reb. credi. dixi ſupra in tertia ampliatione,
rurſus ratio tex.in d.cap.fina. in prima part.
militat etiam in hac ſpecie, ex eo quod con-
ditiones hæ aduerſantur ſubſtantiæ, & bo-
134 nis matrimonij conſequenter illud irritant †
tertio nullius effectus eſt cõſideratio Adria-
ni, ex eo quod conditio eueniens. quia con-
tra ſubſtantiam matrimonij non permitit
naſci obligationem poſſe, conſequenter non
reijci a matrimonio vt ille exiſtimat: id mul-
tis exemplis interpretes noſtri oſtendunt
in primis in eo, qui matrimonium contrahit
ſub conditione, *ſi veneris ad exequias meas,
vel ſi diceret, contraho tecum ſub conditione,
ſi capitolium non aſcenderis, aut cum te ipſam
gladio iugulaueris*, aut ſi ea meretrix erat &
indigna aliter, ita vir diceret *contraho tecum
dum amplius meretrix non ſis, dumque vitam
honeſtam egeris*; cum enim hæ conditiones in
ipſarum euentum matrimonium reſoluant,
& niſi vltimo vitæ ſpiritu impleri poſſint,
quo caſu celebrari nequit, matrimonij con-
tract⁹ nullus redditur, & ineficax. Sic docuit.
135 Panor.in d.c.fi.quem inibi ſequũtur cæteri, †
cautelam ſumentes pro his, qui vi aut me-
tu aliquam ducunt in vxorem, vt his, aut ali-
qua ex eis adiecta conditione contrahentes,
poſſint poſt ea dimiſſa aliam ducere, quia
matrimonium nullum ſit. ſequuntur Anton.
136 Cardina.& Præpoſi. in d. cap. fina. † & Di-
da. dicit communem in d. §.1.num. 16. pie
adijciens non paſsim hac vtendum caute-
la, ſed tunc cum vis, metusvè incutitur, vt
hac ratione matrimonium vitetur. Bombi.
conſil.31.Ferra. caute. 7. & inter ſingularia
Gerar. ſingul. 21. Hippol. de Marſil. ſingu.
286.qui hanc traditionem ſe accepiſſe fate-
tur ab Anton.de Burgos Hiſpano, quem ille
iuris Monarcham, & illius verum illumina-
torem appellat Mozzi. d. §. num. 14. vnde
Adriani opinio ſuſtineri non poteſt.

137 Secundo † limitatur regula, vt procedat
in proprijs, & veris conditionibus, ideſt his,
quæ à futuro pendent euentu, ſecus in con-
ditionibus de præterito, vel preſenti tem-
pore, quę vere conditiones non ſunt, quia
actum non ſuſpendunt l. inſtitutio talis ff. de
condi. inſtitu. l. cum ad præſens ff.ſi certum
petatur l.ſi ſic.§.1.ff.de lega. 1.Iaſſ. Roma.
Soci.& Deci. in d. l. cum ad preſens Barto.
Socin.& alij in l. 1. ff. de condi. & demonſ-
tra. vnde ſi quiſquam cum aliqua contrahe-
ret ea à dicta conditione, *ſi adulterium co-
miſit, ſi meretrix fuit, vel eſt*, vbi vere mu-
lier meretrix fuit matrimonium valet, quia
hæ conditiones non ſuſpendunt matrimo-
nium, ſic ſcripſit poſt Paluda. Didac. ſupra
nu.5.quæ vera ſententia eſt, quam & docuit
Sylueſt.in verbo matrimonium 3. num. 11.
in fine Azpil.d.cap.22.num.62.

138 Tertio † limita, vbi conditiones hæ tur-
pes contra ſubſtantiam matrimonij appo-
nuntur de conſenſu vtriuſque partis, at ſecus
vbi vna earum diſſentiret, tunc reiecta con-
ditione valeret matrimonium d.cap.fina. &
ſi conditio eſſet contra ſubſtantiam matri-
monij Imol. Panormita. Præpoſi. & alij ibi
Sylueſt.in d.verbo num.11.Mozzi.5.nu. 12.
Didac. d.§. num. 11. cautelam ſumentes ab
hac traditione pro mulieribus quando viri
dictis conditionibus ſecum contrahunt, vt
ſilcant, vel contradicant; rationem eam red-
dunt quoniam ſequenti copula ab ipſa con-
139 ditione recedere videatur: an † autem vbi
matrimonium non valet, ex ſequenti copu-
la in his caſibus valeat tanquam ſponſalia,
quæ grauis antea contentio erat, hodie
omittenda eſt, quia copula poſt Sacrum Cõ-
cilium nihil poteſt, niſi ſolemnitas a Sacro
Concilio obſeruetur; de qua quæſtione Di-
da.ſupra num.11.

140 Quarto † limitatur vt procedat in con-
ditionibus, quę ſint contra ſubſtantiam ma-
trimonij, ſecus in turpibus, quæ illi mini-
me aduerſantur, Vnde ſi quiſpiam cum ali-
qua contraheret ſub conditione *ſi virginem
eam inueniret*, & ſi poſt eam corruptam
reperiret valeret matrimonium reiecta tur-
pi conditione, quę illud non irritauit. Ho-
ſtien. Bernar. & Inno. in d. cap. per tuas de
condi.appoſi.Mozzi.ſupra num. 13. Didac.
141 d.cap.3.§.2.num. 12. 13. Sub limita † limi-
tationem quando adijceretur conditio ho-
neſta, hoc modo *duco te in vxorem ſi per aſ-
pectum matronarum virgo apparueris non ali-
ter*, nam hęc conditio non apparente virgi-
ne per matronarũ aſpectum diſſolueret ma-
trimonium. Sylueſt. poſt alios ab eo relatos
d. verbo matrimonium. 3. num. 8. Mozzi.
num.13.Dida.in d.§.2. nu.12.13. poſt Are-
tin.conſil.82. Azpil.d.cap.nu.62.& expræſſe
num.66.

142 Secundus † huius inſpectionis caſus ad
conditiones turpes pertinet, quę matrimo-
nij ſubſtantię, & illius bonis non aduerſan-
tur, in quo caſu regulam conſtituit Roma.
Pontifex in d. cap. fina. in 2. part. *conditio-
nes quamuis turpes matrimonium non infrin-
gere*, & capit. 1. eod. titul. Azpilcuet. d.
cap.62.

Nam

143 Nam ✝ licet conſenſus ad matrimonium
requiratur, & conſenſus hic non ſit purus
nec abſolutus, quia ad conditionis euen-
tum relatus, & ideo non cenſeatur contra-
ctum matrimonium quandiu conditio pen-
det, quia tamen ab Eccleſia huiuſmodi con-
ditiones reprobantur, voluitq. ratum, & fir-
mum eſſe matrimonium reiectis turpibus
conditionibus, conſequenter, qui hoc modo
contrahit, pure contrahere videtur, liberum-
que & purum conſenſum præſtitiſſe, quam
rationem reddiderunt Ioan. Andre. Panor.
Præpoſi. & alij in d. cap. 1. de condi. appoſi.
144 Dida. d. §. 2. num. 1. Sanch. ſupra ✝ fauore ma
trimonij, id factum eſt; ſicut à lege ciuili fa-
uore vltimarum voluntatum turpis conditio
excluditur l. reprehendenda C. de inſtit. &
ſubſtitu. vbi Bal. Salice. Iaſſ. & Deci. l. condi-
145 tiones ff. de condi. inſtitu. Sic ✝ in conditio-
ne impoſsibili, quæ ſicut reijcitur fauore vl-
timæ voluntatis. l. 1. ff. de condi. inſtitu. l. ob-
tinuit ff. de conditionibus, & demonſtra. §.
impoſsibilis inſtit. de hæred. inſtitu. ſic in ma
trimonio d. cap. fina. 2. parte, vnde Imol. in
d. l. 1. vt Dida. memorat. d. §. ſæpe hanc ra-
tionem ad matrimonij contractum deducit,
quia ius canonicum hęc verba. in ſenſu ſim-
plici accipit, perinde ac ſi nulla adiecta con-
146 ditio ſit fauore matrimonij. Hęc ✝ Didac.
147 poſt Imolam Panor. Prępoſi. & alios; ✝ quo-
rum dicta mœra ſunt ſomnia, quid enim pe-
ius dici pro ratione illius tex. poteſt, quam
aſſerere ideo conditiones turpes, quæ non
aduerſentur matrimonij ſubſtantiæ non vi-
tiare matrimonium ſed reijci, rato manen-
te eo, quia ius ſimiles conditiones ſubducit,
& ſtatuit pro non adiectis haberi, hoc enim
inquirimus, cur ius canonicum id ſtatuerit,
& ratio interpretum noſtrorum eadem eſt
cum dicto: quinimo vt ſuperius docui, maior
ratio, & fauor militat vbi turpes conditio-
nes aduerſus ſubſtantiam matrimonij appo-
nuntur, quam vbi eam non reſpiciunt. Ad-
hæc ſi ius reijcit has conditiones vt Dida. &
cæteri affirmant, eo magis contractus matri-
monij nullus eſſe debet, quia aduerſus legem
prohibentem l. non dubium C. de legi. l. pa-
cta, quæ contra de pact. pręterea cum matri-
monium ſit vere, & proprie contractus ad
inſtar aliorum regulandus eſt, vt omnes fa-
tentur, niſi aliqua ſpecialitatis ratio in eo
magis, quam in illis militet, quod libro 2. fu-
ſe dicam: vnde cum turpes conditiones cæ-
teros irritent contractus, & ſi non ſint aduer-
ſus eorum ſubſtantiam. §. quod turpi inſtit.
de inutil. ſtipula. l. generaliter l. veluti l. ſi
plagij ff. de verbo. obliga. ſic cõtractum ma-
trimonij: qua extrema argumentatione ad-
uerſus communem rationem, tollitur fun-
damentum communis opinionis, quę à ſimi-
li argumentatur de turpibus conditionibus
in vltimis voluntatibus iniectis, quas ius ci-
uile fauore teſtatorum ſubducit, rata manen-
te eorum diſpoſitione: nam non de contra-
ctibus vt nos, ea iura loquentur, ſed de ſola
teſtatorum diſpoſitione, quam ideo ius con-
ſeruat remotis turpibus cõditionibus, quod
non de alterius, quam ſolius teſtantis iure
agatur, & illius conſeruanda voluntate, quæ
aliter ſeruari non poterat, quæ ratio in con-
tractibus ceſſat vt ſupra.
148 Vnde ✝ vera ratio illius tex. exquirenda
eſt: non aliam hanc eſſe putauerim, quam
ſuperius redditam, quod ſcilicet in matri-
monio verus, & deliberatus conſenſus re-
quiritur, hic defficit vbi aduerſus ſubſtan-
tiam matrimonij turpes conditiones adij-
ciuntur propter repugnantiam actus: vbi ve-
ro non pertingunt ſubſtantiam adeſt verus,
& deliberatus conſenſus, quo perficitur ma-
trimonium; cęterum ideo fauore matrimo-
nij dixit Roma. Pontifex in d. cap. fina. ſub-
moueri has conditiones, quod cæteros con-
tractus huiuſmodi conditiones turpes irri-
tent, & annullent, matrimonium noluit, quia
vt Sacramentum ſuficit ſi deliberatus con-
ſenſus adſit, quem huiuſmodi conditiones
149 turpes tollunt. Limita ✝ caſum hunc primo,
quoties vere deficit conſenſus in contractu
matrimonij propter has turpes conditio-
nes, quia non aliter contraxiſſet, nam in fo-
ro interiori, (licet in exteriori ſecus) non
erit matrimonium, & pœnitenti creden-
dum erit, vt recte animaduertit poſt Palud.
150 Adria. & alios Dida. d. §. 2. num. 4. Sed †
& in foro iudiciali nullum eſſet iudicandum,
quando conſtaret conſenſum defeciſſe, vt
quia expræſſe ita fuerit contractum matri-
monium, vt nullo modo conſentire vellint
niſi adueniente conditione Didac. ex Adria.
151 & alijs ſupra num. 5. Subdit † poſſe Iudi-
cem coniecturis præſumere conſenſum de-
feciſſe, id colliget vbi contrahens credebat
conditionem eſſe natura poſsibilem, quę im-
poſsibilis erat, vt infrà dicam.
152 Cæterum ✝ hæc omnium traditio vera nõ
eſt: quinimo in foro iudiciali matrimonium
eſſet iudicandum, non obſtante qualibet
verborum conceptione; quia tex. in d. cap.
fina. generaliter loquitur, nec diſtinguit, quę,
qualisve ſit verborum contrahentium ma-
trimonium expræſsio, conſequenter gene-
153 raliter intelligendus ✝ ſecundo reſtringere
diſpoſitionem illius tex. ad eum caſum, eidẽ
textui aduerſatur, quo ſtatuitur fauore matri
monij, turpes conditiones ſubmoueri debe-
re: Tertio ſi vera eſt ratio Didac. & com-
munis opinionis, licet a me impugnata,

quod ea de cauſa Eccleſia has turpes condi-
tiones non recipit, quia de fauore agitur
matrimonij, & ideo pure interpretatur ca-
nonicum ius contrahentes conſenſiſſe: vtiq.
hæc eadem ratio hanc ſubuertit ſententiam,
nam & tunc militat quando quauis verbo-
rum conceptione conſenſum defeciſſe præ-
ſumi poſſit. Sed & eadem ratio noſtra ſupe-
riorem proſternit ſentẽtiam ſi vera eſt illa,
nam non deficit conſenſus quando conditio
non aduerſatur ſubſtantiæ matrimonij vel
illius bonis.

154 Limita † ſecundo quoties contrahens ſub
turpi conditione, credebat eam honeſtam.
Et valere, quia hoc in caſu, non poteſt dici
hunc ſic contrahentem pure contraxiſſe, quia
credebat licere, quod in conditionem de-
duxit, nec turpem conditionem opinabatur;
non igitur conſenſit in matrimonium pure,
& ſimpliciter Adria. q. 7. de matrimo. Dida.
155 d. §. num. 6. Cautum † autem iudicem vel-
lim eſſe, vt diligenter exquirat an is homo
ſit contrahens, qui turpem conditionem ho-
neſtam fore credere potuerit, veluti ſi ruſti-
cus, & ſimplex, fœminavè fuerint ſic contra-
hentes, alioquin ſi eruditus vir, aſtutus, & pru
dens, potius dolum, & cautelam ſubterfu-
giendi matrimonij contractum conijcere iu-
dex deberet quam eo animo conditionem
turpem adiectam.

156 Tertia † inſpectio, impoſſibiles concernit
conditiones; huius inſpectionis, primus eſt
caſus quando conditio adiecta, natura im-
poſſibilis eſt, ſecus ſi ex accidenti, veluti ex
lapſu alicuius rei, quæ denuo redire nequit:
primo caſu matrimonium valet reiecta con-
157 ditione. Secundo † minime: ſic intelligitur
tex. in d. cap. fina. in 2. part. ab omnibus ibi:
quemadmodum & theologi etiam illum in-
telligunt ſecundum Dida. d. §. 2. num. 3. Az-
pil. d. cap. num. 62. Mozzi. d. §. num. 10. verſi.
quædam vero ſunt impoſſibiles. Sanch. tra-
cta. de matri. lib. 5. diſpu. 4. num. 15. & 16.

158 Secundus † caſus eſt quando conditio hęc
impoſſibilis, reſpicit tempus præteritum vel
præſens, quæ nec contingit, aut contingere
potuit, hæc enim non irritant matrimoniũ,
ſed ſubducitur rato manente matrimonio d.
cap. fin. in 2. part. declarat Dida. d. §. 2. nu. 3.
vbi differentiam conſtituit inter matrimonij
contractum, & vltimas voluntates Sanch. d.
diſput. à num. 1. cum ſeq.

159 Tertius † caſus eſt, quoties quis contrahit
ſub conditione natura poſſibili, ſed iure im-
poſſibili; ſiue ius illud ſit commune, aut mu-
nicipale: Exemplum quando quis contrahit
ſub conditione, ſi licet intra quartum gradũ
matrimonium contrahere, vel alia ſimili ad-
uerſus iuris diſpoſitionem: nam his caſibus
valet matrimonij contractus, reiecta hac ad-
160 uerſum ius conditione: nam † hæc conditio
de præſenti ſaltim impoſſibilis iudicatur &
ſi aliquando ius poſſit mutari, ſic enim in vl-
timis voluntatibus receptum eſt l. 1. ſecundũ
communem intellectum ff. de condi. inſtitu.
161 §. impoſſibilis inſtitu. de hæred. inſtitu. † l.
conditiones §. cum quis de verbo. oblig. qui
162 tex. inſignis quidem eſt ad hoc inſtitutum, †
dicti enim rationem reddens ſcribit, *quod &
ſi ius mutari poſſit, id conſiderandum non eſt,
ſed ſtatus præſens tantum; ſtipulatio enim nõ
ex iure venturo ſed præſenti æſtimari debet:*
quinimo ille tex. in verbis, *ac ſi ea conditio
quæ natura impoſſibilis eſt, &c.* aperte oſten-
dit, natura etiam id impoſſibile iudicãdum,
quod lege impoſſibile eſt: & docet in his
terminis Adrian. in 4. q. 10. de matrimo. Di-
da. d. §. 2. num. 6. Sanch. d. diſput. num. 5. &
6. poſſet exemplum dari in his, qui ante Sa-
crum Concilium cõtraxiſſent ſub conditio-
ne, ſi aliquando liceret contrahere intra ter-
tium, vel quartum gradũ affinitatis vel cog-
nationis legalis, ante illud enim prohibitio
vſq. ad quartum gradũ procẽdebatur, poſt a
Sacro Concilio ex cauſa huiuſmodi iuris cõ-
minis prohibitiones ad ſecundum tantum
gradum reſtringuntur cap. 2. 3. 4. ſeſsio. 24.
de refor. matrimo.

163 Ex his † ſequitur valere matrimonium ſub
conditione contractum, & ſi lege impoſsibi-
li, quæ ius venturum reſpicit, ſcilicet *ſi liceat
aliquando contrahere inter eos, qui ſibi adinui-
cem in 4. conſanguinitatis gradu coniunguntur:*
hac enim conditione ſuſpenderetur ma-
trimonium, quemadmodum aduerſus Sylue-
ſtrum. Adrian. & Dida. ſupra recte opinan-
tur; inferentes excommunicatos eos eſſe, qui
ſub hac conditione cõtrahunt matrimoniũ,
ſi licet intra quartum gradum cõtrahere ali-
quando, & in pœnas incidere clementi. 1. de
conſanguini. & affini. quia ſcienter matrimo-
nium cõtrahunt in gradu prohibito, ea nãq.
conditio reijcitur, & actus remanet purus:
quæ notanda eſſe illi dixerunt. Cęterum cur
matrimonium ſub conditione impoſsibili
contractum teneat, cum conſenſus deficere
videatur lib. 2. diſeremus.

164 Quartus † caſus, poſsibilis conditio ma-
trimonium ſuſpendit ca. ſuper eo ex. de cõ-
di. appoſi. illic Panot. Imo. Anto. Præpo. Di-
dac. ſupra Adrian. Mozzi. & Sylueſt. Cæte-
165 rum † neceſſaria conditio, veluti *contraho te-
cum ſi mane ſol oriatur, vel ſi nox ſit in ſolis
occaſu,* non ſuſpendit tanquam ſub conditio-
ne contractum matrimonium; cæterum in
diem eſt argu. l. hęres meus ff. de conditio. &
demonſt. Sylueſt. ſupra in verbo matrimo-
nium 3. num. 3. & alij multi, quos aduerſus
glo.

glo.contrarium docentem in ca. per tuas de conditio.appoſi.adfert Mozzi. ſupra nu.10. ad medium.

165 Quæ de † neceſſaria dixi conditione, ad alteram de iure neceſſariam extendēda ſunt: veluti ſi quiſquam cum aliqua contraheret ſub conditione *ſi conſanguinea non ſit, vel affinis*, hæc enim matrimonium conditionale non facit, ſi exprimatur quia tacitè ineſt, & neceſſario ſubintelligitur l. hæc verba ff. de leg.1.l.conditiones l. aliquando de cōditio. & demonſt. aſſerit communem Mozziu. ſupra nu.10. in principio poſt Syluest. d. verbo num.3. Quarta inſpectio ad conditiones indifferentes pertinet, quę cum honeſtę, & inhoneſtę eſſe poſsint, ad ea quæ ſuperius tradidi recurrendum eſt.

SVMMARIVM.

1 *Baldus ſummus Philoſophus.*
2 *Voluntas, & potētia in omni actu requiritur.*
3 *Voluntas in mente retenta non ſuſficit.*
4 *Voluntas in diſpoſitionem tranſire debet.*
5 *Voluntas teſtatoris diſpoſitiua tantum attenditur.*
6 *Qui poteſt facere, & non facit nolle præſumitur.*
7 *Voluntas tacita non ſuſficit ad infringendum primum teſtamentum.*
8 *Voluntas ſola in primogenijs non conſideratur.*
9 *Volunt.as nuda in fideicommiſſis nō attenditur.*
10 *Voluntas exprimi debet verbis, vel ſignis.*
11 *Voluntatem teſtatoris dicere hanc fuiſſe niſi diſpoſitio oſtendatur non ſuſficit.*
12 *Voluntas ſola in contractibus non conſiderata.*
13 *Voluntas nec in delictis non attenditur.*
14 *Voluntas ſola in contrahendo matrimonia non ſufficit.*
15 *Promiſſio interna Deo facta ducendi aliquam in vxorem in foro conſcientiæ tenet.*

COMPARATIO XXVII.

VOLVNTAS INTERNA HOMInum ſicut non ſufficit in eorum actibus, & teſtamentis, ſic neque in matrimonio, idque iure nouiſſimo Concilij Tridentini.

1 BALDVS, quem & † ſummū fuiſſe Philoſophum, ex illius dictis, & ſcriptis apertiſsimū eſt, is igitur citans Ariſtotel. & Boe. in l. ſi teſtamentum n.2.C.de teſta.in † omni tra-
2 didit actu humano requiri voluntatem, & potentiam idem in l.1.num.55. C.de facto. Ecclef. & conſ. 326.lib.2. Dida. in cap.cum eſſes num. 7. de teſta. Magdalen. tracta. de num.teſti.amplia.11.num.241. qui, & alios plures citat, & his addendi Raud. in tract. de Anal.cap.34.num.30.& cap.ſequen.num.2. Tiber.Decia.reſp.5.num.106.lib.1. Meno. de præſump.lib.4. præſump.198. num. 1. vt
3 modo alios prætercam: Sane † voluntas hæc non ſufficit in ſola mente retenta, ſed requirit expreſsionem aliquam ipſius voluntatis, alioquin ſolum propoſitum, in mente retētum nihil operatur l. quidam cum filium ff. de hę.inſti. cum vulga. Neceſſe eſt vt volun-
4 tas † illa in diſpoſitionem trauſeat, alioquin vbi imperfecta nullius eſt effectus §. diſponat in auth.de nup. l.quidam eū filiū l. quoties §.tantundem vbi Bal.& Imo. de hæredi. inſti. Alexan. & Iaſſ. in l.3. C.de libe.præte. Deci.& alij quos citat M. A. Euge.conſ.64.
5 num.1.vnde neq.voluntas † teſtatoris, quæ tantopere apud noſtros priuilegiata eſt, niſi diſpoſitiua ſit, nullas obtinet vires, nullius eſt conſiderationis Gabri. conſ.103. nu.32.
6 lib.2.addit ille ibidem, Quod † vbi quis nō facit cum poſsit, præſumitur nolle idem Gabriel qui eadem verba repetit conſ.111.n.2. & nu.11.lib.1.idem pulchre conſ.113.n.10. 12. 13. lib. 1. & eo non relato Menoch.de præſ.lib.4.præſ.40.num.13. idem Menoch. lib. 4. de præſ. præſ. 80. num. 57.vbi ex alijs
7 ſcriptum reliquit voluntatem † tacitam non ſufficere ad infringendum prius conditum teſtamentum.

Sic in terminis primogenij, & maioratus
8 † ſolam & nudam voluntatem minime conſiderari ad inſtituendum illud, vel illum fuſe Molin.de Hiſpan. primog. lib. 1. cap. 4.
9 num.6.7.8.& num.28. Sic † & in fideicommiſsis ſola, & nuda voluntas literna nō attenditur pulchre Bere. conſ.63. num.14. &
10 15. Debet igitur † exprimi, verbis, ſignis, vel alio exteriori actu voluntas in fideicommiſsis (& ſi ea, ſola voluntate ſuſtineri poſſit §.fina.inſti.de ſingu.re.l.omne verbum C. de lega.voluntate inquam) externa, non ſola interna. Peregrin. qui recte declarat tractat.de fideicom. artic. 11. num.11. 12.13. & ſeq.
11 Sed nec † ſufficit dicere hęc eſt volūtas teſtatoris, ſed dicendum, hæc voluntas, & diſpoſitio teſtatoris, ſic hęc, & alia ſimilia congeſſit erudite, authoritate, Alexan. Curt. Socin. Deci. Paris. Nat. Tiraq. & aliorū Simo. de Pre.trac.de inter ver.vltima.volun.lib.2. ſolutio.5.fol. mihi 92. à num.7.8.9. & ſeq. & hæcquidem in vltimis hominum voluntatibus, quę alioquin tanta iuris prerogatiua donatæ ſunt, vt modo eas recenſere laborioſum foret non ſubtile.

In

12 In contractibus ſane † dubitandum non
eſt a fortiori,cum in his preſſa & ſtricta fuit
interpretatio,a verbis recedi non poſſit, &
omiſſum pro omiſſo habendũ ſit l.quidquid
adſtringenda de verb.obliga.l. veteribus de
13 pac.cum alijs plerisq̃. Quinimo † & in delictis (in foro loquor exteriori,) ſola volũtas
ad actus non deducta exteriores, minime
reum quemquam alicuius pœna facit l.cogitationis vbi Bar.& alij poſt glo.ff.de pœnis.

Plane cum matrimonium contractus ſit
iurisgentium,ſicut in hominum diſpoſitioni
14 bus interna voluntas non ſufficit,ſic † in matrimonio,quare etſi quiſpiam in mente aliquando concepiſſet, vel dixiſſet, ſe aliquam
vxorem ducere velle,non eum,neq. in exteriori foro, (de quo nulla eſſe dubitatio poteſt) ſed neq. in interiori ſufficeret propoſitum illud vt cogi a cõfeſſore poſſet,illam in
vxorem ducere.

Authoritate D.Thom.Abulen.Turrecre.
Domi.de Soto.Cordubæ.Merca. Gar.Lop.
Aragon.Angle.Henriq.Molin.& aliorũ nouiſſime ſcripſit Sanch.in tract. de matrimo.
tom.1.lib.1.diſp.3.a nu.1.cum ſeq.vbi diſ-
15 putatione ſequẽti 4.addit,† ex multorũ opinione Theologorum,promiſſionem internã
Deo factam ducendi aliquam in vxorẽ, valere,& in foro conſcientiæ teneri vouentẽ,
votum adimplere,quod an verum ſit nec ne,
quando de foro agitur conſcientiæ Theologis relinquim᷑ & Eccleſię Romanæ deciſioni: verum ſuperior traditio aperte probatur
Concilij Tridentini verbis in cap.1.de refor.ſeſsio.24.verbis illis *vbi parrochus viro, & muliere interrogatis, & eorum mutuo conſenſu intellecto:* his enim verbis aperte colligitur neceſſe ad matrimonij validitatem ſigna exteriora voluntatis,vel verbis, vel alio
modo expreſſa,nec de hac opinione dubitandum.

SVMMARIVM.

1 *Verba in quibuſcunq. diſpoſitionibus nõ vna, & eadem eſſe oportet,ſed ſufficit vt ſimilia, vel æquipolentia exprimantur.*
2 *Nil refert quid ex æquipolentibus fiat.*
3 *Æquipolentium eadem eſt diſciplina.*
4 *Formam, quæ deſiderant per æquipolens non adimplentur.*
5 *Promiſſio in ſponſalibus an requirat ex parte alterius eandem promiſſionem.*
6 *Acceptatio ſponſalium quibuſcunque verbis fieri poteſt.*
7 *Lex.1.de ſponſa.noue declarata.*
8 *Differentia inter ſponſalia, & matrimonium nulla conſtituenda.*
9 *Actũ æquipolẽtẽ faciẽs cõſentire præſumitur.*
10 *Obligatio verbis æquipolentibus inducitur.*

COMPARATIO. XXVIII.

PROMISSIO CONTRAHENDI cum nullam repromiſsionẽ eiſdem verbis expreſſam deſideret, an ſic in ſponſalibus.

1 IN cõtractib᷑, & quibusvis † hominum diſpoſitionibus ſufficit,
vt verba non eadem ipſa proferantur,quæ ad aliquam inducendam diſpoſitionem vel lege ipſa, iure communi,municipali, aut communi hominũ loquendi vſu introducta fuere,ſed vt ea proferantur,quę id ipſum vellint, & ęquipolentia
ſint,nam & in ſtipulatione,etſi interrogatio,
& reſpõſio pręcedere illa,hæc ſubſequi, per
eadem verba debeat l.1.in princi.ff. de ver.
obliga.Inſti.eo.in principio: tamen ſi reſpõdens alter dixerit ſtipulanti,quid in faciem,
iuſte reſponſum Vlpia. exiſtimauit, quod
æquipollentibus verbis in ſtipulantis voluntatem deueniat d.l.1.§.ſi quis ita eo.tit. vbi
Bart.& tota noſtrorũ docet Schola Gomes.
li.2.reſolu.tit.de cõtrac.verbo.nu.1.in verſ.
Quarto infero,vbi id ipſum,& lege vlterio-
2 ris Hiſpaniæ obſeruari ſcribit:Nihil † enim
refert,quid ex ęquipolẽtibus fiat l. ſi mater
vbi glo.C.de inſtitu.l.gallus §.& quid ſi tantum de libe.& poſthu.l.mulier ff.ad Trebel.
3 Eadem † enim eſt æquipolentium diſciplina ca.in his de verbo.ſignifica.l.fina.in fine.
ff.man.ca.tua vbi glo.& alij de conſan. & affinita.clem. ex ius.§. cum autem vbi Cardi.
de verb.ſignif. Neq. in hac peruulgata traditione ampli᷑ inſiſtendũ, crebra enim om-
4 nium recipitur traditione † pręterquam vbi
agerertur de forma,& actus ſolemnitate,quæ
per æquipollens non adimpletur,ſicut docẽt
omnes in l.1.de libe.& poſthu. Tiraq. latè
de ll.connubia.glo.5.nu.26.cum ſeq.& glo.
7.nu.188.vbi latius.

Theologi autem cum in hanc inciderint
controuertiam,an in ſponſalibus ſicut pręce-
5 dit † promiſsio ex parte vnius, ſic & ſubſequi ex parte alterius debeat,ſuis adducti rationibus,nõ iuris diſpoſitione animaduerſa,qua tamen hęc,& quæſtiones fere omnes
terminandæ ſunt,exiſtimant & recte quidẽ,
repromiſsionem nullam requiri in ſponſalibus contrahendis,ſed ſufficere acceptationẽ
quibuſcunq. verbis,aut ſignis expreſſam, nã
6 vt illi aiunt † cenſetur acceptare reſpõdens,
quibuscunq. verbis id faciat, & hoc quidem
ſufficit vt obligatio contrahi poſsit. Sic Palud. Sylueſ.Roſell. Tabie. Azpil. Veracru.
Henriq. D. Anto. quos ſeriatim recenſet
Sanch.de matrimo.to.1.lib.1.diſpu.5.nu.4.

Qui

Qui certe nullo ductus iure, vel authore, cō-
trarium aſſerere auſus eſt leuiſsimis ductus
rationibus prima authoritate ex. in l. 1. ff. de
ſponſal. ubi diffinit I.C. *ſponſalia eſſe, mentio
(inquit) & repromiſſio futurarū nuptiarum.*
7 † Sed hic tex. non ſic intelligēdus vt preſſe,
& pro forma lex repromiſsionē deſideret;
id enim dixit, quod ſic fieri poſsit, & vulga-
tum oſtēdit ſponſalia contrahendi morem;
nam & idem Iuriſconſultus nudum conſen-
ſum ſufficere, & per abſentes decernit l. 5.
eo. & quomodocunq. hoc fiat, l. final. eo. illo
titu.

Sanè ſicut & in matrimonio qualiacunq.
verba ſufficiunt, vt idem fatetur, & nos ſuo
8 loco declaramus, † nulla inter ſponſalia, &
matrimonium differentia conſtituenda eſt,
niſi quę a lege expreſsim inducta eſt l. tutor.
in. verſ. *Scias tamen quę de nuptiis tracta-
mus, ad ſponſalia pertinere* ff. de ſponſa. l.
oratio. illo eo. tit. Neq. excluditur illa lege
tractus æquipollens, qui vicem repromiſsio
nis ſuſtineat, iuribus ſupra per nos in princi-
9 pio adductis: præſumit † enim iis, eum qui
actum equipollentem facit in actum conſen
tire, & illum ſufficere conſenſum ad contra-
hendam obligationem ſicut interpretes de-
clarant in dictis iuribus; quare neq. facit ra-
tio ſecunda illius dicentis, non eſſe inducen-
dam obligationem, aduerſus poſſeſsionem
voluntatis, quoniam ratio hæc in contracti-
10 bus vera non eſt † Quod lex ad inducendā
obligationem, verbis æquipollentibus fieri
poſſe vellit, quaſi ea apertiſsimum ſit volū-
tatis ſignum ad conſenſum producendum d.
l. 1. §. ſi quis ita; vbi glo. Bar. Alex. Iaſſ. & om
nes in diſcriminatim. Nō etiam adiungi ca-
ſui noſtro poteſt regula, *Qui tacet* de reg. iur.
quoniam extra terminos quęſtionis eſt, non
enim propoſita fuit quęſtio à Theologis,
nec eodem Sanch. in terminis mere tacitur-
nitatis, ſed quando alter reſpondet aliquib'
verbis conſenſum oſtendentibus vt idē exē-
plificat ibi nu. 3. quando reſponſum ſit ab al-
tero *gratias tibi ago*, vel ſi dixerit, *placet vel
accepto*. Neq. diſcrimen & rationem diuerſi-
tatis, quam conſtituit inter ſponſalia, & ma-
trimonium ſuſtineri poteſt, vti contraria ex-
preſsim textui in d. l. tutor in verſi. Scias. &
tex. in h oratio. de ſponſal. tum & communi
omnium tam Canoniſtarum quam Theolo-
gorum opinioni, non igitur a communi Pa-
lud. Azpil. Her. Syluer. & aliorum opinione
recedendum.

SVMMARIVM.

1 *Sanch. opin.*
2 *Donatio, vel Promiſſio abſenti facta reuocari poteſt.*
3 *Collatio beneficij abſenti facta reuocari poteſt.*
4 *Donatio abſenti facta nuntio, vel epiſtola reuocari nequit.*
5 *Promiſſio matrimonij abſenti facta non valet.*
6 *Matrimonium, epiſtola, & nuntio perficitur.*
7 *Promiſſio contrahendi matrimonium ubi cauſam piam reſpicit an obliget.*
8 *Promiſſio pia contrahendi matrimonium non requirit acceptationem.*
9 *Votum quod apud Theologos dicitur, pollicitatio eſt apud IurisConſultos.*
10 *Promiſſio matrimonij abſenti facta non intuitu pietatis an obliget.*
11 *Promiſſio contrahendi matrimonij facta præſenti, & tacenti mulieri valida.*
12 *Donatio, & actus quilibet delectabilis abſenti factus acceptatus præſumitur.*
13 *Donatio infanti facta, an acceptatione egiat.*
14 *Donatio infanti facta acceptationem requirit ſaltim notarij.*
15 *Promiſſio matrimonij infanti facta acceptatione eget.*
16 *Pater pro filio recte ſtipulatur.*
17 *Pater infringere nequit donationē filio factā, & acceptatam.*
18 *Donatio per patrem acceptata ante ratificationem filij an reuocari poſſit.*
19 *Surdi opinio qualis in reuocatione donationis filio factæ.*
20 *Promiſſio matrimonij filio facta, & per patrē acceptata reuocari poteſt ante acceptationē filij.*
21 *Promiſſio filio emancipato facta acceptari per patrem poteſt.*
22 *Mater pro filia matrimonij promiſſionem, & donationem acceptare poteſt.*
23 *Statuto ſtante quod alteri per alterum actio quæri poſſit, promiſſio matrimonij poteſt per quemlibet acceptari.*
24 *Auus, & cæteri aſcendentes acceptare donationem, vel promiſſionem matrimonij pro deſcendentibus poſſunt.*
25 *Tutor & curator pro minoribus ſtipulari & acceptare donationem poſſunt, & matrimonij promiſſionem.*
26 *Promiſſio contrahendi matrimonij abſenti facta ſtante iuramento, an reuocari poſſit.*
27 *Cap. ſicut de ſponſa. nouus & verus intellectus.*
28 *Iuramentum non operatur effectum acceptationis.*
29 *Promiſſio matrimonij abſenti facta poteſt ante acceptationem tertij reuocari.*
30 *Theſauri opinio circa reuocationem donationis abſenti factæ.*
31 *Donatio abſenti facta per notarium acceptata irreuocabilis eſt.*
32 *Promiſſio matrimonij per notarium acceptata irreuocabilis eſt.*
33 *Promiſſio matrimonij Iudici facta in iudicio, & accep-*

Digitized by Google

& acceptata per Iudicem irreuocabilis eſt.
34 *Promiſſio matrimonij priuatis facta an teneat*
35 *Promiſſio matrimonij per nuntium facta, vel per epiſtolam an coram eodem nuntio vel altera epiſtola acceptari debeat.*
36 *Sanch. opinio. qualis.*
37 *Sanch. argumenta diſſoluuntur.*
38 *Conſenſus ſimultaneus non requiritur regulariter in contractibus.*
39 *Sanch. argumentum ſublatum.*
40 *Promitens contrahere matrimoniũ cogi poteſt id facere.*
41 *Acceptatio promiſſionis, & donationis quomodocunq. fieri poteſt.*
42 *Donatio facta abſenti per nuntium, vel epiſtolam acceptata cenſetur, & ſi non per eundẽ, vel epiſtolam donatarius ratificaret donationem.*

COMPARATIO XXIX.

PROMISSIO MATRIMONII contrahẽdi abſenti facta, neq. acceptata, ſicut in cæteris contractibus non obligat, ſic in matrimonio idipſum, & an iure nouo Concil. Tridenti.

QVÆSTIO hæc, ab ea pẽdet, an promiſſio, vel donatio abſenti facta valeat ante acceptationem donatarij, & reuocari interim poſſit, pẽdet (inquã) ex illo primo principio, quod huic tractatui noſtro principium dedit, & per occaſionem non ſemel a me repetito, ſcilicet matrimonium iurisgentium eſſe cõtractum, & proinde legibus terminandas fore iuris ciuilis, & canonici quęſtiones emergentes, his niſi, quę vt ſacramentum, matrimonium eſt in quib' legibus ſubeſt eccleſiaſticis; Et ideo non tã-
1 tũ vt ſcribit Sanch. † in hac ipſa quæſt. tract. de matri. 1. to. li. 1. diſp. 6. nu. 24. deciſio pẽdet huius controuertię a iure ciuili, quod ius canonicum in eccleſiaſticis etiam nõ dedignetur ſacras leges imitari, In his, in quibus leges non contrariantur ex vulga. cap. 1. & 2. de no. ope. nuntia. ſed & proprie magis in hac materia attendendum matrimoniũ fore contractum. Quinimo & donationem, donat enim quiſq. ex contrahentibus corpus ſuum alteri, vt ſuo loco dixi.

Huius quæſtionis duplex eſt inſpectio. prima vbi ita ſit promiſſio matrimonij vt null' ſit, qui pro abſente accepter, ſecunda vbi promiſſio ſit pręſente aliquo, & acceptante nomine abſentis.

Circa primam inſpectionem firma apud
2 † noſtros regula obtinuit donationem, vel promiſſionem abſenti factam reuocari ſic poſſe, ac ſi nuſquam facta fuiſſet cum enim ſit contractus, & is niſi duorũ conſenſu perfici poſsit, Reuocationi locus eſt l. abſenti ff. de dona. l. nec ambigi C. illo titu. cunq. primum, & vetuſtiſsimum ſit iuris principium non immorandũ id enim ipſum, & in eccle-
3 ſiaſticis beneficijs ſcilicet collatione † Roma. Pontifex ſtatuit in cap. ſi tibi abſenti de præben. in 6. tradiderunt multi relati per Sanch. d. diſp. 6. nu. 1. 2. & ſeq. & præter eos nouiſsime, & erudite Theſau. deciſio. Pedemon. 70. a nu. 1. Peregrin. conſ. 65. nu. 2. vbi plures refert idem conſ. 94. nu. 1. & 2. li. 1. & Surd. qui multis conſ. 351. nu. 31. lib. 3. dixi
4 infra lib. 3. quęſt. 76. n. 1. & ſeq. Requiritur † ergo vt abſenti donatio quęratur nuntius, vel epiſtola ad id expreſsim deſtinata ſic Peregri. ſupra Surd. ex alijs nouiſsime deciſ. 111. n. 12. latius multos adducens cõſ. 351. nu. 29. & Ludo. de Moli. de Hiſpa. primog. lib. 4. cap. 2. nu. 58. l. 2. ff. de pac. l. qui autem §. fina. de cõſ. pecu. reſultat enim ex his mutuus conſenſus, ſicut poſt multos á ſe relatos ſcribit Peregri. d. conſ. 94. nu. 8. & nu. 15. & toto illo conſilio, Surd. conſ. 351. nu. 29. lib. 3. dixi infra li. 3. quæſt. 76. nu. 3. & 4.

5 Ex hac † ipſa traditione prodit reſolutio noſtrę quæſtionis vt ſicut promiſsio, vel donatio abſenti facta nõ valet, ſic nec promiſſio matrimonij cum matrimonium quatenus cõtractus iuris gentiũ eiſdem legibus ſubſit,
6 quibus cæteri contractus. Plane ſicut † cæteri contractus per epiſtolam, vel nuntium cõficiuntur, ſic matrimonium capi. veniens, ſecũdum communem intellectum, qui cleri. vel voue. ita fiet vt ſicut in cæteris contractibus data acceptatione remanet validus cõtractus, ſic in promiſsione matrimonij.

7 Maxima autẽ difficultas in eo eſt, an † promiſsio contrahendi matrimonij non acceptata obliget, quoties promiſsio reſpicit cauſam piam, vt quia promitteret quiſpiam ſe ducturum in vxorẽ, pauperrimam aliquam, vel meritricem ca. inter opera de ſponſali. habito in Deum pietatis intuitu; & hoc fine præcipuè, vt pium opus ex matrimonio conſequeretur, ſicut poſt Barto. & Tiraq. declarat idem Sanch. de matrimo. to. 1. li. 1. diſp. 4. n. 9. & diſp. 6. n. 17. duę igitur in hac quæſtione regulę obſeruandę.

8 Prima vbi matrimonij † promiſsio ſit intuitu pietatis, nulla exigitur acceptatio, De' enim acceptat, & cogendus eſſet promiſsionem matrimonij adimplere promitens, nã etſi vere, & proprie vt contractus non valeat promiſsio, valet tamen vt pollicitatio, quia ſolius offerẽtis promiſsio ſufficit, in his quæ ad Deum pertinent, Eccleſiam, & loca pia,
l. 1. &

Digitized by Google

l.1.& to.tit.ff.de polli.ibi omnes ca.erimus.
12.q.1.l.nuda.C.de con.& comitt.ſtipula. l.
ſciendum §.dictum ff. de eden. edict. Anto.
Gom.li.2.reſo.ca.9.Iaſſ.in rub.ff. de verbo.
oblig.num.6.Galiau,ibidem Ripa & cæteri
Peregrin.conſ.94.n.3.li.1.Conſentiunt iti-
dẽ,& in hac ſpecie Theologi, & Canoniſtę,
9 † pollicitatio apud IurisConſultos id apud
Theologos votum nominatur de quo tit.ex.
de vot.& vo.redemp. opinatur & id ipſum
Sanch.quamuis non ſic diſtincte explicet d.
diſpu.6.nu.25.
10 Ex huius regulæ † obſeruatione prodit
altera, promiſsionem matrimonij abſenti
factam,non tameo intuitu pietatis, minime
obligare,quia cum ſit pollicitatio mera, niſi
in cauſam piam nullum operatur effectũ, vt
ſupra. Et quod mirandum ſumopere et heni
cos illos,& Gẽtiles IurisConſultos ſolo na-
turæ iure,& illius lumine edoctos pollicita-
tionem, ſeu votum valere voluiſſe intuitu
Dei,& cauſæ piæ gratia factũ,ſic igitur ſcrip
ſit ex Theologis nouiſsime Sanch.3.diſput.
nu.25.exiſtimans promiſsionem hanc nulli⁹
eſſe effectus vbi & numero antecedenti 24.
refert Angel.Syluеſ.Verac.& alios ſubſcri-
bentes.
11 Sane vbi † promiſsio hæc fieret fœminæ
præſenti,& tacenti validam fore promiſsio-
nem exiſtimauerim,præſumitur enim accep-
taſſe mulierem,cum promiſsio ſibi vtilis fo-
ret,non aliter ſicut in donatione,quę præſen
ti,& tacenti facta acceptata præſumitur ex
receptiori opinione apud noſtros ſicut mul
torum authoritate reſoluit Iuli. Clar. in §.
donatio. queſt. 14. verſ. ſed pone,alios ple-
roſq. recenſuit Meno. in cõmenta.de præſ.
lib.3.pręſump.42.nu.4.Dida.rubr.de teſta.
3.par.nu.13.Molin.de Hiſpan.primo.lib.4.
cap.2.nu.76.Gutier.in cap.quamuis pactum
in præfa.nu.58.Oſaſ.deciſio.70.conſentiunt
Theolo. quales Molin.& alij quidam quos
ſequitur idem Sanch.d.diſp.nu.11. & n.26.
& dixi latiſſime queſt.76.n.9.li.3. Quinimo
12 cum † donatio, & alter actus delectabilis,
qui in commodum abſentis fit, pręſumatur
acceptat⁹ ab eo,qui ſciuit authoritate De-
ci.Ruyn.Pariſi. Rolan.Meno.Burſa.Rimin.
Dida.Ludouico de Molin.& aliorum deci-
dit Surd.deciſio 111.nu.12.13. 14. ita pro-
miſſio matrimonij abſenti facta cenſebitur
acceptata,ab abſente muliere, quem caſum
intactum relinquit Sanch.d.diſputatione.
13 Verum ſuſpectũ eſt, quod idem Sanch. †
ſcribit d.diſp.n.15.& pro conſtanti afirmat,
donationem infanti factã valere, nullaque
egere acceptatione particulari infantis pre-
rogatiua ex tex.in l.iubemus C.de Eman.li-
bero.quoniam Paris.ab eo citatus conſ.77.
14 nu.33. Decidit † totum contrarium volens
requiri ſtipulationem, & acceptationem no-
tarij quinimo, & ratificationem infantis in
tempore habili,Decius antẽ videtur intelli-
gendus quando fuit donatio facta naſcituris
per donatarium,vel notarium acceptata: Lu
do.de Molin.ſequitur ſimplicitet Deci.in d.
conſil. & Burgos de Paz. loquitur expreſſe,
adſtante notarij acceptatione,& ratificatio-
ne per infantem facta,& requiri ſtipulationẽ
notarij, & illius acceptationẽ reſpondit Al-
ben.conſ.36.n.2.poſt Bal.in l.cum a ſocero.
C.de iure dotiũ, Theſau.poſt Dida.& Afflic.
deciſio 70.n.15.verſ.fallit & limitatur quar
to.& apertiſſime antea n.4.in verſ. Hi ſunt,
ibi nam Bal.hoc non dicit,&c.
Quare ſuſpecta erit eiuſdẽ Sanch. illatio.
nu. 15. affirmantis quod ſicut valet donatio
infanti facta abſq. acceptatione alicuius, ſic
15 & † promiſsio matrimonij, quamquam in
hanc opinionem citet D.Thom.Syluеſt.Ar-
mil.Ledeſm.& Manuel.nam & contrarium
docuit Cardina.in ca.de illo nu.2.de deſpo.
impube.verius igitur videtur præter ſtipula-
tionem,& acceptationem notarij requiri ra
tificationem: Neq. obſtat tex.d.l.iubemus,
quoniã loquitur in emancipatione,quæ quia
tollit patriam poteſtatem, quæ ſpeciem re-
dolet ſeruitutis,ideo aduerſus iuris regulas
ſtatuit Ius.vt fieri poſsit filio naſcituro.
Verum de hac queſtione latiſsime,& dili-
genter ſcripſi infra li.3.queſt. 2, a nu. 55.56.
57.& ſeq. multorum authoritate ſcripſi do-
nationem filijs naſcituris factam valere,etiã
nulla adiecta ſtipulatione notarij vel patris,
ſaltim fauore matrimonij ad eum reijcio
lectorem locum,& iuxta reſolutionem á me
ſcriptã,matrimonij hæc queſtio terminãda,
Secunda inſpectio eſt vbi promiſsio con-
trahendi matrimonij fuit acceptata per pa-
trem,vel notarium,vel alias coniunctas per-
ſonas tres igitur conſtituendę regulæ,prima
an promiſsio matrimonij per patrẽ accep-
tata tum valida ſit,vt promitens retrocede-
re nequeat,ſecunda an,idẽ ſit in promiſsio-
ne facta notario,tertia,quid in promiſsione
coniunctarum perſonarum.
Primæ regulę deciſio pendet a iuris noſtri
diſpoſitione,num pater,poſsit pro filio ab-
ſente donationem accipere, & num ante ra-
tificationem filij abſentis poſsit reuocari.
16 Circa primum † notiſsimum eſt poſſe pa-
trem pro filio ſtipulari l. quod dicitur l. do-
minus ff.de verb.obliga. cum enim pater &
filius vna,& eadem perſona reputentur §. ei
vero inſti.de iuri.ſtipu. cum ſimilibus ibidẽ
per glo.adductis Bartol. & alij in d. l.quod
dicitur,huic ſequitur poſſe patrem pro filio
abſenti donationẽ acceptare neq. poſſe re-
uocari

uocari inuito patre, etiam ante acceptationem filij abſentis, ſic ex cõmuni poſt Felin. Ruin. Alban. Iaſ. Niconi. & alios decidit Bolog. Caual. deciſ. 42. n. 17. vbi Purpu. & alios quoſdam contrarium aſſerentes adduxit, & ipſum in patre pro filio ſtipulanti & donationem acceptanti poſt Paris. Albinien. Deci. reſoluit de emancipato; Theſau. deciſ. Pedemon. 70. nu. 13. vbi & alios diſſentientes adduxit. nouiſsime Pereg. tracta. de fideico. art. 51. nu. 6. Ex hac ipſa communi ſententia prodit reſolutio quæſtionis, vt pater pro filio, vel filia, & ſi emancipatis promiſsionem matrimonij acceptans ita valeat promiſsio, vt promittens retrocedere nuſquam poſsit, quinimo ex probatiſsima opinione decidit
17 Theſau. ibidem nec † patrem ipſum poſſe infringere hanc donationem, iam iure ſemel filio ſua acceptatione quęſitã, quod ſane notandum eſt, verum aduerſam opinionem, vt
18 poſsit reuocari ſtipulatio † per patrẽ acceptata ante ratificationẽ filij authoritate Deci. conſil. 226. Cur. conſil. 52. Rolan. conſ. 19. li. 1. reſpondit, qui eiſdem temporibus cum Theſau. & Bolog. ſcripſit, eruditus Surd. cõſ. 351. nu. 33. li. 3. opinatur id ipſum, ex his tribus poſterior Pereg. tract. de fideico. art. 51. nu. 11. & ſeq. qui tamen nec Bolog. Theſau. nec Surd. meminit. Vnde ex his tribus grauiſsimis certe interpretibus, nullus alterius meminit, & certe hęc Surd. opinio videtur probabilior, imo & magis communis nam & in paterna ſtipulatione idem cenſuerunt Barba. Grat. Ludo. de Moli. & Oſaſc. deciſ. 33. n. 3. citati ab eodem Surd. qui expreſsim
19 hanc conſtituunt differentiam † inter ſtipulationem ſactam per publicam perſonam, aut alium quemuis, & ſi conuictũ, vt quæ per publicam perſonã fit, reuocari ante acceptationem non poſsit, alia vtiq. quod ille pulchre confirmat, & cuius opinioni adhęreo; ſufficit enim vt aduerſus iuris regulas cõcedatur patri pro filio ſtipulari, quod ſi concederemus etiam, reuocari non poſſe ante acceptationẽ filij, duo concurrerent ſpecialia, cũ & reuocatio regulariter vt in ſuperioribus dixi, ante acceptationẽ fieri poſsit, proinde verius crediderim, & ipſe, reuocari quidem poſſe ante acceptationem filij. Ex his ſequatur deciſio prudẽtis quæſtionis vt poſſit pro filia vel filio acceptare matrimonij promiſsionem, ſimulq. poſſe iuxta Surd. & aliorum opinionem reuocari ante accepta-
20 tionem a filio, vel filia factam. Et in † matrimonij promiſsione hoc ipsũ opinatur Sãch. & recte dicta diſputa. 7. nu. 31. Quę de pro-
21 miſsione † dixi a patre acceptata per patrẽ, eadem repetenda, & in promiſsione facta filio emancipato, vt valeat, quaſi in hac ſpecie nihil referat, an filius ſit in poteſtate patris, an emancipatus Barto. vbi reddit rationem in l. quod dicitur nu. 7. vbi Iaſſ. nu. 34. de verbo. obliga. Gabriel qui alios multos in commu. rub. de verb. oblig. conclu. 1. nu. 28. li. 3. cum ſeq. multis & nouiſsime id ipſum ſcribit Bolog. Caual. deciſio. 42. nu. 17. & poſterior Peregri. d. art. 51. nu. 206.

22 Ex hac ipſa traditione † inſertur patrem poſſe pro filio emancipato matrimonij recipere promiſsionem, quæ ſi per filium acceptetur irreuocabilis eſt ſic & ſenſit Sanch. d.
23 diſpu. nu. 36. ſic & cum ſubſequitur vt & † ſi multis tamen diſſentientibus mater poſsit ſtipulari pro filijs, & ſi eos minime in ſua habeat poteſtate, quia ſua interſit filios habere locupletes, & perinde poſsit acceptare donationem iuxta traditionẽ Bal. Corn. & aliorum quos ſequutus fuit Meno. conſil. 162. nu. 4. lib. 6. Rodri. Xua. titu. de las arras li. 1. nu. 69. Sanch. d. diſpu. num. 5. nouiſsime Pereg. tract. de fidei. art. 51. n. 8. proinde poterit mater pro filia matrimonij promiſsionem acceptare Sanch. d. diſpu. nu. 36.

24 Rurſus & idipſum † ſentiendũ vbi adeſſet ſtatutum, vel conſuetudo in loco, quod alteri per alterum actio quęri poſsit, ſicut Italiæ in aliquibus locis, tunc & promiſsio facta, cuilibet perſonæ de matrimonio contrahendo cum alia valeret, propter eandem rationem, quia in hac ſpecie, alteri per alterum aduerſus iuris diſpoſitionem actio quæritur Curt. conſ. 120. nu. 1. alios refert Gabriel. d. cõclu. n. 78. 79. quem ſequitur Surd. d. conſ. 351. nu. 32. lib. 3.

Neq. aliud fatẽdũ quando Auus, Abauus, vel cæteri aſcendentes acceptarent promiſſionem, vel donationem, cũ enim id poſsint
25 ſicut idem pater, ſicut reſoluit † Anto. Gabr. li. 3. cõmu. rub. de verb. oblig. conclu. 1. nu. 29. Pereg. d. art. 51. nu. 6. ſic etiam matrimonij promiſsionem, vnum enim, & idem ius conſiderandũ in his, ſicut cõſiderauit Sanch. d. diſpu. num. 36.

26 Neq. diuerſum † exiſtimandum in tutore, & curatore, hi enim etſi priuatę perſonę poſſunt pro minoribus ſtipulari, & acceptare glo. & alij in §. alteri Inſti. de inuti. ſtipulatio. alios pleroſq. Gabri. d. cõclu. 1. n. 103. & ſequenti, conſequenter acceptare promiſſionem matrimonij ex generali regula ſupra obſeruata idem Sanch. d. diſpu. nu. 36.

Ex ſuperioribus regula certa obſeruanda, vt in his caſibus in quibus priuata perſona pro alia ſtipulari poteſt, & donationem acceptare, poſsit, & matrimonij promiſsionẽ, a contrario vbi nequeunt, ſic nec promiſsionem matrimonij.

27 Verum quid dicẽdũ vbi in † promiſsione matri-

matrimonij facta à priuata perſona appoſitum fuiſſet iuramentum, egregia controuertia eſt, nam tex.in ca.ſicut de ſponſali. cuius tex.authoritate adducta glo.in cap. non eſt, in verbo, nihil.30.quæſt.2.opinatur, promiſſionem matrimonij (fauore & particulari prerogatiua illius) abſenti factam valere, dum ſit acceptata ab ſtipulante neque poſſe promittentem reſilire, & ſi nõ fuerit acceptata per abſentem, cuius cõtemplatione facta fuit: illius textus intellectum nullus hucvſque rectè percepit, nam Alex.de Neuo ibidem nu.15.& alij putant ſpeciale fore matrimonij, & Sanch. d. diſpu. nu.30. vt igitur illius cap.ſicut, verus prodeat intellectus, animaduertendum prius, donationem abſenti factam iuratam non poſſe reuocari, & ſi nõ fuerit interim acceptata ex vi preciſſa iuramenti, quę alioquin inualidum cõtractũ confirmat ca. quamuis cũ ſimilibus de pact. nu.6.ſic authoritate Socin. qui communem dixit cõſ.118.n.12.rub.Pariſi.Rolan.Alex. Neuiza.Guid.Pap.Caual.Purpu.Bu-ſat.Anchar.Gabriel.Gutier.& aliorũ ſcripſit Theſau.d.deciſio.70.nu.8.ver.ſed contrarium.

28 Contrariam opinionem † vt iuramentum nõ operetur acceptationem, & ideo poſt neceſſariam fore, tenuere innumeri quos lõga ſerie recenſuit idem Thęſau. ibidem nu. 8. Et ego ipſe infra li.3.quæſt.76.nu.4.vbi pleroſq. ex communi recenſui cum igitur non opererur iuramentum acceptationem, neq. faciat actum irreuocabilem, qui alias iuxta illius naturam reuocari poteſt, ita fiet vt acceptatio neceſſaria ſit; hinc ſequitur deciſio

29 ſuperioris controuertiæ † promiſsionẽ matrimonij abſenti factam iuratam & acceptatam, poſſe reuocari ante acceptationem tertij, in cuius fauorem promiſsio facta eſt, ſic rectè ſcripſit Sanch.d.diſpu.7.n.23.24. Nec obſtat tex.in d.ca. ſicut de ſponſali. quoniã ibi pręter fauorem matrimonij concurrebat ſtipulatio & acceptatio patris, qui potuit pro filio ſtipulari & promiſsionem recipere matrimonij, & quanquam ex communi opinione id procedat reuocabiliter, quia tameñ de matrimonio agitur, cuius fauorabilis cauſa eſt vti ſcripſi in præfatione libri tertij nu.37.ſic factum vt ob duplex vinculum, & fauore matrimonij promiſſio illa valeat irreuocabiliter, & hic mihi videtur ver⁹ illius cap.ſenſus.

Ad ſecundam regulam, quid in promiſſione per notarium acceptata matrimonij in fauorem abſentis pendet deciſio ab altera, vtrum ſtipulatio per notarium facta in fauorem abſentis, requirat illius acceptationem, ita vt nequeat reuocari.quæſtio hęc grauiſſima eſt, ſcinditur enim noſtrorum ſchola in duas partes, non poſſe ſtipulari notarium vti publicam perſonam pro abſente nullus dubitat, ſed an reuocabiliter hæc quęſtio. Exiſtimarunt multi quos latiſsime refert The-

30 ſau.d.deciſio 70. nu.3. † donationem reuocari poſſe, & conſequenter poſſe donantem interim rem alteri donare iura, & rationes, quibus moueantur interpretes ab illis petẽdę.contrariã opinionẽ tenuerunt alij multi, vt donatio a notario acceptata ſit irreuocabilis, quos recenſet ſuſe idem Theſau.in d. deciſio.nu.4.qui tamen exiſtimat verius ſtipulatione notarij quæri ius abſenti, reuocabiliter tamen ante illius acceptationem, quam & veriorem eſſe ſcribit, & magis communẽ ibidem in verſ. Hi ſunt: & præter dinumeratos ab eo, idem cenſuit cum eo Burg.de Paz quæſt.10.nu.14.Azeue.l.2.n.25. tit.16.li.5. Sanch.d.diſpu.nu. 21.ad medium Pereg. d. art.51.nu.14.vbi late. Verum cum priori

31 opinione vt quęratur ius irreuocabiliter † per notarij acceptationem, & ſtipulationẽ ſcribit poſt multos a ſe relatos Surd. deciſ. 111.nu.4.& 5.vbi ita deciſum in Senatu illo teſtatur, eandem opinionẽ tenuit idẽ Surd. conſil.351.nu.33.34.lib.3.vbi ſummam cõſtituit differentiam, inter ſtipulationẽ factã a priuata perſona, & eam, quę fit per publicã, vt hac quęratur ius reuocabiliter, priori minime: idem reſpondit Surd.con.305.nu. 15. lib. 3. & huic libenter ſubſcribo ſententiæ, quoniam vere diſcrimen aliquod cõſtituẽdũ eſt inter publicas, & priuatas perſonas, alioquin parum, vel nihil authoritas notarijs a iure conceſſa operaretur, ſicut multis rationibus, & argumentis oſtẽdit Rolan.conſ.19. n.16.citato per Theſau.& Alciat.in ca. cum contingat nu.324.

32 Ex hac traditione † ſuboritur deciſio cõtrouerſiæ, quid in promiſsione matrimonij facta, & per notariũ acceptata, hic enim vt cenſeo irreuocabiliter valet, & ſi Sanch.cõtrariũ ſentiat, quoniam ſi fauore matrimonij & ſtipulante patre pro filia, vel filio valet irreuocabiliter promiſsio ante acceptationẽ vt ſuperi⁹ dixi ex tex.in d.c.ſicut de ſpõſali. quid mirũ ſi valeat adſtãte ſtipulatione notarij pro altero promiſsionẽ acceptãte matrimonij.

33 Id ipſum exiſtimem † in promiſsione matrimonij facta Iudici, in iudicio acceptata per iudicẽ, vt valeat irreuocabiliter, quoniã cũ vt publica perſona poſsit alter ſtipulari, glo.in d.§. ſi qui alij in verbo, nihil agit, quã ab omnib⁹ receptã fuiſſe recẽſuit Gabri. d. con.1.rub.de ver.oblig.n.85.Et in terminis donationis acceptatæ per Iudicem loquitur Surd. conſ. 351.nu.31.li.3.& eruditiſsimus Peregrin.in tractat. de fideicom.articul.56. nu.13.

Digitized by Google

nu. 13. vbi cumulauit alios non relato. Surd.
nulla ſane dubitatio eſt, quin etiam poſſit
promiſſionem recipere matrimonij irretra-
ctabilem.

34 Ad tertiam regulam quando † promiſſio
matrimonij facta eſt perſonis priuatis, Quid
ſit dicendum ex ſuperioribus conſtat; quo-
niam cum non liceat perſonis priuatis pro
alijs ſtipulari l. ſtipulatio iſta §. alteri de
verb. oblig. d. §. ſi quis alij ornat multis cum
extentionibus, tum limitationibus Gabri.
d. con. 1. à num. 7. cum ſeq. multis; ſic ſane
nec matrimonij recipere promiſſionẽ, quia
ad inſtar contractus donationis ſeu ſtipula-
tionis regulanda eſt promiſſio matrimonij,
quia contractus iuriſgentium & à lege ciui-
li probatus & innuit Sanch. d. diſpu. & ſi non
ita aperte. num. 36.

35 Extremo † inquirendum, quod Sanch. d.
diſput. in dubium reuocat num. 35. An vbi
promiſſio per nuntium facta eſt matrimo-
nij, ſiue etiam epiſtolam num neceſſe ſit, co-
ram eodem nuntio acceptare, vel alio quo-
uis, & ſi per epiſtolam, an altera epiſtola ac-
ceptatio ſit notificanda nam Archidia. Ioan.
Andr. Anchar. Domi. Felin. Zazi. Alex. An-
gel. d. Anto. Syluelt. Sum. Tabien. VeraCru.
Henri. & Viual. ab eo adducti exiſtimarunt,
ſufficere quomodocunq; conſenſum expri-
mat ei, cui promiſsio fit, quomodocunq. id
egerit, non enim tunc reuocationi locus eſſe
poteſt ex multis (quas prædicti interpretes)
iuribus & rationibus adferunt.

36 Sanch. autem cum Bartho. Ledeſ. & † Pe-
tro eiuſdem nominis VeraCru. & alijs opi-
natur requiri acceptationem coram eodem
nuntio, qui fuerat deſtinatus, aut altero nun-
tio ad id expreſsim promittenti deſtinato,
vel epiſtola ſaltim, ſequentibus illi mouen-
tur argumentis primo, quia (inquit) quia in
matrimonio & ſponſalibus ſicut traditio, &
promiſsio debet eſſe ſenſibilis, ei cui fit, ita
& acceptatio, & repromiſsio: cum nulla di-
uerſitatis ratio aſsignari poſsit inter pro-
miſsionem & acceptationem, ſeu repromiſ-
ſionem: conſequenter argumentatur vt pro-
miſsio nuntio facta debet coram eodem, vel
altero nuntio, ad id deſtinato acceptari. Sed
hæc argumentatio leuis eſt, nam & ſi verum
37 ſit † donationem factam abſenti per nuntiũ,
vel epiſtolam ad id deſtinatum fieri debere,
atq; adeo id verum, vt ſi tranſiens per viam
audiret verba donantis, & diceret accepto,
& poſt id refferret donatario, adhuc donatio
non valeret, vt in ſuperioribus ſcripſi, multo-
rum authoritate, & in his terminis Surd. cõſ.
351. num. 29. qui pleroſq. recenſet: tamen
38 vbi loquimur in terminis donationis † vel
promiſsionis, in quibus de natura, & ſubſtã-
tia contractus nõ requiritur ſimultaneus cõ-
ſenſus, vbi in promiſsione & donatione quæ
fit abſenti per nuntiũ, vel epiſtolã; eo in ca-
ſu ſufficit pro acceptatione ſcientia donata-
rij, qui eo ipſo quod ſcit, præſumitur ratifi-
care, & donationẽ acceptare, eſt enim actus
delectabilis (vt noſtrorum verbis loquar, qui
vnius tantum commodum reſpicit) & hoc
ſufficit, ſic pulchre & erudite, eruditiſsimus
reſoluit Surd. Deci. Pariſi. Roland. Me-
no. Burſat. Rimi. Dida. & Ludo. de Molin.
deciſio. 111. per totam: ſi igitur vti argumẽ-
tatur idem Sanch. de promiſsione, & dona-
tione ad promiſsionem matrimonij, & re-
cte, metienda eſt regulis donationis, & pro-
miſsionis, abſenti facta dicti matrimonij
promiſsio, ſicut in illa ſola ſufficit ſcientia
vt acceptatio præſumatur, ſic in hac ipſa: qua
re aduerſam ſentẽtiam merito tenuere mul-
ti alij quæ communis eſt & vera, qualis Ar-
chidia. Ioan. Andre. Domi. Anchar. Felin.
Zazi. Alexander. Angel. D. Antoni. Aſten.
Roden. Sylueſt. Tabien. VeraCru. & Viual.
quos recenſet idem Sanch. ſupra num. 35.
a qua vti communi, & vera recedendum
non eſt.

Neq. obſtat ſecunda illius ratio, qua ille
39 ſic, *vbi † matrimonium inquit, vel ſponſalia
contrahuntur inter præſentes, vbi vir diceret
accipio te in vxorem, & mulier tam ſecreto
reſponderet, vt nec verbis, vel ſignis illius poſ-
ſet voluntas percipi non ſane foret matrimo-
nium vel ſponſalia: conſenſus omnino ille in-
ternus non ſufficeret*, recta certe argumenta-
tio, ſed quæ quæſtioni ab eo propoſitę, & à
me ipſo cum eo adiungi non poteſt: nã ſup-
ponit argumentatio promiſsionem matri-
monij vel ſponſalium non abſenti ſed præ-
ſenti, neq. per verba de futuro, ſed per ver-
ba de præſenti, at lata in his differentia eſt,
vt recte opinatur Sanch. quod & nos ſuo lo-
co comprobamus, requiri ſigna ſaltim, qui-
bus conſenſus percipi poſsit; at noſtra quæſ-
tio in promiſsione matrimonij vel ſponſa-
lium facta abſenti, quia promiſsio matrimo-
nij, aliud matrimonium, ſicut aliud eſt pro-
miſsio donandi, aliud realis donatio ſicut
40 multis oſtendi li. 1. vbi † ſcripſi cogi quem-
uis poſſe ad contrahendum matrimonium
qui contrahere promiſsit, ſicut is qui pro-
miſsit donare vel vendere: verum hæc diffe-
rentia, vt non eadem ſolemnitas requiratur
in promiſone, quæ in ipſo actu, quamquam
promittens cogi poſtea poſsit, vt promiſsio-
nem adimpleat. cum ſolemnitate legali clau
dicat igitur argumentatio.

41 Tollitur præterea argumentum † ex de-
ciſis per Surd. d. deciſ. 111. quoniam pro-
miſsio hęc donandi, vel contrahendi non re-
quirit

quirit conſenſum ſimultaneum quamquam, contractus ſit obligatorius, & ideo ſufficit acceptatio quomodocunq. fiat, & ſi non per eundem vel alium nuntium vel epiſtolam.

42 Non obſtat tertium ſane † argumentum, neminem poſſe acceptare, quod ſibi ignotum ſit, inde ille, *ſi inquit, non manifeſtetur acceptatio vel repromiſſio promittenti, per nūtium, vel epiſtolam, ſed alij, non ſufficiet.* Deficit ratio, in multis, primo, quia acceptatio promiſsionis ſicut donationis poteſt fieri quomodocunque, etiam citra nuntium, vel epiſtolam ex communi Surd. ſupra tum deficit, quia ignotum non dicitur donatario, quando ſcit donationem ſibi ab abſente factam, & ſi per nuntium vel epiſtolā acceptationem ſuam oſtendat: idem Surd. d. deciſione atque id ipſum nouiſsime nō relato Surd. reſpondit Peregrin. conſil. 94. & tractat. de fideicom. arti. 51. num. 5. num. 9. & ſeq. multis lib. 1. cenſuit donationem factam abſenti per nuntium, vel epiſtolam, cenſeri acceptatam, & ſi non per alium, vel eundem nuntium, vel epiſtolam donatarius ratificatet donationem, & ſufficiat verbo aut facto id facere num. 8. 9. 10. & ſeq. quare quod communi receptum ſententia eſt, donationem abſenti, niſi per nuntium, vel epiſtolam ad id deſtinatum fieri non poſſe, & omnino inutilem ex multis quos paulo ante citauimus, id intelligendum ex parte donatoris non ex parte donatarij qui præter nuntium, vel epiſtolam acceptare poteſt quomodocunque, ſicque intellexere omnes, neque aliter interpratandum, quod cum forſitam Sanch. non præuidiſſet, anſam illi, alioquin doctiſsimo, præbuit reſpondendi aduerſus communem ſententiam.

SVMMARIVM.

1 *Iracundiæ calore factum ratum non eſt.*
2 *Furioſus ſuus non eſt.*
3 *Iracundiæ calore factum in quibuſcunq. diſpoſitionibus non tenet.*
4 *Votum iracundiæ calore factum non valet.*
5 *Iuramentum iracundiæ calore factū nō valet.*
6 *Confeſſio calore iracundiæ nulla.*
7 *Accuſatio calore iracundiæ nulla.*
8 *Acceptatio ſecundi beneficij calore iracundiæ facta non facit vacare primum.*
9 *Delicta calore iracūdiæ facta mitius puniēda.*
10 *Exhæredatio calore iracundiæ facta nulla.*
11 *Confeſſio in delictis calore iracundiæ facta nulla.*
12 *Diuortium calore iracundiæ factum non tenet.*
13 *Licitatio calore iracundiæ facta nulla.*
14 *Cōfeſſio in iudicio facta calore iracūdiæ nulla.*
15 *Reuocatio donationis calore iracundiæ facta nō tenet.*
16 *Matrimonia vel ſponſalia calore iracundiæ facta non valet.*
17 *Calor iracundiæ talis eſſe debet vt ab ira, conſenſus penitus alteretur.*
18 *Calor iracundiæ qui conſenſum non immutat non infringit contractum.*
19 *Coniecturæ in probatione difficili attendendæ.*
20 *Sponſalia vel matrimonium contrahens qui illico pænitet an calore iracundiæ contraxiſſe videatur.*
21 *Actus in continenti factus ille dicitur qui in eodem loco fit & coram eiſdem teſtibus.*
22 *Teſtis in continenti dictum ſuum corrigere poteſt.*
23 *In continenti fieri quandoq. id dicitur quod fit intra tres dies.*
24 *In continenti fieri aliquid arbitrio iudicis relinquitur.*
25 *Sponſalia contrahens cum aliqua calore iracundiæ, cauſa probata recedere poteſt.*
26 *Iracundiæ calore factum non dicitur, qui id facit quod homines integri iudicij facere ſolent.*
27 *Prudenter agens non dicitur calore iracundiæ facere.*
28 *Calore iracundiæ matrimonium contractū an dicatur vbi & iocalia data fuere & publicatæ monitiones.*
29 *Calore iracundiæ in matrimonio factum quid dicatur.*
30 *Contrahens ſponſalia cū muliere diſparis gradus an calore iracundiæ factum dicatur.*
31 *Iracundus & furioſus equiparantur.*
32 *Reſtitutio in integrum aduerſus ſponſalia de præſenti vel matrimonium non datur minoribus.*
33 *Iracundiæ coniectura ſumitur vbi contrahens ſponſalia multa in ſui detrimentum & incommodum mulieris fecit.*
34 *Iracundia ſola, quæ hominis iudicium peruertit, omnino, hæc ſola irritat actus.*
35 *Iracundia leuis non irritat actum.*
36 *Sponſalia iracundiæ calore contracta ſemel, & pluries per aliquos actus ratificata, non infringuntur.*
37 *Matrimonium calore iracundiæ contractum tali calore, qui ſenſum omnino peruertit matrimonium irritat.*
38 *Sponſalia vel matrimoniū in dubio calore iracundiæ contracta non præſumuntur.*

COMPARATIO. XXX.

CALORE IRACVNDIAE CELEbratos contractus retractari, an id ipſum in ſponſalibus vel matrimonio, & quid iure nouo Concilij Tridenti.

1 FACTVM calore iracundię †
ratum non eſſe, regula iuris oſtẽ-
dit apertiſsima in l. quod calore
de reg. iur. impedit enim ira ani-
mum ne quiſquam iuſtum diſcer-
nere poſſit, vti dixit ſapiens, ideo Dei ira nõ
ſicut hominis eſt, quæ ſenſum perturbat ca.
productior de pœniten. diſ. 4. Sanè ſicut ſuus
2 † non eſt furioſus, ideſt ſui ipſius iudicium, &
moderationẽ continens, vti dixit IurisCon-
ſultus in l. fulcimus §. adeo ff. qui ex cau. in
poſſe: ſic & iratus arbitrio caret, nec ſuus di-
citur vt illius dicta vel facta iure ſubſiſtere
poſſint d. l. quod calore. Et ſicut furioſi act⁹
nulli iudicandi l. furioſi de regu. iur. pari-
ter ira concitati hominis: merito Apoſtol.
locum iræ dandum conſuluit ne nos corripiat
cap. illa & ſeq. quęſtio. 3. vti hęc & alia
pulchre congeſſit Cagnol. in d. l. quod ca-
lore.
3 Regula hæc in omnibus † fere vindicat,
tam contractibus, quam etiam delictis, &
alijs quibuſcunque geſtis & factis, in contra-
ctibus enim id apertiſſimum eſt Bart. Deci.
Cagno. & Mayne. in d. l. quod calore Roma.
ſingu. 508. poſt glo. in cap. 51. quis iratus 2.
q. 3. Iaſſ. in l. filiam C. de inof. teſta. Felin. in
4 cap. Matheus de Simo. Id ipſum in voto †
glo. Panor. & alij in cap. dudum de conuer.
coniu. altera glo. in cap. ſunt qui opes 17. q.
5 4. In iuramento † id ipſum cap. ſicut in pri-
mo de iure iur. l. 2. C. ad l. Iul. Mai. Confeſſio
6 † calore iracundiæ nulla glo. in cap. ex litte-
ris de diuor. Panorm. in cap. aferte de præſ.
7 Neq. aliud † in accuſatione. l. 2. C. de aboli-
8 tio. Acceptatio † ſecundi beneficij calore
iracũdiæ facta non facit primum vaccare ca.
9 de multa vbi Panor. de Præben. In delictis †
omnes id ipſum admittunt, ſicut innumeris
citatis Tiraq. tract. de pœnis cauſa 1. à nu. 1.
10 cum ſeq. & in blaſphemia loquens † nouiſſi-
me Farina. to. 1. qq. crimina. ſub titu. de de-
lict. & pœn. quæſt. 20. nu. 47. cum ſeq. Bayar.
ad Clar. §. fina. quæſt. 60. num. 36.
11 In exhæredatione † iracũdiæ calore facta
de filio, & ſi cum iuſta cauſa vt non valeat l. ſi
filiam C. de inofi. teſta. vbi omnes Menoch.
conſ. 544. nu. 6. lib. 6. idem conſ. 956. nu. 41.
12 42. lib. 10. & in cõfeſſione † & delictis Car-
re. in prac. crim. §. homicidiũ verſ. Septimo
13 excuſat à nu. 1. In diuortio † calore iracun-
diæ tex. in l. 3. de diuor. cap. diuortium de
pœni. diſ. 1. cap. ſi quis iratus 2. q. 3.
14 In licitatione † calore iracũdiæ facta tex.
in l. licitatio ff. de publica. in verbis, *quæ ca-
lorem licitantis vltra modũ inſtauerit*, in con-
15 feſſione † calore iracundię facta in iudicio
Paris. in cap. cum venerabilem de exceptio.
in reuocatione donationis calore iracundiæ
reſpondit nouiſſime Pere. conſi. 49. num. 20.
lib. 1.
Vnde hæc regula conſtituenda; calore ira-
16 cundię † matrimonium, vel ſponſalia cele-
brata, nullum producũt effectum, cum enim
id in cæteris vindicet actibus, & contractib⁹
vt paulo ante in ſponſalibus, & matrimonio,
id ipſum conſtituendũ ex Theologis Sanch.
de matri. lib. 1. diſp. 8. n. 4. & ſeq. qui Theo-
logica methodo hunc declarat articulũ. Ego
vero noſtrorum ordinem ſequens clare, &
familiariter proſequar. Neq. diſplicent quæ
ille inibi nu. 5. 6. & ſeq. ſed cum nos forum
exteriorẽ attendam⁹, cum Eccleſia nõ iudi-
cet de ocultis, quæ in hoc foro ſtatuenda ſint
perſequemur paucis.
17 Calor † igitur iracundiæ quo cõtractus in-
fringuntur talis eſſe debet, vt ab ira conſen-
ſus pœnitus alteretur, ac ſi quis ſuus ſit, ſed
iræ motu ſic concitatus, vt quid agat fere nõ
percipiat ſic Panor. & Feli. in c. ſicut de iu. iu.
Deci. Cagn. & Mayne. in d. l. quidquid calo-
re. Bal. Sali. & Iaſſ. in d. l. qui filiam C. de
Ino. teſ. Tiraq. de pœn. tem. cau. 1. à num. 1.
cum ſeq. vbi extendit & limitat Mench. de
ſucceſ. creatio. lib. 1. §. 10. nu. 616. Alcia. reſ-
pon. 477. nu. fin. Soci. iu. conſ. 36. n. 10. lib. 2.
Meno. d. conſ. 544. lib. 6. n. 5. & 6. conſ. 956.
nu. 41. 42. lib. 10. & Clarius Cagn. ſupra ci-
tatus in d. l. quid calore nu. 4. & 5. poſt Ioan.
Andr. Panor. & alios in c. dudum, ex illo tex.
de conuerſ. coniug. & dixit pulchre Felin. in
d. c. ſicut, quod ea omnia quæ immutant con-
ſenſum, & illum ledunt vitiant actũ, & quaſi
per errorem actus fieri cenſentur l. non fate-
18 tur de confeſ. Cagnol. ſupra, qui † intulit eã
non irritare iram cõtractum vel actum, quis
conſenſum minime immutaret, atq. in hanc
ſententiam omnes conueniunt, & ſequitur
Bayar. ad Clar. in §. fina. quęſt. 60. n. 36. Car-
reri. Deci. & Cagnol.
Tota in eo conſiſtit difficultas, quãdo ſpõ-
ſalia, vel matrimoniũ ira celebrata dici poſ-
ſunt, vt non valeãt, nã in diſcernendo cõtra-
ctum ira celebratũ fuiſſe nec ne ſummã om-
nes difficultatem conſtituunt; ſicuti dixerunt
Panor. & Feli. in d. c. ſicut Deci. & Cagno. in
d. l. quicquid calore Meno. in citatis conſi-
lijs, & Bayar. ſupra: ipſe eas referam conie-
cturas, quę mihi probabiliores videbuntur,
& ſi in hac materia, & quæſtione propoſita
19 nullus hucvſq. fuerit loquutus: Decurrendũ †
enim eſt in probatione dificili ad coniectu-
ras, ſicuti in hac eadem ſpecie quæſtionis no-
ſtrę reſpondit Meno. poſt. Soci. & alios conſ.
544. nu. 7. lib. 6. & conſ. 956. nu. 41. lib. 10.
20 Exiſtimauerim † primam probationem,
aut verius coniecturã validã, cum is, qui ſpõ-
ſalia, vel matrimoniũ cõtraxit, calore iracũ-
diæ

diæ breui tempore in ſe reuerſus recipuit,&
pœnituit,ſic lex.in d. l.3. de Diuo. & lex.in
d.c.ſi,quis irat⁹, & ca.diuortiū, vbi breui tē-
pore pœnitēs mulieri,quæ diuerterat.diuor-
tiū feciſſe nō cenſetur,ſic & Paris.d.c.per ve
nerabilē de excep.quē ſequitur Cagno. in d.
l.quicquid calorem.n.13. ad mediū cenſet cō-
feſſionē in iudicio factā calore iracūdiæ, illi-
co poſſe retractari,non docti de errore,quæ
autē ex interuallo minime,niſi error probe-
tur,quoniā vt dixit tex. in l. lecta in ver. di-
cebā de re. credi. ea quæ fiūt in cōtinēti co-
hærere actui vidētur,nec ſeparata iudicātur,
ſic & Cagno.ſupra nu.13.ad medi.
21 Sic & Bal.ſcripſit in l.petēs C.de pac. † il-
lū vere actū in cōtinēti factū dici,qui ſit in eo
dē loco,& corā eiſdē teſtibus,vnde ſi iracun-
diæ cauſa pręcedēte quisquā ſpōſalia,vel ma
trimoniū cōtraxerit, & illico eundē pœnitet
antequā ad alios actus perueniat,proculdu-
bio iracundiæ calorē cauſam dediſſe ſpōſali-
22 bus credēdū;atq. ideo nulla iudicanda,Sic †
& teſtis in cōtinenti dictū ſuū corrigere pōt
iuxta glo.receptā in §. quia vero in auth. de
teſta.Feli.& alij in c.præterea de teſ.cogen.
interprætātur ij omnes,in cōtinēti prius quā
à iudice,vel notario ipſum examināte rece-
dat ſic Bal.in d.l.lecta vel vbi adhuc cū par-
te loquutus nō fuit Panor. nu.12.in d.c.pre-
terea Gram.voto.70.nu.4.Capi.deciſ.61.
23 Deniq. cū ex diuerſitate locorū, & † per-
ſonarū,tum etiā rerū,quę aguntur,in cōtinē-
ti fieri dicatur,id quod intra tres dies fit.l.fi-
na.§.illico vbi Iaſſ.C. de iud.& in l.lecta.nu.
19.ď reb.credi.quādoq.intra decē dies glo.
in l.at eo.č.quo.& qua. ind. & quia oēs con-
24 ueniūt,vt ex his cauſis,quid in cōtinēti † fie-
ri dicatur, vel ex interuallo iudicis recti ar-
bitrio relinquēdū ſit,ſicut oēs ſupra relati in-
terpretes docent,& oſtendit diligenter Me-
no.de arbitr.iudi.qq.lib.2.caſu.9.10.11.12.
& 13.illc conſulendus.
25 Ego vero in † quæſtione propoſita opi-
nor,eum,qui ſic ſpōſalia cōtraxit, calore ira-
cūdiæ,cauſa iracūdię probata recedere poſ-
ſe,illico poſt ſpōſalia,antequā ad alios actus
procedat,qui ab his fiūt ſpōdentib⁹, qui ap-
penſate,cōſulto,& animo deliberato, ſpōſa-
lia cōtrahūt, veluti cū poſt promiſſionē trā-
ſactis tribus vel pluribus diebus iocalia tra-
dūtur,annulus,vel alia,quę in ſignū ſpōſalio
26 rū dari,aut defferri ſolēt ; deliberati enim †
animi iudicium arguitur in eo,qui id facit,ꝙ
cęteri integri iudicij homines facere ſolent:
idē ſi ab his,qui matrimoniū celebrāt.Quod
enim cōmuniter fit,id legitimum iura noſtra
crediderūt tex.inſignis vbi poſt glo.& Bart.
cæteri oēs in l. certi cōdictio §.ſi nummos ff.
de re.credi.c.cōſtitutus de reſig.Domi.cap.
Eccleſiaſticarū.11.diſt.& dixit tex.in l.penul.
ff. de cōſti. pecun.nō facile recedēdū eſſe ab
eo, ꝙ diu æquū viſum eſt:innumera coacer-
uāt interpretes hui⁹ traditionis ſimillima in
d.§.ſi nummos,quę ſileo.Et Euerar.in Topi.
legal.loco.63. à nu.1.cum ſeq.
27 Nec is,qui prudēter † agit,calore iracūdię
agere dici pōt argu.l.lucius in verbis,prudēs
conſiliū, de hære. inſti.l.Saluius Ariſto.ver-
bo.temperari,& in verbo , repræhenſorū de
lega.præſtan.
28 Neq.his obſtaret ſi obijceret † quisquā, eā
dē caloris & iracūdię cauſam,quę ſpōſalibus
cauſam dedit,potuiſſe anſam tribuere & da-
tioni iocaliū,& publicationi monitionum,&
his ſimilibus,& calorē ſucceſſiuū vſq. ad tri-
ginta dies poſſe perdurare, ex cōmuni opi-
nione,de qua Meno. poſt antiquiores de ar-
bi.iudi.q.lib.2.caſu.361.nu.20.21. quē ego
ſequutus ſum li.ſingul.de ſacra.homi.amitt.
immu.c.4.n.35.verſ, Secūdus caſus:id enim
in delictis cēſent interprætes ad mitigādam
pœnā occidētis iuſto dolore impulſi , non in
alijs ſicut Deci.d.l.quod calore ſcribit Car-
re.in ſupra citato loco nu.7.& ipſe in d.c.4.
Bavar.ſupra citatus.
Sane cū de ſimilibus ad ſimilia proceden-
dū ſit l.nō poſſunt ff.de legibus , ſicut in ma-
teria matrimonij, & diuortij , illius leges &
29 iura. † canonica interprætātur calore iracū-
dię factū fuiſſe id,quod momētaneū fuit d.l.
3.ff.de diuor. apertius in l. pleriq. ff.de rit.
nup.in verbis *nec inter moras ; aut illa ei nup-
ſerit,aut is aliā duxerit , maxime ſi nec dotem
vir reddiderit* d.c.ſi quis iratus. id ipſum ad
hanc ſpeciē perducendum videtur, vnde nec
Cagnol. eā durationē caloris iracundię vſq.
ad dies triginta admittit , etiā in delictis, &
iniurijs in d.l.quicquid n.12.& 13.ſed tutius
inquit eſt in cōtinēti iniuriā illatā reuocare:
multa ad hāc probandā coniecturam ſimiliá
adduci poſſunt,quę interprætes in citatis lo-
cis,quę conſulto prętereo.
30 Secunda coniectura † conijci pōt, cū quis
cōtraxit ſpōſalia cū ea, quę cū ipſo cōtrahē-
te diſparis erat , & inæqualis gradus,& quæ
talis foret,quā nec eiuſdē cōditionis in vxo-
rē duxiſſent,nā cauſa iracūdię probata , ſpō-
ſalia eodem calore celebrata fuiſſe pręſumi
poſſet:cōuerſo ordine nō pręſumētur calore
iracūdię cōtracta ſpōſalia , qn̄ ſpōſa paris eſt
gradus cū deſpōdēte eximię virtutis, & ho-
neſtatis,argu.ab aſſuetis , & prudētiæ ſolitæ
adhiberi in ſimilib⁹ vt ſupra;& ſi enim ſolus
error niſi circa perſonā,& conditionem ſer-
uilem non irritet matrimonium,ſicut ſcripſi
lib.2.differen.5. & 6. non tamen negant in-
terpretes,quin ex deffectu conſenſus, matri-
monium infringi non poſſit, quinimo totum

Digitized by Google

facit conſenſus in matrimonio, ſicut millies dixi. At qui ira graui motus aliquid agens æquiparatur furioſo, vel ebrio, ſicut tradit Cagnol. poſt alios in d. l. quicquid calore.& omnes in principio adducti,ſicut igitur ij cõtrahendo ſponſalia vel matrimonium ex defectu conſenſus nihil agunt, ſic calore iracũdiæ aliquid faciens, nam & in voto,iuramẽro, & his ſimilibus iracundia impulſi, nihil præſtare coguntur ſic ſupra omnes.

31 Quare licet † aduerſus ſpõſalia de pręſenti,nec aduerſus contractum matrimonij non detur minoribus,nec maioribus in integrum reſtitutio ſicuti ſcripſi lib.2.differen.6. intelligendum, dum defectus conſenſus minime deficiat,alioquin ſecus.

32 Tertia † cõiectura ſumi poteſt calore iracundię, quando cotrahens ſponſalia, multa pactus eſt.in ſui detrimẽtum, vel ſuorum, & incommodum mulieris, cauſa certe iracundiæ probata facile conijci poſſet deſpondẽtem iracundia euerſum id feciſſe; fecit enim hic quod facere non debuit, hãc in ſimili cõiecturam, & in propria ſpecie actus per iracundiam geſti tradidit Meno. d. conſ. 544. nu.7.ad finem cum ſeq.lib.6. & d.conſ.956. nu.fina.lib.10.imprudentiſſimũ enim eſt ſui ipſius,vel ſuorum vtilitatẽ deſpicere, & ea, quę fieri non debuerunt admittere.

His aliæ ſimiles adiungi coniecturę poſ-
33 ſent.Verum † animaduertendum in hac ſpecie, talem eſſe iracundiã debere,quę hominis iudicium inuertat omnino,hęc enim ſola actus infringit,non leuis, quę n ini ne iudicium abſorbet,ſicut poſt.Ioan.Andr.Panor. Felin.& Deci.ſcripſit Cagn. in d.l.quicquid nu.4.poſt Soci.Alcia.& alios Meno.d.conſ. 544.nu.7.verſ. Nec huic argumento,Meno. poſt Tiraq.& Bal.lib.1.de præſum. q.14.n. 21.& 22.Bayar.ad Clar. quęſt.60. num.36.

34 Neq. ex leui † cauſa, ſed magna quæ calori cauſam præbuerit Bayar.ſupra.

35 Animaduertendum extremo † has a me adductas præſumptiones tum ceſſare, cũ is, qui ſic calore iracundiæ ſponſalia contraxit ſemel & pluries ratificaſſet perſeuerando d. c.ſi quis iratus d.l.quicquid calore,in verbis, *quam ſi perſeuerantia apparuerit*; rationem reddiderũt Iaſſ.in d.l.ſi filiam & Cagn.n.15. poſtDeci.quod in hoc caſu ceſſat animi perturbatio,& conciratio irę,quæ integrum deprimebat iudiciũ glo.in d.cap. ſi quis iratus, Bal.& Felin.à Cagnol.relati ſupra.

36 Quę de ſpõſalibus dixi, † eadẽ iudico protrahenda ad matrimonij contractũ, vnde ſi quis calore ſuccẽſus odio patris, vel alterius cum aliqua matrimonium cõtraheret, nullis pręcedentibus monitionibus, præſente parocho,& teſtibus vbi tantus foret calor, qui ſenſum pœnitus abſorberet, nullũ foret iudicandum ex defectu conſenſus ex eiſdẽ rationibus,quæ in ſponſalibus ſuperius ſcripſi: ſane ſi pręcedentibus monitionibus, & interſticijs obſeruatis,quia perſeuerantia oſtẽditur contrahentis, quę iudicium abſorbebat,aliud iudicandum foret ex his quę paulo ante num.36.

Hęc ab alio vllo ex noſtris,vel Theologis cogitata ſcripſi in hoc articulo, eadem & ſacroſanctæ Romanę Eccleſiæ iudicio ſubmittens,& alterius melius ſentientis.

37 Enim vero † vbi dubium foret an calore iracundiæ ſponſalia, vel matrimonium con-
38 tracta † forent, iudicandũ non iracũdię cauſa,ſed conſulto,& appenſate celebrata,ſicuti poſt Panor.Alex.de Neuo. Feli.& alios docet recte Sanch.d.diſputatio.8. nu.10.cuius opinio cũ vera ſit,& multis,qui ſciens omitto,probari poſſit,tenenda eſt.

SVMMARIVM.

1 *Muti,& ſurdi,ſimiles ſunt furioſis.*
2 *Surdi a natura & muti.*
3 *Mutus quos contractus inire poteſt.*
4 *Surdus,& mutus a natura neq.ſtipulari poteſt vel alium contractum celebrare.*
5 *Mutus, & ſurdus ex accidenti, qui ſcribere nouit contrahere poteſt.*
6 *Mutus,& ſurdus an matrimonium contrahere poſſit.*
7 *Mutus,& ſurdus ſignis contrahere poteſt matrimonium.*
8 *Mutus, & ſurdus a natura,qui ex viuacitate ingenij omnia percipit matrimonium contrahere poteſt.*
9 *Mutus,& ſurdus ſicut,nec ſtipulari,nec etiam matrimonium contrahere poſſunt.*
10 *Mutis, & ſurdis matrimonij Sacramentum, ſicut & cætera Eccleſiæ Sacramenta non denegatur.*
11 *Iudicis cautela qualis in admitendo mutum,& ſurdum a natura in matrimonium.*
12 *Mutus,ſurdus,& cæcus, an ad matrimonium admitatur.*

COMPARATIO. XXXI.

CAECVS, MVTVS, SVRDVS, QVI contrahere nequeunt, vel teſtari, num matrimonium cõtrahere poſſint, etiam hodierno iure Concilij Tridentini.

1 MVTOS,& Surdos † ſimiles fore furioſis,& dementibus,qui nihil percipiunt in comperto eſt. Et ſi enim perſpicaciſſimi ſint, vt plurimum ingenij,& ad labiorũ nutum,& mutationem præſentiant,quid cũ eis alloquentes vellint; quia tamen virtualiter in his

in his militat eadem ratio, quę in furioſis, &
infantibus, quia diſcernere nequeant ea quæ
aguntur, nec quę ab arte pronũtiantur, defi-
cit operatio intellectus, qui ſuper incognitis
non operatur vt dixit Maſcard. infra citan-
dus ex Ariſto. rationẽ reddẽs, quoniã qui ab
2 ortu naturæ ſurdi ſunt, & muti; ſic factũ, † vt
iure ciuili ſtipulari, nec promittere poſſint
l. 1. de verb. ob. §. mutus de inſt. ſtipula. l. 1. §.
fin. de actio. & ob. In quibus iuribus fit æqui-
paratio à lege, quoad hos contractus, & ſi-
miles de muto, ſurdo, furioſo, infante: alia
pleraq. iura id ipſum probantia adfert An-
to. Gom. lib. 2. tit. de reſti. mino. num. 29. &
nouiſſimè Maſcar. docens probationem vo-
luntatis muti, vel ſurdi, de proba. to. 2. con.
3 1079. à num. 1. Sane vbi † mutus alios ini-
ret contractus, veluti, ſocietatis, & ſimiles,
poſſet quidem, quia in his nõ verborum for-
mula requiritur, quæ in ſtipulatione l. vbi nõ
voce de regu. iu. d. l. 1. §. fina. de actio. & ob.
latiſsime Gom. ſupra.

4 Conueniunt † vero omnes ex noſtris, ſur-
dum, & mutum a natura, neq; ſtipulari, vel
alium quemcunq. contractum poſſe celebra-
re, nullo enim poſſunt modo, vel intelligen-
tia recte percipere quę aguntur proinde nul-
lus foret contractus gloſ. celebris in l. qui id
quod §. mutus ff. de donatio. ex l. diſcretis,
vbi Bal. Sali. Angel. Iaſ. & alij C. de teſta.
5 Gom. ſupra & Maſcar. d. concluſ. 1079. vbi †
nu. 7. recte limitauit, in ſurdo, & muto ex ac-
cidenti, qui nouit ſcribere, vbi exemplũ po-
ſuit in Zacharia, qui inibi latius poſt multos
ab eo relatos.

6 Ex his deciſio quæſtionis † propoſitę ter-
minari poteſt, num mutus, & ſurdus matrimo
niũ contrahere poſsint, ſi enim ad cæteros
proſpiciamus contractus, cum hi, qui a natu-
ra muti, & ſurdi ſunt cõtrahere nequeant, ſic
nec matrimonium, cum ſit contractus iuriſ-
gentium: E conuerſo autem cum muti, & ſur-
di ex accidenti contrahere poſsint, ſic & ma-
trimonium celebrare. Crebrius igitur credi-
7 tum † eſt, poſſe mutos, & ſurdos contrahere
matrimonium, dum ſignis, vel proprijs, vel
alterius edoceri poſsint, quid, quale matri-
monij ſit Sacramentum c. cum apud. Secun-
dum communem intellectum de ſponſa. vbi
Ioan. An. Anto. Panor. Alex. de Neuo, & alij
omnes cũ alijs multis, quos congeſsit Sanch.
de matri. lib. 1. diſpu. 8. nu. 12. to. 1. verum in-
8 telligenda † traditio cõmunis vt dictum eſt
in his mutis, & ſurdis, qui vel ex accidenti
hoc fuerint conſequuti, nam ij omnia facile
percipiunt ſignis, vel in his, qui ex viuacitate
ingenij omnia perciperent; (cum tamẽ pauci
ſint) in alijs enim matrimoniũ contrahi poſ-
ſe interdictum eſt: cum enim (& ſi cæteri mi-
nime animaduertant) matrimoniũ contract⁹
ſit iuris gentium, & verbis, tum etiã ſtipula-
tione ſoleret antiquitus celebrari, ſicut in
prę fatione dixi huius tractatus, no. 43. & ali-
9 bi ſæpius, nam † ſponſalia ab ſpondendo di-
cta ſunt l. 1. & 2. ff. de ſponſa. ita fiet vt ſicut
mutus, & ſurdus ſtipulari non poſſunt vt ſu-
pra dixi ex l. 1. §. fin. de actio. & ob. §. mutis
inſti. de iure. ſtipu. ſic nec matrimonium con-
trahere; in hoc enim huic comparatur con-
10 tractui. Verũ quoniã † Sacramentũ Eccleſiæ
eſt, & Sacramenta etiã mutis, & ſurdis inter-
dicta non ſunt, ſi intelligere quo quomodo
quid ageretur mutus, & ſurdus poſſet, nec
hoc Sacramentũ debet denegari d. cap. cum
apud, nam & hi abſolui poſſunt, & confiteri,
baptizari, confirmari.

11 Cœterum diligens, † & circunſpectus iu-
dex Eccleſiaſticus animaduertere prius de-
bet, & experiri, an talis ſit mutus, & ſurdus,
qui ſciat, & percipiat, quæ aguntur, vt recte
animaduertit Angel. in Sum. verbo, matri-
moniũ 3. imped. n. 28. poſt Hoſ. Io. Andr. Pa
nor. Henri. Boy. & Alex. de Ne. Sanch. ſupra
12 nu. 12. ad finẽ; ſigna † autẽ intelligentiæ ad-
ducit Maſcar. ſupra. quæ non repeto.

Quę de muto, & ſurdo diximus, eadem in-
telligenda de muto, ſurdo, & cęco, ſicuti poſt
Ioan. An. Ant. Cardi. & Panor. ſcripſit Alex.
de Ne. in d. c. cum apud. Angel. Tabien Bru-
nel. Grego. relati per Sanch. ſupra nu. 13. à
quorũ opinione recte recedit, nam cũ ea ra-
tione mutis ſit à iure indultũ, vt poſsint con-
trahere matrimonium, dum ſignis id poſsint
percipere, qui nec ſigna videre poteſt, audi-
re, vel loqui, qua ratione contrahere matri-
moniũ poterit, niſi & is aliquando vidiſſet,
audiſſet, & loquutus fuiſſet, licet enim huiuſ-
modi perſonis Sacramenta conferri poſsint,
verum id ex eo contingit quod vt plurimum
verba neceſſaria non ſint, late in hãc opinio-
nẽ conſcendit Ancha. n. 5. in d. c. cũ apud n. 5.
Carre. lib. 1. de ſpon. c. 4. Sanch. ſupra ſed de
his ſatis.

SVMMARIVM.

1 *Conſenſus & ſi deficiat in interiori animo, dũ*
in exteriori verbis manifeſtetur, valere fa-
cit contractum.
2 *Conſenſus verbis expreſſis prolatus, & ſi ani-*
mus deficiat, valere facit obligationem.
3 *Nemo præſumitur verbis exprimere, quod*
prius mente non cogitauit.
4 *A verbis contractus recedendum non eſt.*
5 *Verba clara nullam admittunt diſputationem.*
6 *Coniectura voluntatis ex verbis elicitur.*
7 *Fideiubens pro aliquo, qui prius proteſtatur*
ſe nolle teneri, an teneatur.

L 3 Turpe

8 *Turpe dicitur aduerſus ea venire, quæ quis lu-
cida voce eſt proteſtatus.*
9 *Sanch. opinio, ſubuerſa.*
10 *Legis tertiæ ff. de actio. & oblig. intellectus.*
11 *Adulatoriæ, vel iactatoriæ aliquid promitens
non tene: tur.*
12 *Matrimonium ioco contractum non valet.*

COMPARATIO. XXXII.

CONTRAHENS ABSQVE ANIMO ſe obligandi, an vere obligetur, quid item in contractu matrimonij, & quid iure nouo Concil. Tridenti.

1 CONtractus omnes, † & ſi interior
deficiat conſenſus, valere in foro
exteriori nullus dubitauit, huc-
vſq. non enim leges agentilibus
illis & ſi ſummis Philoſophis la-
tæ ad forum, quem neſciebant cõſciẽtiæ reſ-
pexerunt; Vnde ſummum ſequuti Philoſo-
phum Ariſtoteli. lib. 1. Perihetmen. cap. 1.
*(Qui caſque in voce dicuntur, ſigna fore dixit
eorum affectuum qui in animo ſunt ſcripſit)*
cuius verba recenſuit Bal. in cap. mandatum
nu. 1. de teſ. Soci. ſenior. conſ. 10. nu. 2. lib. 1.
& hos ſequutus eſt Meno. de præſum. lib. 2.
2 præſum. 2. nu. 39. ſequuti igitur Ariſtotel. †
ſanccierunt, eum, qui verbis aperte cõtrahit,
ſtipulatur; vel emit, & ſi in interiore animo
conſenſus deficiat, vere obligari: aliter enim
nulla daretur vnquam obligatio, nullus cõ-
tractus valeret, cum poſſent partes, quæ ex
eo contractu diſpendium aliquod, vel incõ-
modũ pati poſſent, reſilire, dicentes, ſe ani-
mum contrahendi non habuiſſe: hoc autem
quam abſurdum ſit nullus non videt: Hinc
3 recte labeo † ſcripſit in l. labeo §. idem hi-
beto ff. de ſup. legat. *neminem præſumi id ver-
bis expreſſiſſe quod prius mente non cogitaue-
rit.* Et præſumit lex. id ipſum in corde quod
ore dictum fuit Menoch. ſupra num. 37. 38.
verbis igitur inhærendum, a quibus recede-
dere non licet l. non aliter de leg. 3. l. 3. §.
4 igitur de exerci. actio. Hinc † a verbis con-
tractus recedendum non eſſe iuſſit. I. Con-
ſultus in l. fideiuſſores magiſtratuum §. pro
Aurelio ff. de fideiuſ. l. ſi quis ſtipulatus ſit
ſtichum aut Pamphilũ ff. de ver. oblig. l. ſem-
per §. legem ff. de iu. immuni. l. cum præcib⁹
C. de proba. d. l. nõ aliter. Et vbi verba ſunt
5 clara, † nullo modo diſputandum de mente
l. continuus §. cum ita de ver. ob. l. ille aut il-
6 le §. cum in verbis de lega. 3. ſummam itaq. †
coniecturam voluntatis ex verbis noſtri eli-
ciunt, ſunt enim (vt Ariſto. idem dixit) in
Rhetori. ad Alex. *verba, notæ earum, quæ in
animo ſunt paſſionum:* Menoch. qui ex dictis
præteriti, præſentis, & futuri temporis, con-
iecturas depromit, & ſi ſuperiora minime
pertingat lib. 1. præſum. quæſt. 22. a nu. 1. cũ
ſeq. pulchre Camil. de verb. ſignif. li. 1. ca. 4.
à num. 2. & ſeq.
7 Hinc noſtri illam terminant † quæſtionẽ,
ſi quiſquam pro alio fideiubere intendens,
prius proteſtetur, ſe nolle ex ea, quam factu
rus eſt fideiuſſione teneri, an poſt ficte fide-
iubẽs remaneat obligatus; & remanere exi-
ſtimauit, & recte Bart. in l. nõ ſolum §. mor-
te nu. 23. vbi omnes alij poſt de no. oper. nũ-
tia. eum & alios ſequitur Gome. in lib. 2. re-
ſo. cap. de fidei. nu. 12. verſ. item quęro: quo-
niam in his actibus, qui a voluntate pendent
duorum requiritur conſenſus ipſorum, alias
ſummum inde pateretur altera pars damnũ
ex dolo, & fraude vnius niſi proteſtatio illa
fuiſſet intimata alteri vt recte ille inibi.
8 Hinc dixit Rom. Pont. † in cap. per tuas
de proba. ducum eſſe quemquam aduerſus
ea venire, quæ lucida voce fuit proteſtatus,
& ſuo eadem infirmare teſtimonio: id ipſum
ante dixerat Iuſtinia. in. l. generaliter C. de
non. num. pecu.
Et in terminis proprijs promiſſionis in
matrimonio factæ vt valeat in foro exterio-
ri, & ſi in interiori animæ, aliud dicendũ, re-
ſoluit Meno. lib. 2. præſum. 2. nu. 37. 38. cum
ſeq. dixi lib. 1. compa. 3. nu. 14. ex tex. in cã.
tua nos de ſponſa. cum alijs ibi citatis quare
9 † in hac cõtrouertia defeciſſe videtur Sãch.
de matri. to. 1. lib. 1. diſpu. 9. num. 1. 2. 3. qui
exiſtimat de iure ciuili initum pactũ vel con-
tractum abſq. animo ſe obligandi non obli-
gare authoritate tex. in l. 3. ff. de actio. & ob.
10 qui id non dicit; ſolum illa lex docuit, † eũ
qui iocoſe: & præter animum ſe obligandi
aliqua verba protulit; non ea obligare in
vim contractus; quia non animo contra-
hendi ſint dicta: quando ſcilicet iocoſe di-
cta ſunt, vel exempli gratia *vt cum quis al-
teri diceret, doce me formam ſtipulandi, &
promitendi, & interrogatus diceret, promit-
to tibi mille, tu reſponde ſtipulor eadem vel
11 accepta fero.* Sic etiam † docent noſtri id ip-
ſum fore cum quis iactatorie, vel adulato-
rie diceret alteri, *omnia mea tua ſunt*, vti in
dies fit inter amicos, neq. enim obligarent,
quia citra animum obligandi dici ſolerent,
& proferri, ſicuti poſt. Bart. & alios ſcripſit
Fran. Mar. deciſ. 345. 1. par. & nouiſsime nõ
relato Marco, Pereg. cõſ. 24. n. 4. & 5. lib. 1.
Cæterũ vbi cõtractus in ſua forma, & debita
ſolennitate celebratur, & ſi ex parte vnius cõ-
ſenſus deficiat ſe obligãdi nihilominꝰ cõtra
ctꝰ ſuſtinetur, quia ex verbis ſolitis obligãdi
præſumit lex, animũ, vt ſupra dicebã, ſimula-
tio igitur in animo cõſiſtens nihil pdeſſet, vt
contra-

contrahẽs ſe ab obligatione eximere poſſet,
ſicuti in ſpõſalibus, & matrimonio reſpõdit
12 Rom.Pont.in d.c.tua nos de ſponſa. Et in †
proprijs terminis matrimonij ioco, inter
duos cõtrahentes quod non valeat ſcripſi au-
thoritate Beroi. compara.3.nu.21. Licet in
his caſibus in quibus cõſenſus eſt neceſſarius
adeſſe animus debet veluti in translatione
dominij. l. in omnibus rebus ff. de act. &
obliga. l. in totum omnia.vbi Deci. & Cag.
ff.de re.iur.

SVMMARIVM.

1 *Fideiuſſio in omnibus contractibus licita.*
2 *Fideiuſſor ꝓprie dicitur, qui ꝓ alio intercedit.*
3 *Cauſa in omni contractu requiritur.*
4 *Fideiuſſor omni obligationi accedit.*
5 *Matrimonio fideiuſſores accedere poſſunt.*
6 *Fideiuſſor adiecta pœna in matrimonio non tenetur.*
7 *Principalis, & fideiuſſor in matrimonio, & ſi ad pœnã nõ teneãtur ad intereſſe tamen ſic.*
8 *Promiſſio ſoluẽdi intereſſe in matrimonio valet.*
9 *Fideiuſſio de dote conſeruanda in matrimonijs non tenet.*
10 *Fideiuſſio in matrimonio hodierno iure Conc. Tridentini nec quoad pœnã nec quoad intereſſe valet.*
11 *Fideiuſſio hodierno iure in ſponſalibus tenet, & quare.*

COMPARATIO. XXXIII.

FIDEIVSSOREM IN CONTRACtibus dari poſſe, non id ipſum in matrimonio hodierno iure Concilij Tridenti.

1 FIdeiuſſorũ dationẽ in † omni cõ-
tractu licitã fore, paucis caſib⁹ ã
iure exceptis, notiſsimũ eſt, ideo
generaliter Vlpianus ſcribit in
l.1.ff.de fideiuſſo.*omni obligationi fideiuſſorẽ*
accedere poſſe, & rurſus in commodato & de-
2 poſito in l.2.eo tit. Eſt autẽ † fideiuſſor pro-
pie, qui ꝓ alio intercedit, & ſoluere ſolẽni-
ter ꝓmitit.rẽ, vel pecuniã ꝓ alio debitã eo-
dẽ tẽpore, & loco, Gom.li.2.c.13.in prin. Et
3 licet † vt ille ait, in omni cõtractu cauſa re-
quiratur, hęc tñ ſufficit, cũ ſit obligatio acceſ-
ſoria, quæ principalẽ ſequitur obligationem,
ad illius vel maiorẽ fortitudinẽ, aut faciliorẽ
4 exactionẽ, & omni † obligationi ciuili, & na-
turali accedit fideiuſſoria, ſiue ciuili tãtũ, aut
naturali d.l.1.& to.tit.ff.de fidei.l.1.C.illo.
eo.cũ alijs multis cõgeſtis per Gom.ſupra.
5 Sic factũ † vt cũ matrimoniũ cõtractus ſit
iurisgẽtiũ, & huic accedere fideiuſſores poſ-
ſint, ideſt ꝓ ſecuritate illius ne poſt fidẽ da-
tã matrimonij cõtrahendi poſt recedere au-
deãt paciſcẽtes: & huius opinionis fuit ex ve-
teribus Hoſtien.in Sum.de ſpõſa. §.1.nu.2.
Alex.de Neuo.in c.Gẽma.n.31.de ſpõſa.Al
beri.in l.fin.C.de ſpon.Sanch.nouiſsime de
matri.diſpu.38.n.1.lib.1.Mouẽtur ij omnes
ratione quod nullo iure reperiatur prohibi-
tum, conſequenter videatur permiſſum.
Declarãt tñ nũc relati interpretes, vt cũ
appoſita pœna nulli⁹ ſit effectus in matrimo
nio ſicut pluries diximus, ſignãter lib.2. ſicut
6 principales † ex cõtrahẽtibus, & ſi pœna ſit
adiecta in nullã incidũt pœnã, ſic certe, & fi-
deiuſſores ad illius pœnæ pręſtationẽ in quã
principales nõ tenẽtur, minime adſtringẽtur,
nõ enim in maiorẽ, vel duriorẽ q̃ principalis
cauſam fideiuſſoris poſſunt obligari l.gręce
§.illud ff.de fidei.§.1.inſti.eo.tit.
7 Sane etſi † ad pœnã non teneãtur, potue-
runt tñ cogi vt intereſſe præſtẽt; quoniam &
principales ſpondentes, & matrimoniũ con-
trahẽtes ad intereſſe recte teneãtur, & illud
ſoluere cogi poſſunt, nõ intereſſe lucri ceſſan
tis, ſed damni emergentis ob fidem violatã,
ſicut in cæteris contractibus, vt quia ſpe ma-
trimonij multas vir vel mulier expenſas fe-
ciſſent, ſic poſt Bal.& Salic.declarãt pulchre
Præpoſi.in c.Gẽma de ſponſa.n.12.Alex.de
Neuo.nu.20. Sanch.de matri.li.1.diſpu.30.
n.14.rationẽ prodiderũt, quoniã quod vt in-
tereſſe dãni emergẽtis ſoluitur, id nõ in pœ-
nam ſed in recompenſationem damni fit.
8 Valet igitur † promiſsio ſoluẽdi intereſ-
ſe in matrimonio, ſub nomine intereſſe, & ſi
ſub nomine pœnæ minime ſuſtineatur, ſicuti
poſt antiquiores explicat Alex. de Neuo. in
d.c.Gemma nu.20. Sanch.d.diſpu.30.n.16.
Vnus & is præcipuus, cũ obligatio princi-
palis nõ ſubſiſtit, quod igitur Hoſtien.& alij
ſupra relati dixerũt pro ſecuritate matrimo
nij fideiuſſores poſſe intercedere, declaran-
di ſunt in his, quæ ad intereſſe pertineant,
9 damni emergentis non aliter: verum vno †
caſu in matrimonio fideiuſſoris interceſsio
prohibetur, cum de dote conſeruanda mu-
lier a marito fideiuſſores poſtulat; iniuſtum
enim viſum eſt legumlatoribus, vt qui ſuam
perſonam credunt maritis, ab his dotis con-
ſeruandæ ſecuritatem poſtulent l.fina. C. ne
fidei.do.den.
10 An autẽ iure nouo Con.Trid.c.1.de refor.
matri. ſeſſ.24. toties citato in hiſce cõmẽta-
rijs, valeat huiuſmodi fideiuſſorum inter-
ceſſio, noua quæſtio eſt a nullo hucvſq. agita-
ta, lubẽter in hãc cõſcẽdo ſentẽtiã, hodierno
iure ſuperfluã fore prædictã diſputationem,
quoniã ſicut ex cõmuni opinione reſolui.ſu-
pra cõpa.19.n.127.128.ex matrimonio cõ-
tracto aduerſus Trid.Conc.nulla hodie ori-
tur obligatio, nec ciuilis, vel naturalis, ſic ibi
multorũ ſcripſi authoritate, ita fiet vt cũ fide

Digitized by Google

iuſſor accedere nõ poſſit niſi adſit ciuilis ſaltim, aut naturalis obligatio vt in principio dixi, cõſequẽter nec accedere fideiuſſor poterit vbi cõtra formã Conci. matrimoniũ fuit celebratũ, & ſi aduerſus legis ꝓhibitionẽ fideiuſſor dari nequit d.l.1.& fi.C.ne fidei.doti. den. interdictis perſonis cõtrahere id & ſic cõtrahere: quis dubitet fideiuſſor ꝓ ſecuritate matrimonij clãdeſtini teneri obligatione aliqua nõ poſſe, cũ ipſi cõtrahẽtes non teneantur, & fideiuſſores in plusq̃ principales teneri nõ poſsint.
11 Vno. † autẽ caſu communis ſenẽtia ꝓcedere poſſet, qñ fideiuſſores in ſpõſalibus dati forẽt, cũ enim ſpõſalia ſublata nõ ſint illo cõſilio, vt ex cõmuni dixi lib.2. differen.11. num. finali fideiuſſoribus datis locus eſſet.

SVMMARIVM.

1 *Pignora in contractu matrimonij interuenire poſſunt.*

2 *Pignora in contractu matrimonij loco intereſſe recte dantur.*

3 *Pignora in matrimonio loco arrarum recte dantur.*

4 *Pignora in matrimonio loco pœnæ prohibita.*

5 *Pignora loco pœnæ data in matrimonijs ſiue in magna, vel in parua quantitate non tenent.*

6 *Pignora in contractu matrimonij ſiue tradatur in quantitate ſiue in ſpecie vbi loco arrarum dantur, valent.*

7 *Pignora in matrimonio ſimpliciter data, loco arrhæ data cenſentur.*

8 *Pignora hodierno iure Conc. Trid. in ſponſalibus dari poſſunt, in matrimonio nõ poſſunt.*

COMPARATIO. XXXIIII.

PIGNORA AN INTERVENIRE IN contractu matrimonij poſsint, ſicut cæteris contractibus, & an iure nouo Concilij Triden.

1 PIgnora in † cõtractu matrimonij interuenire poſſe, ſicut & arram, & ſicut fideiuſſores multi crediderũt, & ſi enim vti pignora proprie dari nõ poſſint, quæ debiti obligationẽ ſequatur, ſi nõ vt pignora vt arræ tñ data ſuſtinebũtur, neq. de nomine admodũ curãdũ, qñ de mẽte cõſtat cõtrahẽtiũ l.ſi vno ff.loc. l.ſi olei. C.eo.tit. ornat Meno.de præſ.li.3.præ.104.n.28.ſic ſpeculat.in noſtra ſpecie tit.de ſpõſa.§.primo igitur nu.4.Hoſti.in Sum.§.1.& in d.c.Gẽma.de ſpõſali.vbi poſt Inno.Ioan.Andr.Cardi.& alios Alex.de Ne.n.30.Iaſ.poſt veteres in l.Titia n.15.de ver.obli.Imol.n.5.Areti.ibidẽ, quæ opinio cõmuni recipitur cõſenſu, cõſentit ex Theologis Sanch.de matri.lib.1.diſput.38. num.1.& ſeq.

2 Hæc autẽ opinio † duob⁹ modis declarãda eſt. primo cũ pignora dãtur ꝓ intereſſe, & illius loco vbi, & quoties ꝓpter nõ ſequutũ matrimoniũ altera pars, quę aliquas fecit expẽſas, dãnũ pateretur, ꝓ his dari pignora poſſunt quoniã, & licitũ fore intereſſe dãni emergẽtis ſtipulãs in hac ſpecie ex cõmuni reſolui ſupra cõpa.præceden. nu.7. ſic fiet vt ſoluto intereſſe, pignora reſtituẽda ſint illico. Anto. de But.in d.c.Gẽma.n.9. Panor.n.10.Præpo.n.14.Syluest.Roſell.Ange.Brun. quos refert San.ſupra n.2.& vera opinio eſt.

3 Secũdo declaratur † vt poſſint dari pignora, etiam loco arrarũ, vbi facta cõuẽtione de arris, quæ traditæ nõ ſunt, in eadẽ arrarũ, quãtitate pignora dẽtur, ſic exiſtimãt Hoſti. Io. Andr. Azo. Cardi. Imo. Iaſſ. Areti. Alex.de Neuo.& alij citati ſupra in principio nu.1.

4 Tertio † declaratur vt ꝓcedat qñ pignora pro arris darẽtur, ſecus ſi ꝓ pœna impoſita, cũ enim pœna in matrimonijs interuenire nõ poſsit d.c.Gẽma & d.l.Titia, cũ principalis obligatio nõ ſubſiſtit; & acceſſoria l. cũ principalis cũ vulg.de re.iu. nec ſi iuramẽto firmata foret, vt pluries dixi, & in ꝓpoſita ſpecie docet glo.in d.l.Titia verbo. matrimonia vbi Bart.n.2.Alberi.in d.l.fina.de ſponſa.Salice.ibi.num.4. Anchar.Brunel.& alij quos Sanch.d.diſpu.num.4.

5 Quarto declaratur † cõmunis opinio ſiue pignora ſint in magna quãtitate ſiue parua, nihil enim refert, cũ ex cõmuni ſentẽtia dixerim li.3.q.1.nu.78.valere dationẽ arrarũ ſiue in parua vel magna conſiſtant quantitate ex rationibus ibi traditis.

6 Quinto declaratur, † ſiue pignora tradãtur in quãtitate ſiue in ſpecie; quãuis enim Bart. Anchar.& alij quidã traditionẽ hãc arrarum improbẽt, communi tamen refelluntur ſententia dixi lib.3.quæſt.1.num.79.

7 Sexto declaratur, † vt traditio pignoris valeat vbicũq. ſimpliciter traditũ fuit, nã & ſi ꝓ pœna, & illius loco datũ pignus diceretur, quia tñ pœna nõ exigitur illico, ſed expectatur cõtrauentio, potius pignus loco arrę datę cenſeretur, ſicut dixi d.quæſt.1.num.77.

8 Septimo declaratur † vt hodierno iure Cõcilij Triden. pignora dari poſsint in ſponſalibus, quia valida ſunt, ſiue publice, ſiue clãdeſtine celebrẽtur, at vero in matrimonio recipi nõ põt, cũ enim ex matrimonio clãdeſtino nulla oriatur obligatio ciuilis nec naturalis, proinde dicedens à cõtractu matrimonij clãdeſtini, nihil amittere põt, cõſequẽter reſtituenda pignora abſq. dãni refectione vt reſolui ſupra compara. pręcedenti num. 11.

LIBER PIMVS EXPLICIT.

FRANCISCI MOLINI. I.C. ET PATRITII ILERDENSIS, DE RITV NVPTIARVM, & pactis in matrimonio conuentis.

LIBER SECVNDVS.

AD LECTOREM LIBRI SECVNDI PRÆFATIO.

IN hoc ſecundo libro Lector optime, ſicut in priori,nouo,& analytico ordine agitur de matrimonio,quatenus Sacramentum eſt nouę legis: Et cum in primo dictum ſit, quid commune vt contractus eſt matrimonium, cum cæteris habeat,nunc conuerſa methodo, in quibus vt Sacramentum ab illis differat.

SVMMARIVM.

1 *Conditiones impoſſibiles vitiant contractus.*

2 *Contrahentes conditiones impoſſibiles adÿcientes in contractibus,tacite velle videntur,non valere contractus.*

3 *Caput finale de cõditio.appoſi.quod nullus hucuſq. intellexit ſecundum Dida.nouo,& vero ſenſu illuſtratur.*

4 *Matrimonium contrahens ſub impoſſibili conditione , conſentire in matrimonio non videtur.*

5 *Conſenſus in contractibus neceſſarius.*

6 *Cap.fina.de cõditio.appoſi.obiecta patitur difficilima,quibus Durandus inter Theologos doctiſſimus neſciuit reſpondere.*

7 *Matrimonium ſub impoſſibili conditione contractum in foro interiori matrimonium non eſt,licet in foro exteriori valeat,iuxta Paludani ſententiam.*

8 *Paludani opinio ab Adriano confutatur.*

9 *Subſtantiæ Sacramentorũ immutari non poſſunt.*

10 *Cap. fina. de conditio appoſi. intellectus multorum adfertur.*

11 *Intellectus communis d.cap.finalis de conditio. appoſitis à Dida.improbatur.*

12 *Didaci obiectio ſublata.*

13 *Gregorius Nonus Pont. Max. phraſim IurisConſultorum imitabatur ex Didaci opinione.*

14 *Conditiones impoſſibiles in vltimis voluntatibus ſuſtulit ius ciuile.*

15 *Didaci argumentum ſoluitur.*

16 *Conditionem difficilem adÿciens in ſuo contractu,videtur eam iocoſe adÿeciſſe,ideo nõ valet diſpoſitio : ſecus cum natura impoſſibilis appoſita eſt.*

17 *Cap. fina. de conditio.appoſi.de impoſſibili loquens conditione de difficili intelligendus eſt, ſecundum Dida.*

18 *Dida. animaduerſio reiecta.*

19 *Matrimonium ſub turpi , vel impoſſibili conditione contractum,illius fauore inductum a iure canonico,vt ex tacita contrahentis intentione pro non adiecta habeatur.*

20 *Eccleſia quamuis nequeat ſuplere conſenſum in matrimonio,poteſt tamen declarare quis,& quantus ſufficiat.*

21 *Cap. fina. de conditio. appoſi.& illius obiecta duppliciter,& noue diſſoluuntur.*

22 *Conditio impoſſibilis duplex.*

23 *Conſenſus ex adiectione conditionis impoſſibilis deficit.*

24 *Conditio negatiue concepta, non vitiat contractum, ſed purus remanet.*

25 *Cap. fin. de conditio. appoſi. volens conditiones impoſſibiles pro non adiectis haberi de impoſſibilibus negatiue conceptis intelligendum eſt.*

26 *Cap. fin. de conditio. appoſi. altero, nouo, & vero ſenſu donatur.*

Facta

Digitized by Google

27 *Facta pro infectis haberi non poſſunt.*
28 *Conſenſus præſumitur in matrimonio, vbi cō-
ditio ſubſtantiæ matrimonij & illius bonis
non aduerſatur.*

DIFFERENTIA. I.

*CONDITIONES IMPOSSIBILES
contractus omnes vitiare, matrimo-
nium minime: Alia rurſus ad intelle-
ctum cap. fina. de condi. appo. non inele-
ganter differuntur.*

1 CONDITIONES † im-
poſsibiles in contractib⁹,
pacta vitiare in comperto
eſt: ſic enim Martianus I.
C. ſcribit in l. non ſolum
ff. de actio. & obliga. *Non
ſolum conditiones impoſſi-
bili conditioni aplicatæ nullius momenti ſunt,
ſed etiam cæteri quoq; contractus, velut emp-
tiones, locationes, impoſſibili conditione inter-
poſita æque nullius momenti ſunt, quia in ea
re, quæ ex duorum plurium ve cōſenſu agitur,
2 omnium voluntas ſpectatur: quorum † procul-
dubio in huiuſmodi actu talis cogitatio eſt, vt
nihil agi exiſtiment appoſita ea conditione, quā
ſciant eſſe impoſſibilem:* hucvſq. Martianus
I.C. cuius verba ideo volui referre, vt ex his
preter aliorum ſententiam verum tex. in ca.
3 fin. de condi. appo. ſenſum depromam, tam †
difficilem, vt nullus modo vſq. illum intelle-
xerit quemadmodum fatetur Dida. in Epit.
ad 4.2. part. cap. 3. §. 2. num. 9. ad finem ean-
dem cum matrimo. ſententiam probat Iuſti-
nianus, in §. ſi impoſsibilis inſtit. de inuti. ſti-
pulatio. l. impoſsibilis l. ſtipulatio hoc mo-
do l. in illa ff. de verb. obliga. regu. impoſſi-
bilium de reg. iur. cum alijs adductis à glo.
in d. l. non ſolum, & vbiq. interpretes noſtri.
Cæterum cū Roma. Pontif. de impoſsibili,
& turpi conditione matrimonio adiecta an
validum foret interrogatus fuiſſet in d. cap.
fina. diſtinguit, *vel turpis conditio ſubſtantiæ,
& bonis matrimonij aduerſatur, & matrimo-
nium irritat, aut turpis non reſpicit ſubſtan-
tiam, & tunc fauore matrimonij tam ipſa quā
impoſſibilis reijcitur rato manente matrimo-
nio;* de turpi aduerſus ſubſtātiam matrimo-
nij veramq. huius deciſionis rationem præ-
ter alios reddidi ſuperiore libro compara-
tio. vigeſima ſexta, ad finem: de impoſsibili
nunc: impoſsibile enim videtur quod de im-
poſsibili conditione Roma. Pōtifex ſtatuit:
4 quoniā, † qui ſub impoſsibili contrahit ma-
trimonium conditione, vere non conſentit
vt dixit Martian. in d. l. non ſolum.

5 Conſenſus † autem tam neceſſarius eſt in
contractibus omnibus, vt citra conſenſum
nihil agi videatur l. 1. vſq. ad finem l. conuen-
tionis ff. de pac. præcipue in matrimonio, cu-
ius conſenſum ſupplere nec Eccleſia vel il-
lius Roma. Pontifex poſſunt, quemadmodū
paſsim Theologi, & noſtri docent, ſcripſi ſu-
periori libro compara. 3. in principio, & cō-
6 para. fina. difficilis † obiectio ſi quæ alia in
iure repetiatur: vt Durandus vir doctiſsimus
apud Theologos petitioribus ſoluēdam re-
liquerit. Paluda. vero. in 4. diſtinc. 29. quæſ.
7 2. art. 5. conclu. 5. aſſirmat † matrimoniū ſub
hac impoſsibili conditione contractum, ve-
re in foro interiori matrimonium non eſſe,
cæterum in foro exteriori teneri matrimo-
nium perficere propter præceptum Eccleſiæ
8 dicti tex. in cap. fin. Adrianus † & merito, q.
7. de matrimo. hanc refellit ſentētiam, quia
tex. in d. cap. fina. nullum inſtituit pręceptū
contrahendi, ſed contractum omnino fuiſſe
declarat; pręterea ſi Roma. Pontif. abſq. cō-
ſenſu matrimonium efficere nequit, & hic
defficit, nec in interiori, vel exteriori matri-
9 monium iudicari poteſt, nam quę † ſunt de
ſubſtantia Sacramenti quia de iure diuino,
immutari non poſſunt, vt poſt alios, Spinus
ſcribit tractat. de teſtam. gloſ. 15. num: 34.
& 35.

10 Alij aliud exiſtimant, † neq. inſubtiliter
vt Dida. reffert ſupra ſcilicet tex. in d. cap.
fina. intelligendum de impoſsibili cōditio-
ne, natura ipſa vere, & proprie, at conſide-
rata mente contrahentium poſsibili, idem
quam contrahentes matrimoniū, vere poſ-
ſibilem eſſe credebant; exemplum perhibēt,
cum quis cum aliqua contrahit ſub condi-
tione ſi ei in dotem daret centum millia, cū
niſi centum tantum quia pauper dare poſſet:
vel cum quis contraheret ſub conditione ſi
ipſa eum regem faceret, Principem, vel Co-
mitem; Nam ſic contrahens matrimonium
cum illa, ſciens rem mulieri impoſsibilem
pure contraxiſſe cenſetur: diuerſum, cum na-
tura impoſsibili contrahit conditione, ioco-
ſe enim quam ſerio magis cōtrahere is præ-
ſumitur, qui ſub conditione ſi cælum aſcen-
deris, vel cum digito tetigeris contrahit, d.
l. non ſolum, & hanc ſolutionem probare vi-
11 dentur canonici interpretes & Theologi: †
eam tamen improbat multis argumētis Di-
da. Primo quia ſicut in primo caſu, ita in ſe-
cundo conſenſus deficit, quoniam eadem
ipſa difficultatis ratio, quæ matrimonium
irritat, militat in ſecundo, quando impoſsi-
bile ſit mulieri centum millia dare, quę cen-
tum non poſsit.

12 Cæterum † hæc obiectio facile tolli po-
teſt, nam diſpar eſt ratio vtriuſq. caſus, quo-
rum

Digitized by Google

rum primus natura impoſsibilis eſt,alter mi
nime,& multa accidere poſſint,quæ hominũ
iudicio impoſſibilia , poſt poſſibilia ſint.
13 Ait † pręterea decretalem illam ca.fina.cõ-
ditam fuiſſe a Gregorio Nono Ponti. maxi.
cuius decreta ſapiũt phraſim Iuriſconſulto-
rum,apud quos conditio primi caſus nõ im-
poſsibilis,ſed difficilis appellatur in l. con-
tinuus §.illud de verb.obliga. atq. ideo in-
tellectus menti illius decreti conditoris non
conueniret.Sed & obiectio hæc facilius tol-
litur,quoniam non ſic Pontifex ille phraſis
Iuriſconſultorũ ſequutus eſt , vt in omnibus
eas ſequi videatur, in multis enim (vt om-
nes viderint) deficit:nec curarunt Roman.
Pontifices ſermonis elegantiam,quod de re
bus animas pertingentibus,vt plurimũ ege-
14 riſit: Argumentatur † tertio, quia inquit, a-
pertiſsime Roma.Pontifex in d.ca. fina. fa-
uore voluit matrimonio, vt idem tex. dicit,
ſicut & ius ciuile idem fecit vltimis volunta-
tibus,a quibus conditiones excludit impoſ-
ſibiles rata manente teſtatoris diſpoſitione,
licet & in teſtatoribus libet exigatur conſen
ſus,& voluntas §.impoſsibilis inſtit.de hæ-
redi.inſtituen.vbi glo.Angel. & cęteri Bart.
& alij in l.1.de conditio.inſtitu. Meno.tract.
de adipiſcen.poſſeſsio.reme.4. nu.152.dixi
ſuperiore libro compara.fina. vbi rationem
reddidit;tamen in eiſdem vltimis volunta-
tibus,conditio difficilis non reijcitur ſed irri
tam facit teſtatoris diſpoſitionẽ l. cũ hęres,
§.1.ff.de ſta.liber glo. & Angel. in d. §. im-
poſsibilis Bart.Imo.& poſteriores in d.l.1.
de conditio.inſtit.
15 Hoc † etiam argumentum tollitur,quia
præſuponit Gregorium nonum in eo ca.fina.
conditionem difficilem dicere voluiſſe non
impoſsibilem more Iuriſconſultorum. Rur-
ſus inter vltimas voluntates, & matrimoniũ
vt docui d. compara.fin.maxima eſt diuerſi-
tatis ratio,quia matrimonium eſt contractus
duorum,vnde ad aliorum in dubio naturam
regulandus eſt,at in vltimis voluntatibus de
vnius conſeruanda voluntate agitur,quam ex
16 coniecturis lex facile interpretatur, † vnde
& hac ratione ius ſtatuit eum, qui conditio-
nem difficilimam in ſua diſpoſitione adijcit,
iocoſe eam adijeciſſe citra ipſius voluntatẽ
videri,& ideo diſpoſitionem non valere in-
terpretatur;ſecus cum natura impoſsibilem
d.§.vbi glo.Barto.& Benedict.de Plum.
17 Extremo † argumentatur , quod ſecundũ
ſuperiorẽ ſenſum verba tex. de impoſsibili
conditione loquentia improprianda forẽt,
nec vere de impoſsibili ſed de difficili intel
ligerentur,excluderetur quę ſimul conditio
impoſsibilis,quę natura contingere nequit,
cum tamen contrarium ille tex.ſentiat.ſub-
dit intellectũ illius capitis mire reconditũ
18 fore: † Reſponderi & huic argumento faci-
le eſt,quia non nouum ſit a verborum rece-
dere proprietate, vt iura iuribus cõſilientur
ca.cum expediat de electio l.vni.C.de inof.
dona.noſtri in §.quibus in 1.Codi.conſti.
19 Subiungit † tandẽ nihil amplius dici poſ-
ſe,quam quod antea dictum eſt , ſcilicet ius
canonicum ex intenſione contrahentium ; &
fauore matrimonij præſumere conditiones
turpes,& impoſsibiles adiectas nõ fuiſſe ad
effectum ſuſpendendi matrimonium ideoq.
20 ſtatuiſſe pure contractum fuiſſe illud:† Mihi
certe non omnino diſplicet hic intellectus,
quia Eccleſia & ſi conſenſum ſupplere non
poſsit quia de ſubſtantia ſacramenti matri-
monij tamen poteſt declarare quis & qualis
ſufficiat,nam ante Concil.Triden.ſolus cõ-
trahentium ſufficiebat conſenſus , poſt illud
niſi fuerit pręſtitus coram parocho; & duob⁹
teſtibus non valet,quemadmodum dixi ſupe
riori libro,& docet Spin.tract.de teſta.glo.
15.nu.34.35.Niſi dicas quod in hac ſpecie
deficit omnino conſenſus propter conditio-
nem impoſsibilem,vt dixit Martian. in d. l.
nõ ſolum.Sanch.qui pleraq. cumulauit trac.
de Matri.li.5.diſp.4.a nu.1.cum ſeq.
21 Mihi † vero poſt alios libet dupliciter no-
22 dum hunc diſſoluere.Primo † duplex eſt cõ-
ditio impoſsibilis,vna quæ affirmatiue con-
23 cipitur,altera quæ negatiue , prior † in con-
tractibus vitiat eos omnino , quia conſenſus
defficit ex adiectione impoſsibilis cõditio-
nis veluti ſi digito cœlum tetigeris,ſi cœlum
24 aſcenderis,& his ſimilia;† negatiua cõcepta
non vitiat contractum,ſed purus remanet,ac
ſi adiecta conditio non fuiſſet, veluti ſi cœlũ
digito non tetigeris , ſi eum non aſcenderis
ſic enim & recte diſtinguit I. C. in d. l. im-
poſsibilis de verb.obliga.& in d.§.ſi impoſ-
25 ſibilis de inutili. ſtipulatio. † Quod igitur
Roma.Pontifex ſtatuit impoſsibiles condi-
tiones pro nõ adiectis haberi de huiuſmodi
impoſsibilibus . negatiue conceptis intelli-
gendum eſt,non de his,quæ affirmatiue,quia
talis contractus vitiant ob defectum con-
ſenſus.
26 At ſi † hic ſenſus cuiquam non arrideat;
alterum noſtræ ſuſcipiat officinę (vt mihi vi-
detur) meliorem:animaduertendum autem
eſt, Roma.Pontificem in d.cap. fin.in priore
illius parte generaliter in modum regulæ
ſtatuiſſe turpes conditiones aduerſus ſubſtã-
tiam matrimonij,& illius bona vitiare ma-
trimonium,ſubiungit in ſecunda parte limi-
tationem non eſſe locum regulæ in cęteris
turpibus,aut impoſsibilibus conditionibus,
quę fauore matrimonij reijciuntur raro ma-
nente ipſo:*Exceptio,vt vulgo dicitur de regu*

la eſſe

la eſſe debet, l.nam quod §.fina.cum vulgaribus de pœn. lega. igitur cũ excipiat Roma. Pontifex conditiones turpes, quæ non aduerſantur ſubſtantiæ matrimonij, excipit etiam impoſsibiles eiuſdem qualitatis, & tacitam diſtinctionem adduxiſſe videtur in ſponſalibus quam in turpibus fecit; vt impoſsibiles aduerſus ſubſtantiam matrimonij illud irritent quemadmodum turpes, impoſsibiles vero, quæ illi non contrariantur, ſicut & turpes non vitiant illud, ſed ratum maneat, ac ſi adiectę non fuiſſent: & hic verus & genuinus illius capitis ſenſus videtur. Exemplum quoties quis cum aliqua contraheret matrimonium ſub conditione, *ſi cum vxor ſit & ſocia alios in maritos recipiat:* hæc enim impoſsibilis eſt conditio, etiam iure naturę qua pluralitas hęc natura reprobatur, quemadmodum compara.1.poſt.Meno.& alios docui; aduerſatur etiam ſocietati & fidei, quæ bona ſunt matrimonij. Exemplum ſit etiam, vbi quis contrahit ſub conditione *ſi vxor facta, vxor*
27 *eſſe deſinat*; † nam id impoſsibile eſt vt facta pro infectis habeantur l.in bello §.factæ dę capti.& poſt.limi. reuer. Menoch.tracta.de adipiſ.poſſeſsio.remed.4.nu.152.153. cum vulgaribus. his alia multa exempla adiungi poſſunt quæ prętereo: Si itaq. hæc impoſsibiles aduerſus ſubſtantiam matrimonij adijciantur ex defectu conſenſus, ſicut & turpes
28 irritum efficiunt matrimoniũ, † Cæterę nãq. turpes, aut impoſsibiles natura, veluti ſi cœlum aſcẽderis, vel æum digito tetigeris, quia non reſpiciunt ſubſtantiam, & bona matrimonij, pro non adiectis cenſentur illius fauore; pręſumit enim ius canonicum, conſenſum adeſſe in contrahentibus, dum ſubſtantiæ, & illius bonis non aduerſantur, cum cõtrahunt, quemadmodum ſuperiore libro cõparatio.vigeſima ſexta ſcripſi, quæ dicta eſſe vellim ſalua ſemper in omnib⁹ ſanctę Sedis Apoſtolicę Romanę authoritate, & grauitatę. de hac impoſsibili conditione Sanch. in comm.de matrimo.li.5.diſpu.4.a nu.1.cum ſeq.ſupra relatis.

SVMMARIVM.

1 *Contractum obligatio qui ſub conditione contrahuntur, in ſuſpenſo eſt interim.*

2 *Contrahentes a contractu ſub conditione celebrato, interim donec conditio pendet, recedere non poſſunt.*

3 *Contractus conditionalis quo ad hoc vt reuocari interim non poſſit, perfectus dicitur.*

4 *Conditionalis cõtractus ſpem ad hæredes tranſmititur.*

5 *Conditionalis obligationis effectus multi in iure.*

6 *Matrimonium cum alia contractum pendente primi conditione, valet, & tenet.*

7 *Matrimonij fauore, & ratione libertatis illius inductum vt valeat matrimonium ſecundo contractũ pendente conditione primi.*

8 *Matrimonium cõtractum inter conſanguineos ſub conditione ſi Roma. Pontifex diſpenſauerit, an adueniente diſpenſatione nouo conſenſu opus ſit.*

9 *Viualdi error.*

10 *Obligatio nulla oritur ex contractu a principio nullo.*

11 *Contractus illicitus non dicitur, cum a contrahentibus in licitum tempus confertur.*

12 *Didaci traditio reprobata.*

13 *Perſonæ prohibitæ contrahere, nulla adiecta conditione contrahere poſſunt.*

14 *Matrimoniũ contractum ſub cõditione ſi Papa diſpenſauerit ſub impoſſibili conditione contractum cenſetur.*

15 *Impoſſibilia reputantur, quæ a Principis voluntate dependent.*

16 *Poſſibilia reputantur quæ a Principis voluntate dependent, dum Princeps ea ſolitus ſit concedere.*

17 *Didaci traditio improbata.*

18 *Ludouici de Molina, circa ea, quæ a Principe impetranda ſunt, an impoſſibilia iudicẽtur, diſtinctio adducitur.*

19 *Ludouici de Molina diſtinctio reiecta.*

20 *Concilium ſacrum Tridentinum legem ſummis Pontificibus imponere non potuit, ne ab ea recederent.*

21 *Papa ſupra Concilium eſt.*

22 *Matrimonij quæſtio ſub conditione contracti, ſi Roma. Pontifex diſpenſauerit, vera reſolutio hucuſque a nullo percepta.*

23 *L.apud Iulianum §.conſtat intellectus.*

24 *L.intercedit de conditio. & demonſtratio. intellectus.*

25 *Interpretum noſtrorum error, in ſpecie matrimonij ſub conditione contracti, ſi Papa diſpenſauerit.*

26 *Matrimoniũ contrahentes ſub conditione poſſibili, & honeſta, adueniente conditione nouo conſenſu non egent.*

27 *Conditionis implementum contractum conditionalem perficit.*

28 *Matrimonij conditionalis perfectio ab implemento conditionis pendet.*

29 *Didaci ratio ſublata.*

30 *Tractus futuri temporis ad Iudicem non pertinet.*

31 *Cap. ſuper eo de conditio. appoſ. intellectus.*

32 *Martini ab Azpilicueta querimonia aduerſus Didacum illius diſcipulum, in Salmanticenſi academia.*

33 *Matrimoniũ contractum ſub conditione, adhibitis tamen ſolemnitatibus S.Con.Trident.*

adue-

*aduenìente conditione nouo conſenſu opus
non eſt.*
14 *Viualdi inaduertentia ſimul & Matienſi.*
15 *S.Concil.Triden.nõ ſuſtulit matrimonia, quæ
ſub licita & honeſta conditione fieri poſſunt
de iure communi.*

DIFFERENTIA. II.

*IN CONTRACTIBVS CONDI-
tionalibus pendente interim cõditione,
recedere nulli partium licet: in matri-
monio ſub conditione cõtracto quid; Et
an iure nouo S.C.Triden.nouo conſenſu
opus ſit.*

1 COntractus † qui ſub conditione
cõtrahuntur, quia interim actio,
& obligatio orta non eſt, quia
ſuſpenſa donec cõditio implea-
tur l.cedere diem de verbo. ſig-
nificatio.l.bouẽ §. ſub cõditione de Edeli.
Edic.l.is cui ff.de actio.& obliga. l.ſub cõdi
tione ff.de ſolutionib' §.ſub cõditione inſti.
de verbo.obliga.Barto. in d.l. is cui Angel.
in d.§.ſub cõditione Meno.pulchre in conſ.
388.nu.15.& nu.27.li.4. vbi diſtinctionem
conſtituit inter conditionẽ ſuſpenſiuam vel
reſolutiuã,& conſil.63.nu.28.29.lib.1.conſ.
2 68.nu.8.lib.1. † nequeunt tamen contrahẽ-
tes ſub conditione a contractu recedere cõ-
ditionali, donec vel ipſa impleatur, vel in to
tum deficiat l.potiot l. qui balneum ff. qui
potiores in pigno.habean. d. l. is cui de ac-
tio.& obliga.l.proinde ff.ſi cert.peta.l.quod
3 in diem ff.de acceptila. Hinc † contractus
conditionalis vere quo ad hoc vt reuocari
non poſſit perfectus dicitur, & poſt Tiraq.
& alios ſcribit Matien.in l.1.glo.4. tit. 6.li.
4 5.ordinationum. † Adeo vt illi' ſpes ad hæ-
redes tranſmitatur §. ex conditionali inſtit.
de verbo.obliga.Meno.conſ.101.n.27.li. 1.
& idem Meno.erudite declarans d.§.ex cõ-
ditionali conſ.388.num.54.55.li.4.Alexan.
Rauden.conſ.53.nu.5.Beret.conſ.81. nu.5.
5 Quinimo † pleroſque in iure conditionalis
obligatio parit effectus, quos poſt antiquio-
res receſuit Anto.Gomez.in to.2.reſolutio.
6 ca.11.nu.29.cum ſeq. Cæterum † & ſi matri
monium contractus ſit, ſi ſub conditione ce-
lebretur, & ſi vrbanius faceret ſic cõtrahens
ſi conditionalis euentum expectaret, non ta-
men cogitur, & ideo ſi interim pendente cõ-
ditione cum alia purè contrahat, tenebit ma
trimonium glo.Panorm.Præpoſi.& cęteri in
ca.ſuper eo de cõdi.appoſit.Dida.in Epito.
ad 4.2.par.ca.3.nu.6.dixi altero libro com-
paratio.26.ad finẽ,& nullus diſſentit ratio-
7 nem eam omnes prodiderunt, quod † tanta
ſit in contrahendis matrimonijs libertas, fa-
uore talis & tanti ſacramenti, vt noluerint
iura, ei, qui ſic ſub conditione contraxit pro-
hibere alterius mulieris coniugium, dum id
(vt modo dixi) faciat ante conditionis im-
plementum, nec refert an ab ea conditione
recedat ſciente vel ignorante priori, cũ qua
ſub conditione contraxit ca.fin.de procura-
to. in 6.
8 Dubitarũt † vero interpretes noſtri, quid
in his dicendum, qui matrimonium contra-
xerunt ſub conditione ſi Roma. Pontif. diſ-
penſauerit, cum inter eos ſubeſſet canonicũ
impedimentum; an diſpenſatione ſequuta;
illico perfectum ſit matrimonium, an vero
nouo cõſenſu opus ſit, ita quod ſi vnus ex his
nolit, cogi poſſit in facie Eccleſiæ illud cõſu-
mare. Et Panormi.Innocen. Cardina. & alij
pleriq. in ca.ſuper eo ex.de cõditio appoſi.
docuerunt præter Papę diſpenſationem ea
obtenta, nouo opus fore conſenſu, quam opi
nionem docuerat prior Henri.Boi. in ca. fi.
de condi.appo. Sylueſ.in d.verbo matrimo
nium 3.nu.9.poſt Angel.Roſel.& alios à ſe
relatos vbi & communem dixit Areti.conſi.
142.idem receptiorem affirmans in l. apud
Iulianum §.cõſtat de lega.1.Dida. in Epito.
ad 4.2.par.c.3.n.7.& 8.Ferdinan. de Loaz.
olim patriæ chariſſimę Epiſcopus in trac.de
matrimo.Regis Anglię, dubio 12.in princi-
pio, Mozzi.de contract.tit.de matrimo.§. di
uiſio matrimonij n.10.ad medium Adrian.
in 4.tracta.de Matrimo.q.10.in fine Domi.
de Sot.in 4.diſtinct.29.q.2. artic. 1. Gutier.
qui ad vtramq. partem li.1.cano.quæſt.cap.
9 10.a nu.1.cum ſeq. Vinal. † in Cande. Aur.
titu.de matrimo. 1.par.§.de conditionibus
appoſitis nu.55.qui alios citat, ſed incaute
duas communes reperiri affirmat, cum ſupe-
riori contraria, a nemine communis dicatur,
incaute etiam ſcribit Panor.& canoniſtas aſ-
ſerere in hac quæſtione nouo opus non eſſe
conſenſu, cum Panorm.& fere omnes paucis
exceptis contrariam defendant, & ſi in alte-
ra quam modo ſubiungam quæſtione huic ſi-
mili, diuerſum teneant nouiſſimè poſt hæc
exarata multos alios citauit ex Theologis
hanc ipſam cõmunem tenentibus Sanch. in
comme.de matrimo. lib. 5. diſpu.8.nu.9.&
10.& ſi parum tuto aduerſus communem te-
10 nuerit Panor.† & alij, ea mouentur ratione
præcipua, quod hic contractus ab initio illi-
citus fuit, cõſequenter nulla potuit oriri obli
gatio. l. cum lex.de fideiuſſo.l. non dubium
11 C.de legi.nouo igitur cõſenſu op' eſt.† Reſ-
pondet Dida.huic argumento, non dici illi-
citum contractum qui à contrahentibus cõ-
ficitur, vbi ad licitum tempus contractus cõ-
ditionem

ditionem conferunt l. in tempus ff. de hæ-
red.inſtitu.vnde tales non eſſent excommuni-
cati iuxta glo.communiter receptam, in Cle-
men. 1. de conſan.& affini.concinit & tex. in
l.ſi rem meam ff.de verbo.obliga.l.3. iuncta
12 l.penul. de oper. publi. Hæc † Didaci ſolu-
tio nihil facit, ea enim iura loquuntur, vbi
contractus prohibitus non erat ex defectu
rei, ſed quia res in contractum deducta ex-
13 tra dominium erat contrahentium, quo †
caſu pactio licita eſt, noſtra quæſtio, vbi rei
ipſius prohibitio adeſt; perſonæ etenim, quę
& res ipſę ſunt, & quę in contractum matri-
monij deducuntur interdictę fuerunt iure
canonico cõtrahere, ideo huiuſmodi nequit
contractus ſubſiſtere l. inter ſtipulantem §.
ſacram de verbo.obliga.quo tex. probatur,
non poſſe quemquam ſtipulari rem ſacram,
etiam cum ſacra aliquando futura non ſit l.
continuus §.cum quis de verb.oblig. & præ-
ſens ſtatus conſideratut in hoc caſu non ven-
turus d.§.cum quis.

14 Secunda † adducuntur Panor.& cęteri ra-
tione, quod hic contractus ſub conditione ſi
Papa diſpenſauerit celebratus, cenſetur ſub
impoſsibili conditione initus inter vtroſq.
15 contrahentes; ea † enim quę a principis vo-
luntate pendent reputantur impoſsibilia l.
apud Iulianum §.conſtat de lega.1. l. conti-
nuus §.cum quis de verbo.obliga. l. interci-
dit de conditio.& demonſtra. l. quidam re-
legatus ff. de reb. dub. vbi Socin. adnotauit
Pau. de Caſtr. Alex.Cuman.& Areti. in d.§.
conſtat Meno.conſ.504.num.50.lib.6.Surd.
deciſ.36.num.23.& deciſio.183.nu.5. idem
conſ.90.num.40.poſt Cranet.& Socin. quos
citat. Impoſsibilis autem conditio a matri-
monij contractu reijcitur, eo rato manente
d.c.fin.de condit.apposi.dixi ſupra differen.
1.igitur nullus eſt omnino; hinc cõſequitur,
quod & ſi Papa diſpenſauerit, nouo poſt con-
ſenſu opus ſit, quia anterior conuentio omni-
16 no nulla eſt: Huic rationi † reſpondet Di-
dac. quod vulgo ex his legibus deducitur,
impoſsibilia iudicari, quæ à Principis pen-
dent voluntate, intelligendum de his, quæ
à Principe concedi non ſolent, ea vero quæ
facile concedi non huiuſmodi ſunt, *veluti
(inquit) diſpenſatio in tertio, vel quarto con-
ſanguinitatis & alijs ſimilibus impedimentis
canonicis, quod non obſcure innuit tex. in d.§.
conſtat in verbis (cum diſtrahi non ſoleant.)*
17 Hæc † etiam diſſolutio tollitur, nec enim id
ſolum quod principes concedere non ſolent
impoſsibilia noſtri iudicarunt, ſed & id quod
ab eo impetrari poteſt, & concedere ſolitus
eſt. Atq. in hunc ſenſum intellexere omnes
d.§.conſtat, quemadmodum ſupra a me re-
lati affirmant, præcipue Meno. & Surd. Cra-
uet.conſ.957.num.1.Maria. Socin.conſ.51.
num.10.lib.1. & ſi impoſsibilius præſcripti
interpretes id eſſe intelligant, & recte, quod
à Principe cõcedi nõ ſolet, vt declarat Surd.
d.conſ.90.num.40. poſt alios ab eo relatos:
nam in matrimonio ſub hac conditione con-
tracto, ſola temporis præſentis ratio haben-
da eſt, non futuri, vt dixit tex. in d. §. cum
quis, vbi interpretes: & ſubtiliter Acoſt.in
ſelect. cap. 8. num. 14. lib. 1. atq. ideo cum
nullum ſit matrimonium, nouo opus eſt con-
ſenſu præter Romani Pontificis diſpoſitio-
nem.

18 Et ſi † non ignorem Ludo. Molin. tracta.
de Hiſpan. primog.lib.2.cap.13.num.7. in
ea quæſtione, an in primogenij inſtitutione
apponi conditio poſsit fœminæ, ſi tali nubat
viro conſanguineo ſuo, diſtinguat hoc modo;
*vel inquit, adeſt prohibitio inter cõſanguineos
intra tertium, vel quartum conſanguinitatis
gradum, vel in primo & ſecundo, priori caſu
exiſtimat conditionem reijciendam nõ eſſe, ve-
luti impoſsibilem, ab ipſa inſtitutione; ſecundo
caſu maxime quia (art) hodie iuxta S. Trident.
Concilium diſpenſandi facultas in primo, &
ſecundo gradu ſublata eſt cap. 5. de refor. ma-
19 trimo. ſeſſio. 24.* Cuius † certe ſententiã pro-
bare non poſſum, quod aliena admodum ſit
à iuris diſpoſitione; nam ea diſtinctio de ter-
tio, vel quarto cõſanguinitatis gradu, quam
antea Dida. ſcripſerat d. cap. 3. num. 7. & 8.
nihil omnino facit, non enim ius conſiderat
an Romanus Pontifex diſpenſare poſsit fa-
cile nec ne, ſed an ea conditio indiſpenſabi-
lis ſit, præſenti ſtatu conſiderato; Quæ ideo
impoſsibilis à iure reputatur, & ſi facile Pa-
pa in ea diſpenſet: multi enim ſunt Pontifi-
ces, qui nec in his volunt diſpenſare, in qui-
bus facilis ſit diſpenſatio, pleriq. etiam ſunt,
qui in ſecundo gradu etiam poſt ſacrũ Con-
cilium diſpenſarunt & nedum inter Reges,
& Sũmos Principes vt ſacrum diſponit Con-
cilium, ſed etiam inter nobiles nullus digni-
tatis regiæ titulo decoratos, vt multos noſ-
20 tris videmus temporibus: quoniam † S. Cõ-
cilium Summis Pontificibus legem non po-
tuit imponere, a qua recedere nõ potuerint
21 ex cauſa maxime; quia † Papa in his ſupra
Concilium eſt, ſecundum veram Theologo-
rum & Canoniſtarum ſententiam: pręterea
ius impoſsibilem hanc conditionem conſi-
derauit, et ſi darem' facile in tertio, & quar-
to gradu Pontifices diſpenſare, ob ſumptus,
& labores, quos ij ſuſtinent, qui regum cu-
riam adeunt, difficultatem etiam principem
alloquendi, & illius indulta cõſequendi. Vn-
de quod cõmode impetrari vel fieri nequit,
id impoſsibile noſtri eſſe cenſuerunt l. nepos
proculo de verbo. ſignifi. vbi Alciat. Brach.
Rebuf.

Rebuſ.Cranet.conſ.199.nu.2.& 241.n. 20. & qui alios Meno.tract.de arbitra.iudicum quæſt.li.2.caſu 237.nu.24. Atq.ita communis tenenda ſentẽtia eſt,in quam etiã Dida. inclinat d.ca.reiecta Calde.& aliorum, qui nullo iure contrarium aſſerere auſi ſunt.Cæterum de ſuperiore Molinæ traditione dicemus latius l.3.quæſt.26.ſectio.3. vbi ipſam
22 latiſsime confutauimus: Hæc † ſunt, quę à doctoribus noſtris accepi;verum mihi videtur eos hunc articulum non recte explicaſſe, vſq. modo,neq.verum dictarum legum ſenſum recte percepiſſe, aut applicare ad pro-
23 poſitum noſtrę quæſtionis:quoniam tex. † in d.§.cõſtat,loquitur in re publica,& Cæſaris, quę in alienos vſus conuerti non poteſt, cæterum loquitur in teſtatore, qui alias ſi res venundari potuiſſent de his diſponere pote-
24 rat,erat enim habilis ad teſtandum: † Et in l. intercidit de condi. & demonſtra.teſtator etiam habilis erat non inhabilis, tex. in l. continuus §.cum illud,in contrahentibus inuicem habilibus loquitur: l. quidam relegatus de pœnis de relegato loquitur,qui teſtamenti factionem non amiſerat vt glo. 1.ibi-
25 dem notat.† Noſter vero caſus diuerſus eſt, in contrahẽtibus ſcilicet matrimonium ſub conditione,ſi Papa diſpenſauerit,qui eo quo contrahunt tẽpore, ſunt omnino inhabiles, adeo quod ſi purè contraherent eſſent excommunicati: Hinc neceſſario ſequitur nouum deſiderari conſenſum,etiam obtenta diſpẽſatione,quę eos alias inhabiles habiles reddere ad cõtrahendum poteſt;Et hęc eſt ipſa
26 veritas. † Ex his infertur ſecus fore quando contrahentes habiles contraherent ſub conditione aliqua licita & honeſta , nam adueniente conditione nullo amplius nouo conſenſu opus eſſet, quia ceſſat ſuperior ratio, ſcilicet inhabilitas contrahentium:quem caſum incaute noſtri interpretes neſcientes diſtinguere,eum conculcant,& miſcent cum ſuperiore, maxime Dida. d. ca.num.8.in fine. Quando conſanguinei contrahunt ſub conditione prædicta.
27 Vnde † infertur quod quoties contractus matrimonij ſub conditione poſſibili, & honeſta celebraretur,eo caſu adueniente cõditione nouo opus conſenſu non eſſet, quam ſententiam tenuit Panor. in d. ca.de illis de condi.appoſi.vbi antea Inno.Henri.& antiquiores,idem Panor.in ca. ſuper eo. eodem tit.quam fatetur communem Dida.& ſi contrariam tueatur in d.ca.3.nu.5.in fin.Mozzi. d.§.nu.10.& dicit etiam communem Azpil. in Manua.Confeſſ.ca.22.n.63. repetit idem communem conſ.1.nu.7. ſub titu. de condi. appoſi.& Viual. Canoniſtarum etiam communem in Cande. Aure.1.par.tit. de matri. n.54.Matien.in lib.5.ordinatio.glo. 1.rub. nu.63.Spin.de teſtam.gloſ.15.nu. 65. verſi.
28 Vlterius.† Sanch.qui eandem latè defendit in tract.de matrimo.li.5.diſpu.8. a nu. 1.2. & ſeq. ea interpretes noſtri mouẽtur ratione, quod cum matrimonium ſit contractus, vt in cæteris adueniens conditio,illam purificat & perficit l. hæc venditio ff.de contrahen.emptio.l.ſi poſt diem §. ſi ſub cõditione. ff. quan dies lega. & perinde eſt ac ſi à principio pure celebrat⁹ fuiſſet l.fina. §. Titius vbi glo.Bal.& Angel.Alexan.Areti.Iaſ. & omnes ff. de vulga. & pupilla. ſubſ. l.ſi te ſolum ff.de hæred. inſtitu. cũ alijs coaceruatis per Anto.Gomez in reſolutionibus li. 2. ca.11.nu.30.& in l.63.Tauri.Deci. in l. pecuniam 2.nota.ff. ſi certũ peta.& relatis multis Tiraq.in tract.de retract.conſangui. §.1. glo.4.nu.27.Meno.conſ.28.nu.33.lib. 1. ita in matrimonio videatur,vt adueniente cõditione illico ſine nouo conſenſu perficiatur. Eandem Canoniſtarum ſententiã ex Theologis tenuit Paluda.in 4.diſtinct.29.contrariam opinionem ſequuti ſunt Theologi ita vt apud eos communis ſit hæc, quos non referam,quia Dida. in d. cap. eos recenſet, & multo plures Viual.in d.loco nu.54. Angles in flori.Theolo.in 4.diſtinct.29.Domini. de Soto in 4. diſtin.29.arti.2.ex noſtris Dida. d. cap. qui probabiliorem dicit Spin. de teſtam.glo.15.nu.66.Matien.in d.rubr.glo. 1.n.63.qui à collegio iuriſperitorum receſſerunt,theologorũ ſuperati rationibus , hac illi mouentur ratione priore,quod matrimonium ſine conſenſu non contrahitur,conſenſus vero in hac ſpecie non datur , igitur non
29 erit matrimonium: † ſic enim argumentatur Dida.nõ dari conſenſum patet,quia conſenſus ab initio præſtitus non eſt ſufficiens, quia conditionalis, at conditionis implementum nihil facit,namq. liberum eſt, cui ex duobus placeat antea contrahere,vel reuocare conſenſum,ob idq.conditionis euentus nihil operatur,niſi nouus adſit cõſenſus;quia ſi antea datus ſufficeret,nihil refferret an medio tempore contraheret cum alia vel diſſentiret.huic argumẽto reſpondetur non referre ſi vnus ex his poſſit cum alio interim contrahere,vel conſenſum reuocare,nõ enim quod
30 fieri põt, ſed quid factũ ſit quærimus ; † nam tractus futuri temporis non ad nos pertinet l.inter ſtipulantem §.ſacram de verb.oblig. l.continuus §.illud & §. cum quis de verbo. obliga. & cum in eadem voluntate vſq. ad implementum conditionis permanſerint,eo ipſo conſenſiſſe cenſeantur abſq.alio ſicut in cæteris conditionalibus contractibus.
31 Secundo † argumentatur Dida.de tex. in d.ca.ſuper eo de conditi. appoſi. qui certe nihil

35 *Religioſi ſecularibus negocijs ſe implicare non debent.*
36 *Impetrãda a Principe, impoſſibilia reputãtur.*
37 *Diſpoſitio quæuis de habilibus intelligẽda eſt.*
38 *Beneficio gaudere non debet, qui officiũ illi adnexum adimplere non poteſt.*
39 *Can.2.20.quæſt.1.declaratur.*
40 *Opinio communis a Vaſquio improbatur.*
41 *Opinio Vaſquij reprobatur.*

DIFFERENTIA. III.

CONDITIONES IN CONTRACtibus poſitæ, quæ illorum aduerſantur ſubſtantiæ, veluti nuſquam adiectæ cõtractus non vitiant; cur in matrimonio ſecus, & alia ad S.C. Tridentini declarationem lucido adnotata.

1 NON † aliud iura paſsim clami-
tant, quam cõditiones aduerſus
contractus ſubſtantiã appoſitas,
nuſquam contractus vitiare l.cũ
prçcario ff.de prçca.l.vbi ita do
natur ff.de dona.cau.mor.& cap. fina.ex. de
præcar.Canoniſtæ in cap.fina.de procuraro.
Noſtri in l.1.§.ſed ſi mihi ff.de verbo.oblig.
Imol.Caſtellio.& alij in d.l.vbi ita donatur.
Dida.in Epito.ad 4.2.par.cap.3.§.1.num.8.
ad finem,Mozzi.tracta.de contracti.titu.de
commo.§.de accidentalibus commodati nu.
2 3.remanet † igitur in ſuo robore contractus
ac ſi conditio appoſita non fuiſſet. d. l.cum.
prçcario vbi Barto. idem Barto. in d.l. vbi
ita donatur Bal.in l.ad exactionem.C.de do.
promiſſi. Rube.in l.non ſolum §.morte.nu.
357.ff.de no.ope. nuntia. Iaſſ. in authen.in-
greſſi num.36.C.de ſacro.Eccleſi.Bere.Fer-
nan.in l.pacta conuenta.1.cap.num.60.ff.de
cont.emptio.Cagno. poſt Deci. in l. contra-
ctus num.25. de regu.iur. Forcat.in necijo-
man. iur. dialo.3.num.2.Menoch.tracta.de
arbitra. iudi.quæſtio.lib.1. quæſt.69.nu.20.
21.22. Anton. Gomez.reſolutio.lib.2.ca.4.
num.32.verſ.nec obſtat.Aluar.Valaſ. de iu-
re emphiteo. quæſt.29.num.5.6. & ſeq. Di-
da.d.§.1.num.8. & num.17. & his tacitis li-
cet alijs relatis.Surd.tracta.de alimen.tit.7.
3 quęſt.18.num.20. Cæterum † in contractu
matrimonij appoſita conditio contra illius
ſubſtantiam,vitiat omnino matrimoniũ cap.
fina.in 1.par. de conditio.appo. fuſe Sanch.
tract.de matrim.lib.5.diſpu.9.à n.1.cũ ſeq.
4 Iura † hęc ſic quidam antiquiores conci-
liarunt,vt modus adiectus aduerſus ſubſtan-
tiam contractus reijciatur rato manente eo,
ſic intelligẽtes dictam legem cum præcario;
at tex. in d.c.fina.de conditione agit contra
ſubſtantiã matrimonij, quæ cõtractũ irritat,
& annullat omnino vt ibi:tacitè ſentiũt tex.
in d.ca.fi.non procedere , vbi modus fuiſſet
adiect⁹,valeret enim matrimoniũ eo ſubla-
5 to vt d.l.cũ præcario: Verũ hęc ꝙ ſentẽtia ve
ra non eſt,& merito à Did.d.§.n.17. impro-
batur,cũ ex vera,& receptiori ſententia om-
niũ in d.c.fi.tex.ille vindicet,vbi modus ad-
uerſus ſubſtãtiã matrimonij fuit appoſitus,
vt docet idẽ Dida.d.§.1.nu.8.dixi ſuperiori
lib.cõpa.fin.Rurſus Dida.idẽ improbat eã-
dẽ cõciliationẽ, quia & mod⁹ adiectus cõtra
ſubſtantiã cõtractus illũ vitiat l. per ſeruum
6 ff.de vſu. & habita. Vnde † Dida. poſt alios
opinatur,ſic recte iura hæc poſſe cõciliari, ꝙ
in l.cum prçcario,& alijs ſuperius citatis,ob
id cõtract⁹ vitiatus nõ fuit,quia ex illius mo-
di adiectione nõ deficit cõſenſus, & volũtas
cõtrahẽdi inter inuicẽ paſciſcẽtes,& ſi adie-
ctus modus,vel cõditio afforet cõtra illi⁹ cõ-
tractus qualitatẽ,quę ita inhęret illi,vt con-
traria qualitas eidẽ actui , & eius nomini, &
effectib⁹ aduerſetur:tũc valet cõtractus reie-
cta cõditione,quę nullũ prçſtat impedimen-
tũ quo minus ratione cõſenſus initiũ accipe-
re poſsit,& nõ cõuenit vt ſic geſtus cõtractus
ſimili adiectione modi vel cõditionis:irrite-
tur,in matrimonio ſecus,quia impugnat cõ-
ditio illa qualitati , ſine qua illud vires acci-
pere põt, vt eſt cõſenſus ad matrimoniũ re-
quiſitus , ſine quo matrimoniũ vires ſumere
nõ poteſt, ideo cõditio repugnãs huiuſmodi
qualitati vitiat matrimoniũ d.ca.fi.l.obliga-
tionũ ſubſtantia de actio. & obliga. l.diuus
§.cęterum ff.de milita.teſtamen.
7 Hęc Didaci † conciliatio mihi vera vide-
tur,& ſi rationes claudicẽt vtroq. pede; Im-
8 primis † male argumẽtatur dicẽs cõſẽſũ qua
litatẽ eſſe, cũ in omnibus cõtractib⁹ de ſub-
ſtãtialibus ſit,vt nullũ pactum,cõuentio nul-
la conſiſtere ſine cõſenſu poſsit.l.1. de pact.
declarãt omnes, quos priore recenſui libro.
9 compa.23.Et † aliud eſt ſubſtãtia aliud qua-
litas,in cõtractibus,non enim poteſt ad qua-
litatẽ contractus perueniri; ideſt ad indican-
dum qualis ſit, & quo nomine poſsit appel-
lari,niſi prius cõſiſtat, & in ſubſtãtia,& cõſen
10 ſu permaneat:vnde † cõſenſus ſubſtãtia dici-
tur à IurisCõſultis l.obligationum ſubſtãtia
de actio.& oblig.l.1.§.cõuẽtionis ff.de pact.
Caſtren.Socin.Alcia. & nouiſsimi in rubrica
11 ff.de verb.oblig. & † dixit Bal. egregie cõſ.
326.n.2.li.1.actũ omnẽ informẽ,& inanima
tũ dici, ſi eſſentiali careat ſpiritu, ideſt cõſen
ſu l.ſi ego §.nõ omnis de reb.credi.præterea
12 † qualitas nõ eſt ſubſtantia, ſed accidens ſe-
13 cundum Ariſtotilem,& Philoſophos,vnde †
veluti accidens nõ præſumitur niſi probetur
l.ſi vero §. qui ꝓ rei qualitate ff.qui ſatis da.

cogan. dixit egregie Meno.cõſ.1.nu.131.li.
1.& tract.de præſump.li.3.preſum.40.n.11.
14 Huius † qualitatis accidentalis quatuor
ſunt ſpecies,quas idẽ Meno.proſequitur tra-
ctatu de præſump.lib.1.queſt.14.num.16.cũ
ſeq.multis. Rurſus † & Didaci argumẽtatio
15 in eo deficit,quia dixerit, in d.l.cum præca-
rio ob id ratũ ſublato modo,remanſiſſe con-
tractũ,quia à principio non aduerſaretur cõ-
tractui,ſed illius qualitati:nam & IurisCon-
ſultus in l.cum manu.ſata.§.fin.ff.de contra-
hen.emptio.dixit,non eum videri vendidiſ-
ſe, qui adijcit pactum ne dominium in emp-
torẽ transferatur, quaſi ex defectu intentio-
nis contrahentium venditio deficiat, quem-
admodum illius tex.verba ſatis innuunt, *Nõ
poteſt videri,&c.*
16 Vera † igitur differentię ratio eſt, quia in
d.l.cum præcario modus fuit appoſitus circa
naturalia ipſius contractus, non circa ſubſtã-
tialia,vt in terminis declarauit Iaſ.in authẽ.
ingreſsi nũ.34.ad mediũ C.de ſacro.Eccleſ.
17 Tum † & quia ſecundũ veriorẽ,& magis re-
ceptã ſententiã non loquitur d.l.cũ pręcario
in cõditione,ſed in modo,vt ex illius verbis
cõſtat,& ita cẽſuit Batt.Imo. & alij quos re-
fert,& ſequitur Iaſ.in d.authen.ingreſsi nu.
36.At in c.fi. de condi. appoſi. fuit conditio
contra ſubſtantiã matrimonij & illius bona
adiecta,quo in caſu, vt noue, & vere præter
alios declaraui ſuperiore libro cõpa.26. de-
ficit cõſenſus contrahentiũ, propter repug-
nantiã,& impoſsibilitatẽ,matrimonium au-
tẽ abſq.conſenſu eſſe non poteſt, vt nec Ec-
cleſia ſine cõſenſu matrimoniũ efficere poſsit
vt ibi dixi.Et nihil refert ſi cõditio, vel mo-
dus adijciatur in matrimonio,aduerſus ſub-
ſtãtiã,nã vtroq.caſu cõſenſus deſficit,& ideo
in modo tex.in d.ca.fi. locũ habet vt ſupra.
18 Ab † his deducitur vera illius intricatæ quę-
ſtionis deciſio, an profeſsio ab aliquo facta
poſt annũ probationis,ſub cõditione,vt ei li-
ceat propriũ habere,vel vxorẽ ducere, quæ
aduerſantur ordini monachali, valida ſit rẽ-
iecta conditione,an vero irritetur.
19 Et Bernar.† interpres iuris canonici anti-
quus in d.c.fi.exiſtimat profeſsionẽ irritã eſ-
20 ſe,ductus authoritate illius † tex.quẽ ad ma-
trimoniũ ſpirituale procẽdit;idẽ ſcribit in c.
2.de ſta.mona.ſequũtur in d.c.fi.Calde.Car
din.& Panor.Areti.& alij iuniores in l.1. §.
ſed ſi mihi de verb.oblig.Deci.& Iaſ. in au-
then.ingreſsi.C. de ſacroſan. Eccleſi.aſſerũt
cõmunẽ,& receptã Alciat.in d.§. ſed ſi mihi
n.19.And.ab Ex.in rub.de pac.n.510.& alij
quos refert Dida.in d.§.1.n.18.glo. in l.per
ſeruũ §.1.de vſu.& habitatio.rub.in l.nõ ſo-
lũ §.morte n.191.de noui oper.nuntia.Diaz
de Luco.regu.25.& alij quos refert Mẽcha.
tract.de ſucceſsio.creatio.§.21.n.177.Spin.
tract.de teſtam.glo.12.nu.12.Huma.in l.1.
tit.7.glo.2.a n.1.Salz.ad Diaz de Luco.di-
cta regula.mouẽtur prædicti interpretes hac
ratione,quia validũ ſit argumentũ de matri-
monio carnali ad ſpirituale c.fi.capi.quanto
de trãſ.prælato.Panor.in ca.innotuit de ele-
ctio.Deci.& alij in authen.ingreſsi de ſacro.
Eccleſi.Euerar.late in Topi.legali.loco.33.
Lapp.vbi Mando.ad eũ allega.56.n.11.De-
cia.cõſ.20.n.43. li.1. Rolan.cõſ.35.n.18.li.
3.Viu.deciſ.255.n.39. 1.p. Vinc. de Fran.
deciſ.46.nu.2. 1.par. Meno.conſ.245.nu.8.
lib.3.Vnde cum ea conditio,quæ matrimo-
nio carnali,& illius ſubſtantię aduerſatur,vi-
tiet matrimonium, ita etiam profeſsionem.
21 Contrariã ſentẽtiã † tenuerũt multi,adeo
vt eã cõmunẽ dicere auſi ſint aliqui in primis
glo.in auth.ingreſsi de ſacro.Eccl.& in c.ſolet
32.q.2.Ioan.Andr.in d.c.fi.Lapp.allega.29
& innumeri,quos coacernauit Mẽch.d.§.21.
n.177.verſ.contrariã,quã dixit cõmunẽ Iaſ.
in d.authen.ingreſsi Imo.& Feli. in c.cũ M.
Ferrarienſis n.75.de cõſti.exiſtimarunt enim
profeſsionẽ valere reiecta cõditione,quẽad-
modũ id cõtingit in vltimis volũtatibus.l.1.
de cõdi.inſtitu.l.3.de condi.& demonſt.§.ſi
impoſsibilis inſtit. de hęred. inſtitu. tollitur
hæc argumẽtatio facile,verũ id in vltimis vo
lũtatibus,cõtrariũ in contractibus,& cæteris
actibus inter viuos l.nõ ſolum, ff.de actio.&
oblig.l.an inutilis ff.de acceptila.idq.ex def-
fectu volũtatis cõtrahẽtiũ, vt declaraui li.1.
cõpa.26.vnde cũ hic agatur de contractu in-
ter viuos,magis eſt vt ſecundũ naturã cętero-
rum reguletur.
22 Animaduertit antẽ † Dida.ſupra quod &
ſi ad ſubſtantiã perfectę religionis pertineãt
tria illa vota cõtinentiæ,paupertatis,& obe-
dientiæ ſecũdũ S.Tho.2.2.q.186.art.3.4.5.
eſt tex.in c.cũ ad monaſterij ex.de ſta. mo-
na.clemen.exiui de paradiſo §.cum igitur de
verbo.ſignifi.c.1.ſeſſ.25.Conc.Trid.Domi.
de Soto.de iuſt.& iur.li.7.q.5.art.1.poſſunt
23 † tñ vota hęc,licet nõ in totũ tolli, reſtringi
tñ, & coharctari, vt votũ paupertatis intel-
ligatur in particulari,votum etiam caſtitatis
reſtringatur ad cõiugalẽ,quẽadmodũ ait ille
cõtingit in militib9 S.Iacobi.qui tria emit-
tunt vota,cæterum quo ad paupertatẽ,& cõ-
tinẽtiã reſtricta admodum,qui vere religioſi
ſunt:igitur in quibuſdã religioſis votũ pau-
pertatis,& continentiæ non erit contrarium
ſubſtantiæ religionis: cuius ſententiæ fuiſſe
24 † Fortu. Garciam dicit in quodam conſilio:
ſubinde infert, quæſtionem præcedentem ſic
poſſe diſſolui, profitentem ſub dict. condi-
tione vere profiteri, & profeſsionem vali-
dam fore, atque ex ea teneri omnia perfi-
cere,

Digitized by Google

cere, quæ ipſi vt vero monacho incumbunt,
conſequenter paupertatem ſeruare cõſtrin-
gi, ex vi tamen voti non tenebitur ad præci-
25 ſam paupertatem. Secundo † infert profeſ-
ſionem ſub dicta conditione factam, vt inui-
to etiam prælato liceat ſibi bona acquirere
vel retinere, irritam eſſe, quia ſit aduerſus
ſubſtantiam religionis paupertatem ſcilicet,
Addit tertio quod ſi profeſſio fiat ſub cõdi-
tione vt ſibi liceat retinere domũ, vel fundũ,
vti propria ipſius, valere profeſſionem reie-
cta cõditione, ita intelligẽs glo. in d. authen.
26 ingreſſi. Hæ † Didaci cõſiderationes ſuſpe-
ctæ ſunt admodum; in primis aduerſantur
communi, & receptiori traditioni interpræ-
tum, qua ſupradiximus profeſſionem ſub ea
conditione emiſſam illam vitiare omnino.

Secundo corruere videtur ex alio, quia in-
nuit, aperte, eum, qui ſimilem emiſſit in pro-
feſſione conditionem, ex vi voti non teneri
ad præciſam paupertatem, licet teneatur vt
religioſus pręciſſe obſeruare eã. Hęc enim
implicant contradictionem teneri, & non
teneri, nam ſi ex vi voti vt ille fatetur, non
tenetur, cogi non poteſt ad ſeruandam præ-
ciſam paupertatem, cum ex modo profeſſio-
nis emiſſæ ſubditus & religioſus iudicandus
ſit, non in totum, ac ſi ſimpliciter vouiſſet,
quemadmodum in militibus S. Iacobi, & cę-
terarũ Hiſpanię militiarum, & in alijs, qui
certa, & limitata vota vouent in quibuſdam
religionibus à S. Sede Apoſtolica approba-
tis: vnde à communi ſententia recedendum
27 non eſt: Sanè † vbi non in profeſſione ipſa
ſed poſt prælatus regularis ex aliqua cauſa
ſubdito ſuo facultatem dediſſet habendi rẽ
aliquam vt propriam, quod poteſt iux. tex. in
cap. non dicatis 12. q. 1. cap. 2. de ſta. Mona.
cum ſimilibus: poſſet prælatus eandem recu-
perare, & ad libitum facultatem reuocare,
quemadmodum faceret dominus ſeruo ſuo,
vt late & erudite reſpondens quibuſdam S.
C. Tridentini decretis reſpondit Azpil. cõſ.
20. tit. de regul. à num. 1.

28 Vere † tamen aſſerit Dida. milites S. Ia-
cobi, & aliarum Hiſpanię militiarũ religio-
ſos ꝓprie dici, & ſi eorũ regula à tribus ſub-
ſtantialib⁹ votis in aliquibus diſſentiat, quẽ-
admodũ multis & efficaciſsimis rationibus
docet Azpil. tracta. de redditi. Eccleſiaſ. q. 1.
n. 55. & q. 3. n. 27. 28. 29. & monito 55. à n. 1.
& conſ. 1. tit. de regula. nu. 18. & cõſ. 13. ſub
tit. de ſponſa. n. 1. vbi maxime id procedere
ſcripſit in militibus Alcantarę, qui tria emit-
tunt vota ſubſtantialia, & ordinem profiten-
tur Ciſterciẽſem. Milites autem S. Iacobi ſo-
lam caſtitatem coniugalem: Milites Alcan-
taræ ſimpliciter illam.
29 Suſpecta † igitur videtur opinio Ludo. de
Moli. viri eruditiſsimi apud noſtros qui tra-
cta. de Hiſpa. primog. lib. 1. cap. 13. num. 98.
indiſcriminatim aſſeruit, milites S. Iacobi,
Alcantaræ, & Calatrauæ, ad maioratuũ ſuc-
ceſsionem admitti, & ſi in maioratus inſtitu-
tione excluſi fuerint religioſi: vnde Solon. de
Paz. cõſ. 17. n. 3. docuit, quod & ſi milites S.
Iacobi proprie religioſi nõ ſint, quemadmo-
dũ illic multorũ authoritate oſtendit, ſecus
tamen eſſe dixit in militib⁹ Calatrauæ, quos
vere religioſos eſſe opinatur: Atq. nouiſſime
eandem ſententiã tenet eruditiſsim⁹ Theo-
logus Emanu. Rodri. par. 1. qq. regula. cano-
nicarũ q. 1. art. 6. is docuit milites huiuſmo-
di vere religioſos eſſe, non abſolute & ſim-
30 pliciter ſed religioſos militares, † Calatra-
uæ autem eſſe vere religioſos ſcribit Gutie.
lib. 2. practica. qq. quæſtio. 111. num. 2.
31 Cæterum † Ludo. de Molina traditio de-
claranda eſt ſaltim cum a maioratus ſucceſ-
ſione excluſi fuere religioſi addita aliqua
qualitate, quæ his militibus minime conue-
niret, veluti ſi dictum foret, maioratuũ ſuc-
ceſſores teneri aliqua facere, quæ propter
obedientiã, quam hi profitentur magno ma-
giſtro efficere nequirent: excluſi enim cenſe-
rentur eo in caſu ex præſumpta volũtate in-
ſtituentis, quia facultas agendi obedientia
impeditur.

Vnde in primogenio, quodam, & Ducatus
titulo inſigni Cardonæ & maximi redditus
in hoc inclito Cathaloniæ Principatu, conſul-
ui admitti ad illius ſucceſsionẽ nõ poſſe no-
biliſsimum quendã huius patrię militẽ ordi-
nis Alcãteræ voluti incapacẽ, ex ſequentib⁹.
Primo quia is eſſet vere religioſus, quia Al-
cãtarę miles iuxta traditionẽ Azpil. d. cõſ. 1.
de ſponſa. quoniã vt inibi reſpondit Alcan-
taræ milites ordini ſubijciũtur Ciſterciẽſi, &
nequeũt ſuccedere in oppidis, & caſtris, qui-
bus iuriſdictio adnexa eſt, cap. recolẽtes vbi
Panor. n. 1. de ſta. Monacho. Secũdo quia ex
Dida. opinione ſupra relati, milites S. Iaco-
bi, Alcãtaræ, & Calatrauę, vere religioſi ſunt.
32 Tertio † in pręfato primogenio excluſi fue-
rãt clerici, qui alias regulariter capaces ſũt.
& in fideicõmiſsis ſuccedũt familiæ relictis,
quẽadmodũ ſcripſit idẽ Moli. d. c. 13. nu. 97.
Dida. li. 1. varia. reſol. c. 21. nu. 9. Oſaſ. deciſ.
Pedem. 28. Mãti. de cõiectu. vlti. volunt. li. 8.
tit. 8. nu. 25. qui ibidẽ ait clericos in hoc eſſe
nõ debere deterioris conditionis quã laicos,
cęterũ clerici & monachi a fideicõmiſsis, &
primogenijs excludi poſſunt ex expręſſa vel
tacita inſtituentis volũtate vt multis relatis
cõmunẽ dixit Pereg. tracta. de fideicom. arti.
28. num. 70. fine Pela. tract. de maiora. Hiſ-
pan. 2. par. q. 3. à num. 1. Caualca. deciſ. 18.
nu. 48. & 49. 2. par. vbi latiſsime; vnde cũ ab

M 2 hoc

hoc primogenio & ducatu fuerint excluſi clerici, maiori certe ratione religioſi, & ſi harũ militiarũ, quoniã vouent obedientiam ſuo magiſtro magno, qui Rex eſt noſter Hiſpa-
33 nię. Quarto † quia de conditoris huiuſmodi primogenij enixa voluntate conſtabat, volẽtis excludere quos vis religioſos repetita verborũ cõceptione, qua profeſſos excludebat, & conſtitutos in aliqua ordine religionis, quæ repetitio operatur, vt qui alias vocati eſſent, excluſi cenſeantur. Aluara. tract. de coniectura. men. defunct. lib. 3. ca. 2. nu. 3. egregie Manti. tract. de coniectu. vlti. voluta. lib. 3. tit. 6. nu. 9. Simon. de Pret. tract. de interpretę. verbo. vltim. volũta. lib. 2. ſolutio. 4. nu. 23. & 24. Quinto quia & ſi vere religioſi non eſſent prędicti milites, vt Moli. cenſuit, negari tamen nequit, quin ij in ordine religionis, & ſi laxioris quam alię conſtituti ſint, vnde cũ in pręfato primogenio excluſi fuerint religioſi, vel in aliquo ordine religionis conſtituti, non potuit prędictus miles Alcãtaræ ad præſentis primogenij ſucceſſionem aſpirare: Neq. Ludo. de Moli. negat prædictos milites in ordine religionis conſtitutos non eſſe; neq. vllus alius negare id poteſt cũ tria emittant vota iuxta tex. in c. 1. ſeſſio. 25. Concilij Triden. Azpil. d. monito. 55. vnde appellatione religioſorum veniunt, qui hæc tria vota emittũt, cæteri vero, qui in religionibus viuunt, etſi profiteantur, dum tria non voueant vota, appellatione religioſorum nõ veniunt glo. in elemen. cum ex eo de ſenten. excom. & in Clementi. 1. in verbo obedientia de religio. Domi. Spiu. tracta. de teſtam. glo. 12. nu. 1. & 2. Sexto quia ante inſtitutionem huius primogenij ab altero anteceſſore inſtitutus fuit maioratus de eiſdem opidis, villis & caſtris, in quo ſucceſſores ſuos iuſſit, vt proprijs ſumptibus, & expenſis, manutenere & cõſeruare tenerentur priuilegia, vſus, & leges huius regni. Atqui hæc religioſis prędictarũ militiatũ conuenire non poſſunt, & conſequenter cum verba non conueniant nec diſpoſitio l. 4. §. toties cũ ſimi. de dam. infec.
34 Conuenire † autẽ non poſſunt, quia obediẽtiã debent, quæ his actibus contraria eſt, cõ-
35 ſtat † enim eos ſecularibus negocijs ſe implicare non poſſe tot. tit. ne cleri. vel mona. Et vbi id facerent abſq. licentia ſuperioris, & pro rebus eiuſdem ordinis facere poſſent, nõ aliter iuxta tex. in cap. monachi cap. qui vere 16. q. 1. c. 2. ex. de poſtula. prxla. vbi Panor. & cęteri Azpil. in cõmen. 2. de regula. nu. 66.
36 Licentia † vero in hoc caſu fere impoſſibilis eſt, quia ſit impetrãda à Rege l. apud Iulianum §. cõſtat de lega. 1. continuus §. cum quis de lega. 1. cũ adductis ſupra differen. 2. quia in hac ſpecie nõ ageretur de religionis Alcãtaræ vtilitate nec ſui ipſius militis, quia voluit teſtator vt proprijs ſumptibus defenderent & manutenerent vocatos ad hoc fideicõmiſſum, libertates, & priuilegia regni. Addendum, quod cum de his defendendis, & manutenendis agitur, id vt plurimum cõtingit fieri aduerſus regium fiſcum, & eundem regem, qui hanc concedere licentiam deberet, caſu quo danda eſſet.
37 Septimo † diſpoſitio huius teſtatoris volens ſucceſſores debere defendere & manutenere libertates huius regni, intelligenda eſt de habilibus, & his, qui fideicõmiſſi, aut primogenij cõditiones, & onera poſſunt adimplere l. lucius titius §. lucius titius de lega. 3. l. ſi his qui hęres ff. de vulga. latiſſime Tiraq. tract. de primog. q. 23. diſpoſitio enim quæuis ad habiles reſtringitur & ſi generalis ſit l. 1. C. de ſacro. Eccleſi. l. 1. §. nuntiatio ff. de no. ope. nũtiatio. cũ alijs ad hoc inſtitutũ cõieſtis per Pelaez. in tract. de maio. Hiſpa. par. 2. q. 4. à nu. 1. Cęterũ milites ordinis Alcãtaræ, nõ poſſunt habiles dici, obſtãtib9 votis, quorũ impedimẽto defendere priuilegia, cõſtitutiones huius regni, & illius vſus, non poſſunt cũ eorũ voluntas libera non ſit, ſed à volũtate pendeat ſuperiorũ authen. ingreſſi cum ſimilibus C. de ſacroſan. Eccleſi.
38 Octauo † quia beneficio nõ debet gaudere is, qui officiũ illi annexum implere nõ põt, vt de clerico, & monacho in terminis dixit tex. in c. qui clericus ſi de feudo fue. cõtro. in vſibus feudo. c. 1. ꝺ mili. vaſſ. qui arm. belli. depo. Bart. in l. ſi finita §. ſi de vectigalibus n. 3. ff. de dam. infec. Curti. qui alios tract. de feu. 2. par. 3. part. n. 16. Iul. Clar. li. 3. ſentẽtia §. feudũ q. 78. Afflic. vbi vrſil. ad eũ alios adferens decif. 320. n. 6. Moli. de Hiſpa. primo. l. 1. c. 13. n. 84. Oſaſ. decif. Pedem. 27. n. 1. Inde cũ miles hic qui ad primogeniũ hoc admitti deſiderat, defenſiones huic annexas adimplere nõ poſſit reluctantibus votis, ſequitur admittendũ nõ eſſe: Neq. Molina de hoc caſu interrogatus cõtrariũ dixiſſet, quoniã vere hęc cõditio, ſeu verius onus huic fideicõmiſſo adiectũ, inhabiles milites harũ militiarũ efficit: vt modo omiſerim alia multa abſurda, ſi huius militiæ, & aliarum ſimilium militiarum equites ad fideicõmiſſum hoc admitterentur, quæ ſciens prętereo.
39 Secundo † deducitur a ſuperioribus verus intellectus tex. in c. ſecun. 20. q. 1. dotis Eccleſię conſtitutionem, vel illius conſecrationem ſub conditione factam, dum Epiſcopus nullam piæ dotationis curam habeat, valere reiecta cõditione, quę dotationis, vel cõſecrationis ſubſtantiæ minime aduerſatur gloſ. in d. c. Panor. in c. requiſiti de teſtam. Feli. in c. cũ venerabilis nu. 33. de exceptio. Roch. de

Cur.

Cur.tract.de iure Patrona. verbo. pro eo q.
11.idē Dida.d.§.1.n.20.idem Dida.in c.tua
nobis nu.8.de teſtam.Gutier.in repeti.l.ne-
mo poteſt n.450.in fine de lega.1. quam cō-
40 munē dixit inibi. Cæterum † hęc receptiſſi-
ma ſuſpecta admodū eſt,quam multis ratio-
nibus impugnat Mencha. tract.de ſucceſſio.
creatio.§.7.nu.15.cū ſequen.qui eo loco de-
fendit,has ſimileſq. teſtatorum prohibitio-
nes valere,adeo,quod cōditio appoſita vt eo
caſu,quo Epiſcopus de his vellet cognoſce-
re, pia diſpoſitio pro infecta habeatur, va-
leat,& cognoſcēte Epiſcopo reſoluatur,ac ſi
41 nunquā facta fuiſſet: Cuius † opinio ſuo tē-
pore,quo adhuc publicatū nō fuerat S.Trid.
Concil.defendi non poterat,quia cū hæ pię
diſpoſitiones turpem contineāt conditionē,
& veluti impoſſibilē dę iure quemadmodū
de vltimis voluntatibus reijciuntur, & ma-
trimonio d.c.fin.Gutier. ſupra; ſic etiam hæ
ipſę: At poſt S.Concil.valde dubito;eo enim
ſtatutū eſt,quod licet adminiſtratores Eccle-
ſiaſtici, & laici cuiusvis fabricę Eccleſiæ;etiā
ſi fuerint Hoſpitalis,cōfraternitatis,vel quo
rumcunq. locorum piorū, teneantur ſingulis
annis rationē reddere adminiſtrationis or-
dinario ſuo,ſi tamen contraria cōditio fuerit
appoſita,voluit eſſe ſeruandā: Et negari ne-
quit,quin cōditio hæc turpis omnino ſit, &
fere impoſſibilis de iure antiquo: hodie ta-
men à S.Concilio ſuſtinetur,atq.hunc tex.S.
Cōcilij ad ſimiles caſus huic,de quo agimus,
ponderauit Pelaez. tracta. de maio. Hiſpa.
par.2.q.3.n.1.Niſi diceres textū S. Concilij
intelligendum eſſe, quoties hæc pia diſpoſi-
tio foret approbata per Epiſcopū, tempore
quo inſtituebatur:exiſtimauit enim Roch.de
Cur. ſuperiori loco poſſe fieri, quem ſequi-
tur Gutier. ſupra rationem ibidem redētes.
Sed hic ſenſus S.Concilij diuinatiuus eſt ſu-
pra modū:relinquamus igitur ex citatis con-
trarijs vtrinque, deciſionem ſacræ purpura-
torum congregationi.

SVMMARIVM.

1 *Error conſenſui contrarius.*
2 *Error ab ignorantia differt.*
3 *Error conſenſu non caret.*
4 *Error ab ignorantia quomodo diſtinguatur ſecundum D. Thomam.*
5 *Ignorantia quid ſit ſecundum Azonem.*
6 *Error quid ſit ſecundum D. Auguſtinum.*
7 *Error in matrimonio quandoq. nocet.*
8 *Error nocet in omnibus caſibus, in quibus certus & deliberatus conſenſus requiritur.*
9 *Error non nocet conſenſui indeterminato.*
10 *Error in matrimonio circa bona fortunæ non nocet.*
11 *Error contrahentium matrimonium nō nocet, quando contrahentes exiſtimabāt adeſſe impedimentum vbi non erat.*
12 *Opinio eſt, animi motus cū hæſitatione aliquid eligentis.*
13 *Lex is qui putat ff. de acquir. haredit. declaratur.*
14 *Error in matrimonio nocet, quando contrahens putabat liberam, quæ erat ſerua.*
15 *Contrahens cum ſerua quam putabat liberam, ſi poſt cohabitet cum ea, errorem allegare nō poteſt.*
16 *Contrahens cum ſerua, quæ poſtea libera detegitur, non poteſt errorem allegare.*
17 *Contrahens matrimoniū cū libera, quā inuenit libertam, errorem allegare non poteſt.*
18 *Seruus cōtrahens cum ea, quam liberā eſſe putabat, & ſi ſeruam inueniat, errorem allegare non poteſt.*

DIFFERENTIA. IIII.

ERROR OMNIBVS NOCET contractibus, Matrimonio quandoq. & quibus in caſibus.

1 NIHIL † tā contrariū conſenſui
quā error eſt l.ſi per errorē ff.de
iuris.om.iudi.vnde error cōſen-
ſum nullū habet l.2.ff.de iudi.l.
nihil conſenſui §. nō videtur de
regu.iur.& errātis nullus eſt conſenſus l.non
idcirco C.de iu. & fac.ignoran.ſed neq. vo-
lūtas l.ſed hoc ita de aqua pluuia.arcen.De-
2 ci.& Cagn.in d.§. nō videntur. Sed † ne ig-
noti ſint termini,animaduertēdū putauerim
errorē ab ignorātia diſtinctū fore,& ſepara-
tum,quāquā multi vnum pro alio ſumāt cō-
fundētes terminos, & vim propriā verborū.
3 Error † igitur cōſenſu nō caret,vt ex Alberto
Magno D.Thom.ſcripſit in 4.ſentētia.diſt.
4 30.art.1.de matrimonio verba faciēs, qui †
illic docuit etiā errorē ab ignorātia diſtin-
gui,quod ignorātia ſui natura,& ratione non
ponit aliquē cognitionis actū, error vero in-
5 ducit iudiciū peruerſum de aliquo.Ex † no-
ſtris Azo.in Sum.C.de iu.& fac.ignoran.ad-
notauit.nu.1. & 2. ignorare proprie,neſcire
eſſe,quod ſciri debet, errare vero vnum pro
alio ſumere.id ipſum probarūt poſt Archid.
in c.in quibus 22.q.2.Alberi.in l.error C.de
6 iu.& fac. ignoran. Vnde † D. Auguſtinus in
ca.quamuis diſtinct. 38. *ait errorem eſſe vera
pro falſis approbare, ignorare eſſe nihil appro-
bare; cum ſit ſimplex ſcientiæ priuatio*, vbi
Turrecrema. & Prępoſi. Clauas. in Summa
in verbo error. id ipſum probat tex.in d.ca.
in quibus Deci.& Cagno.in d.§. non viden-
tur omnium latiſsime multa erudite de er-
rore ſcribens Menoch. lib.præſump.6. præ-

7 ſump.23.à num.1. cum ſequen. Vnde † & in
matrimonio error quandoq. nocet, adeo vt
contractum irritet omnino, in duobus ſcili-
cet caſibus: primus vbi adeſt in perſona er-
ror, ſi quis enim credens cum Maria contra-
here, cum Catharina contrahat, inualidum
eſt matrimonium propter defectum conſen-
ſus Can.1.29.q.1.cap.2. ex.de coniu. ſeruo.
Archidia.& cęteri in d.cap.1. Angel.in Sum.
in verbo. Matrimonium impedi. 3. Sylueſt.
in eodem verbo.8. q.1. Domi. de Sot.in 4.
diſtinc.30.q.1.arti.1. Viual.in Cande. Aur.
rubri.de matrimo.num.122. Dida.in Epito.
ad 4.part.2.cap.3.§.7.à nu.1. Azpil. in Ma-
nual. Confeſſo.cap.22.nu.32.idem conſ.49.
ſub tit.de ſponſa. num. 3. qui in eo conſilio
pulchre conſuluit in caſu, nouiſsime & latè
Sanch. tractat. de matrimo. tom. 2. lib.7.
diſputa.18.num.5.& 6.cum ſequen. Neque
dubitationem aliquã hic caſus continet. Ex-
8 tende † caſum hunc, ad alios omnes, in qui-
bus certus eſt deliberatus contrahentis con-
ſenſus, particularem, & certam reſpiciebat
perſonam veluti cum quis contrahere exiſti-
mabat cum filia Regis alicuius, aut Ducis,
vel Comitis; aut quoties cum primogenita
Baronis, vel nobilis; nam & in his caſibus
deficit conſenſus in matrimonio Calde. Ho-
ſtien. & alij quos memorat Azpil. ſupra nu.
32. Viual.num.113.& num.115.116.

9 Limita † regulam & communes tradi-
tiones, quando conſenſus contrahentis ma-
trimonium circa filiam Regis, Ducis, vel no-
bilis, eſſet indeterminatus, nam eo caſu, cum
non deficiat conſenſus, & ſi poſtea talis non
eſſet mulier, valeret matrimonium quia vere
adeſt cõſenſus quemadmodum omnes quos
antea recenſui declarant, & Sanch. d.diſput.
num.31.

10 Secundo † limita in eo qui credens mulie-
rem formoſam deformem reperit, aut cre-
dens integram, claudam inuenit, vel ſi diuitẽ
omnino pauperem; non enim in his caſibus,
& ſimilibus conſenſus deficit, & ſi errauerit
contrahens, in his, quæ bona ſunt fortunæ, &
quia talis error ſubſtantię, matrimonij non
aduerſatur cap.error ca. his ita 29. quæſt. 1.
& hanc ſententiam omnes Theologi & Ca-
noniſtæ amplexantur, quos recenſet Azpil.
ſupra Viual. Sot. Dida.d.§.7.num.1.verſ. Is
autem qui contrahit. Surd.tracta.de alimen.
tit.7.quęſt.17.num.14.15. Sfor.Odd. tract.
de reſtitu. in integ. part.2.quæſt.66.num.5.
11 & 6.arti.1. Subinde † recte Sot.& Dida. in-
ferunt inibi validum eſſe eorum matrimo-
nium, qui exiſtimantes inter ſe ſubeſſe impe-
dimentum cum nullum eſſet, contrahunt in
facie Eccleſię, Quoniã huiuſmodi error circa
perſonas non eſt, nec etiam circa conditio-
nem, qui ſoli duo errores matrimonium in-
fringere poſſunt: & prȩualet in hoc caſu ve-
ritas, quæ vbiq. primas tenet l. penul.§.mu-
lier.de probatio. Bal.in l.filium 1 Jectu.n.4.
de his qui ſunt ſui vel alie. iur. Pariſi. conſ.
29.num.82.lib.2. Menoch.lib.præſumpt.1.
12 præſumpt.31.à num.1. Opinio † autem vt
hæc addam, diffiniente Rip.in l. admonendi
num.91.de iur.iu. Caroſi.in 1.illius legis re-
peti.nu.105.nihil aliud eſt, quam animi mo-
tus cum hæſitatione aliquid eligentis.

13 Neq. † officit tex. in l. is qui putat ff. de
acquir.hęred. vbi putans ſe neceſſarium hæ-
redem, cum non eſſet, repudiare non poſſe
hæreditatẽ lex voluit, vt inde videatur hunc,
qui ſic contrahit, cum tanta animi dubieta-
te, vere non contrahere dici poſſe: ſic Dida.
contrarium diſſoluit, quod in repudiãda hæ-
reditate certus eſſe hæres debet cuius ſit ille
qualitatis, ex qua etiam cauſa, & quo iure id
facit, vt Iaſſ. ſcribit in eodem tex. at in con-
tractu matrimonij ſecus.

14 Secundus † caſus in quo error matrimo-
nium vitiat eſt, quando quis contrahere exi-
ſtimans cum Catharina libera, ſeruam inue-
nit ca.propoſuit & toto tit.ex.de coniu.ſer-
uo. Domi.de Sot.ſupra poſt S. Tho. & alios
ab eo relatos Viual.nu.118. Azpil.nu.33.&
d.conſ.3. Dida.d.§.7.nu.4. deficit enim con-
ſenſus in eſſentialibus vt illi dicunt matri-
monij Sanch. late tracta. de matrimo. lib.7.
diſpu.19. à nu.1.& ſequen.

15 Regulam † hãc, & cauſam limita primo,
quoties cõtrahens detecta ſeruitute mulie-
ris, nihilominus cum ipſa coierit, & coniuga-
le debitum reddiderit, nam ex eo matrimo-
nium ratificaſſe cẽſetur, & errorem probare
glo. communis ex eo tex. in c.fi.ex.de coniu.
ſeruo.& dixit cõmunẽ Sylu. in verbo matri-
monium 8.q.3. Dida.d.§.7.n.1. Aduertendũ
tamen quod iure nouo S. Concilij vt ſæpius
in primo libro dixi, ceſſant omnia matrimo-
nia prȩſumpta, ideo nec ſequens copula ho-
die matrimonium facit, niſi denuo ſolemni-
tates S. Concilij adhibeantur.

16 Secundo † limita, in eo, qui credens con-
trahere cum ſerua, liberam eam inuenit; me-
liorem enim ex hoc cauſa facit conditionem
c.ſi quis liber §.ijs itaq.29.q.2. reſoluunt S.
Thom.& Theologi quos citant Viual.ſupra
num.119. Azpil.num.33.& ſequen.

17 Tertio † limita, in eo qui credens con-
trahere cum libera & ingenua, contrahit cũ
liberta, nam matrimonium tenet non enim
ancilla eſt, ſed libera, & ſi ancilla aliquando
fuerit. Henrri. Ioan. Andre. Panormita. &
cæteri in cap.propoſuit ex.de coniug.ſeruo.
Dida.d.§.7.num.1. verſ. Primum Viual.qui
Theologos refert ſupra nu.22.

Quarto

Digitized by Google

prætextibus; Rurſus vt idē ipſe fatetur ſibi
cōtrarius, pręponderat fauor tāti Sacramenti,
& illius vtilitas, & gratia, quę ex matrimonij
ſuſceptione acquiritur: nec cauſæ profanæ,
quæ in illo iudicio iuſtę forent, tales in
hoc caſu cenſendæ ſunt, quia ſumma eſt vtriuſq.
iudicij inęqualitas; in profanis de ſolius
corporis, & bonorum commodo agitur, in
matrimonio, & ſpiritualibus de animæ detrimento;
atque ideo cautius agendum cap.
vbi periculum de electio. argumen. tex. in
cap. inter corporalia de transla. prelato.
13 Fallitur † etiā in eo, quod Papa diſpenſet
in iure Diuino; nō enim pōt Papa diſpēſare
in his, quæ iuris ſunt diuini, declarare pōt, &
interpętari ex eiſdē iuris diuini, & naturalis
regulis. quemadmodū egregie Hiſpani declarāt
Dida. in Epito. ad. 4. 2. pat. cap. 6. §. 9.
à num. 3. cum ſequen. poſt Domi. de Sot. &
alios ab eo citatos & nos infra differētia ſequenti.
& declarat multis argumentis Azpil.
conſ. 39. tit. de ſponſa. num. 16. Cauſæ igitur
maximę eſſe debēt, non quales quales, vt recte
animaduertit idem Azpil. conſ. 49. ſub
tit. de ſponſa. Reſtitueretur autem minor
aduerſus ſententiam, & probationes omiſſas;
id enim nihil commune cum Sacramento
habet vt ex Panorm. & alijs quibuſdam illic
14 docuit Oddo. arti. 3. à num. 1. 2. Quę de †
minoribus dicta ſunt fortius in maioribus
obſeruanda, quibus lex beneficium reſtitutionis,
niſi ex magna cauſa, denegat, quodq.
in minoribus ordinarium eſt remedium; in
maioribus minime; id quod notiſsimum eſt.
An autem aduerſus dotem reſtitutio competat,
ſuo loco dicetur. An autem calore iracundiæ
contractum matrimonium reſcindi
poſsit dixi ſupra lib. 1.

SVMMARIVM.

1 Contractus & ſi iurisgentium, ex cauſa à ſummis Regibus, & Principibus tolli, aut ſaltem reſtringi poſſunt.

2 Ius gentiū ex ſe ipſo, informe & indigeſtū eſt.

3 Reges, & Principes ſuper iure diuino vel naturali ſtatuere non poſſunt.

4 Reges, & Principes ius naturale declarare poſſunt.

5 Matrimonium contractus eſt iurisgentiū, cæterum quia Sacramentum, ſuper eo Reges et Principes ſtatuere non poſſunt.

6 Matrimonij libertatem impedietes Reges vel Principes a S. Concilio Trident. excommunicantur.

7 Hiſpaniarum leges circa matrimonij libertatem, adhærent S. Conc. Triden.

8 Lex municipalis, vel ſtatum probibens filijs matrimonium, contrahere ſine volūtate parentum, non valet.

9 Lex municipalis, vel ſtatutum probibens filijs ne contrahere poſſint matrimonium ſine voluntate parentum, ſub priuatione legitimæ, an ſaltem quoad pœnam valeat.

10 Reges, & Principes poſſunt declarare ius naturale ex cauſa.

11 Pœna adiecta per ſtatutum filijs contrahentibus ſine voluntate parentum, a matrimonio ſeparata eſt.

12 Lup. & Vaſq. opinio adducitur.

13 Legitima ex cauſa filijs in totum tolli poteſt.

14 Opinio eſt communis aduerſus Lap. & Vaſq. pœnam adiectam filijs contrahentibus matrimonium ſine conſenſu parentum, non valere.

15 Filij matrimonium contrahere poſſunt inſcijs & ignorantibus parentibus, atq. etiam contradicentibus.

16 Hiſpaniarum leges ſtatuentes matrimonium contrahentes filios ſine conſenſu parentum, ſub certa pœna non valent.

17 Pœna adiecta filijs ſine conſenſu parentum cōtrahentibus, cur non valeat, noua ratione declaratur.

18 Fieri multa permituntur in genere, quæ ad certam ſpeciem deducta prohibentur.

19 Appellatio ab ſtatutis, vel legib⁹ prohibita eſt.

20 Appellatio a lege vel ſtatuto in odium certæ perſonæ, licita eſt.

21 Ædificare altius licet dum in æmulationem vicini non fiat.

Statutum

22 *Statutum Mediolani prohibens mulieres extra territorium nubere, an valeat.*

23 *Matrimonij libertas reſtringi aliqualiter poteſt.*

24 *Statuta Mediolani, & aliarum vrbium, prohibentia mulieres extra territoriũ nubere, in bonum reipublicæ inducta ſunt.*

25 *Pœnæ viduis impoſitæ de iure ciuili, de iure canonico ſuſtinẽtur.*

26 *Statuta prohibentia mulieribus ne extra territorium nubant nulla ſunt.*

27 *Statuta quæ non valent ſuper matrimonio, nec ſuper pœna illi adiecta.*

28 *Matrimonia libera eſſe debent ab omni pœna.*

29 *Statuta Italiæ prohibentia mulieres contrahere matrimonium extra territorium nõ poſſe, potius de facto quam de iure obſeruãtur.*

30 *Statuta prohibentia mulieribus contrahere matrimonium extra territorium, iuri canonico aduerſantur.*

31 *Matrimonio contrahendo an poſſit quiſquam inuitari præmio, conditione adiecta, quod ſi ſecus faciat lucro vel hæreditate priuetur.*

32 *Reipublicæ intereſt familiarum decorem cõſeruari.*

33 *Conditio quæ matrimonij libertatem non infringit, honeſtiſſima iudicatur.*

34 *Conditio poſita per teſtatorem hæredibus ſuis, ne cum alicuius ſectæ hominibus matrimonium contrahant, iure ſuſtinetur.*

35 *Conditio hæredi poſita per teſtatorem, ne cum alicuius ſectæ hominibus matrimonium cõtrahat, valet dum conditionem commode hæres poſſit adimplere.*

36 *Leges municipales vel ſtatuta prohibentia matrimonium in certis caſibus, ſub pœna fiſco applicanda, tanto minus valent.*

37 *Diſpoſitio teſtatoris volentis filium vel filiã matrimonium contrahere debere cum volũtate ſui ipſius vel vxoris ſuperuiuentis, ſub pœna priuationis hæreditatis, nulla eſt: ſecus ſi iuſſus fuiſſet hæres contrahere cum conſilio ſuperuiuentis valeret enim diſpoſitio.*

38 *Leges & ſtatuta municipalia, quæ parentibus permittunt exhæredare poſſe filiam quæ nubit ante vigeſimum quintum annum, an valeant.*

39 *Libertatem matrimonij ius ciuile reſtringere nequit.*

40 *Conſtitutiones Regiæ huius Regni Cathaloniæ concedentes patribus vt filias poſſint exhæredare, quæ ignorantibus parentibus matrimonium contrahunt ante vigeſimũ quintum annum an valeant.*

41 *Celſi Hugonis opinio circa leges Cathaloniæ.*

42 *Leges & ſtatuta municipalia licet non poſſint ſuper matrimonio diſponere, poſſunt tamen circa dotes & legitimas.*

43 *Leges & cõſtitutiones Cathaloniæ cũ cõduntur, nedum à Rege ipſo, ſed & cũ conſenſu magnatum & prælatorum Regni proferuntur.*

44 *Conſuetudo a laicis inducta ſimul cum eccleſiaſticis perſonis valet, quæ alias nõ valeret.*

45 *Libertas Eccleſiaſtica infringi non dicitur, vbi quid a laicis ſimul & clericis ſtatuitur.*

46 *Scientia & tollerantia Papæ, vim diſpenſationis habet.*

47 *Antonius Olibanus authoris præceptor Illerdæ doctiſſimus laudatur.*

48 *Cathaloniæ vſatica quæ dicantur.*

49 *Leges vel ſtatuta municipalia imponentia pœnam filijs nubentibus indignis, non valent.*

50 *Matrimonij turpitudo parentes omnes iniuria afficit.*

51 *Filia turpiter nubens dotem a patre ſperare non debet.*

52 *Opinio multorum adducitur affirmantiũ filiã indigno nubentem, nec per teſtatorem, nec per ſtatutum poſſe exhæredari.*

53 *Filia nubens indigno, etſi dote priuari nõ poſſit minorẽ tñ cõſequitur attẽta qualitate viri.*

54 *Dignitas vel indignitas viri in dotis cõſtitutione attendenda eſt.*

55 *Filia nubens indigno, quæ habet aliunde bona ex quibus ſe dotare poſſit dotem a patre nõ conſequitur.*

56 *Filia nubens indigno, vel ante vigeſimũ quintum annum patre vidente & tacente dotem conſequitur.*

57 *Conſenſus vbi alicuius requiritur, poteſt eum præſtare ex poſt facto.*

58 *Filia nubens vltra vigeſimum quintum annũ indigno, dotem conſequitur.*

59 *Filia nubens intra vigeſimum quintum annũ vbi conſuetudo patriæ id recipit, indigno nubens dotem conſequitur.*

60 *Filia nubens indigno & turpi, quando turpis eſt pater dotem conſequitur.*

61 *Filia & ſi vidua vel emancipata ſine patris conſenſu indigno nubere non debet.*

62 *Leges municipales vel ſtatuta quæ filios ſtatuunt poſſe exhæredari clandeſtine contrahendo, aduerſus formam S. Concilij Triden. an valeant.*

63 *Leges & ſtatuta municipalia prohibẽtes filios contrahere poſſe clandeſtine, valida ſunt.*

64 *Leges vel ſtatuta pœnalia de filiabus loquẽtia ad filios non extenduntur.*

65 *Honeſtas maior in fœminis requiritur quam in viris.*

66 *Leges & ſtatuta municipalia quæ pœnas imponunt famulis & domeſticis contrahentibus matrimonium cum filiabus vel conſanguineis dominorum ſuorum, an valeant.*

67 *Leges & ſtatuta municipalia excludẽtia religioſos & monaſteria ab hæreditatibus, an valeant.*

Opi-

Digitized by Google

68 *Opinio communis amplexatur valere ſtatuta excludentia religioſos & monaſteria ab hæreditatibus.*
69 *Argumentum a matrimonio carnali ad ſpirituale non valet,data diuerſitate rationis.*
70 *Leges & ſtatuta municipalia quæ certas dotes taxant filiabus,an valeant.*
71 *Lex municipalis vel ſtatutum quæ taxant certam ſummam pro dote,non impediunt libertatem matrimonij.*
72 *Leges & ſtatuta municipalia quæ taxant certam quantitatem pro dotibus,libertatem matrimonij adiuuant.*
73 *Dotium taxatio,reipublicæ vtilis.*
74 *Odioſa diſpoſitio non dicitur quæ principaliter fauore reipublicæ introducta eſt.*
75 *Chriſtophorus Robuſterius conterraneus authoris,laudatur.*
76 *Chriſtophori Robuſterij deciſio inſignis.*
77 *Funerum ſumptus, lege vel ſtatuto taxari poſſunt.*
78 *Funerum ſumptus pomposi,animas non iuuãt.*
79 *Leges municipales vel ſtatuta quæ gabellam imponunt in matrimonijs,an valeant.*
80 *Gabella ſolui non poteſt,niſi de his quæ æſtimationem recipiunt.*
81 *Leges & ſtatuta municipalia quæ dotibus gabellas imponunt an valeant.*
82 *Gabella in dotibus imponi non poſſunt.*
83 *Gabella de dotibus ſolui non debet, in Regnis Hiſpaniæ,& quare.*

DIFFERENTIA. VII.

CONTRACTVS, ETSI IVRISgentium ex cauſa a ſummis Regibus,& Principibus tolli aut ſaltim reſtringi poſſe: Matrimonium vero quia ſacramentum nullo Regum imperio.

1 RExceptior † inualuit opinio poſſe Reges & ſummos Principes ex cauſa contractus, etſi iurisgentium fuerint tollere, aut ſaltim reſtringere, & coharctare: Etſi enim iura naturalia immutabilia ſint l. iura ſanguinis de regu.iur.§ ſed naturalia inſtit.
2 de iur.natura.ca.1.diſtinct. 5. † quia tamen ius illud informe ſæpius eſt, & indigeſtum, declaratione indiget, quam præter Principem, qui legem condendi poteſtatem habet §.ſed quod Principi inſtit.de iure natu.nulli alij fas eſt,illud interpretari, aut declarare.
3 Rurſus † etſi nequeant Principes ſuper iure diuino, vel naturali ſtatuere ca.quo iure in fine,& ca.ſequen.8.diſtinct.nec ſuper eo diſpenſare ca.litteras vbi glo.Panormi.nu. 12. de reſtitu.ſpoliat.glo.in c.fina. verbo ſacramentum de tranſactio.cæteri Canoniſtæ in d.ca.litteras,vbi erudite Azpil.idem in Ma-
4 nuali Confeſſo.ca.22.nu.84. † poſſunt tamẽ declarare,quibus in caſibus ius naturale, vel diuinum locũ habeat,nec ne,Imo, Panor. & omnes in cap. quæ in Eccleſiarum de conſti. dixi multorũ anthoritate lib. 1. compa. 19.

Hęc omnia noſtrates multis exemplis oſtendunt,in contractibus,tum etiam in teſtamentis,& vltimis voluntatibus, quę vti fuſe per interpretes ſcripta,quia etiam extra inſtitutum ſunt tractatus noſtri omitto: ſcripſit huius argumenti exempla multa Vazqui. tract.de ſucceſſio.creatio.li.1.§.1.a num.10. cum ſequen.multis idem eodem tracta.li.3. §. 26. nu. 79. Math.de Math.in teſtamento loquens tract.de num. teſt. in teſta. requiſi. ca.1.nu.1.2.3.4.prima par. Tiraq.tracta. de nobilit.ca.37.n.150.de venatione loquens,
5 quæ iurisgentium eſt. † Matrimonium autẽ vt ſuperiori libro comparatio. 1. docui iurisgentium contractus eſt,cæterum quia ſacramentum,nullo Regum vel Principum decreto,lege,vel locorum ſtatutis, illius libertas
6 poteſt infringi; † nec ante S.Concilium,tam recepta erat opinio,vt hæreticum fere eſſet aliud ſentire,vel iudicare Alexan. conſ. 97. nu.2.li.1.Curti.ſeni.conſ.27.nu.3. Corr. in memo. verbo ſtatuto Mediolani & laude; quos refert Iul. Clar. in prac. crimi.§.fin.q. 82.in verbo,ſtatutũ tertio, vbi Baiar.ad eum & de Alexan.conſilio meminit Rodri.Soar. in ll. fori,tit.*de los caſamientos*, num. 19. reſoluit Alfon.a Veracru.in ſpeculo coniugio. 1.par.art.7.conclu.1. Hodierno autem iure S. Trid. Concilij res magis aperta eſt, nam in ca.9.ſeſſio.24.excomunicationis ſententia aduerſus Reges,& Principes lata eſt, qui libertatẽ matrimonia contrahendi quo quo-
7 modo impedierint; Atq. † ideo legibus ſacris Hiſpaniarum idem ſtatutum fuit, ſacro adherentes concilio;iuſſumq.a Rege quibuſvis Principibus, Ducibus, & inſignioribus Hiſpaniarũ Dominis, ne vaſſallos ſuos opprimant vel contradicendo matrimonio,vel eos cogendo vt inuiti cum aliqua contrahãt ſub pœnis in ea contentis; l.12.tit. 1. lib.5. vbi Matien.in glo.1.idem in glo. l. antecedentis 2.vbi ſcribit nulla humana poteſtate, etiam ſi Pontifex eſſet,fieri poſſe, vt quis cũ alia inuitus contrahat matrimonium, ne tantum ſacramentũ ſuo fine (libertate ſcilicet) fruſtretur.Et poſt hæc ſcripta nouiſſime oſtẽdit recte Sanch.in comm.de matri.li. 2. diſputa.27.a nu.1.cum ſeq.

8 Ex † his primo infertur,an valeat ſtatutũ vel lex municipalis prohibens filijs, vel filiabus contrahere inſcijs,vel nolentibus ſuis parentibus,& licet in hac quæſtione antiqui-

tus

Digitized by Google

tus maxima fuerit apud noſtros altercatio,
de qua latiſſime multos hinc inde citaui li.1.
comparatio. 1. hodierno iure ſublata eſt ex
Concilio Triden.cap.1. ſeſsio.24. de refor-
matrimo.

9 Secũdo † infertur an ſtatuto vel lege mu-
nicipali ſtatui poſsit, ſaltim ſub pœna vel pri
uatione legitimę, vel dotis, ne id filij faciãt.
Sunt enim multi in ea ſententia vt poſsit fie-
ri lege, quoniam & ſi matrimonium valeat,
quia lex ciuilis matrimonium infringere ne-
queat, poteſt tamen pœnam adijcere Prin-
ceps in rebus ſuis, ideſt bonis ſuorum vaſſal-
lorum, & rata erit pœna, licet valeat matri-
10 monium. Mouentur † ratione hac pręcipua;
quod & ſi nequeant Principes ius tollere di-
uinum & naturale, poſſunt tamen illud in-
terprętari, & declarare ex aliquibus cauſis
iuſtum Reipublicę ſtatum reſpicientibus, ad
ea, quę multorum authoritate oſtendi lib. 1.
comparatio. 19. ideo etiam poteſt lex, vel
Princeps ex cauſa ſtatuere, vt ſic contrahens
filius, vel filia poſsit exhæredari, vel alteram
pœnam huic ſimilem pati: quam ſententiam
tenuit Bal.in l.omnem C.ad S. C. Tertulia.
ſequutus fuit eandem multis comprobans
11 Alexan.in conſ.97.lib.1. Opinantes † vale-
re huiuſmodi ſtatuta, *quia inquiunt, ſeparatũ
quid eſt pœna à matrimonio*; eandem docuit
idem Bal.in tracta.ſtatuto, in verbo conſen-
ſus num.3.Roma.in rubr.ff.ſolut. matrimo.
Bal.& Iaſſ.in l.1.§.fina.ff.de iuſt.& iur.Pau.
de Caſt. in l. ſed ſi poſt per illum tex. C. de
inóff.teſtam.Bal.Nouella. tracta. de dot.6.
par.priuile.16.num.6.Molin.in conſuetudi.
Paris.titu.10. in rubr. & ad Alexan. conſ.7.
lib.1.Cagno.qui alios in l. ſi quis maior.nu.
215. C. de tranſactionibus Surd. tracta. de
alimen.quęſt.3.num.15.16.

12 Ex † Hiſpanicis noſtris duo eandem de-
fendunt dicentes ll.vlterioris Hiſpaniæ, diſ-
ponentes filios, & filias poſſe hoc prætextu
exhęredari, correctas non eſſe de iure cano-
nico Lup. in repetitione cap. per veſtras 3.
nota.§.3.num.9. de don. inter vir.& vxo.&
iterum §.8.Mencha.trac.de ſucceſſ.creatio.
13 §.10. num.628. ea † adductus ratione, quod
legitima ex cauſa filijs tolli in totum poſsit,
iuxta receptam omnium fere traditionem;
vnde non pœna hoc in caſu, ſed lucri magis
14 amiſsio dicitur. Contrariã † ſentẽtiam mul-
ti alij inſignioris eruditionis & pietatis viri,
qui rectius de ſacri matrimonij Sacramento
ſentiunt, defendunt, aſſeuerantes omnes le-
ges, & conſtitutiones pœnam matrimonio in
caſu prædicto imponentes omnino inuali-
das, & de iure canonico obrrogatas, quoniã
cum Principes nequeant ſuper matrimonio
aliquid ſtatuere, quod liberum ſit Sacramẽ-
tum, conſequenter pœna adiecta non poteſt
nullum & iniquum ſtatutum validare l.ſeyus
& augerius ff.ad l. falcidiam. quo argumen-
to vtuntur fere omnes in dictis locis & infe-
rius citandis.

15 Præterea † cũ poſsint filij & filiæ inſcijs,
& contradicentibus parentibus nubere, quẽ-
admodum hodie diffinitum eſt S. Tridenti.
Concilio.cap.1.de refor. matrim. ſeſſio.24.
ſi id faciunt iure permittente, pœnam non
merentur l.grachus C. ad l. Iuliam de adul-
te.cap. qui peccat 24.q.4. verior igitur hæc
ſententia eſt, quam tenuerunt Panorm.Ioan.
Andre.& poſteriores Canoniſtæ in cap.1.de
deſponſa.impube.Ioan.Andre.Domi.Fran.
& alij in cap.ſtatutum de hære.lib.6. Felin.
in cap. Eccleſia. Sanctæ Mariæ num. 59. vbi
Deci.num.36. de conſtitu.idem Deci.egre-
gie conſ.231.& in l.nuptias de regu.iur.Iaſſ.
in authen.ſi poſt num.3.C.de inoſſ. teſtam.
Hip.de Marſi. ſingul.589. Anchar.conſ.21.
Curti.ſeni.cõſ.27. à n.1. & nouiſsime Surd.
tracta.de alimen.quæſt.6.à num.1. cum ſeq.
multis Gabriel. conſ.12. à num.1.to.2. Me-
noch.de arbitra.iudi.quęſt.caſu 452.n.8.Se-
16 quũtur † Hiſpanici ſcriptores multi expreſ-
ſim aſſerentes, leges vlterioris Hiſpaniæ ſic
diſponentes non valere Dida.Couar.in Epi-
to.ad 4.de ſponſa. 2.par. cap.3.§.8.num.5.
& Rodri. Suar. tit. *de los caſamientos* verſic.
Quæro primo lib. 3. Alfon. à VeraCruce
in ſpecula. coniugio 3. part.articu.20. con-
clu.3.ratione 2.Grego.Lop.in l.4.tit.7.par.
6.in verbo *desheredar*. Cord. in tract.caſuum
conſcientię quæſt.171. Azpilcue.in Manual.
Confeſſo.ca.14. num.15. Marien.in l.2.tit.
1.glo.4.num.2.lib.5.Gutier.in pract. quæſt.
lib.2.quæſt.1.num.11. de Hiſpan. primoge.
lib.2.cap.16. num. 6. Celſ.Hugo.conſil.38.
nu.4. Padill. in auth.reſque nu.75.C.de le-
ga.Dida.Perez in l.1.tit.1.lib.5. ordinatio.
Gomez.in l.49. num.2. & ſequen.nouiſſime
ſequitur Sanch. in comm. de matri. lib. 4.
diſpu.25.num.1.2.3. Contrarię vero ratio-
nes facile diluuntur, quas citati interpretes
multipliciter ſoluunt, atq; ideo non repeto.

17 Animaduertam † autẽ ſolum non ab alijs
animaduerſam conſiderationem, quod & ſi
lex, & princeps legitimam tollere poſſit, &
pœnam adijcere, id quidem, cęterũ expreſ-
ſim, & in indiuiduo auferre eam filijs, quia
contrahunt ſine parentum conſenſu nõ poſ-
18 ſunt, Eſt enim † diſpoſitio in æmulationem
iuris diuini, & canonici; & multa fieri per-
mittuntur in genere, quę in ſpecie odio &
19 iniuria alterius nequeunt: nam † a lege ge-
nerali non poſſunt, vel ab ſtatuto, inferiores
appellare l.2.§.ex actis verſ.Neq. prouoca-
tio ff.de origin.iur.& ſi lex vel ſtatutum ini-
quum

quum foret l.ſi qua pœna ibi gloſ. de verbo.
ſignifica.l.fina.ff.de appell.recipien.Bart.in
l. omnes populi num.53.vbi cæteri de iuſt.
20 & iur. † vbi tamen in odium alicuius per-
ſonæ conderetur ſecus eſſet, nam appellā-
re liceret l. 1. §. ſolent ff. quando appell.
ſit l. 1. l. qui grauatos de Aguio. & conſil.
lib. 11. Codi. ceſſat enim tunc reipublicę
zelus quo leges, & ſtatuta condi debent:
ſequuntur Canoniſtæ in cap. cum omnes de
conſti. Angel.conſ.270.& conſ.137.Alexan.
conſ.160. lib. 2. conſ.57. ad fin.l.1.Iaſſ. qui
21 alios in l.1.num.5.ff.quod quisq.iur.ſimile †
huic aliud de eo qui ędificat, is enim licet
poſsit altius ædes ſuas etiam vſq. ad cęlum
tollere l.altius C.de ſeruitu.l.domum de re-
gu.iur.id tamen ſic licet, ſi ſibi proſit, non ſi
in alterius æmulationem faciat. l. fluminum
§. fina. cum duabus ſequen. de dam.infect.
vbi glo.& cęteri Iaſſ. & Rip. in l. quominus
ff.de flumi.
22 Tertio † infertur an ſtatuta Mediolani,&
aliarum vrbium expreſsim diſponentia, mu
lierem extra territorium nubētem cum ſua
familia,priuādam fore vniuerſa hæreditate,
& ſi ei ſit quęſita valeant, & ſtatuta valere
affirmauit Bal.in l.ſi matre C.de ſuis & legi-
ti. hæredi. idem Bal.in conſ.357.li.1. idem
in ca.conſuluit num.6.de offi.delega.Cuma.
Soci.& Iaſſ.in l.1.§.veteres ff.de acquir.poſ-
ſeſsio.Alexan.conſ.151.n.2.li.2.Brun.trac.
de ſta.exclud.fœmi.art.2.quæſt.3.& in 6.ar-
menib.4.quęſt.16.Ruin.cōſ.49.li.3. & præ-
ſuponit hęc ſtatuta valere Cæpha. conſ. 92.
23 li.2.Paſſe.conſ.4. † mouentur,quoniam & ſi
libertas matrimonij in totum tolli nequeat,
reſtringi tamen aliquo modo poteſt,quando
mulier alias commode nubere valet Barto.
in l. edicimus de Murilegu. li.11.Cod.An-
gel. & Luc. de Pen. in l. fina. de Inco. li.10.
Cod.Roma.in rubr.ff.ſolut.matrimo.nu. 3.
cum alijs relatis per Gabriel.conſ.12.nu. 7.
24 lib.2.Mouentur † ſecundo, quia huiuſmodi
ſtatuta facta ſunt in bonū reipublicę ad eam
replendam liberis, vt etiā plures ſint in ea,
qui gabellas ſoluāt,& onera ſuſtineant. Ter-
tio quia ſimilia ſtatuta quo ad amiſsionem
hęreditatis ſpectat,non in pœnam mulieris
nubentis condita ſunt,ſed per modum vt illi
aiunt prouiſionis,qua ſublata de medio mu-
liere ſtatuitur,quod eo caſu hęreditas ad pro
ximiores pertineat,veluti ſi non eſſet. Nam
25 & de † iure canonico licet adijcere pœnam
viduę in fauorem deſcendentium,notant ca-
noniſtæ in ca.fina. de ſucceſsio. abinteſta. &
in ca.penul.& fina.de ſecun.nup.
26 Contraria † autem ſentētia & verior eſt,
& ſacro matrimonij cōtractui fauorabilior.
27 quoniam † ſi huiuſmodi ſtatuta non valent
reſpectu matrimonij,nec pœna adiecta va-
lere poteſt d.l.ſeyus & augerius ad l.ſalci-
diam,& alij ſupra relati.
28 Secundo † quia matrimonia libera eſſe ab
omni coactione debent l. titia ff. de verb.
obliga.l.titio §.1.de conditio.& demon.ca.
gemma cum ſimilib⁹ de ſponſa.quare in ter-
minis huius quęſtionis nō valere ſimilia ſta-
tuta,& ſi colorem quendam pręſeferant pu-
blicę vtilitatis monuit Panormit.in ca.1.de
ſponſa.vbi Anto.de Butr.Alexand.conſ.68.
ad finem.li.4.& alij quos citauit Gabriel.d.
conſ.12.nu.9.& 10.Deci.poſt Felin. in cap.
Eccleſia ſanctę Mariæ nu.36.de conſtitu. vbi
communem dixit,& repetit receptam Præ-
poſi.in d.ca.1.de ſponſa. quam refert com-
munem etiam dicens Gabriel.d.conſ. nu.9.
reprobata Bart.traditione in d.l. edicimus.
29 Et recte † quidem animaduertit Gabrie.
d.conſ.nu.15.prędicta ſtatuta Italiæ potius
de facto quam de iure ſeruari, atq. ideo in
terris ſubiectis Eccleſiæ in temporalibus mi
nime(inquit) admitterentur,ſatis enim tolli
tur libertas matrimonij quando voluntas
mulieris nubere volentis extra territorium
30 impeditur ca fin.de ſecun.nup. Addo † ipſe
eam rationem quam ſuperiori caſu ſcripſi,
quod expreſsim hoc ſtatutū hæreditate pri-
uat mulierem quia extra territorium nubit,
& conſequenter ex diametro aduerſus iuris
canonici diſpoſitionem, quod fieri nequit
ca.cum inferior de maio.& obedien. Eo ma
xime quia etſi conſiderent contrariam partē
tenentes vtilitates coloratas ad vitandas
(vt ait David. excuſationes a peccatis,) ve-
re militat ex cōtratio fauor tāti ſacramenti,
qui pręualet fictę & ſimulatę reipublice vti-
litati,Panor.& poſteriores in d.ca.1.de ſpōſa.
& in ca.ſtatutum de hæreti.in 6.Cur. ſenior.
qui multa de hoc ſtatuto piè ſcripſit conſil.
27.Gabri.d.conſ.12.nu.9.Et ſumma eſt ra-
tio quæ religioni fauet l.ſunt perſonę de re-
ligio.& ſump.fune.quam vere & citra Dei.
O.M.illiusq.ſacroſanctæ Eccleſiæ Apoſtoli-
cę Romanæ decreta cuſtodiri debere,reipu
blicę intereſt:nam ad ius pertinent publicū
l.1.§. huius ſtudij ff. de iuſti.& iur. §. huius
ſtudij inſtit.eodem tit.nō igitur ſine magna
Chriſtianorum nota ſimilia obſeruari ſtatu-
ta poſſunt,quæ Æthnici deteſtarentur legiſ-
latores,ſi viuerent.
31 Quarto † infertur,an vera ſit quorundam
opinio exiſtimantium poſſe quempiam prę-
mio & lucro inuitari ad matrimonium con-
trahendum,cum aliquibus perſonis,adiecta
cōditione quod ſi ſecus faciat poſsit eo lu-
cro vel hæreditate priuari: Exemplum ſit in
his quæ frequentiſsime in Hiſpaniarū reg-
nis contingunt teſtatoribus,qui dum primo-
genia,

genia, maioratus, vel fideicomiſſa perpe-
tua, fauore agnationis & familiæ relinquűt,
aliquando ſtatuunt ne ſucceſſores cum deſ-
cendentibus Sarracenorum, vel Iudęorum
copulérur ſub pœna priuationis maioratus,
vel fideicomiſſi, quod eo caſu ad alios volűt
tranſire proximiores: valere enim exiſtimāt
frequentius noſtri has conditiones.
32 Primo † quia intereſt reipublicæ domus
decōrem, & honeſtiſſimas familias non de
honeſtari l. 1. §. penul. ff. de ven. inſpi.
& ſæpius natalium origo commendatur §.
1. in authen. de defen. ciuita. l. honor. §.
de honoribus ff. ad municipal. & de inco.
latius Tiraq. tract. de nobilita. ca. 20. Auen-
dan. de excep. manda. reg. li. 1. ca. 19. nu. 17.
Benedi. in repetitione ca. Reynũtius in prin
cipio nu. 57. de teſtam. Pelaez tract. de ma-
iora. Hiſpa. par. 1. quæſt. 51. nu. 1. Surd. tract.
de alimen. quæſt. 6. nu. 5. qui citat tex. in ca.
honorantur 32. quæſt. 2.
33 Secundo, † quia ea conditio honeſtiſſima
ſit per quam non infringitur libertas matri-
monij, nec à iure iam quæſito priuatur, ſed
quærendo l. hoc modo l. hoc genus de cődi.
& demonſ. ſic in prę́ſcripta facti ſpecie ſcrip
ſerunt Pelaez tract. de maiora. Hiſpa. 1. par.
quæſt. 51. nu. 1. & 2. Ludo. Molin. in tract. de
primoge. Hiſpano. li. 2. ca. 13. nu. 28. in fine,
Sanch. de matrim. li. 1. diſp. 33. & li. 4. diſpu.
25. nu. 1. verſ. Tertia vbi multa adfert. Qui-
34 bus. † addo ipſe conditiones à teſtatoribus
appoſitas hæredibus ſuis, ne contrahant ma
trimonium cum alicuius ſectæ hominibus,
inimicis, vel infamibus iure ſuſtineri, & priua
tionis pœnam hæreditatis à teſtatore appo-
ſitam pati debere eos ſic contrafacientes l.
cum ita cum ſequen. l. Titio §. 1. de conditio.
& demonſ. cap. 1. de ſponſa. Barto. & cæteri
omnes in l. Titia de verbo. oblig. Canoniſtæ
in cap. gemma. de ſponſa. Oldrad. conſ. 16.
Felin. in ca. 1. n. 23. de ſpőſa. Guiller. Benedi.
in d. ca. Reynuntius verbo cuidā Petro tradi
derunt nu. 1. de teſtam. Bal. Salice. Angel. &
alij in l. 1. C. de inſt. & ſubſtit. & in d. l. Titio
centum §. Titio. centum de conditio. & de-
monſ. Gabri. conſ. 12. nu. 14. li. 2. Hiſpanici
ſcriptores, Dida. in Epito. ad 4. 2. par. ca. 3.
§. 3. nu. 6. cum ſequen. & ante ipſum Lup. in
ca. per veſtras 3. nota. §. 11. nu. 1. & ſequent.
de donatio. inter vir. & vxo. Rodri. Xua. in l.
1. tit. *de los caſamientos*, lib. 3. foro. egregie
Acoſt. qui latè in l. cum tale §. ſi arbitratu ff.
de condi. & demonſ. Ludoui. de Molin. in d.
ca. 13. a n. 1. vſq. ad finem Pelaez d. quęſt. 51.
nu. 1. & ſequen. Celſ. Hugo conſ. 30. nu. 5.
35 Quæ tamen † communiter ab interpreti-
bus recepta opinio intelligenda eſt, quando
iuſſa mulier, aut vir cum aliquo contrahere
matrimonium, poteſt commode id efficere,
aut a contrario iuſſus, vel iuſſa nő cőtrahere,
poteſt commode cum alijs cőtrahere matri-
monium, alioquin nec pœna affici poſſet, aut
lucro priuari d. l. cum ita cum ſequen. de cő-
ditio. & demon. l. hoc modo eo. tit. Gabriel.
d. conſ. 12. nu. 1. & nu. 14. cęteri ſupra.
36 Quinto † infertur tāto minus valere præ-
dicta ſtatuta de quibus ſupra n. 9. poſſe quā-
do ipſa hæreditatem nő proximioribus, ſed
fiſco deferunt: quia mœra pœna eſt, nulla au-
tem reſtringi poteſt libertas matrimonij
pœna ſub colore vtilitatis, vel neceſſitatis
publicę Inno. & cæteri in d. ca. fina. de ſecun.
nup. Alexan. conſ. 68. nu. 8. li. 4. erudite Ga-
37 bri. d. conſ. 12. nu. 17. 18. † Plane ſi pater vel
mater in teſtamento, vel in contractu matri-
monij diſponerent, vt eorum altero mortuo
filius vel filia ſuperſtes, matrimonium con-
trahere cum voluntate ſuperuiuentis tenea-
tur ſub pœna exheredationis, filius vel filia
contrahendo hæreditatem non amitterent,
ex eo quod ſpreta voluntate patris, vel ma-
tris, quia matrimoniű eſt liberum: At ſi iuſſi
fuiſſent contrahere cum conſilio ſuperſtitis
ſecus foret, iuxta communem Crauc. & alio-
rum reſolutionem de qua Molin. d. cap. 13.
nu. 35. 36.
38 Sexto † infertur an vera ſit opinio affir-
mantium, patrem filiam exheredare poſſe,
quæ intra vigeſimű quintum annum nupſit;
nam licet de iure ciuili id fieri poſſe videa-
tur, auth. ſed ſi poſt vbi gloſ. & omnes C. de
inofi. teſtamen. iure tamen canonico licet fi-
lię ante dictam ætatem libere nubere; nec
in hoc caſu licebit patri eo prætextu filiam
exheredare, dote, vel alimentis priuare, ſiue
filię nubēdo dotem promiſerit, vel non pro-
39 miſerit: † nequit enim lex ciuilis matrimo-
nij contrahēdi tempora coharctare, & illius
libertatem reſtringere. Hoſtien. in d. ca. 1. de
ſponſa. Panor. illic nu. 5. qui communem di-
xit Felin. poſt cæteros canoniſtas in ca. Eccle
ſia. ſanctæ Mariæ n. 59. de conſtitu. vbi Deci.
nu. 36. idem in l. nuptias nu. 7. de reg. iur. Be-
nedi. in cap. reynuntius verbo dotem nu. 42.
de teſtam. Iul. Clar. in pract. criminal. quæſt.
82. verbo ſtatutum tertio. verſ. ſed numquid
Meno. de arbitra. iudi. q. caſu 452. nu. 8. qui
plures refert egregie Surd. tract. de alimen.
q. 6. a n. 1. qui communem poſt alios multos,
ab ipſo relatos, Hiſpanici interpretes in
eandem (quoniā vera eſt) conſcendunt Lup.
in ca. per veſtras notabi. 3. §. 6. & 10. de do-
natio. inter vir & vxor. qui latiſsimè diſerit
de hoc articu. Dida. Couar. in Epito. ad 4. 2.
par. ca. 3. §. 8. nu. 5. Rodri. Xuar. in l. 2. tit. *de
los matrimonios*, lib. 3. foro. Mencha. in d. au-
then. ſed ſi poſt Gregor. Lopez in l. 10. tit. 1.
par.

par.4.in glo.magna.Ludo.Molin. tracta. de
Hiſpa.primoge.li.2.ca.16.n.6.Dida. Perez
in l.1.tit.1.li.5.ordinario.Celſus noſter cõ-
ſil.38.n.1.Gutier.li.2.practi.quæſt. quæſ. 1.
nn.2.& 3.Matien.in l.2.tit.1.glo.4. nu. 2.li.
5.ordina. Alphon.a VeraCruce in ſpeculo
coniugio.3.par.art.2.cõcl.3. & tenet Sanch.
in comm.de matrimo.li.4.diſpu.24.a nu.1.
& ſeq.Caual.in prac.quæſt.5.nu.3.

40 Septimo ✝ infertur an conſtitutiones no-
ſtræ Regiæ huius Regni Cathaloniæ, patri-
bus facultatem concedentes filias exhere-
des facere, quando ante vigeſimum quintum
annum matrimonium contrahunt inſcijs, &
ignorantibus eorum parentibus validę ſint,
nec ne, huiuſmodi eſt conſtitutio prima &
41 ſecunda ſub tit.de ſponſa. ✝ In quo articulo
Celſus Hugo rectam iuris diſpoſitionẽ con-
ſiderans in hac vrbe Barchinonæ conſuluit,
dicto conſ.38. præfatas conſtitutiones vali-
42 das eſſe duabus rationibus: ✝ prima, quod li
cet ſtatuta, & leges municipales nequeant
ſuper matrimonio principaliter diſponere
poſſunt, tamen circa dotes, legitimas, & alia,
quæ in conſequentiam veniunt matrimonij,
adijciendo, & imponendo pœnas contrahẽ-
tibus, ex traditione Barto. in d. l. edicimus
ſupra citata, in tertia illatione, ſed hęc ratio
43 communiter reprobatur vt dixi ſupra ✝ ſe-
cunda, quia inquit, cum conduntur conſtitu-
tiones huius regni, nedum interueniunt Rex
ipſe & regni magnates, ſed & Epiſcopi, &
Abbates, reliqui etiam eccleſiaſtici in digni-
tate conſtituti, vnde eorum interuentu po-
teſt lex condi, qua liceat parentibus filios in
44 præfata ſpecie exheredare ductus ✝ authori-
tate Panor.in ca.1.de ſponſa. qui in termi-
nis queſtionis propoſitæ docuit, quem inibi
cæteri ſequuntur, valere cõſuetudinem hanc
vbi Epiſcopi & eccleſiaſticarum etiam per-
ſonarũ interuentu inducta eſt rationẽ inter
ſtatutum & conſuetudinẽ reddit, quod ſtatu-
tum vel lex ſolum a Principe, vel laicis per-
ſonis inducitur, conſuetudo vero in his quæ
eccleſiaſticas, & ſpirituales res concernunt,
ab Epiſcopis, & eccleſiaſticis ſimul cũ laicis
induci poteſt, & non a ſolis laicis quam ra-
tionem cõſiderat Felin.in ca.Eccleſia ſanctæ
Marię nu.26.de conſtitutio. in fine idẽ Feli.
in d.ca.de ſponſali.n.18.ad medium: ✝ nam
45 non dicitur cõtra libertatem eccleſiaſticam
id, quod promiſcuè à clericis ſimul, & laicis
ſtatutum eſt Bald.in ca.cum veniſſent ex. de
eo qui mitti in poſſ.cau.rer. ſeruan. Alexan.
conſ.91.li.1.ex tex.in ca. ad noſtram ex. de
probatio. cum alijs adductis per eundem
Celſum d. conſil. num.8. cui in his terminis
addendus Dida.in Epito.ad 4. 2.par.cap.5.
§.10.n.15.16.18.& ſeq.idem Dida. in prac.
qq.cap.31.nu.5. Aluar. Valaſq. deciſio.93.
nu.5. Et in his termi. Alex.Raud. in tract.de
Analo.cap.39.nu.147.148.& 149. verſ. Et
hac opinione retenta, cum lata à me concor-
uaris li.1.comparatio.19.verſi. Cæterum eſt
46 ſi hæc: Vbi ✝ & alteram ſubiunxi rationem,
quod ſcilicet ſcientia, & tollerantia Romani
Pontificis diſpenſationem etiam videtur in-
ducere, ad ea, quę glo. & tex.in ca. quia circa
de conſan.& affini. Et cum huius ſententię
fuerim in ſimili alterius regiæ conſtitutionis
caſu d.comparatione, vbi & Celſi traditio-
nem citaui, ad eum locum lectorem reijcio:
Neq. obeſt vulgaris ratio ſupra milies dic-
ta, prędefectu poteſtatis ſimiles leges nulli-
eſſe momenti, quemadmodum & ego cum
alijs reſolui ſupra de Hiſpaniæ vlterioris
legibus: illę enim ſolius Regis placito, & po-
puli conſenſu conduntur; in his vero citerio-
ris Hiſpaniæ regnis tribus, ſolius Regis pla-
citum nihil poteſt, niſi conueniant etiã tria
quæ nos vocamus brachia militare, Re-
47 giũ, & Eccleſiaſticum, vt nouiſsime ✝ ſcribit
Anto. Oliba. Ilerdæ olim præceptor vene-
randus, & illius academiæ legum interpres
diſertiſsimus nunc Regi[9]. ſenator in comm.
ad vſati. Aliud namq. in præfa.nu. 85. Et li-
cet traditio Bart.in d.l. edicimus communi-
ter reprobetur, ceſſant tamen ſcrupuli, & fun
damenta cõmunis, quia lex noſtra interuen-
tu, & voto Epiſcoporum, & eccleſiaſticarum
etiam perſonarum lata fuit; quinimo, & vſa-
ticum adeſt, conſtitutioni ſimile, idem diſpo
48 nens: Vocamus ✝ vero vſatica, ſcriptas leges
generales, quæ vſu approbante legum vete-
rum indigentia promulgatę ſunt, idẽ Oliba.
d.præfa.nu.2. quibus ſic diligenter excuſsis,
conſtat præfatas conſtitutiones, ſupraſcripta
tantum ratione defendi poſſe, non cæteris,
quę falſę ſunt infirmę, fragiles, & aduerſus
communes traditiones vt fatetur Cancer.li.
3.ſuarum.reſolu.ca.11.nu.4.& ſi in ſuis reſo
lutio.li.1.ca.24. & d.cap.11.li.2.aliter pro-
bet in eadem noſtrarum cõſtitutionum ſpe-
cie, veram hanc vnicam, & ſolam prædictarũ
regiarum legum vim præteriens: qua tantũ
ſuſtineri poſſunt.

49 Octauo ✝ infertur veram non eſſe opinio-
nem gloſæ in cap.de raptoribus 36.quęſ. 1.
& ei ſimilis alia de iure ciuili in d.authen.
ſed ſi poſt, quas ſequuti ſunt multi Antoni.
de Butri. in cap. accedens de procurato.
Ancharra.in conſi. 21. Pau. Pariſi. qui alios
conſil. 34. numer. 29. lib. 3. & ex noſtris
Xuar. in dict. l. 2. titul. *de los caſamientos,* verſic. Tertio inquantum Præpo. num.
7. in dict. cap. 1. de ſponſa. Clar.in pract.
crimina. quæſtione 82. verbo ſtaturum 3.
in fine num.5.affirmant præfati interpretes,
valere

valere ſtatutum,quo caueretur, poſſe patrem
filiam indigno ſine conſenſu patris nubentē
impunè exhæredare, quam & communem
dixit Dida.in Epito. ad 4. 2.par. cap.3.§.8.
num.7. ſequitur Gaſp. Bacca. tracta.de non
melioran.filia.cap.18.num.3.rationem eam
prodiderunt,quia & præter ignorantiam pa-
50 tris,concurrit † viri indignitas,& turpitudo,
qua parentes iniuria afficiuntur ad huiuſmo-
di matrimonij dedecus argu. cap. honorantur
32. quæſt. 2. atq. ideo poſſe exhęredari
ob tantam, & tam grauem iniuriam l. 3. §.
51 emancipatus ff.de contra tabul.Neq.enim †
filia dotem à patre ſperare debet, quæ eum
indigno matrimonio tantopere moleſtauerit
l.ſi quis à liberis §.idem index ff.de libe.
agnoſce.& his rationibus eandem ſententiã
tenuere Bal.in l.1.ff.ſolut matrimo.Alexan.
conſ.97.num.10.lib.1. Iaſ.in l.2. §. quod ſi
in patris num.28.ſolut.matrimo.Ruin.conſ.
131. num.5. lib.4. Et alij multi quos refert
Surd.tractat. de alimen. quæſt. 6. num.5. &
Sanch. in comm.de matri.lib.4.diſpu.25. à
nu.1. Cancer.qui ſic ſentit.lib.3.reſo.ca.11.
num.4.

52 Contrariam † tenuerunt multi alij nec in
hac ſpecie filiam poſſe exhæredari: non primo,
quia inſcio patre nubſit,quia tota interpretum
ſcola, id diffitetur vt ſupra, nec quia
indigno,quia hæc cauſa inter cęteras relatas
à Iuſtiniano in §.aliud quoq. in auth.vt cum
de appella.cognoſ.non fuit expræſſa, conſe-
quenter exheredari non poteſt, prętereà cũ
ſtatutum nullum ſit, adiectione pœnæ vali-
dari non poteſt d. l. ſeyus, & augerius dixi
ſupra:& ſic docuerunt Imo.in d.cap.accedẽs
de procura.Alex.in l.1.num.33.ff.ſolut.ma-
trimo. Iaſ.in d.authen.ſed ſi poſt nu.6. De-
ci.in d.l. nuptias de regu.iur. Lup.in d.cap.
per veſtras notab.3.§.10.Molin.de Hiſpan.
primog. lib. 2. cap.16.num.8.Matien.in d.
glo.4.num.3.& 4. Gutier.in dicta quæſtio.1.
num. 5. Surd. d. quæſtio.6.num.17.& ean-
dem ſequitur alijs relatis Sanch.d.diſpu.25.
num.2.

53 Cæterum tenendo † poſteriorem ſenten-
tiam,quod exhæredari nequeat nec dote, &
alimentis priuari non obſtante tali ſtatuto,
declaranda eſt quibuſdam modis. Primo vt
detur filię dos,vel alimenta,non quidem eo
modo, quo darentur ſi digno nupſiſſet, ſed
paulominus, attenta ſcilicet qualitate viri,&
illius indignitate,ſic egregie ſcripſit Imo.in
d.cap.accedens, quem ſequutus eſt Alex. in
d.l.1.ſolu.matrimo.num.23.& placet Ludo.
Molin.d.cap.16.num.8.& antea Celſo in d.
conſ.38.num.2.Gutier.in d.quæſt.1.nu.4.in
54 fine. Dignitas † vero vel indignitas viri eſti-
manda eſt,ex progenie, nobilitate, & diui-
tijs parentum,Lup.d.§.10.& alij multi quos
congeſſit Surd.d.quæſt.6.num.21.

55 Secundo † declaratur vt non procedat,
quando filia, quę indigno nupſit, haberet
aliunde bona, ex quibus ſe alere, & dotare
poſſet,quod tunc iniquum videatur, patrem
ad eam dotandam teneri Rip. in l.1.nu.59.
ff.ſolut.matrimo. ſequuti ſunt Dida.in d. §.
8.num. 7. Molin. d. cap.16.quęſt.1.num.5.
Alphon. à VeraCruce in ſpecu.coniugio. 3.
par.arti.20.in verſ.dixi ſi honeſto.

56 Tertio † declaratur, vt non procedat vbi
filia nuberet indigno, vel ante vigeſimum
quintum annum digno, vidente & tacente
patre, nam ſatis eo caſu dicitur conſentire
l.in ſponſalibus §.1.ff. de ſponſa.cap. hono-
rantur §. idem 32. quęſt.2.Anchar.d.conſil.
21.conferunt,quę ſcripſi ſuperiori lib. com-
paratio.11.verſ.Quarto declara quoties,vbi
ad ſimilem huic quæſtionem citaui tex. in d.
57 cap.honorantur:Et docuit † d.conſ.Anchar.
ſufficere ſi conſenſus ex poſt facto interue-
niat, nam & hic validaret actum matrimo-
nij, quo ad hoc, quod generale eſt in omni
caſu,vbi alicuius conſenſus requiritur,& po-
teſt is ſua voluntate actum infringere, vt ſi
poſt intercedat, validetur actus vt oſtendit
multis argumentis Menoch. conſ.1.nu.450.
lib.1.Bero.conſ.73.num.8.lib.1.Rolan.cõſ.
2.nu.146. lib.1. & alios multos refert Surd.
d.quęſt.6.num.19. & 20. Capi.deciſio.100.
num.6.Clar.in §.feudum quæſt.31.in fine &
probat tex.egregius in l.fina.ff.ad S.C. Ma-
cedonia l.1.§. prodeſt in verſi. Sed ſi poſt ff.
quo legato cap. cum nos de his quę fiunt à
maio.par.capit.Barto.Bald.Angel.Alexan.
Roma.& Iaſ.in l.ſi quis mihi bona §.iuſſum
de acquir.hæredi. latè Tiraq. in legi.connu-
bia.glo.6.in verbo conſentiment. à num.1.
& 2.idem Surd.deciſ.99.num.4.

58 Tenendo † autem contrariam ſententiã,
quod poſsit filia exhęredari indigno nubens,
declara eandem quadrupliciter;primo quo-
ties filia nubens exceſſiſſet vigeſimum quin-
tum annum, quoniam ob inſignem patris
negligentiam, & lapſum tanti temporis po-
tuit,& ſi indigno filia nubere,conſequenter,
& dotem,& alimẽta petere d.tex.in autheri.
ſed ſi poſt §. deinceps. in auth. vt cum de
appell. cognoſ. gloſ. in d.cap.de raptoribus
36.quæſt.1.Salicet. in l. qui liberos vbi Co-
raſ.de rit.nuptiar. & alij quos refert Surd.
d.quęſt.6. num. 24. Hiſpani.interpretes ſu-
59 pra:Secundo † declara vt nedum poſt vige-
ſimum quintum annum, ſed & vigeſimo &
infra, nubere poſsit vbi conſuetudo viget
nubendi filias dicto tempore, attento more
regionis,ita egregie Panormit. in cap.1. de
deſponſa.impub.quem refert Surd.d.quæſt.
num.25.

num.25.Bal. Nouell. tractat. de dot.priuile.16.& licet Surd.dubitet, dubitandum tamen non eſt, nam cum lege tempus viginti quinque annorum fuerit præfixũ,poteſt conſuetudo minora tempora diffinire, maxime quod antiquis illis temporibus ętates hominum longiores erant,vt hodie breues.

60 Tertio † declaratur,vbi filia nupſiſſet indigno, & turpi ante vigeſimum quintum annum, cum illius pater talis eſſet, eo namque caſu, mutua vitæ turpitudo patri actionem auferret filiam exhæredandi, dotem, & alimenta denegandi: id enim niſi honeſtiſsimis parentibus in eorum dedecus,& iniuriam conceditur,non turpibus, & infamibus cap.cum haberet, perpenſa illius ratione,de eo qui duxit in matrimo. Surd.d.q.6. num.26.Dida.d.§.8.num.7.

61 Quarto † declara, vt idem ſit in filia vidua, vel emancipata, nam & ipſe ſine conſenſu parentum citra exhæredationis pœnam nubere non poſſunt l.vidua C.de nupt. l.in coniunctione eo.tit.quę lex in filia emãcipata loquitur Surd.& Dida. ſupra Gutier. lib.2.practica.queſt.3.num.2.

62 Nono † infertur valere ſtatutum, vel legem municipalem,qua cautum foret, filium, vel filiam clandeſtine contrahentem aduerſus formam Sacri Tridentini Concilij; poſſe exhæredari: nam † etſi vt ſuperius non
63 ſemel dixi, leges humanæ nequeant aduerſus diuinas, & canonicas prætextu aliquo diſponere ex defectu poteſtatis, tamen adiuuando ipſas, & confirmando magis, poſſunt: Quinimo gloria, & laude digni ſunt tanti Principes, qui ſacra Apoſtolica iuſſa tam enixe amplectuntur:quod Sacrum Tridentinum Concilium eos non ſemel admonuit,maxime in extremo eiuſdem Sacri Cõcilij capite de recipiendis, & obſeruandis, quæ in eo decreta fuere edita. Vt igitur ad quæſtionis propoſitę deciſionem reuertar, valeret lex, vel ſtatutum: huiuſmodi eſt lex vlterioris Hiſpaniæ 49. Tauri. qua cautum fuit filiam, quæ matrimonium contrahit clandeſtinum, aut tale, quod Eccleſia pro clandeſtino iudicauerit; poſſe exhæredari; atque idem in filio regia fuit illius regni poſt pragmatica ſanctione ſtatutum: poteſt enim ius ciuile vt dixi, canonicum iuuare, roborare decreta, pœniſque continere gloſ. in clemen. ne Romani verbo tolli de electio. in 6.vbi eam vti ſingularem commendant illic interpretes Felin. in d. cap. 1. de ſponſa. num.13. Celſ. noſter d.conſil.38.num.6. Didac.in Epitom. ad 4. 2.part. cap.6.num. 18. Molin. tractat. de Hiſpan. primogen. lib.2. cap. 16. num. 11.12. Anton.Gomez. in eadem ipſa lege Taur. num. 2. Lup. qui huius legis author fuit vt Didac. refert ſupra Didac. de Caſtell. in d. l. num. 8. Gregor. Lop. in l. 10. titul. 1. part. 4. in gloſ. magna vbi iudicatum refert Mencha. tract. de ſucceſsi.creatio. §.7. num.38. Matien.in l.1. titu. 1. gloſ. 7. lib. 5. ordinatio.Domi. de Soto in 4.diſtinctio.29. quæſt. 1. artic.4. Gutier.qui & alios recenſet Hiſpanos in d. quæſt. 1. num. 27. & non relatis ſuperioribus, præceptor noſter Olibanus in commenta. vſatici, Aliud namque cap.14.num. 13. quamuis perperam Sanch. contrariam tueatur opinionẽ leges illas vlterioris Hiſpaniæ aliter aduerſus communem interpretando in eom.de matri.lib.5.cap.24.& 25.

64 Extende † traditionem vt procedat etiam in filio, pariter enim lex, vel ſtatutum id idem in filio clandeſtine contrahente efficere poſſet; Cæterum lex vel ſtatutum de filia tantum loquens, qualis conſtitutio noſtra regia, non extenderetur ad filium, ob grauiſsimam exhæredationis pœnam, quemadmodum in terminis docuit Deci.in l.nuptias num. 10. de regu. iur. Ciſuen. in l. 49. Tauri. Gutier. in l. 2. practica qq.queſtio. 2. num.1.Domi.de Soto.in 4.diſtinct.29.quæſ. 1. artic. 4. in reſpon. ad 4. Mencha.tractat. de ſucceſsi.creatio. §.10.num.637. Cancer. lib.reſolut. 1. cap.24.num.8. & 9.in d. cap. 11. num.10. Quia vt recte Gutier. ſuperius animaduertit, inter filium, & filiam maxi-
65 ma eſt differentia, maior † enim honeſtas in filia nubente, quam in filio requiritur, & maius etiam imminet periculum argu. tex. in cap.vbi periculum de electio.

66 Decimo † infertur an valeat lex,vel ſtatutum quibus pœnę imponũtur famulis,& domeſticis nubentibus cum filiabus, vel conſanguineis dominorum ſuorum; & vera in hoc articulo ſententia eſt, quidquid ex Hiſpanis quidam dixerint,non valere:nam cum matrimonium hodie maxime iuxta S. Trid. Concilij diſpoſitionem inuitis parentibus, & ignorantibus à filijs contrahi poſsit, quis dubitare poterit,poſſe filias cum famulis, & domeſticis,inuitis etiam parentibus nubere citra pœnæ reatum,ſimiliter filios cum filiabus parentum,alioquin lex,vel ſtatutum matrimonij libertatem coarctaret, quę nulla regum poteſtate reſtringi poſsit; atq. ideo Gutier.in pract.lib.2. q. 5. à n. 1. poſt alios Hiſpanos ab eo relatos,hãc veram eſſe ſententiam docet;neq; in re tam aperta immorandum eſt.

67 Vndecimo † principaliter infertur, an ſtatuto,& lege municipali ſtatui poſsit,quod religioſi, & monaſteria ab hæreditatibus excludantur: dubitationem faciẽ, quia ſi validum eſt argumentum prout regulariter

N valet

valet de matrimonio carnali ad ſpirituale
cap. inter corporalia de Tranſ. Epiſco. Ale-
xand. Roma. & Iaſſon. in l. ſtipulatio hoc
modo concepta de verbo. obliga. cum alijs
a me coaceruaris hoc lib. different. 3. ver-
ſic. Ab his deducitur cũ in matrimonio car-
nali ſit hoc ſtatutum inualidum, magis in ſpi-
rituali erit.
68 Verum † contraria receptior & verior eſt
valere ſtatutum hoc, cum non odio religio-
nis vel eam ingredientium, ſed vt hæredi-
tates in familijs conſeruentur inductum ſit,
vel alijs iuſtiſſimis cauſis, quibus legisla-
tores ad ſic diſponendum impulſi ſunt, ma-
xime in nondum delatis hæreditatibus, vel
quæſitis iuribus, quemadmodum docet Ale-
xand. in d. l. ſtipnlatio hoc modo concep-
ta num. 25. Homod. conſil. 21. num. 25.
Natta. conſil. 516. à num. 1. & 2. Aymon.
Cranet. conſil. 186. num. 8. Cancer. d. cap.
24. num. 10. quibus addendum in terminis
primogenij, maioratus, & fideicommiſſi,
hanc eandem apud omnes ſententiam reci-
pi, quemadmodum multis & efficaciſſimis
argumentis docuit Molin. tractat. de Hiſ-
panor. primogen. lib. 1. cap. 13. à num. 68.
cum multis ſeq. eſt enim vt ille ait, mona-
chus mundo mortuus & perinde habetur ac
ſi non eſſet, atque eandem ſententiam te-
nuit Pelaez tractat. de maio. Hiſpan. 2. par.
quæſt. 3. à num. 1. qui nec Molinam citauit,
nec eum Molina, quia eodem tempore, vi-
ri duo doctiſsimi, eiuſdem argumenti tra-
ctatus laborarunt atque eandem opinionem
relatis alijs pleriſque tenuit Marc. Anton.
Peregrin. tractat. de fideicom. articul. 28.
à numer. 70. Caualca. deciſio. 18. num. 49.
50. & ſequen. 3. parte, qui in terminis pro-
prijs huiuſmodi ſtatuti loquitur & Peregri.
de eod. ſtatuto excludente religioſos à qui-
buſvis ſucceſsionibus tractat. de fideicom.
69 artic. 28. num. 92. Neque † ratio de matri-
monio carnali ad ſpirituale facit, non enim
argumentationi locus eſt quando diuerſa,
diſpar aut maior ratio procedit in vno quam
in alio caſu, docet Euerar. in Topi. lega.
loco à matrimonio carnali ad ſpirituale, &
præter eum Lap. vbi Mando. ad eum alle-
ga. 56. num. 11. & plerique citati nouiſ-
ſime Viui. deciſio. 255. num. 39. 40. lib. 2.
Feliu. late in rubri. de ſponſa. multas re-
cenſens differentias, Cagnol. in l. actus le-
gitimi num. 7. & 20. de reg. iur. dixi ſuperio-
ri lib. 1. compara. 15. & 16.
70 Duodecimo † infertur, an poſsit lege
municipali ſtatui ne vltra certam quantita-
tem poſsint parentes filiabus ſuis dotem
conſtituere ſub certa pœna, & ſic præfigere
dotibus quantitates certas iuxta ſtatum cu-
71 iuſque matrimonium contrahentis, Nam †
Hippol. de Marſil. ſingu. 589. ſcriptum re-
linquit huiuſmodi legem vel ſtatutum à lai-
cis conditum nullius eſſe momenti, quod
prohibeantur parentes filiabus ſuis certam
dare dotem, & taxatam, eo autem modo li-
bertatem matrimonij impediri, ſtatuta ve-
ro quæ eam impediunt nulla eſſe non ſemel
72 in ſuperioribus dixi: Cæterum † multis ra-
tionibus defendi contraria ſententia poteſt:
Non enim ea lex coniugia impedit, ſed vti-
litati, & parentum commodo occurrit, qui
ſtudio, & deſiderio nubendi filias nobilio-
ribus, ſæpius eam ob cauſam dotes polli-
centur ingentes, quas nec ipſi, aut eorum
ferre poſſunt patrimonia, ſic miſeri poſt
pauperes, inopem vitam degere compel-
luntur; atque hanc ſententiam merito prio-
ri contrariam Curti. ſeni. docuit conſil. 27.
num. 28. Didac. in Epitom. ad 4. 2. part.
cap. 3. §. 9. num. 3. qui & hanc legem Ve-
nerijs latam refert, & eandem in vlteriori
Hiſpania ab inuictiſsimo Carolo Quinto. Et
denuo illa l. ſuſcitatas Gothorum vetuſtiſsi-
mas, quæ idem ſanciebant: atque eandem
ſententiam Auend. tractat. de exeque man-
da. reg. cap. 14. num. 6. Gaſp. Baeça. tra-
ctat. de non melioran. filia. ratio. dot. cap.
2. num. 2. Matien. in l. 1. gloſ. 2. tit. 2. lib. 5.
num. 6.
73 Mihi † vero leges has, nedum non ob-
uiare libertati matrimonij videtur ſed adiu-
uare magis, quoniam vbi minorem dotem
mulier allatura eſt, pluries nubere, & plu-
res etiam inuenire maritos poteſt: ita fiet
etiam, vt pater plures habens filias con-
gruam vnicuique dotem dare poſsit, quod
efficere nequit, vbi vni ampliſsimam da-
ret: nam ſæpius fit (quod vtinam non eue-
niret) vt cæteras filias inuitas in religio-
nem tradat, quo nihil peſtilentius, aut de-
terius.

Secundo hæc opinio defenditur tex. in
l. hoc modo in fine de conditio. & demon-
ſtratio. verbis illis, *legem enim vtilem Rei-
publicæ ſobolis ſcilicet procreandæ cauſa la-
tam adiuuandam interpretatione*. Nulla ſa-
ne aptior; vel commodior in Republi-
ca lex eſſe poteſt ad prolem augendam,
74 quam dotium taxatio. Neque † oberit ſu-
perior Marſil. ratio, quoniam ſtatutum odio-
ſum non eſt, etſi pœnam contineat: prin-
cipalis enim intentio legislatorum fuit fa-
uori publico prouidere, ideo diſpoſitio re-
gulanda eſt ab eorum principali intentione
l. qui exceptionem de condic. indebi. &
quia in dubio ſtatutum iudicandum eſt fauo-
rabile & non odioſum Bal. in l. 2. C. qui ad
liberta.

Et

75 Et cum † hæc quæſtio in noſtris termi-
nis in ſacro, & Summo Romano prætorio
incidiſſet coram Chriſto. Robuſte. conter-
raneo noſtro viro doctiſsimo illius Rotæ
auditore integerrimo, poſt ab Hiſpaniæ Re-
ge noſtro, Epiſcopo Oriolenſi deſignato,
deciſum video ſtatutum valere, multis non
76 ſpernendis rationibus. Extat † deciſio hæc
in nouiſsime impreſsis 117. à num.1.par.1.
77 deciſio. Et † vt aliquid addam ſimile aptiſ-
ſimum, poteſt lege vel ſtatuto funeris im-
penſa, & illius ſumptus taxari: ſunt enim
quidam defunctorum hęredes ita pompo-
ſi, vt innumeras effundant in exequijs quan-
titates, potius mundo quam Deo & ani-
mabus ſatisfacientes: ita paucis ab hinc an-
nis Ilerdę patriæ noſtræ factum prudenter:
78 Valere † vero huiuſmodi ſtatuta nō dubium
eſt, vt quæ nullam animæ defuncti pompæ
ſuperfluæ ſuffragium ferant can. animę de-
functorum 15.quęſt.2. Panormita. in cap.fi-
na. num. 6. de reb. Eccleſi. non alienan. ſe-
ueri. qui alios in. repeti. l. omnes populi
num. 10. de iuſt. & iur. Didac. Perez in l.7.
titul. 1. Gregor. Lop. in l. 12. titul. 13. in
gloſ. magna. Matien.in l.1.gloſ.10. num.1.
titul. 5. lib. 5. qui recte declarat Huma. in
l.12. titul.13.pat. gloſ. 8. num.1.Borrel.in
Regia Arago. §. 1. gloſ. 3. num. 258. Me-
din. tractat. de ſepultu. 1. part. quęſtio.30.
Animaduertit autem Matien. ſupra, & re-
cte, intelligendam eſſe traditionem in his
expenſis, quæ ad ſuffragium defuncti non
pertinent, at ſecus in orationibus, miſsis,&
alijs, quę ſalutem æternam mortui reſpi-
ciunt. Vnde valere ſtatuta circa dotes ta-
xandas,dum libertatem matrimonij non in-
fringant, docet nouiſsime Menoch. tractat.
de pręſumpt.lib.3. pręſump.6. num.21. qui
niſi ſolum Alciat.citat reſponſ.53. nu.17. &
reſpon.62.

79 Decimo † tertio infertur, an valeat ſta-
tutum, vel lex municipalis, vt pro matri-
monio ſoluatur certum quid pro gabella, in
quo articulo dubitandum non eſt minime
valere: cum enim ſit Sacramentum Eccle-
ſiæ, hæreticum foret aſſerere, poſſe Prin-
cipes gabellas in matrimonio contrahenti-
bus imponere, ex defectu poteſtatis ſecu-
80 larium Principum; tum † quod gabella ni-
ſi de his ſoluitur, quæ eſtimationem reci-
piunt; res autem ſacræ, & religioſæ ineſti-
mabiles ſunt §. ſacræ inſtit. de rer. diuiſi. l.
inter ſtipulantem §. ſactam de verbo. obli-
81 ga. cum ſimilibus. Maior † dubitatio eſt,
an ſtatutum valeat vbi velit de dotibus,
82 gabellam ſolui debere; Et † Lap. in alle-
gat. 129. num. 23. ad medium aperte do-
cuit ſtatutum hoc non valere, quia impedit
matrimonium quodammodo, illius etiam
libertatem ex dictis ſuperius allegat tex. in
dict. cap. gemma de ſponſa. Mando. pro-
bat in additione litte. G. nullo citato au-
thore ſequitur eundem Bertachi. in tractat.
de Gabell. 5. quæſtio. principali ſub. num.
20. Ferret. tractat. de Gabell. num. 375.
Ex contrario tale ſtatutum valere præſupo-
nit clariſſime Deci. conſil. 457. Ego vero
vna cum Lap. ſentio ſtatutum hoc nullius
fore roboris, & ſi enim dos quid ſeparatum
ſit à matrimonio & matrimonium ſine do-
te conſiſtere poſsit, negari tamen non po-
teſt quin illius libertatem adſtringat & coar-
ctet; ſed & impium & Chriſtianis Princi-
pibus indignum cenſeo, lucra ex dotibus
conſequi velle, atque ideo Caſſan. in con-
ſuetu. Burgun. rubri. de Gabell. quæ fina-
lis eſt illius operis num.11. quæſt.7. in ean-
dem conſcedit cum Lup. ſententiam, & ſi
de facto apud Gallos male obſeruari affir-
83 met. In vlteriori † Hiſpania lex eſt quę ex-
preſſim vetuit Gabellam de dote ſolui, &
iuſte quidem, quia cum ex neceſſaria ven-
ditione vel alienatione non debeatur ga-
bella, Tiraquel. fuſe de retract. ligna. §.
29. gloſ. 1. & paternum ſit officium, imo
& neceſſarium dotare filias l. fina. C. de
dot.promiſsi.l.qui liberos ff. de rit. nuptia.
ideo nec de dote ſolui poſſe ęquiſsimum eſt,
quinimo nec in alijs caſibus vbi mulieres ab
eis dotes capiunt qui eas dotandi obliga-
tione carent, ex ratione prædicta reſoluit
Azebe. in l.35. titu. 18. lib.9. à num.1. Quę
omnia in hac ſcripta differentia diligenter
nota; quia ſic digeſta nuſquam reperies. Ve-
rum notandum ſupra modum Eccleſiã poſ-
ſe matrimonij contractum infringere qua-
tenus contractus eſt, cætera vero Sacramen-
ta minime, quoniam cætera Sacramenta
non perficiuntur conſenſu, tanquam ex par-
te intrinſeca, nam conſenſus recipientis eſt
diſpoſitio ipſa, & conditio ſine qua non, &
cum voluntas etſi coacta voluntas ſit, ſuffi-
cit vt valeant, in matrimonio conſenſus eſ-
ſentialiter requiritur, qui omnino liber eſſe
debet ſic vere & pulchre Sanch. de matrimo.
lib.4. diſpu.12. num.25.

SVMMARIVM.

1 *Matrimonium ſpecies quædam emptionis & venditiones eſt.*

2 *Venditor vitium latens animalis detegere tenetur.*

3 *Filiam nubens ex lege boneſtatis, vitium latens detegere marito debet.*

4 *Sergij Galbæ Imperatoris pater, quid fecerit*

cum ab aliuia diuite, & pulchra in maritũ peteretur.

5 *Crates Philoſophus ducturus in vxorem Hipparchiam quid fuerit.*

6 *Aretini conſilium 142. in matrimonium Sfortiæ Mediolani Ducis, cum Dorothea filia Ludouici Mantuæ Marchionis expenditur.*

7 *Matronarum peritia vbi non ſuffieit, medici adiungendi ſunt.*

8 *Matrimonium ob vitium latens diſſolui non poteſt.*

9 *Matrimonij proſeneta, & medieator, ob vitiũ latens mulieris, quam laudauit, actione de dolo tenetur.*

10 *Proſeneta præſumitur ſcire vitium latens.*

11 *Matrimonij mediatores, qui ſolo Dei intuitu matrimonia curant fieri, ob vitium latens actione de dolo non tenentur.*

12 *Matrimonij mediatores, qui vere ſciunt vitiũ latens, reticendo illud, actione de dolo conueniri poſſunt.*

13 *Deceptores ad intereſſe propter dolum iuſte conueniuntur.*

DIFFERENTIA. VIII.

MATRIMONIVM CONTRAhentes, an latens, & occultum vitium, aut morbum detegere teneantur, quemadmodum in emptionis cõtractu, faceta diſceptatio.

1 MATRIMONIVM † ſpeciem quandam emptionis, & vẽditionis eſſe, eique plurimum aſſimilari, docui in præfatione
2 libri primi ad finem: Sane † cum in venditione, venditor ſiue mancipia vendat, vel pecuda, vitium latens emptori detegere tenetur, alioquin de dolo actione, & ad intereſſe conueniri poteſt l. 1. §. venditor ff. de actio. emptio. l. 1. 2. & toto titul. ff. de Edeli. edicto, an idem in matrimonio id, inuicem contrahentes præſtare debeant videamus; quod ſi non fecerint, an morbo vel vitio detecto alter illũ de dolo, actione poſſit conuenire.

3 Lege † plane honeſtatis, & ad pacem & quietem, inter coniuges cuſtodiendam, fieri debere, conueniens eſt: ne conſumato iam matrimonio, dum alter alterius vitium, vel morbum detegit eum ſpernat, contempnat, & odio proſequatur, ita fit vt in perpetuo
4 infeliciter viuant ambo coniuges. Sic † olim fertur patrem Sergij Galbæ Imperatoris feciſſe, qui cum à Liuia Ocellina diuite & pulchra in maritum euocaretur, is autem breui eſſet corpore, & veluti nanus & pumilius, ille inſtanti, vltro vitium corporis, depoſita veſte detexit, ne quaſi ignotum fallere videretur:
5 ſimile † huic feciſſe, aiunt Cratem Philoſophum, cum Hipparchia & ipſa Philoſophię plurimum dedita, quæ eum in virum optaret, is ſponte huic interſcapilium retexit, quod gibberoſum erat, peram cum baculo, & pallium humi depoſuit puellæ dicens, eam ſibi ſupplectilem affore tam immanem & deformem, quam videret: Addit ille, ipſam alloquens, proinde ſcedulo conſule, ne poſt pœnitentia ducta defleas: Hippatchia, Crati reſpondit, ſe nec ditiorem maritum vel formoſiorem velle nec optare, quę & his alia ſimilia ex antiquioribus refert Tiraq. in ll. connubia. l. 4. glo. 1. à nu. 1. 2. 3. & ſeq.

6 Cum † hic aliquando caſus contigiſſet Italię, conſultum video ab Aretino conſil. 142. iure potuiſſe Franciſcum Sforciam Mediolani Ducem, vt Dorothea filia Ludouici Mantuæ Matchionis Galeatio Sfortiæ Ducis filio deſponſata, nuda à quibuſdam à ſe medicis miſſis conſpiceretur, vt ſi quæ puellę deformitas foret, vel vitium, illud detegerent; recuſauit id Mantuę Marchio, ſed tantum filiam videndam obtulit; Aretinus vero d. conſil. 142. qui pro parte Ducis Sfortiæ conſuluit, ſubtiliter, & erudite reſpondet, teneri Marchionem filiam nudam medicis à ſe miſsis conſpiciendam tradere, multis rationibus, ſed hæc vna fortior
7 eſt, quod † vbi matronarum non ſufficit peritia in aliquo caſu propter illius difficultatem, eo tunc petitiores medici adiungi poſſunt cap. ex litteris de frigi. & malefi. atque in hac ſpecie referens Aretini conſilium docet Deci. in cap. propoſuiſti num. 2. de probatio.

Cęterum animaduertendum eſt, in caſu Aretini fuiſſe ſolum contracta ſponſalia à parentibus pro filijs impuberibus Ducis, & Marchionis, & hinc inde ſubſequutas promiſsiones cum ad pubertatem peruenirent, adiecta conditione expreſsim de videnda deformitate quando ad pubertatis annos Marchionis filia perueniret, in quę ambo parentes conſenſerunt: recteque probat, & reſpondet Aretinus id fieri debere, quando non aliter nec alio modo pacta fuerint de contrahendo inita; Atqui vbi nulla afforet promiſsio, & contracta eſſent ſponſalia, vnus alium ad producendam deformitatem cogere non poſſet, quia error hic non ipſa irritaret, ad dicta hoc libro differen. 4.

8 Cœpola † autem in l. 1. §. aiunt ædiles ff. de ædili. edic. num. 26. cum inſtitutam ſupra quæſtionem mouiſſet, fatetur matrimonium

9 nium diſſolui non poſſe, at † proſenetam vbi interueniſſet, laudando mulierem & illius deformitatem reticendo quam ſciebat, actione de dolo conueniri l. & eleganter §. fi.cum l.ſequen.ff.de dolo l.1.ff.de proſene.
10 Addit † ille, præſumi proſenetã id ſcire, quoniã hoc hominum genus mẽdax eſt l.iuſtiſſime §.fina.ff.de edili.edic. vbi idẽ Cœpol. in proſeneta.ſententiam probat, quoniam lucrum quærunt, & accipiunt ex ſuis actibus, & negotiationibus, iuſtum igitur parque eſt quod propter mendacium actione de dolo
11 conueniri poſſint; in † alijs vero mediatoribus, qui nõ aliud lucrum, quam a Deo Max. præmium, ob bonum hoc opus ſperant non
12 admitto Cœpolæ traditionem, niſi † vbi manifeſte conſtaret eos in dolo fuiſſe reticendo vitium, dediſſeque dolum cauſam contractui, & vitium tale afferet quod maiores ſumptus, & expenſas marito adferret, ratione morbi vt ſunt multi, qui indigent curatione ſucceſſiua, quæ ideo ſumptus etiam ſucceſſiuos producit, ita enim fieret vt illico nedum dotem, ſed & vniuerſum patrimonium vir in alenda curandaque vxore abſu-
13 meret, id autem iniquum eſſe videtur, Et † propterea iuſtum decipientes ad intereſſe propter dolum admiſſum poſſe conueniri d. l.& eleganter §.fina.& l. ſequen. qui tex. in d.§.fin.magnã, & euidentẽ calliditatẽ adeſſe voluit vt actio de dolo aduerſus laudãtẽ detur concinit tex. egregius in l. cum oſtendimus ad finem de fideiuſſo. tuto. l.1. §.ſciendum de magiſtra.conuenien.& qui ad hęc iura multos coaceruat Marſil. in rubr. de fideiuſſo. num. 245. in fine ſic igitur quæſtio ſuperior reſoluenda eſt quam a nullo traditam fuiſſe, dixit, Sanch.tractat.de matrimo. lib.1.diſput.68. à num. 1. cum ſeq. nos autem ab Aretin.& alijs ſupra citatis tractatã vidimus.

SVMMARIVM.

1 *Romani Pontificis in iudices monitum.*
2 *Tranſactio in matrimonio non datur.*
3 *Tranſactio de iure ciuili in matrimonio, licita eſt.*
4 *Compromiſſum ſuper matrimonio non datur.*
5 *Arbitris quia nullam habent iuriſdictionem, metu tantum pœnæ paretur.*
6 *Matrimonia ab omni pœna libera eſſe debent.*
7 *Matrimonium diſſoluere, ad eum tantum pertinet, qui iuriſdictionem habet canonicam.*
8 *Arbitri nedum principaliter, ſed neq. incidenter de matrimonio cognoſcere poſſunt.*
9 *Compromiſſum fieri poteſt in laicum tanquam amicabilem compoſitorem, de re ſpirituali.*
10 *Cauſa ſpiritualis cuius tranſactio prohibita eſt de iure canonico, compromitti non poteſt, nedum in laicum ſed neq; in Eccleſiaſticam perſonam.*

DIFFERENTIA. IX.

COMPROMISSVM TRANſactionem, arbitrium, de quibusvis contractibus, fieri de matrimonio minime.

1 ROMANVS † Pontifex in ca. fina. de tranſactio. Dũ † Iudices inſtituit, quemadmodum ſe gerere debeant inter partes colligantes, præcipue illud commendat, vt rerum, & perſonarum qualitate perpenſa, quandoque poſſit negotium ex bono, & æquo tranſigere, & ſedare: *id autem* (inquit) *illc intelligendum eſt, in his caſibus, in quibus tranſactioni locus eſſe poteſt, in ceteris minime, veluti in coniugij Sacramento* glo. illic in verbo *Sacramentum* rationem red-dit, *quia inquit, quos Deus coniungit homo non*
2 *ſeparet*. Eo † itaque tex. appertiſſimo probant omnes in cauſis matrimonialibus non licitam eſſe tranſactionem, vt poſt gloſ. ibi Inno. Bella. Anton. Panormita. Imol. & cæteri ſcripſere: Gutier. lib. 1. cano. quæſtio. cap.17.num.18. qui huius capitis finalis meminit obiter, & ſi ad aliud inſtitutum. Pla-
3 ne † de iure ciuili, quo huius Sacramenti vis incognita erat, licita fuit cauſæ matrimonialis tranſactio, quoniam eo iure ſicut conſenſu matrimonium efficiebatur l. nuptias cum ſimilibus de regu. iur. ſic contrario conſenſu diſſoluebatur l. conſenſu l. ſi conſtante C. de diuortijs & repudi. ideoque Prodo. tractat. de differen. iur. ciui. & cano. numer. 106. hanc ipſam inter alias conſtituit differentiam inter ius ciuile, & canonicum.
4 Quæ † de tranſactione dixi, eadem ad compromiſſum extendenda ſunt, nam ſpecies quædam tranſactionis eſt, ſic ſenſit. gloſ. ex eo tex. in cap. 1. ad finem ex. de conſanguini. & affinit. gloſ. in l. non diſtinguemus §. Iulianus ff. de recep. arbi. cap. penultimo.
5 de in integ. reſtitu. Eam † interpretes rationem reddunt, quod arbitri nullam iuriſdictionem, ſed ſolam habeant notionem, eis autem metu tantum pœnæ pareatur l. 1.
6 C. de arbit. vbi gloſ. & cæteri: Cæterum † matrimonia ab omni pœna libera eſſe debent l. Titia de verbo. obliga. ca. gemma de ſponſa.

7 Tum † quod diſſoluere matrimonium à
Deo inſtitutum, ad eum tantum pertinet, qui
juriſdictionem habet, qua arbiter caret. glo.
in d. cap. 1. de conſangui. verbo poteſtatem,
quam ſequitur Prodoſ. ſupra nu. 106. in fine.
Dida. in Epito. ad 4. part. 2. ca. 8. §. 12. nu. 2.
Mozzi tractat. de contra. titul. de matrimo.
num. 20. 21. Triuiſan. deciſ. 28. nu. 17. lib. 1.
8 Extende † regulam & traditionẽ hanc vt ne-
dum arbitri cognoſcere principaliter de cau
ſa matrimoniali non poſsint, ſed nec inci-
denter, quemadmodum recte aduerſus Bal.
in l. vni. C. de confeſſ. num. 17. reſpondet
Roma. conſil. 299. gloſ. communis in cap.
contingit ex. de arbitr. quam dixit receptam
Dida. ſupra, nam quæ ratio impetit cogni-
tionem principaliter de qua modo, eadem
9 quando incidenter. Secundo † extende quod
licet de cauſa ſpirituali poſſit compromitti
in laicum tanquam amicabilem compoſito-
rem, iuxta receptiſſimam traditionem ca-
noniſtarum de qua Felin. in cap. cum ſit ge-
nerale de foro competenti num. 3. poſt An-
charra. conſil. 34. Roman. conſil. 173. Alex.
in l. quoties C. de iudi. Deci. quę commu-
nem in cap. 2. de iudi. vbi Rip. num. 13. ean-
dem receptam repetit Dida. ſupra num. 2.
10 ad medium; tamen † cauſa ſpiritualis, cuius
à iure tranſactio prohibita eſt, nedum in lai-
cum arbitratorem, ſed nec in clericum po-
terit compromitti, quoniam vt antea dixi,
cõpromiſſum tranſactio eſt ſecũdum glo. in
auth. vt diff. iudi. in princi. Barto. in l. ſi ſo-
cietatem §. arbitrorum ff. pro ſocio. cum
alijs congeſtis à Dida. vbi ſupra. Atque ita
in ſpecie propoſiti caſus tenuit Rip. in d.
cap. 2. num. 13. Dida. d. §. num. 3. & quia
pœna metus ſic in Eccleſiaſtico vt in laico
militat.

SVMMARIVM.

1 *Iuriſdictio Eccleſiaſtica, & ſecularis diuiſæ.*
2 *Papa in terris Imperij iuriſdictionem tempo-ralem non habet.*
3 *Papa in terris Imperij non legitimat, quod ad bona ſecularia.*
4 *Papa in terris Imperij delicta abolere non de-bet.*
5 *Papa in terris Imperij in integrum non reſti-tuit.*
6 *Papa in terris Imperij famam non reſtituit, nec honores.*
7 *Papa ad libitum, nec illius delegati Apoſto-lici, nuntios creare, aut exequutores laicas perſonas, poſſunt eximendo eas à regia iu-riſdictione.*
8 *Papa leges Principum iuſtas, quæ tamen in diſpendium animæ vel Chriſtianæ religio-nis non vergiunt, tollere non poteſt.*
9 *Epiſcopi & Eccleſiarum Prælati laicarũ per-ſonarum Iudices ſunt incompetentes niſi in ſpiritualibus.*
10 *Iudex ſecularis inhibitionem ſibi iniuſte fa-ctam per Iudicem Eccleſiaſticum, ſpernere poteſt.*
11 *Forma procedendi à Iudicibus laicis cõtra Iu-dices Eccleſiaſticos qualis ſit in Regno Ca-thaloniæ.*
12 *Reges & Principes ſeculares de negotijs Ec-cleſiaſticis ſe intromittere non debent.*
13 *Matrimonialis cauſæ cognitio ad ſolos Iudices Eccleſiaſticos pertinet.*
14 *Matrimonium quatenus Sacramentum, Eccle-ſiaſticas tantum perſonas recognoſcit.*
15 *Iudices ſeculares an poſſint cognoſcere de cau-ſa poſſeſſoria inter virum & vxorem.*
16 *Theſauri deciſio. Pedemon. qua iudicatum aſſe-rit, Iudices ſeculares cognoſcere poſſe de cau-ſa poſſeſſoria inter virum & vxorem, an ſit vera.*
17 *Iudices ſeculares cognoſcere poſſunt de cauſis poſſeſſorijs beneficiorum.*
18 *Iudices ſeculares cognoſcunt in poſſeſſorio adi-piſcendæ in rebus Eccleſiaſticis.*
19 *Theſauri opinio reprobatur.*
20 *Matrimonialis cauſa poſſeſſoria ſine iure, & titulo eſſe non poteſt.*
21 *Matrimonialis cauſa poſſeſſoria admixtam habet cauſam ſpiritualitatis, ſimul & titu-lum.*
22 *Iudices laici cognoſcere non poſſunt de poſſeſſo-rijs rerum Eccleſiaſticarum, quando per ti-tulum iuſtificari debent.*
23 *Iudices ſeculares incidenter tantum cognoſ-cunt in cauſis poſſeſſorijs matrimoniali-bus.*
24 *Iudices ſeculares vbi incidenter cognoſcunt de cauſa ſpirituali, & de titulo agendum eſt, cautius facient ſi totum negotium ad Eccle-ſiaſticum Iudicem remittant.*
25 *Poſſeſſoria cauſa mixtam habens cauſam ſpi-ritualitatis, ſolos Iudices Eccleſiaſticos re-cognoſcit.*
26 *Poſſeſſoria adipiſcendæ, in rebus Eccleſiaſti-cis, quæ per titulum iuſtificari debent, à iu-dicibus ſecularibus iudicari non poſſunt ad-uerſus Theſaurum.*
27 *Iudices ſeculares, neque principaliter, neque incidenter de titulo in rebus Eccleſiaſti-cis cognoſcere non poſſunt aduerſus Theſau-rum.*
28 *Interpretum error, qui neſcierunt diſtinguere inter poſſeſſorium cauſæ matrimonialis, & aliarum rerum ſpiritualium.*
29 *Matrimonialis cauſa Sacramentalis eſt.*
30 *Matrimonij Sacramentum vti principale, acceſſoria ſequuntur.*

Ratio

31 *Ratio diuerſitatis noua inter cauſam poſſeſſoriam matrimonialem, & reliquas poſſeſſorias ſpirituales.*

32 *Sacrarum rerum, quædam magis ſacræ quam alia, & in his primum locum tenent Sacramenta Eccleſiæ.*

33 *Sacræ res, quæ per Pontifices, & Epiſcopos cõſecrantur, non tam ſacræ ſunt vt Sacramenta a Chriſto Domino inſtituta.*

34 *Sacramenta ſupernaturaliter a Chriſto Domino inſtituta.*

35 *Matrimonium ſeruitus eſt.*

36 *Seruitutes, & illarum cauſa poſſeſſoria proprietatem admixtam habent.*

37 *Cauſæ matrimoniales ex S. C. Tridentino ad ſolos Epiſcopos ſpectant.*

DIFFERENTIA X.

CONTRACTVVM PROFANArumque cauſarum ſeculares fore iudices, matrimonij ſolos Eccleſiaſticos; quid etiam vbi incidenter apud laicos de matrimonio ageretur, multa in praxi quotidiana & vtiliſsima latiſsime tractantur.

1 DISTINCTAS fore † iuriſdictiones, Eccleſiaſticam & ſecularem in comperto eſt, ideo nec Roma. Pontifex Regiam vſurpare, nec Reges & Principes Eccleſiaſticã poſſunt cap. nouit vbi poſt antiquiores Azpil. de Iudi. cap. verum 96. diſtinctione in Nouell. quomo. oper. Epiſc. & cleri. Oliban. præceptor in commen. vſati. alium namq. cap. 13. nu. 46. Pazius in pract. 2. tom. in prohemio num. 1.
2 Vnde † nec iuriſdictionem habere Papam
in terris Imperij quoad temporalia, idem
Papa aſſeruerat cap. per venerabilem §. rationibus
ex. qui filij ſint legi. Hoſtien. Ioan.
Andre. & cæteri in ca. cauſam in 2. eod. illo
3 tit. Ita † fit vt Roma. Pontifex in terris Imperij,
& iuriſdictionum principalium nequeat
illegitime natos legitimare, quo ad
bona ſecularia, & ſi quo ad Eccleſiam poſſit,
quemadmodum Hoſtien. Ioan. Andr.
Imol. Anton. & poſteriores ſcripſerunt in d.
cap. per venerabilem ex eo. textu Alexand.
conſil. 67. num. 8. lib. 1. cum alijs congeſtis
per Ciſuen. in commenta. l. 12. Taur. nu. 9.
Nicol. de Vbal. tractat. de ſucceſſio. abinteſta.
fol. 11. aſſerit communem opinionem
Ferra. cau. 1. & in praxi. ſeruari affirmat Panormit.
in d. cap. per venerabilem num. 22.
Curti. Præpo. Crot. & alij, quos refert & ſequitur
Didac. in Epitom. ad 4. 2. part. cap.
8. §. 8. num. 18. Viui. inter communes opiniones
opinio. 583. num. 1. qui prædictos
non memorat. Oddo tractat. de reſtitu. in
integrum. 2. part. quæſtio. 92. artic. 4. num.
41. Molin. de Hiſpan. primog. lib. 3. cap. 2.
num. 11.

4 Ab hac † regula multa neq. ſpernẽda eliciuntur: primo quod ſicut nequit Roma. Pontifex legitimare in terris Imperij: ſic nec poteſt delicta abolere malefactorum, aut pœnam eis inflictam vel infligedam remittere ex defectu iuriſdictionis, ſic poſt Sfor. Odd. & alios ſcribit doctiſſimus Farina. to. 1. queſt. crimi. tit. de inquiſi. quæſt. 6. nu. 2. poſt principium.

5 Secundo † infertur, nec poſſe Roma. Pontificem propter eandem rationem in integrum reſtituere laicũ in terris Imperij Bal. in cap. cum te num. 4. ex. de ſen. & re iudi. & qui eum refert Sfor. Oddo tracta. de reſtitu. in integr. part. 2. quæſt. 92. artic. 2. num. 15.

6 Tertio † infertur, neque item idem poſſe Roma. Pontificem ad famam reſtituere ſubiectos laicos Imperatori vel Regibus, quoad conſequendas tamen dignitates temporales, & ſi quoad Eccleſiaſticas poſſet, Panormita. in cap. cum te de re iudica. num. 10. vbi communem dixit, Felin. ibi num. 10. & alijs adductis Sfor. Odd. d. quæſt. 92. arti. 4. num. 43. 44.

7 Quarto infertur † non poſſe Roma. Pontificem ad libitum illiusve delegatos Apoſtolicos, nuntios creare, aut exequutores laicas perſonas, & eas ſimul à regia eximere iuriſdictione, id enim in ſummum regię iuriſdictionis diſpendium fieret, cuius ideo facile ob id poteſtas eluderetur in ſuo regno. Nico. Boeri. deciſio. 297. num. 1. 2. 3. Temperanda eſt Boerij traditio, niſi in his caſibus, in quibus in re communi licet aliquos eximere, qui ad miniſteria Eccleſiæ neceſſarij ſunt, quos nunc vt extra inſtitutum non repeto.

8 Quinto infertur † non poſſe Roma. Pontificem legem tollere iuſtam à Principibus ſecularibus ęditam, ſi animæ diſpendium nõ contineret, aut peccati nutritiua non eſſet glo. inſignis in regula poſſeſſor. in glo. 1. circa medium de reg. iur. Viui. deciſ. 380. n. 15. lib. 2.

9 Sexto † conſequenter infertur, quod ſi nequit Roma. Pontifex de ſecularibus perſonis, & negotijs ſe intromittere, multo minus Epiſcopi, & cæteri Eccleſiarum prelati, qui Iudices ſint incompetentes. cap. ſi clericus laicum cap. cum ſit generale, de foro

competenti ibi Panormit. & Canoniſtæ cæ-
teri Lancell. tracta. de aten. 2. par. cap. 20.
num. 86. Lapp. allega. 61. vbi Mando. Ca-
ual. deciſ. 9. num. 2. 1. part. qui inibi num. 5.
10 poſt relatos † ab eo ſcripſit, iuſte quidem
ſecularem Iudicem eo caſu inhibitionem
ſibi factam per Eccleſiaſticum contemnere
poſſe; Cæterum ad hanc Caual. traditionem
aduertendum, tutius fore curare, vt Eccle-
ſiaſticus Iudex eandem reformaret, vel irri-
taret, ne propria authoritate quidquam in
vilipendium iuriſdictionis Eccleſiaſtice fa-
cere videretur; maxime in inhibitionibus à
Romana curia emanatis, vel illius delegatis
Rota deciſio. 26. num. 3. in antiq. Mando.
tracta. de inhibitio. quæſt. 26. nu. 2. & quæſt.
38. 39. 40. 41. Lancello. tracta. de aten.
11 d. cap. 20. In † hoc autem Cathaloniæ Prin-
cipatu forma ſtatuta eſt procedendi aduer-
ſus Epiſcopos & cæteros ordinarios; nam
cum ordinarijs contentio firmatur coram
Regio Cancellario.
12 Sanè † ſi non licet Romano Ponti. nec iu-
dicibus Eccleſiaſticis de rebus, perſonis, &
cauſis profanis, & temporalib. cognoſcere,
minus multo Imperatori, Regibus, & cęteris
Principibus licebit de rebus, & negotijs ſpi-
ritualibus, & Eccleſiaſticis iudicium facere;
quod vt antea dixi iuriſdictiones diſtinctæ
ſint, & ſeparatę, tum quia laicæ perſonę re-
gulariter ſint incapaces rerum Eccleſiæ, &
ſpiritualium cap. decernimus de iudi. ca. cũ
laicis de reb. Eccleſi. non alienan. cap. con-
tingit de arbit. cap. Eccleſiæ ſanctæ Mariæ
de conſtitu. vbiq. omnes. Et licet in quibuſdã
caſibus laici poſſint; quos memorat, & pro-
ſequitur Aufred. in tracta. de poteſta. ſecula.
in perſo. Eccleſiaſt. Bernar. in ſuo tract. Ma-
rant. in ſpecul. diſtinct. 11. à num. 59. Gra-
phi. in declara. Bullę Cœnæ Domi. in verbo
præter iuris canonici diſpoſitionem; aliquos
proſequitur Dida. in practi. quæſtio. cap. 31.
& tribus ſequent. Oſaſc. deciſio. Pedemont.
30. num. 17. Caual. deciſio. 45. num. 68. 69.
cum ſequen. 1. part. Menoch. tract. de Reti-
nen. poſſeſſione rem. 3. nu. 356. Pazi. in prac.
2. tom. prælud. 2. à num. 1. regulariter tamẽ
13 id prohibitum eſt: Et cum † multa ad manũ
ſint exempla, ad inſtitutum tamen tractatus
noſtri tãtum pertinet cauſa matrimonialis,
cuius cognitio ad ſolos Epiſcopos, & Prela-
tos Eccleſię pertinet, non ad laicos, quia & ſi
14 contractus ſit, quia † tamen Sacramentum
Eccleſię eſt, Epiſcopis tantum de ea cognoſ-
cendi poteſtas datur cap. multorum 35. q. 6.
cap. auditis de preſcrip. ca. accedentibus de
exceſ. prelato. de iure nouiſſimo tex. in cap.
20. verſi. Ad hęc cauſæ matrimonialis ſeſſio.
24. de refor. matri. apud Concilium. Triden.
par enim iuſtumq. ſanctiſſimi patres exiſti-
mauerunt, tam ſublimi Sacramẽto, ſuperio-
res etiam omnium totius orbis Iudices tri-
buere; ſic ſcripſere canoniſtæ in citatis locis
& poſt Dida. in Epit. ad 4. 2. par. ca. 8. §. 12.
num. 1. Triuiſan. deciſio. 38. nu. 17. lib. 1. &
deciſ. 3. num. 4. lib. 2. & expreſſim decreti
Sacri. C. Triden. meminerũt, Viui. inter cõ-
munes opiniones, opinio. 157. nu. 3. Strozi.
tracta. de Vita. Epiſcop. lib. 2. q. 43. num. 12.
quæſt. 91. num. 6. Salzed. ad Did. de Luco.
cap. 3. ſub littera A. & in eadem additione.
verſi. Verius tamẽ videtur: Pazius in practi.
2. tom. Prælud. 1. num. 7.
15 Cęterum † hic caſus nullam continet du-
bitationem; ſed qui eam recipit vnus eſt, an
ſicut cauſæ matrimonialis niſi Eccleſiaſtici
Iudices eſſę poſſunt, ſic vbi de poſſeſſorio
agitur inter virũ & vxorem, quoties vir poſ-
ſeſſione innititur aduerſum mulierem, quæ
propria authoritate diuertit, vel ècontrario
de quo dixi lib. 1. compara. 2. hoc igitur in
caſu quis ſit Iudex competens dubitatur: Et
16 nouiſſime † Theſau. vir certe doctus deciſ.
Pedemon. 117. hanc in eo Senatu aliquando
ſuſcitatam, & diſputatam ſcribit quæſtionẽ,
tandem deciſum, potuiſſe Senatum de hac
matrimonialis poſſeſſorij cauſa cognoſcère;
id ipſum poſt glo. in ca. non eſt vobis, in glo.
1. de ſponſa. & Panorm. ibi nu. 9. ſequi vide-
tur Valaſ. deciſio. 93. num. 5.
17 Mouetur † primo Theſau. ex generali, &
fere ab omnibus recepta traditione, poſſe
Iudices ſeculares cognoſcere de poſſeſſorijs
omnibus beneficiorum, & rerum Eccleſiaſti-
carum, quia quid facti poſſeſsio eſt & tem-
poralis, & ſi a re Eccleſiaſtica pendeat gloſ.
in cap. litteras de iur. calu. atq. ideo cogni-
tionem ad ſeculares etiam Iudices pertine-
re, quemadmodum poſt multos ab eo rela-
tos reſoluit Dida. in pract. quęſt. cap. 35. Ri-
pa. in l. naturaliter §. nihil commune nu. 19.
de acquiren. poſſeſ. & alij quos refert Oſaſ.
deciſio. Pedemon. 116. nu. 1. poſt Guid. Pap.
deciſio. 1. Crauet. conſil. 158. num. 3. lib. 1.
Boet. deciſ. 69. num. 23. Theſau. deciſ. 82.
num. 1. Gabriel. in commu. titul. de reſti-
tu. ſpoliato. conclu. 5. num. 115. Afflict. de-
ciſ. 24. & 85. vbi Vrſil. Bellu. in ſpecu. prin-
ci. §. videndum num. 12. rub. 11. Azpilcue. in
cap. cum cõtingat in primo remedio. ex. de
reſcrip. idem Theſau. deciſio. 127. in princi-
pio Caual. deciſio. 45. nu. 75. 76. 1. par. Gig.
conſ. 123. num. 6. Valaſ. deciſio. 93. à num. 1.
latiſſimè quatuor diſtinguens caſus Meno.
de retinen. poſſeſſi. remed. 3. num. 323. cum
ſeq. & de recup. poſſeſſ. remed. 15. quæſt. 18.
num. 223. Gutier. in Cano. qq. 4. cap. 34. nu.
16. 18. & ſeq. lib. 1. latius in pract. quæſt. li. 3.
quæſt.

Digitized by Google

queſt.26.num.1.Padill.in l.1.num.37.C.de
iur.& fact.ignoran.& paſſim alij. Vnde cum
in hac ſpecie de poſſeſſorio etiã agatur, con-
ſequens Iudicem laicum cognoſcere poſſe.
18 Secundo † mouetur ex eo, quod laici ſunt
Iudices competentes in quibuſcunq. poſſeſ-
ſorijs etiam adipiſcendæ; vt per Igne. in l.
neceſſarias.§.non alias 2. part. num. 17. ad
S.C.Sylla.
19 Contraria † tamen ſententia verior eſt &
magis tuta: primo ex glo. inſigni in cap. ex
tranſmiſſa verbo, & ab eo, de reſtitu. ſpolia-
to. quæ expreſſim docuit, eum qui ad reſti-
tutionem agit coniugis, probare eum opor-
tere deſponſationem, & copulam, ſubinde
docuit, poſſeſſorium hoc, nõ ſicut cætera eſ-
ſe, non enim ſola ſufficit poſſeſſio, quia in
matrimonio ſine iure, & titulo haberi ne-
quit, in cæteris vero poſſeſſorijs titulus, & ſi
coloratus ſufficit, vnde & ſi in his Iudices lai-
ci cognoſcere poſſint in iſto minime.
20 Secũdo † accedit egregia traditio Anto.
de Butri. in cap. litteras ex. de iuramen. ca-
lum. qui eo loco docuit, cauſam matrimo-
nialem poſſeſſoriam habere admixtam cau-
ſam ſpiritualitatis, conſequenter Iudicem
laicum illius fore incapacem; Atq. in his ter-
minis, hanc docuit ſententiam Afflic. in reg.
conſti. Scicil. lib. 8. rubr. 48. num. 6. 7. 8. An-
gel. de Vbal. inter conſil. matrimonial. conſ.
44. num. 57. & 60. lib. 1. Plotus inter eadem
conſil. cõſ. 87. num. 15. Didã. in Epito. ad. 4.
2. par. cap. 8. §. 12. num. 3. quo loci. & alibi
idem ſcripſiſſe affirmat in cap. 7. §. 7. num. 8.
eiuſdẽ libri Bal. in cap. cauſam matrimonij
num. 5. de offi. deleg. Felin. ibi num. 3. Do-
mi. conſ. 24. & Baldũ, Felin. & Domi. refert
& ſequitur. Valaſ. deciſ. 93. nu. 2. ad mediũ
verſ. In cauſa matrimoniali.
21 Tertio † cauſa matrimonialis poſſeſſoria
admixtum habet titulum, ex glo. in d. ca. ex
22 tranſmiſſa, Butri. & cæteri ſupra relati, at †
vbi de titulo cognoſcendum eſt, nuſquã lai-
cus ius dicere poteſt extra: communi enim
receptum ſentẽtia eſt, in cauſis poſſeſſorijs,
quæ per titulum verum iuſtificari debent,
laicum Iudicẽ eſſe nõ poſſe, Immol. in Cle-
men. diſpendioſam de iudi. cum alijs cõgeſ-
tis per Menoch. tracta. de retinen. poſſeſſio.
reme. 3. num. 328. Dida. in practi. qq. ca. 35.
num. 1. idem Meno. qui multos adfert tract.
de recupe. poſſeſſio. remed. 15. nu. 218. Gu-
tier. in cano. queſt. cap. 34. nu. 26.
23 Quarto, † quia tunc tantũ licet cognoſce-
re laicis iudicibus de huiuſmodi poſſeſſorijs
matrimonialibus, quando incidenter agitur
de his, & cũ de facto magis quam iure quæſ-
tio agitatur. Barto. in l. Titia ff. ſolut. matri-
mo. idem in l. 2. de iuris. omni. iudi. quoniã
nulla hoc in caſu iuris canonci peritia exigi-
tur, cum de facto agitur Panormi. in ca. cum
ſit generale de for. cõpeten. vbi Felin. poſt
eum Roma. & Alex. qui cõmunem dixit in
d. l. Titia vbi nouiſsime eruditus Barboſ.
Deci. & Rip. num. 17. in rubr. de iudi. & qui
eos refert receptam ſcribens Dida. in Epit.
24 ad 4. 2. part. cap. 8. §. 12. num. 3. qui † inibi
rectiſſime opinatur tutius fore in hac ſpecie,
oblata incidẽti quæſtiõne, vbi de titulo agẽ-
dum eſt, rem totumq. incidens negocium
ad Eccleſiæ iudicem remittere ex Gerard.
ſingul. 96. latè proſequitur Gutier. li. 3. pra-
cti. queſt. q. 26. num. 4. Et remiſſam fuiſſe
cauſam matrimonialem incidentem ſuo iu-
dici Eccleſiaſtico per Senatũ Neapoli. teſ-
tatur Vini. inter communes opiniones opi-
nio. 157. num. 3. vt etiam affirmat Fran. de-
ciſ. 52. in prin. Neq. obſtant nunc adiecta
in contrarium per Theſau. d. deciſio. qui in-
nitens regulæ generali ſupra adductæ ſcri-
bit, in poſſeſſorijs laicos iudices eſſe poſſe:
25 nam † regulæ locus nõ eſt, quando poſſeſſo-
ria admixtam habẽt cauſam ſpiritualitatis,
& quando per titulum debent verum iuſtifi-
cari, vt ſunt cauſæ matrimoniales poſſeſſo-
riæ, ex his, quas modo adduxi traditionibus.
26 Neq. † verum etiam eſt quod incaute ſcrip-
ſit Theſau. d. deciſ. nu. 4. in poſſeſſorijs etiã
adipiſcẽdis in rebus ſpiritualibus laicos iu-
dices eſſe poſſe, nullum alium præter Igneũ
citans huius ſententiæ aſſertorem, quoniam
poſſeſſoria adipiſcenda ſemper per titulum
debent iuſtificari cap. ſi quando cap. ſuper eo
de offi. deleg. Meno. de recuperan. poſſeſſi.
rem. 15. nu. 223. cuius laici iudices compe-
tentes eſſe non poſſunt cap. tuam de ordi.
cogni. cap. lator. ex. qui filij ſint legiti. Bero.
in rubr. de iudi. num. 51. Craner. conſ. 104.
num. 7. Dida. d. cap. 35. nu. 1. & Igneum ex-
preſsim reprobat Meno. tract. de recu. poſ-
ſeſ. remed. 15. num. 235. qui communem &
receptam dixit.
27 Non † etiam verum eſt, quod idem The-
ſau. illa ſcribit deciſio. laicos cognoſcentes
de cauſa poſſeſſoria Eccleſiaſtica, poſſe etiã
incidenter cognoſcere de titulo, quoniã ea
traditio tantum vindicat in cauſis poſſeſſo-
rijs, quæ nullam habent admixtam cauſam
ſpiritualitatis, vel cum de facto magis, quam
de iure diſceptatur, at vbi de diuortio prin-
cipaliter ageretur, vt in caſu Theſau. tunc de
titulo non incidenter, ſed principaliter agẽ-
28 dum, & cognoſcendum eſſet. Et † verum fa-
teor omnes hucvſq. deceptos fuiſſe ingenue,
tam qui noſtram ſequuntur ſententiam, quã
qui contrariam, neſcientes diſtinguere inter
poſſeſſorium cauſę matrimonialis, & cętera-
29 rum cauſarum ſpiritualium, vel Eccleſię nã †
cauſa

Digitized by Google

cauſa matrimonialis veluti ſacra, quia mag-
num eſt matrimonium Eccleſiæ ſacramentū
à Chriſto Domino inſtitutum de ſacramen.
matrimo. apud Concil. Trident, ob id vt in
principio huius ca. dixi, illius ſoli Epiſcopi
30 Iudices eſſe poſſunt: Præterea † cū ſit Sacra-
mentum, & ea omnia quę ex eo conſequūtur
ſacra ſunt, regul. acceſſorium de reg. iur. &
cauſa poſſeſſoria, eccleſiaſtica de rebus ſpiri-
tualibus, ſpiritualis etiam dicitur Clemen. 1.
de ſequeſ. poſſeſſi. & fruct. clem. 1. de cauſa
poſſeſſi. ideo apud eccleſiaſticos, & nō ſecu-
lares Iudices tractanda ca. 2. de Iudi. ex quo
tex. id deducit Dida. d. c. 35. nu. 1. Gutier. d.
31 ca. 34. nu. 15. Adhęc † argumentatio noſtro-
rum, qua parificant cauſam poſſeſſoriā ma-
trimonialem cūm cæteris poſſeſſorijs bene-
ficiorum, vel aliarum rerum Eccleſiæ inuali-
da eſt, quia ratione ſpiritualitatis propter
ſacramētum excedit cætera omnia ſpiritua-
lia, beneficia, decimas, oblationes, & his ſimi
lia, de quibus vbi de poſſeſſione mera agi-
tur, affirmāt fere omnes, Iudices laicos cog-
32 noſcere poſſe, vt infra dicemus: † ſunt enim
rerum ſpiritualium certi gradus, quibus vna
res altera ſacratior & ſpiritualior (vt ita lo-
33 quar) dicitur: † nam quę immediate a Chri-
ſto Domino inſtituta ſunt ſacramenta, hæc
omnia cæteras ſpirituales ſuperāt, & primū
gradum tenent, Quæ à ſummis Pontificibus,
& Epiſcopis, & ab Eccleſia, ſacræ ſunt, & re-
ligioſæ non a Chriſto Domino, ſed mediate
per Pontifices, & Eccleſię prælatos benedic-
ta, & inſtituta, ſecundum vindicant locum,
huiuſmodi ſunt ſacerdotia, beneficia, & his
ſimilia, iuxta celebrem & inſignem Azpil.
traditionem in rub. de Iudi. n. 25. 26. & ſeq.
34 & in Manua. Confeſſo. ca. 23. n. 99. qui † eo
loci ſcribit ſacramēta inſtituta fuiſſe ſuper-
naturaliter a Chriſto Domino ad gratiā cō-
ferendam: atq. ideo magis ſpiritualia quam
cętera omnia, qualia inquit ille, conſacratio,
Eccleſiæ benedictio, altaris, vaſorum, orna-
mentorum, beneficia, collationes, præſenta-
tiones, idq. genus alia, quæ nō immediate a
Chriſto Domino, inſtituta ſed ab Eccleſia
poteſtate ſupernaturali ſibi a Chriſto data
producta ſunt; ideo minus ſpiritualia; ad in-
ſtitutum igitur noſtrum, cum de ſacramento
agitur matrimonij, & illius poſſeſſorio, & de
beneficialibus, & cæteris reb⁹ ſpiritualibus,
non recte argumentum de his, ad matrimo-
niales cauſas deducitur; quod magis ſpiritua
le ſit ſacramentum matrimonij quam bene-
ficia; nec cæterę res ſpirituales, quę ideo ſpi-
rituales ſunt, quia a ſacramētis Eccleſię deſ-
cendant; vnde cum propter vnum quodq. ta-
le, & illud magis, authen. multo magis C. de
ſacro. Eccleſi. Et propter ſacramenta Eccle-
ſiæ, cæteræ res ſacræ, & ſpirituales dicantur,
magis multo ſacramenta ſpiritualia erunt,
& hæc eſt ipſa veritas.

35 Accedat † ſecundo quod matrimonium
ſeruitus eſt, imo dura ſeruitus vt ex Beato
Thoma, & alijs declaraui li. 1. compara. 1. at
36 ſeruitutes † fere omnes proprietatis & poſ-
ſeſſionis cauſam admixtam habent, maxime
quæ de rebus ſacris, & religioſis ſunt l. 2. §. §.
quędam ibi glo. & cæteri ff. de interdic. Bar.
& poſteriores in l. naturaliter §. nihil cōmu-
ne ff. de acqui. poſſeſsio. conſequenter poſ-
ſeſſoria matrimonialis cauſa ſacra, per mix-
tum habet titulum, & proprietatem cuius
nequit laicus iudicium ſumere; qua noua &
vera ratione gloſæ & Anto. de Butri. iuuatur
ſententia, quos ſupra memoraui cum alijs,
affirmantium cauſam hanc matrimonialem
poſſeſſoriam titulum in ſe continere neceſ-
ſario.

37 Accedit † tertio S.C. Tridentini decretū
in ca. 20. ſeſsio. 24. de refor. matrim. io verſ.
Ad hęc. qui textus voluit cauſas matrimonia
les ad Epiſcopos tantum, non ad alios per-
tinere poſſe, & cum generaliter loquatur, ge
neraliter intelligi debet, eo maxime quia iu-
dex vnus proprietatis, & poſſeſsionis eſſe
debet ca. 1. de cau. poſſeſ. l. nulli. C. de Iudi.

SVMMARIVM.

1 *Dolus ex coniecturis præſumitur.*
2 *Dolus in animo conſiſtit.*
3 *Doli & fraudis præſumptiones multæ.*
4 *Dolus & fraus præſumitur, quādo quod palā fieri potuit, factum eſt clandeſtine.*
5 *Dolus & fraus præſumitur etiam in ruſticis, quando actum clandeſtine contrahunt.*
6 *Clandeſtine relicta per teſtatores, aliquando à legitimis hæredibus aliquando a fiſco auferuntur.*
7 *Dolus, & fraus præſumitur ex clādeſtino receſſu.*
8 *Clam id fieri dicitur quod publice fieri poterat, & factum non fuit.*
9 *Dolus præſumitur in eo, qui incedit per vias inſolitas.*
10 *Alienatio clandeſtina dicitur, cum alienans eam occultā habet ne aduerſario innoteſcat.*
11 *Clam factum dicitur; vbi ita fit actus, quod ad eos quorum intereſt notitia peruenire non poteſt.*
12 *Clam factum dicitur quando id quod fit, per interpoſitam perſonam conficitur.*
13 *Palam id fieri dicitur; cum publice fit & teſtes adhibentur.*
14 *Clandeſtinitas actus ſola, niſi alia concurrant coniecturæ, non facit actum fraudulentum.*

Clam

15 *Clam quidquam faciens,non ex eo ſolo,dolo facere dicitur.*

16 *Fraude non dicitur is actum facere, qui ſine fraude eundem actum facere potuiſſet.*

17 *Alienatio clandeſtine facta, an ex eo ſolo in fraudem fiſci facta dicatur.*

18 *Clam donans,nō ex eo ſolo in fraudem alienare dicitur.*

19 *Fiſcus in dubio condemnandus.*

20 *Peregri.ſibi ipſi contrarius.*

21 *Donatio clandeſtina,concurrente alia coniectura,fraudulenta præſumitur.*

22 *Alienatio clandeſtina titulo oneroſo facta,cōcurrente alia coniectura, fraudulenta præſumitur.*

23 *Clandeſtinitas actus non facit contractū fraudulentum vbi eam ob cauſam fit, vt vis & dolus alterius excludatur.*

24 *Dolo facere non dicitur qui fraudem excludit.*

25 *Fraude vti licet ad excludendam aduerſarij fraudem,& iniuſtam intentionem.*

26 *Dolus & fraus in eo nō præſumitur, qui clam aliquid facit quod facere poterat,timens ne à tirano,vel ab agnatis impediatur.*

27 *Clandeſtinitas actus deducenda & alleganda eſt,vt Iudex illius rationem habere poſſit.*

28 *Matrimonia clādeſtina iure nouo,eo ipſo quod clandeſtina ſunt,nulla efficiuntur.*

29 *Clandeſtina matrimonia dupliciter conſiderantur.*

30 *Clandeſtini matrimonij ſpecies quatuor.*

31 *Clandeſtinum matrimonium dupliciter conſideratur,vel ex defectu parrochi, & teſtiū, & ex defectu denuntiationum.*

32 *Denuntiationes de ſubſtantia matrimonij non ſunt.*

33 *Conſenſus in eodem actu interponi debet,quādo per modum autoritatis à lege requiritur.*

34 *Indiuiduum dicitur quidquid ad ſolemnitatē actus pertineat.*

35 *Denuntiationes in matrimonio non ſunt de illius ſubſtantia,cum poſſint remitti arbitrio ordinarij.*

36 *Subſtantialia non cenſentur quæ actum præcedere poſſunt.*

37 *Solemnitas leuis dicitur quæ actum præcedere & ſequi poteſt.*

38 *Præſentia Parrochi,& teſtiū in matrimonio de ſubſtantia eſt.*

39 *Matrimonium clandeſtinum dici poteſt quod prætermiſſis denuntiationibus fit.*

40 *Clam aliquid facere is dicitur, qui cum poſſit palam,non id facit.*

41 *Domini de Sot. & Alfon.de Caſt. opinio reiecta.*

42 *Statuta vel leges municipales de clandeſtinis matrimonijs loquentia, ad ea extenduntur quæ ſine denuntiationibus fiunt.*

43 *Leges & ſtatuta de clandeſtinis matrimonijs loquentia,non extenduntur ad ea matrimonia quæ fiunt prætermiſſis denuntiationibus authoritate ordinaria.*

44 *Cæphal.& Menoc.error inſignis,circa matrimonia quæ omiſſis denuntiationibus celebrantur.*

45 *Hiſpanorum opinio affirmantiū matrimoniū omiſſis denuntiationibus validum eſſe,vbiq; recipitur.*

46 *Præſentia Parrochi & teſtium de ſubſtantiā eſt matrimonij.*

47 *Forma S.Concil.Triden.in decreto matrimonij,an per æquipollens poſſit adimpleri.*

48 *Deciſio Rotæ Romanæ Aldobrandini hodie ſanctiſſimi domini noſtri Papæ, an forma S.Concil.Tridenti.in matrimonio per æquipollens poſſit adimpleri.*

49 *Denuntiationes in matrimonio omitti poſſunt ex iuſta cauſa ab ordinario.*

50 *Iuſtæ cauſæ omittendi denuntiationes in matrimonio quales.*

51 *Denuntiationes omitti poſſunt, vbi probabilis adeſt coniectura quod matrimonium malitioſe impediretur.*

52 *Iuramentum præſtandum eſt impedientibus matrimonium,quod non malitioſe id faciūt.*

53 *Iuramento ſtatur creditoris,quando debitorem ſuum de fuga ſuſpectum eſſe dicit.*

54 *Matrimonium impedientes qui iurare nolunt, nullum præſtant impedimentum.*

55 *Segu.de Aual.opinio reprobata.*

56 *Iuramentum calumniæ ſiniſtrā excludit præſumptionem.*

57 *Iuramento calumniæ ſiniſtra ſuſpicio tollitur.*

58 *Denuntiationes per ſolos ordinarios remitti poſſunt.*

59 *Abbates denuntiationes remittere poſſunt.*

60 *Abbates nedum titulares ſed etiam commendatarij denuntiationem remittere poſſunt.*

61 *Titulares quod poſſunt ratione dignitatis poſſunt etiam commendatarij.*

62 *Lex canonica generaliter loquens de ordinarijs commendatarios continet.*

63 *Ordinarij appellatione venit Vicarius Epiſcopi.*

64 *Denuntiationes remittere poteſt Vicarius Epiſcopi.*

65 *Vicarius Epiſcopi excluſus nunquam cēſetur, niſi expreſſum excluſus appareat.*

66 *Epiſcopi mentione includitur Vicarius.*

67 *Monitionum diſpenſatio non minoris momēti eſt,quam cāuſarum matrimonialium cognitio.*

68 *Monachij opinio, an Vicarius Epiſcopi poſſit remittere denuntiationes.*

69 *Epiſcopi arbitrio datum eſt denuntiationes remittere.*

70 *Diſpenſationes magni momenti dicuntur.*

Ardua

71 *Ardua & grauia delegari non poſſunt.*

72 *Diſpenſatio denuntiationum, grauem cauſam continet.*

73 *Vicarij poteſtas generalis non includit poteſtatem diſpenſandi.*

74 *Vicarius Epiſcopi ordinarius dicitur, in his quæ ad ordinariam pertinẽt iuriſdictionem.*

75 *Matrimonialium cauſarum & diſpenſationum in denuntiationibus faciendis, differentiæ ratio.*

76 *Diſpenſandi facultas in denuntiationibus commiſſa fuit a S. C. Tridentino prudentiæ ordinariorum.*

77 *Prudentia uniuscuiuſq. perſonalis eſt.*

78 *Diſpenſatio denuntiationum a S. C. Tridentino prudentiæ & iudicio ordinariorum relicta eſt.*

79 *Induſtria perſonæ electa cenſetur, cum id mandatur quod certa regula diffinitum nõ eſt.*

80 *Ordinarij electa induſtria in eo quod mandatur, ad vicarium non tranſit.*

81 *Epiſcopi vicarijs ſuis expreſſam facultatem remittendi denũtiationes cõcedere poſſunt.*

82 *Denuntiationem remittendi facultas in generali mandato non venit.*

83 *Vicarius generalis Epiſcopi denuntiationes remittere poteſt, non officialis vel vicarius foraneus.*

84 *Matrimoniales cauſæ delegatæ per Roma. Põti. ſubdelegari non poſſunt.*

85 *Matrimoniales cauſæ graues dicuntur.*

86 *Denuntiationes remittere Archiepiſcopus in Epiſcopatu ſuffraganeo, non poteſt.*

87 *Parochus proprius iuxta S. C. Triden. in matrimonio interuenire debet.*

88 *Parochus proprius quis dicatur.*

89 *Parochus proprius dicitur, is, in cuius parrochia matrimonium celebratum.*

90 *Parochus ruralis non dicitur proprius parochus.*

91 *Parochi duo ſimul dari poſſunt.*

92 *Habitatio æqualis, duos parochos habere poteſt.*

93 *Matrimonium nullum eſt illius, qui ad alienã parochiam ſe tranſtulit.*

94 *Vagabundi qualiter matrimonium contrahũt.*

95 *Parochus proprius vbi intereſſe nõ poteſt matrimonio, aliũ loco ipſius ſubſtituere debet.*

96 *Parochus vbi intereſſe matrimonio non poteſt, cogi an poſſit alium ſubſtituere.*

97 *Parochus qui licentiam confitendi alieno Sacerdoti parochianis negat, peccat mortaliter.*

98 *Parochi licentia vbi datur, expreſſa eſſe debet non tacita.*

99 *Licentia quæ à parocho datur præcedere debet.*

100 *Licentia verbalis parochi, an in ſcriptis dari debeat.*

101 *Parochus proprius ſi data licentia alicui Sacerdoti moriatur re integra, an poſſit Sacerdos aſſiſtere matrimonio.*

102 *Excommunicatio lata aduerſus aliquos delinquentes, morte excõmunicãtis extinguitur.*

103 *Licentia de non reſidendo, morte concedentis extinguitur.*

104 *Licentia Epiſcopi aliquibus conceſſa ad ſuum beneplacitum morte Epiſcopi finitur.*

105 *Licentia confitendi alieno Sacerdoti, morte parochi extinguitur.*

106 *Opinio authoris licentiam a proprio parocho datam Sacerdoti, vt matrimonio interſit, morte parochi non expirare.*

107 *Gratia morte concedentis non expirat.*

108 *Licentia conceſſa fratribus confitendi, non expirat mortuo Epiſcopo.*

109 *Diſpenſatio conceſſa ab Epiſcopo ſtudendi vſq; ad ſeptenium, non expirat morte Epiſcopi.*

110 *Licentia conceſſa ab Epiſcopo accipiendi ordines, non expirat morte Epiſcopi.*

111 *Licentia conceſſa ab Epiſcopo celebrandi Miſſam in domo propria alicui perſonæ, nõ expirat morte Epiſcopi.*

112 *Indulgentia a legato conceſſo, illius morte non expirant.*

113 *Parochi præſentia, totum facit in matrimonio iure nouo S. C. Triden.*

114 *Præſentia ad corpus refertur.*

115 *Præſentia parochi & ſi decepti vel inuiti, ſufficit in matrimonio.*

116 *Parochus præſens & intelligẽs eſſe debet, alias præſens dici non poſſet.*

117 *Præſentia parochi ſcientiam & intellectum includit.*

118 *Parochi præſentia in matrimonio requiritur, vti ſuarum ouium paſtor.*

119 *Præſentia teſtium in matrimonio etiam ſi fortuita ſit, ſufficit.*

120 *Parochi præſentia in matrimonio ita requiritur, vt nedum intelligere oporteat cum quid agitur, ſed & vt videat.*

121 *Cæcus dignitatem retinet, & teſtificari poteſt de his quæ vidit antequam cæcus eſſet.*

122 *Cæcus integer teſtis non eſt in his quibus, facile decipi poſſet.*

123 *Cæcus in teſtamentis & in inuentario teſtis eſſe non poteſt.*

124 *Parochus furioſus matrimonio interueniens non facit iuſtum matrimonium.*

125 *Parochus contrahẽtibus matrimonium, an neceſſario dicere debeat verba: Ego vos coniungo in nomine Patris, Filij, & Spiritus Sancti.*

126 *Sacerdos qui parochi nomine in matrimonio interuenit nulla ab eo petita licentia, an poſt parrochus ratificare geſtum poſſit.*

127 *Lex municipalis vel ſtatutum præſentiam alicuius corpoream requirens, ſi in actu nõ interſit, ratihabitione non validatur actus.*

128 *Parochus & ſi in ſacris non ſit, matrimonio intereſſe poteſt.*

Alius,

129 *Alius,alia,aliud,repetit ſimilem qualitatem.*

130 *Parochus is proprie dicitur ,qui neceſſaria ad victum miniſtrat.*

131 *Parochus & ſi nõ ſit in ſacris, curam animarum habere dicitur.*

132 *Præſentia corporalis parochi a S.Con.Triden. deſiderata,in eo verificatur qui in ſacris nõ eſt.*

133 *Parochus nullo in caſu clerico qui in ſacris nõ ſit,licentiã intereſſendi in matrimonio dare poteſt.*

134 *Parochus intereſſens matrimonio aduerſus Epiſcopi ſui præceptum, validum facit matrimonium.*

135 *Parochus qui in matrimonio interuenit aduerſus Epiſcopi ſui præceptum puniri poteſt.*

136 *Matrimonium an cõtrahi poſſit legitime corã proprio parocho,in aliena parrochia.*

137 *Iuriſdictio voluntaria vbiq. exerceri poteſt.*

138 *Confeſſionis ſacramentalis Iudices,ſoli ordinarij & parochi eſſe poſſunt.*

139 *Confeſſio ſacramentalis a proprio parocho extra parrochiam audiri poteſt.*

140 *Ordinarij vel parochi non poſſunt concedere licentiam cõtrahendi matrimonium in aliena parrochia.*

141 *Ordinarius extra ſuam diocæſim, & parochus extra propriam parrochiam, priuatæ perſonæ reputantur.*

142 *Denuntiationes in matrimonio tribus cõtinuis diebus feſtiuis,in Eccleſia fieri debent.*

143 *Parrochus qui malitioſe matrimonio aſſiſtere non vult,grauiter puniri poteſt.*

144 *Laica perſona impediens matrimoniũ puniri poteſt.*

145 *Ordinarij diſpenſare non poſſunt,vt matrimonium ſine parocho & teſtibus fiat.*

146 *Ordinarij tollere non poſſunt ſuſpenſionis pœnam indictam in ca.1. de reforma.matrimo. S.Conci.Trident.*

147 *Suſpentionis pœna veteri iure impoſita aduerſus parochos qui clandeſtinis interſunt matrimonijs,an a S.C.Triden.fuerit ſublata.*

148 *Pœna à lege noua impoſita,pœnã à lege veteri impoſitam tollere non cenſetur.*

149 *Pœna ſuſpentionis a S.Con.Trident.impoſita, nedum ad officium ſed ad beneficium extẽdi poteſt.*

150 *Suſpentionis pœna a S.Con.Trident.impoſita, ipſo iure impoſita fuit.*

151 *Cap.1.de reforma.matri.S.Con.Trident.antiquas laudabiles conſuetudines contrahendi matrimonia,non ſuſtulit.*

152 *Iuris communis leges , a iure communi interpratandæ.*

153 *Statuta dubia ab eiſdem ſtatutis interpretationem recipiunt.*

154 *Conſuetudo dubia ab altera conſuetudine declaranda.*

155 *Concilij Sacri Trident.decreta, ab eodem Concilio declarantur.*

156 *Conſuetudo laudabilis dici poteſt, quæ iuri cõmuni aduerſatur.*

157 *Matrimonium contrahentes aduerſus S. Con. Trident.formam inhabiles ad contrahendũ efficiuntur.*

158 *Contrahentes matrimonium aduerſus formam S.Con.Tridenti.iterum ſeruata forma contrahere poſſunt.*

159 *Contrahentes matrimonium adſtãte oculto impedimento iuxta formam S. C. Triden.ſeruata iterum forma contrahere nõ tenẽtur.*

160 *Matrimonia clandeſtina prohibita ex S.Con. Tridentino, an ſponſalia clandeſtina comprehendant.*

DIFFERENTIA. XI.

CONTRACTVS ETSI CLANDEſtini valent matrimonium irritum eſt: ſubinde multa vſu frequentia, & quotidiana ex S.Concil.Triden.decretis,profuſa declaratione enucleata.

1 QVAMQVAM † dolus, & fraus
ex cõiecturis pręſumatur l. dolum C.de dolo.vbi Barto. Bal.
Angel.Salicetus & cęteri. Caſtren. in l. quod nerua num.3.ff.
depoſi. atq. idem reſponderunt multi , quales Corn.conſil.140.nu.9.lib.2.Curt.ſenior
conſ.44.col.10.Ruin.conſ.4.num.10.lib.1.
Pariſi.conſil.75.nu.31.lib.1.Grauet.conſ.8.
nu.1.latius Maſcar.conclu.530.nu.2.Decia.
reſpon.32.nu.4.li.3.Mozi.de contract.titu.
de diuiſio.contrac.a nu.42.Meno.tracta. de
pręſump.li.5.præſump.3.num.42.43. Surd.
2 deciſio.199.num.9. † rationem reddiderunt
hanc,quia dolus,& fraus in animo conſiſtũt,
& quid latens eſt,conſequenter niſi coniectu
3 ris detegi non poteſt, d. l. dolum. † Et cum
multis interpretes noſtri fraudis,& doli præ
ſumptiones referant,præcipuè ex veteribus
Penna.in l.quemadmodum de agrico.& cẽſi.li.11.Co.qui 223.caſus in quibus fraus, &
ſimulatio præſumitur recenſet;decem,& cẽtum coaceruauit Maſcard.in conclu.531. ex
his aliquos reaſumit Meno.d.præſump.3.li.
5.a nu.45.Alciat.tract.de præſump.2.præſ.
Ioſeph.Ludoui.32.in communi.conclu.51.
Alban.ad Barto.in l.lucius Titius ff. depoſi.
Meno.conſ.109.lib.2.Rum.conſ.62. lib.1.
4 Hanc † ad inſtitutum noſtrum omnes adferunt,quoties cõtractus,qui palam fieri potuit,clandeſtine factus eſt. Clem. ex grandi.
verſi. cæterum gloſ. ibi in verbo occulte de
vſur.l.fin.ff.de rit.nup.l.non exiſtimo de adminiſtra.

miniſtra.tuto.l. 1. C. de inter matri. gloſ. in
verbo lucem amans, in extra ſedes de con.
præben.in extra.Ioan.22. gloſ. in cap. con-
ſuluit in verbo odit lucem,de offici. delega.
vbi Felin. num. 20. Roma.conſ.54. num.5.
vbi Mando.ad eum in verbo occulto: Reſ-
pondet Crauet. conſ.34. num.11.conſ.115.
num.5. alios plures Maſcard. d.conclu.531.
nu.43.Mozzi.de contract.tit.de diuiſio. con-
tractuum.nu.53.& nu.61. Damho.in praxi.
crimi.ca.61.num.120. Bero.conſ.59.nu.11.
lib.1. Decia.conſ.32.num.18.lib.3. Meno.
5 d.præſumpt. 3. num. 107. Atq. † adeo vera
præſumptio eſt, vt & ruſticos, mulieres, &
alias perſonas, in quibus lex non tam facile
vt in cæteris dolum preſumit, ratione actus
clandeſtine ab eis celebrati, doli etiam ſuſ-
pitionem indicat.glo.in d.l.prima C. de in-
ter matrimo. vbi Bald. num. 2. gloſ.in l.qui
contra C.de inceſt.nup.fuſe Tiraquel. tract.
de retract.conuentio. in proemi.num.14. &
tracta.de pœnit.tempe.cauſa.11. à num.11.
Menoch.d.præſum.3.num.109. in fine & de
actu nocturno qui etiam ſiniſtram præfert
ſuſpitionem,attingit aliqua Menoch.in cen-
turia 6.de arbitra. nuper impreſſa caſu.515.
à num. 1. & alios nouiſsime Surd. conſ.158.
6 à num.1.lib.2. Ex clandeſtino † quoq. & ſu-
bitaneo receſſu,fraus arguitur, & dolus in fu-
giente,egregie Surd.deciſio.326. nu.88.89.
poſt Tiraq. & Menoch.ab eo citatos. Con-
7 cinit † etiam quod cum incapacibus à teſta-
toribus relicta vbi palam relinquuntur, ea à
venientibus abinteſtato auferantur, quę ve-
ro clam à fiſco l. 1. l. non intelligitur l. edi-
cto ff.de iur.fiſ.l.in fraudem ff.de his quibus
vt indig.vbiq.interpretes.in hac ſpecie clam
id factum intelligetur, quoties non per pu-
blicum inſtrumentum, ſed priuatim factum
eſt inter perſonas ignotas,aut exteras, quæ
id veriſimiliter propalare non poſſent Bart.
in d. l. non intelligitur §. tacite & in d.l. in
fraudem, Caſtren. in l. in tacitis de lega.1.
Peregr.tracta.de iur.fiſ.lib.3.tit.19.num.5.
cum ante & poſt ſequen. Et huius caſus exē-
pla referunt multa poſt Tiraquel. Crauet.
conſ.131.nu.2. Plot. in l. ſi quando nu.790.
C. vnde vi. Gom. in §. ex maleficijs num.20.
de actio.
8 Plane † clam id fieri dicitur vt & ſupra te-
tigi,quando id publice fieri poteſt, & occul-
to conficitur,vt in matrimonio ſcribit Iuris-
conſultus in d.l.fina.de tit. nup. d.l.1.C.de
inter.matrimo.titu. de clandeſti.de ſponſa.
lib.6.cap.1.de reforma.matrimo.ſeſsio.24.
Maſcard. d. conc.531. num.43. Menoch.d.
9 præſump.3.num.107. qui † illic ſcribit ſimi-
le eſſe in eo, qui non recta & publica via in-
cedit, ſed inſolita clandeſtina. l. qui fiſcalis
de Nauicu.lib.11.C.poſt Bal.Salice.& alios
ab eo relatos Crauet. d.conſ.115. Menoch.
d.præſum.num.108. ſimile in eo qui in alie-
na contrahit domo,cum in ſua poſsit publi-
ce.Anchar.cōſ.385.ad finē Craue.conſ.142.
num.18.Maſcard.in citata concluſione 531.
num.44. Decian. d. conſ.21. num.19.lib.3.
Menoch.d.præſump.num.109.Mozzi.tit.de
10 diuiſio.contract.num.53.& 61. Alienatio †
etiam clam facta dicitur,cum eam quiſquam
occultat ne aduerſario innoteſcat l. 3. §.fin.
ff. quod vi aut clam. Alciat. in l.poſt contra-
ctum ff.de donati.num.50.Picus, ibidem &
11 Annib. poſt Barto.nu. 7. Et † clam factum
dicitur quoties ita fit,vt ad eos, quorum in-
tereſt notitia peruenire non poſſit Barto. in
l.2.C.de his, qui ex publi. ratio Felin.in d.
cap.conſuluit num.20.de offici. delega. De-
ci. conſ.399. num.19. clam itidem fieri di-
citur contractus, qui vbi inſtrumentum de
eo confectum eſt,occultum remanet,nec pu-
blicatur. idem Alciat. d. l. poſt contractum
num.50.& ſequen. Ruin.conſ.128.num.5.
lib.4. con. 51. num.15. & con.149. num.7.
lib.5.cuius traditionem commendat & pro-
bat Menoch.de arbit.iudi. quæſt.lib.2. cen-
tu.2.caſu. 194. num.19. & 20. qui poſt Plo-
tum in l.ſi quando num.327.C. vnde vi plu-
rimum in his iudicis arbitrio tribuit. idem
12 eſſe illic ſcribit Alciat. quando † per inter-
poſitam perſonam inſtrumentum conficitur
l.ſi quis integris in fine ff.qui & à quib.
13 Sanè † vice verſa, id palam non clam fieri
dicitur, quando publice fit,vbi etiam teſtes
adhibentur,& publicum inſtrumentum con-
ficitur,Reſpondit Curti.iuni.conſ.64.n.2.3.
Gomez. in d. §.ex maleficijs num.21.Ruin.
conſ.14. nu.10. lib.2. quos citauit Menoch.
d.caſu.194.num.19. ideo tunc fraudem non
præſumi omnes citati interpretes docent:
ſequitur Peregri.tract.de iure fiſ.lib.3. titu.
19.num.5.
14 Hæ autem † omnes interpretum tradi-
tiones tunc vindicāt quando cum clandeſti-
nitate ſimul aliæ concurrunt cōiecturæ pro-
babiles, quib' actus fraudulentus & doloſus
15 poteſt iudicari, alioquin † ſi actus cōfici nul-
la legis prohibitione poteſt, eo ſolo quod
clandeſtine celebretur nullus, nec irritus iu-
dicari non debet: vnde egregie dixit Impe-
16 rator in l.1.de delato.lib.10.C.quod † non
dicitur dolo facere is,qui clam quidquā fa-
cit, quod aperte ei facere licuiſſet, quē tex-
tum ad hoc citauit vna cum alijs concordan-
tibus Crauet.conſ.332.num.17. nam nec in
fraudem facere quidquam is dicitur,qui ſuo
iure vtitur l.quod Reipublicæ l. iniuriarū ff.
de iniur. Et quod lege fit permitente dolum
& fraudem excludit l. grachus C.de adulte.
Pariſi.

Patiſi.conſ.72.ad finem li.3.Ruin. conſ. 76. nu.14.li.2.Soci,conſ.31.ad finem li.4.Rur-
17 ſus † nec dicitur in fraudẽ is facere, qui ſine fraude eundem actum facere potuiſſet Igne. poſt Bal.& alios in authen. ex cauſa nu. 72. C.de libe.præte.Zuchar.in l.1.nu.51.C. qui admitti.quare Barto. in l. poſt contractum de donatio.in ea quæſtione,an alienatio quæ clam.& oculte facta fuit,in fraudem fiſci facta dicatur nu.7.tres caſus diſtinguit:Aut inquit,alienatio facta fuit clam,& titulo lucratiuo,nulla tamen præcedente cauſa, vel coniectura admitẽdi delictum; hoc caſu nõ præſumitur alienatio in fraudẽ fiſci facta : ratio-
18 nem † reddit, quia ex eo ſolo quod quis clam donet,nõ præſumitur fraude donare,vel alienare,cum actus donandi, & alienandi ſit ex ſe licitus,& permiſſus;atq. ideo quomodocunq. & in quovis loco fieri poſſit:Bartolũ ſequuti ſunt communiter cæteri in d. l. poſt contractum Alciat.Picus.Aniba.Deci.conſi. 235.2.col.Menoch.tracta.de præſump. li.3. præſ.124.nu.41.qui inibi rectè infert Imol. in d.l.poſt contractum male , & perperam a Bart.traditione deceſſiſſe, qui ex ſolo actu clandeſtinitatis opinetur alienationẽ in fraudem fiſci factam iudicari poſſe,ſine lege,nec ratione aliqua:quem nouiſsime ſequut⁹ fuit Peregri.in trac.de iur.fiſ.li.5.tit. de publica. bono.n.162.vbi etiam inaduertenter dixit, Picum cum Imol.ſentire,qui tamen a Bart. ſententia nõ diſcedit:& illic fatetur Peregri. Bartolum cæteros ſequi interpretes:Et merito ex his,quas modo adduxi rationibus; &
19 quia † in dubio aduerſus fiſcum ſit iudicandum l.non puto de iur.fiſ.Et ſi in alijs quam fiſco,traditio hæc recipitur, magis aduerſus fiſcum.

20 Quare † idẽ Peregri. ſui ipſius immemor in eodem tractatu li.3.tit.19.n.6. contrariã docet ſententiam;qui ſcribit eo loci, nõ ſufficere defunctum clam,& tacite incapaci relinquere,niſi concurrant alia,& inter cætera probari oportet,quod hæres tacite, & clam fidem ſuam aſtrinxerit de dando ei , cui teſtator relinquerat,citat Barto.in l. in tacitis de lega. 1. & in l.non intelligitur de iur. fiſ. Angel.in l.hæreditas C. de his quibus vt indig.Bal.conſ.380.nu.4.li.1.Alex.conſ. 202. nu.5.li.7.Barba.conſ.46.Deci.conſ.311.

21 Secundus † caſus Barto. eſt, vbi donatio clam facta fuit,& concurrit aliqua cõiectura fraudis,veluti graues inimicitię, & tunc fraudem fiſci præſumi factam docet nu. 7. quem ſequutus fuit Deci.d.conſil.235. Pic.Aniba. Alciat. in d. l. poſt contractum, & alij quos probat,& ſequitur Meno. d. præſump. 124. num.42.

22 Tertius † caſus a Bartulo conſideratur, vbi alienatio clam titulo oneroſo facta fuit, exiſtente alia cauſa,& coniectura admittẽdi delictum,& tunc etiam fraudẽ præſumi docet,dum emptor etiam fuerit fraudis particeps,alias reuocationi locus non erit , ibidẽ n.7.quem ſequuntur Pic.Alciat.Anib.& alij modo relati,& idẽ Meno.nu. 43. d.præſum. Peregri.etiam in d. tit.19.nu. 6. & ſi in alio caſu quam Bartoli.

23 Cæterum † prędictę cõmunes , & receptę ſententiæ duobus egregie modis declarandæ ſunt. Primus vt ex ſolo actu clandeſtinitatis fraus præſumi nõ poſsit,etiã in eo , qui clam aliquid facit,vt tamen alterius fraudem excludat,vim,vel dolum,tex.inſignis in l. cum pater §.Titio ad finem ff.de lega. 2. in quo
24 hæc verba : *Nec † videtur dolo feciſſe.cum fraudem excluſerit.* vbi glo.inſignis alia adfert iura concordantia:Et reſpondit Corne. conſ.52.nu.20.li.2.eum dolo feciſſe nõ cenſeri,qui clam aliquibus renunciauit iuribus, ſperans hoc modo nõ venturum in compromiſſum , quod erat facturus,Corn. ſequitur Alciat.in tract.de præſump.reg.3.præſump.
25 27.n.2.† qui eo loco adiungit, licere habẽti iuſtam cauſam,vti fraudibus ad excludendũ aduerſarium ab illius etiam fraudibus, ex ſententia glo.in ca.Dominus 23.q.2. ca. cupientes de electio.in 6. Alciat. ſequitur alia adferens exempla Meno.tract.de præſump.
26 li.5.præſ.3.nu. 37.38.39.40. Hinc † quoq. Picus ſcripſit in d.l.poſt contractum nu. 55. non præſumi dolum,aut fraudem in eo , qui clam aliquid fecit quod facere poterat , timens ne,aut a tyrano,vel ab agnatis, & alijs impediretur actum facere,vbi id ſcirent.

27 Secundo † declara vt in his caſibus,in quibus clandeſtinitas actum irritat,oportet clãdeſtinitatem deducere,& allegare,alias Iudex nullam illius rationem habere cogitur. Alexan.conſ.88.nu.12.li.5.Crauc. qui alios conſi.258.in fine,Tob.Noni.conſ.24.n. 20.

Ex his liquet contractus clandeſtinos non eo quod clandeſtini ſint,irritari poſſe : vt ex multis reſoluit Surdus conſil.158.a nu. 16. verſ.Parum me mouet cum ſequen. li. 2.qui tamen,& ſi alia adferat,ſupraſcriptas tamen notandas traditiones præterijt. Matrimoniũ
28 autem † clandeſtinũ eo ipſo, quod clandeſtinum,quia ſacramentum,& in his, quæ perſonas contrahentes,& materiam concernũt, Ponti. Maximi. & Eccleſiæ decretis poſsit declarari, vt dixi ſuſe comparatio. 19. ideo factum , quod licet olim matrimonia clandeſtina valerent, & in hoc communis eſſet ratio cæterorum contractuum,cum matrimonio;tamen ex S.C.Triden. hodie clandeſtina matrimonia ſublata fuere , quæ niſi duorum,aut trium teſtium, & parochi præſentia fieri

Digitized by Google

fieri poſsint d.cap.1.de reforma. matrimo.
ſeſsio.24. alioquin nulla eſſe voluit,& irrita
omnino.

Scio circa declarationem illius ca.1. Con-
cil.Tridenti. multa à Neotericis ſcriptori-
bus Hiſpanicis maxime Theologis , & Ca-
noniſtis ſcripta fuiſſe,multas etiam latas de-
clarationes à ſacra purpuratorum congrega-
tione; Quare niſi ea pertingam tantum,quæ
curioſa indagatione tradita ad illius decreti
interpretationem video,quæq.ipſe alijs ad-
dere(breuiter tamen) ex noſtra potero offi-
29 cina . Clandeſtina † matrimonia dupliciter
hodierno iure conſiderari poſſunt : primo
vbi ſine parocho,& teſtibus vel altero Sacer-
dote , de ipſius parochi,vel ordinarij licen-
tia duobus vel tribus teſtibus contrahuntur.
Secundo,quoties non pręcedentibus denun-
tiationibus præſente tamen parocho pro-
prio,& duobus,vel tribus teſtibus : vtrumq.
caſum complexum fuit S.Concilium,ſed di-
uerſimodè;nam vbi ſine parocho, & teſtib',
nullum omnino eſſe voluit,ſecundo caſu mi-
nime , vt infra dicam: hæc diſtinctio aptiſſi-
ma eſt,quam prior docuit poſt conſilium Az-
pilcuet.in Mannal. Confeſſ. Latino cap.22.
num.70.& in Hiſpano cap. 28.quam etiam
poſt alios ab eo relatos ſequutos fuit Gu-
tier.lib.2.pract.quæſt.quęſt.4.num.13. Cō-
ſentit Sanch.de matrimo.lib.3.diſpu.1.n.4.
30 & 5. vt † modo omittam quatuor illas ſpe-
cies matrimonij clandeſtini,quę nullius ſunt
propoſiti,quas adfert Spinus tracta, de teſ-
tam.gloſ.15.num.18.19.20. & ſequent. qui
tamen ſuperiorem probat ibi num.22.& 24.
Matien.in gloſ.1. rubr.tit.1.li.5.ordinatio.
num.34.Dida.Pere.in l.1. tit.1.lib. 5. ordi-
natio.Sar.lib.1.ſelect.cap.16.num.7.Rimi-
nal.iuni.conſ.691.lib.6. Salze. in additi.ad
Diaz de Luco.in pract.crimi.cap.73.in verſ.
Primo ante omnia Vival.in Cande. Aur.tit.
31 de matrimo.num.85. Diuerſimodè † autem
clandeſtinum matrimonium cōſideratur vbi
deficiunt parochus, & teſtes , quam vbi ſolæ
denuntiationes; primo caſu omnino nullum
eſt, ſecundo minime , apertiſſime hanc ſen-
tentiam probat tex.ille in d.cap.1.quatenus
32 cum † de denuntiationibus agit , licentiam
concedit ordinario ex cauſa vt eas remitte-
re poſſit,quam non concederet,ſi de ſubſtā-
tia forent matrimonij , quemadmodum pa-
rochi,& teſtium præſentia: Nullus exactam
huius rei rationem hucvſq. reddidit, quę nō
vna tantum,ſed duplex eſſe poteſt.

33 Prima † ipſaq. verior omnibus, quod vbi
denuntiationes de ſubſtantia forent , poſt
matrimonium interuenire non poſſent , ſed
in ipſo actu adhiberi deberent , cap. auditis
iuncto cap.quia propter de electione glo.&
omnes in l. vniuerſa C. de præci. imperato.
offeren. Felin. in cap. cum dilecta num. 26.
de reſcrip.Anton.Imo.& cæteri in cap. cum
conſuetudinis de conſuetu. Imo. Paul. de
Caſt.Roma.Alexan.Areti.& Iaſſ.in l. ſi quis
mihi bona §. iuſſum ff.de acquir. hæredi.Pa-
nor.Anto.& Imo.in cap. cum nos ex. de his
quę fiunt a prælat.

Huic ſimile eſt quod de conſenſu in actu
requiſito perhibent noſtri affirmantes , tunc
demum in actu interuenire oportere , quan-
do is per modum authoritatis à lege requi-
ritur , alioquin poteſt poſt intercedere : ſic
Barto.Caſtren.Imo.Roman.Areti. Alexan.
in d.l.ſi quis mihi bona.§.iuſſum vbi Iaſſ. di-
xit communem num.41. Bero.conſ.73.n.6.
lib.1.Crauet.conſ.11.nu.4. Natt. conſ.126.
num. 6.conſ.142.num.3. Soci.iuni.conſ.97.
num.18.lib.2.poſt Socin.ſeni.conſ.87.nu.3.
lib.1.Neguſ.tract.de pignor.4.mem. 2.par.
num.42.

34 Rationis † ratio eſt , quia indiuiduum eſt
quidquid ad ſolemnitatem actus pertinet,
vt nec diuidi, aut ſeparari ab actu poſſit.l.cū
authoritas C.de teſtam. l.hæredes palam in
fine ff.eod.titu. Et actus formalis eſt indiui-
duus , quia forma indiuidua eſt l. furioſum
vbi Barto.& alij C.de teſtam.atq. ideo vno
& eodem tempore adiungi & præſtari de-
bent.l.cum hi §.ſi prætor de tranſac. cū alijs
coaceruatis per Tiraquel. tracta.de retract.
35 tit.1.§.1.glo.21.num.12.Ita † ſit, vt denun-
tiationes non ſint de ſubſtantia , aut forma,
cum poſſint ordinarij arbitrio prætermitti.
36 Secunda † ratio , quæ actum pręcedunt non
cenſentur de ſubſtantia,quia non in ipſo ac-
tu interueniunt , dixit egregie Domi.in cap.
quamquam de vſur.in 6. ex tex.in cap. quia
propter de electio.Soci.Alciat.Ruin. & cæ-
teri in l. 1. §. qui præſens de verbo. obliga.
37 Tiraq. ſupra † atq. ideo leuis ſolemnitas
hæc eſſe cenſetur,quę tam ante matrimoniū,
quam poſt poſsit intercedere , quinimo , &
omitti in totum l. 1. §. fina. de ven. inſpi. l.
prętor.§.cum hi,vbi Bart.de tranſ. Felin.in
cap.venerabilis num.23.de iudi.

38 His † conſtat d. cap. 1. præſentiam paro-
chi,& teſtium de ſubſtantia fore ; at denun-
tiationes minime ; ideo non irritari matri-
monium ipſarum omiſsione: idem illius c.1.
ſenſus manifeſte conuincitur ex verſic. *qui
aliter quam præſente parocho,&c.* Cuius irri-
tans clauſula illic inſerta,non denuntiationū
ſolemnitatem reſpicit,ſed parochi, & teſtiū
præſentiam , *quos ad ſic contrahendum inha-
biles reddit* , non obſcure innuens , aliorum
defectum , matrimonium non vitiare ; nec
etiam contrahentes inhabiles reddere ; Et
exceptio in hoc caſu in cęteris regulam con-
firmare

Digitized by Google

fitmare cenſetur.l.nam quod liquide ad finẽ,
de pæn.lega.l.quęſitum §.deniq. defun. inſ-
39 truc.quamquam † & matrimoniũ quod præ-
termiſſis denuntiationibus fit, clandeſtinum
etiam vt mihi videtur dici poſſit, nam S.Cõ-
cilium nihil ex veteri iure in denuntiationi-
bus immutauit, vnde cum eo iure matrimo-
nium clandeſtinum diceretur, quod præter-
miſſis fieret denuntiationibus cap.cum inhi-
bitio de clandeſ.deſponſa. nihil mirum ſi &
hodie, & ſi valeat coram parocho, & teſtibus
factum ſine illis, nihilominus clandeſtinum
40 dicatur. Accedat † quod vt ſupra multorum
docui authoritate; is dicitur clam aliquid fa-
cere, qui cum poſſet palam, & publice ſerua-
tis ſeruandis, non id facit; quemadmodum &
in noſtris terminis de matrimonio loquens
ait tex.in l.fina.ff. de rit.nup.l.1.C.de inter.
41 matrimo. Vnde † non recte ſatis ſenſiſſe
videntur duo alioquin eruditiſſimi Theolo-
gi Hiſpani.Domi.de Sot.in 4. ſentent.diſt.
28.quæſt.vni.arti.1.& Alfon.de Caſt.de iuſt.
hæret. punitio. lib.2.cap.18. qui hæc matri-
monia non vere clandeſtina fore negãt: ideo
42 † rectius exiſtimauit Gutier. lib. 2. practi.
quæſt. 4. clandeſtina hæc eſſe matrimonia,
atq. ideo vel leges, aut ſtatuta de clandeſti-
nis matrimonijs loquentia etiam ſi pœnalia
forent, ad matrimonia ſine denuntiationi-
bus contracta protendi poſſe, quod ille qui-
buſdam rationibus oſtendit, quas prætereo;
& his conſentit Sanch. tractat.de matrimo.
43 lib.3.diſputa.1.num.6.& 7.Animaduerto †
tamen, non ſic generaliter hanc accipi poſſe
ſententiam reſpectu pœnæ infligendę iuxta
regias illius regni ordinationes; nam ſi ma-
trimonium prætermiſſis fieret denuntiatio-
nibus cum licentia ordinarij, & ſi matrimo-
nium clandeſtinum diceretur, non tamen
contrahens pœnas illarum legum incurreret,
quæ in audacia & temeritate ſic contrahen-
tium fundantur vt & ipſe Gutier. ſcribit d.
quæſt.4.num.6. dixi lib.1. quæ ratio ceſſat,
vbi Iudicis, & ſuperioris facultas adeſt, quæ
in hac ſpecie ex eiuſdem decreti facultate
dari poteſt ad l.iuſte cum ſimilibus de acqui.
poſſeſſi, cũ alijs à me adductis ſupra in verſi.
Hæc autem omnes, &c. & hoc ipſum ſenſit
Gutier.d.quæſt.4.num.14.
44 Ab his † omnibus, quæ aperte ex vero il-
lius cap.1.de reforma. intellectu eliciuntur,
infertur non recte duos ætatis noſtræ clariſ-
ſimos Iuris Conſultos eoſdemque collegas,
(qui ambo eodem tempore vna cum Tibe-
rio Deciano, Marco Mantua, & Mãtica, nunc
Cardinali ampliſsimo, in academia totius
orbis famigerata Patauina, iura interpreta-
bantur) cenſiſſe qui palam reſponderint,
matrimonium omiſſis denuntiationibus ce-
lebratum, irritum eſſe etiam hodie iuxta d.
cap. 1. diſpoſitionem: ſic enim reſpondit
Cœphal.conſil.421. à num.1. lib. 3. Meno.
conſil.69.num.70.lib.1. Domi.Bonſi. inter
conſil.Menoch.conſil.398.lib.4. & eidem ſe
ſubſcripſerunt ibi Menoch. & Cœpha. &
Aloijs Terzachi. priuatim hanc ſententiam
45 docentes. Quorum † opinio ex his, quæ di-
xi defendi non poteſt, vnde merito ab Hiſ-
panicis communiter refellitur Theologis &
Canoniſtis: Rojas in Epitom.ſucceſſio. ca.
2.num.22.23. & ſequent.Gutier.tractat.de
iura.confirma.1.par.c.51.n.25.& in canoni.
quæſtio.cap.19.num.12.& ſequent. & lib.2.
practica.qq.quęſtio.4. num.13.14. ante eos
omnes Azpilcuet.in Manual. Confeſſo.cap.
22.num.70.Sarmien.lib.1.ſelecta.interpræ.
cap. 6. num. 7. Matien. titu.1.gloſ.1.rubri.
num.34.Spin.de teſta. gloſ.15. num.24.25.
26.Segur.in directo.iudi.Eccleſiaſti. 2.part.
cap.15.num.30. & cap. ſequent. 16. num.1.
Salzed.fuſe ad Diaz de Luco in pract. cano-
ni.cap.73.Viual.in Cand.Aur. tit.de matri-
mo.nu.84.85.Cardin.Alciat.in manu-ſcrip-
tis commen.ad d.cap. 1. in verbo *Qui aliter
quam, vbi*, ſcripſit denuntiationum ſolemni-
tatem de his fore, quæ remitti poſſunt, &
ideo de ſubſtantia matrimonij non eſſe Ca-
ualca. qui ſic Romæ declaratum affirmat in
reper. deciſio. 1.part. verbo.matrimonium
ſine denuntiationibus. Neque nunc oportet
de veritate huius articuli diſputare quoniã
non ſemel, ſed pluries a ſacra Cardinalium
congregatione pro hac fuit opinione facta
declaratio, & interpretatio d.cap.1.quę nũc
ſcripta cum alijs multis legitur. Et poſt hæc
ſcripta late Sanch.de matri.li.3.diſp.1.& 5.
à nu.1.vbi multos in hanc citat ſententiam.
46 Plane † diſſentit nullus parochi, & teſtium
præſentiam ad ſubſtantiam pertinere matri-
monij, id quod palam ille tex. oſtendit, &
citati fatentur interpretes fuſe Sanch.lib.3.
47 diſputa.3.4.5.& ſeq. Cęterum † nullus huc-
vſq. ſcripſit an forma illa à S. C. Tridenti.
pręſcripta, per æquipollens poſſit adimple-
48 ri; in qua † quæſtione iubet manuſcriptam
deciſionem Aldobrandini (hodie Sanctiſsi-
mi Domini noſtri fœliciter in Eccleſia Vi-
cariatum Chriſti Gubernantis) ad longum
adferre, quoniam erudita eſt, eaque digna
vt à nemine ignoretur hæc ipſa, quę impleri
non poſſe per æquipollens decidit formam
in vna florentina matrimonij. 1. Februarij
1580. *coram Domino Aldobrandino dubi-
tatum fuit, an forma data a conſilio in mo-
do contrahendi matrimonia, ſcilicet coram pa-
rocho proprio poſſit per aliud æquipollens ad-
impleri, quam per id quod datur ab eodem de-
creto. Secundo quot denuntiationes ſufficiant:*

circa primum credebant domini, non poſſe impleri per aliud æquipollens quam expreſſum: nam regulariter quando quid requiritur pro forma, debet adimpleri in forma ſpecifica, adnotata in l. 1. & in l. gallus §. & quid ſi tantum de liber. & poſthu. Et decretum proceſſit annullando, & diſtincte loquitur, vt non ſit opus aliqua ſuppletione: Quod patet nam licet de iure idem eſſet quod parochus matrimonium celebraret, & in eſſe deduceret, vel alias de licentia, tum ratione iuriſdictionis tum ratione impedimentorum ad regulam, qui per alium facit de reg. iur. l. 1. in princi. de vi & vi armata tamen non contentum decretum hac legis interpretatione, nec aliqua in hoc aliorum ſuppletione opus eſſet, expreſſit illud de licentia, vnde excludit alia æquipollētia, maxime cum, nulla poſſit dari, quæ ita æquiualeat in hac materia, ſicut hoc ipſum de licentia, & videtur ſuſtuliſſe difficultates, quæ quotidie ortæ fuiſſent in hoc, nam forma eſt proprius parochus, materia eſt conſenſus.

Cæterum dato quod poſſit impleri per æquipollens, dico in hoc caſu non conuenire: nam quid ille æquipolleat tractatus matrimonij per aliquot tempus in præſentia patris, vxoris, & multorum, quæ propterea videntur tollere clādeſtinitatem, quæ fuit finis, vt proprius parochus requireretur, ſecundum ex aduerſo informantes, vel ſecundum alios, propter probationem matrimonij: Nam præſentia parochi non videtur inducta, nec ad tollendum clandeſtinitatem, nec inducendum probationem, quin potius voluiſſet plures teſtes requiri, & alia ſi hoc feciſſet, non autem ſe reſtringeret ad proprium parochum: vnde ſat eſt, quod requiritur pro forma, & quo magis eſt voluntarium eo magis adimplendum in forma ſpecifica, adnotata in d. §. & quid ſi tantum. Non obſtat, quod parocho rurali, fuit dictum a patre vxoris, quod poterat matrimonium ſine aliqua ſuſpitione celebrare; quoniam hoc non inducit æquipollens; nec tenebatur ei credere ad finem validitatis matrimonij: ſi quærat poſtea quænam fuerit ratio, quod decretum requiſierit celebrationem parochi, reiecta ratione clandeſtinitatis, dicebant eam eſſe quod tale Sacramentum non debebat ab alio celebrari, quam à Sacerdote ſicut alia Sacramenta à Sacerdotibus præſtantur, verum quia non poterat ab extraneo ratione iuriſdictionis, ideo a proprio debuit, iuxta l. extra territorium de iuris. omni. iudic. Huic rationi nō ſatisfit per alium æquipollens, quam ſubnexum ab eodem decreto, hoc eſt ab alio Sacerdote de licentia parochi: Nec placet ratio adducta in fauorem Dionoræ, quod erat abſurdum, quod Sacerdos proprius denuntiaret, & ad eum deuenirent impedimenta, & alius celebraret matrimonium, qui hæc non ſciret: Nam ea attenta ſequeretur, quod ſicut ex interpretatione ſacræ congregationis eſt, denuntiationes poſſint remitti, per conſequens hoc quoque poſſit, & hinc conſtat quod ratio præſentiæ parochi non eſt vt tollatur clandeſtinitas, quoniam ſicut remittuntur denuntiationes quando aliunde factum eſt notorium, ita tolleretur hæc forma præſentiæ parochi, ſic fere numquam locus eſſet anullationi contractus, Ex quibus die 27. Februarij 1580. pronunciatum fuit pro inualiditate matrimonij: Hucvſq. deciſio Rotæ celebris.

49 Sanè ✝ denuntiationes prætermitti poſſe ex iuſta cauſa ab ordinarijs, textus idem in
50 d. ca. 1. ſtatuit: Iuſtę ✝ vero cauſæ multæ ab interpræteribus adferuntur: eas recenſent. Paluda. & poſt eum Domi. de Sot. in 4. diſtin. 28. quęſt. 2. arti. 3. Botte. tracta. de Sino. Epiſco. 3. part. arti. 1. potiſſimæ hę ſunt; quando nobilis cum ignobili, vel è conuerſo, matrimonium contraheret; Aut pauper cum diuite, honeſtę vitę vir cum turpi & infami, præcipue vero ordinarius hanc concedere licentiam poterit, vbi ante Sacrum Conciliū nullus in loco denuntiationū vſus erat; ſic ſcripſit Azpil. in Manua. Confeſ. cap. 22. num. 70. Salzed. late. d. cap. in verbo diſpenſet: idem vbi quis contraheret matrimonium in mortis articulo Sarmien. d. cap. 6. num. 7. Segur. in direc. Iud. Eccleſ. 2. par. cap. 16. nu. 4. Denique quoties iuſta cauſa ſubeſt, quæ ordinarij relinqui arbitrio poteſt Gutier. lib. 1. cano. quęſt. cap. 19. num. 2. & cap. 20. num. 24.
51 Meno. de arbit. iudi. qq. caſu 453. nu. 5. idē ✝ iudicādum vbi matrimonium malitioſe poſſet impediri d. cap. 1. ibi in verſi. *Quod ſi quādo:* quibus verbis vt hoc obiter animaduertam, excluditur animus impediendi iuſtus, ideſt is, quo ſecūdum iuris regulas matrimonium poteſt valide impediri; qui ergo non iuſte impedire poteſt, is malitioſe facere diceretur argu. tex. in l. 1. §. huius ff. de offi. eius l. qui teſtamento § mulier ff. de teſtamen. & cōſiderauit Gutier. in cano. quæſt. c. 20. n. 12. & ante ipſum aperte qui multis ornat Cæpha. d. conſ. 321. num. 21. 22. 23. 24. lib. 3. latiſſime Sanch. de matrim. lib. 3. diſputa. 7. 8. & 9.

52 Planè ✝ Sacrum Concilium in eo cap. 1. nō declarat quibus vere an malitioſe animus impedientium detegatur coniecturis; vnde recte facturos ordinarios exiſtimo, ſi iuſiurandum præſtent impedientibus, quo iurare eos cogant non malitioſo animo ſe impedimenta adferre, & propalare; animus enim niſi iuramento probari non poteſt, Bart. in l. admonēdi n. 9. de iur. iur. Alex. n. 19. Meno. qui multos refert de arbi. iudi. quæſtio. lib. 2. caſu. 241. nu. 4. & caſu 186. nu. 3. 4.

Nam

53 Nam † & creditotis etiam iuramento ſta-
tur, vbi debitorem de fuga ſuſpectum dicit,
quia illius animus, & ſuſpitio iureiurando
probatur ad gloſ. ibi omnes in §. ſed iſte in-
ſtit. de actio. Menoch. de arbitra. iudi. quæſt,
qui multos refert lib. 2. caſu. 87. num. 1. 2. &
54 ſequent. quod † ſi nolint iurare impedientes
matrimonium, denuntiationes continuabũ-
tur: ſi vero iurauerint breui impedientibus
conceſſo termino ad impedimentum pro-
bandum, interim denuntiationes conquieſ-
cent, non probato veto, Iudex Eccleſiaſticus
perficere denũtiationes parochum iubebit,
quemadmodum poſt Prepoſi. animaduer-
tit Segur. in directo iudi. Eccleſ. 2. part. cap.
16. num. 26.

55 Diſplicet † autem omnino quod ille eo
loci ſcribit, calumniatorem præſumi illũ, qui
intra conceſſum terminum ad probanda im-
pedimenta, non ea probauit, vera enim tra-
ditio non eſt, & ſufficit impedienti iuraſſe ſe
non calumnia, vel odio impedimenta inſti-
tuere, etſi ſubcumbat, vel non probet perfe-
cte; cum inopia probationis plerumq. citra
56 agentis culpam depereat; ideo † calumniæ
iuramentum ſiniſtram excludit præſumptio-
nem l. 1. & tit. C. de iur. iur. prop. calum. dan.
57 huncq. † iuramentum hoc parit effectum, vt
præſumptio illa calumniæ ſublata omnino, &
extincta iuramento cenſeatur, vt eadem ipſa
gloſ. quam Segur. adfert aperte docet in d.
cap. fina. de calumniato. verbo calumniandi
in verſi. *Sed qualiter probabitur*: & expreſſim
cum glo. Claud. de Seyſel. in l. gallus nu. 25.
verſi. Tertio fallit ff. de vſuca. Neuizan. in
Syl. nuptia. nu. 53. Maria. Soci. in rubr. ex. de
iuramen. calumniæ in extremis verbis.

58 Ordinario † tantum facultas facto decre-
to cõceditur remittendi denũtiationes, atq.
ideo cũ Abbates ordinarij ſint & habeãt iu-
riſdictionẽ quaſi Epiſcopalẽ, & poſsint om-
nia regulariter, quæ Epiſcopi in ſua diocœſi,
circa ea quæ ſunt iuriſdictionis iuxta gloſ.
ſolemnẽ, quã inibi cõmendant Bonifa. & re-
liqui, in Clementi. 1. verbo proprij de rebu.
Eccle. non alienan. quã dixit ſingularẽ Azpil.
in conſ. 5. tit. de ſpõſa. n. 4. poterũt denũtia-
59 tiones remittere Azpil. ſupra. Et illic † non
tantum Sacri Concilij decretum extẽdit ad
60 Abbates titulares, ſed † ad Cõmẽdatarios,
vt hi etiã poſsint denuntiationes ex cauſa re-
61 mittere: Duplici mouetur ratione prima; †
quia quidquid poteſt titularis ratione digni-
tatis; poteſt illius Cõmendatarius Panor. in
c. quærellã de electio. & qui eum refert, & ſe-
62 quitur Deci. in c. edoceri de teſ. tũ † & ſecũ-
do, quia cũ decretũ Cõcilij de ordinarijs lo-
quatur indiffinite, regula vero indiffinita vni-
uerſali æquipollet. glo. cõmuniter recepta in
ca. vt circa de electio. Abbas autẽ Cõmẽdata-
tius, ordinarius dicatur glo. & tex. in c. ordi-
narij de offi. ordi. in 6. rubr. de offi. ordina.
iuncto tex. in cap. cum ab Eccleſiarum præ-
latis eod. tit. id etiam poterit concedere.

63 Ex his † ſequitur quod cum ordinarij ap-
pellatione veniat etiam Epiſcopi Vicarius
64 poterit † is in vim dicti verbi denũtiationes
remittere ſi ſibi videbitur expedire; quod au-
tẽ ordinarius dicatur, cẽſuerũt multi, glo. in
primis in cap. Romana in verbo generaliter
ibi multi, de appellatio. in 6. & glo. in c. tua
in verbo vicarij de offi. vica. Panor. in c. quo-
niã n. 3. ex. ne præla. vices ſuas, & in c. fi. n. 2.
de fide inſtrum. Feli. in rub. de offi. deleg. nu.
4. Bero. n. 12. 13. Iaſſ. in rub. de offi. & c. n. 2.
poſt Alex. n. 17. Calepha. n. 48. Anto. de Per.
tract. de iuris. Epiſ. c. 6. nu. 44. Dida. in pract.
c. 4. nu. 7. & lib. 3. var. reſol. c. 20. nu. 4. & alijs
innumeris relatis refert hanc communẽ. Be-
ne eruditus Iacob. Sbroz. tract. de vica. Epiſ.
lib. 2. q. 55. à nu. 1. vſq. ad finem, qui fuſe ad
vtramq. partem contrarijs reſpondens, & q.
43. eiuſdẽ libri egregie Paris. tract. de reſig-
na. benefi. li. 3. q. 11. n. 19. Vnde poſſe Vica-
rium Epiſcopi denũtiationes remittere præ-
dicta ratione cenſuerunt poſt cõſiliũ Caual.
deciſ. 29. nu. 17. 1. par. Sic ſe iudicaſſe refe-
rens, illiusq. ſententiã confirmatã fuiſſe po-
ſtea: ſequitur eandem Clau. Bertaz. ad conſ.
Bertaz. 287. in fine, & hos ſequut⁹ eſt Sbroz.
in tract. de Vica. Epiſ. li. 3. q. 201. à nu. 1. &
quæſt. 43. num. 27. 28. & nouiſsime Sanch. de
matri. lib. 3. diſputa. 7. num. 12. & ſeq.

65 Qui hanc † ſubiungit rationem in tuitio-
nem huius opinionis, *quia inquit Concilium
Tridenti. alias volens excludere vicarium à
poteſtate conceſſa Epiſcopo, loquitur taxatiue
vicarium expræſſe excludens, qui niſi exclu-
ſus fuiſſet, incluſus ſub Epiſcopi nomine cenſe-
retur in cap. 6. ſeſſio. 24. in verbis illis, Epiſ-*
66 *copis non eorum vicarijs ſit permiſſum*; cum †
& regulariter facta de Epiſcopo mentione
includatur vicarius, iuxta Feli. traditionẽ in
c. ſi quis cõtra n. 5. de foro cõpeten. Hãc ip-
ſam ſententiã aduerſus Meno. defendit no-
uiſsime Salz. ad Diaz. de Luco. in prac. cano.
67 c. 73. verſ. Sed dubiũ. Mouetur, † quia nõ ma-
gis refert monitionũ concedere diſpẽſatio-
nẽ, quam grauiſsimas matrimoniales cauſas
decidere & terminare, quod vicarius poteſt
iuxta cõmunẽ ſententiã, vt multis relatis o-
ſtendit. Cuch. in inſtitu. cano. titu. de Epiſco.
n. 123. Salz. ſupra & innumeris ad id citatis,
idẽ Sbrozi, d. tract. lib. 2. c. 43. nu. 2. verſ. Sed
68 contrariã: certe † difficilis apud me quæſtio
eſt: vt non immerito Menoch. conſ. 69. n. 55.
lib. 1. aperte contrarium doceat, nõ hoc vica-
rio licere Epiſcopi. Cephal. ſequitur Meno.

conſ.422.num.72.lib.3. quorum quanta ſit
authoritas nemo ignorat: Menoch.ſequitur
& refert Pazi.in pract.par.2.cap.3.num.11.
69 Mouetur † Menoch.& cæteri,quia cum arbi-
trio Epiſcopi datũ ſit denuntiationes omit-
tere,& in illis diſpenſare, delegari nulla ra-
tione arbitrium nequit;ex communi Barto.
ſententia, Bal.Angel.Iaſſon.& omnium in l.
à Iudice C.de iudi.fuſe Menoch.de arbitra.
70 iud. quęſt. lib.1.q.54. num.2.3. Secundo †
mouetur quia diſpenſatio maximi ponderis
eſt,vbi vero grauia,& ardua mandantur à le-
ge,vel Principe,delegari nequeunt;noſtri in
l.1.ff.de offic. eius & in l.more maiorum de
iuris.om.iud.idem Menoch.de arbitra.iudi.
quæſt. q.58.num.15.& d.quæſt.54.num.11.
71 Grauem † vero;& inſignem eſſe diſpenſatio-
nem in omittendis denuntiationibus,vel ex
72 eo colligitur, quod † de matrimonio cele-
brando,vel diſſoluendo agatur, cuius quam
grauis ſit cognitio multis oſtendi lib.1.cõ-
73 paratio.8.& comparatio.16. Addit † Pazi.
in tuitionem alteram rationem, *quia (ait) ſub generali facultate vicario mandata, non tranſit diſpenſandi facultas cap. quoad trãſlationem de offi. lega. gloſ. in cap. quæ de cauſa 2.quæſt.4.*

Rationibus autẽ quibus Caual.Sbrozi, &
Salzed. mouentur facile reſponderi poteſt:
Primę quod Vicarius Epiſcopi dicitur ordi-
narius,& venit ordinarij appellatione, & ſi
veram eſſe traditionem concedam, quæ ta-
men tam ambigua eſt, vt alia ſit, aduerſus
quam tenuere multi ex veteribus & nouiſſi-
mis, quos refert idem Sbro. d.quæſt.55.n.1.
cum ſequent.Pariſi.tracta.de reſignatio. be-
74 neficio.lib.3.quęſt.11.nu.19.Reſpondetur †
tamen, ordinarium dici in cauſis ordinarijs,
ſecus in his, quæ ab arbitrio Epiſcopi, & il-
lius diſpenſatione dependent, nam hæc in
eum non tranſeunt,vt ſupra. Nec obſtat ſe-
cunda conſideratio Sbrozi. Cõcilium exclu-
ſiſſe vicarium expræſſe in cap.6. ſeſsio. 24.
de reforma. qui incluſus fuiſſet niſi ſic Con-
cilium ſcripſiſſet: nam non ſequitur ita illic
factum, ergo in cæteris ſecus: Et in contra-
rium retorqueo argumentationem; illic ex-
cluſit Concilium vicarium in re graui hęreſis
ſcilicet abſolutione, ergo idem in cæteris
grauibus & ſi nihil dictum ſit cenſendum eſt;
cauſa autem matrimonialis grauiſſima eſt vt
ſupra, præterea tex. ille non loquitur de his,
quæ arbitrio,& prudentiæ ordinarij comiſſa
ſunt, quę in alium tranſire non poſſunt; at
monitionum omiſsio in ordinarij arbitrium
collata eſt.
75 Neq; † tertia ratio oberit à Salzed. ad-
ducta;quoniam ſumma,& maxima differen-
tiæ ratio eſt inter cauſas matrimoniales, &
diſpenſationem de qua agimus, quia in illis
nihil arbitrio relictum fuit, ſed prout iure
matrimonium tenet, aut non, ita iudicãdum
eſt, ſecus in hac ſpecie. Extremo mihi mul-
tum ſuperior ſententia placet his rationib⁹:
76 Prima † quia video conſilium diſpenſandi
facultatem ordinarijs relinquiſſe, & illorum
77 comiſiſſe prudentię; cæterum † prudentia
vnius ideſt Epiſcopi, in vicarium tranſire nõ
poteſt, quia perſonalis ſit cap. ne imitaris de
conſtitu. & ideo verba hæc, vbi poſita ſunt,
viri boni arbitrium indicant Iaſſ. in l. ſi ſic
num.9. delega.1. Menoch. de arbitra.iudi.
78 quęſt.quæſt.8.num.26.27.quinimo † Conci-
lium non tantum prudentiæ dixit, ſed & iu-
dicio; iudicium autem ibi non de iuriſdi-
ctione intelligitur, ſed pro diſcretione ſu-
mitur, gloſ.in l.cum prętor §.fina. verbo. iu-
dicio ff.de iudi.oſtendit Menoch.de arbitra.
79 iudi.quęſt.lib.1.quæſt.8.num.17.qui † recte
quidem alibi, eo lib. 1. quæſt. 68. num. 13.
Felin.Crauet.& aliorum authoritate ductus,
ſcribit, electam cenſeri induſtriam perſonę,
cum id mandatur, quod certa regula diffini-
tũ non eſt, ſed adeſſe & abeſſe ſe habere po-
teſt, ſicut & Cõciliũ in hac ſpecie voluit om-
80 nia ad arbitrium ordinarij referre; ſi † Igitur
electa fuit perſonæ induſtria, nequaquã vica-
rio licebit, quod illius Epiſcopo hoc modo
cõceditur.c.ſi.§.is cui de offi.delega.c.is qui
de offi. delega. in 6. Alex. in l.1.in prin.vbi
Iaſſ.n.6.Seyſel.3.notabi.de offi. eius Meno.
qui alios de arbi.iudi.q.li.1.q.54.n.7.& 11.
& in terminis de vicario Epiſcopi, Meno.
conſ.69.num.55.lib.1. Cæphal.& alij citati
ab Sbroz.tract.de Vicar.Epiſco.lib.2.quęſ.
43.num.11.12.& 19.
81 Cæterum † ſi ſuperiorẽ cũ Caual. Sbroz.
& Sanch.tenere quiſq. vellit opinionẽ decla-
rabit duob⁹ modus: primo vt procedat quo-
ties ab Epiſcopis vicarijs ſuis conceditur ex-
præſſa, & ſpecialis facultas cognoſcendi de
cauſis matrimonialib⁹, & huiuſmodi moni-
82 tiones remittẽdi, alias † in generali mãdato
nõ venitẽt c. quo ad tranſlationẽ de offi.de-
leg.& probat tex. in c.accedẽtib⁹ ex.de ex-
ceſ.prælato.glo.in ca.quæ de cauſa.2.quæſt.
4.Rebuſt.in praxi. benefi.titu.de forma. vi-
cari.num.44.155.179. Azpilcuet.in Manua.
cap.27. num.255. Dida.lib.varia.reſolutio.
2.cap.5. num.9. Spin. tractat. de teſta.gloſ.
15.num.29.Sbrozi.tractat.de Vicari. Epiſ-
co.lib.2.quæſt.44. à num. 2. & ſeq. qui ini-
bi ad hæc ponderat Concilij decretum in
capit.20. ſeſſion.24. de reformatio. nam vt
ille, quemadmodum nec vicarius cauſas
criminales ſine ſpeciali mandato expedi-
re poteſt, ſic nec matrimoniales, quæ cri-
minalibus æquiparantur, vt dixi ſupra op-
timum

timum igitur erit Epiſcopis ad vitandam ſuperiorem ſententiam ſi in mandato vicarijs conceſſo non eis facultatem diſpenſandi largiantur.

83 Secundo † declara procedere ſuperiorem traditionem in Vicario Generali Epiſcopi, ſecus in officiali, vel vicario foraneo alicuius partis diocœſis: nam & ſi is dicatur etiam vicarius proprie in ea parte in qua vices Epiſcopi gerit, iuxta gloſ. in Clemen. 2. verbo foraneos de reſcrip. Bertac. tractat. de Epiſco. parte. 8. lib. 4. titu. de Vicari. Epiſco. nu. 17. cum alijs multis nouiſſimè ab Sbroz. coacervatis d. tracta. de Vicar. Epiſco. lib. 1. q. 20. à nu. 1. ramen cum non gerat vices Epiſcopi ſui in eodem loco, in quo Epiſcopus, non dicetur proprie vicarius illius, quam rationem reddidit Barto. in l. 1. ad finem ff. quis & à quo. Dida. in practi. qq. cap. 4. nu. 8. Spin. d. gloſ. 15. num. 29. Menoch. de arbitr. iudi. quæſtio. lib. 1. quæſtio. 12. num. 5. fuſe Sbroz. d. quæſt. 20. num. 3. vbi extendit vno modo, & tribus declarat, ad quæ lectorem reijcio.

84 Tertio declara † in cauſis matrimonialibus ordinarijs, ſecus in delegatis à Summo Ponti. quia tales vicarij ſubdelegari non poſſunt, cap. accedentibus iuxta communem illius intellectum de exceſſ. prælato. d. cap. 20. ſeſsio. 24. de reforma. matrimo. Panor. in cap. ſi pro debilitate num. 4. Felin. num. 4. de offic. deleg. Sbrozi. d. quæſt. 43. num. 9. & 10. cum ſequen. Ea † vtuntur ratione, quod

85 cauſæ matrimoniales graues dicantur. gloſ. in cap. mulieres de iur. iurau. dixi ſupra: in grauibus autem perſonæ induſtria electa cēſetur cap. is qui de offic. deleg. vbi vero eligitur perſonæ induſtria delegatio prohibetur, dixi ſupra, ita fiet vt cauſæ huiuſmodi vi-

86 carijs delegari non poſſint: Sciendum † tamen quod licet Epiſcopus ſit ordinarius in tota diocœſi, Archiepiſcopus tamen non talis eſt, ideo in alterius Epiſcopatu denuntiationes remittere non poteſt, quoniam niſi in cauſis appellationum, & alijs paucis à iure expræſsis, iuriſdictionem in ſuffraganeos habet. cap. paſtoralis de offi. ordina. ſic nec poterit licentiam contrahendi concedere, animaduertit Spin. tracta. de teſ. gloſ. 15. nu. 38.

87 39. Parochus † autem proprius iuxta Sacrū Concilium interuenire debet in hoc matrimonio, Quis vero proprius dicatur inquirē-

88 dum eſt. Et is † proprie dicitur in cuius parochia contrahentes domicilium habent ca. omnis vtriuſque ſexus de ſenten. excommuni. cap. cum ſuper de ſepultu. cap. is qui de ſepultu. in 6. vbique omnes, Gutier. in cano. quæſti. lib. 1. cap. 27. num. 24. Quare nec veteri iure ante Sacrū Concilium licebat alieno parocho nuptias contrahentium benedicere in cap. fina. de clandeſti. de ſponſa. vbi Panormit. qui num. 7. rationem reddit, quia alienus parochus conſcius eſſe nequit impedimentorum, quæ in loco, & proprio domicilio facile omnibus innoteſcere poſſunt, & multę in dies fraudes ſi hoc liceret fierent: id ipſum ſcribit Innocen. illic ante Panormita. Butri. Cardinal. Præpoſi. & cæteri Mar. deciſio. 715. 2. par. Azpil. in Manua. Confeſſo. cap. 25. num. 144. idem conſ. 52. num. 1. & 2. tit. de ſponſa. Bonſi. inter conſi. Meno. conſ. 398. num. 6. & 7. lib. 4. Menoch. eodem conſ. nu. 15. Cæphal. eodem conſ. n. 21. Azpil. ibidem, idem reſponderunt erudite duæ congregationes fratrum minorum de obſeruantia à num. 25. & Ieſuitarum à nu. 35. Aloyſi. à numer. 41. omnes enim ij in eodem conſuluerunt caſu infra dicendo, docuere etiam Triuiſan. deciſio. 23. à num. 1. lib. 1. Salzed. & Segur. ſupra citati. poſt hęc ſcripta fuſe Sanch. de matri. lib. 3. diſpu. 19. à n. 1. cū ſeq.

89 Ex quibus † infertur ad inſtitutum Sacri Concilij, quod ſi quiſquam in alterius parochia contrahat is proprius parochus dicetur in cuius parochia matrimonium celebratur, ſi vir ad contrahendum cum muliere in illius parochia acceſſerit proprius dicetur, & conuerſo ordine; ſic mentem Cōcilij declarauit ſacra Illuſtriſsimorum congregatio quando vir & mulier ſunt diuerſarum parochiarum, vt refert Azpil. in dictis locis. & Triuiſ. deciſ. 23. num. 1. lib. 1. Sanch. ſupra.

90 Secundo † infertur parochum ruralē non eſſe proprium parochum quando rus, vel recreationis gratia habitatur, aut ad paucos dies tantum incolitur cap. is qui de ſepul. li. 6. cuius tex. authoritate hoc ipſum docuerunt Menoch. Cæphal. Bonſi. Azpilcue. congregatio fratrum minorum, & Ieſuitarum vbi ſupra: Qui cum diligenter rem hanc declarent videndi ſunt: conſtar etiam & Rotæ Romanæ deciſione id idem iudicatū fuiſſe, quam impreſſam cernere licet apud Menoch. ſupra: quam & ego in manu ſcriptis habeo in Menochi. altera etiam conſpicitur quam ego credens, cuſſam ab eo non fuiſſe, ad longum retuli; an ſcilicet in illa florentina in qua viri citati erudiriſsimi conſuluerunt, forma per æquipollens poſsit adimpleri.

91 Tertio † infertur, duos ſimul proprios parochos quoad dictum effectum poſſe reperiri; vbi quis dimidia anni parte in vno loco, & parochia, altero dimidio in altera domicilium habet: tunc æqualiter ſic inhabitans duos proprios poteſt habere parochos cap. cum quis de ſepultu. lib. 6. argu. l. aſſumptio, §. fina. ad municipa. Biel. & Palud. in 4. diſ-

 tinct.

tinct.17.quæſt.4.artic.2.concluſ.fina. Angel. in Sum. verbo confeſſio. in 3. num. 12. reſpondit prædicta congregatio fratruum minorum ſupra, nu.33. in verbo cõfeſſio quæſt. 12. num. 10. idem reſpondit Bonſi. num.7. qui alios ſequitur & congregatio Ieſuitarum num.40.Segur.in direc.iudi. Eccleſ.cap.15. nu47. 2.par.Salzed.ad Dia.de Luco.ca.73. verſi.Decimo quinto.Sanch.de matrim.lib.
92 3.diſputa.19.num.1.2.& ſeq. Ratio † quidẽ eſt, quod æqualis habitatio duos etiam Parochos habere poteſt, vbi vero inequalitas habitationis datur, maioris temporis para eum facit proprium parochum, in quo habitatio fit. argu.tex.in l. 1. §. ętate ff.de aqua quoti.& æſti.reſpondit congregatio Ieſuitarum ſupra nu.36.37.38.Cęphal.num.23.24. Meno.n.16.17.Bonſi.num.7.

93 Quarto † infertur, nullum iudicandum eſſe matrimonium eorum, qui in alienam parochiam ſe trãſtulerint, & matrimonium contrahunt, non enim tantum habitatio, ſed & domicilium principaliter conſideratur in d. cap.cum quis Panormi.in ca.in noſtra n.10. de pœniten.Aloyſi. ſupra num.42.43. Cæphal.num.23.24.Azpilcuet.conſ.52.num.2. tit.de ſponſa.& conſ.2.de clandeſt.de ſponſa. Menoch. num. 18. & in ſingulari caſu reſoluit Triniſan.deciſ.23.lib.1.vbi & declarat quot annis domicilliũ conſtituatur. Quid
94 vero † obſeruandum ſit in vagabundis & his, qui nullam habent ſedem, veluti mercenarijs famulis, vbi matrimonium contrahere volunt, docet Segu. ſupra & cum eodem Salzed.

95 Quod † ſi proprius parochus intereſſe nolit, vel non poſſit illius licentia exquirenda eſt, vt alium ſuivice, & loco Sacerdotẽ ſubſtituat d. cap.1. cogi igitur non poterit aliũ ſubſtituere, hoc enim innuit licentiæ nomen l.non omne de reg.iur. Barto. in l.1.nu.48. 49.C.de Sacro.Eccleſi. Deci.in l.in actionibus num.11. de in litem iuran. Menoch. qui alios tracta.de arbi.iud.quæſt.lib.1.quęſt.8.
96 num.46. Opinor † autem nolentem ipſum matrimonio alioquin licito interuenire, cogi poſſe per ſuperiorem ordinarium, quoniã parochus Sacramẽta parochianis inuitus miniſtrare cogitur ex debito officij, quemadmodum poſt vetera Eccleſiæ decreta Concilium ſtatuit in cap.4. ſeſſio.21.& in plerisq. illius locis: propriè in nuptijs benedicendis d.cap.in verſi. *Statuitq. benedictionem a proprio parocho*: vnde ſi non poſſit vel nolit aliũ
97 ſubſtituere, cogi poteſt: Quinimo † S. Tho. in 4.ſenten.diſtin.17.q.3. art.3. quæſtiũcula 4.quẽ refert Azpil.cõſ.19.n.6.tit.d pœni.& remiſsio.docet, peccare parochũ, qui licẽtiã cõfitẽdi alieno Sacerdoti parochianis negat.

98 Licentia † autẽ expræſſa eſſe debet, quę a parocho datur, nam tacita non ſufficeret, ſic ſcribit Meno.de arbi.iudi.quæſtio.caſu 453. num.13.14. idem Meno.conſ.398.num.15. lib. 4. quo loci teſtatur ſic congregationem Concilij declaraſſe fuſe Sanch.de matrimo.
99 lib.3.diſpu.35.nu.1.& 2. pręcedere † quoq. licentia debet, neq. ſi poſt actum peteretur prodeſſet l. ſi quis mihi bona. §. iuſſum de acquir.hæredi.authen.licentia C.de Epiſco. & cleri.nam, quæ de ſubſtãtia ſunt in eodem actu interuenire debent, dixi ſupra verſic. Prima ipſaq. verior cum ſequen. Et hanc ante me opinionem docuit Salzed. d. cap. 73. verſi.Decimo tertio, quę mihi veriſſima videtur. Nam eodem cap.1. manifeſtẽ probatur, verbis illis; *qui aliter quam præſente parocho, vel alio Sacerdote de ipſius parochi licentia*: licentiam his verbis præcedere iubet; enim ſi ſequeretur non in parochi præſentia, vel Sacerdotis ab eo ſubſtituti factum diceretur, niſi fictione quadam, quę omnino illis verbis excluſa eſt.l.coram Titio. de verbo.ſignifi. præterea & conſilium ſimultaneum eſſe voluit parochi, & teſtium concurſum, ſic ſi poſt celebratum matrimonium licentia ſequeretur non factum matrimonium coram parocho nec Sacerdoti illius loco dici poſſet.

100 Sed † an hæc licentia verbalis ſufficiat, an in ſcriptis eſſe debeat dubitari poteſt: in qua hæſitatione Azpilcuet. conſ.41.tit.de ſponſa. à num.1.multis argumentis probat, verbalem ſufficere: his præcipue; quod omnis actus verbo conſici poſsit, niſi lex expreſſim ſcripturam requirat, iuxta glo.ab omnibus receptam in cap.de cenſi.in 6. Secundo, quia ſcriptura regulariter non requiritur, niſi tantum ad faciliorem probationem, non ad actus ſubſtantiam l.contrahitur ff.de pigno.addit ille ibi, duo vel tria ſimilia notiſsima. Ego in eiuſdẽ ſententiã, adeo, quoniã ſi Conciliũ voluiſſet in ſcriptis licentiã, id expræſſiſſet.l.vni.§.fin autẽ C.de cadu.tollen.c. inter corporalia de tranſ.prælato.cap.ad audientiam de deci.quemadmodum, & id fecit in alijs caſibus in cap. 5. ſeſſio.25. & cap. 1. de reforma.ſeſſio.23. vnde cum id omiſerit verbalem licentiam ſufficere iudicãdũ eſt, & tenuit nouiſsime poſt hæc ſcripta Sanch. de matri.lib.3.diſput.35.num.10.

101 Opportune † nunc alterã adnectam quæſtionem nouã circa illius capitis primi de reſor.matri.intellectũ: an data licentia a proprio parocho alicui Sacerdoti, ſi interim parochus moriatur, poſsit poſtea Sacerdos aſſiſtere matrimonio, & eos benedicere: Et videtur non poſſe, quoniam hæc licentia comparatur mandato, mandatum vero reintegra morte

Digitized by Google

morte mandantis expirat.l.mandatũ C.mã-
da.c.gratũ c.relatũ de offi.delega.conſequẽ-
ter Sacerdotẽ aſſiſtere non poſſe poſt paro-
102 chi mortẽ,videtur.Secũdo † hoc ipſum pro-
batur authoritate gloſæ in ca.à nobis primo
de ſenten.excõmuni.quę cenſuit,excõmuni-
cationẽ aduerſus eos latam,qui furtum com-
mittũt,expirare morte excõmunicãtis. Ter-
103 tio † ſuadetur, quia licentia alicui de nõ re-
ſidendo conceſſa, expirat morte cõcedentis
glo.in c.penul. quã inibi ſcriptores cõmẽdãt
104 de cleri.non reſidenti. Quarto † accedit ſin-
gularis traditio.Cardin.in Clemen. dudũ §.
deinde de ſepul. nota.5.exiſtimãtis licentiã
ab Epiſcopo datã fratribus prædicatoribus,
vel minoribus,vſq.ad beneplacitũ ſedis ſuę,
morte illius expirare ca.ſi gratioſe de res.in
6.& argu.tex.in l.ſi.ff.de pœn. qua cautũ in-
terdictũ alicui factum de non exercenda arte
ſua,morte illius,vel depoſitione officij expi-
105 rare. Quinto † in ſuperioribus terminis de
licentia confitendi alieno Sacerdoti,expreſ-
ſim docet Panor.in c.ſi.ex.de offi.deleg. idẽ
Panor.in ca. à nobis de ſenten.excõmu.in 1.
vbi Felj.nu.8.qui tamẽ nihil decidit,qui ibi
& Imol.eandem cum Panor.ſequi ſententiã
teſtatur in Clementi.1.de ſepul. D. Antoni.
in 3.par.Sum.tit.17.ca.19. Syluest.in verbo
confeſſor.1.q.7.Maria.Soci.& ſi in caſu ali-
qualiter diuerſo in conſ. 89. lib. 1. num.34.
Dida,in cap.cum in officijs num. 8. de teſta.
Pela.trac.de maiora.Hiſpa.par.4.q.10.n.9.
106 Contrariam † ſententiam veriorem eſſe
credo ex his quę ſubijciam:Primo,quia licet
mandatũ vt ſupra dixi morte mandãtis regu
107 lariter expiret,gratia † tamẽ facta alicui mi-
nime,c.ſi cui de preben.in 6.c.ſi ſuper gratia
108 de offi. delega.in 6. Secundo † quia gloſ. in
Clemen.dudum §.ſtatuimus de ſepultu. do-
cet expreſsim licentiam conceſſam aliquib'
fratribus, non expirare morte concedentis.
109 Tertio † eandem iuuat ſententiam glo. in c.
cum ex eo de electio.in 6.verbo ſeptenium,
quam dixit ſingularem Roma. ſingula. 517.
docuit diſpenſationem ab Epiſcopo conceſ-
ſam parocho ad ſeptennium , vt poſsit inte-
rim ſtudere,nedum nõ expirare morte Epiſ-
copi,ſed nec poſſe reuocari iuxta diſpoſitio-
nem tex.in extraua.inter cunctas §. duos de
priuile. quem tex.dixit ad id ſingularem , &
paucis notũ Azpil.in c.placuit n.35.de pœni
110 ten.diſtin.6. Quarto † facultas ab Epiſcopo
cõceſſa ordines accipiẽdi à quocũq. Epiſco-
po catholico,nõ expirat morte Epiſcopi cõ-
cedentis Cardi. in Clemen.fina. quæſt.5.de
111 electio. quemadmodum † nec licentia con-
ceſſa alicui de celebrando miſſam in domo
ſua,iuxta deciſionem Rotæ 86.de res.in no-
uiſ. ſic Innocen. in cap. quod translationem
112 de officio delega. Scribit † indulgẽtias à le-
gato conceſſas illius morte non expirare:
atq. ſic in prædictis, & ſimilibus noſtro caſi-
bus tenuere multi. Arcbidia. Ioan. Andre.
Anton.de Butr.Cardi.& alij,quos ſequi vi-
detur Felin.in d.cap. à nobis num.8. aduer-
ſus Panorm. & Imol.de ſenten.excommuni.
quos etiam ſequitur & probat Alexan.conſ.
107.num.4.lib.7.Deci.conſ.407.nu.17.Re-
buf.in praxi.tit.de form.dimiſ.num.39.vſq.
ad num. 43. Vincen. de Fran. deciſ. 405. à
num.1. 2.par. & dixere communem multis
relatis Hiſpani. Molin. tractat.de primoge.
Hiſpa.4.part.quęſt.10.num.8.9.Azpil.in d.
can.placuit num.161.de pœniten.diſtinct.6.
vbi contrarijs reſpondet idem Azpil. conſ.
1.num.1.tit. de tempo. ordinan. idem fuſe
in Apolo. de redditibus Eccleſiaſticis quęſt.
3.monitio.8.num.1. Dida. Perez in l.6.titu.
12.lib.5.Sarmien. in tracta. de redditi. Ec-
cleſiaſt. 4.part. cap.3. num.2. Gutier.lib.2.
practica.qq.quæſt.74.& 75. Ex quibus con-
ſtat parochi licentiam Sacerdoti conceſſam
non expirare illius morte. vnde nec contra-
ria ſupra adducta obſtant:quoniam gloſæ,&
Panorm.traditio communiter reprobatur vt
teſtatur Felin.in d.cap. à nobis.Azpil.& cæ-
teri ſupra relati.
113 Nihil † igitur ſine parochi fieri,aut alio de
illius licentia Sacerdote poſſe ſtatuit S.Con-
ciliũ: cuius parochi pręſentiam in matrimo-
114 nio adeſſe voluit,præſentia † autẽ ad corpus
refertur, & ſi quandoque ob ſenſus inopiam
ſeu deffectionem,lex præſentes abeſſe dixe-
rit in l.fina.vbi Alciat.pulchre de verbo.ſig-
115 ni.vnde † ſiue ſeductus parochus fuerit , vel
caſu repertus,vel inuitus adductus, hoc ſuffi-
cit,licet vbi de conſenſu præſtando per con-
trahentes ageretur ſecus foret ; vt Alciat.
Rebuf.& alij in d.l. fina. docent reſoluit be-
ne Sanch.de matrimo.lib.3.diſput.39.nu.9.
Et ſic à Sacra Cardinalium congregatione
fuit declaratum,in hæc ipſa verba. *Dummo-
do parochus adhibitus à contrahentibus , ſit
præſens , & intelligat quod agitur* : hæc ver-
116 ba: quæ † aptiſsima ſunt,nam qui non intel-
117 ligit , nec præſens dici poteſt d. l. fina. Et †
pręſentia intellectum , & ſcientiam includit
l. teſtium C.de teſti. Alciat. in l. 2. §.volun-
tatem ſolut. matrimo. num. 9. 10. Sanch.
de matrimo. lib.3. diſputatio. 40. vbi fuſe.
118 Nec † ob aliam cauſam Concilium parochi
præſentiam voluit, quam vt author quidam
inſignis ſuarum paſtor ouium , ne quidquam
male fieret intereſſet matrimonijs , eadem-
que authoritatem præſtaret, ideo illius pre-
ſentia quouismodo cõtingat ſufficit l. coram
Titio de verbo. ſignifica. fuſe Tiraq.in leg.
connubia.glo.7.num.31. Rurſus parí iure in

eo cap. 1. incedunt parochi,& teſtium præ-
119 ſentia, at † teſtium caſu venientium in quolibet actu præſentia ſufficit, & ſi vocati non ſint. Bal. in l. teſtiũ n.6. C. de teſti. Bart. in l. Diuus Traianus de milita. teſtam. Angel. in §. plane inſt. eod. tit. quæ cõmunis, & vera traditio eſt in omni actu,& negotio excepto teſtamẽto l. fina. in verbis illis, *Fortuito in omni alia voluntate excepto teſtamento, &c.* C. de codicil. vbi gloſ. Iaſ. in l. hac conſultiſſima §. ex imperfecto num.6. C. de teſtam. & in authen. nouiſſima num.17. C. de inoff. teſtam. Guid. Pap. deciſ. 538. num.2. receptam Clarus in §. teſtamentum quæſtio.6. num.3. Mencha. de ſucceſsi. creatio. li.2. §.13. n.62. Manti. de coniect. vltim. volunta. lib.1. tit.6. nu.3. conſequenter, & parochi fortuita præſentia ſufficiet: Et ſic poſt hæc ſcripta vidi conſuluiſſe egregie Azpilcuet. conſ. 20. ſub titulo de ſponſa. à numer. 1. & ſequent. & Sanch. de matrimo. lib.3. diſputa. 39. num. 8. & 9.

120 Salua tamen † vt in omnibus ſanctæ ſedis authoritate, & ſacræ congregationis declaratione, intelligerem altero in caſu parochi præſentiam non ſufficere, nedum vbi non intelligeret, ſed & vbi non videret quid ageretur: vt quia cõtrahentes matrimonium atergo eſſent alicuius parietis, vel vbi parochus infirmitate, vel alio caſu cœcus effectus eſſet, & non videret: rationem eam eſſe conijcio, quoniam Cõcilium præſentiam parochi voluit, vt ea tot mala, & ſcandala, quę Indies oriebantur ex clandeſtinis matrimonijs, ceſſarent, vt ex d. cap. cõſtat; vbi vero parochus præſens eſſet & non videret multæ fraudes, mala etiam innumera poſſent contingere, quoniam facile nõ videntes decipi poſſunt: ideo cum ratio ſacri decreti ceſſet, ceſſare illius diſpoſitio debet. argu. l.4. §. toties cũ
121 vulgatis de dam. infec. Atq; † ideo licet cæcus retineat dignitatem l. qui furore de ſta. homi. l. cæcus ff. de iudi. licet etiam poſſit teſtificari de his, quæ ante cæcitatem vidit, vbi
122 notas contrahentium voces habet; in his † autem in quibus facile decipi poſſet, non integer teſtis eſt; quo in caſu multum iudicis arbitrio tribuendum eſt, quemadmodum ſcribit Albe. de Merle. tract. de teſtib. ca.5. num.35.36.

123 Vnde † inuentario, & teſtamentis, quia de maximo agitur præiudicio, & decipi facile poſſunt, ceci teſtes eſſe nequeunt Salicet. in §. teſtium C. de teſti. ex tex. & gloſ. quæ de inuentario loquatur, in §. ſi vero abſint, in authen. de hære. & falci. verbo vidiſſe l. ſi nõ ſpeciali, quę de teſtamẽto agit C. de teſtam. vbi Bal. Angel. Sali. & cęteri omnes late Anfred. tract. de teſti. num.16.

124 Idem † exiſtimarem, & in alio caſu, vbi parochus furioſus eſſet: nam his pro abſente reputatur l.1. §. furioſus de acqui. poſſeſſ. niſi dilucida haberet interualla, & matrimonio aſſiſteret tempore ſanę mentis l. qui teſtamento §. eum qui vbi gloſ. & cęteri C. de teſtam.

125 Neq; † ſolam videtur ſacrum decretum præſentiam parochi exquirere, nam & contrahentibus dicere verba in d. cap. ſcripta debet; *Ego vos cõiugo in nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti*; ſed aliud fuit à ſacra cõgregatione declaratum; quod & ſi ea prętermiſerit matrimonium ſuſtinetur; quoniã non ad ſubſtantiam pertinet, quæ in ſola parochi & teſtium præſentia conſiſtit: Declaratio manu-ſcripta vulgò circumfertur, & eã refert ad longum Salzed. ad Diaz de Luco: in pract. cano. d. cap.73. refert Vival. in Cãde. Aure. titu. de matrimo. nu.18. & nu.39. Quid autem ſi parochus intereſſendo matrimonio poſt mutuum cõtrahentium conſenſum dixerit, *poſt viginti dies, vel bine ad vnũ, aut duos menſes vos coniungam*; an ſit matrimonium. Azpilcuet. conſuluit pro matrimonio conſ.54. ſub. tit. de ſponſa. qui nihil allegat: ſed illius placet opinio, nam refert eã verba, quæ in d. cap. 1. ſcripta ſunt, *Ego vos coniugo in nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti*; non ideſt de ſubſtantia matrimonij vt nũc dixi, vnde prolata licet eo modo, quo non debent, non irritant matrimonium. Rationis ratio eſt, quia non debet plus operari expreſsio quam taciturnitas, dixi hoc libro differen.10. verſi. Declara communem traditionem vt procedat, &c. Sed ſi parochus nihil diceret valeret matrimonium, quoniã ſola præſentia illius eſt de ſubſtantia, igitur expreſsio male ordinata illorum verborum matrimonium nequit irritare.

126 Quod † ſi Sacerdos aliquis parochi nomine matrimonio intereſſet, nulla ab eo petita licentia, & factum poſt parochus ratificaret, an valeat matrimonium dubitari poteſt: Exiſtimo ſalua ſacræ congregationis authoritate nullum eſſe matrimonium: nam & ſi regulariter ratihabitio retrotrahatur & mandato comparetur regu. ratihabitionem cũ vul-
127 ga. de regu. iur. tamen † vbi lex vel ſtatutum præſentiam requirit corpoream, ratihabitio ſequens non ſufficit ad actum validandum quemadmodum ex Angel. Felin. & Corra. ſcribit Tiraquel. de legi. connubia. gloſ.6. num.31.

128 Nunc † alia quæſtio exutienda eſt, nam cum Conſilium d. cap. 1. dixerit, præſentiam parochi neceſſariam eſſe, vel quod alteri Sacerdoti licentiam concedat, dubitari poteſt, an ſi parochus Sacerdos non ſit, matrimonijs autho-

Digitized by Google

anthorandis intereſſe poſſit: Et quidem vi-
deretur non poſſe,nam cum dictum decretú
de parocho,vel alio Sacerdote loquatur, Et
vna orationis pars de Sacerdote verba fa-
ciat, conſequenter altera de Sacerdore erit
interpretanda; quia vna pars alternatiuæ al-
teram declarat l. 1. de reb. dubi. ſicuti con-
uerſo, vna pars copulatiuæ interpretatur
aliam Socin.in d.l.1. num.1. idem Socin. in
ſingulari caſu.conſ.13.num. 8. lib.3.Corn.
conſ. 96. lib. 1. & alij quos citat nouiſſime
Surd.deciſ.224.num.8.verſi.Secundo quod
129 Tamen † quia relatiuum, alius,alia,alium,
repetit tacite ſimilem qualitatem in relata
l.ſi fugitiui C. de ſer.fugi.Panormita.in cap.
ſedes de reſcrip. Afflict. deciſ.204. num.1.
Curti.iuni.conſ.38.num.1. Natta.conſ.298.
num.1.Cepha.conſ.66. Cachera.deciſ.156.
num. 7. & cum Cōcilium de Sacerdotij qua-
litate loquatur,de eadē intelligete in priori
parte cenſetur.

Contraria ſententia verior eſt,& eam cō-
ſulēdo multis argumentis ornat Azpil. cōſ.
30. à n.1.tit.de ſpōſa.præcipue trib⁹ moue-
130 tur rationibus,& ſi ſeptem adducat: Prima †
ſumitur ex vi verbi parochus, qui iuxta verá
interpretationem,is proprie dicitur,qui ne-
ceſſaria ad victum,& vitam ſubminiſtrat, ci-
tat Budeum in adnota.ad l.fina.ff.de mune.
& hono.dixi ego fuſe Explora. iur.lib. 1.ca.
24. Parochus autem & ſi is ſacris non ſit or-
dinibus initiatus hæc miniſtrat neceſſaria vi-
tæ ſpirituali, ſi non per ſe,ſaltim per alium.
131 Secundo † quia & is licet non ſacris initia-
tus,dicitur habere curam animarum actu,ca.
licet canon.cap. cum ex eo,cap.commiſſa de
electio.in 6.quibus deciditur eum,cui paro-
chialis Eccleſia collata eſt, teneri intra annū
ordines ſacros ſumere,& idem apud Conci-
lium Tridentinum in cap.8.ſeſsio.22.de re-
forma.cuius ille non meminit:interim igitur
132 veri dicuntur parochi. Tertio † (quæ ſanè
concludit ratio) quoniam non eſt veriſimile
voluiſſe Sacrum Concilium tollere proprio
parocho facultatem exhibendi corporalem
præſentiam in matrimonio, qui alioquin ac-
tus cum non requirat Sacerdotium, cogere-
tur parochus, qui ſine eo officium poteſt in-
iunctum adimplere, alteri quia Sacerdoti,
munus intereſſendi delegare,qui non talem,
nec tantam vt parochus habeat authoritatē,
quod tamen indecens videretur: His atq. tri-
bus alijs rationibus Azpilcuet. d. conſil. ſic
vere reſpōdit. Et nouiſſime cōfirmat Sanch.
de matrimo.lib.3.diſputa.20. a num.1. cum
ſequent.

133 Ex his † recte ſequitur,parochum qui ali-
cui non Sacerdoti licentiam hāc intereſſen-
di matrimonio conceſsit, licet tempore pe-
ſtis,belli, vel altera ſimili oppreſſum anguſ-
tia,& male agere; & matrimonium,vti con-
tra formam Sacri Cōcilij, nullum eſſet,nam
& ſi non Sacerdos parochus, Sacerdoti hoc
poſsit delegare vt in d.cap. 1. & modo dixi,
non tamen poteſt parochus non Sacerdoti
contra formam Concilij delegare, a qua re-
cēdi nequit,reſpondit idem Azpil. conſ.45.
à num.1.tit.de ſponſa.

134 Vbi † autem Epiſcopus parocho interdi-
ceret ne in aliquo intercederet matrimonio,
& parochus Epiſcopi iuſſa ſpernens intereſ-
ſet,validum efficeret matrimonium: ſic de-
clarauit ſacra illuſtriſsimorum congregatio
his verbis: *Congregatio Concilij reſpondit va-
lere matrimonium contractum coram parocho,
cui interdictum eſt ab Epiſcopo ne interueniat:*
hæc verba:& recte quidem quoniā etſi Epiſ-
copo ſubditus ſit parochus, & Epiſcopi re-
nuntibus parochis aliquorum poſsint ſibi
reſeruare abſolutionem peccatorum, quia
tamen in hac ſpecie Concilium parocho in-
iunxit vt matrimonijs interueniant, eadēq.
ſua præſentia authorent, poterit parochus
huic intereſſe Sacramento, verumq. efficit
matrimonium; cum intereſſendi facultatem
à Concilio,cui Epiſcopi ſubijciuntur, paro-
chi habeant; & inferior ſuperioris nequeat
legem tollere cap. cum inferior cum ſimili-
bus de maio.& obedi.quemadmodū ſi Epiſ-
copus clerico præciperet ne miſſam cele-
bret, aut parocho Sacramentorum ad tem-
pus adminiſtrationem interdiceret, nam ſi
celebrarent,aut baptizarent parochi,verum
Sacramentum conficerent,vt paſsim Theo-
135 logi, & Canoniſtę docent: Negari † tamen
nequit quin his caſib⁹ puniri propter inobe-
dientiam parochi poſſent, poſsitq. Epiſco-
pus ex cauſa parocho præcipere ne matri-
monio inter aliquos celebrando adſit.

136 Proxima † ſuperioribus altera quęſtio eſt,
an poſsit contrahi matrimonium in aliena
parochia,coram proprio contrahentium pa-
rocho: Nam Segu.in directo iud. Eccleſiaſt.
2.par.cap.15. num.49. ſcribit non eſſe ma-
trimonium. Salzed.vero d.cap.73. in verſic.
Pręmittendum contrariam tuetur ſententiā
multis argumentis: quo non relato ſequitur
eiſdem argumentis eandem Spin.tracta. de
teſta.glo.15.nu.41.42. Mouetur primo quia
adeſt conſenſus ſimultaneus inter contrahē-
tes,& parochi quoq. præſentia adhibita eſt,
conſequenter ſatisfactum videtur Concilio:
137 Secundo,† quia hic actus ad voluntariā per-
tinere iuriſdictionem videtur,& conſequen-
ter vbiq. etiam extra territorium exerceri
poteſt, nedum ab Epiſcopo ſed etiam ab il-
lius vicario,vt beneficia conferre,litteras di-
miſſorias concędere,& alia peragere quę iu-
riſdictionem

riſdictionem voluntariam concernunt; quemadmodum poſt Iaſſ. Hippol. de Marſil. & alios in l.fina.de iuriſdict.omni. Iudi. reſoluit Dida.li.3.varia.reſolu.ca.20.n.7. Sanch. de matrimo.li.3.diſpu.19.a nu.7.

138 Tertio,ſolius † confeſſionis ſacramentalis iudices eſſe poſſunt ordinarij & parochi, quemadmodum poſt vetera Eccleſiæ inſtituta ſanxit Concil. Trident.cap.7.ſeſſio.14.
139 Cùm tamen † hæc confeſſio, a proprio parocho extra parrochiam fieri poſſit, & teneat abſolutio,quia volũtariæ iuriſdictionis eſſe videtur,ſicut & ex noſtris in ſpecie confeſſionis,tenuerunt Iaſſ.nu.6.in d.l. fina. de iuris. omni. Iudi. poſt Hoſtienſem,& alios, quos citat ille, Capi. deciſio. 203.num.6.& Azpil.in ca.placuit de pœniten.diſtin.6. nu. 84.Contrariam vt dixi tenuit ante Salzed. Segu.vbi ſupra & tertius eandem amplectitur Azpil, in illius conſilijs nuper impreſſis cõſ.47.a nu.1.& 2.tit.de ſponſa.qui nedum
140 exiſtimat fieri hoc nõ poſſe, Sed † nec quod fortius eſt poſſe parochum vel ordinarium concedere licentiã ſuis parochianis ad contrahẽdum matrimoniũ extra diocœſim vel ſuam parochiã reſpectiue. Primo quia præſentia propia parochi extra parochiam propiam non ſuficit,quãto minus licentia eiuſdem.id cõprobat ex verbis d.cap.1.*de ipſius parochi,vel ordinarij licẽtia,&c.*quæ de propia in propia loqui vidẽtur parochia,&ideo non cenſetur ſatisfactum conſilio,vbi id cõtingit in aliena: Addit ille,idem eſſe in licẽtia, vt ſcilicet licentiati eſſe debeant intra
141 diocœſim vel parochiã ſuam.Secundo † quia ordinari' extra ſuam diocœſim, & parochus extra propiam parochiam,cenſentur priuatę perſonæ l. 3. ibi glo. de offi. præſi.l.fina.de iuriſdi.omni.Iudi.argu.l.1.2.3.C.ſi a nõ cõ-
142 petenti iudi.. Tertio † denuntiationes trib' continuis diebus feſtiuis debent fieri in parochia in qua matrimonium eſt contrahẽdũ ca.fina.de clandeſ.deſponſa.d.ca.1. Et tunc ordinarius,vel paroch' poſſent alterius adire diocœſim, vel parochiam, ad exhibẽdam præſentiam, & intereſſendum matrimonio, quod aduerſari videtur mẽti ſacri Concilij; quia ideo præſentiam adeſſe voluit, vt cum maiori matrimonium authoritate, & publicitate contraheretur;quæ ceſſat quoties pręſentia exhibetur extra diocœſim, vel parochiam;& ſic extra territorium; cum ibi priuatæ non publicæ ſint perſonæ eandem ſequitur Sanch.de matrimo.li.3.diſpu.19.nu. 10.& ſequen.

Neq. obiectiones Salzed.quidquã faciũt; nam etſi,ſimultaneus adſit conſenſus,& præſentia parochi,non tamẽ conſenſus nec pręſentia datur niſi in propria parochia, & a propio parocho,iuxta Concilium,cum ſit in aliena priuata perſona. Nec etiam facit ſimile de confeſſione, quoniam diſſimilis eſt ratio confeſsionis,& ſacramẽti matrimonij iuxta noue ſtatuta a dicto Concilio; quia in confeſsione non requiritur propij parochi præſentia,ideo per alium,& in aliena parochia de volũtate ordinarij fieri poteſt: Eodẽ modo reſpõdetur ad alteram obiectionem, quod licet actus voluntarię iuriſdictionis extra territorium fieri poſsint,ſecus in matrimonio,quod niſi a propio, & in propia parochia fieri eo præſenti poteſt. Rurſus vt rectè animaduertit,Azpil.d. conſ. licet fateamur poſſe Epiſcopum, vel parochum extra diocœſim, vel parochiam cõcedere licentiã alicui ſacerdoti ad intereſſendum matrimonio non tamen exequutionem huius rei mãdare poteſt vt extra diocœſim, vel paroch'; vt extra ſuam fiat parochiam ad ea quæ glo. in d.l.præſes de offi.præſi.

143 Et quidem † ſi parochus malitioſe aſiſtere alicuius parochiam matrimonio nõ valet, illudq. impediret,grauiter eſſet puniendus, iuxta Lateranenſis Concilij ſtatutum ca. cũ inhibitio.§.fin. vbi glo. verbo malitioſe, &
144 cæteri de clandeſ.deſpon. Quinimo † & laicus impediens iuſtis poſſet pœnis plecti. Ioan. And.Panor.& Præpo.in d.§.fina.Salze. vbi ſupra verſi.Decimo ſexto.
145 Neq. † Epiſcopus diſpẽſare poſſet vt ſine parocho, vel teſtibus matrimonium fieret, quia conſtitutio conciliaris eſt,quam Epiſcopi tollere,vel ſuper ea diſpenſare non poſſunt,Salzed.ſupra latè Dida.in Epito.ad 4. par.2.ca.6.§.10.num.11.12.Gutier.li.1.ca-
146 noni.quæſti.ca.5.nu.10. Neq. † etiam diſpenſare poſſet in pœna ſuſpenſionis d. ca.1. inflicta aduerſus eos, qui alterius parochiæ contrahentes benedixerint,aut eorum matrimonio interfuerint, cum in pœnam data ſit glo.in ca.cupiẽtes §.cœterum, verbo ſuſpenſos de electio. Dida. d.§.10. nu.13.14. Azpil.in Manual.Confeſſo.ca.27.nu.39.Gutier.d.c.5.nu.10.& antea,poſt veteres canoniſtas num.4.
147 Aduertendum † pœnam illam ſuſpenſionis impoſitam veteri iure in d. ca. cum inhibitio,aduerſus parochos qui clandeſtinis intereſſebant coniugijs, ab hoc ſacro Concil. Trident.ſublatã fuiſſe,dum arbitrarijs pœnis parochum voluit poſſe puniri per ordinarium,quemadmodũ nouiſsime exiſtimauit Matien.in li.5.ordina.tit.1.l.1.gloſ.7.n. 2.vetius enim docuit Salze.vbi ſup. additio. 6.verſi.octauo non eſt obliuioni, &c. poſſe ordinarium præter illam triennij pœnã parochum arbitrarijs pœnis coercere: Quatuor
148 mouetur rationibus quas nõ refero. † Addi-

detim

derim tamen me cum eo ſentire, hac præter
eum ratione, quoniã pœna a lege noua im-
poſita, veterem alijs legibus impoſitam ſuſ-
tuliſſe non videtur, vbi vtraq. pœna ſuſtineri
poteſt. ſic Barto. in l. 1. nu. 1. ff. vi bono rap-
to. cuius traditionem dixit communem poſt
relatos multos Clar. in pract. crimi. §. fina.
quęſtio. 85. nu. 5. vbi & Baiardus ad eum: idẽ
repetit laté Meno. de recupe. poſſeſſ. rem. 9.
quæſ. 51. & pulchré qui regulam ponit, quod
nunquam per legem nouam, pœnam impo-
nentem, ſublata cenſeatur pœna a lege anti-
qua impoſita, cũ decẽ limitationibus Afflic.
in conſt. Sicil. conſti. Pactarenorum a nu. 28.
& licet idẽ Clar. alteram in practica obſer-
uari affirmet; tamẽ quo ad noſtrum pertinet
caſum dubitandum non eſt; quoniam & in d.
ca. cum inhibitio §. fina. nedum triennij pœ-
na taxatiue impoſita eſt, ſed grauiorib⁹ etiã
pœnis arbitrio ordinarij parochum puniri
poſſe ſtatuit.
149 Sed † & pœna ſuſpentionis ab eo ca. 1. d.
Concilij impoſita aduerſus parochos vel ſa-
cerdotes, qui alterius parochiæ parochianos
benedixerint, vel eorum matrimonijs inter-
fuerint, non obſtante quouis priuilegio, vel
etiam conſuetudine immemoriali, nedum
ad officium, ſed & ad beneficium extẽdi po-
teſt; quoniam in grauibus id regulare eſt glo.
in clemen. cupientes in glo. magna de pœn.
glo. in ca. latores de cleri. exco. miniſ. glo. fi.
in ca. paſtoralis, vbi cæteri de appella. Anto.
Cuch. in inſtitu. cano. tit. 8. verſi. Parochialis
autem, Dida. in Epit. ad 4. 2. par. ca. 6. n. 13.
Viual. in Cande. Aure. tit. de ſuſpen. nu. 156.
Perez in l. 1. verſi. eſt etiam alia pœna tit. 1.
150 li. 5. ordina. Eſtq. † pœna hæc ſuſpenſionis
ipſo iure impoſita; quia per verba loquitur
præſentis temporis concilium, ibi, *tamdiu
ſuſpenſus maneat*, glo. in l. ſi quis maior, ver-
bo notatur vbi Barto. Bal. Caſt. Alex. Rom.
Iaſſ. C. de tranſ. glo. in l. ſi quis in tantum C.
vnd. vi Tiraq. pro omnibus in l. ſi vnquam
verbo reuertatur a nu. 1. cum ſequen. C. de
reuo. donatio. & ſi ſecus foret, vbi verba fu-
turi temporis forent, quia non latæ ſed ferẽ-
dę ſentẽtiæ canon eſſet glo. in l. in criminali
verbo habeatur C. de iuris. om. Iudi. Feli. in
ca. Rodolphus n. 24. de reſcrip. Gig. de pen-
tio. quæſt. 78. Perez in d. l. 1. verſi. circa præ-
miſſa Dida. Couar. in Epito. ad 4. 2. par. ca.
6. num. 13.
151 Enimvero † concilium d. ca. 1. antiquas
conſuetudines laudabiles, quæ in contrahẽ-
dis matrimonijs obſeruari ſolitæ ſunt, non
tollit, vt ex verbis illis conſtat. *ſi quæ prouin-
tiæ, &c.* laudabiles conſuetudines eas eſſe
intellexerunt, qui huius meminerunt decreti
interpretes, eas, quę canonicis decretis non
aduerſantur: placet interpretatio, quam etſi
multis, & innumeris poſſem comprobare, nõ
aliunde tamen eas excipiam, quam ab eodẽ
152 Cõcilio Triden. † Quoniam receptius apud
nos eſt, quæ iuris ſunt communis a iure prius
153 communi interpretanda: † quæ ab ſtatutis
ſanciuntur, ab eiſdem prius ſtatutis, quam a
154 iure communi. Quæ † a conſuetudine, ab al-
tera eiuſdem loci conſuetudine Ancharra.
conſ. 92. & conſ. 423. Deci. conſi. 65. Alcia.
in l. 1. verbo ſubſtituit num. 18. 19. de verbo.
obliga. Clar. §. teſtamentum quæſt. 76. n. 14.
Et lex vna alteram. Math. tract. de nume. te-
155 ſti. cap. 11. n. 43. Vnde † regulare eſt, obſer-
uatumq. ſepius in Tridentino Concilio vi-
deo, laudabiles conſuetudines, vel ſtatuta
nuſquam ſublata cenſeri in cap. 6. ſeſsio. 25.
de reforma. vbi ſic. *Hæc autem omnia & ſin-
gula in his eccleſijs locum non habent, in qui-
bus Epiſcopi, aut eorum vicarij ex conſtitutio-
nibus, vel priuilegijs, aut conſuetudinibus, ſiue
concordijs, ſeu quouis alio iure maiorem habent
poteſtatem, authoritatem, & iuriſdictionẽ, quã
præſenti decreto ſit cõpræhenſum; quibus ſan-
cta ſynodus derogare non intendit:* in cap. 12.
ſeſsio. 24. de refor. ad medium, illis verbis:
*vbi vero conſuetudo laudabilior habet, vt plu-
res vel omnes ſint præsbiteri, omnino obſerue-
tur:* Et paulo poſt verbis illis: *Saluis nihilo-
minus earum eccleſiarum conſtitutionibus, quæ
longius ſeruitij tempus requirunt*, Eſt & alius
inſignis ad hoc inſtitutum eiuſdem Concilij
locus in ca. 1. de reforma. ſeſsio. 22. in verſi.
*Statuit ſancta ſynodus vt quæ alias a ſummis
Pontificibus, & ſacris concilijs, de clericorum
vita, honeſtate, cultu, doctrinaq. retinenda, ac
ſimul de luxu, comeſſationibus, choreis, aleis, lu-
ſibus, ac quibuſcunq. criminibus, nec non ſecu-
laribus negotijs fugiendis, copioſe, & ſalubri-
ter ſancita fuerint, eadem in poſterum eiſdem
pœnis, vel maioribus arbitrio ordinarij impo-
nendis obſeruentur.*
156 Sed † non me præterit quandoq. laudabi-
lem dici poſſe conſuetudinem, quę iuri com-
muni aduerſatur, cum ex temporum muta-
tione mutari quoq. ſępius & ſtatuta, & con-
ſuetudines etiam iuri cõtrarias expediat ca.
fina. de conſi. & affi. quæ non ideo quia cõtra
ius ſint, iuſta tamen ratione inductæ irratio-
nabiles, vel nõ laudabiles dici poterũt. Bar.
in l. 1. nu. 41. C. de ſum. Trinita. Panor. in ca.
2. n. 4. de probatio. Mencha. tract. de ſucceſ-
ſio. creatio. §. 2. nu. 7. & 20. eſt tex. in hoc ce-
lebris in ca. alma mater de ſen. exco. vbi Di-
da. adnotauit in 2. par. in principio nu. 2. &
qui fuſe poſt relatos ſuperiores Magdale.
tract. de num. teſti. ca. 22. nu. 38. ad medium
157 verſi. Et ceſſat motiuũ. His conſequens † eſt,
vt qui prætermiſſa forma Concilij Trident.
con-

contrahunt, eos dictum Concilium *ad ſic cõtrahendum inhabiles reddit:* non quod perpetuam prohibitionem ſi aliter fiat Conciliũ
158 ſtatuerit, ſed *ad ſic contrahendum tantũ*, † vnde & potuerunt poſt publice ſeruata forma
concilij contrahere. Meno. qui declarationẽ
refert ſacrę cõgregationis tract. de præſum.
li. 3. præſum. 1. nu. 102. latè Matien. in glo. 1.
rubri. tit. 1. li. 5. ordina. nu. 39. 40. 41. Salze.
Nauar. & alij ſupra.

159 Dubitari † etiam circa huius capitis primi Concilij Trident. intellectum ſolitum:
an ſicut clandeſtina fuere prohibita matrimonia, ſic & ſponſalia clandeſtina quia per
ſponſalia peruenitur ad matrimoniũ l. oratio de ſponſa. de hac quæſtione dixi Explor.
iur. li. 2. ca. 8. reſoluunt omnes tex. in d. ca. 1.
non habere locum in ſponſalibus clandeſtinis, agregat innumeros Sanch. de matrimo.
li. 1. diſputa. 12. a nu. 1. cum ſeq. multa alia
quæ ad eiuſdem decreti interpretationem
pertinent li. 1. huius tractatus dicta ſunt latius. Qui autem ſubſiſtente aliquo impedi-
160 mento † occulto publice iuxta formam ſacri
Concilij celebrarunt, etſi nullum fuerit matrimonium, eo ſublato, non cogentur denuo
eandem formam dicti Concilij obſeruare,
ſic recte & multis docet Sanch. de matrimo.
li. 2. diſp. 37. a nu. 1. vbi multas refert ſacræ
congregationis declarationes.

SVMMARIVM.

1 *Contrahendi libertas de iure naturali eſt.*
2 *Contrahere poſſunt omnes, qui expreſſe prohibiti non reperiuntur.*
3 *Contractus an inter patrem, & filium in poteſtate conſtitutum fieri poſſint.*
4 *Contractus emptionis inter Patrem, & filiũ an detur.*
5 *Filius cõtrahere poteſt cum patre in bonis caſtrenſibus vel quaſi.*
6 *Obligatio inter patrem, & filium conſiſtere poteſt in bonis caſtrenſibus, vel vbi adeſſet iuramentum.*
7 *Contractus inter duos fratres in poteſtate cõſtitutos in bonis caſtrenſibus celebrari poteſt, vel vbi interpoſitum eſſet iuramẽtum.*
8 *Contractus omnes inter conſanguineos, & affines celebrari poſſunt.*
9 *Matrimonium inter conſanguineos, & affines contrahi non poteſt.*

DIFFERENTIA. XII.

CONTRACTVS OMNES INTER conſanguineos, & affines fieri, matrimonium minime.

1 CONTRACTVVM † libertas
cum ſit de iure naturali vt dixi
hoc libro differentia ſeptima;
vix eſt vt tolli, vel infringi nullo
2 regũ impetio poſſit; atq. ideo †
pro regula obſeruatũ, poſſe contrahere omnes qui nõ expreſſim fuerint prohibiti. l. ſicut ab initio C. de actio. & obliga. vbi gloſ.
adnotauit, & poſt eam Bal. Salice. Ange. &
poſteriores Gomes li. reſolu. 2. ca. 1. in principio. Qui & ibidem regulam protendit ad
filiosfamilias, & ſeruos, declarando vt per
3 eundem ibidem: Omiſit † autem difficiliora
an ſcilicet inter patrem & filium; vel inter
duos fratres in poteſtate conſtitutos, fieri
poſſint contractus: qua in re ſciendum, iure
digeſtorum inter patrem & filium nullã potuiſſe obligationem conſtitui §. item inutilis
inſtit. de inuti. ſtipula. *Inutilis (ait Iuſtinianus) ſtipulatio eſt, ſi vel ab eo ſtipuleris, qui
tuo iuri ſubiectus eſt, vel ſi is à te ſtipuletur.
Quoniam ad contrahendam obligationem diſtinctio perſonarum requirtur* l. 2. de ſtipula.
ſeruo. quæ inter patrem & filium non reperitur, quia vna & eadem perſona cenſentur
l. ſi quis pro eo §. 1. de fideiuſ. d. §. item inutilis, in fine l. fina. C. de impube. & alijs ſub-
4 ſtitu. † Ex his ſequitur inter patrem & filiũ
emptionem conſiſtere non poſſe l. 2. C. de
contrahen. emptio. ſed nec vllum iudicium
l. lis nulla de iudi. l. ſi à me, illo eod. tit.
Cuiaci. li. obſerua. 9. ca. 13. Varoni. li. 1. declara. iur. ca. 9. & li. 4. ca. 37.
5 † Cæterum cum
hodierno iure filij capaces ſint boniorũ Caſtrenſium vel quaſi, & aduentitiorum quo ad
propietatem, l. cum oportet C. de bonis quę
libe. ita fiet, vt in his inter patrem, & filium
cõtractus poſsint celebrari, & obligatio cõſiſtere, quia diuerſa a patre reputatur perſona l. iubemus §. 1. C. ad S.C. Trebelli. cuius
tex. authoritate id docuit Barto. in l. frater
a fratre nu. 16. poſt glo. ibidem, de condi. indeb. qui cõmuniter recipitur, vt teſtatur Iaſ.
in eadem lege nu. 37. & in repetitione n. 28.
idem Barto. in l. 2. de con. emp. Bal. Salice.
& cæteri in d. l. cum oportet Bero. quæſt. 46.
nu. 8. Angui. conſ. 5. nu. 2. ſimiliter & eadem
ratione inter duos fratres etſi in poteſtate
conſtitutos in his bonis contractus poſſunt
celebrari Barto. in d. l. frater à fratre nu. 16.
& ſequent. quem ſequuti ſunt omnes ſupra
relati. Neq. caſus hic dubitationem cõtinet.
6 Id ipſum † vbi inter patrem, & filium in
7 poteſtate conſtitutum vel inter † duos fratres contractus medio iuramẽto celebraretur, valeret enim iuxta receptiſsimam ſententiam, quam relatis innumeris dixit communem Gutier. tracta. de iuramen. confirmato.
cap. 4. num. 4.

Quæ

8 Quæ † multo magis vindicant inter conſanguineos & affines, inter quos, omnes contractus, & de quibuſcunq. rebus iniri poſſunt; ex generali regula ſupra tradita, cum licitum ſit omnibus contrahere, niſi expreſſim fuerint vetiti.

9 Matrimonium † tamen inter patrem, & filias, conſanguineos, & affines, contrahi non poteſt. cap. non debet & toto titu. de conſan. & affini. fuſe; Dida. in Epito. ad 4. 2. par. cap. 6. §. 6. num. 1. cum multis §§. ſequent. vbi ſingula impedimẽta proſequitur, poſt Theologos, & Canoniſtas: & nouiſſime de impedimentis multa Caual. deciſ. 12. & deciſ. 18. 2. par. quæ vt notiſsima prætermitto.

SVMMARIVM.

1 Contractus ſunt de iure naturali.
2 Conuentionum tres ſunt ſpecies.
3 Conuentio publica qualis ſit.
4 Hoſti fides ſeruanda non eſt.
5 Fides legatis, & ambaciatoribus ſeruanda.
6 Hoſti fides de iure canonico ſeruanda eſt.
7 Matrimonium contrahere infideles dicuntur.
8 Matrimonium contrahere quatenus Sacramẽtum, infideles non dicuntur.
9 Sacramenta apud infideles nihil operantur.
10 Matrimonium cum hæreticis interdictum eſt.

DIFFERENTIA. XIII.

CONTRACTVS ET CVM INfidelibus celebrantur, matrimoniũ quatenus Sacramentum nullo iure.

1 CONTRACTVS † cum ſint de iure naturali ſiue cum fidelibus celebrentur, aut cum infidelibus, valent eo iure; ſed & de iure ciuili humano quoad vinculũ obligationis in caſibus licitis, & vbi à ſuperiore fiunt, vel etiam inferiore cum ſuperio-
2 ris facultate. Vnde † Vlpianus in l. conuentionum ff. de pact. conuentionum autem tres ſunt ſpecies; aut enim ex publica cauſa fiunt, aut ex priuata, aut legitima iurisgentium.
3 Publica † conuentio eſt, quæ fit per principẽ, aut quoties inter ſe Duces belli quædam paciſcuntur. Addit glo. ibi ſic de treugis, & inducijs iudicandum vt pacta earum cum hoſtibus ſeruanda ſint l. poſtliminium §. induciæ de cap. & poſtlimi. reuer. idem in amicitijs & fœderibus l. non dubito de cap. & poſtli.
4 reuer. Quare † quod dici ſolet hoſti fidem ſeruandam non eſſe, de priuatis perſonis intelligendum eſt non de publicis l. 1. §. non fuit vbi Bart. ff. de dolo. idem Barto. in l. 1. num. 1. vbi egregie declarat ff. ad legem Iul.
5 mageſ. qui † & ibi ſcribit, legatis, & ambaciatoribus fidem ſeruandam eſſe, quam infringere nullo modo liceat, docent & cæteri omnes in d. l. conuentionũ Marti. laud. tract. de confedera. princi. à num. 1. ſic & noſtris temporibus, non ſemel vidimus, inter Imperatorem & Principes Chriſtianos, cum Turcarum Rege, & alijs Eccleſiæ Romanæ
6 inimicis. Iure † autem canonico fides hoſtibus ſeruanda eſt. can. noli. ca. eſtimare 23. q. 1. can. innocens 22. q. 4. Azpil. conſ. 5. tit. de pact. num. 1.

7 Sanè † matrimonium contrahere & infideles ſecum dicuntur cap. ex parte in verbis,
8 *Apud fideles, & infideles* de tranſ. ex. id † autem quatenus matrimonium contractus eſt, ſecus vt Sacramentum, ex Theologis declarat Domi. de Soto in 4. diſtinct. 39. quæſt. vnica arti. 1. Dida. in Epito. 2. part. cap. 6. §. 10. à nu. 2. & 3. cum ſeq. Mozi. de contract. tit. de matrimo. §. qui poſſint contrahere nu. 15. Matien. in gloſ. rubri. tit. 1. lib. 5. ordinatio. num. 78. Magd. tract. de num. teſti. 3. par. cap. 3. num. 257. Vera Cru. in ſpecu. coniugi. 2. part. arti. 28. Gutier. lib. 1. cano. quæſtio.
9 cap. 17. num. 10. Qui ea † vtuntur ratione, quod inter infideles qui extra Eccleſiam ſunt Sacramentũ operari nequeat; declarat egregie Dida. 2. par. cap. vnico. num. 4. in Epito.
10 Vnde † nec licet etiam Chriſtianis Paganas, vel Gentiles, aut Iudęas vxores ducere cap. non oportet cap. caue. 28. quæſt. 1. Panor. Anton. Imo. Præpo. in cap. 1. de ſponſa. quamquam Dida. Couar. in Epitom. ad 4. 2. par. cap. 6. §. 11. num. 1. & ſequen. oſtendat hanc prohibitionem non eſſe de iure diuino, ſed poſitiuo: iuſte tamen inductam: qui illic num. 3. verſ. Ex his tamen, reſoluit quod licet matrimoniũ inter Chriſtianum, & hæreticam fieri non debeat, ſi tamen factum fuerit tenet; iuxta gloſ. in cap. cum oportet 28. q. 1. quam ibidem multis relatis communem dicit & Azpil. in conſ. 38. num. 1. tit. de ſponſa.

SVMMARIVM.

1 Conuentiones humanæ, contraria conuentione diſſoluuntur.
2 Obligatio verborũ contrario conſenſu tollitur.
3 Solemnitas requiſita in actus conſtitutione, eadem requiritur in diſſolutione.
4 Teſtes quot requiruntur in actus celebratione, totidem requiruntur in eiuſdem actus reuocatione.
5 Solemnitas, quæ requiritur in actu condendo, eadem in infringendo.
6 Teſtatoris ſola pœnitentia, non inuertit illius voluntatem.

Solem-

7 *Solemnitas requiſita in contractibus, eadẽ re-
quiritur in diſtractibus.*
8 *Matrimonium quatenus contractus, conſenſu
vtriuſq. coniugis diſſolui poteſt.*
9 *Matrimonium quatenus Sacramentum, de cõ-
muni etiam conſenſu coniugum diſſolũi non
poteſt.*
10 *Spiritualia facilius conſtruuntur quam deſ-
truantur.*

DIFFERENTIA. XIIII.

*MATRIMONIVM QVATENVS
contractus, mutuo coniugum conſenſu
diſſolui poteſt: vt Sacramẽtum nullo iu-
re licet.*

1 IN hoc † iure nihil vulgatum ma-
gis quam pacta contrarijs diſſol-
ui conuentionibus poſſe l.ſi vnus
§.pactus ne peteret ff.de pact.cũ
enim conſenſu pacta contrahan-
tur,contrario diſſoluuntur d.§.pactus. Nihil
tam naturale eſt quam eo modo quidquam
diſſolui, quam quo colligatum eſt l. nihil
tam naturale de reg.iur.ca.1. de reg.iur.ex.
2 Hinc † & verborum obligatio verbis diſſol-
uitur, & contrario tollitur conſenſu l. 1. C.
quãdo liceat ab emp.diſcede.l.prout quiſq.
de ſoluti.§.fina.inſti.quib.mo.tolli. obliga.
& actus reſolutio eiuſdem eſt naturæ cuius
conſtructio Cagno.in d.l.nihil tam naturale
3 Iaſſ.in l.omnium 5.nota.C.de teſta.Et † re-
gulæ locus eſt nedum in ſolemnitate legali,
ſed ſtatutaria,quæ enim in actus productio-
ne requiruntur, eadem in eiuſdem diſpoſi-
tionis reſolutione Bal. in l.fina.ad finem C.
4 de fideiuſ.is † ibi docuit quod ſi legatum ex
diſpoſitione ſtatuti probari debet duobus
teſtibus, eodem modo illius reuocatio, &
duobus teſtibus Deci.& Cagno.in d. l. nihil
tam naturale Hippo. de Marſil. ſingu. *669*.
vbi & ſcribit quod ſi teſtamentum ex forma
ſtatuti debet coram duobus teſtib' fieri,pa-
riter corã duobus debet reuocari ſic & de iu-
re communi quot teſtes ſunt in teſtamento
neceſſarij,totidem in eo reuocando glo.in l.
5 cum proponeretur de lega.2.Nam † regula-
riter quæ in condendo actum ſolemnitas,
exigitur, eadem in infringendo illum l.hæ-
6 redes palã §.ſi quid poſt de teſta. vbi † Bal.
nota. dignum ſcribit,quia ad reuocãdum le-
gatum quinq. teſtes ſunt neceſſarij vt illi ibi
Caſ.& ceteri:vbi & extendunt traditionem,
quoties ageretur de probandis inimicitijs
propter quas legatum ademptum præſumi-
tur. Porro ab eadem regula Cuma. prodidit
in l.filio quem pater de libe.& poſthu.quod
exhæredatio filij facta in ſolemni teſtamen-
to non poteſt reuocari per tacitam reconci-
liationem. Sed requiritur expræſſa,& æque
ſolemnis reuocatio quem Imol. ibi ſequitur
& Iaſſ.num.7.aduerſus Bar.in l.3. §. fina. de
adimen. lega. quamquam mihi hæc opinio
dubia ſit, quinimo crederem Barto. ſenten-
tiam magis communem ex his quæ dixi lib.
3.quæſt.17.

Sed & Iuſtinianus noſter in §.ex eo autem
ſolo inſtit.quemadmodum teſtamenta infir-
mentur,aperte ſcripſit ſolam teſtatoris pæ-
nitentiam, & voluntatis mutationem non
ſufficere ad inuertẽda ea quæ in ſolemni te-
ſtamento continẽtur ſed ſolemnem requiri
Deci. in d. l. nihil tam naturale Natta in l.
hac conſultiſſima §.ex imperfecto num.220.
C. de teſtam. vbi eandem cum ſuperioribus
opinionem amplectitur ex tex. in d.ca.1.de
regu.iur.can.omnis res 27.quæſt.2.

7 Extremo † in contractibus(vt ad noſtrum
accedam inſtitutum)diſſoluendis eadem re-
quiritur ſolemnitas,quæ in conſtituendis: &
eiuſdem authoritas in infringendo cuius re-
quirebatur in celebrando authen. ẽ contra
C.de repud.egregie Bart. in l.actor num.9.
ff.rem ratam habe. & in l. & ideo ff. de con-
dict.furti.Alexan.conſ.209. num. 23. lib.2.
Iaſſ.conſ.141.num.2.lib.4. Felin. in cap. cũ
acceſſiſſent num. 5. de conſtitu. alios multos
congeſſit Surd.conſ.136.num.17. lib. 1. vbi
ſingulariter intulit procedere ſuperiora etiã
reſpectu fori, vt pro diſtractu ibidem quis
conueniri debeat vbi pro contractu conue-
niendus eſſet: Et quæ ſolemnitas requiritur
in creando tutore minori eadem in ipſo re-
uocando Caualca.tracta.de tuto. & curato.
num.196.

8 Et † magis ad inſtitutum, matrimonium
quatenus contractus conſenſu vtriuſq. con-
iugis diſſolui poterat iure veteri, quoniam
ſolo coniugum conſenſu contractum fuerat
9 l.ſi conſtante C.de repud.Cæterum † quate-
nus Sacramentum minime quia eſt indiſſo-
lubile vinculum iuxta illud. *Quos Deus con-
iunxit homo non ſeperat* ca. quanto de diuor-
ti.& in can.5.& 7.de reforma.matrimo.Cõ-
cilij Tridenti.

Quinimo nec matrimonium de præſenti
diſſolui etiam volentibus coniugibus poteſt
niſi mors naturalis, vel ſaltim ſpiritualis in-
terueniat cap. ſi inter de ſponſa. cap. 7. de
reformatio. matrimo. Concilij Tridentini
nihil igitur in matrimonio diſſoluendo con-
iugũ conſenſus poteſt vt poſt veteres Theo-
logos docet Domi. de Soto. in 4.ſententia-
10 rum diſtinctio. 27. artic. 1. vt † recte dixe-
rit Roma. Pontifex in cap. inter corpora-
lia de Translatio. Epiſcopo. ſpiritualia fa-
cilius

facilius conſtrui quoniam deſtrui Deci.in d. l.nihil tam naturale Barboſ.in rubr.ff.ſolut. matrimo.2.par.nu.82.ad medium.

SVMMARIVM.

1 *Dominus nemo ſui ipſius.*
2 *Obligare ſe ipſum ad pœnam corporalem nemo poteſt.*
3 *Clericus,qui ſe ad pœnam corporalem obligaret excommunicatus foret.*
4 *Regius officialis,qui ſe percuti voluntarie pateretur,Regi iniuriam inferret.*
5 *Pœna duplex vbi ab ſtatuto datur delinquẽti, & illius etiam optio, non poteſt delinquens pœnam corporalem eligere omiſſa pecuniaria.*
6 *Fideiuſſor ſe pro alio obligare non poteſt ad pœnam corporalem.*
7 *Pœnæ multæ aduerſus eos ſtatutæ,qui in ſe ipſos ſæuiunt.*
8 *Bannitus licet poſſit ab alijs occidi,ſe ipſum tamen occidere non poteſt.*
9 *Occidere ſe ipſum nemo poteſt,etiam ad peccatum vitandum.*
10 *Necare ſe ipſum fame non licet.*
11 *Occiſus ponens ſe in manibus occiſoris, occidi iuſte non poteſt.*
12 *Delinquens ponens ſe ipſum in poſſe Iudicis,nõ poteſt niſi iuris ordine ſeruato occidi.*
13 *Dominus nemo ſui liberi arbitrij.*
14 *Matrimonij prerogatiua ſingularis, vt alter, in alterum coniugem ſui transferat dominium corporis.*

DIFFERENTIA. XV.

DOMINIVM SVI IPSIVS NEC proprij corporis in alium poteſt in contractibus transferri:in matrimonio ſic quatenus ſacramentum egregia differentia.

1 NEminem † ſui ipſius Dominum
eſſe, nec membrorum ſuorum,
paſsim iura clamant l. liber homo
ff. ad l. Aquil. ca. contingit
2 ex.de ſen.excommunica. † quibus
iuribus ſcriptum relinquit Guido. Papę
deciſione 278. poſſe neminem ſe obligare
ad manus amputationem, niſi certum quid
fecerit,vel niſi ita ſit,vt ille loquitur: ſed &
3 clericus † qui hanc ſimilem, vel eandem in
corpus ſuum pœnam,ſtatueret, nulliter faceret,
quinimo,& ſententiam excõmunicationis
incurreret d.ca.contingit vbi glo. Panor.
Anto. Felin. & cæteri. Mar. deciſio, 882.2.
par.& authoritate tex.in d.ca.cõtingit, tradidit
Pau. de Caſt. in l. quamuis ff.de in ius
4 vocan. † Regium officialem qui ſe volente
paſſus fuit percuti, iniuriam Regi intuliſſe,
& proinde puniẽdum.Pau. de Caſt. ſequitur
5 Alexan.in d.l.quamuis nu.14.Ex † eadẽ ratione
prodidit, quod ſi ſtatuto imponatur
pœna pro aliquo delicto corporalis,vel pœcuniaria,
ad arbitrium delinquentis,cõmiſſo
delicto, nequit delinquens corporalem eligere
omiſſa pecuniæ. Barto. in l. ſtichus de
pecul.lega.Bal.in l.fin.de in ius vocan.Alex.
in l.quauis ff.ſolut.matrimo.nu.15.per tex.
in l.cum duobus §.idem reſpõdit in 3.ff.pro
ſoci.pulchre Deci.in l. 1. num.98.C.de ſer.
fugi.vbi Cepol.Felin.in ca.inter cæteras de
reſcrip.Rip.li.reſpon.2.de reſcrip.in ca. inter
cæteras nu.65.Deci.nu.16.
6 Hinc † & illud,non valere fideiuſsionem
qua quis pro alio ſe obligauit ad pœnam capitis,
vel mutilationis membri, quia nemo
eſt dominus membrorum ſuorum glo. in ca.
cum homo 23. quæſt. 5.Angel.vbi Auguſti.
ad eum in tracta. maleficio verbo pro quib⁹
Antonius fideiuſſit:& dixit communem ſententiam
Dida.li.variarum reſolutio.2.ca. 8.
nu.8.Marſi.in rubri.de fideiuſ.nu.46.verſic.
Sed numquid Damhode.in pract.crimi. ca.
de fideiuſ.in cauſa criminali nu. 5. niſi conſuetudine,
vt quidam opinantur contrarium
fuerit obtentum: quorum opinionem recte
improbat Dida.ſupra nu. 8. verſi. Ego vero
non video.
7 Neq. a pœnis eorum qui ſeipſos occidũt,
vel mutilant,quæ multæ ſunt l.1.& toto tit.
C.de bonis eorum qui an. ſenten. mor. ſibi
in ſeipſos ſæuiunt &. manus inijciunt violentas
Carreri. conſ. excuſantur illi, qui vel
vitæ tædio affecti,vel doloris impatientia in
pract.crimi.§.homicidij nu. 123. Damhode.
in ſua pract.crimin.ca.88.nu.7.& 8.
8 Et † licet bannitum quiſq. poſſit occidere,
ſeipſum tamen bannitus occidere non poteſt
Bal.in l. 1. C.de ſer.fugi.vbi Iaſſ. nu.7.
9 & 8. Carre.in d.§.homicidij n.123. † Vnde
ſingulariter Panor. in ca. ex parte ex. de ſepultu.
docuit,nec ratione vitandi peccati licere
ſeipſum occidere,vel virilia ſibi amputare,
niſi morbi occaſione neceſſaria: grauiſſima
aduerſus contrafacientes pœna, impoſita
l.4.ff.ad l.Corneliam de Sica.vbi Marſi.
Catal.tract.de ſyndica.nu.86.Bal.in l. reos
nu.9.C.de accuſatio.neq. pretextu religionis
id ipſum licet Tiraq. tracta.de nobilita.
ca.31.nu.475.Dida.in clemen. ſi furioſus 1.
par.in princi.nu.6.ad medium.
10 Eadem † ratione nemini licet ſeipſum
famę necare Bal.prac.tit.de queſtio.col.31.
11 Et imputandum † ſemper eſt ei qui aliquem
occidit,licet occiſus ſe in manibus occiſoris
poſuerit,

poſuerit; & perinde de homicidio puniendus eſt, ac ſi inuitum occidiſſet. Paris. de Pute. tractat. de ſyndica. in verbo compoſitio
12 num. 1. 2. & 3. qui † & ibidem voluit, nec id ipſum licere poteſtati, vel iudici, niſi iuris ordine ſeruato Marſil. in l. 1. num. 1. ad legē Corne. de Sicca. nec valeret contraria conſuetudo, ſicut nec ea qua inductum fuiſſet, vt poſſet quiſq. ſe in manibus ponere inimici Barto. & Angel. in l. 1. §. non vſq. adeo ff. ſi quis aparen. fuer. manu. Boeri. deciſio. 262.
13 num. 4. vnde † ad inſtitutum noſtrum, ſicut nemo vitæ, aut membrorum ſuorum Dominus eſt, ſic neque liberi arbitrij, aut propriæ voluntatis; vnde nequit quiſquam ſe alteri pro ſeruo donare, aut tradere, adimendo ſibi libertatem l. nec ſi volens l. liberos C. de libera. cau. vbi Bal. & Salice. in ſummario rationē reddunt quia nemo eſt Dominus mēbrorum ſuorum vel ſui corporis.

14 In † matrimonio tamen quatenus Sacramentum poſſunt, imo ſe ipſi coniuges alter in alterum ſui corporis transferunt poteſtatem: ita vt transferens, iam ſui corporis poteſtatem non habeat, ſed alter: ſic diuinitus docet d. Pau. 1. ad Chorint. cap. 7. gloſ. 2. in cap. ex tranſmiſſa de reſtitu. ſpoliato. Domi. conſ. 24. num. 3. Barboſ. in repetitio. rubr. ff. ſolut. matrimo. 2. par. num. 78. & hanc differentiam expræſſe inter matrimonium & cæteros contractus conſtituit Victor. in relectio. de matrim. num. 5. verſic. Sed contra: quem refert Barboſ. vbi ſupra cæterum de hac traditione videnda quæ ſcripſi lib. 1. cōparatio. 13.

SVMMARIVM.

1 *Pœnæ ſolitæ ſunt apponi in caſu contrafactionis.*
2 *Pœna in matrimonio non datur.*
3 *Pœna in ſponſalibus nullius momenti.*
4 *Pœna in ſponſalibus adiecta ab alijs quā deſpondentibus nulla eſt.*
5 *Pœna ab amicis poſita in ſponſalibus non tenet.*
6 *Pœna in ſponſalibus nulla eſt quando impeditur libertas matrimonij.*
7 *Pœna in matrimonio non tenet.*
8 *Pœna poſita in maioratu, vel fideicommiſſo alicui perſonæ ſi contrahat vel non contrahat cum aliqua, an valida.*
9 *Conditio in matrimonio adiecta vt centum ſibi mutuo dentur, valida.*
10 *Conditio ab vxore poſita vt certa ſibi quantitas a viro detur valida.*
11 *Conditio filijs, vel filiabus impoſita vt cum aliquibus contrahant ſub priuatione hæreditatis valet.*
12 *Conditio contrahendi cum aliquibus perſonis ſub pœna priuationis ſiue ſub conditione ſiue ſub modo valida.*
13 *Conditio nubendi ſub priuatione hæreditatis cum certa alicuius familiæ perſona, valida.*

DIFFERENTIA. XVI.

CONTRACTIBVS VT OBSERuētur pœnam adijcere ſolent contrahentes, ſi non obſeruetur iuſte exigitur pœna, in matrimonio quia Sacramentum minime.

1 PACTIS, & conuentionib⁹ † ſolitum à contrahētibus pœnā adijcere niſi obſeruentur, & à contrafaciente exigi poteſt, l. ſi pacto quo pœnā C. de pact. §. non ſolum, in verbis optimum erit pœnam ſubijcere, iuſti. de ver. obliga. l. fina. ff. de præto. ſtipulatio. l. ſi quis maior. vbi poſt Bart. omnes C. de tranſac.

2 Sane in matrimonio † ob ſummam Sacramenti libertatem diuerſum eſſe iuris canonici conditores voluerunt l. fina. Co. de ſpōſa. cap. Gemma de ſponſa. & quamuis id ipſum Ethnici Iuris Conſulti ſtatuiſſent, qui Sacramentorum vim ignorabant in l. Titia de verbo. obliga. id tamen ex alio ſtatuerunt quia animaduerterent matrimonia inuita infelices ſucceſſus producere nihilq. magis fœderi matrimonij conuenire poſſe quam liberam & ſpontaneam volūtatem, quę omnia paſſim illic, & alibi noſtri referunt quæ ſciens prætereа.

Quid autem in ſponſalibus & quid in matrimonio duplicem inſpectionem conſtituā.

3 In ſponſalibus † pœnam nullius eſſe momenti aſſerunt omnes in d. cap. Gemma, & ex eodem tex. qui & ſi loquatur in matrimonio tantum ad ſponſalia trahēdus eſt, l. oratio cum vulga. ff. de ſponſalib. ſic Barto. Bal. Caſtre. Cuma. Alexan. Iaſſ. Zaſi. & alij in d. l. Titia Henri. Boi. Cardinal. Bellam. Panormita. Sicul. & alij in d. cap. Gemma, & mox citandi.

4 Atq. adeo † veram fore traditionem omnes intellexerunt, vt docuerint nedum ab ipſis deſpondētibus pœnam adiectam nullam, ſed & ab alijs vel vti parentibus ſponſi, & ſponſæ, coniuctisve quouis modo, ſeu attinentibus; eadem enim militat ratio in hac ſpecie; turbaretur enim Sacramēti libertas, & illius impediretur effectus d. cap. Gemma gloſ. in d. l. Titia de ver. obliga. vbi Bartol. num. 1. Imol. num. 4. Alciat. 10. Panormit. in d. cap.

d.cap. Gemma.num.9. Alex.de Neuo.num. 18. Gratian. regul. 83. num. 15. Didac. de ſponſali.& matri.2.part. cap.3. §.7.num.5. Benedict.Præpo.Lop.Villalo.Matien.Grabi.Atzebe. Lope.Cucus. Peruſi.& alij quos coaceruat Sanch.de matrim.lib.1.diſpu.30. num.3.

5 Sed & in amicis ſumma † amicitia coniũctis,idem exiſtimarunt multi,quod ij coniunctis perſonis comparentur, Bald.in l.fin. num. 10. C. de ſponſa. quem ibi ſequuntur alij,recenſet nonnullos Sanch.ſupra num.3. verſ. Item dicendum.

6 Atq. idem indiſtincte vbi † ſponſaliorum libertas impediretur,quæ nullo,neq. Regũ, aut Principum Imperio reſtringi poteſt,etſi cæteri cõtract⁹ ex cauſa ab eis interdici poſſint,vti fuſius dixi,lib.2.diff.ſeptima.

7 Quæ de ſponſalibus † eadem de matrimonio,& maiori ratione, cum matrimoniũ Sacramentum ſit,& liberum d.cap. Gemma.d. l.Titia omnes ſuperius relati, fuſe Sanch.d. quæſt. 30. Qui latius quæſtiones aliquas ad hoc propoſitum proſequitur, quas veluti ad inſtitutum tractationis noſtræ minime pertinentes ſubticeo.

8 Verum ingens † ſuboritur difficultas, vt cum in cæteris contractibus pœna ſuſtineatur, ſiue in lucro conſiſtat captando, vel in damno amittendo,nunc id ipſum in teſtatore; donatariovè recipi poſſit, aut alio maioratum,vel fideicommiſſum inſtituente, vt ſic relinquere poſſint hæreditatem, vel primogenium,vt cum aliquo, vel aliqua contrahere,ſeu non contrahere matrimonium teneãtur,quę certè frequens,& quotidiana eſt cõtrouertia,& huius duplex eſt inſpectio; prima an inter eoſdem cõtrahentes matrimonium poſita, valida ſit,altera, an poſita per alias perſonas.

9 Circa primam inſpectionem,valida,† cõditio eſt eum,qui matrimoniũ contrahit,adiecto pacto vt cẽtum ſibi donare mutuo teneatur cap.fin.ex.de condi.oppo.cap. enim, conditio interpretanda eſt,vt valeat fauorẽ matrimonij,promiſſio, vt quãtitas illa loco dotis cedat.Sanè vbi nõ ex cauſa dotis,promiſſio fieret, nulla eſſet promiſſio quantitatis l.ſi ita ſtipulatus fuero te ſiſti §.ſi tibi nup ſero, de ver. obliga. in verbis, *non in dotem ſtipulatus ſit*,quæ verba ſi rectius perpendiſſent interpretes, non tam magnam contrarietatem fore prædixiſſent,illius tex.cũ tex. in d.cap.fina.ſic Bart.Panor.Prepo.Alex.de Neuo. Lup. Dida, Brunel. Carreri. Roſel. Syluеſ.& alij numero plures,quos recenſuit Sanch.de matri.li.1.diſpu.33.nu.3.& 4.

10 Hinc noue infero † quod nullus hucvſque ſcripſit, ſicuti enim valet ſtipulatio ex parte viri cum futura vxore,cum vxor illi promittit centum, ſi cum ea contraxerit, ſic etiam ex parte vxoris ſtipulantis certam quantitatem à viro, intelligetur enim de donatione propter nuptias; Dos enim data donationẽ propter nuptias meretur.auth.dos data. C. de dona.propter nupti. cum ſimilibus à me traditis lib.3.quæſt.31.& quæſt.60.

11 Circa ſecundam inſpectionem,pro † regula traditur valere grauamẽ filio,vel filiæ impoſitum hac lege, vt cum aliquibus contrahant perſonis, alioquin hæreditate priuentur, vel legato relicto l. cum ita legatum ſit, de condi.& demonſ. Bart. Oldrad. Benedi. Pala. rub. Xuar. Dida. Acoſt. Socin. Alciat. quorum communem dixit opinionẽ Ludo. Molin.de primog.Hiſpa.lib.2.cap.13.nu.2. & 3.Telli.in l.30. Tau.nu.9.Pelaez tract.de Maiora.Hiſpa.1.par.quęſt.50.n.1.Ex Theologis Molin.de iuſti.& iu.tract.2.diſpu.207. Lopez.in inſtruc.de matrimo.cap.41.Sãch. qui eos recenſet lib.1.de matri. diſputa.33. nu.7.

12 Siue † grauamen nubendi ſub cõditione,ſiue ſub modo fuerit impoſitũ,ſicuti poſt Aretin.Oldra. Dida. & alios reſoluit idem Ludo.Molin.ſupra num.3.& 4. Gutier.cõſ. 18. à num.1.

13 Sic omnes illi inferunt,† valere conditionem nubendi adiectam filiæ,vel legatario vt contrahat, cum certa alicuius familiæ fœmina alioquin hæreditate, vel legato priuetur d.l.Titio §.7.de conditio. & demonſtratio. l.1.C.de inſtitu.Bal.Salicet.Angel.ibi Bartol.& omnes paulo ante citati ſcripſi fuſe, ne eadem repetam lib.3. quęſt. 26. in ea quæſtione, an pactum in contractu matrimonij adiectum, quo dictum fuit, vt filius primogenitus, vxorem ducere teneatur, cũ conſilio vel conſenſu parentum ſuorum, aut eorum ſuperſtitis, ſub pœna priuationis hæreditatis, valeat, necne, & quia de his ibi multa ſcripſi, & ad calcem quæſtionis,cõſultationẽ in caſu ſingulari adijeci, ad eum locum lectorẽ reijcio: quid rurſus de pœna in nõ cõtrahẽdo matrimonio nullo impoſita vide infra differentia ſequenti ad finem.

SVMMARIVM.

1 *Contractus inhitus metu valido nullus.*
2 *Verba præſentis temporis diſpoſitiue prolata cenſentur.*
3 *Metus implicitam habet ignorantiam.*
4 *Contractus metu valido celebratus, valet; ſed exceptione infirmatur.*
5 *Matrimonium metu contractum nullum ipſo iure.*
6 *Libertas maior in actibus ſpiritualibus requiritur,quam in profanis.*

7 *Metus in matrimonio non principaliter, ſed aliunde obueniēs matrimoniū nō infringit.*

8 *Metus iuſtus non dicitur, qui à iudice incuſſus eſt.*

9 *Meticuloſus actus minime retractatur cū is, cui incutitur iuſte offendi poteſt.*

10 *Metus iuſtus non dicitur cum quis iuſte potuit corrigi, & coherceri.*

11 *Matrimonium metu celebratum, qui incuſſus non fuit ad effectum illius matrimonij celebrandi non irritat matrimonium.*

12 *Metus is tantum irritam facit diſpoſitionem, qui illatus eſt principaliter ad eum actum, qui geritur, & ad illius effectum.*

13 *Metus iuſte illatus non ſufficit ad recindendū matrimonium.*

14 *Matrimonium ſpirituale iuſto metu celebratum, non irritatur.*

15 *Metus, qui non infertur ex cauſa extrinſeca libera non irritat matrimonium.*

16 *Matrimonium contractum à carcerato ſi non animo contrahendi matrimonium detruſus fuit, non irritat illud.*

17 *Matrimonium contrahens cum meretrice, vt à pœna mortis liberetur, non poteſt matrimonium reſcindere.*

18 *Matrimonium cōtractum à damnato ad mortem ſi contrahat cum meretrice validum, ſiue offeratur ab eo, ſiue à tertio, ſiue à meretrice.*

19 *Matrimonium contractum à damnato ad mortem per Iudicem cum hoc quod cū filia ſua contrahat matrimonium, non irritatur.*

20 *Matrimonium contractum à condemnato ad mortem ſub conditione vt contrahat cum filia occiſſi validum.*

21 *Matrimonium contractum ab obceſſo à principe cum filia obcidentis validum.*

22 *Matrimonium contractum à reperto in ſtrupo, cui metus fuit incuſſus à parentibus eum occidere volentibus validum.*

23 *Matrimonium contractum ab eo, qui grauiſſimo morbo laborat, cui medicus non aliter mederi vult, niſi contrahat cum filia ſua validum.*

24 *Contractus per medicos initi cum infirmis inualidi.*

25 *Matrimonium corporale ſiue ſpirituale contractum metu maris, tempeſtatis, vel alterius periculi validum.*

26 *Matrimonium metu contractum cum incerta muliere de certis, validum.*

27 *Conſenſus datus in electione incertæ perſonæ, validus.*

28 *Matrimonium metu contractum in præſentia conſanguineorum, non irritatur.*

29 *Matrimonium contractum in præſentia conſanguineorum, quibus non ſatis eſt ad reſiſtendum violentiæ nullum.*

30 *Proteſtatio in matrimonio metu celebrato neceſſaria.*

31 *Proteſtatio in matrimonio meticuloſo non requiritur.*

32 *Proteſtatio in matrimonio meticuloſo, ſola nō irritat matrimonium niſi alijs coniecturis metus probetur.*

33 *Matrimonium metu contrahens ſi neq. proteſtari audet timens ne proteſtatio veniat ad notitiā partis, licet omitatur non nocet.*

34 *Proteſtationes ſufficiūt in matrimonio coacto.*

35 *Proteſtans in matrimonio meticuloſo cōſumādo matrimoniū, non videtur recedere à proteſtatione.*

36 *Proteſtans in matrimonio meticuloſo, quando videtur recedere à proteſtatione conſumando matrimonium.*

37 *Authoris conciliatio noua.*

38 *Proteſtatio ſola non probat metum niſi metus probetur.*

39 *Matrimoniū meticuloſum non ratificatur niſi adhibita ſolēnitate Concilij Tridentini.*

40 *Solemnitas Concilio Tridentino requiſita in ratificatione matrimonij meticuloſi non requiritur cum à principio cōtractum fuit cū dicta ſolemnitate.*

41 *Dotis conſtitutio, metu celebrata nulla.*

42 *Sacramenta baptiſmi confirmationis, & reliqua præter matrimonium cur metu accepta valida ſint.*

44 *Matrimonium metu contractum, vbi metus fuit principaliter incuſſus vt matrimonium contraheretur nullum.*

45 *Diſtributiones quotidianæ debentur Sacerdoti ægrotanti culpa ſua.*

46 *Matrimonium ſummam deſiderat libertatē.*

47 *Contractus à medico cum infirmo celebratus nullus.*

48 *Matrimonium contractum metu per eum, qui in ſtrupo repertus eſt, & per parentes coactū nullum.*

49 *Diſtinctio grauis in quæſtione inſtituta.*

50 *Iudex qui vim facit iure permitente non dicitur iniuſte facere.*

51 *Matrimonium metu contractum metu iuſto ſecundum multorum opinionem minime infringitur.*

52 *Lex ſi mulier ff. de eo, quod metus cauſa, declaratur.*

53 *Patronus ob ingratitudinem cōmiſſam aduerſus eum, libertatem reuocare poteſt.*

54 *Medicus matrimonium extorquens ab infirmo non recte agit.*

55 *Metu excommunicationis aliquid faciens, an actum infringere poſſit.*

56 *Profeſſio à monacho metu facta, & iuſte incuſſo non irritatur.*

57 *Votum metu tempeſtatis, aut morbi emiſſum non irritatur.*

Metus

58 *Metus incuſſus à iudice ſiue ab alio, vt quiſquam matrimonium contrahat cum aliquo, matrimonium irritat.*

59 *Metus per leges tantum & ius commune cõſideratus, irritat matrimonium non alius.*

60 *Iudicãdum in dubio pro matrimonio, niſi adſit metus.*

61 *Iudices Eccleſiaſtici ſumma egent prudentia quando de matrimonio meticuloſo agitur.*

62 *Ratificatio eandem ſolemnitatẽ requirit quã actus principalis.*

63 *Ratificatio tempore habili fieri debet.*

64 *Matrimonium metu contractum ceſſante metu ratificatum conualeſcit denuo.*

65 *Matrimonium metu contractum vel vitæ, aut amiſſionis bonorum, vel magnæ quantitatis, matrimonium irritat.*

66 *Metus vxori illatus, irritat contractum nec cenſetur purgatus vbi metus durat.*

67 *Ratificationis præſumptio capi non debet vbi alia ſumi poteſt.*

68 *Actus ſequens, qui fit in executionem actus meticuloſi, ſi poteſt aliam coniecturam operari quam ratificationis, ea ſumenda eſt.*

69 *Metus ſpontanea ſolutione non ratificatur etiã vbi adeſt iuramentum.*

70 *Matrimonium meticuloſum ratificatum cum ſolemnitate Concilij Tridentini ſponte, nullum dici non poteſt.*

71 *Iuramentum, matrimonium meticuloſum non confirmat.*

72 *Matrimonium metu contractum adiecta pœna, & renuntiatum exceptioni quod metus cauſa, non confirmatur.*

73 *Matrimonium ſummam deſiderat libertatem.*

74 *Matrimonium nullũ, nulla ratificatio nec renuntiatio conualidare poteſt.*

75 *Renuntiationes metus vis, & aliarũ pœnarũ, magis augent præſumptionem metus.*

76 *Clauſula illa, non per ſimulationem, neq. per fraudem, &c. præſumptionẽ metus inducit.*

77 *Contractu principali nullo dato, & omnes renuntiationes.*

78 *Pœna adiecta contractui nullo nulla eſt.*

79 *Violans fidem de contrahendo matrimonio in caſu licito, nullam incurrit pœnam.*

80 *Contractus vbi ex facto proprio deſcendit, & eſt nullus, contrauenient nullam incidit in pœnam.*

81 *Contraueniens contractui nullo, adiecta pœna in eam non incidit.*

82 *Ratificatio actus, non lecto principali inſtrumento nulla.*

83 *Prohibitus oponere exceptiones aduerſus aliquem contractum, poteſt nihilominus dicere inſtrumentum non eſſe inſtrumentum.*

84 *Exceptio quæ pendet ab effectu nullitatis, reiecta non cenſetur.*

85 *Nullitas actus, non eſt exceptio ſed defenſio.*

DIFFERENTIA. XVII.

CONTRACTVS METV CELEBRATUS, non ipſo iure nullus, at matrimonium quia Sacramentum, metu contractum omnino nullum, quid rurſus nouo Concilio Tridentino, multa elegãter explicata.

MEMINI me alicubi diſeruiſſe obiter tamen, an metus cadens in conſtãtem virum, irritet matrimonij cõtractum, lib. 1. comparatio. 3. num. 47. 48. nunc aptius ea de re ex integro agendum eſt, quando hæc inter contractus & matrimoniũ quateous Sacramentum differentia videatur, vt contractus nõ ipſo iure annullẽtur, ſed ope exceptionis, & reſtitutione petita, matrimonium ipſo iure.

Aſſeuerant pleriq. quorum Bart. primarius videtur huius opinionis aſſertor in l. metum §. præſenti nu. 9. ff. de eo quod me. cau.
1 *contractus † metu in virum conſtãtem cadente omnino nullos fore, neq. reſtitutione opus eſſe* quẽ ſequutus fuit vir ille ſubtilis Fortu. Gar. in commenta. de vlti. fine illatio. 21. nu. 387. irritat enim lex huiuſmodi contractus l. 1. in
2 verbis irrita eſt C. de reſ. vẽditio. cũ † enim verba ſint præſentis temporis, diſpoſitiuc à lege prolata cenſentur, ad gloſ. & ibi cæteri in l. iubem' §. œconomus, verbo *priuetur* C. de ſacro. Eccleſ. Tiraq. fuſe vti ſolet in l. ſi vmquam verbo reuertatur à num. 21. 22. C. de reuo. donatio. his eiſdem verbis præſentis tẽporis, vſus fuit IurisConſultus in l. qui in carcerem, ibi, *nullius momenti eſt*, illo. eo. titu. quod met. cau.
3 Habet enim metus † in ſe implicitã ignorantiã l. ſi cum exceptione §. in hac actione illo eo. tit. quod me. cau. ſane ignorantia cõſenſum præſtare non poteſt, l. ſi per errorem de iu. om. iu. l. nihil de regu. iur. & ſine conſenſu, obligatio contrahi non poteſt l. obligationum cum vulga. de actio. & ob.
4 Contrariam † autem ſententiã cæteri omnes amplectuntur, & rectius, docẽtes, huiuſmodi cõtractus mero iure validos, infirmari tamen, quod metus cauſa actione l. 2. l. ſi mulier §. ſi metu ff. de eo quod me. cau. volũtas enim & ſi coacta volũtas eſt d. §. ſi metu. & d. l. 2. vnde conſenſus minime deficit quãquã imbecilis & fragilis; multis hæc opinio communis argumentis probari poſſet quæ ſciens prętereo, cũ hodie certiſſima ſit neq. aliquis de ea dubitet glo. in l. 1. verbo irrita. C. de reſ. vendi. vbi poſt Bal. cæteri laſſ. in l. interpoſitas num. 2. C. de tranſ. vbi poſt eum

Digitized by Google

Deci.Cur.& Padill.nu.4.C.de tranſactio. &
multis relatis dixit receptam Burſa. conſil.
72.num.21.lib.1. Grar.conſ.87.nu.2.lib.1.
conſ.8.num.2.lib.2. Seraphi.de vi.iura. pri-
ui.100. Socin. iuni. conſ.77. num.20.lib.1.
Gramma.deciſ.101.Riminal.conſ.5.nu.32.
lib.1.Ioſeph.Ludoui.deciſio.Luca.18.n.12.
Menoch. conſ. 2. num.17. lib.1. Barboſ. in
rubr.ff.ſo.matri.4.par.num.28.& nouiſſime
Honded.conſ.23. num.4. & 45. Surd. conſ.
37.nu.19.& 20.lib.1.Ex Theologis ſequun-
tur Ricar.Paluda.Henri.Philiar. Ledeſ.Lo-
pez. quos citat & ſequitur Sanch. de matri.
lib.4.diſpu.8.num.4.ad finem.Multa ex hac
communi traditione inferunt interpretes,
quę vt extra inſtitutum tractatus prætereo;
Multos rurſus adferunt caſus in quibus ipſo
iure contractus reſcindūtur, nulla quod me-
tus cauſa actione inſtituta , quos etiam præ-
tereo, Cęterum ad propoſitum noſtrum, vnū
5 adferūt † inſignem, matrimonij in quo ma-
trimonium metu contractum omnino nul-
lum eſſe voluerunt cap. cum locum vbi gloſ.
& Panormi.nu.2.de ſponſa. Reddit rationē
Panormi. diſtinguens matrimonium quate-
nus Sacramentum à cæteris contractibus,ibi
num.6.*qui inquit, cæteri contractus, & ſi va-
lidi ſint , quamuis metu celebrati , poſſunt ta-
men per iudicem facile irritari , metus cauſa
actione , matrimonium autem , cum ſit Sacra-
mentum indiſſolubile niſi vel per religionis
ingreſſum, vel diſpenſationem Pontificum, an-
te illius conſumationem infringi per Iudicem
Eccleſiaſticum non poſſit , & cum copula na-
turæ facili impulſu, conſumetur, nulla ſub cæ-
6 lo poteſtate irritari poſſet*; Addit † Panormi.
num.2.in actibus ſpiritualibus maiorem ex-
quiri libertatem quam in profanis & tem-
poralibus. Et præter tex. in d.cap.cum locū,
id ipſum probat tex.in cap.veniens in 2.ex.
de ſponſali.cap.ſignificauit de eo qui,in ma-
trimo.quam pol.receptiſſima omnium opi-
nio,poſt Panormi. & gloſ.in d.cap.cum locū
Alexan.conſ.156. num.3.lib.5. Corn.conſ.
41.lib.2. Riminal. iuni.conſ.15.nu.8.lib.2.
Gra. reſpon. 39. num.8. lib.2. Turet.conſ.
28.num.1. Boeri. conſ.70.num.43. Burſat.
conſ.72.nu.27. lib.1. Fran. à Pon. conſ.44.
nu.10.Neuiz.conſ.46.num.1. & 37. Rebuf.
conſ.115.num.17.Azpil.conſ.3.num.1.2.3.
tit.de his quæ vi.lib.1.conſ.4. ca.5.num.1.
2.3.eod.titu.nouiſſime Monal.conſ.13.n.1.
lib.1.Treuiſan.deciſ.63.conſentiunt Theo-
logi innumeri quos refert & ſequitur Sāch.
tract.de matri.li.4.diſpu.12.n.16.17.& 18.
vbi & in vtroq. foro verum dixit.

Verum cum interpretes noſtri indiſcrimi-
natim loquantur neceſſe eſt diligenter ſin-
gulorū traditiones exquirere,& in quib⁹ ca-
ſibus loquantur animaduertere: id autē du-
plici inſpectione propoſita contingere po-
teſt, Prima, quid vbi metus incuſſus nō fuit,
principaliter ad extorquēdum matrimoniū,
Secunda,quid vbi principaliter vt metū paſ-
ſus contraheret,& fuit iuſtè incuſſus. Tertia
quid vbi fuit iniuſtè incuſſ⁹. Circa primā inſ-
7 pectionē † hæc ex ordine regula obſeruāda.

Quotieſcunq. metus incuſſus nō fuit prin-
cipaliter ad extorquendum matrimoniū,ſed
aliunde habuit originē ſiue is defluat à cau-
ſa naturali,ſiue libera non reddit diſpoſitio-
nem nullam conſequenter,nec matrimoniū:
Rationem eam noſtri reddiderunt,quoniam
actus ille meticuloſus non ab alio quam à
ſui ipſius nequitia & iniquitate meticuloſi
deſcendit, proinde voluntarie elegit actum
illum vt maius euitet malum: hanc ipſe tra-
ditionem velim varijs ornare exemplis.

Inprimis cum iuſtus eſſe metus debeat
isq. à meticuloſo probandus l. interpoſitas
C.de tranſ. l.metum l.fina.in prin. ff. de eo
8 quod met.cau.Iuſtus † nō is iure dici poteſt
qui à Iudice præcipiente incuſſus eſt,ſic eru-
dite Bald. in rubr. ex quod met.cau.is mili.
hāc prodidit traditionem: in his actibus,qui
aduerſus aliquē iuris rigore excuſentur, mi-
nime metum conſiderari , quoniam id iudi-
ciorum vigor poſtulat l. inter ſtipulantem §.
1.de ver.obliga.morum diſciplina(hæc ver-
ba Bal.) adminiſtratio iuſtitiæ , Addit ille,
talis metus laudabilis eſt neq. reſcinditur
factum ex metu , idem Bald.in l.2.C.de his
qui per metum iud. non appell. Caſtren. &
Iaſſ. in l. cum aliquis per illum tex. in ver-
bis , per competentem Iudicem eum com-
pelli.C.de iu.deliberan.l.3.in verbis , ſi pa-
ruerit domino, C. de hed. inſtitu. gloſ.in l.
ſi quis ex aliena , verbo non fuerit ff. de ac-
qui.hæred.Maſcard. qui alios multos nō ta-
men de ſuperioribus recordatus tom.2.de
proba.concluſ.1051.num.31. Huc pertinet
9 tradit.Bartol. † in l.de pupilla.§.ſi quis ipſi
prætori ff.de no. oper. nuncia. is docuit ac-
tum , Etſi meticuloſum minime retractari
actione quod metus cauſa , niſi probetur ti-
mentem, iniuſte potuiſſe offendi,quod ſi ait
ille Iudice ſic iubente & exequente metus
inijciatur,metus exceptio nō proderit. Bart.
ſequitur Deci.conſ.41.nu.8.& 9.

10 Tertio ſcripſit Anchar. † conſ.410.nu.1.
2.& ſequenti,non eum rectè dici poſſe meti-
culosū, qui iuſte potuit corrigi & coherceri.

11 Quarto,Innocen. † docuit in cap.cum lo-
cum de ſponſali. matrimonium metu cele-
bratum non tamen à metu incuſſum ad effe-
ctum illius matrimonij contrahendi,nō irri-
tare matrimonium,non enim metus (vt ille
ait)irritam facit alteram diſpoſitionem,quę
poſte-

Digitized by Google

poſteriorem reſpicit actum ſed priorem: Innocen. ſequuti ſunt inibi Anton. & alij Bart. Imol. & cæteri in l. qui à latronibus ff. de teſti. alij in l. qui in carcerē ff. de eo quod me. cau. Lofred. conſ. 48. num. 17.

12 Quinto opitulatur traditio † Anguiſol. conſ. 148. nu. 28. lib. 1. poſt Bal. in tract. ſciſmat. is ſcripſit eum ſolum metū irritam facere diſpoſitionem, qui illatus eſt principaliter ad eum qui geritur effectum: ſubinde infert, ſententiam principis ex qua metus in illa ſpecie deducebatur, nullam quod metus cauſa exceptionem producere potuiſſe, quoniam ſententia nō fuerat cauſa proxima metus, ſed remota.

13 Sexto reſpondit Azpil. † conſ. 27. tit. de regul. 1. part. metum qui iuſtè infertur alicui non ſufficere ad reſcindendum matrimoniū, vel illius promiſſionem l. ſi mulier ff. quod met. cau. quo tex. aperte probatur, promiſſionem à liberta patrono factam, ne ingratitudine à ſe admiſſa in priſtinam reducatur ſeruitutem, non eo prætextu infringi poſſe, quod metu amittendi libertatem, factā fuiſſe dicatur, iuſtum enim patron⁹ libertæ metū incutit; ex quo tex. & Bal. traditione mihi reſpondit. Azpil. illic, ſumpto. argu. à matrimonio carnali ad ſpirituale, profeſſionē mu-

14 lieris ad carcerē † damnatæ per Roma. Poti. & ab eodem de carcere liberatæ, ſub conditione, vt monialis fieret, valere, neq. metu infringi poſſe; ſic demum idē Azpil. ibi nu. 3. principis remiſſione abſolutum delinquentem, vt contrahat matrimoniū, contracto illo minime poſſe illud metu irritare, nō enim fuit illi illatus metus vt contraheret matrimonium, ſed magis ablatus, qui aliter pœnā mortis vitare nō poterat: vbi & alijs ibidem comprobat.

15 Septimo docuit † Dida. in Epito. de ſpōſa. 2. par. cap. 3. §. 4. nu. 16. metum qui nō infertur ex cauſa extrinſeca libera non irritare matrimonium; vt cum matrimonium ab aliquo contrahitur metu mortis inſtantis, feræ beſtiæ, aut inferni; ſequuntur ex Theologis Henrriq. Viual. Manuel. Ledeſ. Lopez. & alij quos ſequitur & refert Sanch. tracta. de matri. lib. 4. diſpu. 12. à num. 4.

16 Octauo Innocen. † in d. cap. cū locum de ſponſa. nu. 2. in ea fuit ſentētia vt exiſtimet, matrimonium contractum a detruſo in carcerē, ſi non animo contrahendi matrimoniū detruſus fuerit, minime irritari matrimoniū tanquam metu celebratum, & ſi enim metus carceris grauis ſit, & contractus à carcerato celebrati nulli ſint. l. qui in carcerē cum vulga. ff. de eo quod me. cau. quia tamen metus non fuit incuſſus ea mente, vt matrimonium cōtraheretur, validum iudicabitur Innocen. ſequuti ſunt ibidē Anto. de But. nu. 2. Panor. n. 9. Cardi. 3. Alex. n. 12. & alios recēſuit qui eoſdē ſequitur Gutier. de cōtrac. iura. 1. par. cap. 57. n. 4. & 5. Sanch. d. diſpu. nu. 6.

17 Nono adſtipulatur traditio Domi. de Sot. in 4. diſ. 29. quæſt. 1. arti. 3. ſcripſit offerentē in matrimoniū damnato ad mortem, meretricem, quo ille incolumis euadat, liberato eo reſcindere poſt cōdemnatū, matrimoniū non poſſe, quaſi metu cōtractum, quoniā voluntariè hanc elegit viam vt à morte liberaretur, ſequuntur Dida. ſupra Ledeſ. Lopez. Henri. Viual. Cordu. & alij quos citat, & ſequitur Sanch. d. diſpu. num. 8. Cancer. in reſolu. lib. 3. cap. 11. nu. 56. vbi & citat deciſio. Rotæ in nouis 497. 1. par.

18 Decimo ita † vera ſuperiora cenſentur, vt addiderint magis ſuperiores interpretes, ſiue offeratur matrimoniū damnato ad mortem, ab eadem meretrice, ſiue à ſemetipſo, ſiue à tertio, ſic Ledeſm. Cordu. Lop. Henri. Sanch. ſupra num. 9.

19 Quinimo turpius † videtur, & ſi idem Iudex, qui ad mortem damnauit, matrimoniū damnato offerret de filia ſua, non enim nec tunc irritari poſſet, quoniā non ad extorquēdum matrimonium incuſſus fuit timor mortis, ſed à ſua nequitia, & delicto, & modus, cautelaq. damnato datur, qua mortem aufugiat. ſic nunc citati Dida. Ledeſ. Cordu. Viual. Lopez VeraCru. Henri. & alij quos probat Sanch. d. diſpu. nu. 10.

20 Duodecimo, † ſuſtinent fere omnes conſuetudinem, qua in aliquibus locis iuſtè capto, & condemnato de homicidio ea lege mortis ſupplitium condemnatur, vt filiam occiſi in vxorem ducat, vel alterā illius conſanguineā: ſimiliter cū vir pœnam vxori adulteræ remittit, dū religionē profiteatur, quoniā non metus incutitur ad finē extorquendi matrimoniū corporale vel ſpirituale, ſed ad penæ vindictam tollendam, quam non aliter fugere poſſet Azpil. conſ. 8. titu. de his quæ vi. me. cau. nu. 2. 3. & ſeq. & ſequitur Sanch. d. diſputa. 12. num. 12.

21 Decimo tertio † ex ſentētia Cuch. Domi. de Sot. Ledeſ. Lopez. & aliorum Theologorum ſcripſit Sanch. ſupra nu. 23. obſeſſum principem ab abeto, cuius vim, & obſidionem aliter vitare non poteſt, niſi offerendo matrimonium cum filia obſidentis, tam valide cōtrahere, vt metu poſt matrimonium irritari non poſſit.

22 Decimo quarto † & receptiſsimum eſt, repertū in ſtrupo virū à parentibus, vel conſanguineis, eundemq. ob id occidere volentibus ſi is ſua ſponte matrimonium offerat, valere matrimonium, quia viam ſibi ſponte elegit, qua poſsit mortē vitare, & quia me-

tus non fuit ſibi incuſſus eo fine:vt matrimonium contraheret, ſicut ex Viual. Angleſ. Henrri.& alijs deducit Sanch. nû. 14.

23 Decimo quinto,† & illud creditum, morbo graui oppreſſum, cui medicus non alter medellam præſtare velit, niſi illius filiam in vxorem ducat, valide contrahere, non enim medicus mortis timorem incutit, ſed morbus, & medicus matrimonium in ſtipêdium operæ ſuæ petit Ledeſ. Domi. de Sot. Lopez Cordub. Vega quos ſequitur Sanch. ſupra. num.15.

24 Verū hæc traditio quo ad † medicos pertinet ſuſpecta eſt, nā lex omnes irritat contractus geſtos per medicos cum infirmis, hę ſic pollicitationibus; & promiſſis ob ſummum conſequendę ſalutis deſiderium, infirmi, quę vellent, medicis pollicerentur l. medicus ff. de var. & extraordi. cogni. vbi ipſo. ſimiliſis adiunxit textus in l. ſi per impreſsionem C. quod me. cau. l. ante penul. de profeſſo. l. illicitas ff. de offi. præſid. l. fina. §. l. ff. quod me. cau. & cum matrimonium contractus ſit iuris gentium, eam ob cauſam irritari à lege potuit; ſicuti omnes fatentur; vnde non admodum tutæ videntur multæ ex ſuperioribus traditionibus, quibus docuerunt interpretes, minas à priuatis illatas perſonis, & ſi minus principaliter vt matrimonium extorqueatur non irritare matrimonium, dixi priuatis, vt excludam Iudices, & publicas perſonas metum ſecundario inferentes vt dicā inferius inſpectione ſecunda. vbi oſtendam metum illatum à patre vel fratribus deſloratæ virginis irritare matrimonium.

25 Et generaliter proditum, † nedum metū huiuſmodi ab hominibus incuſſum minime irritare matrimonium, ſed & eum, qui caſu vel tempeſtate, aut morbo incuſſus eſt, non infringere matrimonium ſpirituale vel corporale. ſi quis ig tur, in maris tempeſtate, vel alio periculo, morbove detentus meretricē, aut pauperculam aliquam in vxorem ducere voueret, dum Deus ipſum ab huiuſmodi periculo liberaret, metu ille non infringeret matrimoniū Didac. ſupra Domi. de Soto, Pela. Angleſi. Ledeſ. Henrri. & alij ex Theologis, quos ſequitur, & refert Sanch. d. diſpu. 12. num. 4.

26 Hæc omnium † traditio tribus modis extenditur primo, & ſi quis cogeretur contrahere cū incerta muliere de certis, etſi enim valeat argumentum de carnali matrimonio ad ſpirituale r gulariter, & valeat electio, & ſi metu facta quando de incertis facta aſſeritur, cap. 3. §. cęterum de electio in 6. Panor. in cap. cum terra. nu. 4. de electio. Quo-

27 niam † cum eligitur incerta perſona, adeſt conſenſus, & illius libertas, proinde electio vt libera valere videatur Prępo. in cap. cum locum nu. 8. de ſponſali. Felin. poſt alios à ſe relatos in cap. in preſentia nu. 37. de proba. Iaſſ. in d. l. Tiria nu. 6. de ver. ob. Neuizanus Syl. nuptia. num. 119. quibus moti rationibus citati interpretes hanc ſequuntur opinionem: quia tamen longe maior ratio militat in matrimonio quam in electione aliarum rerum ob ſummam illius libertatem, tum & quia matrimonium vnum eſt ex ſeptem Eccleſiæ Sacramentis, & conferens gratiam, ſicuti hodie diffinitum fuit à Concilio Tridentino verior altera opinio cenſenda; quam rectè probat Sanch. de matrimo. lib. 4. diſpu. 12. num. 20. cuius ſententiam libenter amplector, poſt veteres, qui eandem priores tenuerunt: Fortu. Dida. Padill. Cuchu. Philiar. & alij ab eodem Sanch. ſupra citati.

28 **Declaratur dupliciter ſuperior † inſpectio, & omnia in ea tradita, primo niſi matrimonium metu, & vi contractum celebratum fuiſſet in præſentia conſanguineorū, & affiniū, ceſſat enim tunc metus præſumptio, ſic multis relatis, ſcribit Maſcard. de proba. conclu. 1051. à nu. 23. & ſequen.**

Verum neq. hæc opinio iuſta omnino eſt, non enim vt inquiunt Bart. & alij ceſſat metus, ſed præſumptio metus, vnde metū allegans dum clariores metus coniecturas adferat, auditur, ſicuti authoritate Felin. Burg. de Paz. Gomez & Gutier. oſtendit idē Sanch. ſupra num. 21.

29 Sanè vbi præſentia † conſanguineorum, & affinium, vel amicorum non ſatis eſſet ad reſiſtendum violentię, ſeu coactioni illius, qui metum infert non præſumptio metus ceſſaret, quemadmodum poſt Iaſ. Boeri. Hip. Angel. & Deci. rectè ſcripſit idē Maſcard. ſupra nu. 24.

30 Declaratur ſecundo dum † metum paſſus proteſtetur ſe metu matrimoniū cōtrahere, exiſtimāt enim multi neceſſariam fore proteſtationem Bero. queſtio. 84. nu. 6. poſt Bal. in rubr. C. ſi quis atte vel 51. Alexan. conſ. 246. nu. 31. lib. 5. Socin. ſeni. conſ. 45. nu. 1. lib. 1. Honde. conſ. 29. num. 12. Crauet. conſ. 461. num. 4. lib. 3. Tibe. Decian. reſpon. 41. num. 122. lib. 2.

31 Contrariam † opinionem vt nulla requiratur proteſtatio in matrimonio coacto tenuit aliquibus motus rationibus Deci. conſ. 219. nu. 17. idē in l. in omnibus nu. 10. & 11. de reg. iu. Mandel. conſ. 77. nu. 15.

32 Tertiam deligentes † opinionem alij, exiſtimant ſolam proteſtationem non irritare matrimonium metu contractum niſi alijs metus probetur coniecturis Innocen. in ca. cauſam matrimonij de offic. deleg. quem

ſequutus

ſequutus eſt Angel.in l.metum autē ff. quod
me. cau. & hos ſequutus fuit Barboſ. inter
conſilia matrimo.conſ.24.num.15.verſi. Et
quod hæc proteſtatio.

33 Cæterum Hippoli.Riminal. † pulchre,&
erudite inter conſ. matrim. conſ. 67.nu.27.
reſpondit eum, qui contrahit matrimonium
ob iuſtū metum,ſi nedū non audet contradi-
cere,ſed neq. proteſtari corā alijs , quod ti-
meat ne proteſtatio illa clandeſtina nota ſit
parti metum inferenti,licet omittatur pro-
teſtatio , poterit metum paſſus, poſt matri-
moniū infringere ex glo.in ca.1.de eo.quod
met.cau.quam inibi ſequitur Panor. Iaſſon.
& alij ab eo adducti.

34 Porro Marti. de † Gara.inter conſ.matri.
cōſ.15.n.34.ſcripſit, proteſtationes ſufficere
in matrimonio coacto, & poſt alios à me ci-
tatos ſupra n.25.id ipſum reſpōdit Rimin.d.
conſ. & hæc ipſa receptior eſt noſtrorū opi-
nio videtur.ca.1.de his quæ vi.vbi Innocen.
nu.3.Panor.num.14. Anchar. nu.8. Alex.de
Neu.nu.13.Præpo.num.2.plures Maſcar.de
proba.conclu.1248.num.13. Bero.conſ.25.
nu.9.lib.1.qui omnes fatentur à præcedenti
35 proteſtatione † meticuloſi, non receſſiſſe vi-
deri illū,qui poſt proteſtationem,matrimo-
niū conſumauerit,ſicut & reſoluit nouiſsime
conſ.deciſ.Monal.conſ.13.nu.10.& ſeq.lib.
1. & ex Theologis Sylueſt. Tabien. Henrri.
Ledeſ.Manu.& alij multi quos refert & ſe-
quitur Sanch.tracta.de matri. lib. citato.

36 Conciliant † quidam contrarias opinio-
nes,& recte vt mihi videtur , vt opinio affir-
mantium proteſtationem requiri procedat
quando proteſtatio fieri poteſt tuto, & citra
periculū proteſtantis alioquin ſi vis vrgerer,
& fieri in actu ipſo matrimonij nō poſſit,tūc
ſecūda obtineat ſententia proteſtationē non
requiri,non enim tenetur quis proteſtari, cū
periculo vitæ,vel ſui detrimenti,ſeu alterius
coniuncti , vnde ſi daretur occaſio , & parte
abſeute,quę vim infert fieri proteſtatio poſ-
ſet tutius foret proteſtari gloſ.1. in ca.1.vbi
alij ex.de his quæ vi.me.ve.cau.ſi.Deci.in l.
pacta nouiſſima ad finē C.de pac.Mandel.d.
conſ.16.Honde.qui multos d.conſ.29.num.
56.Maſcar.de proba.conclu.1051.n.10.Ri-
pa.in ca.cum M.Ferrarienſis nu.93.de cōſti.
& videtur innuere Surd.deciſ.194. nu.26. &
expræſsim Rimi.iuni. in d.conſ.67.num.27.
inter matrimonialia.

37 Ego vero † aliter conciliare ſolitus ſum,
licet ſuperior non diſpliceat, aut loquimur
in cæteris contractibus quā matrimonij, tūc
neceſſaria eſt proteſtatio , & tunc procedat
magis cōmunis ſentētia,aut loquimur in cō-
tractu matrimonij tunc nulla requiritur pro-
teſtatio, ratio ad manū eſt vera & certa,quia
cū vt ſuperius ex cōmuni reſolnimus metus
& coactio reddant matrimonij contractum
nullū ipſo iure,nulla certe requiritur in actu
nullo proteſtatio,& fruſtra expectatur euen-
tus, cuius effectus nihil poteſt operari iurib⁹
notiſsimis,verum cum alij cōtractus etſi me-
tu initi mero iure teneāt,proteſtatione opus
eſt,& hæc ipſa veritas.

38 Proteſtatio † autem ſola non probat me-
tum præceſsiſſe niſi aliter probetur Maſcar.
d.conclu.1051.num.9. Hondcd.d.conſ.29.
nu.54.Alba.conſ.198.nu.32. li.1. Anguiſol.
conſ.48.nu.20.Ripa.in d.cap.cum M. num.
91.92.

Nec ſi poſt ratificaretur matrimonium va-
leret, niſi adhibita ſolemnitate Cōcilij Tri-
den.ſicuti authoritate Maticn. Guti.& alio-
rum ſcripſi compara.3.nu.51.lib.1.

39 Niſi matrimonium † illud metu, & vi cō-
tractum eo tunc contractum fuiſſet cum de-
bita ſolemnitate dicti Cōcilij,quia & ſi nul-
lum dici poſſet vt oſtendi d.compara.nu.51.
noua ſolemnitate , quæ iam adhibita fuerat
in principio in ratificatione neceſſaria non
foret , id enim receptiſsimum eſt matrimo-
nium nullū ex aliquo defectu ; celebratū tñ
iuxta formā Concilij Tridētini , ſi poſt rati-
ficetur non eget noua ſolēnitate ſicut multis
oſtendit rationibus Azpil.cōſ.32. ſub tit.de
ſponſali. lib. 4. vbi id declaratum fuiſſe per
R. Ponti. Pium Quintum & poſt a prætorio
penitētiariæ affirmat: id ipsū teſtatur Hērri.
lib. 11. de matrimo. cap. 3.num.6. & alios
innumeros ex nouiſſimis Theologis eādem
hodie amplecti ſententiā refert Sanch.tract.
de matrimo.lib.2.diſputa.37.num.1.& ſeq.
maxime num.3.in verſi.Tandem quia: Et in
40 † terminis & ſpecie quæſtionis noſtrę de ma
trimonio metu contracto Lopez Henrriq.
Ledeſ.quos refert , & ſequitur idem Sanch.
ſupra num.4.verſ. Hinc infertur:Et ego ip-
ſe lib.2.diff.11.num.160.

41 Quinimo † & dotis conſtitutio metu ce-
lebrata nulla eſt ipſo iure gloſ.in c.2.verbo,
coact⁹,đ his,quę vi ſicuti poſt Hoſtien.Ioan.
Andr.Anchar. Bald. Fulgo. & alios decidit
Gramma.deciſ.103.num.68.alios recenſuit
Barbo.in rubr.ff.ſo.matri. 4.par.nu.28. Pa-
dill.in d.l.interpoſitas num.7. C.de tranſa-
ctio.etſi aliqui diſſentiant,quod vt extra in-
ſtitutum tractatus omittam.

42 Verum miretur † nullus cur Sacramentum
baptiſmi,cōfirmationis & reliqua Sacramē-
ta preter matrimoniū coacte,& metu accep-
ta valida ſint ex cōmuni,canoniſtarū,& Theo
logorū, matrimoniū vero nullū ſit ipſo iure,
quoniā matrimoniū quatenus cōtractus po-
teſt irritari ab Eccleſia ſicuti irritauit , vbi
metu contractū fuit,& in alijs pleriſq. caſib⁹

iuris,quos nũc referre vt omnib⁹ notiſſimos
ſuperfluũ exiſtimẽ: nã & nouo iure Concilij
Tridentini id ipſum effectũ qñ minime con-
traheretur, nõ adſtante parocho & teſtibus,
ſicuti late ſcripſi li.2.diff.11.à n.1.cũ ſequẽ.
reliqua Sacramenta ab Eccleſia irritari ne-
queunt:nouiſsime id ipſum Sãch.trac.de ma
trim.li.4.diſp.12.n.26.verſ. Ad tertiũ circa
ſecũdã inſpectionẽ.quid vbi metus fuit illa-
tus principaliter & iuſte vt cõtraheretur ma-
44 trimoniũ variæ fuut interpretũ ſententiæ †
crediderunt multi omnino nullũ,& ſi metus,
vel vis iuſte inferatur, Quorũ opinio valide
cõfirmatur tex.in d.c.veniẽs in 2.ex.de ſpõ-
ſali. quo aperte probatur irritũ fore matri-
moniũ,cũ pater vel cõſanguinei virginis ſtru
patorẽ in flagitio repertũ, matrimoniũ con-
trahere coegerũt,cũ tñ iuuenis ſpõte matri-
moniũ elegerit , quo ſibi cautũ magis eſſet,
& mortẽ forſitan, & aliud graue damnũ vita
ret: Nec refert an culpa iuuenis id contige-
rit,cũ ea nõ immediate ad caſum reſpexerit,
idq. ſufficit ca. quia diuerſitatẽ de con. præ-
ben.ornat multis Feli.in c.cũ inter n.20. de
45 exceptio. & debentur † diſtributiones quo-
tidianę Sacerdoti,qui Gallico infectus mor-
bo,& ſua culpa ad Eccleſiam vt diuina perfi-
ciat,tendere nequit reſoluit Dida.li.3.reſo.
c.13.nu.8. verſ. Septimo quotidianæ diſtri-
butiones & lib.2.cap.16.num.9.

Secũdo & hæc maxime iuuat ratio , quod
nõ poſſit quiſquã propria authoritate ſibi ius
dicere l.v.c.ne quis in pro.cau.l.qui iuriſdi-
ctioni præeſt de iu. om. iudi. Et præter Ro-
manos Pontificis,Imperatorẽ, & Reges non
recognoſcẽtes ſuperiorẽ , nulli ex inferiori-
bus licet magiſtratibus, & dominis tempo-
ralibus ſibi ius dicere in propria,vel ſuorum
cauſa , ſicuti latiſsime ſcripſi in cõmenta.de
priuata ſingulorũ poteſtate, & iuriſdictione
lib.1. à c.1.cũ ſeq.Deo duce illico ædendis.
Quinimo Iudex id faciens vt priuata perſo-
na vim inferre cenſetur,proinde illi iure re-
ſiſti poſſe l. prohibitum de iu. fiſ. cum alijs
multis a me illic adductis.

46 Tertio † matrimoniũ ſummam deſiderat
libertatẽ vt nõ ſemel in ſuperiorib⁹ dixi ex.
c.Gẽma.de ſpõſal.& d.l.Titia.de ver.oblig.

47 Quarto cõſtat legẽ † irritare cõtractũ à me
dico cũ infirmo celebratũ,quo infirmus me-
dico aliquid pollicetur vt ſanitatẽ cõſequa-
tur l.medicus ff. de va.& extr. cogni. cũ alijs
multis à me citatis ſupra nu.24.quæ me hoc
in loco iterũ refricare inibi dixi : improbat
enim lex,oppręſiones iudicũ,& magiſtratuũ,
& priuatorũ,quibus ſubditos,& ſi indirecte
cõpellũt metu poteſtatis,vel alia quauis ra-
tione;vnde hãc tenuit ſententiã glo.prior.in
d.c.veniens.in 2.de ſpõſa.per illũ tex. Hoſ-
tien.ibi & poſt eum Ioan.Andr.n.8.Anchar.
nu.6.Henri.n.3.Pręposi.nu.5.Alex.de Neu.
nu.18.Imol.Archidia.Sanch.de matri.lib.4.
diſputa.13.num.1.

48 Et in eiſdẽ terminis † de viro in ſtupro re-
perto per patrẽ,vel conſanguineos virginis,
vt coacta ipſo non valeat matrimo. reſpon-
dit Pet.Barbo.inter conſ.matrimo.conſ.24.
nu.14.15.& ſeq.ex tex.inſigni in l.nec timo-
rem verſi. Proinde ff. quod me.cau.*Proinde
(inquit) tex.ſi quis in furto, vel adulterio
deprębenſus vel in alio flagitio, vel aliquid
dedit,aut ſe obligauit,Pamponius lib. 18. re-
cte ſcribit poſſe eũ ad hoc edictum pertinere,
timuit enim aut mortem aut vincula:*quo tex.
nullus aptior.in iure: & eiuſdẽ tex. authori-
tate in eiſdem terminis id ipſum reſpondit
Alexan.inter eadẽ conſ.matri. conſ.21.n.5.
& Cuc.lib.3.inſti.tit.12. nu.160. Et nouiſſi-
me decidit Triuiſan.deciſ.63.

49 Altera fuit opinio † diſtinguẽtiũ,aut me-
tus(inquiunt)fuit lege incuſſus vel non,prio-
ri in caſu validũ eſt matrimonium metu lege
id permittẽte, vel percipiente incuſſo quare
ſi lege vel ſtatuto,virginis ſtrupator ad mor-
tẽ damnetur,vel alterã pœnam , iure magiſ-
tratus ſtrupatori cõminabatur,niſi matrimo
niũ contrahat neq.metu contractum irritari
poterit:non enim vim infert Iudex,qui iure
50 † permitente id facit glo. in ca.dilecto ver-
bo metũ ex.de his quæ vi.l.3.§. vim ff.quod
me. cau. cum pleriſq. alijs à me adductis in
hoc propoſito ſupra num.8.& 9.

Alteram addiderim rationem,quam ſupra
tradidi num.45.quod Iudex non vt priuatus
procedit in hac ſpecie , ſed vt Iudex,ille au-
tem vt priuata perſona agit Iudex,qui extra
iuris ordinem . Quidquam facit l.prohibitũ
cum vulga.de infeſ.Tertio quia metum paſ-
ſus ſua ſponte eam eligit viam , quam legis
pœnã peruadere poſſit,vt ex dictis in priore
inſpectione conſtat.

Quarto, quoniã in huiuſmodi pœnis ele-
ctio datur metum paſſo vt ſe ab ea liberet c.
1.de adul.iuxta cõmunem Iul.Cla.in §. ſtu-
pum vbi Baiar. ad eum , in verſi. Sed quæro
quæ ſit pœna & in ſpecie hac vſus fuit diſtin-
ctione Anto.de But.in d.c.veniens in 2.n.2.
de ſponſa.vbi indiſcriminatim docuit metũ
facti non iuris irritare matrimoniũ.ſequũtur
ex Theologis Manu. Ledeſ. Cordu. Philar.
Ange.& alij quidã quos refert Sanch. tract.
de matri.lib.4.diſpu.13.num.2.

51 Alij ſentiunt † indiſtincte metum iuſte in-
cuſſum ſiue iure id permittente,vel non ma-
trimonium minime infringere Azpilc. Man.
Molin. & alij quidam quorũ opinionem ſe-
quitur idem Sanch.ſupra n.3.quæ tamen ſu-
ſtineri non poteſt:mouentur ex pluribus,quę
facile

facile diſſoluentur. Primo quia quoties me-
tus incutitur ab aliquo, damni debiti delicto,
quē incutiens iuſte inferre poteſt, magis cē-
ſetur metus oriri ex lege, & natura delicti,
ſicq. ab intrinſeco, quam extrinſeco, eo quod
iuſtam ille habeat timēdi cauſam; Verū hæc
argumētatio vera non eſt: nemini enim con-
ceditur (niſi in caſibus a iure expræſſis) quo-
rū multos recenſent interpætes in l. qui iu-
riſdictioni ď iu.om.iu.& in l.2.C. Ne quis in
ſua cau.& in l. in priuatis de iudi. ſibi ius dice
re propria authoritate, neq. metum alicui in-
cutere. Et ſi Iudices ſint, qui hoc teneant, vt
antea dicebā, Quoniā tunc & ſi Iudices, pri-
uatæ cenſentur perſonæ, quibus reſiſti poteſt:
52 Neq. obſtat tex. † quo Sanch. mouetur in d.
l. ſi mulier ff. de eo quod me. cau. quoniā pa-
tronus incutiēdo metū libertę ob cauſam in-
gratitudinis aduerſus eum admiſſam, & ob
quā libertam in ſeruitutē redigere iure per-
mitente poterat, iuſte id facere dicitur, iure
ſic ſtatuēte ſicuti declarat gloſ. inibi, & poſt
eam cæteri: inter cæteros enim caſus à iure
expræſſos, quibus licet propria authoritate
quidquā facere hic vnus, quo poteſt, patron⁹
53 ingratitudinē † cōmiſſam aduerſus patronū
eūdē in ſeruitutē reuocare, ſicut & donās do-
nationē factam omnino abolere l. fina. C. de
reuo. domi. vnde tex. ille nedū nō iuuat con-
trariā opinionē, ſed omnino meā, qua infe-
rius rectius ſentiā vt & ſupra tetigi, & ſi nul-
lus hucvſque declarauerit nemini licere ſiue
iudici vel priuatæ perſonæ metum incutere
vt quidquam faciat, niſi in caſibus a iure ex-
præſſis.
54 Tertio † mouetur argumētatione, quā &
ſupra ex alijs adtuli, morbo opprēſſus, & in-
firmitatis periculo cū medico ab eo poſcen-
ti vt niſi illius filiā in vxorem duceret morbo
medicinā nullā adhiberet: & ſic infirmus cō-
traheret matrimoniū, nullū non eſſe, verum
hęc argumētatio vera nō eſt, & cōtra textum
in id exprēſſum in d. l. medicus ff. de va. & ex-
tra. cog. ſupra expenſam nu. 47. quæ ſi in cæ-
teris cōtractibus procedit, in quibus metus
nō ipſo iure eos irritat, fortius multo in ma-
trimonio quod metu contractum nullū eſt,
vnde, & alia ſimilia a Sanch. ibidem adducta
omnino corruunt.
Quarto mouetur traditione Dida. in 4. 2.
55 par. c. 3. §. 4. nu. 12. is docuit † iuſtū excōmu-
nicationis metū non eſſe talem, qui cadat in
virū conſtantē, ſubinde intulit eū, qui metu
excōmunicationis iuſte aliquid facit nō poſ-
ſe metus exceptione actū infringere, quoniā
hæc Dida. traditio probabilis eſt nō neceſſa-
ria. Secūdo neceſſario reſtringenda eſt iuxta
ſuperius tradita ad Iudicē iuſte & ex cauſa a
iure expræſſa cōminantē excōmunicationē,
alias ſi iniuſta foret vel nulla quia aduerſus iu
ris regulas iuſtus foret metus: ſicuti & decla-
rauit idē Sanch. li. 4. diſp. 5. n. 17. & d. diſpu.
13. n. 6. Hæc ſane traditio iuuat magis quam
infringit opinionē noſtrā, quoniā ſi iure iubē
te canonico Iudex ex cauſa quemquā excō-
municaret niſi matrimoniū cōtraheret, ma-
trimoniū metu illo infringi non poſſet, at ſi
iniuſte & aduerſus iuris præcepta nullum eſ-
ſet: Et non recte argumentatur Sanch. de la-
trone vel bannito metū inferente alicui, niſi
is ducat vxorem alicuius filiā, aliquē accuſſa-
turū illū de delicto a ſe patrato, quia inquit
ex natura delicti metus prouenit; Et ſi enim
delictū pœnā mereatur, non tñ cōminatio-
nē hanc priuata inferre perſona poteſt, quæ
nullā habeat iuriſdictionē. Et ſi id Iudicibus
& magiſtratibus non licet, quāto magis pri-
uatis perſonis, quibus hac occaſione facultas
tribueretur innumera cōtrahendi facere ma-
trimonia, & nullus metus iuſte incutitur, niſi
id iure fieri poſsit.
Non obſtat quintū ex traditione Azpil. in
cōſ. 27. tit. de regula. is reſpōdit votū emiſ-
ſum à monacho, qui ob ſimoniam ab eo cō-
56 miſſam † in arctius monaſteriū detrudi de-
buit, qui & in illa religione profiteri cogitur
c. de regularibus ex. de Simo. metu cōmiſsū
votū irritari nō poſſe, ſumpto argumēto de
matrimonio ſpirituali ad carnale: qui & mo-
uetur ex. d. l. ſi mulier ſupra declarata. Quo-
niā & hæc ratio magis iuuat opinionē noſ-
tram, cū metus ille monacho incuſſus iuſtus
fuerit, & iure iubente, proinde infringi non
poteſt votum ex d. l. ſi mulier, quæ id exprēſ-
ſim probat. ſic omnia poſt ſimilia a Sanchez
adducta diſſoluuntur.
57 Mouentur † rurſus eo argumēto, quod vi,
& tēpeſtate opprēſſus, aut morbo ſuperatus,
ſi aut voueat, vel ducturum aliquā in vxorē,
aut de ingrediendo religionē, poſt retractari
promiſsio Deo facta non poteſt, vel de du-
cendo in vxorē, quia metus ille non infertur
ex cauſa extrinſeca libere ad extorquendum
matrimoniū ſicuti ex Sot. & alijs ſupra ſcrip-
ſimus nu. 15. nam & hęc argumentatio facile
refellitur, quia ſi in iure id permitente licet
incutere alicui metum, nec actus poſt metus
exceptione infringi poteſt, quanto magis id
Deo volēte, qui ſuo ineffabili iudicio medijs
elementis, & illorum vi ſæpius multa diſpo-
nit, quæ nobis ignota, ſibi ſoli reſeruauit,
proinde cum elementorum curſus niſi ſoli
Deo pareant, quę eorum vi aguntur id Deo,
non elementis tribuēda, ſic efficitur, vt & vo-
tum, & matrimonium ratum ſit & firmum.
58 Verius igitur † eſſe exiſtimo, nemini Iu-
dicum licere niſi id lex, vel ſtatutū pręſcrip-
ſerit, metum mortis alicui inferre cuiusvis
delicti,

Digitized by Google

delicti,& ſi enormiſſimi prætextu,niſi alicu-
ius filiam in vxorem ducat, & minus multo
priuaris perſonis; recte igitur à Triuiſan.d.
deciſ. 63. eum, qui metu banni niſi vxorem
duceret, quam deflorauerat Venerijs vxorē
duxit defloratam, matrimonium nullum iu-
dicauit ob ſummam matrimonij libertatem,
quæ opinio tum ex ſolutione argumentorū,
tum ex multis quæ tradidimus in ſuperiori-
bus iuſte comprobatur, libenterq. adhæreo
ſecundæ ſententię,quam ſupra nu.44. & an-
te.nu.24.vt is ſolus metus, qui præter leges
incutitur nō alius irritet matrimoniū,in quo
59 faciles & procliues † eſſe oportere Iudices
vbi metus, & vis interuenit reſpondit egre-
gie Alex. inter matrim.cōſ.21.n.1.proinde
docuit ibidē ſingulariter,quod & ſi in dubio
pro matrimonio ſit iudicandū,tamē vbi vis,
60 vel metus † adſit minime ex tex.in ca.tequi-
ſiuit & in ca.cum locum deſpōſa.quibus cōſ-
tat matrimonia coacta difficiles habere, &
infœlices exitus.
61 Sic etiā Hiero.Gab.vir doctiſsimus conſ.
186.n.1.2.3.& ſeq. reſpondit Iudices † Ec-
cleſiaſticos ſumma prudentia acturos,vt nō
facile,aut leuiter matrimonia coacta,vel me
ticuloſa conſumari iubeant,quia periculoſos
habent exitus,inſtruit quoq.eoſdem à cenſu-
ris abſtinete,quod ſæpius illis Iudices Eccle
ſiaſtici cogant homines ad contrahenda ma-
trimonia,nam (& inquit) eos memores eſſe
oportere, Iudicis metū matrimoniū infrin-
gere,vbi pulchra ſcripſit: Quod ſi ratificare-
tur poſt matrimoniū vi vel metu contractū
62 an nullum eſſet: ſciendum † ratificationes,
quæ poſt initos contractus celebrantur, fieri
debere cum eadem ſolemnitate,qua princi-
pales cōtractus fieri ſoliti ſunt, ex communi
reſoluit Meno.conſ.882. nu.74. lib.9. Rur-
63 ſus † & debet fieri tēpore habili, ratificatio
nam data inhabilitate extremi corruit Bart.
in l. vxor §. ſi quis vxorem ff. de adulte.re-
fert multos in Bart.ſententiā Surd.cōſ.157.
nu.18. idem Surd.deciſ.206.nu.2.
64 Igitur pro regula ſit, † ratificationē poſt
contractum matrimonij meticuloſi vel coa-
cti factam,ſi libera fuit,ceſſante omni metu,
valere,ſin minus eo durante non conualece-
re,atq. ideo infringi poſſe matrimonium,ſic
enim in cæteris contractibus eſt, qui tamen
non tam exactam deſiderant ſicut matrimo-
nium libertatem. l. ſi per impręſſionem C.
quod me.cau.Cin. & Bart.in l.2.illo tit.An-
gel.in l.ad inuidiam Co. eo tit. Burſa.conſ.
72.nu.27.lib.1.vbi & alios pleroſq.recenſet
Meno.in commen. de præſ. lib.3.præſ.126.
num.28.& in matrimonio exprēſſim Reme.
inter conſ.matri.conſ.77.nu.32.
65 Siue ratificatio fiat † metu vitę, aut bo-
norum amiſsionis ſaltim grauis quantitatis,
fere enim vitę,& amiſsionis bonorum metus
pari paſſu ambulāt ca.2.de eo quod me.cau.
l.propter litem de excu.tuto. Iaſſ.conſ.165.
nu.2.& 177.nu.21.lib.2. Paris.conſ.1.n.28.
lib.1.Soci.iun.cōſ.177.n.38.li.1.Rolan.cōſ.
2.nu.55.lib.1.Nat.conſ.50.n.10.lib.1.Et in
terminis contractus matrimonij meticuloſi
Marti.de Gara.inter conſil. matri. conſ. 15.
nu.18.Dida.n.4. 2.par.cap.3.§.4.num.18.
66 Et reſpondit † nouiſsime Moronti. conſ.
75. à nu.1.metū vxori illatum ſufficere ad ir-
ritandum contractum,neq. cenſeri purgatū,
vbi metus cauſa durat: ſubiungit multorum
67 authoritate, nuſquā actum ſubſequentem †
ratificationis,metus ſuſpitionem excludere,
vbi alia præſumptio,quā ratificationis acci-
pi poteſt,ex traditione Bart. in l.2.n.10. C.
68 his,quæ vi:vnde actus ſequens † qui fit in ex-
cutionem actus meticuloſi ſi poteſt aliā con-
iecturā operari quā ratificationē actus me-
ticuloſi,ea capiēda eſt Boer.deciſ.100.n.13.
Oſaſ.deciſ.179. nu.11.Mili.latius id ipſum
reſpōdit Azpil.cōſ.2.rubr.de his, quę vi n.9.
Atzebed.lib.4. recom.l.1.titu.21.num.195.
Garc.tract.de nobilita.glo.17.n.46.Graph.
par.2.cap.12.de matri.nu.33.
Et nouiſsime in terminis matrimonij me-
tu contracti maxime quando præceſſerant
proteſtationes pulchre Monal. conſil. 13. à
nu.1.per totum lib.1.quod conſiliū eſt deci-
ſiuū atq. ideo in materia magnifaciendum.
69 Sed & illud † magis, metū ſpontanea ſo-
lutione non ratificari vbi iuramentū adſuit,
reddunt rationē interpretes,quā & ſuperius
tradidi, quod vbi alia præſumptio capi po-
teſt,quàm purgationis metus ex actu ſubſe-
quenti,ea capienda eſt,at in ſpecie propoſi-
ta præſumi poteſt, ſoluentem metu periurij
ſoluiſſe potius quàm vt ratificaret contractū
meticuloſum cap.debitores de iu.iur.repro-
bata glō.in cap.ad audientiā in verbo reſig-
nationem de his, quæ vi, vt eam reprobant
ibidē Hoſti.Ioan.Andr.Panor.num.3.Anch.
nu.5.Imol.nu.4.Azpil.conſ.2.nu.9.ſub.rub.
de his,quæ vi Padil.in l.interpoſitas nu. 25.
C.de tranſ.Burſa.conſ.72.nu.28.lib.1.Gar.
tract.de nobili.glo.17.nu.46.Scraphi. de vi
ſura.priuile.29.nu.5.& 6.
70 Sane vbi † matrimonium fuiſſet à princi-
pio contractum abſq. ſolemnitate Concilij
Triden.vbi ratificaretur ſponte, & nullo ad-
ſtante metu vitæ vel omiſsionis bonorū fieri
ratificatio deberet cum ſolemnitate Con-
cilij Tridentini,alioquin nulla foret ratifica-
tio ſicuti ſcripſi lib.1.compara.3. n.52. Cæ-
terum ſi à principio matrimonium meticu-
loſum cum debita ſolemnitate contractum
fuiſſet,& ſi nullum,in ratificatione poſt ſpō-
tanea,

tanes, ſolemnitas nona nõ exigitur vt ſreſolui ſupra nu.40.

71 Sequitur ex ſuperioribus † iuramentũ cõfirmare non poſſe contractum matrimonij meticuloſum ca.2.de eo qui duxit. Vbi hoc ipſum deciſum eſt: vbi enim metus, vel vis, deficit plena conſenſus libertas, & ſpontanea volũtas, quæ in matrimonijs tam neceſſaria eſt, d.ca.cum locum de ſponſali. Interpretes in d.ca.fina.de procu.in 6. non datur, ſunt enim durante metu inhabiles ad ſic cõtrahendum, & quia iuramentum ſortitur naturam contractus, cui adiungitur l.fina.C.de non.nu.pe.atq. ideq iuramentũ tacitã tunc recipit conditionem ſi liberum ſit matrimonium, quæ opinio receptiſſima eſt, tam eorũ, qui ſcripſere ante Cõcil.Trid. quam eorum qui poſt., ſicuti poſt veteres ſcripſit Paſian. tract.de probatio.li.2.cap.3.n.56. Seraphin de priui.iura.priuil.110.n.11. Gutier. de iur. confir.1.par.ca.59.nu.22.Padil.in d.l.interpoſitas nu.6. C.de tranſ.ex Theol. Henri. Ledeſ.Lopez.Manuel. Vega Angleſi.& alij quos refert Sanch.de matrimo.li.4.d.ſpur. 20.a nu.11.& ſequent.

Matrimonium autem coactum, quibus actibus, præſertim an copula ſpontanea ratificetur, ſcripſi latè ſupra li.1.compara.3.

72 Quid autem vbi matrimonio † metu contractu niſi obſeruaretur, pœna fuiſſet adiecta, eo amplius renũciatum exceptioni, quod metus cauſa, metus carceris, mortis, vbi vel ſtrupo admiſſo, in carcerem iniectus fuiſſet, & liberatus dum matrimonium cõtraheret, vel ſi damnatus ad mortẽ, ſic abſolutus fuiſſet vt nuptias perficeret, quo in caſu in graui quæſtione reſpondi, neque pœnam in his caſibus committi irritando matrimonium, neque etiam exceptiones illas, etſi in ampliſſima forma cõceptas, quid quam profuiſſe, ex ſequentibus.

73 Primo quia † ſummam exigit libertatem matrimonium, neq. pœna poſſe matrimonij libertatẽ conſtringi d.ca. Gemma de ſponſa. d.l.Titia de verb.obliga.ex dictis ſupra.

74 Secundo † quoniam data nullitate matrimonij nec ratificatio, neq. nuntiationes aliquæ in conſequentiam prodeſſe poſſunt ſic multorum authoritate reſoluit Meno.in cõme.de præſu.lib.3.præſ.126.nu.3. quem & alios plures referens ſequitur Graſſ.tract.de exceptio.vndecima exceptione nu. 44. vbi pulchre ſubiungit authoritate Bald.Alex. & Soci. huiuſmodi † renuntiationibus metus, vis, pœnarum & ſimilibus magis augeri metum, quam excludi ex nimia partium cautela: ſubiungit ille ibidem nu.45.& 46.ex verbis † illis & clauſula, *Non per ſimulationem, neq. fraudem, &c.* magis fraudem præſumi, & ſimulationem quam excludi ex Bald.opinione.Cepol.Barba.& Becci.

75

76

77 Tertio quia † cum contractus principalis ruit, & omnes renuntiationes, & pœnæ in eo oppoſitæ, vt ab infecta radice deſcendentes Pinel.in l.2.par.1.ca.2.nu.26. C. de reſcin.vendi.vbi Padil.num.74.Petalt.in l.cum pater.§. a filio n.53.de lega.2.Gomez in 45. Tau.nu.30.Pala.rub.in repe.ru.de donatio. in.vi.& vxo.§.3.nu.2.3.& in terminis matrimonij Alex.de Neuo.in ca.1.nu.10.de con. lepro.

78 Quarto † proprius accedit traditio Dida. in ca. quamuis pactũ 2.par.§.4.n.4. de pact. in 6. is docuit nõ valere pœnæ adiectionem, quando principalis contractus eſt nullus, niſi ratio ob quam infringitur principalis contractus deficiat, quando pœna adijcitur.

79 Quinto, violans † fidem de contrahendo matrimonio in caſu licito nullam incurrit pœnam, d.ca. Gemma, l.fina. C. de ſponſali d.l.Titia.

80 Sexto, vbi contractus † ex facto proprio deſcendens eſt nullus, cõtrauenicns in nullã incidit pœnam, quinimo libere illum irritare poteſt l.quemadmodum de Agrico.li.11. Co. l.Iubemus.§.ſanè de facro.Eccleſ. Bal. in l.1.C.de li.cau.Alex.conſil.125.n. 5.li.1. Crauet.conſ.175.nu.6.Afflict. deciſio.335. num.11.etſi factum foret iuratũ Natt.conſ. 198.nu.24.Becci.conſ.90.n.15. hos & alios refert, & ſequitur Moron.conſ.72.nu.2.

81 Septimo ſcribit Bertazol. in † ſ. ſi quis maior nu. 462. C. tranſ.poſſe quemuis non obſtante pœna de non cõtrahendo appoſita, contrauenire cõtractui nullo, & nulliter celebrato; id ipſũ latè multis adductis poſt Meno.& alios ab eo citatos reſpondit Surd. d.conſ.284.nu.6.7.8.& ſeq.lib.2.& his non relatis nouiſſime alijs tamen adductis Farina.to.1.qq.crimi.quæſt.15.num.44. rub. de accuſationi.

Et quoniam in ſpecie mihi propoſita aderat ratificatio matrimonij metu contracti

82 Reſpondi, † ratificationẽ non nocuiſſe, quia non fuerat lectum conuentionis inſtrumẽtũ, in quo ſub pœna grauiſsima promiſerat ſe matrimonium contracturum non enim ratificatio nocet niſi lecto parti priori inſtrumẽto Iaco.in l.1.nu.3.ex illo tex.C.ſi in cõmuni ead.cau.Florian.conſ.44.Soci.conſ. 258. nu.9.& 10.li.2.eos refert, & ſequitur Burg. de paz.conſ.2.nu.62.

83 Octauo, ex communi † receptum ſentẽtia prohibitum aliquas opponere exceptiones aduerſus contractũ, poſſe nilhominus obijcere, inſtrumentum non eſſe inſtrumentum, proinde potuiſſe in hoc caſu excipere metũ paſſũ, matrimoniũ nõ eſſe matrimoniũ auth.

Bar.

Bar. Bal. Crane. Vant. Cagno. Tiraq. Natt. Maſcar. Rolan. Calca. Soci. Aretin. Meno. & Surd. reſoluit Graſſ. tract. de exceptio. 2. exceр. a nu. 3. & cum peccauerit † matrimonij
84 contractus in forma, & illius debita ſolemnitate, exceptio quæ ab hoc pendet defectu, reiecta non cenſetur idem Graſſ. poſt Barto. Rol. Ceſal, Turre. & alios exceptio. 29. n. 1.

85 Nono, † quia ſolum renuntiauerat, exceptioni metus, & alijs quibuſdam, & non nullitatibus, potuiſſe & de nullitate dicere oſtẽdi, quoniam nullitas nõ eſt exceptio ſed defenſio, ſicuti vere ſcripſit Deci. in cã. ex parte nu. 76. de off. deleg. & huius fuere opinionis receptę Angel. Bal. Franc. Soci. Roman. Riminal. Canal. Socin. Theſau. Bologne. Canari. & alij quos longa ſerie recenſet idem Graſſ. exceptio. 20. à nu. 1. & ſeq.

SVMRMAIVM.

1 *Contractus nulli tam pij & iuſti, qui ex ſe ipſis gratiam poſſint conferre.*
2 *Elemoſyna magnũ pietatis apud Deum opus.*
3 *Elemoſyna peccata extinguit.*
4 *Elemoſyna ex opere operato gratiã nõ confert.*
5 *Matrimoniũ ex opere operato gratiã confert.*

DIFFERENTIA. XVIII.

CONTRACTVS NVLLI ETSI Pij & iuſti ex ſe ipſis gratiam conferunt, Matrimonium vero quatenus ſacramentum vtiq.

VT autem extremo huius libri ſecundi capiti cum Dei O. M. gratia quam nobis, & ſi indignis ſua maxima bonitate, & miſeratione, pijſſimaque filij ſui paſſione conferre dignetur, finem imponam.

1 Nullos † eſſe vmquam tam pios dixerim tamque iuſtos contractus, quauis pietate, religione aut elemoſyna refertos, qui ſoli ex ſe ipſis gratiam poſsint conferre, receptiſsima Theologorum ſententia
2 creditum eſt: Nam † etſi elemoſyna ſummũ
3 ſit pietatis opus, † & ea remitti peccata cẽſeantur iuxta Lucę 11. capi. *Date (inquit) elemoſynam, & ecce omnia ſunt munda vobis:* & Eccleſi. 3. *ſicut (ait) ignis ardens aqua extinguitur, ſic & peccata elemoſyna extinguntur.* Tobiæ cap. 12. *Elemoſyna à morte liberat, & ipſa purgat peccata, & in 4. Elemoſyna ab omni morte liberat; & non patitur animam ire in interitum.*

4 Et ſępius apud ſacra eloquia: † non tamẽ ea ſola gratiam conſequi abſque pœnitentia certiſsimum eſt, aduerſus hæreticos exiſtimantes, ex operibus ſolis miſericordiæ, ſaluos homines fieri poſſe: vnde illæ & ſimiles ſacræ ſcripturæ authoritates ita intelligendæ ſunt, vt Elemoſyna actus ſit grauis, & excellens, potensq. vt ea Deus iuuet peccatorem ne in peccato permaneat, aut quod tollit peccatum, ideſt pœnam peccati, quia ſatisfacit pœnæ peccatorum iuncta pœnitẽtia Alfon. de Caſ. tract. de hereſi. verbo Elemoſina, vbi hæreſim damnat eorum, qui ſolam exiſtimant Elemoſynam ſufficere ad gratiam conferendam Spin. tracta. de teſta. glo. 6. nu. 1. vſque ad 6. Azpil. ab eo non relatus, in can. quamobrem nu. 9. de pœniten. diſtinct. 1.

5 Matrimonium † quatenus ſacramentum gratiam conferre de fide eſt; quia Sacramentum nouæ legis, latè poſt Theologos, & Canoniſtas Dida. in Epito. ad 4. 2. par. §. vnico nu. 2. 3. & poſt ab eo illic ſcripta, diffinitum fuit ſacro Tridẽtino Concilio can. 1. ſeſsio. 24. de matrimo.

LIBRI SECVNDI DE RITV Nuptiarum Finis.

DE RITV NVPTIARVM ET PACTIS IN MATRIMONIO CONVENTIS.

LIBER TERTIVS.

PRÆFATIO.

QVONIAM fuſe de Ritu Nuptiarum egimus & vera matrimonij eſſentia, quia in matrimonijs celebrandis varia ſolent (vt contrahentibus placet) pacta & conuentiones inſeri; ex ordine nunc inquirere oportet hoc in libro quæ, qualiave pacta fieri poſsint, cuius etiam ſint roboris, & effectus; quę ſanè tractatio, & frequens eſt, & vtilis, nihil enim magis poſt vltimas voluntates in iudicijs controuerti ſolet, quam de his conuentionibus, quæ variæ ſunt iuxta regionum conſuetudines; eas ipſas ea diligentia exquiram, qua potero, ſimul, & breuitate, & vera quæſtionum reſolutione: Diuiditur autem liber in ſectiones ſex prout ſingularum ſectionum præfatio indicabit.

SVMMARIVM.

1 *Pacta omnia inter coniuges recte fiunt.*
2 *Pacta inter coniuges ita demum valent, ſi a lege improbata non ſint.*
3 *Pacta dotibus & illorum iuribus contraria, non valent.*
4 *Pacta doloſa in matrimonio non valent.*
5 *Pacta mulierum aduerſus dotes ipſarum inualida ſunt.*
6 *Pacta mulierum in præiuditium dotium ſuarum, etiam ſoluto matrimonio non valent.*
7 *Pacta dubia mulierum circa dotes ſuas nō valent fauore dotis.*
8 *Pacta mulierum in dotium ſuarum ſolutionibus, etiam in dilatione temporis longiori, nō valent.*
9 *Mulier dotes ſuas donare non poteſt.*
10 *Mulier non poteſt in præiuditium dotis ſuæ quidquam facere.*
11 *Pacta mulierum circa dotes ſuas non valent, niſi ex cauſa à lege probata.*
12 *Pacta mulierum quod mariti in dotis reſtitutione de dolo tantum teneantur, non valent.*
13 *Pacta mulierum quod mariti non teneantur in rebus dotalibus eam præſtare diligentiā, quam in rebus ſuis, non valent.*
14 *Pacta mulierum quod ſoluto matrimonio quouismodo, dos apud maritum remaneat, non valent.*
15 *Pactum de lucranda dote in caſu ſoluti matrimonij, intelligitur dū maritus primus præmoriatur.*
16 *Pactum patris præiudicat filiæ in dotis reſtitutione, dum doti nec illius iuribus præiuditium non fiat.*
17 *Caſus in quibus mulier poteſt ſibi in dote præiudicare, remiſſiue adferuntur.*
18 *Pactum mulieris marito factum de dote per eum retinenda non valet, niſi vbi vir prius moritur.*
19 *Statutum diſponens, quod ſoluto matrimonio dos remaneat apud filios, interpretandum eſt dum vxor prius moriatur quam vir.*
20 *Statutum prohibens obligationem bonorum in dotis conſtitutione ſeu reſtitutione illius, nō valet.*
21 *Dos ad patrem reuertitur ſoluto matrimonio cum onere dotandi iterum filiam.*
22 *Extraneus dotans mulierem paciſci non poteſt, vt*

vt dos ab eo data, ſoluto matrimo. ad eundẽ reuertatur abſq. onere iterũ eandẽ dotãdi.

23 *Stipulatio in rebus dotalibus vẽditionem facit citra tamen dotis præiudicium.*

24 *Pactum alias illicitum propter dubium euentum ſuſtinetur.*

25 *Dominium rerum dotalium in maritũ tranſfertur regulariter, niſi fiat doti præiudiciu.*

26 *Pacta mulier renuntiare non poteſt beneficio l. vbi adhuc C. de iure doti.*

27 *Mulier in præiudicium dotis conſentire non poteſt marito alienanti.*

28 *Pactum mulieris aliũ aſſociantis in dotis ſuæ ſtipulatione nõ valet, niſi in caſu ſoluti matrimonij morte ipſius.*

29 *Pacto nullo, conditio dotis deterior fieri poteſt.*

30 *Pacta omnia per quæ mulier nubere impediretur, vel tardius nubere, inualida ſunt.*

31 *Mulier propter publicam vtilitatem ſibi in dote præiudicare non poteſt.*

32 *Mulier nedum in dote poteſt ſibi præiudicare, ſed neq. in fructibus, & alijs acceſſorijs.*

33 *Pactum mulieris dubium non valet ſi aliquo in caſu poteſt ſibi damnum adferre.*

34 *Pactum contractum in capitulis matrimonialibus vt certa portio de bonis viri fideicommiſſo ſubiectis detur vxori, ſoluto matrimonio valet.*

35 *Pactum contractum in capitulis matrimonialibus vt certa portio de bonis viri fideicommiſſo ſubiectis detur vxori ſoluto matrimonio valet, id autem intelligitur deficiẽtibus bonis liberis.*

36 *Pacta omnia, quæ dotibus fauorabilia ſunt valent.*

37 *Fauor matrimonij maximus, vt pacta valeãt, quæ alias non valerent.*

38 *Pacta doti fauorabilia ea dicuntur, in quibus dolus, & deceptio abeſt.*

39 *Fauor dotis maior eſt, quam donationis propter nuptias.*

40 *Fauor dotis, & donationis propter nuptias pari paſſu ambulant ex ſententia Menoch.*

41 *Donatio propter nuptias pars cenſetur contractus matrimonij, & quæ ſit ratio.*

PRELVDIVM VNIVERSI Tractatus.

PACTAQVE IN CONTRACTV matrimonij opponi poſsint necne, varijs declaratum exemplis.

QVÆRITVR primo, quę in cõtractu matrimonij pacta inter virum, & vxorem, & vtriusque partis parentes, & cõſanguineos
1 fieri poſsint: Et ✝ quidem inter vtroſq. pacta omnia, & conuentiones recte fiunt, quę ſeruanda ſunt, toto titu. C. de pact. conuen. expreſsim in l. 1. & 2. illo titu. l. legẽ C. de pact. Bald. conſ. 229. li. 1. idem Bald. Salice. & Angel in d. l. 1. cæteri in d. l. legem Boeri. in conſuet. Bituricen. rub. 1. §. 5. gloſ. paction. idem rub. de coſtu. concer. *les mariages* §. 1. verſi. Nam inter virum & vxorẽ:
2 Caſſa. in cõſuetudi. Burgun. rub. 4. §. 9. n. 1. ✝ licet enim paciſci libere, dum pacta & conuentiones improbatæ à lege non fuerint l. pacta quæ contra C. de pact. l. pactum quod
3 dotali illo titu. l. ius publicũ ff. eod. Ita ✝ fit vt ſi pacta hæc doti & illius iuribus aduerſarentur ſeruanda non eſſent, tamquã iuri publico, quod in dotium conſeruationibus cõſiſtit §. 1. inſtit. quib. aliena. licet. §. penulti. Inſtit. de his qui ſunt ſui vel alie. iur. l. 1. ff. ſolut. matrimo. cum interſit reipublicæ mulieribus dotes conſeruari ad replendam liberis ciuitatem d. l. 1.

4 Sic ✝ & doloſa ſi quæ forent dotium iuribus, & libertati, aut etiam matrimonio contraria nulla ſunt Bal. Salice. Angel. & alij in l. 1. ff. ſolut. matrimo. Caſſa. in cõſuetu. Burgun. rubr. 4. §. 19. num. 3. verſi. non obſtat, &
5 nu. 6. Et ſi enim ✝ dos proprium mulieris patrimonium dicatur l. 3. §. ſed vtrum ff. de mino. nequit tamen de ea, nec volendo inique diſponere, vel dotem amittẽdo, vel minuẽdo ipſam aut ſibi iterum nubẽdi facultatem præſcindere l. 1. & tit. C. de indic. vidui. tollen. Remanerent enim mulieres indotatæ, & nubere non poſſent prę defectu dotis l. 2. C. de pac. dota. authen. ſiue à me C. ad S. Con. Velleian.

6 Quæ & procedunt ✝ ſoluto matrimonio, licet tunc nõ agatur de præiudicio viri, ne tamen remaneat mulier indotata non valet pactum in dotis præiudicium ſi damnoſum ſit d. l. Attillicinus de pactis dota. vbi dixit Bart. quod ſi non eſſet lex illa neſciret quid diceret. Imo. & Alexan. in l. ſi ſocer §. huius ff. ſolut. matri. Pau. de Caſt. & Alexan. in l. de
7 fideicomiſſo C. de tranſact. Docuerunt, ✝ licet pactum propter dubium euentum, cum ad damnum, & cõmodum ſe habere poteſt, valeat, etſi caſualiter damnũ eueniat, tñ dotis fauore nõ procedere ex d. l. Attillicinus.
8 Ex quo ✝ tex. Afflict. deciſ. Neapolita. 154. deciſum in illo conſilio refert; non valere pactum factum per vxorem hæredibus mariti, de nõ petendo dotem intra annos quatuor, alias quod amitteret quartam, quam ex conſuetudine illius Regni deberet lucrari; vbi ſubdit idem fore in antiphato, quoniam priuilegia dotis ipſi fuerunt communicata. Et ſufficit pro inualiditate quod contineat in ſe longiorem ſolutionẽ, ſicq. dotem in tempore minuat. d. l. de die de pact. dota.

Campe.

Campe.tract.de dot.4.par.quæſt.5.Nouel.
tract.de dot.par.7.priuile.11.num.1. Neq.
9 poteſt † mulier dotem propter prædictam
rationem donare,ne dote carens nubere nõ
poſſet Pau. de Caſt. & Iaſſ. in l. quæ dotis
ff. ſolut. matrimo. Nouel.tract. de dot. par.
6.priuil.69.nu.2.Meno.præſum.10.num. 4.
10 li.3. Dixit † & egregie Pala.rub. in cap. per
veſtras §.11.nu.1.de donatio.in.vir. & vxor.
mulierem non poſſe aliquid facere in pręiu-
dicium dotis , vbi ex facto ſuo dotium iura
læderentur l. de die cum tribus ſequen.ff.de
pact.dota.quod ille inibi aliquibus oſtendit
exemplis:Addit idẽ Pala.Rub.§.12.ſequẽti
nu.1.quod mulier in dote non habet liberã
diſponendi facultatem.
11 Atq. † ideo generaliter proditum eſt vt
ſuperius dixi,non valere huiuſmodi pacta à
mulieribus contracta,niſi ex iuſta , & à lege
probata cauſa id faciant l. licet manente ff.
de pact.dotal.Deci.conſ.536.Tiraquel. qui
alios in l. ſi vnquam verbo donatione lar-
gitus nu.31.C.de reuo.donatio.
12 Sic etiam † reſpondit Ruin.egregie conſ.
53.nu.11.li.2.dotis conditionem non poſſe
per vxorem deteriorem fieri, conſequenter
infert,nec poſſe maritum doti receptæ con-
ditionem viduitatis apponere. Addit ibidẽ
quod cũ maritus teneatur de dolo in dote,
lata culpa,& leui l. ſi filio §. 1.ff.ſolu. matri.
Et ita dotis inſtrumentum concipiendum ſit
ſecundum Barto.in l.2.in princi.ff.ſolut. ma
trimo.propterea nõ valeret pactũ, per quod
maritus ſolum de dolo promitteret l. pom-
ponius ff.de pact.dotali.Iaſſ.in d. l.2.n. 35.
ſolut.matri.glo.in l.etiam §.licet ſolut. ma-
13 trimo.4.vbi intulit,non valere pactum per
quod maritus non teneatur in rebus dotali-
bus eam præſtare diligentiam quam in rebus
ſuis adhibere cõſueuit Campe.tract.de dot.
part.2.quæſt.74.Pala.Rub.in d. ca. per veſ-
tras §.9.nu.3.de donatio. inter vir.& vxor.
14 Concinit † ſuperioribꝰ tex.in l.2. de pac.
dota.quo tex.aperte probatur conuentionẽ
initam,qua cautum fuit vt ſoluto matrimo.
quouiſmodo dos apud virum remaneat, in-
telligitur ſi vxor prædecedat,non ſic vbi ma-
riti morte matrimonium diſſolueretur,ratio
nem reddit,quoniam alioquin mulier ſuper
uiuens præ defectu dotis iterum nubere non
poſſet ; vbi glo. etiam , & alij adnotarunt,
15 Quinimo † glo.ibidem docuit pactum de lu-
cranda dote in caſum ſoluti matrimonij, in-
telligi ſiue extent filij ſiue non , dum modo
vxor præmoriatur,quod ſi prius maritus mo
reretur non ſeruabitur conuentio,aut filij ex-
tent,aut nõ,eſt ſimilis glo.in l. 1.iuncto. tex.
C. ſi conſ. matrimo. Pau.de Caſt.& alij in d.
l.2.ff.ſolut.matri.poſt Bart.inibi Iaſſ.nu.7.

16 His † accedat traditio Alexand.in d. l.2.
§.quod ſi in patris nu.3.ff.ſolut.matri. quod
licet pactum à patre factum circa dotis reſ-
titutionem pręiudicet filiæ poſtquam effecta
eſt ſui iuris,vt dixit tex.in d.l. 2. §. quod ſi
in patris,id tamen intelligendum in his ca-
ſibus,in quibus poteſt ſibi pręiudicare, quã-
do ſcilicet nec doti, vel illius iuribus , & li-
bertati iterum nubendi pręiudicaretur,alio-
quin ſecus:Barboſ.in d.§.nu.47.
17 Caſus † vero in quibus poteſt ſibi pręiu-
dicare (vt hoc obiter dicam) coacervauit
Alciat.in d.§.quod ſi in pactis n.38.Parpal.
nu.57.Dixit & ſingulariter Bal. in l. 2.ff. de
pact. dotali. pactum retinendę dotis a viro
interpoſitum in contractu matrimonij con-
templatione liberorum , locum non habere
in caſu quo vir prius moreretur , quia alio-
quin nubere non poſſet mulier.
18 Sed † & Bal.Nouel.tradidit d.tracta. de
dot.par.7.priuil.11.ſtatutũ diſponens quod
ſoluto matrimonio dos remaneat apud fi-
lios,intelligi debere ſecundum diſpoſitionẽ
iuris cõmunis,vbi ſcilicet prædecedit vxor,
ſecus ſi maritus,quia nubere iterum nõ poſ-
19 ſet prędefectu dotis : Vbi † & addidit non
valere ſtatutum,quo caueretur mortuo prius
viro dotem apud filios remanere debere,
eſſet enim matrimonij impeditiuum , quia
ſine dote mulieres vix nubere poſſunt, con-
ſequenter reſtringens libertatem matrimo-
nij;non valeret:ad ea quæ Panorm.& omnes
in ca.1.ex.de ſpõſa.dixi ſæpius hoc tractatu
li.1.&.2.
20 Egregie † & ſubtiliter magis reſpondit
Anto.de Butri.conſ.35.nu.2.ſtatutum pro-
hibens realem obligationem bonorum in
dotis reſtitutione,ſeu datione in ſolutũ, non
valere,quia matrimonia cum dificillime cõ-
trahantur abſq. dote & obligatione dotis
reſtituendæ,ſtatutum tolleret,aut ſaltim re-
ſtringeret ſummopere liberam contrahendi
matrimonia libertatem.
21 Ex † ſuperioribus & illud efficitur , quod
quemadmodum non poteſt vxor paciſci , vt
ſoluto matrimonio licet ipſa ſuperuiuat dos
remaneat apud filios , ſic nec pater in con-
tractu matrimonij id efficere poteſt l.quam-
uis C. de pac. conuent. vbi Barto. Salice.&
alij Areti.in d.l.2.ff.ſolut. matrimo. Socio.
ibi nu.6.Iaſſ. nu. 8. rationem reddunt citati
interpretes quoniam licet ſoluto matrimo-
nio dos reuertatur ad patrem dotantem, re-
uertitur tamen cum ſuo onere dotandi ſcili-
cet iterum filiam authen. ſed quamuis C. de
rei vxo.actio.Inde efficitur vt ſi dos deterior
redderetur patris ſubinde facultates , & pa-
trimonium minueretur , atq. ideo filia poſt
dotãda iuxta vires patrimonij paterni dam-
num

num ſentiret, minus enim eſſet in illius ſubſtantia eo quod dotis ſummā capit ex pacto prædicto: quod & ſenſit Nouel. d. priuile. 1 r. limi. 4. 5. & 10. qua de re ſuo loco latius dicemus.

22 Atque † ideo id verum aliqui crediderūt, vt nec extraneus dotando poſſit illud pactū adijcere glo. in d. l. quamuis Bart. conſ. 236. li. 1. de quo itidem articulo diſeremus inferioribus quæſtionibus.

23 Sanè † & licet æſtimatio venditionem faciat in reb⁹ dotalibus l. ſi æſtimatis vbi Bar. & omnes ff. ſolut. matrimo. l. res æſtimatæ l. quoties C. de iur. dotium, & alibi dicemus; vbi tamen tēpore æſtimationis maritus foret pauper, & inops, quoniam propter huiuſmodi æſtimationē ſibi mulier præiudicaret in dotis reſtitutione, nihil æſtimatio operaretur l. in rebus C. de iur. doti. Barboſ. poſt alios in d. l. ſi æſtimatis nu. 26. dicemus etiā latius altero loco.

24 Inde † etiam illud prodit fauore nuptiarū & dotis, vt & ſupra obiter, tamen dixi in verſi. quæ & procedunt, quod licet aliàs propter dubium euentum quandoq. actus ſuſtineatur l. de fideicomiſſo C. de tranſ. l. ſi pater §. fina. de pact. dotali. fauore tamen dotis, licet Interim ſuſtinetur dum dubium eſt an cōtractus doti præiudiciū adferat nec ne, adueniente tamen caſu in quo apertè dotis præiudicium pateat contractus reſoluitur ac ſi factus non fuiſſet, ex toties citata l. Attillicinus vbi. Barto. dixit quemlibet dictutū cōtrarium ſi legem illam non vidiſſet. Quamquam præiudicium interpretes illic conſiderant in eo, quod vel mulier nubere impediatur, vel tardius nubere, licet quo ad alia minime, iuxta tradita per Imol. in l. ſi ſocer. §. lucius ff. ſolu. matrimo. vbi Alexan. num. 9. & alij poſt eum.

25 His † adſtipulatur Cror. traditio in l. ſi conſtante 2. lectu. nu. 132. ff. ſolut. matrim. quod licet regulariter in maritum transferatur dominiū rerum dotalium l. doce ancillam C. de rei vindi. non tamen tunc transfertur, etſi res æſtimatę forent cum transferendo mulier dotis conditionem deteriorē effeceret ex d. l. Attillicinus.

26 Et hoc † pertinet Barto. doctrina in l. ſi conſtante ſolut. matrimo. de qua & ſuo loco dicetur, nō ſcilicet poſſe mulierem expreſſe, aut tacite renunciare beneficio l. vbi adhuc C. de iur. doti. quia talis renuntiatio vergeret in ipſius detrimentum.

27 Neq. † mulier ex prædicta, & toties adducta ratione cōſentire poteſt marito alienanti fundum dotalem l. vni. §. & cum lex vbi Barto. Bald. Angel. Salice. & alij C. de rei vxo. actio.

28 Adſtipulatur † ſuperioribus multorū pronunciatum in d. l. quæ dotis ſolu. matrimo. de quo ſuo loco dicemus, non poſſe mulierē alium ad dotem ſtipulandum adhibere niſi in caſu ſoluti matrimonij morte ipſius, ſecus in alio: docuit aliorū authoritate nouiſſime Barboſ. in d. l. quæ dotis nu. 12.

29 Et † ex d. l. Attillicinus in pulchro caſu decidit Theſau. deciſio. 200. n. 1. & ſequen. pactum de quo in illa ſpecie non valere, quia dotis cōditio deterior reddebatur.

30 Et ex eadem † l. Attillicinus reſpondit Surd. conſ. 112. nu. 37. li. 1. non valere pactū a muliere factum, quo fieret deterior dotis cōditio, vel nubere impediretur, etſi tardius.

31 Et generaliter † proditum non poſſe mulierem propter publicam vtilitatem in dote ſibi præiudicare d. l. Attillicinus d. l. 2. C. de pact. dotal. d. authen. ſiue a me C. ad Velleia. ſiue iurauerit, aut non iurauerit; ſiue in dote loquamur, ſiue in donatione propter nuptias, vel dotis augmēto, vt authoritate Rui. Plot. Afflict. Pariſi. Gerar. Anto. de Fan. & aliorum ſcripſit Caual. tracta. de vſu. mulier. relic. n. 135. quinimo nec in fructibus, & alijs ad dotem acceſſorijs Corne. conſ. 129. lib. 4. Ioſeph. Ludo. deciſio. Peruſi. 21. nu. 12. 13.

32 Penultimo † in cauſis dotalibus dubius euentus non efficit, vt contractus ſuſtineatur, nam ſi aliquo in caſu poteſt mulieri damnū afferre irritatur, licet poſsit pariter eſſe eidē lucroſus d. l. Attillicinus ad finem Imol. in l. ſi ſocer §. lucius ff. ſolu. matrimo. vbi Alexan. idem Alex. in l. de fideicommiſſo in princi. C. de tranſac. Afflic. poſt alios ab eo relatos deciſio. 154. Surd. conſ. 112. nu. 32. idem deciſio. 278. nu. 25. de quo ſuo loco dicemus.

33 Vltimo † quod admodum notādum eſt, facile enim quiſq. contrarium diceret, valet pactum in capitulis matrimonialibus cōtractum, vt certa lucri portio ex bonis fideicomiſſo ſubiectis vxori detur præmoriēte viro; & econtrario præmoriente vxore debeatur marito, vt enim pro dote cōſtituenda, & reſtituenda bona fideicomiſſo ſubiecta alienari poſſunt authen. reſque C. commu. de lega. ſic & pro dotis lucro cōſtituendo, tex. apertus in §. moriente, & in §. rurſus, & §. ſancimus in authen. de reſtitu. & ca. quę pac. igitur ſiue loquamur de dotis pacto lucranda, ſiue donationis ante nuptialis valet huiuſmodi conuentio. Accur. in §. quamobrem in d. authen. quem ſequitur ibidem Barto. & dixit communem Pala. Rub. in repetitio. rub. de donatio. int. vir. & vxo. §. 13. nu. 1. & 2. Vbi no-
34 tandum Socin. conſ. 23. col. 2. lib. 3. † Quod tamen intelligendum eſt quando non ſuperſunt alia bona libera, ex quib⁹ lucrū aſſequi poſſit, vt declarat egregie Bello. cōſ. 83. n. 3.

Ex

35 Ex aduerſo † autem ea omnia pacta, quæ
dotibus fauent, & matrimonij fauorem con-
cernunt valent l. ſi inter virum ff. de pact.
dotali. l. pater pro filia C. de pact. conuent.
l. diui Conſtantini C. de natura. libe. con-
fert tex. inſignis in capit. 1. de filijs nat. ex
matri. ad morga. contract. Guido. Pap.
conſil. 12. à numer. 1. conſil. 54. numer. 6.
conſil. 50. numer. 4. & deciſio. 267. & ſin-
gulari. 23. Bald. conſil. 22. lib. 5. Deci.
conſil. 245. numer. 3. conſil. 578. num. 9.
Bertran. conſil. 290. lib. 1. Caſſanat. conſi.
53. Pelaez tractat. de maiora. Hiſpano. 1.
part. quæſtio. 22. numer. 28. Valaſq. tra-
ctat. de iure emphi. quæſtio. 50. numer. 54.
Tiraquel. tractat. de iure primogen. quæſt.
6. num. 7.
36 Quæ de dotibus † dicta ſunt paulo an-
te in verſicul. Vltimo, quod admodum no-
tandum eſt, &c. numer. 37. eadem exten-
denda ſunt ad donationem propter nup-
tias vt mox dicam; neque parui momenti
fauor matrimonij eſt, non enim tam fre-
quenter matrimonia fierent niſi pacta; quæ
alioquin in cæteris contractibus non vale-
rent, fauore tamen matrimonij ſuſtinean-
tur: exuberant enim matrimonia fauore
capit. fina. vbi gloſ. de condi. appoſi. di-
xi lib. 1. comparatio. 17. à numer. 1. Ca-
ro. Moline. quæſtio. de donati. fac. in con-
tract. matrimo. numer. 9. ideo in illius fa-
uorem, ſpecialia multa inducta fuerunt l. 1.
& ibi omnes ff. ſolutio. matrimo. Vnde Ti-
berius Decia. reſponſo 7. num. 118. lib. 1.
37 ſcripſit † pacta huiuſmodi fauorabilia eſſe
dum dolus, & deceptio abſint.
38 Maiorem † autem eſſe fauorem dotis,
quam donationis ob cauſam matrimonij
reſpondit Crot. conſil. 107. numer. 6. Cra-
39 uet. conſil. 462. numer. 32. quos † merito
repræhendit Menoch. conſil. 261. vbi cum
numer. 4. Croti & Crauet. opinionem ad-
duxiſſet, poſt numer. 38. vſque ad num. 42.
aperte docuit æqualis eſſe fauoris donatio-
nes propter nuptias cum dotis conſtitutio-
40 ne: vbi & numer. 15. hanc † adfert ratio-
nem, quod licet donatio, quæ fit contem-
platione matrimonij nec dos dici poſſit,
nec donatio propter nuptias vere & pro-
prie, ex quo non adquiritur mulieri, iuxta
tex. in l. vt liberis C. de collatio. authen.
eo decurſum C. de donatio ante nup. dixi
infra quæſtio. 18. attamen retinet naturam
41 donationis propter nuptias, & eſt pars †
contractus ipſius matrimonij, & confundi-
tur cum eo ſicut animaduertit ſingulariter
Guido. Pap. deciſio. 145. Natta. conſil. 609.
numer. 3. Menoch. dict. conſil. numer. 15.
Roland. non citatus à Menoch. conſil. 70.
numer. 3. lib. 4. Vincen. de Fran. qui præ-
dictos non citauit deciſione 436. numer. 4.
& 5. 3. part. dixi latius infra ſectio. ſecun-
da quæſtio. 1. verſicu. Quinto loco adduci-
tur: & queſtio. 3. verſic. Extende regulam
primo, & in eiſdem terminis quod æque fa-
uorabilis ſit donatio propter nuptias, ſicut
dos ipſa reſoluit idem Vincen. de Fran. de-
ciſ. 182. num. 3. & ſeq. par. 1.

SVMMARIVM.

1 *Donatio inter virum, & vxorem prohibita.*
2 *Donatio inter virum, & vxorem ipſo iure nulla.*
3 *Donans vir vxori & econtra in foro conſcientiæ non tenetur adimplere promiſſionem.*
4 *Coniux donans & implens promiſſionem iuſte retinet res donatas.*
5 *Retinere rem licet ei, qui nulliter in poſſeſſionem miſſus eſt, donec ſibi creditum exoluatur.*
6 *Retineri res poteſt quando retentio actione vel exceptione iuuatur.*
7 *Donatio inter virum & vxorem etiam ante matrimonium facta nulla.*
8 *Paria ſunt quod fiat donatio tempore prohibito, vel quod conferatur in tempus prohibitum.*
9 *Donatio à marito facta tertio, vt is donet ſuæ vxori nulla.*
10 *Donationes quæ fiunt à maritis per interpoſitas perſonas vxoribus ſuis nullæ.*
11 *Donationes quæ ab his perſonis fiunt, quæ ratione patriæ poteſtatis quomodolibet attingunt maritos, vxoribus ſuis nullæ.*
12 *Vxor conſtante matrimonio poteſt dotem non conſtitutam marito conſtituere.*
13 *Maritus conſtante matrimonio nec ante, vxorem dotare poteſt.*
14 *Dotatio facta à marito vxori ſuæ ante matrimonium contractum ſpe futuri matrimonij nulla.*
15 *Maritus dotans mulierem ante matrimonium contractum, nulla mẽtione facta futuri matrimonij, ea conuentione vt ſibi illico dominium quæratur, valida.*
16 *Dotatio facta à marito ignobili vxori nobili, valida.*
17 *Didaci opinio qualis circa dotationem viri ignobilis factam vxori nobili.*
18 *Dotatio facta à viro vxori ſuæ lege vel conſuetudine id inducente valida.*
19 *Dotatio facta à viro vxori pro bono pacis, valida.*
20 *Dotatio facta à viro putatiuo vxori putatiuæ nulla.*

21 *Dotatio facta à viro vel etiam donatio ab eodem vxori putatiuæ morte non confirmatur.*

22 *Donatio facta à viro vxori impedimentum ſcienti, an fiſco queratur.*

23 *Lucra inter coniuges putatiuos; an communicanda.*

24 *Donotio vel dotatio facta à marito ignobili vxori nobili conſtante matrimonio, poſt factam primam donationem inualida eſt.*

25 *Donatio inter virum & vxorem iuramento firmata valet.*

26 *Donatio iurata facta à marito vxori qui prius iurauerat non donare an valida.*

27 *Donatio inter coniuges morte confirmata valida.*

28 *Donatio inter virum & vxorem morte etiam violenta confirmatur.*

29 *Mors ciuilis eoſdem effectus regulariter operatur, quos naturalis.*

30 *Donatio ficta inter virum & vxorem morte confirmatur.*

31 *Donatio iocalium & ornamentorum quæ tradidit maritus vxori poſt nuptias morte cõfirmatur.*

32 *Donatio iocalium vel ornamentorum à ſocero facta ſponſæ filij ſui morte non confirmatur.*

33 *Donatio à marito facta ſine expreſſione verbi dono, an valida.*

34 *Extenſio in odioſis de ſtricta interpretatione ad largam fieri non debet.*

35 *Donatio à marito facta vxori ex ſola coniectura, morte confirmatur.*

36 *Donatio à marito facta vxori ſecuta tantum traditione, morte confirmatur.*

37 *Traditio licet ficta, morte ſecuta confirmat donationem inter virum & vxorem.*

38 *Actus & ſi nullus qui poteſt aliquo modo confirmari, morte ſequuta confirmat donationẽ inter virum & vxorem.*

39 *Traditio quocunque tempore facta confirmat donationem inter virum & vxorem.*

40 *Traditione interueniente confirmatur donatio inter virum & vxorem, & ſi à marito conditio fuerit adiecta, vt ſi conualeſceret res ad eum rediret.*

41 *Actus quilibet, qui vim traditionis obtinet, confirmat donationem inter virum & vxorem.*

42 *Decretum Iudicis non ſufficit ad confirmandam donationem inter virum & vxorem.*

43 *Donatio mortis cauſa ab vno ex coniugibus alteri facta valet.*

44 *Traditio an requiratur in donatione cauſa mortis facta ab vno ex coniugibus.*

45 *Donatio cauſa mortis inter virum & vxorem facta, facto teſtamento ab vno ex coniugibus adiecta clauſula. Caſſans & irritans, &c. dicta donatio reuocata cenſetur.*

46 *Donatio extraneis facta adiecta clauſula caſſans & irritans quæ mortis cauſa eſt, non cenſetur reuocata niſi de donatione expreſſa mentio fiat.*

47 *Donatio quæ inter coniuges valet, morte non confirmatur.*

48 *Confirmatæ donationis tempus, & non confirmantis attenditur.*

49 *Donatio valida inter virum & vxorem vim vltimæ voluntatis non habet.*

50 *Fructus percepti ante mortem in donatione inter virum & vxorem non debentur donatarijs.*

51 *Donatio cauſa mortis inter virum & vxorem morte ciuili confirmatur.*

52 *Traditio requiritur in donatione cauſa mortis inter virum & vxorem facta aduerſus fiſcum.*

53 *Donatio cauſa mortis facta ab vxore viro morte vxoris euaneſcit.*

54 *Donatio inter ſponſum & ſponſam valida ante matrimonium quando nulla matrimonij venturi mentio facta eſt cum ſcilicet veſtes & iocalia dantur.*

55 *Donatio inter ſponſum & ſponſam indiſtincta valida, quando de matrimonio venturo nulla mentio facta eſt.*

56 *Pactum initum in contractu matrimonij vt iocalia præmoriente marito ſint vxoris, an validum.*

57 *Sponſus vel maritus nullo iure obligatur donare ſponſæ vel vxori.*

58 *Donatio remuneratoria inter virum & vxorem omnino valida.*

59 *Donatio ab ſponſo ſponſæ facta ſimpliciter valida.*

60 *Donatio propter nuptias ab ſponſo ſponſæ facta valida.*

61 *Arræ in matrimonijs iuſte imponuntur.*

62 *Arræ à pœna qualiter differant.*

63 *Arra magni valoris ſuſtinetur in matrimonio; pœna & ſi modica minime.*

64 *Arra pro ſecuritate matrimonij donatur.*

65 *Arra ſic datur vt in defectum promiſſionis amittatur.*

66 *Arra in matrimonio eâ datur intentione vt ſignum ſit Phœderis & connubij.*

67 *Promiſſio arrarum valida in matrimonio, dũ illico arræ traduntur.*

68 *Traditio quantitatis in matrimonio facta valida, & loco arrarum cedit.*

69 *Arrarum traditio in matrimonio valida, ſiue ſit in parua vel magna quantitate.*

70 *Arrarum donatio in matrimonio ſuſtinetur, ſiue ſit in quantitate vel in ſpecie.*
71 *Arrarum donatio ſuſtinetur in matrimonio, ſiue arræ reddantur vel non reddantur.*
72 *Arrarum donatio ſuſtinetur in matrimonio & ſi vtrinque data diuerſæ ſint ſpeciei.*
73 *Alciat. traditio reiecta.*
74 *Confeſſioni recipientis ſtatur cum de arrarum receptione agitur.*
75 *Authoris opinio, & arras amittit in matrimonio, qui fidem non ſeruat.*
76 *Arras minime amittit is, qui ſine culpa recedit à matrimonio.*
77 *Arras amittit in matrimonio, qui eas dedit cum ſciret impedimentum.*
78 *Arras perdidit in matrimonio, qui cum matrimonium perficere potuiſſet, morte peruentus non potuit.*
79 *Arras in triplo & quadruplo reſtituit in matrimonio, qui recuſat.*
80 *Arras in matrimonio minor perdit ſicut & maior adhibita diſtinctione.*
81 *Arras perdit minor ſicut maior in matrimonio ſi veniam ætatis impetrauit.*
82 *Arras perdit minor ſicut maior cum non ſibi ſed patri vel alijs coniunctis datæ ſint.*
83 *Arras perdunt minores tantum cum illa parentibus, tutoribus vel curatoribus datæ ſunt.*
84 *Arrarum valor computatur in triplo vel quadruplo.*
85 *Arras perdit, qui iniuſtè diſcedit.*
86 *Arræ in matrimonio aplicantur ei, qui fidem ſeruat.*
87 *Arrarum amiſſio in matrimonio, iuſto impedimento tollitur.*
89 *Arrarum amiſſio an vindicet, quando ſponſa ante matrimonium fornicata fuit.*
90 *Arras non lucratur ſponſa ex ſolo oſculo.*
91 *Arræ an amittantur detecto impedimento, vbi tamen poteſt facilè Papa diſpenſare.*
92 *Conditio in primogenio appoſita vt filius contrahat cum aliqua conſanguinea intra tertium vel quartum, an valida.*
93 *Conditio impoſſibilis iudicatur, quando illius implementum pendet à diſpenſatione Romani Pontificis.*
94 *Arræ non amittuntur detecto impedimento, cum is, qui recepit nollit diſpenſationem obtinere.*
95 *Factum promittens nil aliud promitit, quam ſe facturum & curaturum.*
96 *Grego. Lop. opinio.*
97 *Grego. Lop opinio probata.*
98 *Arrarum promiſſio iure canonico, interdicta non eſt.*
99 *Donatio remuneratoria ab ſponſo vel marito facta vxori valida.*
100 *Donatio reciproca inter virum & vxorem valida.*
101 *Donationes reciprocæ inter virum & vxorem nullum adferunt coniugibus detrimentum.*
102 *Donatio à marito facta vxori conſtante matrimonio, valida quando ante matrimonium tantundem receperat ab vxore.*
103 *Donatio reciproca inter virum & vxorem valida quando eiuſdem eſt valoris vtraque.*
104 *Donatio à marito facta vxori propter benemerita valida.*
105 *Merita æſtimationem recipiunt.*
106 *Obligatio antidoralis donandi, remuneratoria dicitur.*
107 *Pinelli opinio ſubtilis.*
108 *Benemerita in donatione facta vxori exprimenda.*
109 *Donatio ob benemerita facta non præſumitur in prohibitis, niſi benemerita exprimantur.*
110 *Donatio ob benemerita facta à marito vxori valida cum benemerita non omnino exprimerentur.*
111 *Donatio facta à marito vxori ob benemerita exigua, inualida.*
112 *Authoris opinio.*
113 *Donatio remuneratoria in eo, quod excedit benemerita, nulla.*
114 *Merita quando dicantur æquipolere donationi.*
115 *Pineli opinio.*
116 *Creditoris conditio, debitoris nobilitate non debet eſſe deterior.*
117 *Obſequia, quæ nobilis vxor ignobili marito præſtare non cogitur.*
118 *Donatio remuneratoria & ea dicitur, quæ à marito ignobili fit vxori nobili.*
119 *Donatio reciproca inter virum & vxorem cõſtante matrimonio fieri poteſt.*
120 *Donatio à marito ignobili diuiti fieri non poteſt vxori nobili, & quæ ſit ratio.*
121 *Donatio facta à marito ignobili vxori nobili, exceſſiua eſſe non debet.*
122 *Donatio facta à marito nobili alicui mulieri futuræ vxori, & ſi magna, exceſſiua iudicari non poteſt.*
123 *Donatio à marito nobili facta vxori, correſpondere debet nobilitati viri donantis.*
124 *Donatio remuneratoria inter virum & vxorem in eo quod excedit, reſeruanda eſt filijs prioris matrimonij.*
125 *Donatio remuneratoria & ſi excedat quingentos aureos, nulla indiget inſinuatione.*
126 *Donatio mariti diuitis & ignobilis valet facta vxori nobili, dum à principio maritus diues erat.*

127 *Donatio mariti ſenis donantis vxori iuueni, tanquam reciproca valet.*

128 *Donationes inter virum & vxorem quando validæ, remiſſiue.*

129 *Sponſalitia largitas quæ ab ſponſo ſponſæ fit, ſpecialis eſt contractus.*

130 *Sponſalitia largitas antiquo iure irreuocabilis erat donatio.*

131 *Sponſalitia largitas ita adquiritur mulieri vt nec oſculum vel copula carnalis requiratur.*

132 *Sponſalitia largitas iure nouo quomodo adquiratur mulieri.*

133 *Sponſalitia largitas ſpe futuri matrimonij cõtracta cenſetur.*

134 *Sponſalitia largitas an adquiratur mulieri propter oſculum ſibi datum in infirmitate.*

135 *Sponſalitia largitas adquiritur mulieri ſiue oſculum procedat donationem, vel è contra.*

136 *Sponſalitia largitas quando debeatur cũ oſculum vel copula præcedunt ſponſalia.*

137 *Sponſalitiam largitatem nõn lucratur vxor ob ſolum amplexum.*

138 *Sponſalitiam largitatem an lucretur ſponſa ob oſculum datum in maxilla, vel fronte.*

139 *Sponſalitiam largitatem non lucratur ſponſa propter oſculum cum interim diſpenſatio Papæ ſpectatur.*

140 *Sponſalitiam largitatem non lucratur ſponſa, quando ſub conditione fuit contractum matrimonium.*

141 *Sponſalitiam largitatem non lucratur ſponſa etiam ex copula quando conditione adiecta fuit contractum matrimonium.*

142 *Copula carnalis nullius eſt eff. ctus inter virũ & vxorem niſi adhibita ſolemnitate Concilij Tridentini.*

143 *Sponſalitiæ largitatis dimidiam ex oſculo ſpõſa lucratur, at vero ex copula, totam.*

144 *Sponſalitiam largitatem vxor lucratur, ſiue traducta fuerit vel non traducta.*

145 *Traductio ſponſæ attento iure nouo Concilij Tridentini nihil operatur, niſi adhibitis ſolemnitatibus.*

146 *Sponſalitiam largitatem non lucratur vxor intercedente copula iure nouo Concilij Tridentini, niſi adſint ſolemnia.*

147 *Sponſalitiæ largitatis dimidiam lucratur ſpõſa ex copula.*

148 *Sanch. opin. reprobata.*
L. ſi a ſponſo C. de donatio. ante nup. declaratur.

149 *Sponſa licet lucretur donata ab ſponſo, non tamen lucratur dimidiam donatorum per matrem ſponſi vel alios attinentes.*

150 *Sponſalitiam largitatem lucratur ſponſa ſtãte impedimento quod ignorabat.*

151 *Sponſalitiam largitatem non lucratur ſponſa quæ ſcit impedimentum.*

152 *Sponſalitiam largitatem non lucratur ſponſa quæ ſcit impedimentum, & ſi ſponſus ignorabat.*

153 *Sponſalitiam largitatem non lucratur ſponſa ex oſculo, vel copula cum ſponſus & ipſa ſciunt impedimentum, ſed fiſco applicatur.*

154 *Conditio recipientis potior, cum turpitudo ex vtraque parte verſatur.*

155 *Sponſalitiam largitatem lucratur vxor ex oſculo, & ſi poſt religionem ingrediatur.*

156 *Sponſalitiam largitatem lucratur ſponſa ſponſo ingrediente religionem.*

157 *Sponſalitiam largitatem non lucratur ſponſa quando de communi aſſenſu fuit receſſum ab ſponſalibus.*

158 *Sponſalitiam largitatẽ an lucretur qui prius diceſſit ab ſponſalibus.*

159 *Purgationi moræ nõ eſt locus vbi executio fit à lege.*

160 *Opinio communis reprobata.*

161 *Obligatio prior ſolo conſenſu dirimitur.*

162 *Sponſalitiam largitatem lucratur ſponſa quãdo licite recedit ab ſponſalibus.*

163 *Sponſus nil lucratur ex oſculo ſicut ſponſa.*

164 *Sponſalitiam largitatem an lucretur ſponſa ſi prius oſculum dederit ſponſo.*

165 *Rationes duæ cum militant ceſſante vna non ceſſat alia.*

166 *Donata ab ſponſa ſponſo lucratur ſpõſus nuptijs ſubſequutis.*

167 *Sponſus donata vxori illico repetit nec tenetur probare cauſam ſecutam non fuiſſe.*

168 *L. ſi ſponſo & l. cum veterum C. de donatio. ante nup. declarantur.*

169 *Sponſalitia largitas nullam requirit inſinuationem.*

170 *Donatio propter nuptias non voluntaria, ſed neceſſaria dicitur.*

171 *Donatio propter nuptias in vlteriori Hiſpania, arra nominatur.*

172 *Donatio propter nuptias in Aragonia, nominatur hereditamentum maritorum.*

173 *Donatio propter nuptias in Cathalonia, dicitur augmentum dotis, ſponſalitium, vel dotalicium.*

174 *Donatio propter nuptias apud Gallos, dicitur Douaire.*

175 *Donatio propter nuptias apud Neapolitanos, vocatur donatiuum.*

176 *Donatio propter nuptias apud Longobardos dicebatur Morguim.*

177 *Donatio propter nuptias apud nos augmentum nominatur, ſed impropriè.*

178 *Donatio propter nuptias dicitur quicquid maritus donat vxori, contemplatione dotis.*

179 *Donatio propter nuptias fit in præmium pudicitiæ virginalis.*

Donatio

Digitized by Google

180 Donatio propter nuptias in Cathalonia non ſolum ſit in præmium pudicitæ virginalis, ſed & vt cautius ſit vxori conſultum in dotis ſuæ conſeruationem.

181 Donatio propter nuptias antiferna vocatur, & quare.

182 Donatio propter nuptias ſic reuertitur ad maritum, ſicut dos mortuo marito ad vxorem.

183 Donatio propter nuptias neceſſaria eſt non voluntaria de iure communi.

184 Pater ſicut tenetur dotare filias, ſic tenetur filijs conſtituere donationem propter nuptias.

185 Iure Regio Cathaloniæ donatio propter nuptias conſtituta cenſetur mulieri, & ſi nihil dictum ſit.

186 Donatio propter nuptias cenſetur tacitè conſtituta, vbi talis adeſt conſuetudo.

187 Donatio propter nuptias conſtitui debet per virum vxori conſtante matrimonio, ſi ante illud conſtituta non fuerit.

188 Authoris declaratio.

189 Vxor poſtquam maritus ſibi donationẽ propter nuptias conſtituit, cogitur & ipſa dotem conſtituere.

190 Donationem propter nuptias cogitur pater cõſtituere filio pro ſecuritate dotis.

191 Donationem propter nuptias cogitur pater conſtituere filio petente nuru, & ſi filius taceat.

192 Donationem propter nuptias cogitur pater hæreticus conſtituere filio catholico.

193 Donatio propter nuptias an debeatur mulieri pro dimidia vel in totum, quando virgo non erat tempore nuptiarum.

194 Deciſio huius Senatus qualis.

195 Donatio propter nuptias ex errore procedens, nullum effectum operatur.

196 Donatio propter nuptias ſic conſtitui poteſt corruptæ ſicut virgini.

197 Ratio duplex vbi militat, ceſſante vna non ceſſat alia.

198 Sanch. opinio reiecta.

199 Donationem propter nuptias lucratur mulier, quæ ante matrimonium publice meretriciũ exercebat.

200 Donationem propter nuptias lucratur mulier corrupta, quando maritus non fuit conqueſtus.

201 Maritus ſimulans corruptionem mulieris, hæredibus ſuis exceptionem tollere cenſetur.

202 Maritus qui fuit conqueſtus in vita de corruptione vxoris, eo mortuo poſſunt hæredes exceptionem proſequi.

203 Donationem propter nuptias an lucretur mulier ex ſolo oſculo.

204 Donationem propter nuptias an lucretur vxor condemnato marito ad tirremes in perpetuum.

205 Condemnatus ad tirremes, ſeruus pœnæ dicitur.

206 Mors ciuilis vbi eoſdem effectus parit quos naturalis, tunc non expectatur mors naturalis.

207 Reges Hiſpaniarum non ſolent condemnatis ad tirremes indulgentiam concedere.

208 Donationem propter nuptias nõ lucratur vxor condemnato marito ad tirremes ad modicũ tempus.

209 Donationem propter nuptias an poſſit exigere vxor marito vergente ad inopiam.

210 Donationem propter nuptias non poteſt exigere vxor, quando timeretur eam non recte adminiſtraturam fore bona donata.

211 Filij prioris matrimonij poſſunt retinere res mobiles legatas, vxore tranſeunte ad ſecundas nuptias, quando recuſſat fideiubere.

212 Surdi traditio aduerſus Vrſil.

213 Augmentum dotis non debetur, niſi pro rata dotis ſolutæ.

214 Augmentum dotis non debetur niſi pro rata dotis ſolutæ, etiam ſtante iuramento.

215 Augmentum dotis non debetur patre non ſoluente dotem, licet alij contra.

216 Augmentum dotis non debetur dote non ſoluta mortuo marito vbi pater interim effectus eſt non ſoluendo.

217 Augmentum dotis an debeatur mulieri extraneo dotante & non ſoluente.

218 L. ſi extraneus ff. de iur. doti. intellectus.

219 Augmentum dotis non debetur mulieri, vbi debitor mulierem hæredem inſtituit.

220 Augmentum dotis debetur mulieri, & ſi dos non fuerit conſtituta viro, dum augmentum fuerit promiſſum.

221 Augmentum dotis debetur mulieri vbi maritus remiſſit dotem ſine conſenſu mulieris.

222 Augmentum dotis debetur mulieri, vbi maritus non vrſit hæredem patris vxoris ſuæ.

223 Augmentum dotis debetur mulieri etiam dato termino marito ad ſoluendam dotem.

224 Augmentum dotis debetur mulieri vbi nomina debitorum in dotem data, culpa mariti reddita ſunt inutilia.

225 Augmentum dotis debetur mulieri, vbi facta apocha per maritum de dote, poſt pater promiſſit ſoluere dotem genero.

226 Augmentum dotis an debeatur mulieri, vbi mariti hæredes cedere actiones ſunt parati.

227 Augmenti mulieris ius perfectæ quæſitum non eſt, cum aduerſus eam exceptio non numeratæ dotis opponi poteſt.

228 Menochij declaratio & diſtinctio.

229 *Augmentum dotis an debeatur mulieri quando adeſt confeſſio de dote recepta intra tempora oponendi exceptionem dotis.*

230 *Augmentum dotis debetur mulieri lapſo tempore exceptionis non numeratæ dotis, vbi pater promiſſit dotem.*

231 *Augmentum dotis nō debetur mulieri ab heredibus mariti ſtante confeſſione mariti, cōſentiente muliere.*

232 *Augmentum dotis non debetur mulieri, quando ſocer ſuccedit filiæ, & quæ ſit ratio.*

233 *Augmentum dotis non debetur mulieri quando pars pecuniæ ab illo qui promiſſit facta fuit, & confeſſus eſt ſolutam dotem.*

234 *Augmentum dotis vel donatio propter nuptias an poſſit fieri mulieri conſtante matrimonio.*

235 *Augmentum dotis ſeu donatio propter nuptias an debeatur mulieri cum à principio conſtituta non fuit.*

236 *Augmentum dotis debetur mulieri & ſi nihil dictum ſit cum talis eſt conſuetudo in patria.*

237 *Augmentum dotis in Cathalonia non debetur niſi deductum fuerit in pactum.*

238 *Augmentum dotis in Cathalonia ſi totum illud vult mulier tenetur poſt mortem ſuam reſtituere: ſi autem medietatem tantum, efficitur ſuum proprium.*

239 *Augmentum dotis, totum an debeatur mulieri vbi maritus non fuit ſtipulatus ſibi aut ſuis reuerti.*

240 *Augmentum dotis totum debetur mulieri ex pacto.*

241 *Augmentum dotis totum debetur mulieri ex pacto, maxime ſtante iuramento.*

242 *Contrahens cenſetur in dubio contrahere iuxta conſuetudinem ſuæ prouintiæ.*

243 *Iuramentum non auget obligationem.*

244 Goza. Crauet. Rolan. & *Surd. traditiones declaratæ.*

245 *Augmentum dotis in Cathalonia non debetur niſi præmoriente marito.*

246 *Diſpoſitionis pars vna declaratur per aliam coniunctam.*

247 *Interpretatio melior nulla, quam ea, quæ ex verbis elicitur.*

248 *Augmentum dotis fauorabile eſt mulieri.*

249 *Prælationis priuilegium an competat mulieri pro dotis augmento.*

250 *Mulier pro augmento pro ſecuritate ſuæ dotis agens priuilegium habet prælationis aduerſus creditores.*

251 *Augmentum dotis & ſeu donatio propter nuptias regulariter pari paſſu ambulant.*

252 *Bona alienari prohibita an ſicut pro dote, ſic etiam pro augmento alienari poſſint.*

253 *Mulier an ſicut remanet in poſſeſſione bonorum mariti in Cathalonia & ſuos facit fructus donec fuerit integre exoluta de dote & augmento, an idem ſit in bonis vinculatis.*

254 *Pactum de lucranda certa portione dotis præmortua vxore, an eo ipſo factum cenſeatur reſpectu vxoris in eadem portione augmenti.*

255 *Augmentum dotis an eſſe æquale debeat cum dote.*

256 *Augmētum dotis an debeat reſeruari filijs primi matrimonij trāſeunte muliere ad ſecundas nuptias.*

257 *Mulier an poſſit vindicare res in augmentum datas conſtante matrimonio, ſicut vindicat maritus res dotales.*

258 *Mulieri licet renūtiare iuribus hypotecæ quā habet in bonis mariti.*

259 *Mulier nequit renuntiare donationi propter nuptias & illius iuribus.*

260 *Maritus ſicut non poteſt etiā de conſenſu vxoris alienare res dotales, ſic nec res propter nuptias donatas.*

261 *Iuramento interpoſito in alienatione rerū dotalium per mulierem ſibi præiudicat.*

SECTIO PRIMA.

QVONIAM SÆPIVS INTER virum, & vxorem donationes fieri ſolitæ ſunt in capitulis matrimonialibus, hac priore ſectione priuſquam ad cætera pacta, vincula, & ſubſtitutiones, quæ filiorum fauore celebrantur accedam, de his agendum.

QVÆSTIO PRIMA.

DONATIONES INTER VIRVM & vxorem quæ in contractu matrimonij celebrantur, quando validæ vel inualidæ plena manu declaratum.

DE donatione ſimplici agim⁹ hac quæſtione, de ſponſalitia largitate, & donatione propter nuptias, & arrarum traditione. Do-
1 natio † igitur inter virū & vxorem regulariter prohibita eſt l. 1. 2. & 3. vbi reddit rationem IurisConſultus ff. de dona. in. vi. & vxo. cap. fin. eo. tit.

2 Eſt autē donatio hæc ipſo iure † nulla l. 3. §. ſciendum in verbis ipſo iure, & verbis nullius momenti ſunt ff. illo titu. nulla igitur ex hac donatione ciuilis, vel naturalis naſcitur obligatio, proinde tutiſſimus in foro conſcientiæ

cientię remanet cõiux,qui minime donatio-
nis conuentionem adimplet,ſicut poſt Bart.
Alex.Grego.Lop. & Gomez. animaduertit
Sanch.in comm.de matri.li.6.diſpu.1.nu.2.
3 Ex contrario infertur † eum cõiugem qui
donationem adimpleuit , iuſte poſſe res do-
natas retinere quoad vſq. alter præmoria-
tur,& ſi enim donatio nulla ſit ipſo iure,mor
te tamen cõfirmari poteſt vt illico dixerim.
Sic Sanch.ſupra num.3.in ver. Vnde infero.
4 Verum hæc Sanch.traditio † vera nõ eſt etſi
enim retinere rem liceat ei , qui nulliter in
poſſeſſionem miſſus ſit,donec creditum ſibi
exoluatur.l.fundus qui vbi glo. & Bart.ff.de
rei vendi.l.fina.C.ſi aduerſ.fiſ.pulchre Surd.
deciſ.46.nu.7. & ſequen. vbi & id ipſum iu-
5 dicãdum ſcribit, & ſi creditori † nulla com-
petat hypotheca ex tex. in l. ſi non ſortem
§. ſi centum de condi. indebi. verum id in-
6 telligendũ quando aliquo iure,actione,vel †
exceptione res retineri poteſt , quia debitũ
præcedit gloſ. verbo retinebitur in d. §. ſi
centum.vt poſt Bart.Alex.Iaſſ.& alios Surd.
dicta deciſio. à num.6.verſi. in contrarium,
at in hac ſpecie nullum pręcedit debitũ,quo
retentio vſq.in mortem coniugis alteri poſ-
ſit concedi:Declaranda igitur neceſſario tra-
ditio hæc Sanch.vt intelligatur quando con-
iux , qui rem alteri donauit non eam repe-
tit, ſed ſinit in poſſe coniugis vſq. ad mortẽ.
Hæc omnium traditio extenditur etiam
7 ad eum caſum,quo † donatio ante matrimo
nium facta eſt,ſpe tamen futuri matrimonij,
veluti inter ſponſum & ſponſam l. penul. ff.
de dona.in.vi.& vxo.l.non ſine.verſ.Quam-
uis C.de bo. mater. glo. in l.3.verbo concu-
binę C.de dona.in.vi. & vxo.Cin.Bal.Pala.
Rub.Salice.Imol.Alex.Paris.Segu.Gomez.
Villalob.eos recenſet Sanch. d.diſpu.nu.4.
verſ. Sed dicendum.
8 Paria enim ſunt † quod fiat donatio in tẽ-
pore prohibito , vel quod fiat tempore lici-
to,& conferatur in tempus illicitum l.quod
ſponſę C.de dona.an.nup. cap. de vxore de
ſepul.Barto.Arela.& Pala.Rub. quos refert
& ſequitur loquens in noſtra ſpecie Surd.
conſ.164.num.59.& 60.lib.2.
9 Qui inibi id ipſum aſſerit † quando mari-
tus donaret extraneo , vt is dotaret , vel do-
naret futuræ vxori.
Secundo idem in donationibus, quę fiunt
10 à marito vxori † ab interpoſitis perſonis d.
l.3.§.videam⁹ & l.ſi ſponſus ff.de dona.inter
vi.qui enim per alium facit,per ſeipſum fa-
cere videtur Sanch. ſupra num.8. & Surd.d.
conſ.num.60. ad medium.Quinimo & ſi do-
11 nationes fierent per eos,qui † ratione patrię
poteſtatis quomodolibet pertinẽt ſeu attin-
gũt,& nullæ dicerẽtur,veluti ſi ſocrus nurui,
auo,vel alijs aſcendentibus donaret , l. 3.§.
quo in eiuſdẽ vſq. ad §.non tantum ff.de do-
na.cau.mor.l.inter eas C. illo titu. nã quod
directe fieri non põt nec indirecte per per-
ſonas interpoſitas vt ſupra dicebam l. ſi per
impræſsionem C. quod me. cau. ſic pulchre
authoritate Pala.Rub. reſpondit nouiſsime
Surd.conſ.78.nu.14.15.16.lib.1.
12 Tertio extenditur,quod † licet vxor viro
conſtante matrimonio poſsit dotem non cõ-
ſtitutam antea,conſtituere; & cõſtitutam au-
gere l.ſi conſtante l.fina.C.de dona.an.nup.
§.eſt & aliud verſic. In primis inſti.de dona.
quoniam nõ ea proprie donatio dici poteſt,
cum ad onera matrimonij ſupportanda de-
tur l.pro onerib⁹ C.de iu.doti. Et quia mor-
tuo marito ſit reditura ad eam ſicut ſcripſe-
re interpretes in locis ſupra citatis. Et nuniſ-
ſime Cardi. Mãti. poſt multos alios in com-
men.de coniectu.vlti.volunt.lib.11.titu.22.
num.2. Baeza.tracta. de non melioran.filia.
cap.5.num.18.Pala.Rub.in rub.de dona.in.
vi.& vxo.§.33. à nu.1.Nouell.de dot.7.par.
priuile.8.Sanch.qui eoſdem refert in comm.
13 de matri.lib.6.diſputa.7. num.1. Viro † ta-
men non licet ante nec poſt contractum ma-
trimonij dotare vxorem,quia donatio eſt &
ſic datur vt nuſquam ad maritum donantem
reuertatur l.ſi quis vxori ff.de dona.in.vi.&
vxo. neq. eidem dotem datam à patre , vel
alio augere l.fina.§.ſi à ſocero ff.de dona.in.
vi. & vxo. l. ex promiſsione ff. de actio. &
obliga.Panorm.in cap.Et ſi neceſſe nu.2.vbi
Alex. de Neuo. num.2.ex. de dona.in.vi.&
vxo.Præpoſi.num.2.Socin.in l.2.num.70.ff.
ſol.ma. Pala.Rub.Tabien.Angel. & Baeza.
quos citat & ſequitur Sanch.de matrim.li.6.
diſpu.7.nu.3.Natt.cõſ.147.nu.3.Surd.conſ.
164.nu.58.59.& 60.lib.2.qui alios.
14 Id ipſum cenſent † omnes , vbi dotis hæc
cõſtitutio fieret ante ipſum matrimonij con-
tractum ſpe futuri matrimonij contrahendi,
nam & hęc ipſa dotis cõſtitutio donatio fo-
ret,quę in tempus prohibitum collata, nulla
eſt.d.l.quod ſponſæ & dixi ſupra n.8.atq.ſic
docent in his terminis Panormit. Prępoſi.
Alex. de Neuo. Palat. Rub. Baez. & Sanch.
nunc citati.
15 Sic inferunt,vt † ſi vir dotaret mulierẽ an-
te matrimonij contractum, nulla mentione,
vel reſpectu futuri matrimonij ea pactione
vt ſibi dominium illico acquireretur valere
dotationem l.1.C.de dona. an. nup. Panor.
Præpoſi. Angel.Syluest.Tabie. Pala.Rub. &
Sanch.ſupra.
Vnum tamẽ inſignem adferunt caſum in-
terpretes , in quo valet huiuſmodi donatio
16 vel dotatio,is † eſt cum ignobilis diues no-
bilem dotat futurã ſibi vxorem,vel cũ ſenex

iuuenem in vxorem accipit, non enim hæc
ſimplex donatio dici poteſt, ſed remunera-
toria donatio, quaſi ignobilis vilitatem ſan-
guinis cum claritate nobilitatis futuræ vxo-
ris videatur compenſare; docuit gloſ. com-
muniter approbata quam inibi ſequũtur in-
terpræteſ in l.ſi voluntate C.de do.promiſ-
ſio.Bart.& alij poſt eum.in l.ſi diuortio n.4.
de verbo.obliga.Bal.Imol.Iaſſ.Panor. Præ-
poſi.Alex.de Neuo.Tiraquel.Pala.Rub.Se-
gu. Perezi. Ange. Didac.Gomez. Atzebed.
Dueny.Ioan.Garcia. Barboſ. Valaſ. & alij
quos refert Sanch.de matri.lib.6.diſputa.7.
num. 3.& his addendi Alciat. Craue. Vegi.
Tibe.Decia.Galiau.Barba.& Corn.quos in
eiſdem terminis ſequitur & refert Surd.de-
ciſio.166.num.20.21.22. 23. Et licet aliqui
diſſenſerint abhac tamẽ communi & recep-
tiſſima recedendum non eſt.

17 Cæterum rectiſſimè † poſt veteres ani-
maduertit Dida.in Epito. 2.par.cap.3.§.3.
num. 4. non huiuſmodi dotem ſic a viro ig-
nobili aut ſine, conſtitutam gaudere priuile-
gijs dotis, cum dos proprie illa ſit, quę à mu-
liere vel illiꝰ patre aut ab alterius patrimo-
nio marito conſtituitur.

Sanè & alius celebris caſus ſuperiori ad-
18 iungi ſolet ab interpretibus, cum aut lege, †
conſuetudine, vel Rom.Pontifi.dotis conſti-
tutio induceretur exemplum, cum lege vel
ſtatuto deflorans virginem eam dotare te-
netur iuxta diſpoſitionẽ cap.1.& 2.de adul-
te.aut conſuetudo, quæ altera lex eſt præſcri-
beret, poſſe viros vxores dotare, aut cũ Ro-
ma.Pontifex.cum conſanguineis hac condi-
tione diſpenſaret, vt conſanguineus diues,
pauperem dotaret conſanguineam: id ipſum
19 ſentiunt Interpretes † cum bono pacis, &
ad ſedandas diſcenſiones maritus vxorẽ do-
taret ex.l.creditor §.1.ff.manda.ſicuti Pala.
Rub. proſequitur in d. rub. de dona. §.30. à
num.3.Sanch.ſupra num. 5.6.& ſequenti.

20 Quarto extenditur † regula vt procedat
nedum inter veros coniuges, ſed & inter pu-
tatiuos, non enim donatio valet veluti cum
exiſtimãtes vir & vxor nullum eſſe impedi-
mentum inter eos, contraxerunt, cum enim
nihil tam contrarium ſit conſenſui quã error
prædefectu conſenſus ſuſtineri donatio non
poteſt l.cum hic ſtatus §.fin.verſ.Si quis ſpõ-
ſam ff.de dona.in.vi.& vxo. l.ſi ex volũtate
21 C. de dona. in.vi. & vxo. nam † neq.huiuſ-
modi donatio morte confirmaretur d.l.cum
hic ſtatus §.fina.ff.de dona.in.vi.& vxo. vbi
Bal.Pala.Rub.in d.rub.§.36.num.7.Anton.
Gom.in l.52.Tau.num.77. Dida.in Epito.
2.par.cap.7.§.1.num.8.& alij quidam, quos
refert Sanch.in comm.de matri. li.6. diſpu.
2.num.fin. vbi ante numeris præcedentibus
22 tradit quid † vbi ambo impedimentum ſci-
rent, vel vnus ex illis, an donatio fiſco quæ-
ratur nec ne; quod vt ab inſtituto tractatus
noſtri alienum omiſſerim, cõferunt, quæ tra-
didi infra ſectio. 5. in ea quæſtione an inter
23 coniuges † putatiuos lucra communicanda
ſint, vbi reſolui communicanda fore, ea ra-
tione quod & ſine matrimonio ſocietas coi-
ri poterat, & quia magis eo tunc opera, &
induſtria mulieris ſit conſideranda.

24 Quinto extenditur ſingulariter, quando †
à principio facta donatione per maritũ ig-
nobilem, & diuitem vxori nobili, ſeu ſenem
vxori iuueni, conuentum fuit de certa dona-
tione, quæ licet valeat vt ſuperiꝰ ſcripſi mul-
torum authoritate nu.16.non tamen id vin-
dicat, cum iterum conſtante matrimonio al-
tera fuit facta donatio, vel dotatio vxori,
quia cum à principio conuentum fuiſſet de
certa quantitate, in hac ſecunda potius affe-
ctionis, & mutui amoris ratio cõſiderari de-
bet, quæ irritam facit donationem inter cõ-
iuges, quam remunerationis ratio illa, quæ
hanc confirmat: celebris, & ſingularis, & per-
petuo notanda traditio Galiau.in cõſti. Ale-
xan. verb. viginti num. 133. & ante ipſum
Ploti. inter conſ. vltim. volunta. conſ. 163.
num. 77. eos refert & ſequitur Surd. conſil.
164.num.63.& 64.lib.2. vbi nec legatũ va-
lere reſpondit poſt Plot.& Galiau.

Multis autem modis declarari regula ſo-
let in quibus donatio inter virum, & vxorẽ
25 valet. Primus † caſus, grauisq. quæſtio apud
noſtros cum donatio fuit iuramento firma-
ta, Et ſi enim apud antiquos valuerit nõ fir-
mati iuramento, quia aduerſus bonos mores
adeo vt apud maiores hæc communis fuerit
aliquando, ſicuti relatis viginti quinq.ex no-
ſtris nec ſine labore coaceruatis, ſcripſit The
ſau.deciſ.Pedemont.32.nu.3. Attamen ho-
die receptior, & quę in iudicando obſerua-
tur contraria eſt, firmari Sacramẽto, ſicut re-
latis ſeptuaginta, & pluribus teſtatur idem
Theſau.d.deciſio. num.2. in verſi. Atq. vt à
doctorum, &c. Et his addendi. Seraphi.de
priuil. iuram. priuile. 71. vbi multis modis
extendit, & declarat hãc communem ſentẽ-
tiam ſicut & idem Theſau.d.deciſ.num.10.
Bruno. in comp. iu. in verſic.Donatio inter
virum & vxorem. Caual. qui aliquos recen-
ſuit deciſio.30.num.28.lib.1.& magis com-
munem refert Moran.conſ.53.num.1.Surd.
deciſ.154.num.1.& 7.idem conſ.194.n.23.
lib.1. ex Hiſpanicis eam tenuere Pala.Rub.
Dueny.Fortu.Gar.Ariaſ.Dida.Coua. Anto.
Gomez.Villalo.Vaſqui.Telli.Valaſ.Angul.
Lopez.Suar.Matien.Gutier.Molin.Lopezi.
Manuel, Et hi tres extremi Theologi quos
omnes refert & ſequitur Sanch. tractat. de
matri.

Digitized by Google

matri.lib.6.diſputa.11.nu.1. & 2. vt de hac opinione vti canonizata, & practica & iuditijs obſeruata dubitandum nō ſit And.Gail. obſerua.40.num.5.lib.2. vbi & communem dicit hic caſus quoniam pulchre declaratur & extenditur per Seraphi.ſupra & Theſau. ad eos lectorem reijcio.

25 Cæterū inſignis eſt dubitatio † quod vbi prius coniux donans iuraſſet non donare, an donatio poſt & cum iuramento,valida ſit donatio, Et non valere obſtante priori iuramento crebrius creditum eſt ex gloſ.in cap. licet mulieres de iu.iu.quā ſequuti ſunt multi quos recenſuit Dida. in cap. quamuis pactum 2.par.§.2.num.4.de pac.in 6.Seraphi. de priuil.iura.priuile.75.num.44. Bart. Panormit.Angel.Pala.Rub.Alcia.Diaz.de Lu. Vaſq.Villalo.&Gutier.quos ſequitur Sāch. d.diſpu.nu.2.vbi latius de ratione.

27 Secundus caſus,vbi donatio † inter coniuges fuit morte confirmata l.1.& l. donationes quas parentes C.de dona.in. vi. & vxo. l.Papinianus l.cum hic ſtatus ff. eo. tit. cap. fin.eo.ceſſat enim ratio illius amoris mutui, quo ſe ipſos coniuges ſpoliare ſolent, pro inde cum poſſit alter alterum inſtituere , vel eidem legare nihil mirum ſi moriendo donationem confirmare videatur . Neq. vllus de hoc caſu dubitarit.glo.& Bart.in d.l. Papinianus Bal.Salice.Alberi.& Fulgo. in l.1. C. de dona. ante nup. Clar. vbi adden.in §. donatio.quæſt.9. num.6. Alciat. & Gomez. quos ſequitur & refert Surd.deciſ.166.num. 10.idem conſ.171.num.8.ſeq.lib.1. Sanch. de matri.lib.6.diſpu.16.num.1. And.Gail. obſerua.40.num.6.lib.2.

Hic ſanè caſus quibuſdam modis declarandus . Primo vt intelligatur etiam proce-
28 dere,nedum in morte naturali , ſed † etiam accidentali vbi gladio & vi vita fuit ablata, ſiue inimicorum incurſu , vel ob crimen aliquod admiſſum l. ſi tibi vbi Bal. Sali. & alij C.de dona.inter vi.& vxo.Pala.Rub. Greg.
29 Lop.Sanch.d.diſput.nu.1.ad finem,eoſdē † enim effectus, quos parit mors naturalis ipſos ſolet operari mors ciuilis, quoties exuli oritur idem effectus gloſ. in clem. 2. verbo. morte de electio. Bart. & cæteri in l.ex facto §.ſi quis rogatus ff.ad Trebel.S.C. cum alij coaceruatis per Surd. conſ. 171. num. 9. & 10.lib. 1. vbi latius exemplis comprobat. & in eiſdem terminis quod huiuſmodi donatio morte ciuili confirmetur,reſpōdit poſt Bal. Imol. Roman. Annibal. Boſſi. Marſil. Did.Pala.Rub.Iaſ.Natt.Eman.Acoſ.Caſſa. Cott.Idem Surd.d.conſ.171. à n.7.8.9.10. cum ſeq. lib. 1. quam ſententiam poſt decidendo confirmauit idem Surd. deciſio.166. nu.10. & 11.

30 Procedit etiam hic caſus † nedum in donatione vera ſed & in ficta l.2.C.de dot.can. non.nume.veluti in confeſſione dotis receptæ conſtante matrimonio facta,quæ donandi animo facta præſumitur,ex priuilegio,& ſingulari prerogatiua donationis dotis,& augmenti,quam matrimonio conſtante vir vxori facit;cum enim apud virū dos eſſe debeat, traderetur in vanum vxori quod ad maritū poſſeſsio illico redire debeat, & breui manu ab vno in alium tranſlata glo. inſignis in d.l.Papinianus ff.de dona.in.vi.& vxo.Did. poſt Iaſ.Soci.& alios à ſe relatos lib.1.vari. reſo.cap.7.num.4.Pala.Rub.Vaſqui. Felin. Socin. Valaſ. Molin. & alij quidam relati à Sanch.de matrim.lib.6.diſpur.16. num.13. verſic. Hinc infertur primo & poſt alios id ipſum decidit Surd. d. deciſio.166.num.11. Meno.lib.3.præſu.12.nu.38.

31 Tertio procedit & hic † caſus in donatione iocalium,& ornamentorum quæ tradidit maritus vxori poſt nuptias cōtractas , cōfirmatur enim morte viri donatio : nulla enim ratio differentiæ dari poteſt , cur cum cæteræ donationes morte confirmentur,non etiam hæc iocalia, & veſtium. Afflict. deciſ. 315.num.10.Caſtre.Crauet. Anchar. Butri. Alex.Iaſ. & Iofred. quos ſequitur idē Surd. d.deciſio.num.12.& 13. vbi rectè exiſtimauit aduerſus Imol.donata cenſeri iocalia,vel veſtes,vbi foret conſuetudo mittendi & donandi huiuſmodi iocalia à viris vxoribus, cenſeretur enim id feciſſe maritus, & animo donandi,& vitandi dedecus, & contemptū, qui ſibi inferretur niſi id faceret.

32 Sanè ſi non à marito † ſed à ſocero vel alio aſcendente donatio facta fuiſſet, nō cōfirmantur morte ſoceri . Vbi matrimonium adhuc vigeret, ſed expectanda foret mors mariti Bart.in l.1.§. nec Caſtrenſe num.10. de colla.bono. Surd.ſupra authoritate eiuſdem Bart. Rolan.& Capte.

Cæterum dubitauit ibidem Surd. nu. 14. ad medium, quid ſi maritus non fuerit vſus
33 verbo dono,ſed † cōcedo,vel huic ſimili, an huiuſmodi conceſſio morte confirmetur,qui rectè reſoluit conceſsionem minime morte confirmari,& ſi enim largo ſumpto vocabulo,verbum concedo,ſit idem cum verbo,dono,glo.in l.vxori §.fina.vbi Bart. de lega.3. Tamen ex proprietate ſermonis , verbū cōcedo aliud eſt quam dono,non enim importat dominij tranſlationem gloſ.in l.fin.ff.de dona.ca.paſtoralis vbi Sicul.de donatio.ex. & cenſit Pala.Rub.expreſsim in rub.de dona.inter vi.§.7.in ptin.Surd.ſupra nu.15.

Porro cum ſimus in odioſis, & his,quæ de
34 iure prohibita † ſunt , ſtricta interpretatio ad largam protendi non debet, niſi ſubiecta
materia

Digitized by Google

materia id ſnaderet, vt multis declarat exẽ-
plis Camill.de ver.ſig.lib.3.cap.4. à num. 1.
Et cum alia pręſumptio qua donationis ac-
cipi poſsit,hęc capienda ſit, ſicut non ſemel
hoc tracta. ſcripſimus, & tradit Surd.d.de-
ciſio,num.17.

35 Neq. aliud opinantur † interpretes cum
ex aliqua coniectura nullo expræſſo dona-
tionis verbo, colligi poſſet maritum donare
voluiſſe vxori,iocalia, & veſtes,nã hæc mor-
te confirmaretur, & vnus teſtis hac in ſpecie
ſufficeret ex Crauet.Surd.d.deciſ.nu.18.19.
quando autem iocalia & veſtes donatę cen-
ſeantur vxori, & quando reperi poſſint ſuo
loco diximus infra nunc nihil aliud quæri-
mus, niſi an donationes valeãt & morte cõ-
firmentur.

Quarto declaratur caſus quando rei do-
36 natę facta fuit traditio † hæc morte confir-
matur,ſecus ſi nulla interuenit. l.Papinianus
ff. de dona. in. vi. & vxo. l.res vxoris C.illo
tit.iuncta l.2. C.ſi quis alte.rationẽ reddunt
interpretes, quia cum facta traditio fuit cõ-
firmatur res donata actu & voluntate rema-
nente re donata apud donatarium coniugẽ,
quando vero nulla interuenit traditio non
eſt quid confirmetur glo.in d. l. Papinianus.
Henri.Alex.de Neuo.Iaſ.Loaze.& alij quos
citat & ſequitur Dida.rubt.de teſta. 3.part.
nu.3. Tiraq.Pala.Rub.Roſel.Tabi.Gomez.
Vaſq.Armil.Grego.Lop.Iul.Clar.Ludo.de
Molin.Gabr.Matien.Gutier.Angu.Molin.è
ſocietate Ieſu.Lopezi. quos refert & ſequi-
tur Sanch.de matrimo.lib.6.diſpu.16.nu.6.
ver. Quatuor tamen & his addendi alij mul-
ti,quos Surd.conſ.171.num.6.lib.2. & alios
Moron.conſ.53.nu.2.

37 Atq. id ipſum cum traditio nedũ realis †
ſed & ficta interuenit ratione conſtituti,nam
hæc & morte confirmabitur,vere enim clau-
ſula illa transfertur dominium l.cum hic ſta-
tus §.ſi maritus ff.de dona. in.vi. & vxo. ra-
tionem reddunt interpretes, quod vbi actus
eſt omnino nullus qui tamen poſſit aliquo
38 modo confirmari, ſicut † prior actus morte
confirmatur, ſic cõſtitutum Bart.Bal.Angel.
Alberi.Salice.& alij multi quos refert & ſe-
quitur Tiraq. in comme.de iu.conſti.3.par.
num.51.& 2.par.limi.7.num.21.& 22.Pala.
Rub.Alex.de Neuo.Grego.Lop.Acoſt.An-
to.Gom.Villalo.Vaſq. Anto. Gabr.Molin.
quos refert & ſequitur Sanch.d.diſpu.n.13.
ad medium.

His addẽdi Alex.Deci.Angel.& alij quos
ſequitur Surd. d. conſ.171.num.17. ad me-
dium & num.18. Pariſi. Corne. & alij quos
Moron.d.conſ.53.num.2. & his non telaris
nouiſsime Caual. deciſio. 30. nu.13.ad me-
39 dium 1.par. Sanè traditio † quocunq. tem-
pore fiat ſufficit, lex enim ſolam deſiderat
traditionem Pala.Rub.Grego.Lop.& Sãch.
ſupra num. 7. ſicut nec obſtaret donationi,
cum vir vxori donaret adiecta conditione vt
40 ſi conualeſceret,res † ad eum rediret, cũ in-
teruenerit traditio.Mench.& ſanè : ibidem.
Quæ de conſtituto dixi eadem repetenda in
quocunq. actu qui vicẽ traditionis obtineat
41 veluti † per retentionem vſusfruct⁹ ſicut ex
Tiraquel.& alij reſpondit idem Surd.d.cõſ.
71.num.19. Caualca. d. deciſio.num.14.ad
medium.

42 Non tamen ſufficeret † Iudicis decretum
vel alia qualibet ſolemnitas interpoſita in
huiuſmodi donatione, nam hæc non ſupplẽt
deffectũ traditionis;ſic rectè ex Bal.Dueny.
Gomez.Dida. Gabriel.& Clar. decidit Ca-
ual.d.deciſio.30.num.13. 1.par. vbi latè an
detrahi falcidia poſſit nec ne:ſed neq.ſi aliãs
ficta probaretur valeret etſi iuramento fir-
mata in terminis Anchar. Rigien. quęſt.12.
lib.2.nu.15.Caual.deciſ.30.nu.22.lib.1.

43 Tertius † caſus in quo valet donatio inter
virum & vxorem quando fuit donatum ali-
quid ab vno alteri mortis cauſa l.ſi eũ ſeruũ
cum l. ſeq. ff. de dona.inter vi.& vxo. l.ſed
interim §.ſed quod dicit illo eo. in quo nul-
44 lus diſſentit.An autem requiratur traditio †
aliqui dubitarunt, nam aliqui traditionẽ in-
teruenire debere exiſtimãr ſicut exiſtimauit
Dida.authoritate Bal. Caſtren. & Ferdi. de
Loaz.in rub.de teſt. 3.par.num. 2. & 3. qui
& inibi communem dicere auſus eſt : verum
nullo iure opinio probatur, cum enim pro-
prius accedat donatio hęc vltimæ voluntati
quã contractui ex quo falcidia detrahitur,
ita fiet vt nulla requiratur traditio Bal.Rip.
Rom.Aretin.Caſtren.Anto.Gomez.Acoſta.
Matien.Angul.Moli. quos ſequitur & refert
Sànch. de matrimo. lib.6. diſpu.10. num.4.
quibus addendi alij quos conſulendo in pul-
chro caſu ſequutus eſt idem Surd.d.cõſ.171.
num.17.lib.2.

Summè autem notãdum, quod ſi poſt do-
nans teſtamentum conderet & in eo clauſu-
45 lam adijceret,† caſſans & irritans &c. cẽſea-
tur his verbis donationem cauſa mortis re-
uocaſſe,quia cum illa donatio cenſeatur ve-
luti legatum, nihil mirum ſi reuocaris ante-
rioribus teſtamentis,cenſeatur reuocata do-
natio cauſa mortis,erudite reſpondit Simo.
de Præt.conſ.149.nu.30. Anguiſo.conſ.118.
lib.1.Alex.Raud.in comme.de analog.cap.
23.num.64.Caual. d. deciſ.num.14. ad me-
dium, vbi diuerſum exiſtimat in donatione
46 facta extraneis † quæ reuocata non videre-
tur,per hanc clauſulam niſi de donatione ex-
pręſſa mentio facta foret, quod eſt notabile
Pariſi.conſ.90. num.15. lib. 3. Oſaſc. deciſ.
Pede-

Pedemon.118.nu.11. Bello.conſ.60.nu.16.
& alij citati per eundem Caualca.d.deciſio.
num.14.ad finem.

47 Ex his infeRuntur † & alia notanda;primũ
quod vbi aliquo caſu donatio valeret inter
coniuges hæc morte non confirmaretur quo-
niam nihil inueniret mors quod cõfirmaret,
quæ vtilitas maxima eſt propter fructus inte-
48 rim perceptos & attenditur tempus † con-
firmatl & non confirmantis ſicut poſt Simo.
de Præt.Didac. & alios multos reſoluit Ca-
ualca.d.deciſio.30.nu.26.27. & relatis Di-
da.de Molin.conſentit Sanch.d.diſputa.10.
49 num.fina.Neq. tunc donatio † talis vim ha-
beret relicti & vltimæ voluntatis idem Ca-
ual.ibi num.24. in fine quamquam ſecus eſſe
dicat in donatione inter viuos & in donatio-
ne cauſa mortis quando donans promiſſit
non reuocare.

Secundo infertur,donantes ſibi adinuicem
coniuges eã pactione vt ſuperſtes bona alte-
rius poſſideat,valere donationem quia mor-
tis cauſa cẽſetur Anto.Gomez.in l.32.Tau.
num.66.Gutier.poſt Pala.Rub.de iura.con-
firma.1.par.ca.3. nu.26.27. Sanch.d.diſpu.
10.num.3.

50 Tertio & illud † ſequitur in donatione
cauſa mortis inter coniuges facta fructus an-
te perceptos minime donatario deberi,quia
cũ habeat donatio vim relicti & vltimæ vo-
luntatis,ſic à morte debeatur fructus & non
antea,vti ſentiunt Simo.de Præt.& alij cita-
ti ſupra nu. 49. & in ſpecie poſt multos reſ-
pondit Surd.d.conſ.171.num.fin. lib.2. ad-
uerſus Dida.opinionem & merito,etſi Sãch.
& Pater Molin.aliud ſentiunt d.diſpu.6.

51 Quarto ſequitur † donationem huiuſmo-
di ſic factam morte ciuili confirmari quo ad
dominium, quamquam vir dum viuit reuo-
care illam poſſit l.ſed ſi mors ff. de dona. in.
vi.& vxo.vbi glo.& cæteri Dida.de teſta. 3.
par.num. 4. Grego. Lop.Molin.& alij quos
citat Sanch.d.diſpu.10.num.5. Requiritur
52 tamen traditio † præcedens,nõ enim ſequu-
ta, publicatis bonis fiſcus eſſet potior, quia
dominium quod apud virum remanſit cenſe-
retur publicatum,ſicut egregie probat Ema.
Acoſt. in cap. ſi pater verbo. legauit 1. par.
num.6.de teſtam.ſpeciale enim dicit fauore
vxoris vt quando morte ciuili confirmatur,
nulla neceſſaria traditio ſit, & ſi regulariter
in donatione mortis cauſa facta vxori non
requiratur traditio Surd. d.conſ.171. nu.6.
& 7.Et licet Molin. ſoci.Ieſu.aduerſetur to.
2.de ius.& iu.tracta.2.diſputa.288.§.Dubiũ
eſt,quem ſequitur Sanch. d.diſpu.ab Acoſtæ
ſententia recedendum non eſt quam Surd.
poſt Boſſi.& Dida.probat ſupra.

53 Quinto ſequitur illud quod licet † morte
ciuili mariti, donatio cauſa mortis minime
euaneſcat, fauore mulieris & ex iſtius priui-
legio vt ſupra dictum, facta tamen ab vxore
viro morte ciuili vxoris perit, ſicut tradit Pa
ter Molin.d.diſputa.& Sanch.ſupra nu.5.ad
finem Acoſt.d.loco.Et Surd.d.conſ.nu.7. &
latius idem Sanch.diſpu.17.nu.6. & per to-
tam diſputationem.

54 Quartus caſus † validæ donationis cum
ſponſus ſponſæ donat ante matrimoniũ ſim-
pliciter nulla protinus matrimonij mentio-
ne habita veſtes,iocalia, & alia huiuſmodi l.
cum hic ſtatus §.ſi ſpõſus l. ſeia §.virgini co-
tit.& nullam habere dubitationẽ poſt Bald.
Ricar.Roman.Afflic.Cãpe.Pala.Rub.Natt.
& alios decidit Surd. deciſ.166. num.24. id
ipſum probat tex. in l. inter eos ff. de dona.
in. vi. & vxo.quare quod ex communi dictũ
55 fuit ſententia ſupra num.7.& 8.donationẽ †
ab ſponſis factam non valere, id intelligen-
dum in donatione quæ fit ab ſponſo ſponſæ
collata in tempus matrimonij quæ ideo va-
lere non poteſt, quia ante matrimonium nõ
tranſit dominium quia ſic voluit ſponſus do-
nator,nec poſt, quia non potuit vt dixit glo.
in d.l.inter eos, & in eiſdem terminis Caſſ.
in conſ.Burg.rubr.quarta §.7.gloſ.conſtant
num.1.2. & 3. id ipſum cenſent interpræres
in quauis alia donatione præter iocalia, &
veſtes quæ indiſtinctè valet inter ſpõſos mo-
do tamen quo ſupra ſic reſpondit idẽ Surd.
ex iuribus ſupra citatis poſt Bal. Pala.Rub.
& alios conſ.164.num.59.lib.2. & declarat
latè Lancello.in conſue.Alex.verbo, Mari-
tus,quæſt.1.nu.17.vocatur hæc donatio ſpõ-
ſalitia largitas de qua latè dicturus ſum.

56 An autem pacto conuento inter † virum
& vxorem vt præmortuo marito cedant io-
calia & veſtes lucro vxoris, an tradita à ma-
rito iocalia magni valoris donata vxori pre-
ſumãtur docui infra lib.3. quæſt.47. ad cum
locum lectorem reijcio vbi latiſsimè ſcripſi
an iocalia prætioſa à viro tradita donata cẽ-
ſeantur.

57 Sanè ſpõſus † vel maritus nullo iure obli-
gatur donare ſponſæ ſi autem donat, id ex
mera liberalitate nullo iure cogente, facit
ſicut animaduertiũt Dida. in ca. officij nu.4.
de teſta.Feli.Spi.& alij quos refert Gutier.
lib.3.pract.qq.quæſtio.43.nu.10.

Cæterum vt claré & familiariter hic caſus
explicetur:animaduertendũ varie inter ſpõ-
ſos & ſponſas contingere poſſe donationes
fieri & eas de varijs etiam nominibus appel-
lari:quandoq. dantur arræ ab ſponſo & ſpõ-
ſa in ſignum matrimonij contracti, ſicut in
contractu emptionis & venditionis & cete-
ris contractibus l. emptor is qui vina ff. de
actio.emp.l.cõtractus C. de fid.inſtrum.l.1.
C.qua.

C.qua.li.ab emp.diſcedi explicaui li. 1.cō-
paratio.11.a nu.12.cum ſequen. qua ſignifi-
catione apud Hiſpaniam vlteriorem non ſic
ſumūtur ſed pro donatione propter nuptias
ſicut teſtātur illarū legum interpretes Pala.
Rub.Mōtal.Lop.Bae.Matien. Gom. Dida.
& alij quos citat Gutier.li.3.pract.qq.queſt.
43.nu.2.& ſeq.Sanch.tract.de matrim. li.6.
diſpu.1.n.1.& 2.

58 Quandoq. inter ſpōſos † vel inter virum
& vxorem donatur in remunerationem vel
donationis ab alio factę,vel beneficij accep-
ti, & hæc donatio remuneratoria valida eſt
inter eos nec vt valeat expectatur mors alte
rius vt confirmetur, l. quod autem §. vir. &
vxo.ff.de dona,inter vi.& vxo.& dicetur in-
fra ſuo loco.

59 Quandoq.donat ſpōſus ſponſæ † ante ma
trimoniū ſimpliciter nulla mentione habita
futuri matrimonij vt dixi ſupra quarto caſu
nu.56.vbi ſcripſi ex communi valere quę di-
citur ſponſalia largitas. Interdum fit dona-
tio ab ſponſo ſponſa ex cauſa matrimonij
60 hæc donatio † erat propter nuptias & remu
neratoria dotis acceptæ quinimo & neceſſa-
ria Auth.dos data.C.de dona.an.nup. Auth.
ſed qui nihil C.de pac.conuen.

De ſingulis diligenter agendum. Et prius
de Artis quæ ex cōuentione in matrimonijs
celebrandis inferri ſolent.

61 Conueniunt † omnes arras in matrimo-
nijs,& pro ſecuritate, ne ſpondentes diſce-
dant à promiſsione iuste imponi id enim
expreſsim iura noſtra permittunt l. Arris l.
fina.& multis illius tit.legibus C. de ſpōſali.
Anto.de But.Panor.Anchar.Cardi.Prępoſi.
Alex.de Ne.& alij in ca. Gemma de ſpon-
ſali.Dida.in Epito.ad 4. 1.par.ca.3.§.7.nu.
7.& ſeq.Rodri.Soa.in li. 3. tit. de las Arras
lib.1.in principio.Gomez in l.50. Tau. nu.
12.Matien.li.5.tit.2.in ru.an.glo.2.nu. 2. &
3.dixi ſupra compara.11.non tamen arrę de
neceſsitate ſunt l.quod ſæpe de cōtra.emp.
62 Et in hoc † a pœna differre vt cū pœna in
matrimonijs contrahendis nullo iure ſuſti-
neri poſsit, ſicut declaraui li. 2. Arra poſ-
ſit, quam opinionem poſt ſupra citatos
dixit communem Matien.ſupra nu.2.in fine
quæ autem ſit ratio grauiſsime inter noſtros
contenditur.Quidam enim exiſtimant ideo
Arras licitas in matrimonijs, quia cū illico
tradantur,& modici ſoleant eſſe pretij quaſi
deliberate traduntur,nec tantus eſſe ſolet ti
mor amittendi Arras traditas quantus ſol-
uēdę pœnę promiſſę,quia faciliores ſint ho-
mines ad promittendum quam tradendum,
atq. ideo tradentes arras minus timere quā
promittentes pœnam ſolent: proinde pœna
matrimonijs prohibetur, Arra permittitur,
& hæc communis eſt interpretum ratio Iaſ.
in l. Titia nu. 21.22.de verb.ob.Prępoſi.&
alij in d.ca.Gemma. Verū hæc ratio reſſelli-
tur quoniam infert arram modici valoris in
matrimonijs tradi ſolere, proinde valere,
pœnam vero quia magna ſit reijci. quoniam
63 vt & infra dicetur,arra † magni valoris tradi
poteſt & pœna,&ſi modicę quantitatis nulla
eſt.l.neq. vbi glo.in verbo neceſsitatem C.
de nup.Barto.communiter receptus in d. l.
Titia de verbo.obliga.vbi Iaſ.nu.21. Alcia.
nu.11.Panor.Anchar.Præpoſi.Alex. de Ne.
& alij omnes in d.ca.Gemma.Dida.in Epi.
ad 4.2.par.ca.3.§.7.nu.3.Matien.li.5.tit.2.
glo.2.nu.2.Azebed. ibidem nu.3.

Alij aliam prodiderunt rationem quales
Bal.in d.l.fin.nu.8.C.de ſponſali.Peruſi.in-
ter conſil.matri.conſil.6.nu.18. 19. Valaſq.
64 conſulta.2.num.1.ij opinantur † arram dari
pro ſecuritate matrimonij,& in illius obſer
uantiam,pœnā vero non pro ſecuritate ma-
trimonij,ſed vt ad illud obligentur neceſſa-
rio contrahentes.

Conſequenter arra reſpicit actum fauo-
rabilem matrimonij ſi cōtrahatur,pœna ve-
ro odioſum ſi non contrahatur: verum & hæc
65 ratio ſuſtineri non poteſt quoniam arra † ſic
datur vt in defectu promiſſionis amittatur
ſicut pœna ipſa, imo grauior videtur datio
arræ, quia illico traditur vt poſtea amitta-
tur,quam pœna quæ in defectū promiſſi ma-
trimonij ad illud tempus refertur,ſicq.deli-
berato magis animo propenſioriq. conſilio
arra efficitur ne promittens retrocedat. Rur
ſus & arra reſpicit etiam odioſum actū ma-
trimonij vbi deficit promiſſio,pœna fauora-
bilem vt efficiatur matrimonium:quare hæc
Bal.& aliorum ratio verbalis potius quam
realis videtur, & credidit Iaſſ. in d.l.Titia
n.22.nullam aſſignari poſſe rectam rationē,
ſufficere vero quemlibet qua potuit moueri
legiſlator vt id ſtatuerit.

66 Vera autem ratio † a nullo animaduerſa
eſt, quod arra a contrahentibus eo principa
liter animo,eaq. mente traditur vt ſignum
ſit fœderis & cōnubij promiſsi ſic arræ ſpō-
ſalitij li. 2. ſenten. Iu.Pau. l. ſi quis officium
ff. de ri. nup.l.arris l.fina.C.de ſponſa. dixi
li.1.compa.11. vbi de annulli ſubarratione
ſcripſi nu. 10. 11. & ſeq.ſicut & in cęteris id
ipſum agebatur contractibus vt ibidem do-
cui.Pœna vero principaliter eo adijcitur ani
mo vt vellint,nollint contrahentes contrac-
tum obſeruent l.ſi pacto quo pœnam cū ſimi
libus C.de pac.d.l.Titia.d.c.Gemma. nihil
mirum igitur ſi id quod principaliter prop-
ter adiectionem pœnę agitur in tam libero
contractu ſicut matrimonium eſt, reijciatur,
non ſic in arris.

Arrarum

67 Arrarum igitur promiſſio valida eſt in matrimonio, nec illa prohibita eſt ſicut pœna, Requiritur autem vt illico † arra tradatur vt valeat ſola cuim promiſſio non ſufficit Bal. & Sali. in d.l.fin.C. de ſponſa. Imol. Cuma. Aretin.& Iaſ.in d.l.Titia Dida. in Epito. 2. par.ca.3.§.7.nu.5.licet contrarium aſſeruerint Barto.in d.l.Titia Panor.in d.c. Gēma. Rodri. Xua.in d.l.1.tit.2.de las Arras quos communiter reprobari teſtatur Dida. ſupra & Matien.in d.glo.2.nu. 2. ad finem eandē aſſerunt cōmunem Præpoſi. & Titaq. citati ab eodem Matien.ſupra nu.3.ex tex. in d.l. final.de ſponſa.Gomez in l.50.nu.12.

68 Sane vbi † quiſquam centum vel mille pro pœna traderet in promiſſione matrimonij valeret traditio, quoniam potius re ipſa Arra diceretur quam pœna, quæ non illico exigitur, ſed cū contrauentio arguitur, proinde licet nomine pœna diceretur re tamen arra ſuſtinetur: ſingularis traditio Imol. in d.l.Titia num.6.de verb.ob. quem ſequutus fuit Grego.Lop.l.37.tit.11.Sanch.d.diſpu. num.4.

69 Communis opinio & ius ipſum † volens poſſe arras in matrimonio conſtitui extenditur vt procedat ſiue arra ſit in parua quātitate, ſiue in magna, quoniam cum iura, quæ has permittūt arras in matrimonio indiſtincte loquatur, indiſtincte intelligenda: præterea quia ſi ratio communis cur arræ permittuntur expendatur, quam ſupra etſi refutatā ſcripſi, eadē militat vbi magna eſt arra: ſed etſi ea ratio, quam nouæ tradidi animaduertatur in ſignum fœderis eadem quoq. vindicat in hac ſpecie, & hæc opinio receptior eſt, & inter communes relata in 1. to. in verbo arra Angel.Caſtren.Cuma.Iaſ.nu. 21. in d. l. Titia de verb. obliga. Peruſi. inter conſil. matrimo.conſil.5.nu.18.Matien.in d.glo.2. nu.4.ſequitur Sanch. de matrimo.li.6.diſp. 35.nu.9.ad finem vbi duas alias refert contrarias opiniones quas prætereo.

70 Secundo extenditur † communis opinio vt procedat ſiue arræ in quantitate dentur ſiue in certa ſpecie, vti in fūdo, vel vinea ſiue in re mobili ſiue immobili: Etſi enim tex. in d.l.final.loquatur de arris in pecunia traditis, & licet illæ duplicari poſſint vt tex.ait, quod certè cōuenire nullo modo arrę in ſpecie tradite poteſt l.Lucius §. impuberum de lega.2.quibus euerſus Bartol. rationibus in l.Titia num.10.arras in ſpecie conſtitui non poſſe docuerit: quem ſequuti ſunt poſt Panormi.Ancharra.Alex.de Ne. & poſt Xuar. tit.de las arras l.1.in principio, ea tamē lex fina.nō negat, quia & in fundo, vel vinea arræ conſtitui poſſint, cū traditio fieri per ingreſſum poſſeſſionis poſſit, verè vel ficte ex clauſula cōſtituti, vel præcarij, ſicut vere ſcripſerant Bal. & Salice.in d. l. fina.de ſponſali. Imol.Cuma.Caſtr. Areti.& Iaſ.in d.l. Titia Dida.in Epito.2.par.cap.3.§.3.num.5.& 6. Gom.in l.50.Tau.nu.12.refert communem Matien.in d.glo.2.n.2.in fine aduerſus Bar. Panor.& Rodri.Xuar.eoſdem ſequitur poſt Præpoſi.Cucu.Grego.Lop.& Azebe. idem Sanch.ſupra num.12.Quinimo vt oſtendi d. compa.11.nu.11.& 12. vt plurimum annulis, ſicq. minime in pecunia numerata arræ conſtitui ſolebant.

71 Tertio extenditur, ſiue † arræ minime reddantur, ſiue reddentur ab vtraq.parte, veluti ſi ſponſus vel alius pro eo. det centum pro arris, & eadem centum pro arris reſtituat donanti, Quoniam arræ quomodocunq.dentur, reperiuntur permiſſę. Et licet videatur nihil datum fuiſſe pro arris cum eadem reſtituuntur ex.l.qui ſic ſoluit de ſol.l.3.§.verſum ff. de in reuerſ. & videatur in fraudem hęc vtrinq. arrarum conſtitutio, verè tamen nulla poteſt fraus cōſiderari cum is qui arras recepit, & iterum tradit tantundem arrarum amittat, ſuaſq. perdat, ſi per eum ſtetit quominus matrimonium ſequatur, nō igitur diſpoſitio d. l. qui ſic ſoluit nec d.§.verſum ad hunc caſum deduci poteſt, ſicut docuit Cin. in d. l. fina. Bal. & Salice. Caſt.in d.l.Titia vbi Iaſ. nu.31.poſt Cuma.& Arch.Dida. ſupra nu.7.& 8.Grego.Lop.Peruſi.Cucu. Panor.& alij quos ſequitur, & refert Sanch. ſupra nu.14.Quamquam contrariam tenuerint multi.& eam dixerunt communem Vilialo. in commu.litt.P.nu.88.Matien.d.glo.2.nu. 3.licet ipſe dubitem, cum maiori vt mihi videtur interpretatum numero hæc roboretur opinio.

72 Traditio hæc † extēditur etſi arræ vtrinq. datæ diuerſæ ſint ſpeciei Cuma.cum in d. l. Titia num. 8. ſcripſit non valere huiuſmodi arrarum conſtitutionem: Quia ex diuerſitate fraus cōijci poſsit ſic limitans, & intelligens ſuperiorē opinionem. quæ ſuſtineri nequit; nihil enim refert, ſi vnius quantitatem, alter ſpeciem dedit cum omni caſu vterq. arras amittat niſi matrimonium contrahatur, & tantundem arrarum reſtituere cogatur.

73 Sed & Alciat. † in d.l. Titia declarauit, niſi æqualis ſumma arrarum vtrinq. data & reſtituta ſit; verum & ſuperior ratio in hac ſpecie vindicat, & ideo ius diuerſum conſtituendum non eſt, ſicut optime exiſtimat aduerſus Cuma. & Alcia.traditiones Gregor. Lop.in l.84.gl.Tal.Vinija.& probat Sanch. ſupra nu.15.ad finem.

74 Declaranda ſuperiora † vt cum de arrarū receptione agitur ſtandum ſit confeſsioni recipiētis id enim generale eſt in omni caſu

qui

qui prohibitus non ſit, vt cōfeſsioni recipiē-
tis ſtetur niſi a dāte probetur cōtrariū l. publica §. fina. ff. de poſi. & in terminis noſtris Bart. in d.l. Titia nu.7. de verb. obliga. vbi ſequuntur Aretin. Cuma. & Iaſſ. n.29. Alcia. nu.13. Panor. in d.ca. Gemma Salice. & alij quos citat & ſequitur Matien. d. glo.2. nu.3. Cucu. & Lop. & poſt Sanch. diſpu.5. lib. cit. Imo. Angel. & Caſtren. in d.l. Titia cōtrariū & mini. bene ſcripſerint moti vulgari illa ratione quod confeſsioni factæ inter perſonas prohibitas non ſtetur l. qui teſtamentum cū vulga. ff. de probatio. quoniam nulla in hac ſpecie adeſt prohibitio, cum omni iure repēriantur permiſſę arræ.

75 Neq. placet † aliquorū opinio exiſtimantium, quod ſi ab vtraq; parte confeſsio fieret, maxima inde ſuſpitio de receptionis cōfeſsione fraus eliceretur, quoniam ſicut cōmuni receptum ſententia eſt ſtari confeſsioni vnius recipientis, ſic & cum vtraq. pars id ipſum fateretur propter ſuperiorem rationem tum & quia ſiue arræ dentur ab vna parte, ſiue ab vtraq. omni caſu permituntur, ſicut ex communi dixi ſupra nu.80.

Aliud nunc caput excutiendum, qui arras perdant, quibus aplicentur, & quæ cauſa excuſet ab arrarum amiſsione: circa primum, qui arras perdant, indiſtinctè Iuſtinianus ſtatuit eos arras perdere, qui fidem contrahēdi violaruut d.l. fina. C. de ſponſali. ſicut id ipſum contingit in emptione & venditione §. 1. Inſti. de emp. & vendi. l. contractus §. illud C. de fidei Inſt. Gomes li.2. reſol. ca.2. n.18. perfecto autem matrimonio qui arras tradit eas recuperat Hoſti. titu. de ſponſa. in ſum. §.1. Panor. in d.ca. Gemma ſequitur ibidem Prępoſi. nu.8. Alex. de Ne. num.27. Didac. in Epito. ad 4.2. par. ca.3. §.7. nu.11. Syluеſ. in ſumma, verbo, ſponſalia quæſt.9. Matien. d. glo.2. nu.5. vbi alios recenſet, & inter com-
76 munes in verb. Arra: A cōtrario † igitur ſequitur is, qui citra culpam aliquam recedit ab ſponſalibus non eas perdit, ſed eidem reſtituendę d.l. fina. d.l. contractus §. illud, id tum contingere poteſt cum vel voti, aut religionis gratia alter retrocedit, aut iuſte ignorato impedimento ſponſalia perficere nequeunt, abeſt enim culpa, & pœna infringi non poteſt.

77 Iuſte ignorato † impedimento ideo dixi, quoniam vbi arras donaret is, qui cōſcius foret impedimenti eas amitteret, dolus enim & illius delictum hac pœna cohercetur glo. in d.l. fina. verbo. reddi. C. de ſponſali. quam inibi ceteri ſequuntur Alex. de Ne. poſt veteres in d.ca. Gemma nu.21.

78 Perdit & arras † is qui cum primum matrimonium cōtrahere potuit nullo iuſto impedimēto adductus, cōtrahere prætermiſsit poſt morte præuentus perficere non potuit, cum enim mora ſua (vt in regula iuris eſt) cuilibet ſit nociua, ſic eas perdet, ac ille, qui dolo facere diſtulit l. arris vbi & glo. in verbo, præbuit quam alij ſequuntur C. de ſpon.

79 Perdit itidem † arras & ad duplum tenetur, imo in quadruplum cum ſic fuerit conuētum, vbi is qui recepit, minime adimplet, tātundem enim de ſuo matrimonio triplum etiam & quadruplum conuentum reſtituere tenetur d.l. fina. C. de ſponſali. alias enim ſi ſolum arras receptas reſtitueret, nihil de ſuo amitteret.

80 Perdit † & arras minor contrahens ſicut maior hac adhibita differentia, vt ſi maior recepit vt modo dicebā, reſtituit in duplū, triplum etiam, & quadruplum ſi ſic fuerit conuentum, at in minore altera obſeruatur regula vt ſolum reſtituat quod recepit, ſiue arræ datæ ſint eidem minori, ſiue tutori, aut curatori, d.l. fina. C. de ſponſa. quæ hanc ipſam conſtituit differentiam. Sic tamen intel-
81 ligenda traditio illius † legis, niſi minor ætatis veniam impetrauerit, ſicq. maior iuris fictione reputetur, eo enim in caſu idem de eo, quod de maiore iudicādum: Interpretes ibidē & alij in d.ca. Gemma. Sanch. de matrimo. lib.1. diſpu.36. num.8. qui inibi poſt Hoſti. Ioan. Andr. Anto. Henric. Inno. Alex. de Neu. & alios cautelam docet, vt cū minor
82 matrimonium cōtrahere † vult, non ſibi ſed patri vel alijs coniunctis arras tradant, vt duplicatas reſtituant: ſumitur cautela hæc ex verbis eiuſdem l. fina. vbi de parentibus & arris recipientibus meminit.

83 Sanè nulla inter parētes, tutores † vel curatores diſtinctio facienda eſt cum ij arras recipiūt nomine minoris, & filij reſpectiue, vtroq. in caſu niſi arras reſtituant, ſi vero nomine proprio vbi tutores vel curatores, & vti parentes, in duplum, triplum, & quadruplum conuentū tenerentur, ſicut egregie declarauit in d.l. fin. Cin. Salice. n.5. alij ſupra.

84 Verum in duplo arrarum † amiſſarum, triplo, vel quadruplo cōuēto, arrę receptę cōputādę ſunt docet Alex. de Ne. in d. gem. n.22.

Enim vero vbi vtraq. pars arras dedit &
85 recepit, qui iniuſte † diſcedit, ſuas perdit arras, & quas recepit reſtituere tenetur, hæc enim eſt illius l. fina. C. de ſponſa. practica teſtāte ibidem Din. poſt Salice. nu.9. & alijs ibidem Sanch. d. diſpu.9. dum arrarum quātitas æqualis fuerit: at ſi diſpar, ſi ea quam iniuſte diſcedens tradit minor foret, vſq. ad quātitatem ab altera parte maiorem datā, ſupplere teneretur, ſic enim dupli pœnam luere cogitur retrocedens, vt illi docent, & recte quidem.

86 Ex ſuperioribus, † alterum capiti decidi-
tur, quibus hæ arræ applicentur, his enim
dantur qoi in fide manentes à promiſſis re-
cedere & matrimonio nolunt, in illius odiũ
qui fidem fallit d. l. fina. ſicut in contractu
emptionis l. contractus §. illud C. de fide
inſt. §. 1. inſti. de emp. & vend. Niſi & culpa
etiam vtriuſq. argui poſſet mutua enim de-
licta pari compenſatione tollerentur l. viro
& vxore cum vulga. ff. ſo. matri.

87 Circa tertium, excuſat † ab hac arrarum
amiſſione iuſtum impedimentum, veluti ſi
qoiſpiam morte preuentus, perficere nõ po-
tuit promiſſum, niſi tamen fuiſſet in mora vt
anteà dixi: tum & cum vnus religionem in-
gredi vellet, aut propinato impedimentum
legitimum reperiretur, d. l. arris in d. l. fina.
C. de ſponſali.

89 Quid autem in foro † conſcieotiæ vbi iu-
ſtam habet cauſam diſcedendi à promiſſis
ſponſus, quod foroicata fuerit ſponſa inte-
rim dicit Sanch. remiſſiuè dicta diſpu. n. 1.
in fine: quid etiam in matrimonio ſpirituali
an arra valeat nec ne idem Sanch. diſputa.
39. à num. 1.

90 Planè illud notandum † ex ſolo oſculò
ſponſam arras non lucrari gloſ. in d. l. arris
verbo, defuncta C. de ſponſa. Anto. Gomez.
in d. l. 50. Tau. nu. 12. Sanch. d. diſpu. 36. n. 3.

91 Sed noua † nunc quęſtio emergit, quid vbi
iuſtum impedimentum oriretur vel conſan-
guinitatis, vel aliud canonicum, quo ſtante
dixi ſupra arras non amitti, an ſi facilis ſit
diſpenſatio impedimenti, & inſtet pars
vna, vt diſpenſationem obtineant à Roma.
Pontifice, ſi nolit altera, num perdet arras
qoi diſpenſationem recuſat: videretur enim
amittere eas eum qui ſic recuſat, quia facilis
ſit Roma. Pontificis diſpenſatio, neq. im-
poſſibilis iudicetur conditio quæ à Summi
Principis poteſtate pendet in his, qoæ ab eo
ſolent facile impetrari l. apud Iulianum §.
92 conſtat de lega. 1. Hinc ſcripſit † poſt Dida.
& alios plures Ludo. de Molin. de primog.
Hiſpa. lib. 2. cap. 13. num. 8. 9. & 10. condi-
tionem adiectam in primogenio ſeu maio-
ratu, qua grauauit teſtator filium vel alium
vt cum conſanguinea intra tertium vel quar-
tum gradum matrimonium contrahat, non
videri impoſſibilem, quia facilè Roma. Põ-
tifex ſoleat in his diſpenſare gradibus, prop-
terea parendum fore conditioni ex d. §. con-
ſtat de cuius traditionis veritate admodum
93 dubitandom; quoniam † impoſſibilis eo ip-
ſo iudicatur cõditio, & pro non ſcripta cuius
implementum à voluntate pendet Roma.
Pontificis & ſi facilè ſoleant in aliquibus ca-
ſibus diſpenſare, ſicut in his terminis multo-
rum authoritate docet Manti. in comm. de
coniectu. vlti. vo. lib. 11. tit. 18. nu. 6. & ean-
dem opinionem poſt alios multos à ſe rela-
tos tenuit Simo. de Præt. in commen. de in-
ter. ver. vlti. vo. li. 4. dubi. 12. dub. 1. n. 6. 7. 8.
a. to. fol. mihi. 443.

94 Igitur ad nouam redeuntes † quæſtionem
verius arras non amittere eum, qui patelacto
impedimento, nolit diſpenſationem obti-
nere, quoniam id voluntarium eſt non neceſ-
ſarium, & ſufficit vt ſpondens arras nõ amit-
tat, quod iuſto impedimento matrimonium
attento illo ſtatu, cõtrahere non potuit quã
rationem conſiderarunt Manti. Simon. de
Præt. & alij vt crederent cooditionem illam
nubendi in gradu prohibito pro non ſcripta
habenda, & probat tex. in d. l. arris & d. l. fin.
C. de ſponſali.

Prædicta antem omnia duobus modis de-
claranda, primo vbi pater vel alius qui arras
dedit nequit cum filio vel filia perficere vt
matrimonium adimpleat promiſſum, ſi enim
95 † ex parte ſuam quantum facere potuit fecit,
arras non amittet pater, cum ex communi
traditione paucis diſſentientibus promittẽs
factum alienum, nihil amplius re ipſa pro-
mittere videtur, quam ſe facturum & cura-
turum, proinde pœnam vitat, qui ſic cum pœ-
na promiſsit vt alius quidquã faceret Bart.
receptiſsimus in l. continuus §. iſtud de verb.
ob. vbi alij poſt eum Alex. Soci. Feli. Purpu.
Angel. Cur. Crot. Gramma. Lancel. Deci.
quos ſequitur & recenſet Dida. in ca. quam-
uis pactum a. part. §. 5. num. 3. & in terminis
quæſtionis noſtræ Sanch. de matrimo. lib. 1.
diſpu. 36. num. 12.

96 Contrariam opinionem rectius tenuit †
Grego. Lop. in l. 84. verbo. è guiſara, titu. 18.
par. 3. motus ex eo quod promittens factum
alienum, non eoitet pœnam, & ſi faciat quan-
tum poſsit, ex traditione Areti. & Iaſſ. ſed
quia illorum opinio communiter improba-
tur, hęc ratio nullius eſt conſiderationis, mo-
uetur rurſus ex iure Regio vlterioris Hiſpa-
niæ & lege ſupra citata, quam nihil etiam fa-
cere. Sanè oſtendi ſupra; tertio mouetur ex
eo quod facilè foret colludere patrem cum
filio vel filia, oſtendendo patrem ſe facere &
curare omni conatu, ſecreto autem filio vel
filię aliud ſuadere: quę ratio ſpernẽda nõ eſt.

97 Ego libenter in ipſius † conſcendi ſenten-
tiam quam veriſsimam credo iura enim in-
diſcriminatim voluerunt vt dans arras, niſi
ſequatur matrimonium, eas omnino amit-
tat d. l. arris d. l. fin. Quod ſi ea iura non ex-
tenderentur ad eos caſus in quibus filij vel
filiæ nolunt, patribus tamen omnino curan-
tibus, diſpoſitiones illarum legum omninò
inutiles forent & in nullo fere caſu locũ ha-
berent; aduerſus tex. in l. nam ad ea ff. de
legib.

legib. Rurſus vt rectè animaduertir Lopez in, dies colluderunt pater & filius vel filia, ſimiliter tutor vel curator cum minore, & alius quilibet dans arras pro alio.

Accedat ſuperioribus quod cõmunis illa traditio Barto. & aliorum de eo, qui alterius factum ſub pœna promiſſit, vt eam vitet, ſi fecit quantum potuit, non recte propoſito caſui adiungi poteſt, illa enim de mœra pœna loquitur, nos de arra, quæ nihil commune cum pœna habet, nam in matrimonio pœna etſi modica habere locum nõ poteſt, arra ſic d. l. fina. dixi ex communi ſupra nu. 69. cum ſeq. vbi & multiplicem huius communis opinionis rationem reddidi. Quinimo nec triplum vel quadruplũ ex conuentione in arris conuentum prohibitum eſt, nec vt pœna iudicatur. Quia arrarum naturam ſapit, & ſequitur d. l. fina. dixi ſupra nu. 89. & minus bene ſibi ipſi contrarius Sanch. ſcripſir d. diſp. 36. nu. 13. in prin. arram loco pœnæ ſuccedere, cum idem contrarium & rectius dixiſſet d. diſpu. 35. a nu. 1. cum ſequenti. Eo maxime, quod de iure canonico arrarum præſtatio nõ ſit interdicta licet pœnæ apoſitio maxime d. l. fina. quæ cum expreſſim, in arra, duplo, triplo, & quadruplo cõuento diſponat, neq.
98 iure canonico † correcta expreſſim reperitur, illius ſtandum eſt diſpoſitioni etiam in foro canonico c. 1. & 2. de no. ope. nunciatio. & reſoluit poſt Grego. Lop. Paludan. Hoſti. Ioan. Andr. Alex. de Neuo Præpoſit. D. Antoni. Syłueſt. Roſel. Angel. & Anto. Gomes, idem Sanch. d. diſpu. 36. nu. 11. ab opinione igitur Grego. Lop. (qui alioquin fuit vir eruditiſſimus) recedendum non eſt.

Hæc de arris cõſequenter nunc iuxta ordinem propoſitum agendũ eſt de donatione remuneratoria, quæ fit ab ſponſo vel marito
99 futuræ ſponſæ, vel vxori, quæ omnino † valet iuxta tex. in l. quod autem §. vir & vxor, ff. de dona. int. vir. & vxo. Hæc autẽ donatio multipliciter contingere poteſt, vel quia tantundem recepit maritus ab vxore donante, vel quia maritus donet vxori ob merita ab ea accepta vel quia ignobilis ipſe, nobili det vxori in recompẽſationem ſuæ probilitatis, aut quia vir ſenex iuueni in compenſationẽ iuuentis.

100 . Circa primum † caſum cũ donat maritus ſponſe vel vxori quia tantundem ab ea recepit, valet donatio reciproca in remunerationẽ ſemel accepte donationis facta d. l. quod autẽ §. vir & vxor Neq. expectanda eſt mors vt confirmetur, eſt enim debiti & recepti ſemel beneficij compẽſatio, ſic innumeris relatis communem recenſet Tiraquel. in trac. de nobili. ca. 18. nu. 19. idem in commen. l. ſi vmquam verbo donatione largit9 nu. 19. C. de reuo. dona. idem in conſue. Gallica. titu. 14. §. 1. glo. 1. 2. Pala. Rub. in rubri. de dona. int. vir. & vxo. §. 32. n. 8. Anto. Gom. in l. 52. Tau. nu. 66. Meno. qui alios in com. de arbir. Iud. quæſt. li. 2. caſu. 132. nu. 4. Ioan. Gar. in tracta. de dona. remu. nu. 21. Rolan. conſi. 5. num. 1. alios refert Sanch. de matrimo. li. 6. diſput. 6. nu. 11. & his addendi Ioan. Philip. reſpon. 48. nu. 14. Anchar. Rigien. quæſt. 13. nu. 6. & 7. lib. 2. Valaſ. conſul. 2. n. 7. & conſi. 5. nu. 18. Barbo. in l. quę toties nu. 56. ff. ſolu. ma. & Surd. deciſio. 166. nu. 19. 20. 21. Boer. in conſue. Bituri. rubri. de coſtu. §. 1. prope finem verſic. inde ſecundum hanc conſuetudinem latè & eleganrer Galiau. in conſue. Alexan. verbo viginti quæſt. 8. n. 82. cum ſequen. Tiber. Deci. reſpon. 74. per totum li. 4. & reſpo. 4. nu. 27. li. 4. Surd. conſ. 164. n. 33 lib. 2. And. Gail. li. 2. obſerua. 40. nu. 7. Oſaſ. deciſio. 100. nu. 19. nouiſſime his non relatis Pereg. conſ. 76. num. 29. li. 1. Rationem eam
101 reddunt Interpretes, quod his † mutuis donationibus nihil damni coniuges patiantur, aut vllam matrimonij diminutionem, tantumq. adſit, quantum abfuit d. §. ſi vir, l. inter ſocerum §. cum intel. & l. Debius ff. de pac. dotali. Hinc docuit pulchrè glo. in l. licet C. de pact. has reciprocas donationes, non lucratiuam cauſam continere ſed oneroſam, ſequuntur ibidem interpretes. Curt. iunior conſ. 81. Ioan. Phili. d. reſp. 48. nu. 21. 22.

102 Hinc etiam † pulchrè intulit Pala. Rub. ſupra nu. 8. poſſe maritum conſtante matrimonio donare vxori a qua ante cõtractum matrimonium donationem receperat; non eſt prohibita in hoc caſu donatio, quæ in recompenſationem alterius donationis facta ſit.

103 Plane † ſic communis opinio intelligẽda eſt, vt valeat donatio reciproca dum quantitas vel valor rei donatæ non excedat valorẽ vel quãtitatẽ prioris donationis, in eo enim quod excedit cẽſeretur donatio ſimplex, quę inter virum & vxorẽ eſt omnino interdicta, l. ſi ſpõſus §. circa ff. de dona. int. vi. l. ſed hoc ſpecialiter. §. 1. ff. de condic. indebi. declarat Bal. in l. illud num. 8. C. de ſacro. Eccle. Alex. & Iaſ. in l. ſi donatione C. de collatio. Deci. Socin. & alij relati per Io. Phil. d. reſpon. 48. nu. 29. Surd. conſil. 164. nu. 33. li. 2.

104 Extenditur communis † opinio & regula d. §. ſi vir, vt nedum procedat vbi quãdo maritus recepit ab vxore certam quantitatem, vel rem aliquam donatam, vt itidem marit9 vxori poſſit donare tantundem, ſed & vbi nihil recepit ab vxore, niſi illius exigentib9 meritis, & obſequijs ſibi præſtitis, quem caſum ſupra ſecundo loco collocaui: valida igitur donatio eſt, nam merita & obſequia ab vxore † præſtita marito ſtimationem reci-

piunt

Digitized by Google

piunt magnæ quantitatis ſi magna fuerint, &
paruæ, vbi exigua ſint; ſic expreſſim innuit
tex. in l. ſed & ſi lege §. conſuluit in verbis,
& velut genus hoc eſſe permutationis, de pe-
ti. hæred. l. Aquilius tegulus in verbis defen-
di non meram donationem eſſe, verum offi-
cium magiſtri mercede remuneratum ff. de
dona. l. ſi pater §. fina. ff. de dona. l. metum §.
ſed licet ff. de eo quod me. cau. Hinc docent
106 omnes obligationem † eſſe antidoralẽ do-
nandi, & temuneraroriam dici, non ſimpli-
cem, ſicut ex multis (vti ſolet) oſtendit Ti-
raquel. in d. l. ſi vmquam, verbo, donatio-
ne largitus, num. 16. Didac. qui & multa
de hac dixit donatione in cap. cum in offi-
cijs num. 9. de teſta. Menoch. præſum. 167.
num. 31. & ſeq. lib. 4. Ioan. Gat. qui pro-
prium de hac donatione tractatulum adidit
à num. 1. cum ſequen. Clar. aliqua §. donatio
quæſt. 3.
107 Verum † ſubtilis Pinell. in comme. l. 1.
par. 3. n. 61. 62. C. de bo. mater. omnino ne-
gauit valere poſſe, huiuſmodi donationes re-
munetatotias, in gratiam obſequiorum ab
vxore maritis præſtitotum, quia vxores qua-
leſcunq. ſint nobiles vel ignobiles, iuuenes
vel ſenes, obſtringãtur perpetua matitis om
ni iure obſequia præſtate, atq. ideo tecom-
penſationem nullam meteri, cuius opinio
facilè ſuſtineri poteſt & mihi admodum pla-
cet quæ & multis præter ab eo traditas, ra-
tionibus confirmari poſſet, niſi viderem ſu-
perfluũ aduerſus tot & tantos agete patres,
rationibus autẽ Pinell. reſpondet Ioan. Gar-
ci. in d. tracta. de dona. remu. nu. 1. 2. & ſeq.
ſed non exacte, qnin & illius ſolutiones ſub-
terfugi poſſunt ſed communi adhętẽdo pro
qua vbiq. in omnibus iudicijs iudicatur, eam
ſequentibus modis declarandam poſt alios
exiſtimo.
108 Ptimo vt hæc donatio † ob benemerita
fiat, eadẽq. ipſa exprimere oporteat in ea-
dem donatione alias ſimplex non remune-
ratoria diceretur donatio, ſic Bald. in l. illud
nu. 8. C. de ſacro. Eccleſ. & poſt alios à ſe te-
latos Barboſ. in l. quæ toties nu. 56. & ſeq. ff.
ſolu. matri. & his addendi Tiraq. qui alios
multos refert in d. l. ſi vmquam in verbo do-
natione largitus nu. 70. & 92. C. de reuo. do-
na. & poſt Socin. conſ. 147. lib. 1. Anchar. Ri-
109 gien. quæſt. 12. lib. 2. num. 8. & 9. rationem †
reddunt ij interprætes, quoniam vbi non ſu-
mus in prohibitis, ſi verè merita præcedunt
cenſetur facta donatio metitorum contem-
platione, etſi nulla de his fuetit facta men-
tio, at in prohibitis veluti inter virũ & vxo-
rem neceſſe eſt vt merita exprimantur, alio-
quin ſimplex donatio foret, conſequenter
interdicta.

110 Contrariam opinionem † tenuerunt alij
multi, eadem ipſa cõmunis & receprior nul-
lam requiri expræſsionem meritorum, dum
probetur merita præceciſſe; ſic prior ſcripſit
gloſ. in d. l. ſi donatione verbo poſtulas C.
de colla. quam ibi Bald. Salicet. Angel.
& alij ſequuntur, innumeros de more coa-
cetuat Tiraquel. in d. l. ſi vnquam verſicul.
Donatione largitus à num. 71. & ſeq. & ex
noniſsimis Menoch. de arbi. iudi. quæſt. lib.
2. caſu. 88. num. 53. Maſcard. de proba. con-
cluſ. 560. num. 10. Gar. in d. tractat. de do-
na. remu. num. 49. Sanch. de matri. lib. 6. diſ-
puta. 6. num. 3. verſ. Sed dicendum Gutier.
in practi. quæſt. lib. 2. quæſt. 120. ad fin. Bar.
Bal. Crot. & alij quos Surd. conſ. 164. num.
7. lib. 2.
Secundo declaranda opinio communis vt
procedat, cum merita ab vxore marito præ-
ſtita non aliàs omnino debita forent, ſi enim
omni ex parte deberentur nulla donatio fo-
ret veluti cum maritus donaret vxori quia
ſecum cohabitauit, vel cum eo in vno & eo-
dẽ lecto dormiuit, & his ſimilia, quæ exco-
gitari facilè poſſunt, hæc enim neceſſario
marito debentur: & tedicula videtetur do-
natio quia nullam in neceſsitate liberalita-
tem oſtenderet, argum. l. rem legatam de
adim. l. proximè cum vulg. de rit. nup. do-
cent innumeri quos in hanc opinionem, &
veram adfert Titaquel. in d. l. in verbo, do-
natione num. 106. & 107. vbi Ripa. num. 30.
quæſt. 14. Ioan. Gar. d. tracta. de dona. temu.
num. 54. Anton. Gomez. in l. 29. Tau. num.
23. Gutier. tractat. de iura. confir. 1. part.
cap. 5. num. 2. & 3. Pela. tractar. de maio.
1. part. queſt. 22. num. 22. Sanch. d. quæſt.
num. 4.
111 Tertio declaratur, † cum merita grauia
ſint, ſecus in exigua & nullius cõſiderationis,
neq. enim in hac ſpecie valeret donatio de-
clarat Pala. Rub. in d. rubr. §. 50. nu. 32. & 33.
Caſtell. in proem. ll. Tau. verbo gracia. verſ.
112 Sed non quælibet: verum hęc declaratio †
quam & amplectitur. Sanch. d. diſpu. num. 5.
veta nõ eſt, cum ex communi teceptum ſen-
tentia ſit vt mox dixero, omnino valere do-
nationem remuneratoriam inter virum &
vxorem ob merita, quæ ſi exigua ſint & do-
natio maxima in eo quod excedit velut ſim-
plex iudicatur & ſic nulla, quod ſi & donatio
modici ſit momenti, ſicut & benemerita, va-
lebit donatio in eo enim quod donatio ex-
cedit benemerita indicatur nulla nihilque
ſpecialitatis habet cap. relatum in 2. de te-
ſta. Oldra. Tiraq. & alij quos ſequitur Surd.
conſ. 324. nu. 15. lib. 3.
113 Quarto declaratur † cum metita æquipo-
lent donationi & donatio metitis, ita vt nec

R donatio

donatio benemerita excedat, nec benemetita donationem d.cap.relatum de teſta. ſic ex communi multis relatis reſoluit Tiraq. in d.l.ſi vmquam, in verbo donatione num. 79.& 80. Garci. in d. tractat. de dona. remu. num. 51. Gracia.reg.150.num.28. Angul.de meliora.l.12. gloſ.1. num.19. Atzebed.poſt Gregor. Lop. in l.4. num.1.titu.1. lib.5.Sanch.d. diſputatio. num. 6. qni alios Angel. Imol. Corn. Bertran. Tiraq. Pariſi. Caſſan.Cott. Menoch. quos refert & ſequitur Surd. conſil. 164. num. 33.& 34. lib. 2. Pereyra conſil.76. num. 27. & 28. cum ſeq. lib.1.

114 Quando autem † merita dicantur æquipollere donationi, & ſi variæ ſunt opiniones quas Sanch.retulit d.diſputa.num.7.8. & 9. communi ramen receptum ſenrenria eſt id iudicis arbitrio iudicādum cũ aliter nobiles aliter ignobiles remunerare ſoleant, alirer diuites,alirer pauperes ca.1. de dona. ſic relaris pluribus reſoluit Tiraq.vbi ſupra n.84. & ſeq. pulchrè Menoch.de arbit.iudi.lib.2. caſu 132.num.7. Clar.§.donatio quæſtio. 3. & 8. Ioan. Garcia de dona. remu. num. 53. Anchar.Rigien.quæſt.12.num.9.lib.2.Soci. Purpura.Iaſſ.Cur.& Menoch. quos ſequitur Surd.d.conſ.164.nu.34.

115 Et ſi enim Pinell. † in d.l. 1. part.3. num. 61. opinetur omnia obſequia debita eſſe viris etiam vilia & ab vſoribus licet nobilibus conſequenter nullam conſiderari poſſe remunerationem, poſt. Barbati quæ fuit antea opinio Ioan.Andre.in cap.Tilleras num. 9. de res ſpolia quem ſequutus fuit Angel. in Sum. verbo vxor. num. 2. & eoſdem & alios recenſet Tiraquel. dicens per verbum forte, hanc fore veriorem tractat.de nobili. cap. 20. num. 95. cum ſequent.& in ll.connubia.l.1. gloſ.1. num.27. ea motus ratione
116 quia debiroris nobilitate † dererior eſſe nõ debeat conditio creditoris niſi id expreſſim iure caueatur: & cum ex iuris diſpoſiine teneatur vxor marito obſequia præſtare, quia ſubdita cap. hæc imago. cap. ordo.33. quæſt.5.l. ſed ſi vir ex lana ff. de dona. inter vir. & vxor. neque excipiarur mulier ab his obſequijs & ſi nobilis proinde remuneratoriam dici non poſſe donationem: & quia ſciens ſe nobilem à principio ignobili nupſit & illius ſe ſubijecir imperio: Quibus illi rationibus adducti dubitauerinr an inrer virum & vxorem remuneratoria poſſit da-
117 ri donatio, Verum † communis opinio contrariam opinionem amplexa, exiſtimar pleraque fore obſequia animaduertione digna quæ nobilis vxor ignobili maxime præſtare non cogitur veluti ſeruilia infima, quæ niſi cum dedecore præſtari nequeunr argum. l. interdum 1. ff. de oper. liberto. vnde contrariam opinionem tenuir Bald. in l.ſi vxorem num.6. C. de condi. inſer. Felin. Deci. Corſe. Palar. Rube. Roſel. Sylneſt. & alij relati per Sanch.d.diſpura. 6. num. 14. Sanè & in eiſdem obſequijs quæ ab vxoribus mariris debentur neceſſarijs maior & minor vxorem cura conſiderari poteſt, ſolertia, amot ſoluitudo, cura, induſtria, ſunt enim multę Ita eximiæ prudentiæ & amoris erga maritos vr eos etſi nolentes & inuitos auſteres licer ſic ſuis dilitijs atrahant & obſequijs lubenrer continuis inſeruiant, vt maximum inde maritorum ſibi Ipſis amorem comparent quod Indies videmus: ſunt & in prudentes mnltæ & tam exigui iudicij pigræ & auſterę vt nullum ſibi maritorum amorem concilienr, & longa vt dicebat IurisConſultus inrer artifices differentia eſt: ſic & in graui, & oblonga ægritudine ſumma cura præſtita obſequia remunerationem poitulant vt ex Paris.& Deci.Tiraquel. ſcribit d. verbo, donarioni largitus num. 108. Et his alia adiungi poſſunt innumera obſequia ſolis mariris remnneranribus cognita: Tulit planè Deus O.Maxi.non aliunde Aeuam quam ab vna ex Adæ Coſtis, vt viri ſciant nõ ſeruas, ſed ſocias fore vxores.

118 Porro & donatio † reciproca & remuneratoria dicitur & ea, quæ à mariro ignobili facta fuir nobili vxori, fit enim in recompenſationem nobilitatis & ſuſtinetur donatio, & valet, nec mors expectanda eſt vt confirmetur dat enim maritus pecuniam, vxor vero nobilitatem adfert gloſ. vnica. quam ſingularem dixerunt noſtri in d. l. ſi voluntate in verbo perendis C. de do. promiſſio Barto.ibi num. 2. Tiraquel.de nobilita. cap. 18. num. 19. Clar. in §. donatio. quæſtio. 9. num. 5. Socin. ſenior.conſil.67. num.11. lib.1. Tiber. Decian. pulchrè reſponſ. 74. num. 12. & ſeq. lib. 4. latius Gaſiau. in conſ. Alex. verbo, viginti quæſtio. 8.num.82. Surd.deciſ.166.num.22. Andre. Gail. obſerua.40.num.fina.lib.2.Surd. poſt antiquiores à ſe relatos conſ. 164. num. 36. ad medium lib.2.

119 Limirat hanc traditionem † communem Clar. ſupra vt procedat quando facta fuit donatio tempore nuptiarum, ſecus ſi poſt conſtante matrimonio. verum non adducit aliquem in confirmationem ſuæ opinionis, neque rationem adfert, proinde & reiciendum exiſtimo, quoniam ſi reciproca donatio etiam conſtante matrimonio fieri poteſt, quoniam non dicitur proprie donatio vt ſuperius diximus, cur non eriam iſta fieri poterit & hæc eſt omnium mens interpratũ quos nunc ante adduxi.

Secundo

120 Secundo limitatur † notabiliter quando maritus ignobiles diues tamen, accepit vxorem nobilem ſed pauperem, eo ſanè caſu donare non poſſet maritus in recompenſationem nobilitatis, & de huiuſmodi idem quod de ſimplici iudicandum foret, rationem reddunt interpræres, quia compenſata fuit iam nobilitas vxoris pauperis nobilis, cum diuitijs multis mariti, neque alia eget compenſatione ſic prior omnium docuit pulchrè & verè Palat. Rube. in d. rubri. de dona. int. vir. & vxor. §. 32. num. 9. ſequitur Surd. d. conſil. 164. num. 35. ad medium.

121 Tertio limitatur † quando inæqualitas donationis factæ habito etiam reſpectu ad nobilitatem vxoris foret magna, & exceſſiua tunc in eo quod excedit iudicaretur vt donatio ſimplex ſic Bald. in d. l. ſi voluntate Bertran. conſil. 46. ad fin. lib. 2. Palat. Rube. ſupra & in terminis proprijs Galiàn. in conſ. Alex. verbo viginti num. 132. & hos ſequitur Surd. d. conſil. 164. num. 36. lib. 2. Peregrin. conſil. 76. num. 29. lib. 1. & relatis alijs in alia tamen ſpecie præter nunc citatos Ioan. Gar. tractat. de dona. Remn. num. 51. Gratia. regu. 150. Angul. de melioratio. l. 12. gloſ. 1. num. 19. Atzebed. in l. 4. titu. 1. lib. 5. num. 5. Sanè ſi modicus foret exceſſus exiſtimarem donationem valere nec vt ſimplicem iudicandam, quoniam gratitudinis lex hoc ex ſe ipſa habet, vt plus reddat quã acceperit ſicut ex D. Thom. & Ariſtote. Fortuni. ſcribit in l. 2. §. ius naturale num. 62. ff. de iur. & iu. & vt rectè Lancello. quem refert Sanch. d. diſputatio. num. 7. ad medium, acceptatorem beneficij inſtar agri fertilis futurum plus reddentis quam in ſuo fuerit ſeminatum & Sene. lib. 2. de benefi. cap. 18.

122 Verum enim vero † ſi nobilis donaret alicui formoſæ ſiue nobili, ſiue ignobili reſcindi vt inæqualis non poſſet in eo quod excedere videretur, quoniam attenta nobilitate nullus videtur exceſſus, ſolent enim ij vt plurimum liberaliter donare, & exceſſus in meritis non eſſet conſiderandus Tiber. Decian. qui multa & pręclara ad inſtitutum conſil. 4. num. 27. lib. 4. idem conſil. 74. toto illo conſ. lib. 4. Cochi. Barbati. & Decia. quos refert, & ſequitur in has ſpecie Surd. deciſ. 166. num. 22. 23.

Verum hæc opinio etſi à grauiſſimis his ſcriptoribus tradita, temperanda mihi videtur (alias enim pericul oſa foret) vt vindicet quando donata etſi magnę quantita-
123 tis † correſpondent nobilitati, & ſi reſpectu vxoris & meritorum illius exceſſiua forent, ſecus vbi excederent donata gradum ſuę nobilitatis cum inter nobiles, alius alios ſuperet, & multi ſint gradus nobilitatis inferiores, medij, & ſuperiores, hæc igitur donatio in eo quod excedit, ſimplex foret proinde inualida niſi morte confirmaretur: atque adeo noſtri hæc reſpexerunt, vt in cæteris inæqualibus, reciprocis & remuneratorijs donationibus voluerint ſimplicem illam, quæ excedit donationem reſer-
124 uãdam † fore filijs prioris matrimonij ſicut ex Ripa. & alijs ſcribit Surd. d. conſil. 164. num. 33. & ſeq. lib. 2. ſicut & in donatione excedente 500. aureos, quæ requirit in-
125 ſinuationem † cum tamen remuneratoria nulla indigeat, niſi in eo, quod excedit ſicut nouiſsime poſt multos reſpondet Peregr. d. conſ. 76. num. 27. lib. 1.

Quarto mihi declaranda videtur communis traditio in eo quod receptum fuit de marito diuite, & ignobili donante nobili, vt valeat in recompenſationem, quando à
126 principio † maritus erat diues, non ſic ſi ex poſt facto diues effectus vellet donare, quia ceſſat ratio illa, quam adducunt interprætes, quod à principio maritus pecuniam & diuitias, vxor vero nobilitatem adferat vti ſupra ſcripſi nu. 130. quod etſi noue animaduerſum veriſſimum credo.

127 Eadem ipſa, quæ de viro † nobili donante nobili diximus extendenda, prout extendunt interpretes ad maritum ſenem donantem vxori iuueni, valet enim tamquam reciproca, & recompenſatiua neque indiget morte vt confirmetur, ſic Alciat. poſt alios reſpondit reſponſ. 254. numer. 1. Crauet. conſil. 443. num. 12. & hos ſequitur Surd. deciſ. 166. num. 21. idem Surd. conſil. 164. numer. 35. lib. 2. Andre. Gail. obſeruatio. 40. num. fin. lib. 2. declarant & limitant interpræres quando donatio exceſſiua non eſt alioquin in eo quod excedit vt ſimplex foret iudicanda.

Denique & ea omnia, quæ de viro ignobili diuite donante vxori nobili diximus eadem protrahenda ſunt ad hanc ſpeciem promiſcue enim interpræres de ignobili diuite, & ſeu ſanè donantibus nobili vel iuueni loquuntur.

Vt autem ad ſupra à nobis ſcriptum ordinem reuertamur numer. 59. & 60. quando diximus de arris, ſecundo de donationibus reciprocis, tertio loco adieci eas donationes, quæ fieri quandoque ſolent ab ſponſis ante matrimonium nulla matrimonij ratione habita, de his nunc agendum.

Dixi igitur ſupra num. 56. validas fore donationes inter virum & vxorem, cum ſpõſus donat ſponſę vel ſponſa ſponſo ante matrimonium ſpe matrimonij, non tamen vlla

ſponſalitię largitatis donatio quo iure, qui-
128 bus in caſibus ſuſtineri poſſit ✝ matrimonij
mentione facta ex multis quos inibi citaui
Bald. Ricar. Afflict. Camp. Palat. Rube. Nat.
Surd. Caſſan. & alijs rationem reddidi ibi ad
quam lectorem reijcio hęc autem donatio
vocatur ſponſaliria largitas de qua me nunc
dicturum ſcripſi num. 61.

129 Spõſalitia hæc ✝ largitas quæ ab ſponſo
ſponſis fit ſpe ineundi matrimonij ſpecialis
erat cõtractus §. 1. & in rub. vt ſponſo largi.
ſpecia. ſit con. in authen. Hæc donatio ante
nuptias vocati etiam ſolita eſt ſeu dotali-
tium teſte Palat. Rube. de dona. int. vi. &
vxor. §. 3. num. 2. apud Neapolitanos voca-
tur donatiuum teſte Fran. deciſ. 503. num. 1.
& 2. 3. part. Et licet Anton. Gomez. in l.
50. Tau. num. 59. pro eodem vſurpari affir-
met, id tamen non de iure communi de-
fendi poteſt, Quoniam vere & proptie do-
natio hæc ante nuptias quæ & ſponſalitia
largitas eſt ante matrimonium fieri ſolet
Cin. & Salice. in l. minoribus C. de dona.
an. nup. & conſtat expreſſim ex tex. in l. cum
te C. illo titul. & animaduertit Vincen. de
Fran. d. deciſ. num. 1. & 2. poſt Telli. in l. 52.
Tau. num. 26. Matien. in l. 1. gloſ. 1. titu. 2.
nu. 1. & 2. apud nos in Cathalonia ſponſa-
litium Thom. Mier. in conſ. hac noſtra num.
118. Donatio autem propter nuptias, de
qua poſt dicturi ſumus fit in ſecuritatem do-
tis, vel virginitatis amiſſæ, vel alia ex cau-
ſa iuxta iuris diſpoſitionem & diuerſas re-
gionum & gẽtium cõſuetudines, ſicut ſcripſi
ſupra. num. 62.

130 Verum ✝ priuſquam ad explicationem
huius donationis accedam ſcire pœnis opor-
tet, iure veteri ſponſalitium largitatẽ dum
nulla conuentio in contrarium deducta fo-
ret, donationem fuiſſe irreuocabilem & ab
ſolutam neque potuiſſe reuocari quod ſi ſub
conditione matrimonij ineundi celebraba-
tur, id exprimere oportebat, l. 1. ff. de
donatio. l. ſi filiæ l. ſi tibi C. de dona. an.
nup. verum nouo iure Codicis aliter fuit ſta-
tutum nulla enim exigitur expreſſio condi-
tionis futuri matrimonij tacitẽ enim in eſt
ex præſumpta mente contrahentium tex.
apertiſſimus qui hanc dirimit controuerſiam
in l. cum veterum C. de dona. an. nup. pro-
inde ſequuto matrimonio conditio iſta ad-
impleta cenſetur & irreuocabilis remanet
donatio. ſic poſt veteres declarat Anton.
Gomez. in l. 52. Tau. num. 2. Arias in l. 50.
num. 3. Matien. lib. 3. titul. 2. vn. gloſ. 3.
num. 2. & 3. eſt igitur irreuocabilis dona-
131 tio, & donataris acquiritur mulieri ✝ etſi
nec copula carnalis vel oſculum præcedant,
vel eius culpa matrimonium non ſequatur
d. l. 1. verſic. Igitur de dona. d. l. ſi mater C.
de dona. an. nup. erat omnis ſimplex & pu-
ra donatio quæ nec in tempus matrimo-
nij referebatur, proinde valebat ſicut citati
nunc interpretes docent, & dixi ſupra num.
56. & 57.

132 Nouo ✝ autem ſtatutum à Iuſtinia. fuit vt
ſi minime matrimonium ſequatur culpa do-
nantis, ſiue is ſponſus ſit vel ſponſa, totam
perdit ſponſalitiam largitatem, & adquiritur
accipienti, quod ſi aliquid accepiſſet reſti-
tuet ſi vero ſoluere quidquam promiſit ſol-
uet ſin autem ob donatarij culpam reſtituet
quod à donatore accepit d. l. cum veterum
133 C. de dona. an. nup. Et ✝ præſumitur facta
ſpe futuri matrimonij gloſ. 1. ad fina. in d.
l. cum veterum Cin. Angel. & Palat. Rube.
quos Vincen. de Fran. deciſio. 503. num. 10.
lib. 3. Verum vt perfectius tota hæc mate-
ries explicetur regula conſtituenda eſt. Re-
134 gulariter ſponſam ex ✝ oſculo dimidiam lu-
crari vbi poſt morte pręuentus ſponſus vel
ſponſa fuit & dimidiam adquiret à dona-
tionis alteram reſtituet dimidiam hæredi-
bus ſponſi, ſi recepiſſet aliquid tum ſpon-
ſus ab ſponſa reſtituet, ex oſculo enim ve-
recundiam mulier, vir gaudium accepit, l.
ſi à ſponſo C. de dona. an. nup. ſic paulo an-
te relati interpretes num. 141. & præter eos
Cin. Bald. Salicet. Alberi. Fulgo. quos in
hac eadem facti ſpecie recenſet Vincen. de
Fran. deciſ. 503. num. 6. (Qui in præclara
& ſingulari facti ſpecie caſum quendam in-
ter viros nobiliſsimos contingentem deci-
dit.) voluit enim Iuſtinianus vt ex ſolo oſ-
culo ſaltem dimidiam lucretur ſponſa, non
enim tam facilè virum reperiret Vincen. de
Fran. ſupra qui multos ex Hiſpanis ſcrip-
toribus à me relatis citauit ſic iudicatum aſ-
firmans. Ex his infertur ad celebrem illum
caſum deciſionis Vincen. de Fran. quid vbi
oſculum non fuit datum à viro ſponſę prop-
ter ſe, & ſui gratiam & voluptatem, ſed in
gratiam ſponſæ infirmę & iam morientis, ea
occaſione ſi forſitan ex ſponſi oſculo & il-
lius gaudio ſalutem conſequeretur ſpon-
ſa, ſanè cum ratio illa ab omnibus aſſigna-
ta in hoc caſu ceſſet, & illius diſpoſitio, nihil
igitur lucrabitur ſponſa ex huiuſmodi oſcu-
lo, quod ille ſua deciſione pulchrè probat &
decidit, is videndus.

135 Nec refert ✝ an oſculum præcedat dona-
tionem vel donatio oſculum, vtroque caſu
ſponſa donationem, ſimiliter & ſponſus lu-
crantur, ratio enim illa oſculi militat in hac
ſpecie, ſicut & cum donatio præcedit & ex
oſculo ruborem, verecundiam, & iterum
nubendi difficultatem nanciſcitur Anto. Go-
mez. in d. l. 52. num. 6. poſt alios à ſe relatos

Matien.

Matien.in d.l.4.gloſ.3.nu.1. Barbo. in rub.
ff.ſolu.matri.2.part.num.112. Atzebe. in d.
l.4.num.13.

Verum etſi in ſuperiori ſpecie nulla con-
ſtitui ſoleat differentia an oſculum donatio-
nem præcedat nec ne, ſummum tamen diſ-
136 crimen, quando oſculum † vel copula præ-
cedunt ſponſalia, datur enim oſculum in-
tempeſtiue, & magis libidinis vel volup-
tatis occaſione, quam ſpe futurarum nup-
tiarum, quæ nullo modo præcedunt, ſic pul-
chre. Palat. Rube. in d. l. 52. num. 8. & 9.
Didac. in Epitom. ad 4. 1. part. cap.4.§.1.
num. 14. Anton. Gomez. num.6. in d.l.52.
Arias in d.l.50. nu.9. Matien.in d.l.4.nu.3.
glo.3. Barboſ.in d.rub. 2.par.nu.108. Atze.
d.l.4.num.13. Gutier.quæſt.44. nu.7.lib.3.
practica.

137 Conueniunt autem † omnes ex ſolo am-
plexu ſponſi ſponſæ dato, non lucrari quid-
quam ſponſam quoniam tex. in d. l. ſi ſpon-
ſo & in d. l. cum veterum & alij ſuperius
memorati de ſolo oſculo loquuntur non de
amplexu. Et quia non eadem verecundiæ &
ruboris ratio militat in amplexu ſicut in oſ-
culo ex quo corrupta pro dimidio caro vi-
detur ſicuti dixerunt antiqui interpretes
quos refert Franc. d. deciſio.num.1.2.3. &
reſoluit in amplexu poſt Pala.Rub. & Atze.
in d.l.4.num.31.

138 Cæterum † quid dicendum vbi oſculum
non fuerit datum in ore vbi ſolet ſed in ma-
xilla vel fronte, an lucretur ſponſa dimi-
diam noua quæſtio, exiſtimem, ſic lucra-
ri ſponſam dimidium, ac ſi in ore datum
fuiſſet, eadem enim ratio ruboris & vere-
cundiæ militat in hoc caſu ſicut in altero, ea-
dem etiam iterum nubendi difficultas; tum
quia iura ſupra citata de oſculo dicunt, nec
diſtingunt, an in ore vel maxilla datum ſit:
Rurſus quia hæc interpretatio eſt fauorabi-
lis mulieribus, quæ ob lucrum dimidiæ do-
nationis facilius nubent.

Communis opinio & recepta, quæ ab oſ-
culo dolo ſponſæ voluit dimidiam lucrari
ſponſam ſi maritus interim moritur, ex diſ-
poſitione d. l. ſi à ſponſo, & d. l. cum vete-
rum declaratur ne locum habeat vbi ſpon-
ſus ſponſalitia contraxiſſet cum ſponſa ſub
139 conditione veluti † ſi Papa. diſpenſaret. ſi
interim pendente conditione, ſponſus ſpon-
ſæ oſculum daret non lucratur dimidiã ſpon-
ſa, quoniam conditionis euentus, qui à Ro-
ma. Pontificis voluntate pendebat ſpecta-
tus non fuit, ideo datum pendente condi-
tione oſculum impurum fuit & libidinoſum,
proinde ex eo nullum ſponſa lucrum repor-
tare poteſt, ſic ex ſupra citatis Palat. Rube.
Anton. Gomez. & alijs rectè ſcripſit Sanch.
de matrimo.lib.6.quæſtio.18.nu.7.

140 Declaratur ſecundo, † idem ius obſer-
uandum in his, qui nedum ſub dicta condi-
tione contraxiſſent, ſed in alia quauis etſi
mixta quinimo & poteſtatiua, veluti ſi con-
traxiſſet ſponſus ſub conditione ſi ſpon-
ſa centum in dotem daret, præcedit enim
& in hoc caſu oſculum ſponſalia, conſe-
quenter, vti culpabile non lucrum ſed pœ-
nam meretur: ſic relati ſentiunt interpræ-
tes.

141 Tertio declaratur † nedum præcedente
oſculo ſponſalia, ſed & copula quod for-
tius eſt, pendente igitur conditione copula
interueniens, quæ totam facit lucrari ſpon-
ſalitiam largitatem vt infra dicetur, ex ea
ſponſa nihil lucrabitur etſi enim iure anti-
quo pendente conditione poteſtatiua con-
tracta ſponſalia, interueniente poſt copula
videbatur receſſum à conditione, ſic ſpon-
ſalia perfecta erant. cap. per tuas de condi.
opoſi. iure tamen nouiſſimo Tridentini cum
142 copula † nullius ſit effectus, non cenſetur ob
eam à conditione receſſum, proinde cum co-
pula culpoſa ſit, ex ea lucrari ſponſa nihil po-
teſt, ſicuti rectè ſenſit Sanch. diſputa. 19. nu.
6.lib.6.

143 Quarto declaratur regula † vt ſponſa ex
oſculo totam dimidiam conſequatur ſpon-
ſalitiæ largitatis d. l. cum veterum d. l. ſi à
ſponſo, at ex copula integram ſponſalitiam
largitatem, eiſdem legibus nunc citatis. Si-
144 ue traducta fuerit † vxor ſiue non in do-
mum mariti ſicut ſcripſit Atzebe. poſt Olan.
& alios d. l. 4. num. 1.2.3. Verum totam
lucraretur poſt hanc traductionem etſi nul-
la copula interueniſſet, præſumitur enim ex
traductione ſicut rectè Gregor. Lop. in l.3.
titul. 11. part. 4. gloſ. beſado. & licet ab
illius opinione diſcedant Palat. Rubc. Ca-
ſtil. & Atzebe. quos ſequitur Sanch. d. diſ-
puta. 19. lib. 6. num. 6. adducti iuribus vl-
terioris Hiſpaniæ, attento tamen iure com-
muni canonico & ſi non ciuili, ex traductio-
ne, neque etiam cohabitatione non præſu-
mitur matrimonium, ſicut multorum ſcrip-
ſi authoritate lib. 1. comparatio. 13. à num.
13. cum ſeq. propterea neque copula ali-
cuius eſſe poteſt effectus, maxime iure no-
145 no Concilij Tridentini † iuxta cuius diſpo-
ſitionem copula vel traductio niſi adhibitis
ſolemnibus, matrimonium operari non po-
teſt, dixi ibidem numer. 7. ſic efficitur vt ſi
nullis ſolemnibus noui iuris traductio facta
fuiſſet & copula ſubſequuta, cum culpoſa ſit
copula, & traductio, & recedere contra-
hentes poſſint à matrimonio, nihil ex tra-
ductione, vel ex copula mulier poterit lu-
crari.

146 Quinto declaratur ✝ vt ſi poſt ſponſalia
de futuro interuenerit copula, quo in caſu
iure veteri ſponſalia in matrimonium tran-
ſibant cap. is qui fidem cum vulga. de ſpon.
conſequi illo iure poterat ſponſa totã ſpon-
ſalitiam largitatem, ſicuti poſt Palat. Rub.
ſcribit Anton. Gomez. in d. l. 52. num. 3. &
Matien. quos refert Sanch. d. diſputa. nu. 5.
& licet iure antiquo vt antea dicebam id
admitti poſſet, iure nouo Concilij recipi ne-
quit, quo ceſſant matrimonia præſumpta vt
fuſe à me lib. 1. compara. vndecima.

147 Verum exiſtimant relati interpr̃ætes, ſi ✝
non totam ſponſalitiam largitatem lucretur
ſponſa, ſaltim dimidiam adquirere, ſicut
propter oſculi traditionem lucraretur: ad-
mittit Sanch. ſupra num. 5. eorum opinio-
nem, quia inquit non conſiderant iura an
oſculum vel copula illicita ſint, ſed rubo-
rem, verecundiam & difficultatem iterum
148 nubendi illius tamen ſententia ✝ admitti nõ
poteſt, cum nulla apta differentiæ ratio red-
di poſſit inter ſuperiorem & hũc caſum, qui-
nimo in hac ſpecie maior vindicat ratio a-
mitendæ largitatis ſponſalitiæ, cum grauius
ſit peccatum copula oſculo, inde ex maiori
peccato lucrum reportaret ſicut ex minori:
Neq. ratio differentiæ quam adduxit Sanch.
conſideranda eſt, dum ſcribit ex oſculo pen-
dente conditione dato nullam poſſe dari iu-
ſtam excuſationem, in hac autem ſpecie non
minimam, quod copula conceſſa fuerit ab
ſponſa ſpe futuri matrimonij, & licet cul-
pabilis coram Deo, in foro tamen exterio-
ri iuxta hominum exiſtimationem non cul-
pę vel infamiæ copula tribueretur: id enim
verum non eſt, cum ſciant cuncti hodierno
iure cuius ignorantiam nullus poteſt excu-
ſare, copulam illicitam eſſe neque ſpe fu-
turi matrimonij concedi poſſe, cum poſtea
licitum ſit vtrique reſilire, niſi ſolemnijs
adhibitis, atque ideo grauis eſt culpa mu-
lieris, quæ in copulam conſentit ſubijciendo
ſe & ſuos tantæ infamiæ & periculo ſi poſt
ſponſus forſitan nollet matrimonium perfi-
cere: ſed neque verum eſt iura non conſide-
raſſe an oſculum vel copula licita ſint nec
ne, cum non ad aliud attenderint leges quã
ad copulam, quæ poſt legitimum conſenſum
eſt ſponſalia eo modo quo contrahi iure ff.
& Co. ſolebant interueniebat l. nuptias vbi
omnes de reg. iur.

Sed & cum d. l. ſi à ſponſo & tex. in d. l.
cum veterum & omnes etiam leges illius ti-
tuli C. de dona. an. nup. do. ſponſo loquan-
tur, & illius oſculo, & copula ſponſi, apet-
tiſſimum eſt in eo iura vim facere an ſcili-
cet oſculum vel copula licita ſint, & tempo-
re habili & legitimo poſt contracta ſponſa-
lia, data; Quoniam oſculum & copula in
alijs punibilis, ad ea quæ Iul. Clar. §. fina.
quæſtio. 86. nu. 6. vbi Baiard. ad eum nu. 30.
Varias pœnas iuxta diuerſitatem regionum
recenſet oſculi virgini, vel vxoratæ dati in
ſponſis licita & permiſſa.

149 Sexto declaratur, ✝ quando ſimul poſt do-
nata ab ſponſo ſponſæ mater ſponſi, pater
aut alius ex aſcendentibus donauit etiam
ſponſæ quoniam morte ſponſi, licet lucre-
tur ſponſa dimidium non tamen lucrabitur
alteram dimidiam donatorum per matrem
ſponſi per alios attinentes, quoniam tex. in
d. l. ſi ſponſo, loquitur tandem in donatis
per ſponſum non ab alijs, Addo rationem
quoniam gratia oſculi, & voluptatis quam
recepit ſponſus ex eo, ſimul & rubore & ve-
recundia, quam intulit ſponſæ efficiunt vt lu-
cretur ſponſa dimidium, hæc ratio ceſſat in
matre donante, Et quia cum de donationis
præſumptione agitur, ea omnia quauis ex
cauſa fugienda remanet, igitur in his rebus
ab matre ſponſi, & alijs aſcendentibus do-
natis iuris regula, vt commodata pręſuman-
tur ſponſæ vt ornate incedat & ad nuptias
prodeat, ſicuti ſcripſi ſupra, ſic in hac ſpe-
cie aliquando fuiſſe iudicatum in illo erudi-
tiſſimo Senatu Neapolitano refert Vincen.
de Fran. d. deciſ. 503. à nu. 9. verſ. Quo vero
vſq. ad nu. 19.

150 Septimo ✝ declaratur vt & ſponſa lucre-
tur ex oſculo, dimidiũ, ex copula totam do-
nationem, etiam eo caſu, quo inter vtroſque
ſubeſſet canonicum impedimẽtum cuius oc-
caſione matrimonium inter eos conſtare nõ
poterat, dum tamen ignara fuiſſet & ſpon-
ſa illius, & craſſa non ducta ſponſa igno-
rantia: rationem reddunt interpr̃ætes quod
illius bona fides eam excuſat, & quia oſculo
dato verecundiam, vir gaudium receperit.
Palat. Rube. in l. 52. Tau. num. 5. vbi Anton.
Gomez. num. 7. Matien. d. l. 4. titu. 2. gloſ. 2.
num. 2. poſt alios quos recenſuit.

151 Vnde ſi vel ipſa ✝ & illius ſponſus impe-
dimentum non ignoraſſent, dimidiam mi-
nime ſponſa ob illius proteruiam non ad-
quireret: Quoniam tacitam in ſe donatio
ſponſalitiæ largitatis conditionem habet,
ſi nuptiæ ſequantur d. l. cum veterum. Franq.
d. deciſio. num. 9. alij ſupra, proinde cum
adſtante canonico impedimento, celebra-
re non poſsint, nullum conſequi lucrũ ſpon-
ſa poterit; Et his addo, idem etſi diſpen-
ſatio Roma. Pontificis poſt expectaretur,
quoniam ſufficit vt amittat ſponſa dimi-
dium, contraxiſſe ſe tempore inhabili ad
ea, quæ fuſe ſcripſi ſupra num. 100. cum ſeq.
multis.

152 Verum ✝ ſi ſolus ſponſus impedimentum
igno-

ignorauit, ſciente ſponſa reſtituit ſponſo
quod accepit, quæ conſcia impedimenti ig-
norante ſponſo, ſponſalia celebrauit & oſcu-
lum impudicum recepit Palat. Rub. ſupra
& in rub. de dona. in. vi. & vxo. §. 3. ad finem
Anto. Gom. in d. l. 52. nu. 7. Marien. num. 2.
Atzebe. in d. l. 4. num. 10.

153 Sanè ſi vterq. † ſponſus & ſponſa conſcij
fuiſſent impedimenti data à ſponſo ſponſæ
non ſponſa, nec vir etiam recuperarent, ſed
fiſcus vti aduerſus leges tentata l. cum hic
ſtatus §. fina. de dona. in. vi. l. qui contra C. de
inceſ. nup. docent Anton. Gom. in d. l. 52.
nu. 7. Matien. in d. l. 4. nu. 2. gloſ. 2. Atzebed.
d. l. 4. num. 10.

154 Verior † autem in hac ſpecie opinio prę-
ualet, quod cum ex parte vtriuſq. ſponſi &
ſponſæ turpitudo verſetur, potior ſit condi-
tio ſponſæ recipientis donec pro fiſco ad-
uerſus eam lata ſententia fuerit, ſicut rectiſ-
ſime docuit idem Pala. Rub. in d. l. 52. nu. 5.
Et probat Sanch. diſpu. 20. lib. 6. à nu. 6.

155 Octauo † declaratur, vt & ſponſa ingre-
diendo religionem poſt ſponſalia, ex oſculo
dimidium lucratur ſponſalitiæ largitatis, nō
enim debet eſſe deterioris conditionis quæ
ſe totam Deo dicat, & meliorem eligit ſpō-
ſum quam ea quæ virum & mundum. tū quia
ſi forſitan ſponſalitiam perderet largitatem
ingrediendo religionem, retardarentur eam
ob cauſam ſponſæ ab ingreſſu religionis l.
Deo nobis C. de Epiſc. & cleri. cap. decreta
27. q. 2. gloſ. in d. cap. decreta communiter
recepta, quam in terminis propoſitæ quęſ-
tionis ſequuti ſunt Dida. poſt veteres quos
refert in Epitom. ad 4. 2. par. ca. 7. §. 4. n. 12.
Mathi. in d. l. 4. num. 9. Anton. Gom. poſt
Pala. Rub. in d. l. 52. num. 8. Caſtil. num. 3. &
hos etiam refert Sanch. lib. 6. de matrimo.
156 diſputa. 21. num. 4. id ipſum † iudicandum
de ſponſo ingrediente religionem, vt me-
dietatem adquirat ſponſa, & ſi enim id vi-
deatur repugnare religionis ingreſſui, vt mo
do de ſponſa ſcripſi, lata tamen differentia
eſt quoniam ſponſa recepit oſculum, vere-
cundiam, & ruborem, tum & difficultatem
iterum nubendi, non igitur culpari ſponſa
poteſt vt dimidiam oſculo adquiſitam per-
dat ſic rectè reſoluunt Pala. Rub. ſupra & At-
zebe. in d. l. 4. poſt veteres nu. 9. & 17.

157 Nono declaratur † vt ſic lucretur ſponſa
dimidiam niſi de communi voto & conſenſu
vtriuſq. recederetur ab ſponſalibus, & ſpōſa
libenter aſſentiret, cum enim ſua voluntate
ſe ipſam ab obligatione contracta abſoluat
quod recepit, integriter reſtituet, l. ſi diuerſa
C. de tranſactio. reſoluit Pala. Rub. in rub. de
dona. §. 3. num. 5. Sali. Cin. & alij in d. l. cum
veterum C. de dona. an. nup. Arias in d. l. 50.
158 nu. 4. quod † ſi vnus poſt alium conſentiret,
qui prius diſcenſerat in ſponſalibus diſſol-
uendis, ſentiunt multi hanc nocere vltimam
moram, proinde nihil lucrari ſpōſam ex hac
ſponſalitia largitate, argu. l. illud cum vulga.
de peri. & com. rei. ven. l. ſi mora ff. ſolu. ma-
tri. Cin. Iaco. de Are. & Arias, quos refert
Sanch. d. diſpu. 21. nu. 7. Improbat opinionē
hāc Angel. in §. eſt & aliud nu. 2. inſti. de do-
na. Pala. Rub. vbi ſupra Caſtel. d. l. 52. nu. 3.
159 Quoniam † morę purgationi locus nō eſt vbi
exequutio à lege fuit facta, argu. l. ſi is cui de
lega. 3. Verum hæc ratio non meruit à tantis
160 patribus in contrarium † adduci. Non enim
à lege facta fuit executio ipſo iure in hac ſpe
cie, niſi vbi vel mors, aut culpa intercedit
ſponſi, nulla autē culpa ſpōſo imputatur qui
receſſit ab ſponſalibus, & ſi remanente ſponſa
poſt tamen libere conſentiente, citra prote-
ſtationem aliquam ab ea factam, qua ius di-
midie reſeruare poterat ſibi, & perinde eſt
ac ſi à principio libere cōſenſiſſet, nec refert
an ex interuallo conſenſerit nunc, cum ſolo
161 conſenſu dirimatur prior † obligatio §. fina.
inſti. qui. mo. tolli. obligat & pacta nouiſſima
prioribus derogant l. pacta nouiſſima C. de
pact. & cōſenſus ſiue ante, ſiue poſt omni tē-
pore validus, niſi is ſit de forma aut ſolem-
nitate actus l. fin. ff. ad S. C. Maced. l. 1. §. pro-
deſt ff. quorum legato. ea, cura. ca. ſugellū de
iu. patro. Debuit igitur proteſtari ſpōſa poſt
conſentiens citra prępudiciū dimidię partis
ſibi oſculo adquiſitę ad ea, quę omnes in l. 3.
§. morte ff. de no. ope. nu. l. qui in aliena §.
Celſus ff. de acq. heredi.

162 Decimo declaratur † vt & lucretur ſponſa
dimidiū quādo licitè receſsit ab ſponſalibus
fornicatione ſcilicet mariti, aut quia prefi-
nito nuptijs tempore receſsit, probat ex-
preſsim tex. in d. l. cum veterū vbi Cin. Sali.
& alij.

163 Vndecimo † declaratur quæ de ſpōſa di-
cta ſunt vt dimidiū adquirat oſculo, nō pro-
cedant in ſponſo, is enim ex oſculo nihil lu-
cratur ſicut mulier, quæ ruborē & difficultatē
iterum nubendi conſequitur, ideo tex. in d. l.
ſi ſponſo, ſolum loquitur de ſponſa, ſic ibidē
docuerunt Odof. Cin. Petr. de Bellaper. Al-
beri. Bal. Sali. & Fulgo. quos refert & ſequi-
tur Vincen. de Fran. d. deciſ. 503. num. 6. ſe-
quitur Palat. Rub. in rub. de dona. §. 3. in fine
164 ſed quid (& hæc † noua quæſtio) ſi forſan ſpō
ſa prior ſponſum fuerit deoſculata, an per-
dat dimidiam, quoniam videtur in hoc caſu
ceſſare rationem illam verecundię & rubo-
ris, quę turbato ordine ſponſum deterior
ſponſum prius fuerit oſculata: Adhuc in hac
ſpecie exiſtimo lucrari dimidiam quoniam,
& ſi ceſſet ratio illa ruboris & verecundiæ

militat altera ratio, difficultatis iterum nu-
165 bendi. At quando duæ vel plures † militant
in diſpoſitione rationes, ceſſante vna non
ceſſat altera l. ſi non lex Aelia ſentia ff. de hę-
re. inſti. cum latè digeſtis per Tiraq. de Ceſſ.
cau. limita. 22. num. 1.

Præterea quia tex. in d. l. ſi ſponſo, in ver-
bis, (interueniente oſculo,) ſolum conſiderat
interuentionem oſculi nec diſtinguit quis
prior oſculum dederit nec ne.

166 Duodecimo declaratur † vt in iocalibus
& cæteris miſſis ab ſponſa ſponſo, & ſi id
raro accidat vt dicit tex. in d. l. ſi ſponſo ſi-
cuti copula vxor totam lucratur ſpóſalitiam
largitatem ſic eodem iure ſponſus integre
omnia adquiret, donatum enim ſpe futuri
matrimonij copula, & nuptijs ſubſequutis
complementum aſſequitur d. l. ſi ſponſo ver.
Quod ſi ſponſa d. l. cum veterum ad fin. verſ.
Quæ ſimiliter &c. reſoluit Matien. in d. l. 4.
gloſ. 4. num. 2. poſt Pala. Rub. Caſtel. & An-
ton. Gom. Auenda. de exeq. manda. reg. 1.
par. cap. 15. num. 3. Gutier. d. quæſt. 45. ad
finem l. 3. Sanch. d. diſpu. 19. num. 8.

167 Dixit autem † Matien. vbi ſupra num. 1.
in his caſibus, in quibus abſque culpa ſpon-
ſi receditur à matrimonio, poſſe ſpóſum do-
nata repetere illico, neq. probare teneri ob
cauſam data ſponſæ & eam ſequutam non
fuiſſe, hęc enim eſt præſumptio ſponſi, quia
donauerit ſpe futurarum nuptiarũ, ſpóſæ ve-
ro incumbere probare oſculũ interueniſſe vt
dimidiam lucretur, aut copulam vt totã ad-
quirat, ſequens opinionem Pala. Rub. & Di-
da. Caſtel. quæ placet.

Nec in ſpecie d. l. ſi ſponſo & d. l. cum ve-
terum requiritur animus donandi vt per oſ-
culum dimidiam, per copulam integram lu-
168 cretur ſponſa largitatem † ſponſalitiam,
quoniam lex ex ipſa ſola traditione ſponſæ
factę animum conijcit ſponſi donare volen-
tis, intercedente oſculo, vel copula, cũ agens
quicunq. ille ſit, cum diſpoſitione legis vo-
luntatem ſuam conformare cenſeatur, ad ea
quæ fuſe Zanch. & alij in l. hæredes mei §.
cum ita ad Trebellia. & ex Pala. Rub. & Ar-
zebe. ſentit Sanch. diſputa. 18. num. 11. lib. 6.
vbi & ſcriptum relinquit hanc donationem
nulla egere inſinuatione. Addo ipſe rationẽ
169 quia † reciproca eſt & veluti in recompen-
ſationem quæ nulla indiget inſinuatione no-
tiſſimo iure.

Hęc dicta ſint de tertia ſpecie donationis,
ſponſalitię largitatis quam ſupra num. 61.
tertio loco conſtituimus.

Nunc ſe offert quarta illa ſpecies vocata
donatio propter nuptias, quam inibi nu. 62.
cum ſequen. varijs appellari nominibus dixi
de ea nunc.

Donatio propter nuptias quæ in ſecuri-
tatem dotis fit, ſeu in præmiom virginitatis
170 ademptę, non voluntaria † ſed neceſſaria eſt
auth. dos data C. de dona. pro. nup. auth. ſed
quę mihi C. de pac. con. & infra latius num.
186. Donatio hæc propter nuptias vlteriori
171 † iure Hiſpanię vocatur arra; ſic ex antiquio-
ribus Pala. Rub. in rub. de dona. §. 12. num. 1.
Xuar. in l. 1. tit. de las arras num. 2. Gregor.
Lop. in l. 87. glo. ſegun. tit. 18. 3. par. Anton.
Gom. in l. 50. Tau. num. 12. ad medium vbi
addit ad eum. Caſtel. in l. 50. Tau. num. 6.
Arias in l. 49. num. 6. Valaſ. cóſul. 2. num. 23.
Padil. in auth. res quæ num. 95. communia de
lega. Bacca. tracta. de non melioran. fili. cap.
11. num. 13. Gutier. in lib. 3. pract. quæſt. 43.
num. 6. Matien. in l. 2. gloſ. 2. num. 1. ritu. 1.
lib. 5. vbi Atzebed. poſt eum ibidem, qui &
differentias recenſent inter arras illas & do-
nationem hanc propter nuptias.

172 In Regnis clariſſimis Hiſpanię † citerioris
in Aragonia donatio propter nuptias dicitur
hæreditamentum maritorum, in obſeruan. 4.
vbi Molin. ad eam & Portoleſi. nu. 1. & 2.

173 In hoc vaſtiſſimo † Cathaloniæ Principa-
tu vocatur augmentum dotis ſponſalitium
ſeu dotalitium & vulgari ſermone (ſcreix)
Thom. Mier. in conſtit. hac noſtra num. 119.
120. Ferrer. obſeruan. lib. 3. cap. 48.

174 Apud Gallos douaire † in pręmium pu-
dicitiæ & virginalis pudoris Ioan. Saeſ. apud
conſue. Turo. cap. 2. tit. de doua. & apud Au-
rialen. eo titu. vbi Pitrus Nico. Boer. in con-
ſuetu. Bituricen. tit. de coſtu. concer. à douai.
§. 1. cum ſeq.

175 Apud Neapolitanos † vocatur donatiuũ,
ſicut poſt Neapoda. refert Vincen. de Fran.
deciſ. 503. num. 2. 3. 4. vbi & ſcripſit dona-
tionem illam neceſſariã & Vinc. deciſi. 100.
num. 1. Deci. in vlterioribus Regni Neapo-
litani partibus datariũ, teſtatur & iure Frã-
corum tertianam nominari.

176 Apud Longobardos † & illorum iure an-
tiquiſsimo dicebatur Morguin. teſte Canal.
deciſ. 30. nu. 34. 3. par.

177 Dicitur † & donatio propter nuptias apud
nos augmẽtum & promiſcue his vtimur vo-
cabulis: Cęterum improprie, nam vere aug-
mentum dotis dicitur ex parte vxoris cum
dotem auget, ſicut donatio propter nuptias
ex parte viri, ſicuti ſcripſi authoritate Com-
pe. Natt. Alban. Craue. & Surd. lib. 3. quæſt.
178 41. nu. 3. Et dicitur † donatio propter nup-
tias quidquid maritus donat vxori contem-
platione dotis, & ſi apud nos vocetur aug-
mentum dotis ſicut multorum authoritate
ſcribit Surd. d. conſ. 162. num. 17. lib. 2.

179 Sciendũ igitur quouis nomine † apud nos
& exteras gentes donatio propter nuptias
nomi-

hominetur, cõuenire vero omnes hic & vbiq.
locorum fieti in pręmium pudicitię virgina-
lis amiſſæ tex. inſignis in l. res vxoris, verbis,
quæ pudicirię pręmio eſſet C. de dona. inter
vir. & vxo. vbi id expreſſim Bal. annotauit,
& Pala. Rub. in d. §. 12. n. 1. Padil. in d. Auth.
res quę n. 31. Dida. Couar. in Epito. de ſpõ-
ſali. 2. par. ca. 3. §. 7. n. 12. Arias in l. 49. Tau.
nu. 8. id ipſum practici teſtãtur noſtri in hoc
principatu, & apud Neapolita. Vincen. de
Fran. decis. 182. nu. 9. par. 1.

180 Rurſus & ad aliuni † quoq. finem hanc ſo-
lere in hac regione conſtitui donationem
affirmat Thom. Mier. ſupra, vt ea cautius ſit
vxori conſultum in dotis ſuæ cõſeruationẽ,
& ſecuritatem, de rebus enim ſic donatis ſa-
tisfier mulieri, ſi non habent aliunde gloſ. in
§. eſt & aliud Inſti. de dona. glo. in verbo per
cipiat in Auth. de Non. elig. ſecu. mili. tex.
in l. fina. §. ſancimus C. de dona. an. nup. Pa-
nor. Imol. & alij quos citat Pala. Rub. in ru.
§. 17. n. 2. Anto. Gom. in d. l. 50. nu. 9. ad me-
diũ, etſi enim vt Pala. ibi ſcripſit, omnia bo-
na mariti ſint tacire obligata pro dote d. l.
aſſiduis C. qui potio. hæc tamen donata, for
tius & ſtrictius.

181 Atq. ideo dicitur donatio † antiferna,
quaſi contra dotem, & illius occaſione ema-
nata Pala. Rub. ſupra & glo. in d. l. fina. C. de
don. ante nup. & glo. in d. §. eſt & aliud docet
idem Anto. Gom. in d. l. 50. nu. 9. Tho. Mie.
in d. conſ. nu. 115. & 116.

Sciendum tertio huius donationis prop-
182 ter † nuptias naturam propriam affore, vt ſi-
cut mortuo marito dos integre ad vxorem
reuertitur, ſic & donatio propter nuptias ad
virum, vel illius hæredes, iuxta tex. clariſſi-
mum & vulga. in ca. fina. de dona. vbi omnes
Auth. æqualitas C. de pac. con. glo. in Auth.
ſiue à me. C. ad Velleia. ideo dicitur dos ma
riti §. eſt & aliud inſti. de dona. l. cum mulię.
Co. de dona. ante nup. Bartol. Angel. Pariſi.
Neuiza. Bello. Natt. Alban. Rolan. quos ci-
tat Surd. conſ. 164. nu. 18. l. 2. quibus ſic per-
ceptis, quoniã frequens eſt in his regnis do-
nationis propter nuptias materia, paulo di-
ligentius pertractanda erit.

Primo inueſtigandum an donatio hæc ſit
neceſſaria an voluntaria, & quidem de iure
183 communi dubitat nullus † neceſſariã Auth.
dos data ibi glo. 1. C. de dona. ante nup.
Odofre. Bartol. Bal. Angel. in eo tex. Angel.
in §. 1. in Auth. de æqua. dot. Salice. in l. fina.
ad finem Co. ſi maio. fact. aliena. ru. ha. No-
uet. de don. par. 6. priui. 16. in prin. Compe.
tract. de do. par. 1. quæſt. 61. Ruin. conſ. 110.
nu. 2. li. 5. Rimin. in prin. Inſti. de dona. num.
254. Xuar. tit. de las Arras. l. 1. nu. 64. Portol.
ad Molin. obſer. 4. nu. 4. Surd. conſ. 164. nu.
13. li. 2. Afflict. deciſ. 242. Lancel. ad conſil.
Alexand. verbo viginti nu. 50. & ſeq. Gutier.
li. 3. pract. quæſt. 43. num. 11. & 12. Atq. ideo
184 efficitur vt ſicut † pater neceſſario filias do-
tare tenetur, ſic & filijs donationẽ propter
nuptias conſtituere l. ſanccimus, verſic. Nec
enim leges, C. de do. promiſsio. Iure autem
185 Regio † Cathaloniæ neceſſaria non eſt licet
lucretur vxor partem donationis propter
nuptias, etſi nihil dictum ſit iuxta conſuetu-
dinem Tho. Mier. ſupra nu. 118. verſi. Nota
quod communiter &c. Et recte quidem ille
ſic ſcripſit, quoniam vbi adeſt cõſuetudo cõ-
ſtituẽdi huiuſmodi donationes, ſi fuerit præ-
186 termiſſa eo ipſo cõſtituta cenſetur † etſi ni-
hil dictum ſit; ſicut in ſpecie reſpondit Ne-
uizan. conſ. 45. nu. 16. & 17. Galiau. in conſu.
Alex. verbo viginti n. 51. & hos ſequutus eſt
Surd. d. conſ. nu. 23. in fine. li. 2. Pala. Rub. nõ
relatus latius in rub. de dona. inter vir. §. 22.
nu. 2. atq. ideo lucratur vxor ſolitam partem
vt illi aiunt, vbi conſuetudo partẽ aliquam
deſignaſſet vxori præmoriente viro.

Communis opinio & tex. in d. Auth. dos
187 data † extenditur vt nedum procedat ante
matrimonium verum & poſt illud perfectũ,
cogi igitur per vxorem maritus poteſt con-
ſtante matrimonio vt ſibi donationem pro-
pter nuptias conſtituat in dotis ſecuritatem,
& pudicitiæ amiſſę præmiũ glo. 1. in d. Auth.
dos data, quam inibi ſequũtur Odofre. Bar.
Bal. Angel. Salice. Cam. Nouel. Ruin. Rimi.
Xuar. Portole. Neuiz. Surd. & omnes ſupra
citati. & probatur aperte tex. in l. cum mul-
te C. de dona. an. nup. id ipſum ſentiũt Pala.
Rub. ad l. 50. Tau. nu. 4. & in rub. de dona.
int. vir. & vxo. §. 24. nu. 2. Anto. Gom. in d. l.
50. nu. 12. Matien. in l. 2. glo. 2. li. 5. tit. 2. vbi
Azebed. nu. 8. Valaſ. conſ. 4. nu. 4. Gutier. in
pract. quæſt. 43. nu. 5. Xuar. titu. de las Arras
l. 1. tit. 2. nu. 30. Dida. Couar. in Epito. ad 4.
2. par. ca. 3. §. 7. num. 12. Baeza. tract. de non
melioran. filia. ca. 5. a nu. 12. cum ſeq.

188 Verum hæc opinio declaranda videtur †
etſi à nullo viderim tactũ, vbi & quam vxor
dotem dedit promiſſam, ſecus vbi nullam,
vel aliquam partem, cæterum pro non data
adhuc dote promiſſa, quæ dari debuit vel il-
lius parte minime, ſic enim melioris condi-
tionis vxor foret, quam vir, & quia vxor non
lucratur donationẽ propter nuptias niſi pro
parte dotis ab ea ſolutæ vt dicemus infra
ſuo loco & aperte probatur ex d. Auth. dos
data. qui tex. dotis dationem præmittit, vt
cogi maritus poſsit donationem conſtituere
propter nuptias, & quæ ratio de dote data
ad donationem propter nuptias, eadem de
parte dotis, ad donationẽ propter nuptias,
& econtra l. quæ de tota cum ſimilib⁹ de rei
vindi-

189 vindicatio. Ad hęc † vbi maritus conſtituit
prius donationem propter nuptias vxori,
cogitur vxor dotem conſtituere marito glo.
in §. hoc igitur in auth. de Aequali. do. Palat.
Rub. in rub. de dona. in. vi. & vxo. §. 22. nu. 2.
omnis itaq. æqualitas ſeruanda inter eos.

Extenditur ſecundo vt tam neceſſaria ſit
donatio propter nuptias, quod cogi poſsit
pater ad eam filio conſtituendam pro ſecu-
ritate dotis nedum per filiũ, ſed & per nurũ
vt infra dicetur; per filium cogitur pater d. l.
ſancimus, verſ. Nec enim ignoteſcunt leges:
maxime vbi fieri ſolitæ ſint huiuſmodi do-
nationes propter nuptias interprætes in d.
§. trãſgrediamur, & Surdus nouiſsime deciſ.
190 62. num. 15. ad medium † alioquin cogi poſ-
ſet pater ſe obligare pro filio pro conſerua-
tione dotis, & illius reſtitutione ad ea quæ
omnes ex eo. tex. in l. 2. §. transgrediamur
ff. ſolu. matri.

191 Poterit & cogi ad hanc † donationem à
nuru vbi filius non peteret quia de ſuo inte-
reſſe agitur, dotis ſcilicet conſeruatione re-
ctè reſoluit Pala. Rub. in d. rub. §. 22. nu. 1.

192 Secundo extenditur † vt procedat in pa-
tre hæretico, Iudeo, vel infideli is tenetur fi-
lio catholico donationem propter nuptias
conſtituere l. cognouimus C. de hære. & do-
cet poſt Angel. Iaſ. & alios Pala. Rub. in d.
rub. §. 21. num. 4.

193 Secundo quæritur, quod aliquando † con-
tigiſſe ſcim⁹, an donatio propter nuptias quę
in pręmium datur virginitatis amiſſę vt dixi
num. 182. pręmoriente viro debeatur pro di-
midia vel in totum vbi ſic conſuetudo con-
cedit, vxori quę verè virgo non erat tempo-
194 re nuptiarũ: & deciſum in hoc Senatu † au-
dio minime fuiſſe adiudicatam hanc dona-
tionem, quoniam in hoc principatu vxor iux-
ta vetuſtiſsimam conſuetudinem aduerſus
iuris communis diſpoſitionem præmortuo
marito lucratur totam donationem, pręſtita
tamen cautione de ea reſtituenda integre,
poſt mortem ſuam hęredibus viri, ſi totam
vult, ſin vero tantum dimidiam partem po-
teſt illam libere retinere & propriam facere
teſtantibus Thom. Mier. in d. conſti. hac no-
ſtra num. 118. Marquil. vſat. vidua ad finem
& Ferrer obſer. lib. 3. cap. 51. nu. 1. & 2. cum
de iure communi ad virum & illius hæredes
redeat d. cap. fin. de dona. dixi ſupra nu. 185.
Iudicauit igitur Senatus non deberi dimidiã
vxori, quę virgo nõ erat tempore nuptiarum
& rectè vt mihi videtur quoniã donatio hæc
cedit in pręmium pudicitiæ virginalis d. l.
res vxoris, in verbis, *quia pudicitiæ præmio
ceſſit*, C. de dona. poſt vi. & vxo. dixi ſupra
n. 182. ceſſante igitur pudicitia & legis ſcrip
tæ, & non ſcriptæ diſpoſitio ceſſare debet.

195 Accedat donationẽ hanc † ex errore pro-
cedere, ſi enim ſciuiſſet vir corruptam nec
duxiſſet in vxorem, minus multo, donationẽ
in eam feciſſet, error vero tollit conſenſum
l. nihil de tegu. iur. conſequenter inualida
omnino.

Atq. nouiſsime in hanc deuenerunt ſen-
tentiam Caſtel. in l. 52. Tau. num. 20. Quini-
mo id ipſum & in foro interiori animę vin-
dicare affirmant Theologi quales Cordu.
Ludo. Lop. Vega. Manuel. quos citat Sãch.
de matri. lib. 6. diſpu. 27. num. 3. tom. 1. aſſe-
runt teneri vxorem reſtituere in foro conſ-
cientiæ huiuſmodi donationem viro vel il-
lius hæredibus. Qui tamen inibi aduerſus
communem multa dixit, quæ paucis dici po-
terant, Exiſtimat deberi donationem hanc
vxori etſi virgo non fuerit. Mouetur quia
donatio propter nuptias ab eo arra dicta,
196 more vlterioris Hiſpaniæ, † ſic conſtitui po-
teſt viduæ & corruptæ ſicut virgini, iuxta ll.
illius Regni. Verum hæc ratio nullius mo-
menti eſt, cum ex pacto & conuentione poſ-
ſit maritus id facere ſciens iuuenem virginẽ
non eſſe, ſiue illa impudica antea fuerit, aut
vidua, cum conuentione id fieri poſſit & ra-
tum ſit, quia non ſit contrarium iuri ad ex. in
l. pacta quæ contra C. de pac.

Mouetur ſecundo ex legibus illius regni
quæ in Hiſpania citeriori vim nullam ſuſti-
nent.

Tertio adduxit in tuitionem reſponſum
ad regulam cap. cum ceſſante etſi enim ceſſa-
rę videatur ratio pudicitiæ (vt ille ait) & cõ-
ſequenter diſpoſitio, cum tamen duplex ra-
197 tio militat, in diſpoſitione ceſſante vna nõ †
ceſſat alia, l. ſi non lex Aeliaſentia. ff. de hæ.
inſti. latiſſimè Tiraq. de ceſſan. cau. limi. 22.
qui latius, atqui donatio propter nuptias li-
cet fiat prætextu pudicitię, fit tamẽ & in do-
tis ſecuritatem, ſicut ex Palat. Rub. Thom.
Mier. & alijs docui ſupra, ceſſante igitur cau-
ſa prędicta cum militet ratio ſecuritatis do-
tis ceſſare diſpoſitio non debet conſequen-
ter lucrum donationis propter nuptias: verũ
& huic reſpõſioni facilis datur ſolutio, prin-
cipalem cauſam donationis propter nuptias
faciendę, fore pudicitię, & virginalis pudoris
detrimentum, ſicuti ſcripſerunt omnes à me
citati ſupra, nam ratio altera ſecuritatis
dotis, acceſſoria eſt & parum conſiderabi-
lis, quia omnia bona tum mariti tum ſoceri
remanent obligata vxori pro ſecuritate do-
tis etſi nulla fiat donatio propter nuptias
ſicut dixi ſupra ſic efficitur vt ratio pudi-
citię ſit cauſa principalis donationis prop-
ter nuptias altera ſecundaria, ceſſante autem
cauſa principali ceſſat diſpoſitio argum. l. ſi
ſponſus §. & generaliter, & §. ſi donationis ff.
de

Digitized by Google

de dona. int. vi. & vxo. cum alijs multis ad hoc inſtitutum congeſtis per Tiraq. d. limi. 22.nu.22.& 23.

198 Quarto mouetur,quia nullus inquit † adeſt error in hac ſpecie in principali cauſa,ſed in circunſtantijs,quæ & ſi deficiant,donationis effectum ceſſare nō faciunt:ſicut ex Molin. deducit,ſed & hæc argumētatio infirma eſt,non enim in circunſtantijs error, ſed in principali animo donantis puellæ quia virgini,quæ virgo non erat, cum apud bonos & graues, quinimo & humiliores nihil infelicius contingere poſſit,quam virginitatis ſpe fraudari, qui ab alijs pollutas animaduertūt puellas quas vt virgines ſpondebant ; hinc iniuria & rixę,deniq. nulla inter eos pax ſed perpetua ira & odium diſſeminatur , & his addiderim ſic merito iudicaſſe Senatum noſtrum,quoniam alias peccandis occaſio virginibus tribueretur,quę ſcientes ob amiſſam virginitatem donationem propter nuptias non amitti,facilè in coitum cōſentirent , pudore virgineo maritos futuros fraudando ad tex. in l. conuenire ff. de pact. dotali. vnde nec à communi nec à re ſemel iudicata recedendum.

199 Limitarem traditionem † noſtrā ne procederet quando puella fuiſſet antea publice alicuius cōcubina,vel quæ ſui corporis quæſtum feciſſet, cum enim ſciret vir mores vxoris vel ſcire ſaltim potuerit, imputādum eſt illi vt poſt nec illius nomine hæredis impudicitiæ & amiſſæ virginitatis nuptiarū tempore exceptionem aduerſus mulierem donationem propter nuptias vindicantē, opponere poſſint.l.qui cum alio cum glo.& his quæ inibi omnes de re.iu.

200 Limitatur ſecundo † quando maritus,qui deffectum corruptionis agnouit,non fuit cōquæſtus,ſed continuo ſimulans,mortē obijt, non enim eo in caſu licet filijs vel heredibus de impudicitia excipere vt donationē amittat mulier , videtur enim tacendo iniuriam remiſiſſe, maxime cohabitando cum illa. ſic cenſent Theologi Cordu.Lopez.Vega.Manuel.quos ſequitur & refert Sanch.de matri. lib.6.diſpu.27.num.3.ad finem, vera autem

201 horum opinio eſt quoniam † ſimulando maritum conquerentem,eo ipſo hæredib⁹ ſuis, vel extraneis interdixiſſe videtur hanc exceptionem;ſicuti cōtingit cum maritus adulteriū ſimulauit vxoris in vita, non enim tunc ius eſt hæredibus,qualeſcunq. ſint , de adulterio opponendi vxoris,vt ex eo dotē amittat, quia morum correctio vxoris , non pertinet ad heredes,ſed ad virum l. rei iudicatę §.morum ff.ſolu. matrimo. vbi docuit Bart. & omnes poſt eum Rip.in l.fina.queſt.61.C. de reuo. dona. Gabr. qui fuſe lib.7.conclu. 35.Peregri. conſil.80.num.14.lib.1. & iure huius prouincię id ipſum ſeruatur teſte Marquil. in vſati. Mariti vxores ibi id ipſum Valliſe. qui tres adferunt caſus,in quibus id non procedit . Et nouiſſime decidit in propria ſpecie Fran. deciſio. 184. à num.1.cum

202 ſeq.lib.1.Conuerſo † ordine vbi fuiſſet conquæſtus vir ſufficeret, vt poſt illius mortem proſequi hęredes poſſent, & exceptionem impudicitię proponere aduerſus mulierem donationem propter nuptias petentem vel partem illius,ſicuti citati authores, & decidit Vincen.de Fran.d.deciſ.184.

203 Tertio quęritur ex ſolo oſculo vxor lucretur dimidiam partem vel totam,vbi lucrum dari ſolet totius donationis, ſicuti in hoc principatu,iuxta diſtinctionem traditam ſupra in 2. quęſt. hæc nullam continet difficultatem de iure communi , quo pro fractione & detrimento virginalis pudoris & in illius compenſationem,donatio propter nuptias mulieri cōſtituitur,ſicuti multorū ſcripſi authoritate ſupra.De iure Regio huius prouinciæ requiritur actualis etiam copula,ſicut teſtatur Thom.Mier.in d. conſti. hac noſtra num.119.in verſi.Et ad hoc vbi hęc ipſa verba : *Et ad hoc quod mulier lucretur iſtam donationem oportet quod interueniat pactum de lucrando , vel ſit conſuetudo , & carnalis copula , &c.* falluntur igitur nonnulli aduocati exiſtimantes oſculo vxorem lucrari dimidiam donationis,id enim ſolum contingit in ſponſalitia largitate ſicuti fuſe ſcripſi ſupra queſtio. 1. per totam : cauſam erroris ab eo accipiunt quod ſponſalitium vſurpant pro donatione propter nuptias Ferrer vſurpat lib.3.obſer.cap.48.in argumento Rubicę nā expreſſim & illo cautius Thom. Mier. in d. conſti.num.118.ad medium hanc inter ſpōſalitium & donationem propter nuptias cōſtituit differentiam quod oſculo mulier ſpōſalitium lucratur,non ſic donationem propter nuptias , qua requiritur copula carnalis, loquitur Ferrer ſępius incaute,quod non ſemel admonui in libro ſingula.de Sa. Homici.amitt.immu.nec ne nu.38.

204 Quarto quęritur † noue vtrum donationē lucretur propter nuptias vxor cuius maritus ad tirremes fuit in perpetuum cōdemnatus dubitationem facit,quod rex.in cap.fina. de dona.int.vi.& vxo. ſtatuit donationē propter nuptias mortuo viro redire illico ad maritum donantem conſequenter cum mors expectāda ſit mariti,ſtante pacto de lucrando donationem propter nuptias , vel vbi lucrum illius datur à lege vel conſuetudine vt in hac prouincia, viuente marito de lucro & acquiſitione donationis agi non poteſt,verū contrariam opinionem tenendam fore opinor,

nor, quoniã donatio facta a viro vxori,quæ
ex ſeipſa inualida eſt,& quæ ſola morte cõ-
firmatur ſicuti dixi ſæpius,hæc nedum mor-
te naturali ſed & ciuili cõfirmatur l.res vxo-
ris C.de dona.int.vir.& vxo. l. cum hic ſta-
205 tus §.ſi donator ſeruus ff.eo. titu. efficitur †
enim ſeruus pœnę cõdemnatus ad tirremes,
& eſt grauiſſima pœna,& horrẽda,quæ apud
Irallam maxime in regnis,quæ imperio pa-
rent Hiſpaniarum Regis Catholici , tum &
in eadem Hiſpania precipuè in hac ptouin-
cia Cathaloniæ fteqoens eſt & aſſidua, Clar.
in §.fina.quæſt.70.nu.5.& Grani. deciſio. 8.
in prin. ſcribit apud Regios illos Senatus
Neapoli.ſolere homines cõdemnari ad tir-
remes, ea adiecta conditione,quod ſi extra
eas reperiantur eo ipſo ſint ſuſpendendi.

Confirmarut itaq. donatio morte ciuili
mariti l.ſed ſi mors ff.de dona.inter virũ &
vxor.cum ſupra citatis,& reſoluit Pala. Ru.
poſt alios á ſe relatos in rub. de dona. inter
virum & vxo.§.71.nu.1.& ſeq.Dida.rub.de
teſta.3.par.in prin a nu.1.cum ſequen. Vbi
206 enim † & quandocunq. mors ciuilis eoſdem
effectus parit quos naturalis non ſpectatur
mors naturalis,ſed ciuilis ſufficit gl.in clem.
2.verbo morte de electio. quam ornat mul-
tis Pala.ſupra nu.2.l.1.§.fina.ff.de con.tabu.
l.publicatione ff. pro ſoci. Bar.Bal. Domi.
Alexan.Ctot.Ruin.Pariſi.Nat. Rolan. Cœ-
phal. & alij plures quos ſequitur & refert
Surd.conſil.90.n.27.li.1.& nu.41. ad finem
qui latiſsime declarat. Sanè ſiue donatio
ptopter nuprias conſtituatur ob virginalem
pudicitiæ detrimentum,ſiue ob doris ſecuri
tatem,vtroq.caſu mors illa ciuilis operatur
207 eundem effectũ , maxime cũ nuſquam † ſo-
lent Hiſpaniarum Reges Catholici conce-
dere hiſce condemnatis indulgẽtiã & pœnæ
remiſsionem,quod maxime conſiderandum
ſicut de damnatis morte ciuili.Surd.d. conſ.
nu.42.ad medium conſiderauit ad alind in-
ſtitutum:quæ tamen intelligenda velim,niſi
208 ad † modicum tempus maritus fotet damna
tus vel vti ad tres annos,nec enim ad minus
tempotis ſolent recipi in Regijs tirremibus
ab earum Ducibus & Capitaneis, ob bteui-
tatem temporis vxori nõ liceret donationẽ
vindicare l.3.§. verſũ ff.de in rem. ver.l.qui
ſic de ſolutio. modici temporis lapſus non
ſolet cõſiderari,nec mora modici temporis
vt in regula iuris eſt,attenditur : Niſi tamen
interim timeri probabilirer poſset de bo-
norum diſipatione argumento eorum, quæ
ſequenti quæſtione.

209 Quinto quæritur,† an liceat mulieri ver-
gente ad inopiam mariro vindicare propter
nuptias donationem, quæſtio hæc non ſemel
deciſa fuit ab hoc Senatu tefert Ferrer. ob-
ſeruan.3.par. ca. 50. probat tex.aperte in l.
vbi adhuc C.de in.do.Pala.Rub.in rubri.de
dona.int.vir.& vxo.§.19.& nouiſsime id ip-
ſum poſt ſpeculato.Bal. Iaſſ. & alios obſer-
uat Andr.Gail.li.2.obſerua.83.n.2.in verſi.
Ampliatur iſta fallantia : verum vbicunque
210 timetetur † mulierem non recte adminiſtra-
turam fote bona donata viuente marito, cũ
tam dos quam donatio proprer nuptias de-
ſeruire debeant pro alendo marito , vxore,
& filijs ſaluis;in reliquo pactis dotalibus l.
mutus §.manente ff.de iu.do.l.ſi cum dotem
§.ſi vero ff.ſo.ma.glo.in d.ca.per veſtras ver
bo ad inopiam Gail.poſt d. obſerua. nu.17.
omnes in d.l.ſi cõſtante poſſet in & caſu ma
ritus inſtare,vt tam dos quã donatio prop-
ter nuptias deponerentur apud aliquem
mercarorem ad honeſtum lucrum , vt ex
eo tam maritus quam vxor & filij alimen-
rari poſſent,quod voluit ſignificare Andreas
Gail.d.obſeruatione nu.18.ſed non dare,vt
id fecit Afflict. deciſio. 221. & decidit ſe-
211 quẽdo Afflic.Surd.deciſ.279.n.3.qui & † in
tuitionem eam rationem , quod filij prioris
matrimonij poſſunt retinere res mobiles le
garas ab eorum patre vxori tranſeunti ad ſe
cundas,quãdo mater vel recuſat fideiubere,
aut nequit,Quinimo addit Vrſill. ad Afflict.
d.deciſio.vxorem tranſeuntem ad ſecundas
nuptias teneti cauere filijs de dote eis con-
ſeruanda, quod ille inibi recte improbat
212 nu.11.cum † ſeq. cum de dote mulier libe-
re diſponere poſsit , conſequenter nec fide-
iubere teneatur , niſi vno tantum caſu,cum
dos data fuiſſet ab eodem mariro mulieri,
quo in caſu reſeruanda fotet filijs prioris
matrimonij.

213 Sexto quæritur † an donatio propter nup
tias debeatur mulieri dote non ſoluta , an
ſaltim pro rata , quam quæſtionem adſert
Ferrer in li.3.ca.58. ſed obſcure & inſelici-
ter vt ſolet,quam etiam agitar Cancer.noſ-
ter in ſuis reſolutio.li.1.cap.9.nu. 82. Circa
hanc quæſtionem male ab interpretibus , &
confuſe agitatam ſequens regula obſeruan-
da,qua clariſsimè tota hæc mareria reſolue-
tur.

214 Sit igitur † regula augmentum dotis non
deberi niſi pro rata doris ſolutę per mulierẽ
quæ dotem viro ſoluere promiſit. auth.dos
data vbi glo. & cæteri C. de dona. an.nup.
Auth.ſed qui nihil C. de pac. conuen.quod
milies deciſum fuit in Senatu Delphi. apud
Guido Pap.deciſ.430.& 565.apud Neapo-
litan. Afflict. deciſ. 242. & deciſ. 333. apud
Luſitan.Gram.deciſ.371.nu.3.Alua. Valaſ.
qui ſic denſum conſulta.3.nu.6.apud Burde
galen.Boer.deciſ.329.apud nos Ferrer.li.3.
obſeru.cap.48.receptiſsima ſequitur ſchola
Guid.

Guid.Bertrand.Socin.Neuizan. & alij quos refert,& ſequitur Rolan. conſil. 10. num. 4. Baeca.de non.melio.filia.ca.32.n.19. Surd. paucis relatis tract.de alim.titu.1.quæſt.42. nu.56.57.aliqua dixi infra quæſt.60.

Extenditur regula primo, etſi fuiſſet oppoſitum iuramentum, in contractu dotali adhuc ex ſola portione dotis ſolutæ per mulierem, debebitur augmentũ eidem mulieri Guid.Pap.Pariſi.Neuizan.& alij quos refert idem Roland.d.conſil.10.nu.2.& 3. punitur enim mora mulieris in non ſoluẽdo dotem, vt ex illius retardatione lucrum conſequi nõ poſsit, Vt animaduertit Rolan. ſupra quædã alia adferens ſimilia.

215 Extenditur ſecundo vt procedat † vbi pater promiſiſſet dotem filiæ exoluere qui ſi nõ ſoluit nihil ex donatione lucrari mulier poterit, ſi vero partem pro illa parte ſic ſenſit Angel. in §.fuerat de actio. quem ſequitur Gam.d.deciſ.nu.2.& alij in eadem ſentẽtia fuere quales Campe.Caſtren.& cæteri quos Boeri.refert d.deciſ.in principio.

Contrariam ſententiam tenuere alij plures in patre, ea moti ratione quia non poſsit aut debeat mulier imputare viro culpã, cur patrem non vrſerit ad ſoluendum, quinimo gratiæ pro obſequio reddẽdo marito qui patrem debitorem ſuſtinuerit ſic authoritate Di.Ray.Cuma.& Alexan.decidit Boeri. d. deciſio.nu.2.& probat tex.ſingularis in l. ſi extraneus verſi. Sed ſi pater ff. do.iur. doti. & hanc opinionem, ſequitur Senatus noſter teſtante Ferre.li.3.obſer.cap.48.

216 Ex his infertur † quod ſi interim pater effectus eſt non ſoluendo, mortuo marito, vxor, & reſpectiuè filia non poterit conſequi donationem propter nuptias ſic ſupra relati Interpretes.

Placet autem in hac quæſtione conciliatiõ Compe.tract.de do.par.quæſtio. 77. ſic diſtinguit is poſt Bart. & alios, aut inquit pater qui dotem promiſsit erat ſoluendo, & ſine magno illius incommodo poterat ſoluere, neq. exegit maritus, & in culpa videtur quæ vxori nocere nõ debet, ſi poſt effectus ſit nõ ſoluendo, ſin minus vbi ſoluendo non erat, vel cum maximo illius incõmodo imputari mariti culpa non debet.

217 Ex ſuperioribus ſequitur † quod dicendũ ſit in extraneo dotante a quo vir non exigit dotem, cenſent enim quidam & mulierem nõ lucrari niſi pro rata dotis receptę. Gam. d.deciſ.qui nullam inter extraneum, & patrẽ differentiã conſtituit, ſed hæc opinio iniqua eſt, ceſſat enim in extraneo intuitus pietatis quem Interpretes conſiderant in marito nõ exigẽte a patre vxoris, quinimo idẽ legiſlator hoc ipſum animaduertit in d.l. ſi extraneus, verſ.Sed ſi pater obſeruat Senatus noſter Ferrer.d.ca.48.

218 Declara primo vt procedat † in terminis d.l.ſi extraneus in prin. vbi extraneus dedit dotem ex neceſsitate non ſic vbi voluntariæ, priori caſu culpa marito imputanda, in ſecũdo ſecus. Bal.& Iaco.de S.Geor.in d.l.ſi extraneus, ex neceſſitate quia debitor erat mulieris vel patris, & coactus fuit ſe pro dote obligare.

Declaratur ſecundo cum Boeri.d. deciſ. quod ſicut non imputatur viro qui non exegerit ab vxore promittente vel illius patre,
219 ſic in debitore mulieris qui † mulierem hæredem fecit, perinde enim eſt, ac ſi mulier ipſa dotem promiſiſſet, vnde non exacta dote, nec mulier donationem conſequatur, cum nihil imputari viro poſſit l. promittendo §. fina.ff.de iu.do.Boer.ſupra n.2.ad medium qui idem ſcribit vbi mulier hæredem inſtituiſſet eum qui ſibi dotem promiſerat, vel ei ab inteſtato ſucceſſerat promiſſor l. nupta §.quoties ff.ſolu.matri.quoniam vt ille ait, nihil imputandum marito, cui ſuficit ſi eos ab obligatione liberet.

220 Tertio extende regulam † vt augmentũ debeatur mulieri, etſi dos non fuerit conſtituta viro dum augmẽtum fuerit promiſſum, glo.inſignis ex eo tex.in l.leonis C.de pact. dota.quã inibi ſequntur omnes decidit pulchrè Afflict.rationem reddens d.deciſ.333. nu.3.quia inquit matrimoniũ ſine dote eſſe poteſt, ſecus vbi dos fuiſſet promiſſa.

221 Quarto † extenditur regula quando maritus ſine conſenſu vxoris remiſiſſet dotem, vel eam quam non receperat confeſſus, & recepiſſe, eo enim caſu pro ſoluta dos habẽda eſt l.ſi quis pro vxore §.ſi vxor ff. de dona. int.vir.& vxo.& eſt in culpa, aut verius dolo Bart.Bal.& ceteri omnes in l.marito §.1. ff. ſo.ma.& probat tex.in l.penul. §. ſi vir. illo titu.l.l.debitor l. ſane.l.ſi vir ab eo ff.de iur. doti.Boeri.pulchrè d.deciſ.339.num.3. vbi declarat, cum promiſſor dotis erat ſoluendo, aliàs ſecus cum culpa illi imputari non poſſit ex his quæ ille inibi ad ipſum decidit Gãma.deciſ.371.nu.3.vbi & Boerij meminit.

222 Quinto extenditur † regula, vt culpa non imputetur marito qui patrẽ vxoris promittentem non vrſerit ad ſoluẽdum, imputabitur tamen illi ſi non vrſit hęredem patris vxoris ſuæ l.ob oes §.fina.vbi Bal.ff.de pac.dotali glo.in l.ſi ſocer.§.lucius ff.ſo.mat. Nouel. Iaco.de S.Geor.& alij quos ſequitur Nico. Boeri.d.deciſ.ad finem verſ.Fallit ſecundo, non enim ratio, & intuitus pietatis quę militat in patre vxoris ſupra conſideratus, militat in hærede patris: quæ inſignis declaratio eſt.

Sexto

223 Sexto extenditur † vt lucretur mulier totam donationem vel augmentum, quando maritus terminum dedit ad dotem exoluendam mulieri vel patri illius, & pendēte termino maritus moritur, dos enim habetur pro ſoluta & augmentum in totum debetur vxori, habuit enim fidem de dotis ſolutione §.vendite inſti.de re.diuiſio.l. quod vendidi ff.de con.emp. Guid. deciſio.430. Boer.deciſ.22.num.21.Afflict.deciſ.242. & d.deciſ. 333.latius Valaſ.d.conſ.3. Baeca.tracta. de non melio. filiab. cap. 32. num.19.Surd.de alim.tit.1.quæſt.42.num.56.57.

Septimo extende, idem aſſore vbi maritus renuntiauit Auth. ſed quæ nihil C. de pac. conuen. conueniendo cum vxore vt augmentum debeatur ſoluta dote vel non ſoluta Guid.Pap.d.deciſio.274. vbi pactum dixit frequentiſsimum in patria ſua: Neque mirandum, cum enim liceat conuenire vt etiam nulla data dote,augmentum debeatur vt ſupra ſcripſi tertia ampliatione ; multo magis dote aliqua conſtituta.

224 Octauo extenditur † vt & lucretur augmentum vxor datis à ſe vel à patre nominibus debitorum in dotem, & mariti culpa in non exigendo interim effecti ſunt non ſoluendo, nam culpa mariti vxori in ſuo augmento nocere non debet Cancet. ſupra nu. 85.cap.9.lib.1.reſolu.ſuarum,id autem nullam recipit dubitationem ex his quæ ad inſtitutum ſcripſi ſupra amplia.2.& ſequen.

225 Nono † extenditur regula vt procedat, vbi poſt conſtitutam dotem per vxorem & facta apocha per maritum de dotis receptione poſt pater promiſit exoluere dotem genero, eo in caſu in quo ad mulierem dos pro ſoluta habeatur decedente Interim marito augmentum vxori debebitur, quæ apud Senatum hunc olim fuit grauis quæſtio referente Ferrer lib. 3. cap. 48. & pro muliere Guid.Pap.d.deciſ.430.num.1.verſic. Aliqui doctores.Thom. Mier.in conſ.hac noſtra nu. 114.verſic. Vlterius, & duodecimo:confert traditio Barto.in l.penul.§.ſi vir.ff.ſolu.matrimo. id ipſum ſentientis,quia dos videtur ſoluta reſpectu vxoris ex confeſſione illa l.ſi ſocer §.lucius ff.ſolu.matri.l.vir ab eo.l.dotem vbi glo.ff.do.iu.doti.rationem teddunt Thom.Mier.gloſ. & alij ſupra citati quoniā promiſſio illa cenſetur facta non ſpe futuræ numerationis,ſed ſpe futuræ promiſſionis & cum ſequuta promiſsio ſit, cauſa quo ad mulierem impleta videtur, neq. exceptionem non numeratæ dotis opponere hæredes mariti poſſunt lic Bartol. Caſtren.cum Imol.& Alexan.in d.§.ſi vir.Qui & nullam inter extraneum & patrem continuat differentiam. Nec liberarentur hæredes mariti cedendo actiones reſolnit ex communi Barto. Bald. Caſt. Alexan. Corn. Socin. Iaſſ. Rui. Neuiza. Afflict. Campe. Rip. & Crauet. quam & teſtatur communem neque ab ea in iudicando recedendum Menoch. lib.3.præſump.12.nu. 88.89.& 90.

226 Contrariam opinionem † quod liberentur hæredes mariti cedendo actiones, conſequenter mulier lucrari augmentū non poſſit, renuere Bal. Angel. Salice. Roma. Barba. quos refert idem Menoch. ſupra 89. mouentur ea ratione quod ius perfectè † nondum

227 quæſitum fuerit mulieri cum aduerſus eam exceptio non numeratæ dotis opponi poſsit. Verum hæc quæſtio confuſe explicata dilucido declarāda eſt ex tribus illis caſib⁹ quos Menoch. animaduertit d.præſump. à nu.84. verſ. Octauus & vltimus caſus.

228 Nam vel promiſsio † de ſoluenda dote facta fuit per patrem vel aliū quemuis.(Non enim neq. Mier. Boer. Gam. Menoch. & alij à me citati inter patrem & extraneum promittentes diſtingunt, vt Ferrer) illico poſt apocam de recepto, & hic eſt caſus propoſitus per Ferrer d.cap.48. qui modicam continet dubitationem,neq;in eo contrariantur interpretes noſtri excepto Baldo cum confeſsio illa facta videatur ſpe futuræ promiſſionis l.minor viginti quinq. annis cui fideicommiſſum ff.de minor. & probat Menoch. poſt alios tribus alijs rationibus poſt Autores quos citat:proinde non ſoluta dote,augmentum mulieri debetur ſicq. an recte iudicauerit Senatus videant omnes; nā ſi quo ad mulierem vere dos pro ſoluta habetur,neq. cedendo hæredes actiones augmentum omnino mulieri debitum erat.

229 Secundus caſus † cum poſt confeſsionem de recepta dote lapſo aliquo interuallo intra tamen tempora opponēdi exceptionem nō numeratæ dotis, facta fuit promiſsio per patrem vel extraneum,in qua ſpecie ſunt cōtrariæ opiniones apud noſtros,quos recenſui ſupra ex Meno. qui veriorem aſſerit & magis communem, neq. ab ea in iudicando recedendum, confeſsionem videri factam ſpe futuræ promiſsionis,quæ cum quoad mulierem non numeratæ dotis opponi poſsit,conſequenter cedendo actiones hæredes mariti non liberantur vt nos ſupra & Menoch. inibi ſic efficitur vt & augmentum in hac ſpecie debeatur.

230 Tertius † caſus cum poſt lapſa tempora proponendi exceptionem non numeratæ dotis facta fuit promiſsio per patrem vel alium quem caſum nullam continere difficultatem aſſerit Menoch. num. 94. verſicul. Tertius eſt caſus : tenentur igitur heredes mariti reſtituere dotem, nec cedendo actiones

nes liberantur, tempore enim factę promiſſionis ius plenè & perfectè mulieri quęſitum fuit, conſequenter augmentum totum mulieri deberetur.

231 Limitat autem † pulchrè Menoch. ſecundum caſum & communem ſententiam tribus modis nu. 91. Primo quando confeſſus fuiſſet maritus erga mulierem, patrem vel extraneum conſentiente ipſa muliere, liberarentur in hac ſpecie hæredes mariti cedẽdo, actiones, ſicuti ex Cor. Neui. Caſtren. Socin. & alijs deducit ſic infero ipſe ad inſtitutũ noſtræ materię, mulierẽ lucrari augmentũ non poſſe ex cuius conſenſu facta promiſſio fuit, quæ certè eſt notanda & ſingularis traditio neq. in hac materia donationis propter nuptias lucranda in hac prouincia animaduerſa, ſuo enim conſenſu ſibi augmenti lucrum ſuſtulit.

232 Secundo limitat num. 92. quando † ſocer qui poſt confeſſionem à genero factam promiſſit ſoluere, ſucceſſit filię, cedendo enim actiones maritus ſocero liberatur Afflict. deciſ. 323. & is alios adducit huius declarationis authores. Atq. idem ſcribit vbi mulier ſucceſſiſſet patri ſuo dotanti vel alteri qui dotem conſtituit, erga quos maritus eſt confeſſus ſufficit, ſi hæredes mariti cedant actiones & in terminis noſtris lucrandæ donationis propter nuptias non relatus ab aliquo Boet. d. deciſ. 339. num. 2. ad medium. Sic ſequitur, non deberi mulieri augmentũ dotis vel donationem propter nuptias, qui & caſus quotidianus.

233 Tertio limitat, † quando poſt factã promiſsionẽ appareret quod pars pecuniæ fuit ab illo, qui promiſſerat ſoluta, ex eo enim conſtat ſatis confeſsionem primam factam fuiſſe ſolum ſpe ſubſequutę promiſsionis & numerationis authoritate Bald. Salicet. & Curt. ſenio. ſic cedendo actiones mariti hæredes liberari, nec augmentum etiam deberi mulieri, niſi pro rata exolutę dotis, igitur in hac materia donationis propter nuptias lucrandæ per vxorem cautos eſſe oportet iudices & aduocatos, vt tempora diſtinguãt & caſus, ne in errores incidant diſtinguere neſcientes, ſicut fecerunt practici noſtri huc vſq. Nec putet quiſquam me contraria ſcripſiſſe dum dixi ſupra ampliatione ſecunda, mulierem non lucrari augmentum vbi pater ſoluere promiſsit & maritus diſtulit id facere, in caſu ſuperiori ſcripſi nullam inter patrem & extraneum conſtitui differentiam, quia hic caſus intelligitur vbi dos fuit confeſſata per maritum vxori per apocham de recepto & poſt pater promiſsit; dicta in illa extentione loquuntur quando nulla pręceſſit confeſsio receptionis dotis.

234 Septimo quæritur † an donatio hæc propter nuptias poſsit fieri mulieri conſtante matrimonio, & licet videretur non poſſe quoniam ſapit donationem, quæ inter virum & vxorem conſtante matrimonio eſt omnino prohibita, quia tamen fit in dotis ſecuritatem, & in remunerationem etiam virginalis pudoris, licita eſt conſtãte matrimonio, quaſi remuneratoria, quę inter coniuges valida eſt ſicuti dixi ſupra, & probat expreſsim tex. in l. ſi conſtante C. de dona. an. nup. l. cum multę eo. tit. §. eſt & aliud inſti. de dona. Barto. Bald. Cin. Salice. Angel. in d. l. ſi conſtante Palat. Rube. qui multa infert d. rubr. de dona. in. vi. §. 12. in prin. Montal. Dida. Caſtell. Xuar. Anton. Gomez. Baeca. & alij quos recenſet Mati. lib. 5. titul. 2. l. 2. gloſ. 2. num. 2. Valaſ. conſulta. 3. à num. 1. Portol.

235 obiter ad Moli. obſer. 4. nu. 3. Verum † dubitationem non modicam habere videtur, quid tum dicendum cum nulla fuit donatio propter nuptias conſtituta à viro, num vxor morte illius lucrari poſsit partem donationis vel augmenti, nam nihil deberi videtur quę cum tam tempore matrimonij quã poſt potuerit à marito exigere donationem hanc & non fecerit in culpa eſt quæ ſibi & nõ alijs nocere debet, ita fiat vt deſficiente principali donatione ſcilicet propter nuptias deficiat neceſſario acceſſoriũ lucrum ex ea deſcendens l. final. vbi Bartol. ff. de eo quod certo loco. cap. acceſſorium de regu. iur. glo. in terminis in authentica dos data in verbo exactio. C. de dona. an. nup. Reſoluit Palat. Rub. in rubr. de dona. in. vi. & vxo. §. 18. & Afflict. deciſ. 242. num. 1. ad medi.

Et expreſsim Thom. Miet. id deducit ex regia conſtitutione hac noſtra ibidem verſi. Et ad hoc quod mulier num. 119. Neq. hæc de iure communi dubitationem recipiunt.

236 Verum † in his locis in quibus conſuetę ſunt donationes propter nuptias & certę quantitatis proculdubio cenſendum mulierẽ quantitatem certam à conſuetudine taxatum lucrari, habetur enim pro conſtituta etſi nihil in capitulis matrimonialibus dictum ſit ſic in terminis reſpondit erudite Neuiza. conſ. 45. num. 17. Galiau. ad conſue. Alexand. verbo viginti num. 51. & hos ſequitur Surd. conſ. 164. num. 23. lib. 2. quod maximè notandum.

237 Cæterum in hoc principatu præfata † traditio etſi elegans & pulchra nõ reciperetur, requiritur enim neceſſario pactum vt mulier lucretur vel totam donationẽ propter nuptias aut medietatem iuxta traditionẽ Tho. Miet. ſupra relatam cuius opinionẽ ſequutũ fuiſſe Regium Senatum teſtatur Ferrer. li. 3. obſerua. cap. 51.

Solum

238 Solum conſuetudine † obtentum in Cathalonia vt mulier quæ totam vult donationem poſſit eam ſibi retinere de vita ſua præſtita cautione de tota illa reſtituenda poſt mortem, ſi tantum dimidiam velit, eam retinet libere ad ſuas voluntates Ferrer & alij ſupra; Eadem conſuetudo obtinet in regione Pedemon. teſtante Theſauro deciſ. 183. num. 4. dixi infra quæſt. 60. num. fin.

239 Nunc autem quæſtio † grauis incidit his temporibus ex pacto fuerunt conſtitutę cuidam mulieri à marito mille & centum aurei pro donatione propter nuptias & illius augmento ſimpliciter neq. ſtipulatus fuit maritus eam donationem ſibi aut ſuis poſt mortem ſuam reuerti ſicut ſolet, quæſitũ an vxor totam donationem, integrã habeat ad ſuas voluntates: videbatur eam integre ad vxorẽ pertinere marito mortuo quoniã in totũ donata ſimpliciter & ex pacto & conuentione potuit hoc fieri, tam de iure communi vt infra ſuo loco diſeram; quam etiam iure noſtro regio, ſicut reſoluunt omnes maximè Mier. in d. conſti. hoc noſtra num. 118. vbi hæc verba, & ad hoc quod mulier lucretur iſtam donationem oportet quod interueniat pactum de lucrando, &c. ita fiet vt mulier marito mortuo poſsit integre de ea vti propria diſponere. Et his accedit quod licet donatio propter nuptias mortuo marito redeat ipſo facto ad hæredes mariti glo. in authen. ſiue à me C. ad S. C. Velleia. in gloſ. 1. auth. æqualitas C. de pac. conuen. cũ alijs à me traditis ſu-
240 pra quæſt. 8. num. 185. ex pacto † tamen licet conuenire vt tota donatio propter nuptias pertineat ad vxorem tex. illo inſigni in quo omnes in cap. fina. de dona. int. vir. & glo. ibi ex quo tex. inferunt gloſ. & cæteri maritum promittentem vxori reſtituere donationem propter nuptias in omnem euentum poſt ſui mortem eo ipſo effeciſſe vt mulier totam lucretur: ſicuti in terminis ſcribit Bald. in l. 2. C. de bo. q. li. Gozadi. conſ. 47. Pariſi. conſ. 59. lib. 2. Cravet. conſ. 184. Cum. ſingul. vltimo Neuizan. Angel. & alij quos refert & ſequitur Roland. conſ. 62. à num. 1. 6. & ſeq. lib. 1. & his addẽdi Becci. Alban. & alij, quos Surd. conſ. 164. num. 14. lib. 2.

Qui ibidem num. 4. ex ſententia Corne. & Gozadi. ſubdit. tunc maxime locum eſſe
241 huic opinioni † quando adeſt iuramentum in promiſſione mariti ſicut in noſtra ſpecie, in qua poſt conſtitutionẽ dictæ donationis iurauit conſtituens: Pro contraria parte videtur ex ſola hac ſimplici conſtitutione dotali non cenſeri donatam totam illam donationis propter nuptias quæſitam. Primo quoniam contrahens cenſetur in dubio contra-
242 xiſſe † iuxta conſuetudinem ſuæ prouinciæ & regionis, ſicuti in proprijs terminis donationis propter nuptias ſcripſi infra quæſtio. 60. num. 4. dixi conſtituentem donationem propter nuptias in dubio, eam partem conſtituiſſe videri, quæ in ea regione ſolita ſit & Rayne. in l. poſt dotem ff. ſolu. matri. docuit maritum promittentem reſtituere dotẽ, ſimplicitet videri promiſiſſe iuxta ſtatuta regionis quem ſequutus fuit ibi Alcia. & cõſ. 153. lib. 5. Bolog. in d. l. poſt dotem latius Rolan. de Lu. dot. quæſt. 37. vnde cum apud nos, ſit ſolitum poſſe mulierem eligere vel totam donationem, præſtita tamen cautione de tota ipſa reſtituenda poſt illius mortem hæredibus mariti vel dimidiam, ad ſuam liberã diſpoſitionem, ſimpliciter promittẽdo, maritum, videri promiſiſſe iuxta conſuetudinẽ regionis.

243 Nec obſtaret iuramentum † quoniam illud non auget obligationẽ ſicuti ſcripſi multis infra quæſtio. 80. num. 12.

244 Non etiam obſtãt traditiones illæ † inſignis Pariſi. Gozad. Cra. Rolan. & Surd. quoniam loquũtur, vbi maritus promiſiſſet vxoris reſtituere dotem & donationem propter nuptias in omnem euẽtum, in hac ſpecie nulla erat promiſsio reſtitutionis, ſed ſotius cõſtitutionis augmenti ſiue donationis propter nuptias: Verum quoniam poſt capitulum illud in quo fuerit facta cõſtitutio, illic aliud fuerat ſubſequutiue adiectum, & eo maritus vxori facultatem concedebat diſponendi de dimidio augmento ad illius liberas voluntares, caſu quo præmoreretur ipſa viro, & conſequenter fuit data dimidia donationis in caſu quo nihil debetur mulieri cum ſolũ de-
245 beatur. In caſu præmorientis † mariti, ſicuti apud nos id receptiſsimum eſt & apud Neapolitanum regnum teſtãte Vincen. de Fran. deciſ. 182. num. 14. 1. par. niſi ex pacto aliud fuiſſet ſtatutum inter partes nam valet conuentio delucranda donatione per vxorem, etiã in caſu præmorientis mariti; ſicuti ſcripſi infra quæſtio. 57. num. 3. idcirco reſpondi poſſe mulierem totam, & integram petere donationem propter nuptias, ſi enim in caſu quo nihil debetur mulieri, premoriente ſcilicet marito conceſſit dimidiam libere illius donationis, fortiori ratione in priori capitulo antecedenti voluit totum augmentum, donare, cum enim dubius ſit ſenſus diſponentis, neq. reſeruauerit ſibi & ſuis maritus partẽ donationis propter nuptias, vbi ſolitũ eſt, ambigua mariti loquutio ex proxime ſequenti & immediato connexoq. capitulo clare depræhenditur, voluiſſe totam donationẽ ſe pręmoriente fore vxoris, quod dimidiã dederit, vbi nihil debetur ipſa præ-
246 moriente, cum vna pars diſpoſitionis † declaretur,

clatetur, per aliam maxime omnino coniu-
ctam ad tex. in l. qui filiabus cum vulga. de
lega. 1. & præcipue vbi ſequens capitulum
eſt clarum ſicuti erudite reſpondit compro-
bans multis Odd. conſil. 95. num. 76. Ne-
247 que melior † interpretatio adduci poteſt
quam ea, quæ ex verbis apertis diſponentis
adducitur, qui ſeipſum in alia parte declara-
uit l. ſi ſeruus plurium §. fina. d. l. qui filiabus
de leg. 1. Bartol. in l. Centurio ff. de vulga.
num. 27. cuius traditionem communem re-
fert Pariſi. conſil. 73. num. 40. lib. 2. Socin.
iunior. qui & communem conſil. 51. num. 9.
& conſil. 65. num. 10. lib. 4. Manti. qui alios
de conie. vlti. volun. lib. 6. titu. 13. num. 15.
Odd. d. conſil. 95. num. 76. Maxime in ma-
teria fauorabili donationis propter nuptias
acquirendæ vxori, ſicut enim dos fauorem
248 continet & donatio etiam propter † nuptias
fauorabilis dicitur mulieri, ſicuti ſcripſi ex
traditione Menoch. in prælud. Tertij libri
num. 40. 41. & ſeq. ſed ea traditio Bartol.
Alexan. & Bolog. de qua ſupra reprobatur
ab Alciat. in tractat. de præſ. Regu. 3. præſ.
32. num. 11. & lib. 1. de verb. ſignifica. fol.
11. ea ſubtili ratione motus, quod vbi certa
portio defertur ab ſtatuto vel conſuetudi-
ne, promiſsio ſimpliciter facta de dote reſ-
tituenda cum verba totum importent, ad
partem referri non debent; vti ille ibi la-
tius.
249 Octauo quæritur † an in donatis propter
nuptias vxori pro his conſequendis compe-
tat prælationis priuilegium ſicut pro rebus
dotalibus, quam quæſtionem agitat Cancer.
in ſuis reſolu. cap. 9. num. 8. Et quidem id
aperte deciſum fuit in l. aſsiduis, in verſic.
Hæc autem C. qui potio. licet igitur mulier
in dote præferatur omnibus creditoribus
anterioribus habentibus tacitam, & poſte-
rioribus habentibus expreſſam, in donatio-
ne tamen propter nuptias aduerſus ter-
tium prælationis priuilegium non habet &
probat tex. in l. in rebus C. de don. an. nup.
§. his conſequens in auth. de adqui. dot. Iaſſ.
poſt veteres in §. fuerat de actio. num. 40.
Zaſi. num. 14. Dida. qui alios pleroſque lib.
1. varia. reſolu. cap. 7. num. 1. Anto. Gomez.
in l. 50. Tau. num. 8. verſicu. Sexto quæro &
num. 11. verſicu. Tertio differunt, Vincenti.
de Franq. deciſ. 182. nu. 2. & nu. 16. 1. part.
alios prætereo.
250 Cæterum † ſummopere notandum, quod
vbi mulier agit aduerſus maritum vel illius
hæredes pro donatione propter nuptias ad
ſecuritatem dotis, illius ſolutionem, vel ſa-
tisfactionem, habet mulier nedum tacitam
hypothecam, ſed & priuilegium prælationis
aduerſus cæteros creditores, quinimo nec
huic hypothecæ poſſet renuntiare mulier ex-
preſſe, cum potiſſime donatio propter nup-
tias ſit adinuenta pro ſecuritate dotis, ſin-
gularis traditio Cyn. in d. l. aſſiduis, quã ſe-
quitur Salice. Innocen. Plat. Angel. Iaſon. &
alij quos refert & ſequitur Anton. Gomez.
in d. l. 50. nu. 11. verſi. Tertio differunt.
251 Denique extra tamen † caſus à iure ex-
preſſos dos & donatio propter nuptias pari
paſſu ambulant, & æqualem continent cum
dote fauorem l. cum multæ C. de dona. an.
nuptias Afflict. deciſ. 154. & probat mul-
tis exemplis egregie idem Vincen. de Fran.
d. deciſio. 182. à num. 2. 3. 4. 5. dixi id ipſum
authoritate Menoch. ſupra quæſt. 1. num. 41.
Surd. tractat. de alimen. titu. 1. quæſt. 42. nu.
77. 78. 79. Menoch. lib. 3. præſ. 15. nu. 10.
252 Nono quæritur † an bona ſubiecta reſti-
tutioni ſicut pro cauſa dotis alienari poſ-
ſunt, ſic pro donatione propter nuptias in-
ſignis tex. in auth. res quæ C. communia de
lega. ſtatuit poſſe alienari vbi omnes id ſuſe
docent, atque ideo hic articulus ad ea quæ
inibi & alibi paſsim interpretes plena manu
ſcripſerunt remittendus eſt: An autem † ſi-
253 cut mulier poſt mortem viri ex regia conſti-
tutione. Hac noſtra, poteſt retinere ſibi fru-
ctus bonorum mariti, & ſuos facere, donec
plenè & integre fuerit exoluta de dote, &
donatione propter nuptias, id etiam poſsit
in bonis vinculatis, & reſtitutioni ſubiectis
dixi late infra quæſtio. 25.
254 Decimo quæritur † an pactum de lucran-
da certa portione dotis factum per maritũ
prædecedente vxore, eo ipſo cenſeatur fa-
ctum, etſi nihil de eo dictũ ſit reſpectu vxo-
ris in eo de portione donationis propter
nuptias adquirenda, & factum cenſeri de-
cidit tex. in cap. fina. ex. de dona. int. vir. &
vxor. tex. in auth. æqualitas C. de pact. con-
uent. Palar. Rube. in rubr. de dona. int. vir. &
vxor. §. 18. num. 1. Cyn. Bald. Salicet. Angel.
& alij in d. authen. æqualitas. Faber. Ange.
Plat. Anch. Camp. & alij quos refert Anton.
Gom. in l. 50. Tau. num. 10. in verſicu. Sexto
conueniunt & num. 11. verſic. Secundus dixi
fuſe de hac infra quæſt. 31. vbi latiſsimè.
255 Vndecimo quæritur, an † requiratur æqua-
litas donationis propter nuptias, cum do-
te iuxta text. in auth. æqualitas C. de pact.
conuen. dixi de hac infra quæſtio. 60. vbi fu-
ſius.
256 Duodecimo † quæritur, an donatio prop-
ter nuptias adquiſita per vxorem, quæ ad ſe-
cunda vota tranſit, debeat reſeruari filijs
prioris matrimonij, de hac quæſtione latè in-
fra quæſtio. 57.
257 Decimo tertio quæritur † an poſsit mulier
vindicare res propter nuptias donatas, cõſ-

tante

tante matrimonio, ſicuti vindicat res dota-
les maritus l. doce ancillam C. de rei vindi-
ca. & videtur non poſſe, quoniã mortuo ma-
rito illico reuertitur donatio ad maritum l.
fina. C. de dona. an. nup. l. ſi liberis eo. tit. ca.
plerumq. ex. de dona. int. vir. & vxor. & cum
ſit in poteſtate mariti, ad res illius conſtan-
te matrimonio agere nequit.

Verum in tribus caſibus licet mulieri cõ-
ſtãte matrimonio vindicare res donatas. Pri
mus quando ſoluto matrimonio non reddi-
tur dos vxori. Secundus, quando ex pacto nõ
lucratur donationẽ. Tertius, cum conſtante
matrimonio maritus vergit ad inopiam, in-
telligo quod poſsit vindicare mulier ab ex-
traneo, non ab eodem marito, tex. elegans.
in auth. permiſſa C. de dona. an. nup. vbi poſt
glo. Bald. Angel. Salicet. & alij Anton. Go-
mez. in l. 50. Tau. num. 10. verſ. Quarto con-
ueniunt.

258 Decimo quarto † quęritur, vtrum poſsit
mulier renuntiare iuribus ſibi competenti-
bus in donatione propter nuptias ſicut enim
mulier habet tacitam ſtipulationem pro do-
te, ſic & pro donatione propter nuptias l. 2.
C. de bo. q; libe. l. Et videtur poſſe, quoniã
& ei licet renuntiare iuribus hypothecę quã
habet in bonis mariti pro ſecuritate dotis
auth. ſiue à me vbi glo. C. ad Velleia. S. C. ni-
ſi in duobus caſibus; primus quando maritus
eſt ſoluendo in alijs bonis, ſecundus, quan-
do fit remiſsio generalis hypotecę à iure in-
ductę ſecus vbi fieret remiſsio ſpecialis &
expreſſe Bart. & cęteri in l. iubemus C. ad
Velleia. l. etiam eo. tit. glo. Bart. Sali. Bald.
& Angel. in auth. ſine à me Roma. conſ. 140.
Neguſan. poſt veteres de pigno. 3. num. 6.
par. nu. 14. Afflict. vbi Vrſil. deciſ. 313.

259 Contraria vero ſentẽtia recipitur † in no-
ſtra ſpecie quod nequeat renuntiare mulier
donationi propter nuptias, nec iurib9 ſibi in
ea cõpetentibus glo. inſignis vbi Bart. Bald.
Salice. Angel. & alij in auth. dos data C. de
dona. an. nup. quã glo. dixit communẽ Anto.
Gom. in l. 50. Tau. n. 10. in verſ. Quinto. cõ-
ueniunt; quoniam cum detur in ſecuritatem
dotis, facilè conſentiendo mulieres & renun-
260 ciando, indotatę ſępius remanerent, ſic cũ †
maritus conſtante matrimonio nequeat etiã
de conſenſu vxoris alienare dotẽ, l. 1. & tit.
de fund. dotal. ſic nec de cõſenſu vxoris do-
nationem propter nuptias d. auth. ſiue à me
vbi glo. & omnes.

261 Declara prędicta niſi ad ſtante † iuramẽ-
to, c. licet mulieres de iu. iu. c. quãuis de pac.
in 6. quod latius infra dicetur ſectio. vltima
interim videndus Gail. lib. 2. obſerua. 77. Et
hæc de donatio. propter nuptias quę frequẽ
tius agitur in hac prouincia.

SECTIO. II.

SVMMARIVM.

1 *Pactum inter virum & vxorem in capitulis matrimonialibus contractum, vt filius primogenitus ſuccedat, an valeat.*

2 *Donatio facta in capitulis matrimonialibus filio primogenito valet, ſecundum multorũ opinionem.*

3 *L. Diui Conſtantini C. de natura. libe. declaratur.*

4 *L. ſi inter ff. de pact. dotal. expenditur.*

5 *Pacto ſtipulatione vallato, filijs nondum natis adquiri poteſt.*

6 *Pater poteſt in quarendis filijs ſuis praeiudicare.*

7 *Pater filijs prouidere, poteſt ſuo pacto in rebus particularibus non in vniuerſo patrimonio.*

8 *Parentes ſuo pacto filios procreandos legitima priuare non poſſunt.*

9 *Filij poſt teſtamentũ nati teſtamẽtũ rumpunt.*

10 *Formula Galli Aquillij quare inuenta.*

11 *Cap. 1. de filijs nat. ex. matrimo. ad morgan. contrac. declaratur.*

12 *Incertitudo quandoq. ſuſtinet pacta, quae alias non valerent.*

13 *Minor propter incertitudinẽ non reſtituitur.*

14 *Pactum inter fratres quod vno ſine liberis decedẽte hereditas ad alterum deueniat, propter incertitudinem ſuſtinetur.*

15 *Incertitudo ſuſtinet contractus, qui alioquin vſurarij forent.*

16 *Incertitudo tollit remedium l. 2. C. de reſcinden. venditio.*

17 *Pacta reciproca valida.*

18 *Pacta reciproca de futura ſucceſſione, & tota hereditate inualida ſunt.*

19 *Matrimonij fauor maximus.*

20 *Pacta, quae matrimonio cohaerent ab eodem veſtiuntur.*

21 *Conſuetudo vbi noluit teſtamentariam inſtitutionem valere inter virum, & vxorem niſi vſq. ad certam ſummam, valet tamen in duobus caſibus.*

22 *Inſtitutione teſtamentaria probibita inter virum, & vxorem, non cenſetur probibita, quae ex conuentione in contractu matrimoniali conuenta eſt.*

23 *Fieri multa incidenter poſſunt, quae principaliter nequeunt.*

24 *Pactum vt filia, quae matrimonium contrahit praeter dotem cũ alijs ſit ſucceſſura fratribus, non valet.*

25 *Fauor liberi arbitrij ſuperat fauorem matrimonij.*

Fauor

26 Fauor dotis,& matrimonij non extenditur ad caſus in iure non expreſſos.

27 Matrimonium etſi valeat,plerumq.tamen pacta in eo appoſita non valent.

28 Pactum in capitulis matrimonialibus appoſitum vt primogenitus ſuccedat,non valet ſecundum magis communem, & veram ſententiam.

29 Pactum futuræ ſucceſſionis nec fauore piæ cauſæ ſuſtinetur.

30 Pacta de futura ſucceſſione tanquam bonis moribus contraria à lege improbantur.

31 Pacta de hæreditando filios iure communi improbata.

32 Donatio facta in contractu matrimonij filijs naſcituris cum notarij ſtipulatione, valet ſecundum quoſdam.

33 Filio naſcituro quæri poteſt ſtipulatione per patrem interpoſita.

34 Tiraquelli traditio improbata.

35 Donatio vniuerſalis,& pacta de ſuccedēdo generaliter improbantur.

36 Donatio facta in contractu matrimonij filio primogenito de certis rebus ſuſtinetur.

37 Donatio facta in contractu matrimonij de Baronia de Caſtro in Regno Aragoniæ an valuerit, conſilia, quæ contraria adferuntur.

38 Boerij opinio reprobatur.

39 Pactum in capitulis matrimonialibus factum de quota hæreditatis valet in fauorem filiorum.

40 Pactum quotæ hæreditatis,& rei certæ vnum, & idem cenſetur.

41 Pactum de futura ſucceſſione in fauorem filiorum factum in contractu matrimonij,poteſt conſuetudine roborari.

42 Pacta illicita de iure,ſtatuto,vel conſuetudine poſſunt validari.

43 Conſuetudo plurimum poteſt in pactis de iure improbatis.

44 Pacta de futura ſucceſſione inter nobiles facilius ſuſtinentur.

45 Conſuetudo Germaniæ pactum de futura ſucceſſione in contractu matrimonij admittit.

46 Conſuetudo Galliæ pactum de futura ſucceſſione in contractu matrimonij admittit.

47 Conſuetudo Italiæ pactum de futura ſucceſſione in contractu matrimonij admittit.

48 Conſuetudo Hiſpaniæ Vlterioris, & Citerioris,pactum de futura ſucceſſione in contractu matrimonij admittit.

49 Conſuetudo huius Regni Cathaloniæ pactum de futura ſucceſſione in contractu matrimonij admittit.

50 Pacta de futura ſucceſſione iuramēto firmātur.

51 Conſuetudo roborare poteſt pacta de futura ſucceſſione dum reſeruetur filijs legitima.

52 Matrimonium contrahentes ob immenſas donationes filijs primogenitis factas, cæteros filios legitima priuare non poſſunt.

53 Pacta de futura ſucceſſione iuramento vallata, an poſſint reuocari petita abſolutione à iuramento.

54 Iure ſanguinis vbi ſucceditur, legitima filijs non debetur.

55 Pactum in fauorem primogeniti factum in cōtractu matrimonij,mediāte ſtipulatione notarij ſuſtinetur.

56 Pactum in fauorem primogeniti factum in cōtractu matrimonij mediante ſtipulatione patris ſuſtinetur.

57 Stipulatio neceſſaria eſt in donationibꝰ, in quibus vnus poſt alium ſuccedit.

58 Stipulatio neceſſaria non eſt ſecundum veriorem opinionem in donationibus ſucceſſiuis.

59 Donatio ſolo conſenſu perficitur abſq. ſtipulatione.

60 Stipulatio in contrahendo matrimonio non requiritur.

61 Donationes, quæ fiunt in contractu matrimonij,veſtiuntur ab eodem matrimonio.

62 Subſtitutiones in contractu matrimonij fieri poſſunt.

63 Pacta in fauorem filiorum in contractu matrimonij licet ſucceſſiua, ſuſtinentur iuxta receptionem ſententiam.

64 Cancerij traditio expenditur.

65 Notarius vbi non adeſt in aliquo caſtro, vel villa huius Regni Cathaloniæ; parochus cōficere poteſt inſtrumenta,& teſtamenta.

66 Pacta in fauorem primogeniti valent,dum filiabus dos,& filijs legitima reſeruetur.

67 Legitima filiorum ex cauſa tolli poteſt.

68 Statutum filiarum dotes nec filiorum alimenta tollere poteſt.

69 Pactum de futura ſucceſſione in fauorem primogeniti valet dum donans reſeruet ſibi de quo poſſit teſtari.

70 Hæreditatio filiorū, quæ fit in Cathalonia per coniuges in capitulis matrimonialibꝰ, an de vniuerſali hæreditate intelligēda ſit nec ne.

71 Hæreditamentum in Cathalonia donationem interviuos importat.

72 Hæreditatione facta per patrē ſimpliciter, bona tantum præſentia donata cenſentur.

73 Donatio verbis vniuerſalibus facta,præſentia tantum continet.

74 Hæreditatio facta in contractu matrimonij de omnibus bonis præſentibus, & futuris, an valeat in Cathalonia.

75 Donatio facta à patre filijs omnium bonorum præſentium & futurorum, valet vt donatio cauſa mortis.

76 Donatio omnium bonorum præſentium,& futurorum facta extraneis valet.

77 Donator cauſa mortis donans omnia bona ſua, alium hæredem inſtituere poteſt.

S 2 Heres

Digitized by Google

78 *Hæres à donatore cauſa mortis omnium bonorum falcidiam detrahere poteſt.*

79 *Donatio facta à patre filio de vniuerſa hæreditate in contractu matrimonij nulla facta reſeruatione;an valeat.*

80 *Donatio vniuerſalis facta filijs in contractu matrimonij ſine reſeruatione inualida eſt.*

81 *Hæreditatis appellatione omnia bona continentur.*

82 *Donatio hæreditatis, quæ fit à patre filio ſine reſeruatione an valeat opinio authoris.*

83 *Pactum in donatione adiectum, quod donatarius teneatur filios ſuos hæredes facere ſuſtinetur.*

84 *Verba hæc* facio te hęredem,vel facio te Dominum *eadem ſunt.*

85 *Crauetæ traditio reprobatur.*

QVÆSTIO II.

PACTVM IN CONTRCTV matrimonij inter virum, & vxorem vt primogenitus ſuccedat excluſis cæteris filijs, an valeat quæſtio antiqua diligenter,& vtiliter explicatur.

1 SECVNDO quæritur † an liceat coniugibus paciſci vt eorum quilibet filium primogenitum ex matrimonio naſciturum teneatur hæreditare, vt noſtrorum verbis vtar, vel ei vniuerſam donare hæreditatem (nihil enim inter pactum, & donationem diſcrimen conſtituitur quoad validitatem vel inualiditatem, vt Tiraquel. & alij infra citandi ſcribunt) & ſi is moriatur ſequenti, & ſic de cæteris: Quæſtio hæc celebris apud veteres, & dubia fuit, adeo vt Ioan. Faber alioquin acutiſſimus, & diſertiſsim' in l.1.C.ſi manci.ita ven. ne prof. & in l.fin. C. de pact. indeciſam penitus re-
2 liquerit, Et † valere pactum vel donationem hanc exiſtimauerunt multi, inter quos Guid. Papę, maximę apud Gallos authoritatis vt refert Deci. conſil. 318. & Tiraquel. tractat.dè iure primo.quæſtio.5.nu.11. in deciſ. Delphi.267. à num. 1. vbi expræſſim hanc validam affirmat donationem,cum inuicem coniuges paciſcuntur de donando vel hæredem inſtituendo filium primo naſciturum, qui illic expendit duo in tuitionem huius opinionis iura ſupra à me quæſtio.1. citata tex. in l. Diui Conſtantini ver. pactis C. de naturali liber. l. ſi inter ff. de pact. dotal. & aſſerit ita in eo Senatu iudicatum idem Guid. Ranchi. in addirio. dict. deciſio. 267. Bertran. conſil. 299. lib. 1. & conſil. 1. lib. 2. conſil. 78. lib. 3. à num. 1. vſque ad finem latiſſimè hunc diſerens articulum Deci. in d. l. pactum quod dotali num. 10. C. de pact. idem conſil. 216. num. 3. conſil. 4. num. 23. conſil. 587. num. 9. Caſtan. conſil. 33. col. 2. Cagnol. in l. fin. num. 12. C. de pact. Benedic. in cap. Raynuntius in verbo duas habens filias num. 197. de teſtam. & in verbo ſobolem numer. 48. 49. Ripa. reſpon. 95. num. 2. Crauet. conſ. 19. num. 10.

Eandem ſequuti ſunt in cauſa grauiſſima Baroniæ de Caſtro Aragoniæ Regni Bero. conſil. 120. lib. 2. num. 1. egregie in vna eiuſdem Aragoniæ partem defendit Tiber. Decia. reſpon. 31. toto ipſo conſilio, & in ſpecie eiuſdem Conſilij. Bero. ſcilicet in eadem Baronia de Caſtro Alciat. conſil. 96. num. 2, 3. latè Pariſi. conſil. 72. lib. 4. qui ad id adduxit ſimul cum Bero. dict. conſil. Alexand. conſil. 28. lib. 3. Barto. conſil. 212. Angel. conſil. 66. & eundem Alexandrum conſil. 83. lib. 2. Boeri. deciſ. 204. Aufred. ad Capel. Toloſan. deciſio. 452. Ferdin. in cap. 1. de filijs na. ex matri. ad morga. conc. in prælud. cap. 6. num. 8. 9. nouiſſimè relatis paucis Auenda. in l. 44. gloſ. 16. num. 18. 19. Taur. Palaez. tractat. de maiora. Hiſpa. 1. part. quæſtio. 22. num. 28. Menoch. conſil.
3 92. nu. 37. & ſeq. lib. 1. Et multis † ij rationibus & iuribus moti fuere: primo ex d. l. Diui Conſtantini C. de natura. liber. quem tex. Guid. dict. deciſ. expræſſum dicit, qui tamen nihil facit, non enim loquitur de vniuerſa hæreditate, cuius vt mox dicam ſucceſſio ex pacto eſt omnino improbata; ſed de dote, vel donatione propter nuptias ac-
4 quirenda. Secundo † adduxit idem Guid. tex. in d. l. ſi inter ff. de pact. dotali. ſed is tex. ſolum loquitur in dotis parte, vel tota dote retinenda vbi filij naſcerenter, atque ideo extra inſtitutum quæſtionis noſ-
5 træ. Tertio † Guid. ea deciſio argumentatur, nam inquit, per pactum ſtipulatione vallatum poteſt quidquam acquiri filio, non dum nato l. ſi quis operas de ope. liberto: l. Paulus §. Paulus reſpondit de bon. libert. d. l. Diui Conſtantini verſicul. Pactis l. non aliter ff. de adoptio. l. vſusfructus ff. de ſtipula. ſeruo. cum ſimi. ſi igitur quęri ſtipulatione poteſt, licebit coniugibus conuenire de hæreditate primogenito donanda: in tui-
6 tionem huius rationis accedat, poſſe patrē † filijs in quęrendis præiudicare l. quoties ff. ſolu. matrim. ſicut cõuerſo ordine, filius patri glo. in l. filius C. de pact. cum alijs congeſtis à Tiraq. tractat. de iure primo. quæſt. 6. num. 15. vnde etſi plures alij naſcantur poſt primogenitum filij, & nihil ex hæreditate

ſint

Digitized by Google

ſint habituri, non ideo pactio quæ iure fieri potuit in ſauorem primogeniti valere deſinet.
7 Huic † rationi reſpondetur, poſſe quidem filijs naſciturís patris, vel coniugum pactis prouideri de rebus, quæ non totam patrimonij ſubſtantiam abſorbent, ſed de rebus quibuſdam particularibus, cum pactum futuræ ſucceſsionis ſit omni iure reprobatum l.cum donatione C.de tranſac. l. ſtipulatio hoc modo concepta de verbo. obliga. cum alijs inſra adducendis. prætea
8 rea † quia hoc pacto filijs naſciturís legitima iure naturę debita auferretur, in qua nequeunt coniuges ſuis pactis illis præiudicare; ideoque nec ante natiuitatem exhæredari poſſunt, qui nullam ingratitudinis cauſam committere poſſunt l. ſi quis in ſuo C.de ino.teſt.& donationes inoſiciosas impugnare pôt, qui poſt eas naſcitur l. ſi totas
9 C. de inoſi. donatio. Similiter † & qui poſt teſtamentum naſcuntur rumpunt patris teſtamentum l. poſthumus ff. de liber. & poſthum.l.1.2.& toto titu.C. de poſthu. hered.
10 inſtitu. l. 1. & titu. de iniuſ.rup.teſt. vnde † dimanauit illa formula Galli ne teſtamenta rumperentur l. Gallus de libe. & poſthu. vt ex his Aluar.Cardin.Alexan.& alij ſcripſerint in cap. ſi filij titu. ſi de ſeu. contro. in. domi. & agna. nequaquam poſſe pactis parentum filijs prçiudicari naſciturís, quos refert Tiraq.d.quęſt.6.num.21.

11 Quarto † adducitur pro hac ſententia tex. in cap. 1. de filijs nat. ex matrimo. ad morga. contrac. in ſeudis vbi valet pactum contractum inter coniuges ne filij naſcituri ex eo coniugio ſuccedant, ſed tota ipſa ſucceſsio liberis, & priori matrimonio reſeruetur; qui tex. etſi in nobilibus loquatur habere tamen locum, & in ignobilibus Bald. Aluar.Laudu.Alexand.Afflict. & cæteri docuerunt. Sed neque hic textus facit, quia præterquam quod iniquiſsima eſt illius capitis diſpoſitio vt fatentur ibidem præcitati interprętes, & iuri communi contrarietur §. illud quoque in authen. de nup. tamen loquitur in conſuetudine locali ciuitatis Mediolani tantum, conſequenter extra eum locum protendi non poteſt nec allegari, quemadmodum eo loci præfati animaduertunt ex eo tex. in verbis extremis & tex. in cap. filij nati titul. ſi de ſeudo ſue. contro. int. domi. & agna. Bartol. in d. l. pactum vbi cæteri C.de collat. Tiraquel. d. quæſtio. 6.num.23.

12 Quinto † vbi ſimile inter coniuges pactum celebratur incertũ pænitus eſt ad quem ex filijs naſciturís ſucceſsio pertinebit; quis enim prior naſcetur nec ne ab incertitudine pendet, & futuro euentu: at vbi datur incertitudo pacta, quæ alioquin non valerent tolerantur l. de fideicommiſſo C. de de tranſactio. a qua tex. diſpoſitione Caſtren.Alexand.Iaſon.Deci.Curti. Alciat. & omnes docuerunt pactum quod aliás non valeret, propter incertitudinem non irritari, & ideo ſi contractus ad damnum, & lucrum habere ſe poteſt, licet lucrum contingat vel damnum, non poteſt qui damnum ex eo ſentit reſtitutionem petere, quia lædi non dicitur ratione incertitudinis. Similis tex. in l. ſi pater puellæ. C. de inoſi. teſtam; l. ſi ea lege C. de vſur. l. ſi iactum retis. de contrahen. emptio. & qui hæc iura ornat fuſe Tiraquel. in l. ſi vnquam in verbo donatione largitus num. 108. C. de reuocan. donat. conducit tex. in l. in naue ff. loca. Viui. inter communes opini. 577. á nu. 1.

13 Vnde † nec minor propter incertitudinem reſtitueretur docuit Alexand. in d. l. de fideicom. num. 2. Bertran. conſil. 191. num. 6. lib. 4. Natta conſil. 181. num. 9. & eos ſequitur Sfor. Oddo. tractat. de in integ. reſtit. part. 1. quæſtio. 4. articul. 6. á num. 1.

14 Atque † hinc etiam illud deſcendit propter hanc incertitudinem valere pactum inter fratres, vt altero deſcedente ſine liberis bona illius ad alterum deueniant, conſuluit Oldrad.conſil.139. 1. dubio Alberi. Angel. Iaſſon. & cæteri omnes in l. fina. C. de pact. cum innumeris ad hoc inſtitutum coaceruatis per Tiraquel. tractat. de iure primo. quæſtio. 6. num. 4. & 5. & decidit Boer. deciſ. 355. á numer. 1. Socin. iunio. conſil. 143. num. 27. & ſequent. lib. 1. Curti. iunior. conſil. 1. num. 16. dixit communem Iaſſon. conſil. 8. num. 34. inter conſil. Bruni. lib. 1. conſil. 9. nu. 10. eod. lib. Pariſi. conſ. 26. num. 92. lib. 1. & inter communes Viui. in verbo pactum num. 10. Anton. Gabri. in communi. titu. de pact. concluſ. 1. num. 8. Cachera. deciſ. 100. á num. 1. & qui alios Graſſ. in §. ſucceſsio. ab inteſtato quæſtio. 9. num. 9. & 10.

15 Adde his † quod & in foro conſcientiæ propter hanc incertitudinem contractus, qui alioquin vſurariam ſaperent prauitatem vt iuſti tolerantur Crauet. conſil. 145. num. 22. lib. 1. Gemin. tractat. de vſur. commen. 3. §. 4. num. 55. deciſi. Genu. 211. Caual. deciſ. 60. num. 10. ad medium qui alios refert 2. part. Didac. egregie lib. reſolutio. 2. cap. 3. num. 6. Azpilcuet. in Manua. Confeſſo. cap. 27. num. 241.

16 Huic † ſimile eſt nec propter incertitudinem quemquam lęſum dici poſſe, atque ideo nec intentare remedium l. 2. C. de reſcindeu. vendi. Bald. conſil. 19. lib. 4. Crauet.

S 3 conſ.

conſ. 11. nu. 18. lib. 1. Gabr. in comm. rit. de emptio. & venditio. concluſ. 1. Viui. opin. 577. num. 2. & ſeq. cęteri omnes in d. l. 2. qui receptiorem eſſe opinionem dixerunt in caſu d. l. ſi iacturetis, & ſimilium d. l. 2. beneficium locum ſibi non vindicare. Cæterum

17 † & huic argumento alioquin prima fronte valido reſpondetur, argumentationem loqui in pactis viciſcitudinarijs, & reciprocis de ſuccedendo vnum alteri fratri: Cæterum pactum propoſitæ quæſtionis non eſt huiuſmodi: cur autem pacta hæc reciproca, & viciſcitudinaria valeant rationem interpretes in citatis locis reddunt, qui in noſtra ſpecie non vindicat: Porro & communis illa ſententia ſuſpecta eſt, vt non immerito multi ab ea diſceſſerint, quos Tiraquel. Graſſ.

18 & citati authores referunt. Tum † communis hæc traditio intelligenda eſt, vbi pactum reciprocum non eſt de futura ſucceſſione, & tota hæreditate, ſed de aliqua tantum parte, alioquin auferret liberam teſtandi facultatem, & ideo non valeret tex. per locum à ſingulari in d. l. licet illic omnes C. de pact. vbi ſimile pactum niſi inter milites tantum valet, & hanc aſſerit verã opinionem Tiraquel. multis relatis d. quæſt. 6. num. 24. Dixit communem, & receptã Graſ. d. §. ſucceſſio. ab inteſta. quæſtio. 9. num. 9. 10. 11.

19 Quinto † loco adducitur ratio qua pactum hoc validum poſſit iudicari, quia agitur de fauore matrimonij, qui maximus eſt vt dixi modo, & latius lib. 1. comparatio.

20 17. à num. 1. Vnde † cum valear matrimonium conſequenter pactum quod matrimonij contractui adhæret validum erit, illius enim cohærentia veſtitur, & robur accipit. argum. l. lecta verſicul. Dicebam de reb. credi. l. iuriſgentium §. quinimo ff. de pact. l. fundi partem de contrahen. emptio. l. perens C. de pact. dixi citãdo Vincen. de Fran. Iacob. Menoch. & Roland. infra quæſtio. 6. verſicul. Extende regulam primo num. 27. part. 2. quæſt. 21. conſil. 78. num. 10. lib. 3. pulchrè Tiber. Decian. loquens in terminis donationis factæ in capitulis matrimonialibus reſpon. 71. num. 66. 67. 68. lib. 1.

21 Simili † in caſu Maſner. in pract. titu. de ſociera. §. item licet num. 5. quem dicit eſſe maximè authoritatis apud Gallos Tiraquel. d. quæſtio. 6. num. 8. docet, quod licet alias de conſuetudine teſtamentorum inſtitutio non valeat inter virum, & vxorem niſi vſque ad certam partem, tamen illa, quæ incidens eſt, & conuentionalis valet in duobus caſibus; Primus eſt in contractu ſocietaris bonorum omnium: ſecundùs † in contractu ma-

22 trimonij, nempe propter cohærentiam contractus, in quem hoc pactum incidit: ſequuntur Benedic. in dict. cap. Reynuntius, in verbo duas habens filias num. 198. Tiraquel. ſupra num. 8. Beren. in d. cap. 1. de filijs natis ex matrimonio cap. 6. præludiorum num. 9. Becci. conſ. 20. num. 12. lib. 1.

23 Neque † vt ait Tiraquel. hoc mirandum eſt, quod multa incidenter fiant, quę principaliter non poſſint l. 1. ff. de auth. tuto. l. in modicis ff. de contrahen. emptio. l. quædam de acq. re. domi. & quæ his ſimilia adiungit multa idem Tiraquel. in legi. connubial. ritu. 9. §. 20. gloſ. 1. in 1. limitatio. Et ego ipſe in pulchro caſu lib. 2. different. 10.

24 à num. 1. Huic † etiam argumentationi facilè reſpondetur, nec fauore matrimonij hoc pactum recipi poſſe, nam nec fauore matrimonij admittitur pactum, quo caueretur vt filia, quæ matrimonium contrahit prꝑter dotem cum alijs ſit ſucceſſura fratribus in hæreditate l. pactum quod dotali vbi Barto. Bald. Alexand. Paul. de Caſtr. Iaſſon. & poſteriores C. de pact. l. pactum quod dotali C. de collatio. vnde rectè inibi in d. l. pactum quod dotali C. de pact. animaduertit Bald. Salicet. & cæteri, decipi eos omnes, qui ſpe matrimonij, & illius fauore ſic paciſcuntur idem Bald. in l. cum Archimedoram C. vt in poſſeſſi. legato. Viui. d. opinio. 577. nu. 3. Berenga. in d. cap. 1. præludiorum cap. 3. numer. 3. verſicul. Septimo ampliabis egregie Menochi. conſil. 92. num. 15. 16. & 17. lib. 1. Tiberi. Decia. reſpon. 31. nu. 2. & 3. lib. 1.

25 Addunt † idem Bald. & Salicet. fauorabiliorem fore cauſam liberi arbitrij quam matrimonij, nam etſi in eo multa ſint ſpe-

26 cialia, ea † tamen locum non habent, niſi in caſibus à iure expreſsis, vnde nec ad alios extendi poſſunt ſequitur Tiraquel. d. quęſt. 6. num. 20. & 25. & in tracta. de retract. vbi ſimiles caſus colligit. ritu. 1. §. 1. gloſ. 14. num. 46. Et in hac ipſa quæſtione fauorem liberi arbitrij fauori matrimonij præponderare ſcribit Boeri. in conſuetu. Bituricen. §. fina. ad finem poſt alios quos illic refert Iaſſon. in d. l. pactum quod dotali num. fina. C.

27 de pact. Secundo † reſpondetur, quod etſi valeat matrimonium non inde ſequi, valere quodcunque pactum in eo poſitum, ſi reprobum ſit d. l. pactum quod dotali d. l. hæreditas C. de pact. conuent. Tiraq. d. quęſt. 6. num. 26.

28 Hæc † ſunt, quæ magis vigent in tuitionem ſuperioris ſententię, quæ nullo iure ſuſtineri poſſunt. Vnde rectius cæteri exiſtimauerunt huiuſmodi pactum nullius eſſe roboris, aut validitatis, quoniam nullo iure fieri poteſt vt hęreditas pacto, vel conuen-

conuentione alicui dati poſſit d. l. hæreditas l. ex eo C. de inutilibus ſtipulatio. l. fina. de ſuis & legi. hæred. l. pactũ l. licet C. de pact. l. pactum C. de colla.

29 Imo nec † fauore piæ cauſæ hoc pactum poteſt ſuſtineri, quemadmodum Angel. Pau. de Caſt. & cæteri docent in l. tale pactum §. fin. ff. de pact. Alex. Areti. Iaſ. in d. l. pactum quod dotali. Tiraquel. d. queſt. 6. num. 16. vt nec iuramento firmari poſſit gloſ. in l. ſi quãdo §. illud, verbo grauari C. de inofi. teſtam. & in d. l. pactum vbi Alexan. communem dicit, & innumeris relatis dixit receptam idẽ Tiraquel. d. quæſt. 6. num. 18. & non relato Tiraquel, Viui. d. opin. 577. num. 4. Rodri. Soar. in l. quoniam in prioribus limi. 5. ad legem regiam num. 3. & ſequenti C. de inofi. teſtam. Anton. Gom. in l. 22. Tau. num. 37. quos ſequitur communẽ dicens Gutier. poſt. Dida. ibidem in ca. quamuis pactum in prin. nu. 4. de pactis in 6. Et alijs adductis Graſſ. in d. §. ſucceſſio. quæſt. 9. num. 6. verſic. Contrariam ſententiam pulchrè Theſan. deciſio. 225. num. 3. 4. 5. 6. Oſaſ. deciſ. 100. Vaſq. de ſucceſſio. creatio. §. 18. num. 196. ex noſtris Celſ. conſ. 100. num. 5. & non relatis ſuperioribus Menochi. conſ. 92. num. 7. vſq. ad 10. 1. part. Alex. Rauden. qui multos conſi. 22. num. 407. lib. 1. idem Gutier. ſupra citatis in tract. de iurami. confirma. cap. 59. nu. 4.
30 5. 6. Cum † nouum non ſit pacta hæc, & ſimilia veluti bonis moribus contraria omnino à lege improbari l. ſtipulatio hoc modo concepta de verbo. obliga. vbi tota noſtrorum id docet Schola Tiraquel. Viui. Graſſ. Theſau. Oſaſc. Didac. Vaſq. Gutier. ſupra adducti, idq. tritiſſimum eſt: & huius traditionis triplicem reddit rationem Graſſ. d. §. num. 1. ad medium duas Viui. d. opinio n. 1. & Tiraquel. ſupra num. 19. vbi duobus confirmat exemplis, quatuor rationes Berenga. adduxit in d. cap. 1. præludiorum cap. 2. n. 2.

31 Vnde † communi omnium ſententia receptum eſt, ſimilem inter coniuges donationem, aut pactum de hæreditando filios non valere Capell. Tholoſa. quæſt. 452. vbi Aufred. ad eam & inibi ſic iudicatum ait Deci. cõſ. 255. per totum & ante eos Ægid. Bella. conſ. 17. vbi in terminis noſtræ quæſtionis agitat dubium de donatione à coniugibus facta in contractu matrimonij ſequitur Tiraquel. d. queſt. num. 22. qui veriorem dicit, Tiraquel. ſequitur nullo alio relato Graſſ. d. §. ſucceſsio quæſt. 9. num. 4. vbi veram dixit & receptiorem. Viui. d. opin. num. 3. Nico. Boeri. in conſuet. Bituri. titu. de coſtumes §. fina. ad finem verſicul. Et ex prædictis clarè conſtat quod ſi in contractu matrimonij &c. Menoch. d. conſ. 92. num. 15. & 16. Canalca. deciſ. 45. nu. 18. in additionibus primę partis idem tractat. de tuto. & curato. num. 303. Auendan. in l. 22. gloſ. 2. num. 1. & 2. Matien. in l. 6. gloſ. 4. num. 1. & 2. tit. 6. lib. 5. & nouiſsime non relatis ſuperioribus Peregrin. tractat. de fideicom. arti. 51. à num. 24. idem Peregrin. in terminis quæſtionis conſil. 65. num. 1. Celſ. noſter conſil. 58. à nu. 1. & ſeq.

32 Neque † quemquam moueat authoritas Guid. Papę, qui in locis ſupra citatis contrarium iudicauit, quoniã vt animaduertit Tiraquel. ſupra ſi Guido Papæ loquitur in donatione facta in contractu matrimonij filio naſcituro interueniente notarij ſtipulatione vel eiuſdem patris, vera illius traditio eſt, nam vt idem Guid. animaduertit, poteſt pater filijs naſcituris ſtipulari l. ſi quis operas vbi gloſ. in verbo poſthumo de oper. liber-
33 to. cum alijs à nobis ſupra citatis iuribus; † & poteſt filijs patris ſtipulatione quæri etiã poſt mortem patris ſtipulantis l. pater, cum filiæ de pact. dotal. l. quodcunque de verbo. obliga. & ab extraneo poteſt aliquid alteri donari poſt mortem eiuſdem. l. 1. & ſequen. C. vt action. ab hæred. l. hęreditatum C. de bon. authori. iudi. poſsi. l. nam etſi cum moriar de condic. indebi. ornat latè Tiraquel. d. quęſtio. num. 32. 33. *vel inquit Tiraquel. Guido loquitur vt aliquid detur, vel relinquatur per modum ſucceſſionis, & iure illius, & tunc malè loquitur, & aduerſus iuris diſpoſitionem: & tandem ita diſtinguere ait Bartol. conſ. 222. promitto tibi.*

34 Hæc † Tiraquel. traditio non placet quo ad primam pertinet partem diſtinctionis, nam Guido aperte loquitur in pacto de ſuccedendo facto inter coniuges in fauorem primogeniti. Tum etiam nec placet eiuſdem traditio exiſtimantis donationem hãc valere, quoniam donatio vniuerſalis improbata eſt ob eandem rationem, qua pactum de ſuccedendo reijcitur Viui. d. opinio. 577. num. 7. ad finem quia ſcilicet tollit liberam teſtandi facultatem, maxime tunc cum donatio facta fuit de hęreditate, ſiue iure ſucceſſionis hæreditatis, nam hæreditas pacto dari nequit d. l. hęreditas, ſic reſoluit ex communi etiam in donatione cauſa mortis quod eſt fortius Graſſ. in §. donatio cauſa mortis quęſt. 14. ad finem, rectè ibidem diſtinguens inter donationem vniuerſalem bonorum, & hæreditatis, vt valeat prior, ſecunda ſecus, vnde ad inſtitutum vel Tiraquellus intelligendus eſt iuxta ſuperiorem diſtinctionem aut malè loquitur: Neq. obſtant authoritates eorum, quos adduxim⁹, quia ex his multi vt infra oſtendam non loquuntur in terminis quæſtionis noſtræ vbi vniuerſa hæreditas reſeruatur filio primogenito, ſed vbi

certæ quędam res, vel vbi ſimile pactum cõ-
ſuetudine fuit comprobatum.

35 Vt igitur † adamuſim articulum hunc ma-
lè à cæteris explicatum extricem, regulam
conſtituo iuxta veram & magis receptã opi-
nionem, pactum de quo agitur non valere.

36 Declaratur † primo regula vt procedat
in pacto quo vniuerſa hæreditas reſeruatur
filio primogenito, ſecus vbi certæ res vt in-
ter nobiles fieri ſolet de caſtris, vel villis in-
ſignibus, & opulentis rebus cum adinuicem
contrahunt matrimonium: nam ratio illa, cui
prædicta regula innititur, quia facultas teſ-
tandi impeditur, ceſſat hac in ſpecie, tum &
altera votum captandæ mortis. ſic Barto. in
d.l. ſtipulatio hoc modo concepta de verbo.
obliga. & in d.l. fina. de pact. C. idem cõſ. 72.
Pau. de Caſt. cõſ. 324. Alex. & alij multi, quos
citat Tiraq. d. quæſt. 6. num. 13. & præter eũ
idem reſoluit Viui. d. opin. nu. 7. ex. l. ſi quis
argentum §. ſed etſi quis C. de donatio. gloſ.
in d.l. fi. verbo. accommodauerat C. de pact.
Oldrad. qui huius opinionis fuit originarius
author. conſ. 139. vt eum ferè omnes referũt
citati interpretes & Crauet. conſ. 19. num. 7.
Curt. iuni. conſ. 1. num. 4. conſ. 81. num. 2.
Gabr. conſ. 140. num. 1. vbi communem Pa-
riſi. cap. 26. num. 92. Gabr. lib. 3. tit. de pact.
concluſ. 1. num. 8. Graſſ. d. §. ſucceſſio. quęſt.
9. num. 10. qui & communem multis addu-
ctis & ſic decidit Cache. deciſ. Pedem. 100.
Theſau. deciſ. Pedemon. 225. num. 11. vbi &
receptiſsimam ait Ioan. Phili. reſpon. 10. à
num. 1. 2. & ſeq. vbi & obiectis quibuſdam
reſpondit Menoch. conſ. 92. nu. 47. cum tri-
37 bus ſequent. lib. 1. Et † ſic verè in terminis
quæſtionis noſtræ video loqui Bero. d. conſ.
120. num. 1. lib. 2. & Alciat. dic. conſ. 96. lo-
quentes in donatione facta in contractu ma-
trimonij filio primogenito in Baronia de
Caſtro, qui ambo conſuluerunt aduerſus Pa-
riſi. in d. conſ. 72. lib. 4. & fuit iudicatum in
eorum fauorem in ea lite in Summo Regiæ
Maieſtatis Catholicæ conſilio aduerſus Pa-
riſi. quamquam Pariſi. fateatur etiam & mul-
tis oſtendat rationibus, donationem hanc
fieri potuiſſe in contractu matrimonij, quia
non erat vniuerſalis ſed de certis tãtum caſ-
tris, in quo articulo cõſentiebant adinuicem
aduerſæ partes, licet in alijs diſſentirent vt
infra ſuo loco dicemus, ſic etiam loquitur
Menoch. d. conſ. vt conſtat ex nu. 34. Auen-
da. in d.l. 44. gloſ. 16. num. 14. 15. Ioan. Phili.
Gall. d. reſpon. 10. nu. 7. qui & in hac eadem
loquitur quæſtione, & ſecundum prædictam
modificationem etiam loquitur Tiber. De-
cia. reſpon. 31. num. 64. lib. 1. vbi expreſsim
communem opinionẽ ſic intelligit vbi alios
38 citat † vnde verũ non eſt quod Boeri. ſcripſit
in d. §. fina. ad finem, nec de certa quidem
re in modum ſucceſsionis poſſe ſimilem ini-
ri conuentionem inter coniuges quam illic
dixit communem, cum nec vera ſit, nec etiã
communis.

39 Secundo † declaratur prædicta regula vbi
fieret pactum de hæreditate ſimpliciter, ſe-
cus ſi de quota tantum, quia valeret propter
rationes ſupra adductas, vt affirmarunt Bal.
Alberi. & alij in d.l. fina. de pact. Auenda. in
l. 22. gloſ. 1. num. 1. & gloſ. 2. num. 1. 2. Deci.
conſ. 578. Tiraq. d. quæſ. 6. num. 14. vbi alios
pleroſq; qui etſi affirmare non audeat, quia
inquit multi contrariam tenuerunt ſenten-
tiam, quam etiam tenuit Boet. vbi ſupra, vbi
& communem dicere auſus eſt; verè tamen
hæc opinio mihi verior videtur, vt per Graſſ.
40 d. quęſt. 9. num. fina. in finalibus verbis. Et †
inter pactum quotę, & rei certę nullam con-
ſtituit differentiam Crauet. conſ. 256. nu. 1.
verſi. Aut ſit tale pactum, vbi fauore matri-
monij hoc pactum admittit, quem ſequitur
Menoch. d. conſ. 92. num. 35. & ad fauorem
matrimonij attendit Io. Phili. d. reſpon. 10.
num. 7. & in terminis ſic concludit idem Me-
nochi. alibi dicto conſ. 92. num. 48. 49. licet
Theſau. prędictã differẽtiã admittere videa-
tur d. deciſio. nu. 11. & Viui. d. opin. nu. 7. etſi
ij duo obiter non ex profeſſo; neq. etiam lo-
quuntur in terminis pacti inter coniuges ce-
lebrati in matrimonio, cuius fauor vt dixi
conſiderandus eſt admodum vt Crauet. Me-
noch. & Philip. conſiderant & nunc addo in
terminis Pechi. tract. de teſt. coniu. lib. 1. cap.
43. num. 3.

41 Tertio † declara, vbi conſuetudo admiſiſ-
ſet hęc, & ſimilia pacta in contractu matri-
monij, aut etiam donationem vniuerſalem
omnium bonorum præſentium, & futurorũ
in fauorem primogeniti; vel eorum qui ex
primo matrimonio naſcerentur d. cap. 1. de
filijs nat. ex matrimo. ad morga. contrac. ca.
filij nati tit. ſi de feu. fuer. controuer. int. Do-
mi. & agnat. defunct. vbi Bal. Aluar. Alexan.
42 Afflict. & cæteri notant, † quod licet huiuſ-
modi pacta illicita ſint de iure tamen ſtatu-
to, vel cõſuetudine poſſunt roborari, & Bart.
ipſe idem ſentire videtur in d.l. pactum Bal.
2. oppo. Salicet. Paul. de Caſtr. & Cor. C. de
collatio. idem Bald. in d.l. de quibus, & in l.
cum Archimidoram C. vt in poſſeſsi. legat.
Aufre. ad Capell. Toloſan. quęſt. 452. Vigli.
in §. acceſsit. in verbo libri pende inſtit. de
teſtam. ordinan. quos refert Tiraq. tract. de
iur. primoge. quęſt. 7. nu. 1. 2.

43 Hoc † præterea pactum valere in vim ne-
dum ſtatũti, ſed conſuetudinis multi credũt,
quod plurimum ſit conſuetudini deferẽdum
argu. eorum, quę noſtri ex eo tex. docent in
l. de

Digitized by Google

l.de qnibus de legib. & in l. fina. C.quæ ſit
44 lon.conſue.maxime † inter nobiles,vt fami-
liarum, & nobilitatis gradus melius conſer-
uentur;quemadmodum hãc ipſam rationem
conſiderarunt in hoc eodem pacto in contra-
45 ctu matrimonij conuento Zazius, † qui de
hac conſuetudine Germaniæ loquitur & teſ-
tatur in d.l. ſi ſtipulatio hoc modo concepta
num. 50. de verbo. obliga. vbi addit, quod
durum foret in Germania contrarium obti-
nere idem Zaſi.conſ.1.lib.2.Hotom.conſ.1.
vbi de hac ipſa conſuetudine Germaniæ ver-
ba facit,de eadem Graſſ.d. quæſt.9. num.4.
verſi.Sed aduerte Ferron.in conſue. Burde-
gal.tit.de teſtam.§.32.vbi innumera ſcribit
principum Germaniç exempla Anrpag. ſin-
46 gul.allegatio.ca.21.lib.2.Tiraq.vbi ſupra †
Paponi.& Maſſue.qui de conſuetudine Frã-
ciæ teſtantur,ſimul eos refert Theſau. d.de-
ciſio.225.num.11. Franciſ. Mar. deciſ.136.
1.part.Berenga.in d.cap.1.de filijs natis ex
matrimo.ca.6.præludio.nu.1.2.& 9. Ferro.
d.§.22.Sicq. ſæpius iudicatum fuiſſe in Gal-
lia ſcribit Tiraquel.d.quęſt.7. Aufred.d.de-
ciſ.452.Benedict.in d.cap. Reynuntius ver-
bo duas habens filias à num.197.Ioan.Phi-
lip.d.conſi.10.num.4.& 5. Guid.Pap.deciſ.
267. & 505. idem ſingu. 523. Boeri. qui ſic
iudicatum affirmat deciſ. 204. & deciſ.353.
num.10.Bertran.conſ.299.lib.1.nu.1.
47 Itali † eandem probant conſuetudinem,
quales Deci.in d.l. pactũ quod dotali nu.1.
& num.11.latius idem Deci.conſ.478.nu.9.
Pau.de Caſt.conſ.179.lib.1. Alexand.conſ.
12.lib.5.Ruin.conſ.40.& 99. lib.1. Salicet.
Pau.de Caſtr.num.8.Corne.num.6.Iaſſ.n.4.
in d. l. pactum quod dotali C. de collatio.
Bal.in d.l.cum Archimedoram num.12. Pa-
riſi.d.conſ.72.lib.4. Rolan.conſ.70.num.4.
48 lib.4. Bero. † d. conſ.120. vbi de conſuetu-
dine noſtræ citerioris Hiſpaniæ,quæ Arago-
nia dicitur Alciat. de eadem conſuetudine
Aragoniæ d.conſ. 96. idem Bero. conſ. 84.
num.35.lib.2.Decian.reſpon.31. num.140.
lib.1.Rauden.tract. de analog.ca.25.nu.22.
Bere.conſ.127.num.4.& de eadem conſue-
tudine noſtra meminit Alberi. in l. fina. C.
de donatio.int.vir. & vxo. Theſau.d.deciſ.
num.11.vbi legem vlterioris Hiſpaniç me-
morat,qua id cautum eſt, vbi & refert Ioan.
Lup.in Rubri.de donatio.int.vir.& vxor. id
affirmantem Gutier.tracta.de iuramen.con-
firmato.cap.59.fuſe Auendan.in l.44. gloſ.
16.num.21.Matien.in l.6.titu.6.gloſ.1.n.2.
49 in fine lib.5.ordinatio. Et † in indiuiduo de
conſuetudine huius Regni Cathaloniç Celſ.
Hugo.in legibus huius Regni peritiſſimus,
conſ.58.num.4.de hac eadem conſuetudine
Cathaloniç idem Menoch.conſ.92.num.52.
lib.1. idem Menoch. de conſuetudine huius
prouinciæ conſ.904.num.35.36.lib.10.Mo-
lin. qui ſic intelligendus eſt alioquin malè
loqueretur tracta. de Hiſpa. primog. lib.2.
cap. 10. num. 18. vbi niſi ſolum Boeri.citat
eandem nouiſſimè conſuetudinẽ probat Pe-
regrin.tract.de fideicom.arti.51.num.35.
Vnde diſputare de validitate huiuſmodi
conſuetudinis,vanum & inutile puto, prout
fecit Tiraquel.d.quæſt.7. Boeri.ibi contra-
rius,qui in conſuetu.Bituricen.Rubri.de co-
ſtum.§.fina.ad finem verſi.Quod dictum pa-
ctũ non poteſt cõſuetudine roborari Auend.
d.glo.16. à num.14.
50 Sanè † & ij qui hoc pactum veluti contra
bonos mores conſuetudine firmari nõ poſ-
ſe docuerũt, fatentur iuramento interpoſito
vires ſumere: ſic Tiraquel. d. quæſt. 7. ad fi-
nem 7. nam ſi fauore matrimonij valet, &
conſuetudine roboratur, multo magis vbi
præter conſuetudinem appoſitum fuit iura-
mentum Ioan. Philip.d.conſ.10.n.6.Auend.
qui alios d.glo.16.num.33. Aufred.d.deciſ.
452.Bene.in d.verbo num.197. & ſequent.
Becci.qui communem conſ.20.num.4.
51 Subdeclarant † quidam declarationem
hanc,vt valeat conſuetudo dum vbi filijs de-
betur legitima, referuetur pro eiſdem filijs
quantitas pro eorum portione competens;
cum ſuficiat conſuetudo pactum hoc alio-
quin nullum roborare, ſed minime in preiu-
dicium legitimarum,quæ filijs debentur ita
Tiraquel.in d.quæſt.7.in finalibus verbis,&
in terminis Crauet. conſ.256. num.1.lib.1.
latè in maioratu loquens Molin. lib. 2. de
Hiſpa.primog.cap.15.num.1. & 2.qui mul-
tos coaceruat,quorum placet ſententia;nam
52 nequit † pater ſimili pacto neq. vterq. con-
iux in contractu matrimonij, cæteros filios
legitima priuare ob immẽſam donationem,
qua primogenito prouident naſcituro;vel ſi-
mili huius pacto hçreditãdi in toto,aut quo-
ta hæreditatis Bart. in l. Titia. §.imperator
delega. 2. qui indiſtinctè docuit, non poſſe
patrem ſuo lucratiuo contractu filios legiti-
ma priuare,vel eis eandem diminuere,quam
communem dixerunt Pau.Pic. in l.poſt con-
tractum num.3. & 4. de donat. Beren. Fer-
nand.in l.in quartam præfact.3.num.270.ad
l.falcid. Iaſſ. in authen. vnde ſi parens ad fi-
nem, vbi Mencha.nu.11.C. de inoffi. teſtam.
receptam quoq. ait & alios refert Graſſ. in
§.legitima.queſt.44.num.1.2.
53 Secundo † ſubdeclara, vt caſu quo fuerit
interpoſitum pactum, & in pacto iuramen-
tum, poſſit nihilominus reuocari petita ab-
ſolutione à iuramento Theſau. d.deciſ.225.
ad finem: ſed quia hic articulus anceps, &
dubius eſt ideo ſequenti queſtione de eodẽ
agemus

Digitized by Google

agemus ſeparatim. Vnde vbi legitima ſublata per legem fuit vel ſtatutum quemadmodum in multis Hiſpaniarum Regnis, quæſtio hæc dubio caret, quod id poſsint coniuges, ſeruatis ſeruandis, vt in quinta declaratione dicam.

54 Similiter † & dubio etiam caret, vbi ex rei natura & lege res ad primogenitum deuenirent nulla ſtante pactione, veluti in Ducatibus, Committatibus, & cæteris regijs dignitatibus, in quibus ſucceditur iure ſanguinis vt etiam ſuo loco dicem⁹ poſt Tiraq. Molin. & alios à nobis citandos: & in quibus non debetur legitima.

55 Quarto † declaratur prædicta regula vt procedat mediante ſtipulatione adiecta in pacto prædicto in fauorem filij primogeniti naſcituri facto, alioquin ſi ea deficeret nullum foret: ſic enim loquitur Guid. Pap. d. deciſ. 267. vbi & Ranchi. ad eum expreſſim adnotauit non valere pactum prædictum niſi mediante ſtipulatione, vbi & Guil. Benedic. citauit in eandem opinionem, ſic etiã intellexit Tiraq. d. quæſt. 6. num. 31. & 32. ſic etiã intellexere Aufre. Boeri. Deci. & alij ſupra citati Menoch. d. conſ. 92. num. 34. 35. & nu. 67. Tiber. Decia. reſponſo. 31. nu. 73. Surd. poſt Purpura. & alios quoſdam ab eo relatos deciſi. 322. num. 3. & pręſupponete interpretes ſtipulationẽ innuit Ioan. Philip. reſpon. 10. num. 9. nouiſſimè Peregri. conſ. 65. nu. 2.

56 Cæterũ † & docuerunt modo adducti ſcriptores, ſtipulationem in hac ſpecie notarij nõ ſolum ſufficere, ſed & patris eundem etiam operari effectũ, poteſt enim is pro filijs naſcituris ſtipulari l. quod dicitur de verbo. obligatio. vbi Barto. Alex. Iaſſ. & alij latiſſimè Gabri. qui multos lib. 3. tit. de verbo. obliga. conclu. 1. num. 27. Menoch. conſ. 487. nu. 19. Alij plures quos citat Surd. deciſ. 322. nu. 1. Peregrin. conſ. 8. num. 42. vbi extendit traditionem, ſiue filij ſint in poteſtate, ſiue emancipati. Vnde ſuperior opinio quod ſtipulatio requiratur videtur communis prima facie. Et quoniam hic articulus quotidianus eſt, & nunc in hoc Senatu eadem quæſtio agitatur, placet ipſam exacta reſolutione, ne poſtea in dubitationem incidat, reſoluere, quã tetigit Cance. nouiſſimè lib. 3. reſol. cap. 7. num. 186. videtur igitur quod ſtipulatio neceſſaria ſit vt mediãte patris vel notarij ſtipulantis perſona ius filijs naſcituris quæri poſſit, ex notatis per omnes in l. ſtipulatio iſta §. alteri de verbo. obliga. §. ſi quis alij intit. de inuti. ſtipula. ſiue ſtipuletur pater, ſiue notarius, tanquam perſona publica. Secundo

57 † hoc ipſum probatur ex tex. in l. vt hæredibus ff. de lega. 2. l. ſi ei cui ff. de donatio. cauſ. mortis. quorum iurium authoritate docuit Deci. conſ. 244. nu. 7. Stipulationem neceſſariam fore in donationibus, in quibus vnus poſt alium vocatur: Addo ipſe quod ſi huiuſmodi donationes, de quibus agimus valerẽt abſq. ſtipulatione, concurrerent duo ſpecialia circa idem, id autem eſt toto iure prohibitum l. 1. vbi interpretes C. de dona. promiſ. primum ſpeciale quod valeat talis donatio ſeu pactum de ſuccedendo improbatum de iure ciuili: ſecundum vt valeat, & ſine ſtipulatione tertiò probat tex. in l. abſenti ff. de donatio.

58 His † non obſtantibus contraria opinio, & verior, & receptior eſt, quam probat tex. egregius in l. 3. C. de donatio. quæ ſub mod. vbi donatum alicui vt poſt certum tempus alij reſtituat, & ſi is cui reſtituẽda res eſt donationi non interſit nec ſtipulatus ſit valet, & ex ſolo plauto actio quæritur: & docuit Bar. vbi Iaſſ. nu. 26. in l. ſtipulatio iſta §. ſi ſtipuler de verbo. obliga.

59 Secundo, † quia donatio ſolo conſenſu perficitur abſq. vlla ſtipulatione l. ſi quis argentum §. ſin autem hoc minime C. de donatio. §. perficiuntur inſtit. de donatio. præcipuè in infante. & non nato. l. ſi infanti C. de iu. delibe. Ludo. Molin. de Hiſpa. primo. lib. 4. cap. 2. num. 75.

60 Tertio quia † ſicut in contrahendo matrimonio nulla requiritur ſtipulatio, neque in conſequutiuis illius vt in dotis promiſſione, quæ pacto nudo perficitur glo. in l. 1. in prin. C. de rei vxo. actio. l. ad exactionem C. de dot. promiſſi. matrimonium enim ſolo conſenſu perficitur. l. nuptias de reg. iur. & millies dixi hoc in tractatu: ſic & in donatione hac propter nuptias, quę intuitu, & contemplatione matrimonij celebratur; eſt enim matrimonium res admodũ fauorabilis, Dixi hac ſectione quęſtione 1. neque minor fauoris ratio militat in liberis ex matrimonio procreandis, quorum occaſione matrimonia contrahuntur l. 1. ſolut. matrimo. hinc donationes huiuſmodi vti fauorabiles valere debent.

61 Quarto † iuuat ſupra modum quod huiuſmodi donationes, quæ fiunt in contractu matrimonij veſtiuntur ab eo, quia ipſi adhęrent adeo vt, niſi hæ fierent donationes matrimonia vt plurimum maximè inter nobiles nunquam contraherentur, quemadmodum multorum authoritate ſcripſi ſupra in verſi. Quinto loco adducitur, & infra quæſt. 3. ver. Vnde cum conſuetudine; nulla igitur ſtipulatio neceſſaria eſt, quia coherencia matrimonij veſtiuntur.

62 Quinto † poſſunt quidem fieri ſubſtitutiones in contractibus, quę à pluribus fideicõmiſſarię iudicatur vt multis relatis ſcripſi infra

infra ſectio,2.quæſtio.19.vnde quemadmodum in teſtamentis ſola voluntate fideicomiſſa inducuntur,ſic in contractibus ſolo pacto, & cõtrahentium pactionibus roborantur,nulla verborum ſolemnitate adiecta.

63 Sexto † quod ſufficiat ſolũ pactum in donationibus ſucceſsiuis, quibus vnum poſt alium ſubſtituitur ob fauorem liberalitatis, licet abſens, vel non natus vocetur:tenuerũt Bart. Salice. Ange.& alij in d.l.quoties Barto.& Iaſſ.num. 22.in d. l. qui Romę §. Flauius & in l.ſtipulatio iſta §.ſi ſtipulet de verbo.obliga.idemq. Deci.hanc fatetur veram dicto conſi.244.Ruin.conſ. 62.lib.2.Socin. conſi.125.lib.3.Crauet conſi.27.num.13.& conſi.19.nu.18.dixit communem relatis ſuperioribus Gabri. conſi.16.n. 16.lib. 1. vbi ſcripſit quod licet alias de iure digeſtorum ex d.l.vt hæredibus & d.l.ei cui.requireretur ſtipulatio,tamen iure nouiſsimo Codicis d.l. quoties non requiritur fauore donationis,& liberalitatis: eandem ſententiam relatis Barto.Caſtren.Iaſſ.Deci.Crauet. Grat. & Meno.hi.amplectitur Peregrin.tracta.de fidei.arti.1.num.26.maxime fauore dotis & matrimonij vt dixit idem Peregrin. eo tractat.arti.51.nu.17. vbi Rip.Meno. Dida. & alios adducit: qui tamen ſibi cõtrarius aliud reſpondet conſ. 65.n.1.& 2.periculoſa conſulentium merces eſt, vt nõ ſemel dixi,alios citaui infra quæſ.19.n.33.34. Et in terminis proprijs donationis factæ in contractu matrimonij Ioan Philip.reſpon.10.num. 9.qui tamen neminẽ citat, Stepha.Bertrand. conſ. 140.a num. 9. & 10.cum ſequent.vbi ſolum pactum ſufficere ſcribit Guid. Papę. conſil.
64 12. † Cãcer in hac vrbe Barci.nunc aduocatus lib.ſuo reſolutio.1.cap.8.num.34.vbi citauit Vincent. de Fran. & alios, qui id non dicunt: Ait rurſus Cance.ibidem duo.Primũ quod hæc aſſertio non tranſit ſine difficultate de iure,cum tamen nullam contineat, ex diligenter à me ſupra coacernatis: Secundum quod de iure regio in hoc principatu ſine dificultate res eſt propter conſtitutionem regiam, *Per foragitar fr.u*,quę tamen conſtitutio, ſi de iure ſtipulatio requireretur,nihil facit,cum ea pręſupponat terminos habiles, vt reuocari ſcilicet nullatenus huiuſmodi donationes poſsint,etiam de voluntate filiorum donatariorum,vbi vallatę fuiſſent ſtipulatione, ſic enim omnis actus de habilitate intelligendus eſt ex.l.1.vbi glo.& alij C. de ſacro.Eccleſi.cum ſimilibus vulgar. vnde idẽ Cance. mutauit ſententiam,vt valeat donatio ſine ſtipulatione l.3.cap.7.num.181.

Neque obſtant modo adducta in contrarium,non primum ex authoritate eorum,qui contrarium ſentire viſi ſunt., quos congeſsi, in principio huius declarationis: quoniam etſi ij in ſuis caſibus pręſupponãt ſtipulationem,non tamen negant quin ea ſublata ſolo pacto ſimiles donationes poſsint ſuſtineri: prout & clarè innuit Pereg. d.conſi. 65.nu. 2.& 3.ſolus Ranchinus in citata additione inaduertenter loquens id negat neminem citando,præter vnum Guiller. Benedic. qui tamen id non dicit, vt eo in loco videre licet,quinimo innuit contrarium ad fauorem matrimonij.

Non obſtat text.& ibi tradita in d. §. alteri quoniam nec text. neq. interpretes in donationibus huiuſmodi ſucceſsiuis, quæ maxime fiunt in capitulis matrimonialibus loquuntur,ſed in cęteris contractibus.Neque facit text. in d. l. vt hęredibus & in d.l. tit. cui.quoniam vt Deci.in citato conſ. 244. & Gabriel.d.conſ.16. poſt alios reſoluunt, loquuntur ea iura in donationibus mortis cauſa, tum & procedunt de iure veteri digeſtorum,ſecus de nouo Codicis fauore liberalitatis,vt etiam animaduertit Peregri. poſt alios ab eo relatos d.arti. 1.& arti. 51. Non etiam facit,reperiri duo ſingularia circa idẽ, quoniam quod ſtipulatio non requiratur nõ eſt ſpeciale,ſed iure communi inductum fauore exercentis liberalitatem vt modo dicebam ex d.l.quoties.

Non obſtat text.in d.l.abſenti quoniam procedit de iure veteri, ſt. ſecus de iure nouo, quo pactũ nudũ de donãdo obligat perfecte d.l.ſi quis argentum.C.de donatio.neque loquitur de donatione tam fauorabili ex cauſa matrimonij.

65 Sanè † hic caſus,qui nũc ventillatur in regio Senatu minorem cõtinet dubitationem, quoniam donatio,& capitula matrimonialia fuerunt facta in quodam oppido exiguo, in quo nullus aderat regius Tabellio, & de cõmuni obſeruantia huius regni, & fere totius citterioris Hiſpaniæ in defectũ Tabellionũ parochi conficiunt inſtrumenta,& teſtamenta,& ipſorum imperitia non debet nocere partibus,vt dixit egregiè Tibe. Decia.poſt alios ab eo adductos reſponſ.7. n.79.& reſponſ.44.num.3.lib.3.Et tandem prius reluctantibus huius regij concilij Senatoribus, ita fuit judicatum referente Hieron. Tornerio prædictæ cauſę relatorẽ.

66 Quinto † declara communem regulam vt ſupra tetigi obiter,in his etiam locis, in quibus legitima filijs non debetur,dum tamen alimenta neceſſaria filijs relinquantur, & filiabus dotes congruæ,vt nubere poſsint, alioquin tale pactum eſſet omnino nullum.

67 Nam † licet legitima ſtatuto,vel lege municipali ſaltim ex cauſa tolli poſsit, vt fere in omnibus Hiſpaniarũ regnis, iuxta com-

munem

mmunem ſententiam , vt turmatim noſtri af-
firmant Ioſe. Ludo. deciſio. 21. nu. 51. & qui
multos Mencha. lib. de ſucceſsio. creatio. §.
20. nu. 303. Viuius inter ſuas opiniones, o-
pin. 316. & innumeri, quos Graſſ. in §. legiti-
ma quęſtio. 44. a nu. 1. Surd. tracta. de ali-
men. quęſ. 1. nu. 5. ad medium, idem latè tit.
68 5. quæſt. 1. nu. 6. Tamen † nullo iure fieri po-
teſt, ſtatuto, lege, vel conſuetudine, vt filij
alimentis poſsint priuari, nec filiæ dotibus:
vt poſt antiquiores ſcripſit idem Vaſqui.
Mench. d. §. 20. nu. 304. Dida. in Epito. ad 4.
part. 2. cap. 8. §. 6. Graſſ. d. quęſ. 44. num. 4.
Surd. egregie d. quęſ. 1. a nu. 5. conſequens
eſt vt licet conſuetudine pactum hoc de hæ-
reditando, vel donando bona omnia primo-
genito valeat, intelligendum ſit, dum filijs
congrua alimenta reſeruentur in his locis
vbi legitima non debetur, & filiabus dotes
competentes: id probare videntur duo iura
l. quoniam nouella C. de inoficio. teſtam. l. 3.
§. ſed vtrum ff. de mino. in quibus non obſ-
cure deciditur alimenta in legitimæ locum
ſuccedere: quemadmodum in terminis do-
cet Barto. in l. Titio centum §. Titio genero
de condi. & demonſ. n. 6. Iaſſ. in authen. no-
uiſsima n. 60. C. de inoff. teſtam. Et qui alios
Rodri. Xuar. in repeti. l. quoniam in priori-
bus 2. limit. ad l. Fori. nu. 9. C. de inofi. te-
ſtam. Dida. in 4. d. cap. 8. §. 6. nu. 15. Molin.
tract. de Hiſpano. primo. li. 2. cap. 15. num.
2. idem Molin. qui alios multos li. 4. cap. 2.
nu. 81. vbi communem dixit eleganter non
tamen citatis ſuperioribus Peregri. tract. de
fideicom. arti. 51. nu. 23. poſt multos ab eo
relatos; vbi addit quod ſolus conſenſus alio-
rum filiorum, qui matrimonio conſentirent,
non efficeret vt legitimam petere non poſ-
ſent, niſi expræſſæ legitimæ renunciaſſent, &
ſuperioribus addendus Surd. d. q. 1. n. 5. vbi
ſingulariter infert, quod licet pater filium
poſſet ex cauſa exhęredare, ex eadem cauſa
& non alia poteſt alimenta denegare, ita fiet
vt prędicto in caſu poſsint filij alimenta pe-
tere, & filiá etiam dotes, quemadmodum in
inſtituente primogenium, ſeu maioratum
reſoluit Molin. tract. de primo. Hiſpano.
li. 2. cap. 15. nu. 3. Surd. tract. de alimen. tit.
1. quæſ. 26. a nu. 1. vbi fuſe de filia ab ſtatu-
to propter maſculos excluſa dotanda agit:
& quæſt. 27. ſequenti vbi de primogenio re-
giarum dignitatum differit, quales Ducatus,
69 Marchionatus, Comitatus. Sexto † declara-
tur regula, dum donanti, vel paciſcenti in ca-
pitulis matrimonialibus remaneant aliqua,
de quibus poſsit teſtari, vt animaduertunt
omnes. & dixi declara. 1. & 2.

Aduertendum tamẽ quod etſi pactum va-
leat, vel donatio, poterit, tamen donator, &
alijs bonis, vel ex ſua induſtria quæſitis aut
ex vſufructu, in alios filios diſponere: quo-
niam pactum vel donatio non extenditur ad
bona poſtea quæſitá l. ſi ita ff. de auro & ar-
gen. lega. comprobat multis Boëri. deciſ.
204. n. 36. & ſequent. Pelaez. tract. de maio-
70 rat. Hiſpano. 1. part. quæſt. 53. n. 4. Ex † his
quæ ſuperius latiſsime diximus in principio
quæſtionis, inferri poteſt ad ea, quæ in dies
in Cathalonia noſtra contingunt, cum in ca-
pitulis matrimonialibus parentes hæreditát
filios ſuos, an ex his verbis vniuerſa bona in
filium, quem pater hęreditat ſimpliciter con
tuliſſe videatur: in quo articulo quotidiano
ſequentes caſus diſtinguendos eſſe puto.

71 Primus † quando pater in contractu ma-
trimonij hæreditat filium ſimpliciter in bo-
nis ſuis & cum in hoc regno iuxta communẽ
loquendi vſum hæreditamentum donationẽ
inter viuos importet, vt authoritate Soccar.
in commen. Pet. Alber. cap. ſi vaſſallus num.
6. & Cel. Hug. conſ. 58. & conſ. 60. num. 11.
teſtatur Canceri. li. 1. reſolutio. cap. 8. n. 87.
72 & li. 3. ca. 7. nu. 122. 123. † Ita fiet vt pater
hæreditando ſimpliciter, cenſeatur donare
tantum bona præſentia, & non futura, vt a-
ctus ſuſtineatur, qui alioquin inutilis foret ſi
omnia bona venirent; vt authoritate Mar-
quil. Soccar. & Celſ. Hug. ſcribit idem Can-
ceri. d. n. 87. in fine: Dicens ſic iudicatũ fuiſſe
in regio Senatu referẽte Anto. Oliban. olim
Illerdę præceptore noſtro erudito, & idem
reſoluit ex Bellon. Clar. in §. donatio quæſ.
73 19. num. 2. vbi num. 3. † ſcribit adeo veram
opinionem, vt & ſi verbis vniuerſalibus con-
cepta foret donatio donando omnia bona,
non tamen niſi præſentia continerentur ex
Iaſſo. & Deci. receptiſsimam dicens: & præ-
ter eos, hanc amplectuntur ſententiam Bar-
to. Bal. Angel. Alex. Ancharra. Roma. Buti-
gel. Zaſi. Soci. iuni. Iaſſ. Cagno. Boeri. Curti.
iuni. Clar. Viui. Ruin. Duen. Burſa. & Ludo.
Molin. quos longa ſerie recenſet Surd. qui
& egregie diſputat deciſio. 233. a num. 1.
Theſau. deciſio. 199. a num. 1. Latè ſola
ad cõſtitu. nouas Sabaud. tit. de alien. bono.
mino. & Imol. gloſ. 2. num. 14. vbi ad partes
diſputat & deciſſum ſic aſſerit in illo Sena-
tu, & poſt hæc ſcripta videnda deciſio inter
modo impræſſas Cathaloniæ noſtræ Pegue.
deciſ. 170. quę non exacte hanc pertingit
quæſtionem.

74 Cæterum animaduertendũ † dificilem eſ-
ſe caſum, vbi & quoties pater hęreditaret fi-
lium in omnibus bonis ſuis tã pręſentibus,
quam futuris, nulla facta reſeruatione vtrum
hæreditamentum hoc valiturum ſit nec ne:
nam videtur inualidum, ex eo quod cum hæ-
reditamentum ſit quędam donatio, & dona-
tio

tio omnium bonotum præſentium, & futu-
rorum ſit omnino nulla, quia teſtandi im-
pedit libertatem, conſequenter & hære-
ditamentum de quo agimus: ſicque fuiſ-
ſe bis deciſum per Senatum noſtrum re-
fert Cancer. dict.cap.7. lib.3.numer.117.
verſic. Si tamen pactum ſequitur Cance.
ibi, quoniam cum hæreditamenta noſtra
ſint, donationes, ſequitur.

75 Donationem † omnium bonorum præ-
ſentium, & futurorum factam filijs, vali-
dam fore, etiam nulla facta reſeruatione,
ratio quoniam ſuſtinetur vt donatio cauſa
mortis, cum niſi patre moriente vim habe-
re poſſit l. ſi donatio. C. de dona. cau. mort.
his addendum quod hæc hæreditamenta
capiunt vim vltimarum voluntatum ſicut
ſcripſimus q.3.num.2.& 3.

Ita fiet vt ratio illa, qua improbantur
donationes omnium bonorum preſentium,
& futurorum quia impediunt liberam teſ-
tandi libertatem ceſſet in hac ſpecie, pote-
76 rit, enim † pater donator non obſtante
donatione vniuerſali alium hæredem inſti-
tuere, qui licet teneatur hæreditatem reſ-
tituere filio donatario, detrahet tamen
falcidiam ex reſtitutione ex cõmuni Clar.
in §. donatio quæſt. 19. num. 7. cum enim
77 hæ donationes cauſa mortis, † equipaten-
78 tur legatis, ſicut ex illis falcidia, † ſic ex
his detrahi poteſt l. miles ad ſororem iun-
cta gloſ. delega. 2. quam expræſſam di-
xit Oſaſc. Pedemonta. 118. numer. 3. qui
79 latè comprobat, & in terminis † quod va-
leant huiuſmodi donationes omnium bo-
norum præſentium, & futurorum factę fi-
lijs nulla adſtante reſeruatione, quia re-
ſoluuntur in donationem cauſa mortis de-
cidit poſt multa à ſe erudite tradita Surd.
deciſio. 233. ad finem num. 26. & 27. Vn-
80 de non quid iudicatum, ſed an bene † in-
dicatum inquirendum l. nemo C. de ſen.
& inter om. iudi. Caualca. deciſ. 44. num.
41. 1. part. Sequitur ex his per eundem
Senatum indicatum, in ea ſpecie.

81 Cum † in contractu matrimonij fuit pa-
ctum, quod filij ex eo matrimonio ſint hæ-
redes vniuerſales nulla adſtante reſeruatio-
ne, motus fuit Senatus ea ratione quod
vniuerſalis hæreditas data ſit conſequen-
ter nulla donatio, quia impedit liberta-
tem teſtandi refert, & ſequitur deciſio-
nes Senatus Cancer. dict.cap.7. num.128.
lib.3.

Sed & huiuſmodi deciſiones mihi diſ-
plicent primo quoniam hæreditamentum,
hoc eſt ſicut vniuerſalis donatio hæredita-
82 tis vt omnes fatemur, at vniuerſalis † do-
natio in contractu matrimonij filijs facta
reſtringitur ad bona præſentia, & non con-
tinet futura, vt contractus valeat, & non
83 pereat, quamquam † in vltimis voluntati-
bus ſecus ſit, ſic in terminis donationis fa-
ctæ filijs poſt Caſtren. Alexand. Iaſon. Bu-
tigell. Capel. Tholoſ. & alios multos re-
ſoluit & decidit Surd. dict. deciſ. 233. num.
16. verſicul. Non obſtat vbi latius diſcri-
men conſtituit inter verba vniuerſalia po-
ſita in donatione, & vniuerſalia poſita in
vltima voluntate. Addit Surd. numer. 18.
84 vniuerſalem † dictionem non trahi ad ac-
tum nullum, & inualidum; & numer. 21.
85 quod vniuerſalia † non extenduntur vbi ab-
ſurdum ſequeretur & numer. 21. ad finem,
86 vniuerſalia † verba apponi ſolere ad magis
explicite, & enixe oſtendendum volunta-
tem patris donantis, ideoq; operari ad fa-
uorem illius pro quo appoſita ſunt non in
illius odium.

Hanc ipſam opinionem probauit Surd.
dict. deciſ. a numer. 7. verſicul. Viſum ta-
men eſt Senatui, multis & irrefragabilibus
argumentis, quę non repeto, & ab illo Se-
natu ſic deciſum teſtatur ibidem.

87 Secundus caſus † in donatione hæredi-
tatis extraneo facta ſine reſeruatione, gra-
uis quæſtio, nam valere tenuit Cancer. lib.
1. cap. 8. numer. 87. nam vt valeat inter-
pretatio fieri debet, vt contineat bona tan-
tum præſentia non futura, quam opinio-
nem tenuerunt Calca. Soci. & Purpu. quos
ſequitur Cance. ibi: alij indiſtincte tenue-
runt omnino inualidam, quam dixit com-
munem poſt alios à ſe relatos Clar. in §.
donatio quæſtio. 19. numer. 6. & quam ille
ſequitur.

88 Mouentur quia † verbo hęreditatis con-
tinentur omnia bona, quę donans tempore
mortis ſit habiturus, cum hęreditas ſit ſuc-
ceſſio in vniuerſum ius l. hęreditas cum vul-
ga. de re. iur. fuſe Celſ. noſter conſ. 58. nu. 1.
eo ergo nomine continentur omnia bona
tam preſentia, quam futura latè Crauet.
conſ. 139. num. 4. conſequenter tollitur li-
89 bertas teſtandi, & non valere, † huiuſmodi
donationem tenuit Bart. in l. fin. num. 11.
12. & 14. C. de pact. non enim pactionibus
hęreditates dari vel adimi poſſunt l. hære-
ditas C. de pac. con. l. pactum quod dotali
C. de pacti. & reſoluit & decidit in hunc
modum Oſaſc. deciſio. Pedemonta. 100.
num. 24. 25. Ad hæc fauor filiorum ceſſat in
hac ſpecie cum enim filijs debeatur hære-
ditas parentum l. ſcripto ff. vnde libe. vt ac-
tus donationis ſuſtineatur facile fauore pa-
90 tris, & † filiorum verba reſtrictionem reci-
piunt ſicut conſiderauit non obſcure neque
ſemel Surd. dict. deciſ. 233. maxime ad fi-
nem.

Digitized by Google

nem. hic fauor ceſſat in extraneis,neque ab hac opinione vti communi,& vera pro qua in Senatu illo Pedemont. iudicatum fuit, recedendum eſt.

91 Ex ſuperioribus † conſtat quid dicendũ vbi in capitulis matrimonialibus pactum fuit,& dictum vt filij ſint eorũ hæredes poſt mortem coniugum nam a Senatu noſtro in contrarias itum fuit ſententias,ſicut recenſet Cancer.d.cap.7.num.130.veritas indubia eſt pro ſecundis deciſionibus, vt valeat huiuſmodi hæreditamentum, quoniam ſi vbi nulla mortis mentio facta eſt reſoluitur hęreditamentum id eſt donatio, in donationem cauſa mortis vt in ſuperioribus dixi,quanto magis vbi expreſſim de morte mentio habita eſt alia adiungit argumenta Cancer.quæ prætereo.

SVMMARIVM.

1 *Viuentis hæreditas dari non poteſt.*

2 *Viuentis hæreditas nec etiam fauore piæ cauſæ dari poteſt.*

3 *Conuentio inter maritum, & vxorem de hæreditando primogenitum non valet.*

4 *Filij ſecundi matrimonij magis diliguntur quam primi.*

5 *Pactum inter coniuges celebratum vt filij pro filijs ſint hæredes priores matrimonij validum.*

6 *Conſuetudo probat conuentiones alias illicitas.*

7 *Pactum inter virum,& vxorem quando certa tantum portio donatur,validum.*

8 *Coniuges ſe ad inuicem obligare poſſunt, vt retrocedere non liceat.*

9 *Donatio hæreditatis facta à coniugibus filijs prioris matrimonij valet,& continet tantum bona præſentia.*

10 *Conuentio inter coniuges facta vt filij pro filijs ſint hæredes prioris matrimonij videtur tantum prælationem dare filijs prioris matrimonij.*

11 *Maritus, & vxor paciſcentes vt filij pro filijs ſint hæredes prioris matrimonij, videtur intellexiſſe de hæreditate defferenda in vim iuris communis.*

12 *Caſtren.conſil.inſigne.*

13 *Verbum hæredes declarandum ſecũdum qualitatem perſonæ ad quam refertur.*

14 *Maritus,& vxor paciſcentes vt filij pro filijs ſint hæredes prioris matrimonij,videntur conuenire pro filijs non tanquam filijs, ſed tanquam hæredibus.*

15 *Pater poteſt poſt factum hæreditamẽtum filijs naſcituris,alienare,vendere,& donare in præiudicium filiorum.*

16 *Verbum ſint, poſitum in pacto, & quæſtione de qua agitur, ſcilicet vt ſint hæredes filij prioris matrimonij,eſt diſpoſitiuum.*

17 *Verba hæres ſit, vel erit, inſtitutionem deſignant vel ſubſtitutionem directam.*

18 *Verba ſint hæredes, ſunt verba directa.*

19 *Verba hæredes ſint,vel hæredito filios, in capitulis matrimonialibus adiecta, ſunt ſinonima.*

20 *Verba hæres eſto, vel ſit hæres, ſicut ſunt directa,ita & verbum hæredito.*

21 *Donatio hæreditatis alicui facta,bona tantum præſentia continet.*

22 *Verba interpretanda ſunt eo fine, quo fuerũt prolata.*

23 *Notariorum imperitia partibus nocere non debet.*

24 *Verbum ſuccedat eſt verbum commune non directum.*

25 *Contrahentes,verba ſua tacite cenſentur contingere cum conſuetudine loci, & Prouinciæ.*

26 *Verba contrahentium à conſuetudine interpretationem recipiunt.*

27 *Verba formia cum Caſtren.opin. ſunt hæc, filij hæredes ſint.*

28 *Verba hæredes ſint in capitulis matrimonialibus in Cathalonia noſtra pro donatarijs vſurpantur.*

29 *Verbum hæredes in capitulis matrimonialibus ſumi non poteſt pro hæredibus proprijs, qui in teſtamentis ſcribuntur.*

30 *Donationes factæ in capitulis matrimonialibus filijs validæ, etiam nulla ſtante ſtipulatione, ideo irreuocabiles licet in illis pater poſſit vincula, & ſubſtitutiones apponere.*

31 *Pactum factum inter virum, & vxorem vt filij prioris matrimonij ſuccedant quid operetur.*

32 *Verbum ſuccedant intelligitur ab inteſtato.*

33 *Verbum ſuccedat adiectum vniuerſitati bonorum,vel quotæ,titulum hæreditarium importat.*

34 *Verbum ſuccedat adiectum rei particulari,titulum hæreditarium non inducit.*

35 *Verbum ſuccedat adiunctum verbo debeo,vel vbi ſit dictum ſuccedere debeant, non importat titulum hæreditarium.*

QVÆSTIO. III.

PACTVM IN CAPITVLIS matrimonialibus contractum quo maritus,& vxor conueniunt, vt datis filijs ex ſecundo cõiugio, filij prioris ſint hæredes, an valeat, & quem effectum operetur egregie declaratum.

SVPE-

Digitized by Google

SVPERIORI quæſtioni pro-
xima eſt præſens,ſolent apud no-
ſtros in Cathalonia in nuptiali-
bus conuenire capitulis , maritus
et vxor,vt filij pro filijs,(ſic enim loquuntur
expreſsim vernacula lingua) prioris matri-
monij ſint hæredes;ſiue maſculi ſint, ſiue fœ-
minę , dubitatum frequentius ; an valida ſit
conuentio,& quem effectum operetur:Nam
ſi pater in vita alienat vel vendit ex bonis
ſuis,filij, veluti domini facti,& tanquam hæ-
redes deſtinati reuocare alienata poterunt:
quęſtionem hanc excitat Cance.in lib.3.re-
ſo.ca. 7.num. 80.eam à nemine hactenus ex
practicis noſtris recte explicatam lucidiſsi-
mam reddam , duas conſtituo inſpectiones:
prima,an valeat ſimilis conuentio. Secunda,
vbi valeat,quem effectum operetur.

Ad primum videtur inualidam conuentio-
nem, quoniam datur hęreditas filijs naſci-
1 turis,nulla ✝ autem conuentione id fieri po-
teſt vt viuentis detur hęreditas l.hęreditas l.
ex eo C.de inuti. ſtipul. l. pactum l. licet C.
2 de pac.l.pactum C. de collario. ✝ Quinimo
nec fauore pię cauſę id licet , ſicut reſolui ſu-
pra quæſ.1.num.29. multorum authoritate:
ſunt enim pacta bonis moribus contraria l.
ſtipulatio hoc modo concepta de verbor.
obliga.

3 Secundo in terminis, ✝ quando non valeat
conuentio huiuſmodi de inſtituendo primo-
genitum,inter maritum,& vxorem, quia in-
ducat votum captandæ mortis , tenuit Cap.
Tolo.Deci.Aufred. Tiraq.Viui. Craſſ. Bo-
eri.Meno.Canal. Auend. Matien. Peregrin.
quos recenſui ſupra quæſ.2.num.31.

Contraria ſententia verior; & ante quam
reſpondeam,ſciendum apud noſtros , eo fine
huiuſmodi pacta celebrari , ne ſi forſitan v-
nus præmoriatur relictis ex priori coniugio
liberis: tranſeundo ſuperſtitem ad ſecundas
nuptias ſpretis filijs prioris connubij , filios
hæredes inſtituat ſecundi matrimonij: quod
4 ſæpiſsime ✝ cõtingit in fœminis maxime,quę
blanditijs ſecundi mariti facile inducuntur
vt filios ſecundi matrimonij diligant magis,
& benefaciant illis , & vulgo dicitur ſecun-
das nuptias gratiores fore l.lex quæ tutores
§. lex enim C. de Admi. tuto. Et viri ſenes
maxime,ſecundas ſolent amare vxores,imo
vero inſanire Aufre. deciſ.Tolo.366.Neui.
in Sil.nup. ca. incipienti. Ampliatur primo
n.5. Huic malo hac ſuccurritur conuentione.

Igitur tenendum conuentionem valere:
5 ✝ Quoniam hæreditamentum in Cathalo-
nia,nihil aliud eſt quam donatio,ſicuti rela-
tis Socar. Celſ. Hugo. & alijs ſcripſi ſupra
quæſ.1.num.71.vbi & dixi,parentes hæredi-
tando filios ſuos ſimpliciter in capitulis ma-
trimonialibus , videri donaſſe bona omnia
pręſentia tantum non futura vt actus , iuſti-
neatur.Ita fit vt cum detur certa tãtum por-
tio hęreditatis,non vniuerſa hęreditas, con-
uentio ſuſtineri poſsit:ſicut relatis Caſtren.
Tiraq. Alexan. Oldrad. Curt. Pariſi. Gabr.
Craſſ. Oſaſ. Philip. Meno. & alijs declaraui
6 d. quæſt. num.36. Secundo & ſecluſa ✝ iuris
diſpoſitione,vbi conſuetudo has conuentio-
nes probaret ſicut in Cathalonia,non dubiũ,
valere,ſcripſi d.quæſ.num.41.42.

7 Tertio vbi certa tantum ✝ portio dona-
tur, valet ſimilis inter coniuges conuentio,
remanent enim alia bona de quibus poſsint
parentes teſtari Bald. Deci. quos refert
Pechi.de teſ. coniu.lib.1. cap.43.nu. 3.alios
retuli.d.quæſt.2.num.39.

8 Quarto iuuat, ✝ coniugem conſentientem
coniugi vt de rebus ſuis diſponere poſsit,
tam efficaciter ſe obligare vt retrocedere nõ
poſsit,quaſi in viam contractus ſe ipſum cõ-
ſtrinxerit.Sic ex Euerar. conſi.ſcripſit Pechi.
ſupra num.4.ex text.in l.cum pater §.liber-
tis de lega.2.l.quoties ab omnibus de fidei-
com. Bal.Angel.Fulgoſi.& Tiraq.ab eodem
relati , docentes , ſic conſentientem coniugi
non poſſe reuocare conſenſum, cum tranſie-
rit in contractum.

Non obſtant in contrarium adducta,quo-
niam non tota hæreditas datur ſed pars , &
hæreditamentum ſola bona continet præ-
ſentia, tum & tertio conſuetudo in Catha-
lonia huiuſmodi conuentiones probat.

9 Reſpondetur vltimo,quod vbi fit ✝ men-
tio hęreditatis viuente aliquo,ſicut in noſtra
ſpecie , & dicitur , dono tibi hæreditatem
meam,valet donatio,& continentur tantum
bona præſentia vt actus valeat , ſicuti poſt
Bartol.Caſtren.& Deci. reſpondit Crauet.
conſil. 139. num. 6.& licet diſſentiant multi
vt per Celſ.d.conſ.58.Tamen idem fatetur
ibidem num. 5. in Catalonia de validitate
conuentionis non eſſe dubitandum Peguer.
deciſ.170.& ſi is parum diligenter. Cancer.
lib.1.reſo.ca.8.n.86.& ſeq.

Circa ſecundam inſpectionem,quem effe-
ctum operatur conuentio nuptialis , videtur
illis verbis(*Vt filij pro filijs ſint hæredes prio-*
10 *ris matrimonij*) ſolum ✝ fuerit data prælatio,
tio,filijs prioris coniugij non etiam vocatio
præciſſa , ſic filij prioris matrimonij in bo-
nis,de quibus conuentio loquitur præferen-
di erunt a parẽtibus filijs ſecundi matrimo-
nij conſequenter alienata reuocare non po-
terunt quam opinionem tenuit nouiſsime in
ſuis reſolu.Cance.lib.3.cap.7.num. 81.mo-
tus authoritate Berenga. & Caſſana. hæc o-
pinio multis conuinci poteſt. Primo , quia
cum dictum non fuerit,quo titulo hæreditas
ad

ad eos peruenire debeat an ex contractu,&
ſic ex propria diſpoſitione, an vero ex iuris
communis diſpoſitione,ea ſumi interpræta-
tio debet, vt voluerint paſciſcētes intellige-
11 re † de hereditate deferenda in vim iuris
communis, huius opinionis author fuit Caſ-
tren.in l.ſi cum dotem num. 11.ff.ſo. matri-
mo.is docuit ſtante ſtatuto Florentino quod
vxore præmortua ſiue liberis, vir lucretur
dotem vxoris,ſi autem cum liberis ſuccedāt
in dote liberi,ſi contingit mulierem præde-
cedere cum liberis,relicto herede fratre, an
potuerit,videbatur nō poſſe quia vocati fue-
rant liberi illo ſtatuto,conſequenter mater
alios quam proprios filios hæredes inſtitue-
re non poterat: contrarium reſpondiſſe ſe
Caſtren.inibi affirmat prout reſpondit cō-
ſil.82. lib. 1.ex verbo illo *ſuccedant*; quod
cum referri debeat ad iuris diſpoſitionem,
intelligendum vt ſuccedant ab inteſtato, ſi
heredes non inſtituantur,vel ex teſtamento,
vbi hæredes inſtituerētur; & ſat grauata fuit
mater ab ſtatuto, ex quo ſibi abſtulit teſta-
menti factionem: ſubijcit Caſtren.diuerſum
fore,quando ſtatutum loqueretur per verba
diſformia disiuncta à communi loquendi vſu
iuris, veluti ſi dixiſſet ſtatutum, *lucrentur*,
habeant, & his ſimilibus vteretur, quorum
proprietas ſeiuncta eſt à communi loquendi
iuris conſultorum obſeruatione: conſilium
illud probatum fuiſſe ab innumeris famoſiſ-
ſimis Doctoribus Italiæ refert idē Caſtren.

Idipſum repetit Caſtren. conſi.441.num.
12 4.diſtinguens, aut ſtatutum loquitur, † per
verba formia, vel informia: formia ea eſſe
dicit, quibus ius ipſum commune vtitur in-
formia,quæ ab eo aliena ſunt: priori in caſu
cum referri debeant ad iuris diſpoſitionem,
ab eo interpretanda ſunt, *vt ſuccedat* verbū,
intelligatur ex teſtamento, vel ab inteſtato,
alia verba, non hanc poſsint recipere decla-
rationem, cum igitur pactio de qua agimus
loquatur per verba formia, *hæredes ſint*, &
accipi poſsint dupliciter ex teſtamēto,ſi hæ-
redes inſtituantur,vel ab inteſtato, vbi nullū
conditum fuit teſtamentum, quoniam & hi
hæredes dicuntur, rubri. & tit.de heredi.ab
inteſ.venien.& inſti. de hæredi.quæ ab inte-
ſta.illis verbis *ſola prælatio conceſſa videtur*,
conſequenter non ſunt prohibiti coniuges
alienare, Paul. Caſtr. ſententiam ſequuti ſunt
multi,quos longa ſerie recenſet Caſſana. d.
conſi.45.a n.5.circa medium.

13 Secundo hæc eadem opinio iuuatur † ex
eo quod verbum heredes, intelligendum eſt.
Secundum qualitatem perſonæ,ad quam re-
fertur l.plenum §.æquitij ff.vſu. & habita.l. ſi
quis filio §.irritum ff.de iniuſ.teſta. cum igi-
tur filij ſecundum ipſorum qualitatem ſuc-
cedant ab inteſtato,& ex teſtamento, nō au-
tem cōtra voluntatem parentum,conſequē-
ter verba illa, *filij prioris matrimonij ſint*
hæredes, ad ſucceſsionem teſtati vel inteſtati
referenda ſunt,neque ita laxa eſſe debent,vt
includant ſucceſsionem aduerſus volūtatem
parentum,qua argumentatione in ſimili vſus
eſt Caſtren. d. conſil. & alij relati ab eodem
Caſſana.d.conſil. 45.num. 10.his alia multa
argumenta adiungi poſſent,quæ Iaſſ. Cuma.
& alij relati ab eodem Caſſana. adferunt in
probationem dictę opinionis; quæ ſciens
prætereo,quoniam tota vis conſiſtit in duo-
bus ſupra relatis.

14 Tertio magis † auget difficultatem, quod
coniuges in hac pactione pacti fuerint pro
filijs matrimonij prioris exprimendo eos fu-
turos hæredes, & ſic pro filijs non tanquam
filijs, ſed tanquam hæredibus quo in caſu
nullus dubitat prouiſionem illam ad eos re-
ferri non vt filios,ſed vt hæredes iuxta gloſ.
celebrem in l.ſi tibi §.ſi pactus ff.de pac.quā
dixere communem innumeris relatis nouiſ-
ſimè Menochi. tract. de præſ.lib. 3.præſ.38.
& præſ.48.Peregrin.de fideico. arti. 17.nu.
24.Surd. latè deciſ. 322.num. 12. & 39.Et
ego ipſe infra, ſic efficitur vt ex voluntate
parentum paciſcentium ſic habituri ſint hę-
reditatem filij, ſi hæredes inſtituantur à pa-
rentibus,non aliter interim igitur nihil pro-
hibet quin parentes alienare,& vēdere poſ-
ſint in vita,& tāquam legitime alienata, mi-
nime poſt per filios poſſę reuocari; poteſt
15 † enim pater in vita alienare,vēdere, & do-
nare in pręiudicium filiorum,dum id non fa-
ciat in ipſorum fraudem,& ea intentione vt
illis legitimam ſubſtrahat,ſicuti referunt cō-
munem Bobi. conſ. 54.Clar. in §. donatio.
quęſ.24.ad finem Celſ. Hug. conſ.11.nu.3.
idem in vna Cathaloniæ in hac vrbe reſpon-
dit idem Celſ. Hugo.& in donatione facta
etiam in capitulis matrimonialibus conſil.
100.num. 10. & in grauiſsima lite, & in al-
tera Toletana conſil.120.num.43. Vltimo
vrget quod aliquando mihi Aduocatus qui-
dam obiecit, quod verba illa, *filij pro filijs*
ſint hæredes filij prioris matrimonij, præſupo-
nunt concurſum ſecundi matrimonij, quare
non dato concurſu, verba illa non poſſunt
operari diſpoſitionem; dato autem concur-
ſu operabuntur prælationem, & diſpoſitio-
nem, quia non dicitur primum matrimoniū
niſi reſpectu ſecundi matrimonij.

Verum contraria tenenda opinio ex illis
verbis, *filij pro filijs ſint hæredes &c.* Dupli-
cem oriri effectum hæreditamenti, & prela-
tionis quæ ſententia ſequentibus probatur.
16 Primo,quia verbū ſint, † poſitum in pacto
capitulorum matrimonialium vbi dicitur,
ſint

ſint hæredes, &c. eſt verbum diſpoſitiuum,& inducit veritatem,& ſubſtantiam actus,gloſ. in l.mercis appellatione de verb. ſigni.Barto.in l.ſi maritus §.leges ff.ad l.Iu. de adul. & poſt alios Meno.conſil.106.num. 223. li.
17 2.& verba † *hæres ſit, vel erit* & his ſimilia ex ſubſtantiuo *ſum, es, fui.* Significant inſtitutionem vel ſubſtitutionem directam Bal. in l.1.§.hæc autem ff.de hæ̨re. inſtitu. eſt cõmunis referente Cacialup.. in l. præcibus ad finem C.de impube. potiſsime cum ver-
18 bo † ſit,adiungitur verbum hæres,ex diſtinctione Sfor. Odd. tract.de compen. ſubſti. par.4.in verbo *erit,vel ſit* fo.mihi. 42. cum igitur directo fuerint vocati filij per ſuperiora verba,ſic fiet vt hæreditati vere de his bonis, quæ coniuges poſsidebant tempore obnuptialis conuentionis cenſeantur.
19 Secundo & fortius † id ipſum ſuadetur irrefregabiliter,quod verba *hæres ſit , vel hæredito,* ſinonima ſunt , in iure, & nulla inter ea datur differentia , ſic in terminis ſcripſit Cuman.conſi.2.n. 8.illius traditionẽ ſequitur Iaſſ.in l.Cẽturio in fine ff.de vulga.prop
20 terea inferẽtes quod ſicut † verba *hæres eſt, vel ſit,*ſunt directa,ita & verbum *hæredito,* & licet Sfor.Od.de cõpen.ſubſt. 4.p.in verbo *hæredito* fo. michi.44. duabus leuiſsimis rationibus recedat,eſt cõmunis, & eã ſequitur nouiſsimè licet Odd. nõ meminerit Pereg. tract.de fidei. artic.34.n. 49.Bolog. Caual. d.decif. 20. n.13.p.3. cũ igitur ex verbo *hæredito,*in Cathalonia,verũ,& purũ hæreditamentũ inducatur,ideſt donatio omnium bonorum,quę tẽpore contractus cõiuges poſsidebãt,ſic ex verbo, *hæres ſit,vel hæredes ſint,* maiori ratione,quia maior ſaltim ęqualis eſt vis vocis *hæres ſit,ac illius hæredito.*
21 Tertio reſpondit egregie Craue. † conſi. 139.nu.6. validam eſſe donationem hęreditatis alicui factam , & intelligitur de bonis prę̨ſẽtibus vt actus valeat.Quod authoritate Bar.Deci.& aliorũ cõprobauit.vnde cũ confundãtur verba illa *hæredes ſint, vel hæredito,* quia idẽ eſt dono vt & ſuperiori animaduerti quæſtione, & hac ipſa in princip. dubitari nequit quia illis verbis, verũ hæreditamẽtũ, & donatio fuerit in filios naſcituros collata.
22 Quarto verba † ſunt interprætanda ad eũ finem ad quem fuerunt prulata l. debitor §. fin.ff.ad S.C.Trebell. & reſtringẽda ad res, de quibus paſciſcentes loquũtur §. quod autem inſti.de legi.ag. tu.Craue.conſil. 16.nu. 5.Surd.decif.43. n. 17.cum igitur ſint ad eũ finem prolata vt filij naſcituri ex primo matrimonio potiantur rebus,& bonis,quę coniuges poſsident,& tenent tempore coniugij, nihil mirum ſi donationis,& hæreditamenti effectum opetentur:fuiſſe autem hoc fine,& intẽtione prolata nullus ex his, qui huius prouincię mores nouerit , & inſtitura , ignorare poteſt, quoniã ſimilia verba, vt plurimũ inſeruntur in conuentionibus nuprialibus ruſticorum,& in pagis & villis vbi nõ eſt copia peritorũ.Nec notarij ibi ita periti ſunt,ſicut in vrbibus,& locis numeroſis,atque ideo ipſorum verba ſunt benigna interprætatione
23 adiuuanda,non enim † notariorũ imperitia partibus nocere debet, ſicut non ſemel dixi in hoc tractatu,& ſcripſit Decia.reſpõ. 7.n. 79.li.3.& reſp.44.n.3.10.li.firmiter ergo tenendũ illis verbis verũ hæreditamentũ fuiſſe inductũ proinde nec alienare poſſe,parentes donata,licet Cãcer,aliter ſentiat nulla adductus ratione,licet & is caute animaduertat videndũ an coniuges illis verbis non obſtantibus voluerint vere hæreditare filios, nõ obſtant adducta in contrarium,ex quorum diſſolutione verior noſtra apparebit opinio.

Non primũ quoniã opinio Pau.Caſtr.etſi a multis probata,ſunt tamẽ innumeri,qui eã reprobant,& validiſsimis argumẽtis,quos refert.& ſequitur Sur.cõſ.81.li.1. etſi vera foret loquitur in diuerſis terminis,in verbo *ſuc*
24 *cedat,* quod verbũ eſt cõmune, † nõ directũ, ſicuti ex cõmuni poſt Bar.Aret.Soci.Angel. Bald.Cacial.Imol. Guil.Benedi.& innumeros ſcripſit Odd.de cõpen.ſubſti.p.4. verbo ſuccedat fo.mihi 51. & ſi is contrariam inſinuare videatur Surd.cũ cõmuni conſ.81.n.5. & 6.lib. 1.Bolog. Caual. decif. 20. num.14. p.3.reſpondetur ſecũdo,& vere paciſcentes ſuã conuentionem,& verba *filij pro filijs ſint hæredes filij prioris matrimonij* referre voluiſſe , nõ ad diſpoſitionẽ iuris cõmunis, ſed ad ius conſuetudinariũ , cũ quo tacite prius
25 † quã cũ diſpoſitione iuris cõmunis voluntatẽ ſuam coniunxiſſe cenſentur Bar.in l. iuſiurãdũ §.1.ff.de ope.liberto.Alex. & Sigiſmũ. quos referr Caual.deci.5.n.14. p.2.& verba
26 contrahentiũ à conſuetudine † interprætationẽ recipiunt l.quęro §.interlocatorẽ ff.loca.l.quidã cũ filiũ de verb.ob.Alex. Rolan. Rube.Gabr.Soci.Parif.& alij relati ab eodẽ Caual.d.decif.n.19.p.2.cũ igitur ex cõmuni vſu loquẽdi in Cathalonia verbũ hęreditare, idẽ importet,quod donare,& verba illa hæredes ſint,idipſũ ſignificent,quod hęreditati ſint,quia ſinonima ſicut ſcripſi ſupra ex traditione Cuma.Iaſſ.& Pereg.ſequitur verbis illis,*filij pro filijs hæredes ſint prioris matrimonij,*hęreditatos fuiſſe filios,& donata prę̨ſentia bona,quæ ſi alienata fuerint iuſte reuoca-
27 ri poterũt:verba igitur † formia ſunt vt cum Caſtrẽ.loquamur,hęc *filij hæredes ſint,*nõ habito reſpectu ad iuris cõmunis diſpoſitionẽ, ſed ad iuris conſuetudinarij obſeruantiam, quæ efficiunt vt, filij his verbis donatarij

Digitized by Google

efficiantur bonorum,quæ coniuges tempore
matrimonij poſsidebant.
Non obſtat ſecundum, fatemur enim ver-
bum hæredes declarandum iuxta qualitatem
perſonæ ad quam refertur, ex teſtamento,
vel ab inteſtato, non autem contra volunta-
tem; non enim argumentationi locus eſt cũ
28 † verbum hæredes ex iure non ſcripto, con-
ſuetudine ſcilicet noſtræ Cathaloniæ inter-
pretatur pro donatarijs,& dominis, ſicut &
in vim diſpoſitionis iuris communis vt va-
leat,& non pereat actus aliquando eandem
recipit interpretationem verbum hæredibus
ſicuti Crauet.ſcribit.d.conſil.139. numer.6.
poſt Bart. Deci. & alios. Vnde verba illa,
ſint hæredes,non contra voluntatem, ſed ſe-
cundum voluntatem coniugum ſummuntur
pro donatarijs,& dominis.
Non obſtat tertium, quoniam contrario
locus eſt,quando verbum hæredibus, ſumi-
tur in ſuo proprio ſignificatu, de hæredibus
in teſtamento ſcriptis,ſecus in hac ſpecie, in
qua verbum hæredibus in contractu poſi-
29 tum non poteſt referri † ad vltimam volun-
tatem,cum efficiantur hæredes in contractu
coniugali, vnde impropriè ſumitur pro do-
minis, vel donatarijs vti ſupra ſcripſi, ma-
xime in Cathalonia, in qua vt ſæpius dictũ,
verbum hæredito,ſumitur pro dono, & ver-
bum hæredes pro dominis: ita efficitur, vt
cum donatarij ſint filij in præiudicium ipſo-
rum alienationis fieri non poſſunt, eorum
ſcilicet bonorum, quę tempore contractus
poſsidebant.
Neque obſtat quod poſsit interim ante
traditionem donator, obligare, & alienare
ad ea, quæ ſcripſi ſupra, id enim verum niſi
notarius fuerit ſtipulatus pro filijs naſcitu-
ris; vel eidem parentes, ſicut de vtroque
ſcripſi quæſtio. 2.numer. 55. 56. & ſequent.
30 vbi & num.59.ex magis † communi, & vera
reſolui valere huiuſmodi donationes in ca-
pitulis matrimonialibus factas etiam nulla
adſtante ſtipulatione, ad eum locum lecto-
rē reijcio & licet Cel. in citatis a me ſupra
conſilijs aliter reſponderit male loquitur &
aduerſus receptas traditiones,vbi & quan-
do ex conſuetudine donationes huiuſmodi,
quæ filijs naſcituris fiunt, roborantur, ſunt
enim irreuocabiles & veſtiuntur cohærentia
matrimonij quod irreuocabile eſt ſicuti
ſcripſi latius quęſt. 6. Quamquam cum ipſo
exiſtimem poſſe patrem donantem ſuo teſ-
tamento vincula & ſubſtitutiones appone-
re in rebus ſic donatis ex his quæ ille d.
conſil. centeſimo. numer. 12. & conſi. 120.
numer. 43. intelligendo tamen in his do-
nationibus quę legitimam excedunt, non in
his,quę commenſurantur legitimæ,in qua fi-
lius grauari non poteſt. Dixi latius infra
quæſ.decima.
Nec oberit vltimum quoniam etſi videa-
tur coloratum argumentum nullius tamen
conſiderationis eſt,quoniam non facta men-
tione exprẹſsim ſecundi matrimonij, verba
illa *filij prioris matrimonij ſint hæredes, &c.*
non pręſuponunt ſecundum matrimonium,
quoniam primum & id dicitur in iure quod
poſt ſe ſecundum non habet. text. expreſſus
in l.2.§.legitima ff.de ſuis & legi.hære.cap.
Ioſeph. ex.de verb. ſignifi. l. proximi vbi in
ſpecie Rebuf.ff.de ver. ſignific. quemadmo-
dum & is primogenitus rectè dicitur, qui a-
lium poſt ſe non habet d.ca.Ioſeph. Rebuf.
ſupra Tiraquel. ornat. multis tract. de iur.
prim.1.quæſt. num.3. Ab hac opinione nec
in iudicando vel conſulendo recedendum in
hoc Principatu Cathaloniæ. Quid autem ſi
31 † coniuges in contractu matrimonij dixiſ-
ſent *filij pro filijs, ſuccedant filij prioris ma-
trimonij*, an his verbis cenſeantur hæredita-
ti,& donata filijs bona, quę tempore con-
tractus matrimonij habebant.
32 Et quidem cum verbum ſuccedant, † in-
telligatur ab inteſtato l. 3. §. de illo ff. pro
ſocio. Socin. conſil. 30. numer. 32. libr. 1.
Surd. conſil. 81. numer. 1. libr. 1. videtur
illis verbis excluſam ſucceſsionem teſta-
menti, & intelligendum voluiſſe contra-
hentes, vocare filios ad inteſtati ſucceſsio-
nem, non aduerſus eorum voluntatem ex-
cepta legitima, quod in verbis ſtatuti lo-
quentis per verbum ſuccedat poſt multos ab
eo relatos reſpondit Surd.dict. conſil. 91. a
num.1. quamquam in ſuo caſu ratione alte-
rius verbi coniuncti cum verbo ſuccedat,
habere ſcilicet debeant, &c. aliud reſpondeat,
& latiſsime Caſſana.d.conſil. 45.per totum
qui in ſpecie propoſitę quæſtionis reſpon-
dit, in verbo ſuccedat poſito in capitulis
matrimonialibus.
Animaduertendum igitur, an contrahen-
tes in capitulis matrimonialibus loquantur
vniuerſaliter, volentes vt filij ſuccedant in
33 omnibus bonis, tunc † cum verbum ſuc-
cedat adiectum vniuerſitati bonorum, vel
quotæ importet titulum hęreditarium ſi-
cuti reſoluit multis argumentis Angel. con-
ſil. 81. quem ſequuti ſunt alij teſtante Surd.
d.conſi.81. n.6.& verbum ſuccedat ſit com-
mune l.non tantum de fidei.libe. l. reſtituta
§.fina.cum l. ſequen.ff.ad S.C.Trebelli. di-
xi multorum authoritate ſupra nu. 24. fiet
vt filij prædictis verbis hæreditati non cen-
34 ſeantur. Sanè ſi verbum ſuccedat † adiun-
ctum ſit rei particulari, vt quia dictum fuiſ-
ſet *ſuccedant in domo, vnica, vel certis red-
ditibus*, hoc in caſu titulum hæreditarium
non

non inducit l. cogi. §. generaliter l. mulier §. fina. ff. ad Trebelli. ſic fiet vt filij hæreditati cenſeantur in re illa particulari, qua alienata, poſſet per filios, vel filium reuocatio fieri comprobat dicto conſil. numer. 16.& 17. Surd. eadem argumentatione latiſsime.

35 Atque id ipſum dicendum, † vbi cum verbo ſuccedere coniuges, adieciſſent verbum debere, vel aliud ſimile præciſum, quoniam non importaret titulum hæreditarium, ſicuti pulchre poſt multos à ſe relatos reſpondit Surd. conſil.81.& fatetur Caſſanat. conſil. 45.numer.53. in verſic.Surd.d.conſil.

SVMMARIVM.

1 *Filius maior hæreditatus a parentibus in contractu matrimonij vxore ducta mortuus, demum ſine filijs extraneo hærede relicto, ſuperſtitibus parentibus, demum mortuis, qui alium hæredem inſtituerunt, quis ex duobus hæredibus præferendus in bonis hæreditatis.*

2 *Hæreditamenta, quæ fiunt in capitulis matrimonialibus per parentes reputantur vltimæ voluntatis inter filios.*

3 *Hæreditamenta niſi mortuis parentibus effectum conſequuntur.*

4 *Hæreditamenta ſucceſsiones ſunt in diem incertam, & ideo non tranſmituntur ad hæredes extraneos.*

5 *Donans filio, & illius filijs his deficientibus extraneus vocari non poteſt ad res donatas.*

6 *Verbum hæredes in donationibus factis in capitulis matrimonialibus adiectum, impropriatur vt verbum hæredes intelligatur pro dominis.*

7 *Verbum hæredito in Cathalonia accipitur pro dono.*

8 *Donationes, & hæreditamenta ſunt irreuocabiles.*

9 *Baldi traditio declaratur.*

10 *Berengarij traditio declarata.*

11 *Donationes, quæ a parentibus fiunt, & filijs, & deſcendentibus ad extraneos tranſmitti non poſſunt.*

12 *Authoris opinio.*

13 *Filius in rebus ſibi donatis, & traditis hæredem habet filios, vel deſcendentes.*

14 *Filius cum facta fuit donatio facta traditione, præferendus hinc hæres extraneus hæredi patris.*

15 *Hæres patris in rebus donatis filio nulla facta traditione præferendus hæredi extraneo à filio inſtituto.*

QVÆSTIO IIII.

FILIVS HAEREDITATVS in capitulis matrimonialibus per coniuges, ſi factus maior, & vxorem ducens moriatur, nullis relictis filijs, hærede extraneo inſtituto, mortuo demum patre, alio inſtituto hærede, quis eorum præferendus in bonis hæreditatis, egregia diſceptatio.

1 NON inſolita quæſtio † eſt, quid vbi filius maior hæreditat⁹ fuit a parentibus in cõtractu matrimonij, qui vxorem duxit, mortuus demum ſine filijs, extraneo hærede inſtituto, extremo parentibus, alio etiam hærede inſtituto, quis ex duobus hæredibus præferendus in bonis hæreditatis, Cãce. ſe aliquãdo reſpõdiſſe refert in hac ſpecie li.3.ca.7.nu. 87.exiſtimat ille inibi præferendum fore hæredem parentum, hæredi filij, mouetur ſequentibus.

2 Primo, quoniam inquit † huiuſmodi hæreditamẽta, quæ fiunt in capitulis matrimonialibus cenſentur veluti quędã vltimæ voluntates in filios, & ab eis deſcendentes, ſicuti ſe ex Bal.dixiſſe ſcribit li. 1.reſo.c.8.nu. 34.vbi citat Bal.in l.pro hæreditarijs, C.de

3 hæred.actio.ſic.ille † infert non habere effectum hęreditamenta niſi mortuis parentibus hęreditantibus, citat Berenga.in ca.1. de fil. na.ex ma.prælud.ca.9.n.2.& ca.7.prælu.vbi & docuit quod cum ſucceſsio huiuſmodi ſit

4 in diẽ incertum nequeunt † filij ad hęredes extraneos, tranſmittere dictam hęreditatẽ.

Secundo addit, hoc fore ex mente contrahentium, quam mentẽ neſcio qua mẽte col-

5 ligat. Sic † infert conſilium Lacar. conſ.89. qui nu. docet 8.donantẽ filio, & illius filiis, deficientibus his, non poſſe extraneũ ad res donatas vocare, ſed redire donationem ad donantem, intelligendum fore in donationibus factis in capitulis matrimonialibus nõ in alijs donationibus interviuos, niſi adſint coniecturæ. Sic ſuam ſententiam dixit, qui tamen in multis deficit. Primo quia verum non eſt huiuſmodi hęreditamenta, quę fiunt in capitulis matrimonialibus, cenſeri vltimas voluntates, quinimo totum contrarium euidẽtius ex eo cognoſcitur, quod verba importantia vltimam volũtatem, qualia verba hęredes ſint, adiecta in huiuſmodi donationibus, quæ mere vltimæ voluntatis diſpoſi-

6 tionem ſapiunt, impropriantur, † vt verbũ hæredes, intelligatur pro dominis, ſicuti ex Crauet.Deci.& alijs dixi q.præcedenti n.9. ſic & verbũ ſuccedat, dixi ibidẽ n.33.cũ ante & poſt ſeq. & manifeſte in verbo, hæredito,

7 ne diſcedamus † à terminis quæſtionis, etſi
ad vltimam referatur voluntatem, & diſpo-
ſitionem, ſicuti ex multis ſcripſi quæſtio. præ-
cedenti num. 19. in Cathalonia tamen ver-
bum hæredito, accipitur pro verbo dono, &
importat donationem bonorum præſentiũ,
quæ coniuges tempore contractus matrimo-
nij poſsidebant, ſicut authoritate multorum
dixi ſupra præcedenti quæſtione num. 5. &
ſæpius alibi, & cenſet millies idem Cancer.
in locis ſupra citatis, ſi igitur verba, quæ alias
propriè important actus vltimæ voluntatis
impropriãtur vt importent contractum in-
ter viuos donationis ſcilicet, qui fieri poteſt
vt hæreditamenta huiuſmodi vim habeant
vltimæ voluntatis.

8 Secundo vltimæ † voluntates reuocabi-
les ſunt, at hæ donationes omnino irreuo-
cabiles in vim legum regiarum, quam iuris
etiam communis, ſicuti dixi ſæpiſsime in hoc
9 tractatu. Non obſtat traditio † Bal. in d. l.
pro hæreditarijs, abſit enim vt de tanto viro
credamus talem prodijſſe errorem, voluit
dicere Bal. huiuſmodi vel ſimiles diſpoſitio-
nes eſſe veluti vltimas voluntates, non quod
vim habeant vltimarum voluntatum, cum
ſint contractus, reciproci inter maritum, &
vxorem, ſed his ſimiles, quaſi quod facturi
ſint poſt in teſtamento, nunc faciant in con-
tractu nuptiali, non obſtat traditio Beren-
ga. qui in commentarijs illis ad tex. in cap.
5. de fil. na. ex ma. ad morga. errauit in
multis, quæ vtinam prius cogitaſſet quam
10 ſcripſiſſet, & cum dixit † Berenga. hæredita-
menta hæc effectum non ſortiri niſi mortuis
parentibus hæreditantibus, id verum, verum
non inde inferri poteſt quod huiuſmodi hæ-
reditamenta vim habent vltimarum volun-
tatum, quod ſi tranſmiſsio non fit niſi ad fi-
11 lios, non ad extraneos, id † generale eſt in
omnibus donationibus, quæ a parentibus,
vel alijs quibuſcumque fiunt filijs & eorum
filijs vt ad extraneos fieri tranſmiſsio non
poſsit, quinimo deficientibus, donatæ res ad
donantem reuertuntur ſicuti ex cõmuni re-
ſoluit Lanari. d. conſil. 85. num. 8.

12 Vt autem † propoſitam quæſtionem recte
reſoluam, quis ex duobus hæredibus præfe-
rendus ſit nec ne, diſtinctionem ſequentem
inſtituo. vel enim parentes cum filius vxo-
rem duxit, de rebus hæreditatis, tradide-
runt filio res aliquas, ad ſuſtinenda onera
matrimonij, ſicuti ſolet fieri, aut non, priori
caſu facta traditione, ſi poſt moritur filius,
hærede filio relicto, præferendus hæres ne-
pos hæredi extraneo, à patre relicto, quo-
niam in rebus donatis in capitulis matri-
13 monialibus, † & traditis filius habet hære-
dem filium, vel deſcendentes, ſic auctoritate
Guid. Bertran. & aliorum reſpondit pul-
chre Io. Philip. & in eiſdem terminis dona-
tionis factæ in capitulis matrimonialibus
reſpon. 24. à num. 20. 21. cum ſequen. Aut
14 relinquit † filius hæredem extraneum, ſu-
peruiuente patre facta traditione rerum hæ-
reditatis, & in eo caſu præferendus hæres ex-
traneus patris, hæredi filij, quia cum ex na-
tura ipſius donationis tacite inſit vt facta fi-
lio & filijs, ad extraneos tranſire nequeat, vt
ex traditione Lanarij dixi ſupra, ad hæredẽ
extraneum ius nullum potuit tranſire arg. l.
nemo plus iuris de reg. iur. ſic recte ſenſit in
hoc caſu Cancer. poſt Berenga. ſupra. Aut
15 † nulla facta traditio fuit, & idem cenſen-
dum, vt præferatur hæres patris, quoniam
cum ius hæreditamenti radicatum non fue-
rit adhuc in perſonam filij, qui prædeceſsit
patri donanti, minus multo, qui nullum ha-
buit ius, alium recte inſtituere potuit hære-
dem, ſic etiam & in hac ſpecie recte ſentinnt
Beren. & Cance.

Aut vero facta iam traditione rerum in
hæreditamento, & donatione contentarum
mortuus fuit filius hærede extraneo relicto,
ſimiliter poſt patre, hærede etiam extraneo
relicto, nec in hæreditamento facto in capi-
tulis matrimonialibus inter maritũ, & vxo-
rem fuit facta mentio de filijs filij primogè-
niti hæreditati, ſed fuit ſimplex & purum hæ-
reditamentum in hac ſpecie, exiſtimauerim
præferendum extraneum hæredem filij hæ-
redi extraneo à patre inſtituti, quia facta tra-
ditione effectus fuit filius omnino dominus,
maxime vbi donatæ res, & traditæ legitimam
non excedebãt, ex his, quæ Celſus reſpondit
in vna huius vrbis Barcinonæ, & altera Tole-
tana conſil. 100. & conſi. 120. quæ duo conſi-
lia citaui quæſt. 3. ſupra num. 30. & ſæpius
alibi.

SVMMARIVM.

1 *Reſeruatio facta à patre filio in donatione an præſuponat donationem vniuerſalem omnium bonorum.*
2 *Hæreditamenta in Cathalonia donationes ſunt & continent tantum bona præſentia.*
3 *Hæreditamentum in Cathalonia continet bona tantum præſentia vt actus ſuſtineatur.*
4 *Donatio ſine reſeruatione nulla.*
5 *Differentia inter donationem hæreditatis, & bonorum omnium præſentium, & futurorum nulla eſt.*
6 *Reſeruatio in donatione illam reſtringit.*
7 *Donatio in dubio non præſumenda.*
8 *Donatio omnium bonorum, præſentia continet, vt donatio valeat.*

Reſerua-

9 *Reſeruationis natura eſt reſtringere diſpoſitionem.*

10 *Donatio vniuerſalis, præſentia continet.*

11 *Reſeruatio in certis rebus deſignat præcedere donationem vniuerſalem.*

12 *Conceſsio cum reſeruatione præſupponit omnia præter reſeruata conceſſa fuiſſe.*

13 *Reſeruatio in donatione includit omnia præter reſeruata.*

14 *Argumentum à communiter accidentibus validum.*

15 *Reſeruatio dominij, & fidelitatis in conceſſione principis præſuponit conceſsionẽ vniuerſalem omnium regalium.*

16 *Reſeruatio alti dominij in conceſsione principis importat conceſsionem cauſarum apellationum.*

17 *Reſeruatio alicuius iuris facta à principe importat conceſsionem generalem in cæteris.*

18 *Authoris opinio, & conſiltatio.*

19 *Reſeruatio in donatione facta filio, quæ poſtea confertur in extraneam perſonam, continet donationem vniuerſalem.*

20 *Donatio facta à filio eſt fauorabilis.*

21 *Fauor dotis, vel donatio propter nuptias maximus.*

22 *Donatio ex coniunctione ſanguinis facile præſumitur.*

23 *Donatio cum reſeruatione facta à patre continet tantum bona præſentia, quando idem pater bona poſt quæſita dederit alteri filio.*

QVÆSTIO. V.

RESERVATIO VSVSFRVCtus vel certæ quantitatis in donatione hæreditatis filio facta, an præſuponat donationem vniuerſalem omnium bonorum præſentium, & futurorum, ſubtilis & elegans caſus.

1 CASVS hic pulcherrimus & † ſubtilis eſt, num donante patre filio bona ſua in contractu matrimonij, reſeruato ſibi vſufructu, vel alijs rebus ad teſtandum, ſi poſt donator pater multa adquirat bona, num de his in alium quam filium diſponere poſsit: ideſt vt recte formemus quæſtionem, an reſeruatio illa facta à patre præſuponat donationem vniuerſalem omnium bonorum præſentium, & futurorum, factam fuiſſe, taliter quod bona omnia præſentia, & futura reincidant in donationem? Hunc caſum & in eo ſe conſuluiſſe dixit, pertingit Cancer. inſignis aduocatus huius almæ vrbis Barchinonenſis libr. 3. reſo. cap. 7. num. 389. & 390. Reſpondit ille donationem vniuerſalem non cenſeri, ex reſeruatione vſusfructus, & alterius quantitatis, & ſic pronunciaſſe Senatum noſtrum refert, licet dubitet de veritate, & merito ex his, quę dicentur, videtur igitur donationem hanc vniuerſalem iudicari non poſſe.

2 Primo, quoniam attento † communi vſu, & obſeruantia Cathalonię noſtrę huiuſmodi hæreditamenta, quę fiunt in capitulis matrimonialibus reputãtur donationes, & ſimpliciter facta compræhendunt bona tantũ pręſentia, ſicuti multorum authoritate ſcripſi quæſt. 3. num. 102. & 103. & latius quæſt. 11. num. 71. 72. & ſæpius alibi, atque id ipſum de iure cõmuni ex receptiori opinione poſt innumeros à me relatos tradidi eadẽ quæſt. num. 73. Cance. lib. 3. cap. 7. numer. 331. vbi incante, † qui illic dixerit de iure communi donationẽ hæreditatis importare bona tantum præſentia vt actus ſuſtineatur, quoniam id per Doctores admittitur in donatione bonorum ſimpliciter facta non in donatione hæreditatis, quæ ſua ipſa natura ex vi verbi continet omnia bona preſentia, & futura quæ diſponens habiturus ſit tempore mortis, cum hæreditas ſit ſucceſsio in vniuerſum ius &c. l. hereditas de re. iu. Celſ. Hug. conſil. 58. num. 7. & contineri omnia bona præſentia, & futura nomine hęreditatis reſpondit poſt multos Crauet. conſil. 139. num. 4.

4 conſequenter † donatio hæreditatis nulla facta reſeruatione eſt nulla, dixit communẽ Clar. §. donatio quæſt. 19. n. 6. & poſt Bart. & alios decidit Oſaſ. deciſi. 100. n. 14. & 15.

5 Diſcrimen igitur inter donationem † hęreditatis, & bonorum omnium, pręſentium, & futurorum nullũ eſt de iure communi, ſolum attenta noſtra conſuetudine, qua alteratur iuris diſpoſitio, differẽtia eſt, quia verbo hæreditatis, quo alias continentur omnia bona præſentia & futura de iure communi, de noſtro conſuetudinario, ſola præſentia, vt igitur redeamus vnde digreſsi ſumus, donatio hęreditatis ſolum continet bona præſentia in Cathalonia, conſequenter niſi ea tantum contineri poſſunt.

6 Secundo quia † reſeruatio illa vt ſentit theſau. infra citandus non auget ſed reſtringit magis donationem; inducta enim ad vnũ effectum non operantur contrarium ad text. vulg. in l. legata inutiliter de adlegat.

7 Tertio & huc pertinet † quod donatio nõ eſt præſumenda in dubio etiam inter patrẽ, & filium ſicut relatis multis ſcribit Meno. de præſum. li. 3. præſ. 30. n. 29. Neq. donatio eſt fauorabilis & conſequenter reſtringenda l. filius familias cum vulg. de donatio.

8 Quarto vrget magis theſauri † conſideratio d. deciſio 199. n. 8. quoniam cũ ex recepta

opinione donatio omnium bonorũ reſtrin-
gatur ad præſentia,vt actus valeat, & nõ pe-
reat l.fina.§.qui indiuiſam ff.delega. 2.cum
latè a me ibi traditis,quæſ. 1.2.3.& ſupra in
principio. & hæc ratio militat vbi nulla re-
ſeruatio facta ſit,pariter certe, & quando re-
ſeruatio,nihil enim huic caſui cõtrariari po-
teſt,quo minus idem ius conſtituendum non
ſit,alias inducta vt antea dicebam ad vnum
effectum operarentur contrarium.
9 Quinto † facit ratio valida quam ſola in-
fra citandus adduxit,is hac vtitur argumen-
tatione, inquit de natura reſeruationis fore
reſtringere diſpoſitionem , non ampliare ad
ea , quę ex natura actus in ipſa diſpoſitione
minime continentur l.generali §. vxori vbi
Bart.de vſu legat. Alex. Aretin. Caſtrẽ.Soci.
Gozadi.& Caual.trac.de vſuf. muli.nu.155.
quos citat. & ſequitur ſola ad conſti. nouas
ſub.rubr.de alien. bono.mino.& mulie.glo.
3.nu.47.48.49.conſequenter cum de natura
huiuſmodi donationis ſit vt vniuerſaliter cõ-
10 cepta non contineat , niſi bona † præſentia
ſicuti ille latiſsimè ad partes recte diſputans
reſoluit illic, dicens ſic iudicatum ab illo Se-
natu,& multis alijs a me relatis id ipſum cẽ-
ſui ſupra quæſ. 1.num. 71.& ſeq. ſequitur vt
reſeruatio efficere nequeant vt bona futura
compræhendantur , & hanc opinionẽ tenue-
runt Socin. & Cęphal. relati per Theſau. d.
deciſ.199.num.8.vbi ſic deciſum in illo Se-
natu quos illic ſequitur & latius ſola in d.
gloſ.3.num.49.

Contrariam ſententiã tenuerunt alij plu-
res grauiſsimi Authores vt ex ſola reſerua-
tione cenſeantur donata bona præſentia &
futura,ſequentibus moti fundamẽtis.Primo.
11 † quoniam reſeruatio in certis rebus oſten-
dit donationem præcedere vniuerſalem, nã
exceptio format regulam in caſibus non ex-
ceptis l. nam quod §. fina. de pœnu. lega. l.
quæſitum §.idem reſpondit vbi glo. de fun.
inſtru. & in ſimili de donatione loquens,&
reſeruatione Celſ.noſter conſil. 37. num. 9.
12 Hinc dixit † And.de Iſer.in cap. 1. §.ſi quis
de manſo titu.de contro.inueſ.quod vbi cõ-
cedens aliquid ſibi reſeruat , videtur omnia
præter reſeruata conceſsiſſe.
13 Secundo accedat † ratio Craue. cõſ. 214.
num. 12.& 13. reſeruationem certarum re-
rum in donatione ; includere bona omnia
pręter reſeruata l.cũ prætor cũ vulga.de iud.
14 Tertio ſi validũ † eſt argumentum prout
valet, a communiter accedentibus,ad ea quę
ex eo text.omnes in cap. 1.de Cler.non re-
ſid. & l.ideoq.de leg.1.negari nequit a com-
muniter accedentibus reſeruationes tantum
fieri in donationibus omnium bonorũ præ-
ſentium,& futurorum quæ his indigent,teli-
quæ minime , & ideo fruſtra reſeruationes
adijciuntur,quo argumento vſi ſunt aliqui in
hac tenenda opinione quos mox referam.
15 Quarto reſpondit † Rimina.iunior.conſi.
772.li.4.Rol an. conſil.1. li.4.quos ſequitur
Petra tract.de poteſt.princi.cap.22.n. 49.&
50.reſeruationem dominij , & fidelitatis in
cæteris regalia conferre.
16 Quinto ſcribit † Plot.l.ſi quando nu. 278.
C. vnde vi. reſeruationem alti dominij im-
portare cõceſsionem cauſarũ appellationũ.
17 Sexto & reſpondit † Pancirol.conſil.185.
nu.9.quem ſequitur Petra.d.ca.22. nu.101.
reſeruationẽ alicuius iuris , importare alio-
rum conceſsionem generalem, quare in ter-
minis donationis de qua agimus hanc opi-
nionem ſequuti ſunt Meno. Bero. Socin. &
Crauet.relati.per theſau.d.deciſ. 199.nu.8.
& in eiſdẽ terminis donationis Sol. de Paz.
conſil.25. nu.31. Aſtipulatur his qui nullam
de prædictis mentionem fecit Caual. deciſi.
22.nu.24.par.3.qui loquens in reſeruatione
donationis bonorum , hanc etiam ſequitur
opinionem quia reſeruatio cum ſit quædam
exceptio firmat actum in non reſeruatis Sur-
dus deciſ.163.num.18.

Quæ opinio maxime procedit in noſtra
ſpecie vbi fuit donata hęreditas cuius nomi-
ne ſua ipſius natura continentur bona omnia
præſentia, & futura ſicut milies dixi. & teti-
gi ſupr.n.3.quo in caſu nec theſau.neq.ſola,
alioquin viri.doctiſsimi loquti ſunt in dona-
tione tantum bonorum,atq. ideo proculdu-
bio contrarium dixiſſent in donatione hære-
ditatis,ſicuti latius ex argumentis per Sola.
traditis euidentius colligitur.

Quibus ſic ſtantibus remouentur funda-
menta præcipua tradita per Sola. & the-
ſau. Tota enim vis,argumentum illud,reſer-
uationem minime includere ea, quæ alias de
natura actus non veniunt vt Sola.latius , &
verbo hæreditatis cõtinẽtur propria & vere
bona omnia , quæ quis tempore mortis ſuæ
habiturus eſt, ſicut innumeris relatis ſcripſi
quæſ. 1.nu.71.& ſeq.& ſupra num.3. Cance.
ſupra Celſ.Hugo.conſi.58.nu.1.conſequen-
ter reſeruatio includet omnia bona.

Neq. obſtabit, inducta ad vnum effectum
contrarium operari non poſſe,quia & id ve-
rum,ceterum non operari contrarium in hac
ſpecie cum vis verbi hæreditas , omnia con-
tineat, eodem modo reſpondetur ad tex. in
d.l.generaliter §.vxori,non enim reſeruatio
reſtringit donationem hæreditatis,neq.am-
pliat ſed conſeruat diſpoſitionem ſecundum
naturam illius,vnde cum ex natura donatio-
nis hæreditatis bona futura contineantur in
eadem reſeruatio conſeruat donationem,ſic
neque auget,vel minuit reſeruatio.

Quare

Quare non rectè cenſuiſſe Senatum noſ-
trum exiſtimo,qui in donatione hæreditatis
ſacta filio contrarium iudicauerit , ad fauo-
rem patricij cui pater donator idemq.frater
reſpectiue donauerit bona poſt donationem
filio ſactam quæſita: impium ſanè eſt , bona
filijs & deſcendentibus adimere , vt dentur
tranſuerſalibus quibus non ſic debentur l.nã
etſi de inſo.teſ.l. ſcripto vnd.li.igitur vt fi-
niam & meam dixerim opinionẽ in tam ar-
dua difficultate opinor ſic duas contrarias o-
18 piniones † poſſe conciliari , hoc eſt in dona-
tione bonorũ prout loqûtur Theſau.& Sola.
& alij contrariam tenentes,quia in donatio-
ne hęreditatis maximè filio facta, & in con-
tractu matrimonij apud me;nec eos,qui rę-
ctè ſentiunt, nulla eſt difficultas ex ſuperius
traditis.

Aut donatio bonorum facta fuit filio,quæ
ex ſe non continet niſi bona pręſentia, & in
ea reſeruatæ res ad teſtandum,poſt donatio
de alijs acquiſitis facta fuit extraneæ perſo-
næ, extraneum dixerim omnẽ præter deſcẽ-
dentes: aut fuit donatum alteri filio fratri
donatarij:priori in caſu cenſeo donationem
bonorũ cum reſeruatione includere omnia
19 bona † pręſentia , & futura ad fauorem filij
aduerſus extraneũ , quia & bonorum appel-
latio vniuerſalis eſt ſicuti Craue.d. conſ. 15.
animaduertit n.8. Bart.& aliorum traditio-
ne Sola.d.glo.3.n.14. & fatetur idem n.40.
in ſuo caſu adiectum fuiſſe aliquod prono-
men reſtrictiuum vt caſu conſiderauit ſimul
cum alijs verbis limitatiuis in illo & inde-
ciſa ſpecie, conſideratis per Senatum Pede-
mon.quibus colligebatur voluntas donato-
ris,volentis donare bona futura, quæ omnia
in noſtro caſu ceſſant.

20 Pręterea agitur de donatione † bonorum
facta filio,quę eſt fauorabilis & non odioſa,
licet enim ex ſe non præſumatur donatio,
nec ſit fauorabilis, id tamen intelligendum
quando dubitatur an actus ſit donatio nec
ne,verum vbi conſtat de donatione,tũc do-
natio fauorabilis dicitur, & lata interpræta-
tione iuuanda ca.dilecto ex.de dona.Meno.
de præſ.li.3.n. 16.maxime ad fauorẽ filiorũ,
& deſcẽdentiũ d.c.dilecti vbi Hoſti.Panor.
Anto.& Imol.Iaſ.in l.beneficium nu.32.de
conſti.princip.Alex.conſ.17.nu.10.li.7.Ni-
co.Boe.deciſio.172.num.27.28.quin etiam
filiorum fauorem ad excluſionem extranei
conſiderauit Craue.d.conſi.15. num.8.& 9.
cum in ſuo caſu ageretur de donatione fa-
cta filiæ cum reſeruatione ſcutorum quin-
quaginta.

Tertio in hac ſpecie conſideratur fauor
21 † dotis,ſiue donationis propter nuptias, qui
magnus eſt, & qui efficit vt fiat interpræta-
tio latiſsima, ſicut rectè animaduertit Cra-
ue. d. conſi. ad finem verſi.Quarto quia &c.
Meno.præſ.29.nu.74.75.76. li.3.& dixi ſe-
pius in hoc tractatu.

22 Quarto ſi ex coniũctione † ſanguinis faci-
le præſumitur donatio , maxime aliquibus
coniecturis concurrẽtibus,ſicuti ſcribit Cra-
uet.vbi ſup.& alijs multis relatis a Tibe.De-
cian.reſp.15.nu.13.li. 1.& reſp.39.n. 5.eo-
dem li.quanto magis ad fauorem filij,cui a-
lias hæreditas debetur, præſumẽda, & ſimul
latiſsimè interprætanda quam etiam ratio-
nem conſiderauit Crauet. d. conſ.num. 9.in
verſi. Tertio ratione coniunctionis ſangui-
nis.

23 Si igitur poſt donationem † priorem cum
reſeruatione ſactam filio , pater donans ex-
traneo donauerit bona poſt quæſita, tenen-
dum donationem priorem cum reſeruatione
omnia continere bona, conſequenter ſecun-
dam nullius effectus. Aut vero pater,poſt do-
nationem priorem cum reſeruatione, dona-
uit poſt quæſita alteri filio , tum ſanè præſu-
menda prior donatio & ſi cum reſeruatione
bonorum tantum pręſentium , ad ſauorem
alterius filij , quia militat ratio eadem affe-
ctionis in eo,quę in altero , maxime quando
ſubeſſet eadem cauſa,vt quia donaret pater
alteri filio ex cauſa matrimonij donatione
propter nuptias. Et hęc & ſi noua videntur
vera iuri & equitati ſumopere coniuncta.

SVMMARIVM.

1 *Pactum de donando , vel hæreditando filium primogenitum in capitulis matrimonialibus celebratum , an poſsit communi coniugum conſenſu reuocari.*
2 *Cap. 1. de filijs nat. ex matrimo. ad morganat. contract. & tex. in ca. filij titu. ſi de feu. controuer. fuerit declarantur.*
3. *Ius alteri quæſitum facto noſtro , poteſt pœnitentia reuocari.*
4. *Pactum de donando vel hæreditando filium primogenitum, vltimæ voluntatis naturam ſapit.*
5 *Rex diuidens regna ſua in vita inter filios ſuos,poteſt diuiſionem reuocare.*
6 *Donans alteri eo pacto vt ſi donatarius ſine liberis decedat, res donatæ ad alium perueniant,poteſt reuocari.*
7. *Iuramentum in donatione interpoſitum , non facit donationem irreuocabilem quando reuocari poteſt.*
8 *Maioratus inſtituitur à viro & vxore ſimul , poteſt ab altero in bonis ſuis reuocari.*
9 *Maioratus vel primogenij inſtitutio , naturam redolet extremi iudicij.*

10 *Donatio à filio familias facta cum patris conſenſu mortis cauſa, poteſt à filio inconſulto patre reuocari.*

11 *Maioratus vel primogenium Principis etiã authoritate erectum, poteſt reuocari.*

12 *Maioratus vel primogenium inter virum, & vxorem in contractu matrimonij inſtitutum reuocari poteſt.*

13 *Maioratus vel primogenium ſiue ex cauſa matrimonij, aut dotis inſtitutum, reuocabile eſt.*

14 *Donatio ſimplex filio facta, regulariter reuocari poteſt.*

15 *Donatio etiam cauſa matrimonij facta, reuocatur ex diſpoſitione l. ſi vmquam C. de reuoca. donatio.*

16 *Donatio, vel hæreditamentum ex cauſa matrimonij multorum authoritate reuocari non poteſt.*

17 *Donantes, vel paciſcentes coniuges pro filijs naſcituris poſſunt ſubſtitutiones, & vincula quæuis apponere filio primogenito.*

18 *Donatio inofficioſa quemadmodum poteſt reuocari, ſic de fideicomiſſo grauari.*

19 *Pactum de donando, vel hæreditando poteſt, & ſi fuerit iuratum, ſubſtitutionibus, & vinculis reſtringi.*

20 *Donatio cauſa mortis, & ſi iurata reuocari poteſt.*

21 *Diſpoſitio l. ſi vmquam C. de reuocan. donatio. non tollitur iuramento.*

22 *Pacta de donando, vel hæreditando conſuetudine approbata, irreuocabilia ſunt.*

23 *Pacta de donando vel hæreditando in fauorem filij primogeniti etiam non adſtante conſuetudine, ſtipulatione tamen vallata reuocari non poſſunt.*

24 *Donatio perfecta onus, vel grauamen non recipit.*

25 *Donatio vel hæreditamentum in fauorem filij primogeniti, aut filiorum ex primo matrimonio, etiam de conſenſu filiorum reuocari non poteſt.*

26 *Matrimonij fauor maximus eſt.*

27 *Donatio, vel hæreditamentum in cõtractu matrimonij factum reuocari non poteſt, ſicut nec matrimonium.*

28 *Filiæ a parentibus nuptui traditæ, maiores ſolent dotes adferre occaſione donationũ, quas patres filijs ſuis largiuntur, proinde irreuocabiles.*

29 *Pelaez de maio. Hiſpano traditio & verba egregia.*

30 *Iuramentum mulieris de non alienando fundum dotalem, non nocet emptori ignoranti.*

31 *Lex bonæ fidei ff. de peculio expenditur.*

32 *Ratio finalis & non impulſiua eſt, quando id quod conceditur, non tantum concedentis, ſed & tertij vtilitatem reſpicit.*

33 *Dos, vel donatio propter nuptias licet communi conſenſu coniugum minui poſſint, in præiuditium tamen filiorum minime.*

34 *Contractu nouo alteri, cui ius quæſitum fuit præiudicari non poteſt.*

35 *Donatio facta à patre filio contẽplatione matrimonij non poteſt reuocari in illius præiuditium.*

36 *Donatio facta filijs in contractu matrimonij ingratitudine reuocari non poteſt.*

37 *Donatio ob cauſam, ingratitudine non reuocatur.*

38 *Berengarij traditio improbatur.*

39 *Donatarius in capitulis matrimonialibus hæreditatus, crimen committens propter quod bona veniunt confiſcanda, in præiuditiũ tamen vxoris & filiorũ confiſcari nequeunt.*

40 *Emphiteoticæ res ad extraneos non tranſeunt, conſequenter nec in fiſcum.*

41 *Donatio facta in contractu matrimonij nõ reuocatur, etſi matrimonium carnali copula perfectum non fuerit.*

42 *Legatum mulieri factum cum nupſerit, debetur mulier, etſi matrimonium carnali copula conſumatum non fuerit.*

43 *Diſpoſitio hominis de viro & vxore loquens, vindicat in his, qui adhuc carnali copula matrimonium non conſumarunt.*

44 *Vxoris appellatione etiã in ſtatutis, venit ſponſa de præſenti.*

45 *Statuta de dote lucranda per maritum, locum habent in ſponſa per verba de præſenti.*

46 *Statutum vel lex municipalis loquens de coniugibus copulatis, non habet locum in ſponſis de præſenti.*

47 *Vxoris appellatione in fauorabilibus ſponſa de præſenti continetur.*

48 *Donatio vel hæreditamentum factum filio cõtemplatione matrimonij verbis generalibus non nominata certa vxore, reuocari poteſt.*

49 *Donatio ſimplex reuocabilis eſt.*

50 *Donatio ſimplex ea dicitur, quæ non fit ad vtilitatem donantis.*

51 *Donatio continens cauſam fauorabilem donantis, ob cauſam rectius dicitur.*

52 *Donatio facta filio in contractu matrimonij cũ certa muliere, quæ poſtea nubere nõ vult, reuocari poteſt.*

53 *Promiſſionis cauſa ceſſante, ceſſat promiſſio.*

54 *L. ſi extraneus §. fina. de condicti. ob cau. declaratur.*

55 *Priuilegia dotium, competunt dotibus etiam non ſequuto matrimonio.*

56 *Pacta matrimonialia ea tantum fauorabilia ſunt, quæ ad iuris metas regulantur.*

57 *Donatio ex cauſa dotis vel donationis propter nuptias inter patrem & filium ſi legitimam excedat non valet, & qualiter intelligatur.*

58 *L. 1. C. de his quæ ſub mod. declaratur.*
59 *Bona dotalia dicuntur etſi non ſequatur matrimonium.*
60 *Donatio facta à patre filio contemplatione certi matrimonij ubi tamen filius uxorem ducere non vult, poteſt à patre donatio reuocari.*
61 *Mora vltima nocet.*
62 *Donatio vel hereditamentum filio factum ob matrimonium præteritum, reuocari poteſt.*
63 *Berenga. Fernan. error.*
64 *Pater tenetur dotare filiam iam nuptam.*
65 *Pater legans filiæ ſuæ pro dote centum, ſi interim viuens eam nuptui tradat, quinquaginta tantum in dotem datis, mortuo patre non poteſt filia reliqua quinquaginta petere.*
66 *Donatio vel promiſſio non extinguitur ex actu inualido.*
67 *Promiſſio paterna ex actu nullo non irritatur.*
68 *Tellij. & Matien. opinio infringitur.*
69 *L. filiæ mea de conditio. & demonſtratio. declaratur.*
70 *Donatio ob cauſam matrimonij, tacitam habet conditionem ſi matrimonium ſequatur.*
71 *Maioratus inſtitutus contemplatione matrimonij contrahendi cum certa muliere, moriente muliere reuocari poteſt.*
72 *Donatio facta contemplatione matrimonij cenſetur in ſe cauſam finalem continere, non impulſiuam.*
73 *Donatio vel hereditamentum contemplatione matrimonij adiectis certis conditionibus, his non adimpletis donatio reuocari poteſt.*
74 *Promiſſionem non ſeruans, commodo illius priuatur.*
75 *Vocatus ſub conditione, ſub contraria conditione priuatus cenſetur.*
76 *Promiſſio iurata conditionalis non parendo conditioni, reuocari poteſt.*
77 *Donatio vel hæreditamentum factum in capitulis matrimonialibus filio primogenito, an ſuperuenientibus liberis poſſit reuocari.*
78 *Opiniones interpretatum confuſe loquentium, caſus difficiles reddunt.*
79 *Donatio contemplatione matrimonij vxori facta, non reuocatur ſuperuenientibus filijs.*
80 *Matrimonium præcipuè ad liberorum procreationem contrahitur.*
81 *Extraneus dans dotem mulieri vel viro nubentibus contemplatione matrimonij, ſuperuenientibus ſibi alijs filijs reuocari poteſt.*
82 *Donatio facta a patre contemplatione matrimonij reuocatur ſuperuenientibus alijs liberis quoad legitimam tantum.*
83 *Donatio facta a patre filio in contemplatione matrimonij ſuperuenientibus liberis reuocatur ex diſpoſitione l. ſi totas C. de inoffic. donatio.*
84 *Computatio qualis fieri debeat quando reuocatur donatio a patre facta ob ſuperuenientiam aliorum liberorum circa legitimam.*
85 *Bona donata et voluntarium dicuntur.*
86 *Bona donata non ſubducuntur in computatione legitimæ.*
87 *Filius legitimus in numero filiorum computatur, in detractione legitimæ.*
88 *Bona donata vſque ad legitimam reuocantur, niſi alia bona ſuperſint donatori præter donata.*
89 *Donatio facta ab vxore filio primogenito, decedente prius marito, poteſt iterum nubere relicta tantum legitima filis prioris matrimonij.*
90 *Donatio vel hæreditamentum in fauorem primogeniti vt reuocari nequeat, in eodem matrimonio fieri debet.*
91 *Donatio vel hæreditamentum filio primogenito factum in contractu matrimonij, ita demum valet ſi fiat fauore liberorum & ab eis deſcendentium.*
92 *Commodo & vtilitate filiorum & deſcendentium ab eis ceſſante effectus donationis ceſſare debet.*
93 *Berenga. Fernan. traditio reprobatur.*
94 *Donatio inter patrem & filium in poteſtate conſtitutum fauore matrimonij ſuſtinetur.*
95 *Rationes duæ vbi militant, ceſſante vna non ceſſat alia.*
96 *Donatio vel hæreditamentum vt valeat in fauorem filij primogeniti, in ſcriptis fieri debet ſecundum Berenga.*
97 *Berenga. Fernan. opinio reprobatur.*
98 *Donatio vel hæreditamentum ſine ſcriptura fieri poteſt.*
99 *Donatio vel hæreditamentum in fauorem filij naſcituri, priuata ſcriptura fieri poteſt.*
100 *Donatio vel pactum de hæreditando valet ſecundum Berenga. dum hæreditas non defertur niſi poſt mortem patris donantis.*
101 *Berenga. traditio ſuperflua.*
102 *Pactum de hæreditando ſimplex in Cathalonia, ſolam donationem bonorum præſentium continet.*
103 *Hæreditamentum in Cathalonia idem ſignificat quod donatio.*
104 *Donatio vel hæreditamētū in capitulis matrimonialibus factum, an egeat inſinuatione.*
105 *Donatio ob cauſam ſimplex dies non poteſt.*
106 *Donatio ob cauſam inſinuatione non indiget.*
107 *Primogenium vel maioratus in fauorem primogeniti inſtitutus, inſinuatione non eget.*

QVES-

QVÆSTIO. VI.

PACTVM DE DONANDO, vel hæreditando in capitulis matrimonialibus contractum, an communi coniugum conſenſu poſsit reuocari vtilis controuerſia, & vtilia multa in eadem edocta.

1 TERTIO ex † ordine quæritur, an pactum hoc de quo agitur poſsit communi coniugum conſenſu reuocari: videtur enim id fieri poſſe, neque interdictum
eſſe viro & vxori poſtea, omnes filios æqua-
2 liter vocare aut vnũ ex his hæreditare: † vt
in terminis probat rex. in cap. 1. de fil. nat. ex. matr. ad morga. contrac. & in ca. filij ſi de feu. defunc. conſue. quæ iura duo citata fuerunt in præcedenti quæſtione, vbi id ipſum docuerunt Bal. Aluaro. Cardin. Afflic. & cæteri. Affirmant itaque præfati interpretes poſſe contrahentes mutare poſtea voluntatem, & contrario pacto conuenire, vt cæteri filij, quos à ſucceſsione repulerunt, admittãtur ad eãdem ex glo. in l. ſi pro parte. §. verſum ff. de in rem verſ. Et altera in d. cap. filij §. ſi facta in gloſ. 1.

3 Secundo † iuuatur hæc opinio ea ratione: quia vbi alicui quæſitum fuit ius ex meo cõtractu cum alio pacto, poſſum ius hoc pœnitentia reuocare l. 3. vbi Barro. de ſer. exportan. l. qui Romæ. §. Flauius vbi tota legiſtarum ſcola de verb. obliga. l. 1. vbi Bal. & cęteri C. ſi manci. ita fue. aliena.

4 Tertio † hoc pactum cenſetur quædam diſpoſitio à coniugibus facta ſupremi iuditij, ideſt teſtamenti diſpoſitionẽ præueniẽs, quia id quod in teſtamento facere deberent, tunc agunt, ne id poſt efficere debeant; proinde vltimarum voluntatum naturam ſuſcipere, fateri neceſſe eſt, mutabilem ſic licet vſque ad mortem l. ſi filia §. ſi pater ff. fam. hercis. l. parentibus C. de inoſi. teſtam. l. fina. C. de pact. l. de adim. lega. atque horum iurium authoritate reſpondit Oldrad. conſil.
5 231. Regem † diuiſionem facientem inter filios regnorum ſuorum, poſſe quidem diuiſionem reuocare, & ab ea retrocedere, licet filij eandem obſeruare iuraſſent. Sequitur Bal. in §. item Sacramenta. tit. de pa. tenen. & iura firman. Capell. Toloſa. deciſio. 453. quę expræſsim in caſu quæſtionis noſtrę loquitur: & citato Berenga. obiter, Cancer. li.
6 3. reſo. cap. 7. num. 87. Et huc † etiam pertinet Bal. traditio in conſi. 383. libr. 2. qui ex facto interrogatus, an is qui alteri donaſſet eo pacto. Vt ſi donatarius ſine liberis decederet res donata ad alium perueniret, poſſet huiuſmodi donationem reuocare in præiudicium illius, ad quem bona erãnt tranſitura poſt mortem donatarij ſi ſine liberis decederet, & reſpondit poſſe, ex d. l. 3. & l. ſi pecuniam §. ſi ſeruum ff. de condic. ob cau. omnes in d. §. Flauius Hermes ea mouentur ratione, quia cenſetur mortis cauſa donatio quoad extremum donatarium; ex. l. nec fratris C. de donatio. cau. mor. ideo pœnitentia locum habet l. non omnis ff. ſi certum petatur l. Senatus de donatio. cau. mor. ſequitur & prædictis rationibus Tiraquel. tract. de iur. ptimo. quæſt. 8. num. 3. 4. 5. Eandem ſententiam non relatis ſuperioribus ſequitur Theſau. deciſ. 225. num. 13. in verſi. Sed reſtringerem, vbi conſuetudinem futuræ ſucceſsionis valere ſed reuocabiliter exiſtimat, vt quia pactum valeat in vim vltimæ voluntatis, ita vt accedente reuocationis cauſa iuſta reuocari poſsit, ex d. l. fina. C. de pact.
7 † quinimo fortius opinatur ex Alciati ſententia in l. pactum. C. de pact. iuramẽtum interpoſitum nihil operari, nam petita inquit abſolutione reuocatio admittetur Graſſ. in tract. de ſucceſsi. §. ſucceſsio ab inteſtato, quæſ. 9. num. 4. verſi. Sed aduerte exprẽſſe de hac conſuetudine hæreditandi filium primogenitũ in capitulis matrimonialibus loquens, teneat eandẽ opinionem: & in pacto de futura ſucceſsione certo modo diuidenda ex dicta l. fin. de pact. docent Barto. ibi Bal. num. 22. Angel. in extremis verbis. Pau. de Caſt. num. 3. Iaſſ. num. 12. Deci. num. 6. Cur. num. 7. Deci. conſi. 184. & 485. num. 13. Cifuen. in l. 22. Tau. nu. 3. Gomez ibidem nu. 4. Pelae. tract. de maio. Hiſpa. 1. part. quæſ. 21. num. 8. ad medium probat eandem opinionem Dida. in rubri. de teſt. 2. part. num.
8 8. † is ſcribit maioratum inſtitutum ab vxore, & marito ſimul, poſſe ab altero in ſuis bonis reuocari etiam altero inuito, cum inquit ille, idem in teſtamento permiſſum ſit ex Oldradi traditione conſ. 174. Corn. conſ. 159. li. 4. Pechius tract. de teſt. coniu. li. 1. q. 18. citat etiam Rodri. à Sua. in l. 9. tit. 5. li. 3. limi. 5. & Alciat. in d. l. licet C. de pact. innitit
9 titur † Dida. ſuperiori rationi, quia huiuſmodi inſtitutio maioratus naturam ſapit vltimæ voluntatis, vnde quemadmodum teſtamenta irreuocabilia fieri nulla pactione poſſunt l. 4. de adimen. vel tranſ. lega. l. cum duobus §. idem reſpondit ff. pro ſocio Boer. deciſ. 204. num. 18. Molin. de Hiſpa. primo. libr. 4. cap. 2. num. 2. ſic pactum huiuſmodi ſimile vltimę voluntati.

Porro Tiraque. ſupr. relatus in eod. tract. de iure primoge. quæſ. 68. eam agitans quęſtionem, an maritus, & vxor, qui ſimul primogenium

mogenium inſtituerint de bonis communi-
bus poſsint illud contrario conſenſu reuo-
care ſeparatim ſi quilibet vellit, etiã inuito
alio,qui caſus fortior eſt noſtro,in quo com-
munis vtriuſq. coniugis volũtas adeſt; is igi-
tur aperte docuit poſſe reuocari : quia hęc
maioratus conſtitutio vim habet ſupremi iu-
dicij d.l.ſi filia §.ſi pater ff.fa.hercis. & cum
vltimę voluntatis natura mutabilis ſit vſq.
ad mortem d.l.4.de adimen.lega.& d.l. fin.
toties citata C.de pact. quæ in terminis no-
ſtri caſus loquitur, conſequens eſt maioratũ
poſſe vel communi conſenſu, vel alterius de
bonis ſuis reuocari:Monetur etiam authori-
tate Oldra.conſi.231.vbi poſſe duos ſi ſimul
fuerint,teſtamentum reuocare illud,vel am-
bos,vel alterum tantum; quoniam duo cen-
ſentur teſtamenta non vnum.l.Papinianus §.
ſed nec impuberis de inoffi.teſta.glo.& cæ-
teri in l.patris & filij ff.de vulgari atque idẽ
in multis ſimul contrahentibus l. eo quod à
multis C.ſi cert. pera.& dicam in ſequenti-
bus quęſti. vnde infert illic Tiraquel. nu. 5.
quod ſi eorum alter deceſſerit, licet quo ad
eum extremum iudicium morte fuerit con-
firmatum,reſpectu alterius minime, & ideo
poſſe ab eo reuocari, ac ſi ipſe ſolus teſtatus
fuiſſet. Subiungit † Tiraquel rationem al-
10 teram,quod etſi filius familias rem ſuam cũ
conſenſu patris,mortis cauſa donauerit, po-
teſt filius inconſulto patre huiuſmodi do-
nationem reuocare reſoluit Dynus Cyn.Sa-
lice.& alij in l.nec patris C.de donatio.cau.
mort.ibi alios in hanc citat ſententiam Ti-
11 raquel.Quinimo † Tiraquel.ſuperiorem de-
fendit ſentẽtiam etiam veram eſſe caſu quo
maioratus fuiſſet principis authoritate con-
ſtitutus, nam & teſtamentum authorante
Principe factum non ideo irreuocabile effi-
citur l.omnium, vbi Barto. Bal.& poſterio-
ris C.de teſta. id ipſum Molin. de Hiſpan.
primoge.li.4.ca.2.num.2. Protenditq. ean-
dem ſententiam ad maioratum inter virum
& vxorem factum in contractu matrimonij
d.ca.nu.10.qui noſter eſt caſus.

Ad hęc Molin.tract.de Hiſpa.primo. lib.
1.ca.12.n.1.2.3.in eadem quęſtione,an ma-
ioratus poſsit ſemel inſtitutus reuocari,poſ-
ſe,cũ alijs docet, ex d.l.ſi filia §. ſi pater vbi
Pala.Rub. Mencha.Grego.Lop.& Celſ.cõſ.
120.n.43.citat.latius idem Molin eo.li. c.1.
nu.7. ad medium vbi alios plures Hiſpani-
12 cos retulit: † & idem alibi eod.tract.li. 4.c.
2.nu. 17. ſcribit hunc etiam maioratum ex
cauſa dotis, & pro matrimonio inſtitutum
reuocari itidem poſſe: Et in his terminis eã-
dem ſequuntur ſententiam multi alij quales
Rodri. Sua. in l. quoniam in prioribus limi.
5.numer. 12. C.de inoffic.teſta. Tellus in l.
17. Taur. nu.13. Mencha. libr. 1.contro.il-
lius.ca.12.num.9.Padill.in l.Clari num. 19.
C. de fideicom. vbi ita obſeruari in Senatũ
Pinciano teſtatur Burg.de Paz in l.3.par.2.
conclu.6.nu.1219. dixit communem Pelaez
tract.de maior.Hiſpan.par.1.q.23.nu.2.
13 Cæterum † in terminis noſtræ quęſtionis
quod huiuſmodi pactũ poſsit reuocari præ-
ter citatos aurhores ſupra in principio, te-
nuerunt ex antiquioribus Oldra.conſi.5.quẽ
ſequutus fuit Iaſſ.conſi.171.li.4.Socin.iuni.
conſ.1.num.53.li.4.Telli.in l.26.n.5.& 16.
Baeça tract.de non melioran.filia.c.21. nu.
37.Caro.Moliue.in diſputa.de donatio.cõ-
tract.in matrimo.nu.9.23.42.Cranet.conſi.
85.nu.2.& 4.conſi.114.conſ.136.li.1. Celſ.
Hugo.qui ſic conſulnit in hac vrbe Barchin.
conſi.58.nu.5.& conſ.100.num.10. & conſi.
120.num.43.Capell. Toloſa.deciſ.453.vbi
Aufred. hanc dixit opinionem de iure ve-
riorem,licet poſtea teneat contrariam,Ni-
cola.Boer. deciſi.204. & in eiſdem terminis
non relatis ſuperioribus Meno.conſi.92. nu.
25.26.lib.1.Auenda.in l.44. gloſ.16. nu.2.
14 † Ea citati interpretes vtũtur ratione, quod
donatio hæc filio facta ſimplex dicitur, con-
15 ſequenter reuocabilis, † atque inde fatẽtur
omnes donationem huiuſmodi veluti ſim-
plicem ex diſpoſitione reuocari l.ſi vnquam
C.de reuoca.donatio. Tiraq.in d. l.in verbo
donatione nu.240.& 243. Baeça d.tract. ca.
10.a nu. 102.Caro. Moline. d. diſputatione
a nu.1. Auenda.in d.l.44.n.3.Molin.de Hiſ-
pan.primo.li.2.ca.3.nu.38.Clar.in §.dona-
tio quęſ.23.verſi.Item quęro.
16 Contrariam † ſententiam quod huiuſmo-
di pactum,vel donatio nequeat reuocari, te-
nuerunt aliqui Aufred. qui pluribus rationi-
bus hanc defendit ad dictam deciſionẽ Ca-
pel. Tolo. 453. vbi & multis arreſtis confir-
matam fuiſſe dicit Steph. Bertran.conſ.227.
n.10.li.2.Guid.Pap.deciſ.145.Riminal. iu-
ni.in §.1.inſti.de donationi.n.492.atq.itidẽ
apud Gallos fore irreuocabilem alijs cita-
tis,teſtatur Berenga.in ca.1.de filijs nat. ex
matrimo.6.ca.præludio.n.8. poſt principiũ:
ſuperior autem opinio vt verior,& receptior
17 tenẽda eſt: † ex qua ſequitur poſſe libere ſic
paſciſcẽtes ſubſtitutiones,& vincula adijce-
re filio primogenito naſcituro, quia poſſint
ſi vellent reuocare,l.Titia §.lucius de lega.2.
18 † ex quo tex. Barto.& cęteri notarunt,cũ cui
inofficioſa donatio facta eſt,poſſe fideicomiſ-
ſo grauari, ex quo poteſt donatio reuocari.
Huic ſimile eſt in filia,quæ licet in dote quę
loco legitime ſuccedit,nequeat grauari,ſi ta-
men legitimam dos excedit poteſt in exceſſu
grauamen imponi Bartol. in l. final. §. filiæ
per illum tex. de leg. 3.& his duabus ratio-
nibus,

nibus, & alijs adiunctis reſoluit egregie Capel. Toloſ. d. deciſ. 453. poſt principium Ceſſ. Hugo. d. conſ. num. 5. & conſ. 120. nu. 43. conſ. 100. nu. 10. Et licet Berenga. Fernan. in d. cap. 1. & cap. 7. præludio. num. 7. cũ ſequenti his rationibus ſatisfaciat, & contrariam tueatur ſententiam, ob id quia præſuponit hoc pactum in Gallia validum fore, hoc enim concesſo recte ſentit ſemel facta donatione, vel pacto, non poſtea poſſe paciſcẽtes vincula; onera, nec ſubſtitutiones adijcere in præiudicium primogeniti, at ſecluſa hac Galliæ conſuetudine contrarium eſt tenendum; quare vt hunc articulum aptiſſime declarem, pro regula conſtituo pactum hoc vel donationem in capitulis matrimonialibus pactum poſſe reuocari.

19 Extende † primo regulam etſi pactũ hoc fuiſſet iuramento vallatum in capitulis matrimonialibus, quia non obſtante tali iuramento poterunt retrocedere vel ſubſtitutiones adijcere, quia iuramentum ſequitur naturam contractus l. fina. C. de non. nume. pecu. l. fina. ff. qui ſatisda. cogan. l. ſed etſi poſſeſſori §. itẽ ſi iurauero ff. de iure iuran. & cũ dictum pactum non valeat d. l. fina. de pact. l. ſtipulatio hoc modo concepta de verbo. obliga. conſequenter iuramentum interpoſitum non faciat contractum irreuocabilem.

20 Hinc † illud, quod cum donatio mortis cauſa poſſit donatoris pœnitentia reuocari vſq. ad mortem, iuramentum in ea interpoſitum non faciet eam irreuocabilem Deci. in l. non omnis num. 10. de reb. credi. Dida. in rubr. de teſtam. 2. par. num. 35. & huc † pertinet

21 quod beneficium l. ſi vnquã C. de reuocan. dona. non impeditur ratione iuramenti in donatione poſiti. ſic in noſtris terminis tenuerunt multi quos refert Tiraquel. in d. l. ſi vnquam in præfa. num. 179. Capella. Toloſa. d. quæſtio. 453. ad finem Boeri. deciſ. 204. num. 11. cum ſequent. & num. 21. qui alios refert Craue. conſ. 256. num. 2. & alios refert Pelaez licet contraria tueatur, tracta. de maiora. Hiſpano. 1. part. quæſt. 22. nu. 8. ad medium Alciat. in d. l. pactum quod dotali C. de pact. Graſſ. qui multos d. §. ſucceſſio ab inteſtato quæſt. 9. num. 4. Molin. qui alios præter ſupra relatos citat tract. de primoge. Hiſpano. lib. 4. cap. 2. num. 55. 56. 57. Theſau. deciſ. 225. in fine, & hãc eſſe veram opinionem ſcripſit paucis relatis Gutier. in cap. quamuis pactum de pact. in 6. in prin. num. 3. 4. & alios multos recenſet Auenda. in l. 44. glo. 18. num. 2. 3. Contrariam ſententiam tenuerunt multi Ancharra. conſil. 180. num. 13. Guid. Pap. conſ. 23. Rub. conſ. 117. num. 18. Caſſan. conſ. 53. num. 60. Bered. in cap. Reynuntius in verbo ſi abſq. liberis 2. num. 23. de teſtã. Auenda. in l. 44. gloſ. 16. num. 33. & ante eum ex Hiſpanicis ſcriptoribus Hiſpaniæ vlterioris Peralt. quem is nõ refert, in l. vnum ex familia num. 23. de lega. 2. Telli. Ferdin. in l. 17. Taur. num. 93. qui aliquos huius ſententiæ refert ſequaces, quibus extremo adhæret Pelaez d. tract. 1. part. quæſt. 22. num. 9. verſic. His tamen & alijs non obſtantibus. Cæterum à priori vt vera & magis communi recedendum non eſt; Nam præterquam quod iuramentum ſequitur naturam contractus, ex alio etiam nullam huic pacto vim tribuere poteſt, quia vt non poſſit reuocari, neceſſe eſt vt paciſcens vſq. ad mortem in hac voluntate perſeueret d. l. fin. de pact. alias improbum & cõtra bonos mores iudicatur, ita fiet vt iuramento firmari nequeat cap. non eſt obligatorium de reg. iur. cum ſimilibus; quam rationem Gutier. aduerſus Dida. expendit dicto loco.

22 Declaratur † communis traditio vt non procedat vbi à conſuetudine vel ſtatuto efficeretur pacta hæc in matrimonij contractu poſita irreuocabilia eſſe, nam quemadmodũ in antecedentibus quæſtionibus declaraui, vt poteſt cõſuetudo pacta roborare fauore matrimonij, poteſt itidem & ea irreuocabilia facere, quemadmodum in Gallia tota, & in

23 hac citeriori Hiſpania. Quinimo † & ſecluſa cõſuetudine exiſtimarunt fere omnes, pacta huiuſmodi maxime ſtipulatione vallata eſſe irreuocabilia, quos ſupra citaui in verſi. Contrariam ſententiam: Maximè autẽ Guid. Pap. deciſ. 267. aperte docet ratione huiuſmodi pacti, fuiſſe mediãte ſtipulatione quæſitum ius filio naſcituro ex eo matrimonio irreuocabiliter, ex tex. in l. diui. verſic. Pactus C. de natura. liberis cum alijs à me congeſtis in quæſt. 2. verſic. Et multis rationibus; comprobat latè Pelaez tract. de maiora. Hiſpan. 1. par. quæſt. 22. num. 28.

Vnde cum conſuetudine pacta ſtabiliantur, contraria iuxta ius noſtrum non ſcriptũ, regulam conſtituere oportet; valere ſcilicet huiuſmodi pacta, atque irreuocabilia eſſe & tunc multo magis vbi iuramentum fuiſſet interpoſitum, quemadmodum in terminis maioratus aduertit Molin. de Hiſpano. primog. lib. 4. cap. 2. num. 56. verſic. In ſecundo caſu: ſic in noſtra ſpecie Berenga. Fernan. in d. cap. 1. præludio. cap. 6. num. 12. verſi. Quarta circunſtancia: vnde conuerſo nunc ordine,

24 agendum eſt cum his, quæ ſupra tradidi: Et † ſicut ſubmota conſuetudine in vim iuris cõmunis poſſent poſt donationẽ reuocare ſtante hac conſuetudine minime, quoniam perfecta donatio eſt l. perfecta donatio C. de donatio. quæ ſub modo l. filius C. de pact. Paul. de Caſtr. conſ. 164. num. 5. lib. 2. & in termi-

Digitized by Google

terminis quæſtionis noſtræ Pelaez tracta. de
maio.Hiſpan.1.par.queſt.22. num. 31. Be-
renga.Fernan.in d.ca. de filijs natis in præ-
lud.cap.6.num.9.& 10. Menoch.d.conſ.92.
num.48.licet exiſtimem poſſe patrem filijs
naſciturìs ſic donantem,quia non à traditio-
ne incipit donatio ; in teſtamento, vincula &
ſubſtitutiones apponere , non enim hęc per-
tinent ad reuocationem donationis ſicuti cē-
ſui ſupra quæſt.3.num.30.
25 Extende † regulam primo vt procedat
etiam de expræſſo conſenſu filij,cui à patre
in capitulis matrimonialibus pactum hoc,
vel donatio facta eſt,nequit enim reuocari in
fraudem vxoris,& filiorum ex eo matrimo-
nio procreandorum : extat in hoc regno re-
gia conſtitutio ; quæ hunc caſum expræſsim
decidit,à Petro Rege condita,quæ vnica eſt
ſub titulo de promiſ. dot. & donat. prop.
nup.Idemq.de iure communi , multæ oſten-
dunt rationes ; & argumenta,dum ſupponi-
mus conſuetudine pacta hæc roborari vt hic,
in Gallia,& alijs multis locis vt dixi præce-
26 dēti quæſtione: Imprimis † fauor matrimo-
nij id pollulat , cuius occaſione innumera à
iure prodita ſunt ſingularia, vt multoties in
hoc tractatu animaduerti : vnde ſicut matri-
monium reſcindi vnius,nec amborum etiam
voluntate poteſt , ſic pactum hoc matrimonij
cohęrentia veſtitum,& illius pars ſolius ma-
riti voluntate diſſolui non poterit ; dixi ſu-
pra quæſt.2.verſi.Quinto loco adducitur vbi
latius ; & hanc rationem in terminis noſtræ
quæſtionis conſiderauit nouiſsimè Vincen.
de Fran.qui hanc ſequitur opinionem,deciſ.
436.num.4.& 5. 3.par.Iacob.Menoch.non
relatus ab eo conſ.261.num.15.lib.3. poſt.
Guid. Pap.quem non referunt deciſio. 145.
Roland.à Val.con. 70.num.3. lib.4. & no-
uiſsimè M.A. Peregi conſ.78.num.10.lib.5.
27 Sed & pręter † ſuperius dicta,confert tex.
in l.diui verſic. Pactiſque matrimonij tem-
pore C.de naturalibus liber.l.ſi inter virum
ff.de pact. dotal. l. pater pro filia C. de pa-
ctis conuen. cap. quamuis pactum , in ver-
bis dum nuptui tradebatur , de pact. in 6.
cap.1. in verbis quam dixerit tempore ſpō-
ſaliorum,de filijs nat. ex matrimo. ad mor-
ga.contrac.& tex. à nullo ponderatus in l.3.
in verbis *nuptui collocaret* C.de pact.conuēt.
28 Secundo † confert Bal. traditio in ca.1.
§.filij ſi de feu.fue.controuer.& in l.3.C.de
bon.quæ libe.& in l.ſi præſes C.de dona. di-
centis, ſolere parentes dum nuptui tradunt
filias,vt eas ditiſsimis viris coniugant, eorū
patrimonia euacuare ; quod non ſic facerent
niſi occaſione donationum,quas viris paren-
tes,vel conſangiunei largiuntur;remanerent
itaq. deceptæ,ſi liceret poſt retrocedere , &
dictas donationes fraudulenter donatorib⁹
reſtituere; quam rationem conſiderarunt in
terminis noſtris multi,ijq. grauiſsimi ſcrip-
tores Telli.in l.17. Taur.num.73. quem re-
fert Vincen. de Fran. qui hac ratione ſic iu-
dicatum fuiſſe teſtatur in celebri illo Nea-
politano Senatu in cauſa graui, & illuſtrium
perſonarum,deciſ.205. 1.par. Becci.conſil.
20.num.12.li.1. vbi non alium quam Telli.
refert,id idem ante illum in eadem l. Taur.
docuerat Palat.Rube.num.45.dicens dona-
tionem hāc irreuocabilem omnino , Ciſuen.
tium.5.Dida.Conar.in cap.Raynaldus.§.2.
29 num.7.de teſtam. Pelaez † in tract.de maio.
Hiſpano. 1.par.quæſt. 22. nu.32.ad mediū,
qui citatos nunc interpretes non memorat;
ſed illic ſcribit hæc verba: *Vnde facile eſt vi-
dere quam inutilis ſit cautela,qua hodie aliqui
parentes vtuntur,qui dum filios meliorant ob
contractum onerioſum, ab illis extorquent ce-
dulas pro maiore parte priuatas,in quib⁹ pro-
mittunt ſe non vſuros melioratione : quia in
præiudicium vxoris tales promiſſiones ſunt in-
eficaces, ad quod facit dictum Imol. in l. cum
vir.ff.de vſucapio.quem ſequuntur Alexand.
conſi. 16. lib. 3. Et alij quos refert Epiſcopus
Conar. in cap. quamuis pactum de pact. in 6.*
30 *2.par.§.2.num.4.verſi.Satis etiam;* † *vbi tra
dunt iuramentum factum per mulierem de nō
alienando fundum dotalem,non nocere emptori
tale iuramentum ignoranti* , hucvſq; Pelaez;
Eandem rationem fraudis doli nullo relato
conſiderauit Bereng.Fernan.in d. cap. 1. de
filijs nat.ex matrimo. cap.6. prælud.nu.16.
verſic. Adde quod vicini poſſent facile deci-
pi. Eandem fraudis maculam animaduertit
Matien.in l.6.num.2. ad finem gloſ.4.tit.6.
31 lib.5. ordinatio. Tertio † adſtipulatur tex.
inſignis in l.bonæfidei ff.de pecul.in verbis,
*ſed & ſi quid præterea dolo malo patris capta
fraudataque eſt mulier competere actionem:*
quem tex.ad id ponderauit, qui nihil in iure
(vt noſtri aiunt)ignorauit Bal. in d.l.ſi præ-
32 ſes C.de donatio.Quarto † cōcinit,quia vbi
ratio qua quidquam conceditur,non tantum
concedentis,vel donātis commodum,& vti-
litatem reſpicit, ſed & tertij , ratio quidem
finalis magis quam impulſiua cēſetur ex glo.
Bart.& aliorum traditione in l. ſi mulier C.
de iur.doti.vbi Bal.Ange.Salice.& in l.3.§.
ſi quis quaſi.ff.de condictì.ob cauſam Tiraq.
qui innumeros tract.de ceſſan.cauſ. limi. 1.
num.12.vbi igitur pater,vel conſanguineus,
pactum hoc in matrimonio celebrat,vel do-
nat ; vxoris futuræ vel filiorum ab ea pro-
creandorum cauſa facere cenſentur; vnde in
præiudicium vxoris,vel filiorum, nequit pa-
ctum,reuocari:fieret enim aliter vt ludibrio
pacta hęc , & donationes eſſent in grauiſsi-
mum

mum vxorum, & earum parentum incommodum; quam ratione adduxit Pelaez tract. de maio. Hiſpano. 1.part.quæſt.22.num.32.
33 Quinto † iuuat egregia Iuſtiniani deciſio in l.ſi conſtante verſi. Exceptis C. de donatio. ante nup. quo loci Imperator ſtatuit, quod licet communi voto coniugum liceat dotem vel donationem propter nuptias minuere, vbi tamen liberos habent, id non poſſe voluit in fraudem, & incommodum eorum: vbi Bal.notauit, quod vbi ex contractu vel occaſione illius per legem vel conſtitutionem eſt quęſitum ius alicui re vel ſpe, nequeunt contrahentes ab eo pacto recedere, in non conſentientium pręiudicium ſimilis ferè tex. in l.apud Iulianum vbi Bal. Angel. Imo. Pau.de Caſt.& poſteriores de lega.1.gloſ. in l. certi condictio §. ſi nummos ff.de reb.credi. quo-
34 niam † nouus contractus alteri, cum quo initus non eſt pręiudicare nequit l.fi. ff.de pact. argu. l.id quod noſtrum de regu.iur.l.ſicut §. fina.ff.de nouatio. cum alijs ad hoc inſtitutũ coaceruatis à Tiraq. tract. de retract. ligna. §.1.glo.18.num.56.
35 Sexto † adſtipulatur traditio in terminis quęſtionis noſtrę eiuſdem Tiraquel.tractat. de iur.primoge.quęſt.8.num.5. quod vbi in tabulis nuptialibus, & in ipſo contractu matrimonij pater, vel alius donauit hęreditatẽ filio cõtemplatione matrimonij, eo in caſu, non poſsit alios ad ſucceſsionem vocare in pręiudicium primogeniti, cui ius quęſitum fuit illa priori conuentione. argum. l. ſi poſt mortem §.fin.ff.de bono. poſſeſsi.con. tabu. & cap.1.de ſucceſsi.feud. citat Tiraquel. in terminis Pau.de Caſtr.conſ.164.Deci.conſ. 458.& conſ.498.quia vt ille inquit, non poteſt alter ex contrahentibus legem contractui, vel donationi appoſitam immutare l. aliquid de ſolu.iuncta.& lege C.de pact.

Septimo concinit tex. in l. diui Conſtantini, in verbis, *ſuis poſtea ex eiſdem parentibus forte primogenitis* C. de naturali libe. l. pater pro filia, in verbis *nepotibus pactus reſtitui*, iunctis verbis, *vtilis eis ex æquitate accõmodabitur actio*, C.de pact.conuent.

Sed neq. deſunt qui opinionem hanc tenuerint pręter Gallos ſupra memoratos; ex noſtris pleriq. apertiſsimè Palat. Rube.in l. 17. Tau. num.59. Telli. Ferdi. in eadem l. num.73. Ciſuen. num. 5. cenſit apertiſsimè Dida. in cap. quamuis pactum 2. part. §. 2. num.4.de pact.in 6.idem Dida. li. reſolu.2. cap.14. num.16.vbi donationem irreuocabilem eſſe contendit etiam re non integra, dotis, & matrimonij fauore Menoch. conſ. 92.nu.79.lib.1. Gomez. Ari. in l.17.nu.27. 28. Segur.in l. vnum ex familia §. ſi fundum col.52.de lega.1.in veteri impræſsione eandem probarunt opinionẽ duo certè viri eruditiſsimi, qui eodem tempore & eiuſdem argumẽti duos ſcripſere tractatus, ideo vnus alterum non citat. Pelaez tracta. de maiora. Hiſpano. 1.quęſt. 22. num.31. 32. qui alios Ludo.de Molin.tracta.de primog.Hiſpano. lib.4.cap.2.nu.17.18.Auenda.in l.44.Taur. gloſ.16. num.34. Vincen. de Fran. deciſio. 205.num.1.2. par.2.vbi ſic indicatum. Et ne huius vrbis ſilentio prætercam Cancer. lib. reſolu.1.cap.8.num.34.vbi leuiter illic hunc pertingit articulum alioquin vtiliſsimum.

36 Extende † ſecundo regulam adeo veram eſſe, vt nec ex ingratitudine per filium poſtea commiſſa aduerſus patrem, vel matrem poſsit filius hæreditare, vel donatione priuari, quia vxori, & illius filijs, vel filio primo genito, ius dicta conuentione fuit quæſitum in capitulis matrimonialibus, nam ingratitudo filij vxori, nec filio, vel filijs vocatis nocere debet: fuit enim vt ſupra dixi, ius his perſonis irreuocabiliter tributũ, conſequenter in eorum pręiudicium ingratitudo nihil poteſt operari, *quia non debet alteri per alterum vt in regula iuris eſt, iniqua conditio inferri*. Argumento eſt etiam tex.ſingularis in
37 l.4.ff.de interd. delega. Accedat † quod cũ hęc donatio fuerit facta cõtemplatione matrimonij, & illius cauſa, ſuccedit regula iuris communiter recepta, donationem ob cauſam quia ſcilicet non gratuita eſt, reuocari ingratitudine non poſſe gloſ.recepta. in l.fina.verbo inueniatur C.de reuocan.donatio. Caro.Molin.in conſuetu.Pariſi.§.30.n.163. latiſsimè Tiraquel. in l. ſi vmquam, verbo, donatione largitus num. 142. cum ſequent. C.de reuocan. donatio.Moli.ſub diſtinctione in maioratu loquens tracta. de primoge. Hiſpano.lib.1.cap.9.num.1.2.3.& ſequent. pulchrè Pelaez tracta.de maiora. Hiſpano. 1.part.quæſt.22.num.25.26. Auendan. in l.
38 44.gloſ.16. nu. 35. vnde † male, & aduerſus communem Bereng.Fernan. docuit in d.ca. 1.de filijs nat.ex matrimo. præludio.cap.6. num.7.& 8. filium ingratum, illiusq. nepotes ingratitudine poſſe priuari; *quoniam inquit conſuetudine hac pœna à lege inflicta non eximuntur*, nam cum ſemel pacto, conſuetudine firmato, fuerit ius quæſitum vxori, & liberis, ingratitudine filij tolli eis nõ potuit vt ſupra; & præter ſupra citatos eãdem opinionem tenuit decidendo Guid. Pap. deciſ. 145. num. 4. vbi Ranchi. ad eum notandum fore ad hoc propoſitum ſcribit. His addendi in terminis noſtris ſcilicet donationis factæ filio, & illius filijs in capitulis matrimonialibus Tiber. Decia.reſpon.31.num.67.lib.1. qui alios refert, is ait quod licet huiuſmodi donationes reuocarentur quo ad filium primogenitum,

mogenitum,quo ad alios tamē minimè qui-
bus fuit ius quæſitum.
39 Extende † tertio communem regulam vt
etiam vindicet vbi filius donatarius crimen
aliquod commiſiſſet propter quod bona ve-
nirent confiſcanda, eo enim caſu in præiu-
dicium vxoris,& filiorum non poſſent bona
donata confiſcari. Ratio aperta eſt,quia bo-
na quæ in hæredem extraneum tranſire non
poſſunt, nec in fiſcum etiam ex delicto cō-
miſſo l.eorum ff.ad l.Iuliam maieſ. l. inta li-
bertorum ff.de iur.patrona.quemadmodum
40 † in emphiteoſi,quæ ad extraneos non trāſit,
ſic nec ad fiſcum receptam Clar.in §.emphi-
teoſis quęſt.29.ſic in feudo, idem Clar.in §.
feudum quæſ.84.in principio & in maioratu
loquens decem confirmat rationibus Moli.
tract.de Hiſpa.primog.lib.4.c.11.n.1.2.&
ſequen.Peláez tract.de maio. Hiſpa. 1.par.
quæſt.22.nu.33. Auenda.in d.l.44.num.36.
conferunt quæ in ſimili reſoluit Caro. Moli.
in conſuetu.Pariſi.§.30.nu.76. cum ſequent.
41 Quarto † protende communem regulam,
etiam ad pactum vel donationem factā con-
templatione matrimonij nondum carnali
copula conſumati nam nec poterit reuocari,
quoniam matrimonium ſine copula perfectū
eſt, vt verè matrimonium dicitur ca.coniunx
ca.beata,ca.omne 27.quæſt.1.cap.1.& 2.de
matri.con.con.inter.Eccleſi.dixi lib.1.com-
pata.2.verſ.Neq.de copulę carnalis conſen-
ſu,& alibi ſæpè; in dictis enim iuribus conſ-
tat inter beatiſsimam Mariam,& Ioſeph ve-
rum interceſsiſſe matrimoniū,& tamē(quod
etiam de fide eſt) nuſquam carnalis copula
interuenerit, vt illic dixi ex cōmuni Theo-
logorū & Canoniſtarū Catholica opinione.
42 Accedat † in tuitionem tex. in l. ſi fuerit ff.
de conditio.& demonſt.ex quo tex.gloſ.do-
cuit, legatum mulieri cum nupſerit factum,
per ſolum contractum matrimonij deberi,
etſi nulla interuenerit copula l. nuptias de
reg. iur. tex. inſignis in l.cum hic ſtatus §. ſi
diuortium,in verbis illis,*non enim coitus ma-
trimonium facit, ſed naturalis affectio* ff. de
43 donatio int. vir. & vxor. Et † generale eſt
apud noſtros pronunciatum,quamuis diſpo-
ſitionem de viro,& vxore loquentem,vel de
muliere nupta,aut de viro vxorato, vindica-
re locum in coniugibus, qui nondum copula
carnali ſunt copulati Bald. conſ. 228. lib.3.
Alexan.conſ.20.num.1.lib.2. latiſsimè Pa-
lat. Rube. in repeti. rubri. de donatio. int.
vir.& vxo.& fuſe, qui & eum memorat Ti-
raquel.in repetiti. l.ſi vmquam verbo dona-
tione largitus num.224.C. de reuocan. do-
natio idem egregie in ll. connubia.gloſ.2. à
44 num.3. Et vt † ille,in ſtatutis, quæ ſtrictam
recipiunt interpretationem appellatione
vxoris venit ſponſa de præſenti,etiam non-
dum viro tradita Barto. in l. nihil. ff. ret. à
morta.Paul.de Caſtr. in l.ſi fuerit ff.de con-
ditio. & demonſtratio. dixit communem &
receptam opinionem Caro. Moline.in con-
ſuetu.Pariſien. 1.par.§.3.glo.1.nu.4.
45 Rurſus,& † diſpoſitio l. 1. C. vnd. vir.&
vxor.etiam locum habet in ſponſa de præ-
ſenti,etſi copula carnali minime cognita, vt
illic docent Bald.Angel.Salice.Alexan.Iaſſ.
& Deci. Et ſtatuta de dote lucranda per ſu-
perſtitem ex coniugibus, locum habent in
ſponſata per verba de præſenti,quia verè, &
propriè vxor dicitur Caſſa. in conſue. Bur-
gun.rubri.4.§.2. num. 16. cum latè traditis
per Soci.in d.l.ſi fuerint num.4.cum ſequen.
46 quæ † opinio vera eſt in omni caſu, niſi lex
vel ſtatutum de coniugibus copulatis loque-
retur,vel vbi ſubiecta materia copulam exi-
geret,ad ea quæ Dida.in Epito.ad 4. 2.part.
cap.1.num.2. Et in terminis noſtrę quęſtio-
nis de maioratu loquenter hanc defendit
Pelaez tracta. de maiora. Hiſpano. 1. part.
quæſtio.39.num.1.2.3.Auenda.in l.44.Tau.
gloſ. 16. num. 37. Matien. in gloſ.1.rubri.
47 titu.1.lib.5.ordinatio.num.18.nam † de fa-
uore agitur matrimonij,& receptiſsima om
nium traditio eſt in fauorabilibus vxoris ap-
pellatione ſponſam per verba de præſenti
contineri Dida. in dicto loco, Soarez inter
communes in verbo ſponſa & in terminis
ſtatuti vetantis legare vxori, etiam ſponſam
de præſenti contineri fuſe Pechi. tracta. de
teſt.coniug.li.4.ca.11. à nu.1.Boeri.deciſio.
22.num.38.prolixe Perey. in l. ſi curatorem
habens in verbo læſis num.127.& 128.C.de
integ.reſtit.mino.
48 Declara † nunc primo regulam, & com-
munem traditionem vt procedat vbi factum
fuit pactum, aut donatio contemplatione
matrimonij cum certa, & determinata per-
ſona;ſecus vbi indifinite, & generaliter pa-
ter vel alius pactus fuiſſet donare filio, vel
filiæ ad contrahendum matrimonium, quia
hoc in caſu poſſent parentes reuocare huiuſ-
modi pactum, ratio hæc mihi videtur, Quo-
49 niam † cenſetur pura,& ſimplex donatio nō
ob cauſam, ideoque eiſdem regulis quibus
ſimplices donationes metiri debet:propte-
rea ſine traditione vera,vel ficta,aut alio ap-
probato à iure modo,irreuocabilē non fieri.
50 Receptū † enim eſt ſimplicem eam eſſe do-
nationem, quæ non fit ad vtilitatem donan-
tis;nā nec tempore donationis nulla ad do-
nantem vtilitas peruenit, quod ad naturam
donationis ob cauſam, pertinet, alias enim
cenſetur mera liberalitas conſequenter ſim-
plex donatio,l.1. in verbis non ob aliā cau-
ſam ff.de donatio. l.cum plures §. cum tutor
in

Digitized by Google

in verbis ex liberalitate ff. de admi. tuto. l.
donare l. Diuus Pius de reg. iur. l. quoties
C. de donatio. quæ ſub. mod. lib. 1. C. de re-
uo. donatio. l. 1. §. lucratiuas de impon. lucra.
51 deſ. lib. 10. Codi. † porro donatio, quæ con-
tinet cauſam fauorabilem donantis, dicitur
ob cauſam proprie, at ea quę ſolum fauorẽ
donatarij dicitur ſimplex, quia in priori ſpe-
cie non eſt gratuita, ſed magis in recompen-
ſationem eius, quod donatario iniungitur;
in altero vero caſu vbi de ſolo agitur fauo-
re donatarij mera adeſt liberalitas reſpectu
illi⁹, atq. ideo ſimplex. Ita creditũ vt ob cau-
ſam nõ ſimplex donatio ſit l. 1. ibi gl. in ver
bo. ſequuta ff. de donatio. l. donatio. C. de
donatio. vbi gl. declarat, in verba ſuſpẽſa. in-
quiẽs donationẽ, quæ nõ reſpicit fauorẽ do-
nantis, minimè naturã ſimplicis mutare do-
nationis, quæ opinio ab omnibus indiferen-
ter recipitur Faber in §. ſunt præterea vbi
Iaſſ. num. 9. inſtitu. de actio. Angel. conſ. 124.
num. 5. Deci. in auth. ex teſtamento num. 2.
C. de collatio. Diaz de Luco. regula 210. Ri-
pa in l. ſi vnquam C. de reuocan. donatio.
quæſt. 13. num. 26. vbi Tiraquel. verbo, do-
natione num. 124. 142. 195. Deci. in authen.
ex teſtamento num. 2. de collatio. Co. Cra-
uet. conſ. 85. num. 2. conſ. 36. nu. 2. conſ. 301.
num. 10. Boeri. conſ. 64. num. 21. lib. 1. Ri-
minal. in principio inſtit. de donatio. nu. 61.
& in §. 1. num. 483. 485. & conſ. 9. num. 39.
lib. 1. Caro. Moline. in quæſt. donationis fa-
ctæ in contractu matrimonij num. 9. 18. 85.
Baeça tracta. de non melioran. cap. 12. nu.
37. Becci. conſ. 20. num. 7. qui alios multos
præter ſupra citatos adducit.

Secundo quoniam fraus, dolus, & circun-
uentio, qua vxor, & illius parentes, qui am-
pliorem dotem dederunt, aut viro nobilio-
rem vxorem, ratione huiuſmodi pacti vel
donationis, ceſſat, quam quidem fraudem
maximè noſtri conſiderarunt, quoad effectũ,
vt nequeat reuocari ex dictis ſupra amplia-
tione prima.

Tertio quia conſuetudo hæc, qua huiuſ-
modi pacta roborantur, cum ſit aduerſus iu-
ris diſpoſitionem ad ea, quæ dixi in princi-
pio quæſtionis, debet reſtringi in quantum
poteſt: omnes in l. ſi vero §. de viro ff. ſolu.
matrimo. & in l. præcipimus cum ſimilibus
C. de donatio.

Quarto, quia cum ſapiat pactum hoc na-
turam vltimæ voluntatis, ad dicta ſuperius
in principio quæſtionis, facile ad illi⁹ regre-
ditur naturã, ex his quæ hac quæſtione poſt
principium.

Quinto quia ceſſat etiam fauor liberorũ,
ad quem itidem animaduertunt interpretes
noſtri vt ſuperius dixi: & poſt hęc ſcripta ſic
video tenuiſſe Pelaez tract. de maio. Hiſpa.
1. par. quęſt. 39. nu. 10. licet nõ his motus ra-
tionibus, & fundamentis, loquens in ſpecie
maioratus.

52 Declaratur † ſecundo regula vt non pro-
cedat vbi pater dediſſet filio hæreditatem
contemplatione matrimonij cum certa mu-
liere contracturo, & poſt factam donationẽ
noluiſſet mulier contrahere, nam poſſet eo
tunc pater reuocare donationem, tanquam
factam ob cauſam, qua ceſſante illius quoque
53 effectus ceſſare debeat: quia † promiſsionis
cauſa ceſſante, & promiſsio ceſſat l. 1. §. fina.
cum l. ſequen. ff. de excuſa. tuto. l. etiã ſi pa-
tris delega. 1. cum ſimilibus fuſe Tiraquel.
de cauſa promiſsionis ceſſante, in tracta. ceſ-
ſan. cauſ. par. 1. nu. 217. qui multos: & in ter-
minis maioratus inſtituti per patrẽ filio cõ-
templatione matrimonij, docet Telli. Ferdi.
in d. l. 17. nu. 76. quem ſequitur Molin. tract.
de Hiſpano. primog. lib. 4. ca. 2. nu. 2. verſic.
ſed etſi melioratio: Et probat in eodẽ caſu
Tellium Pelaez d. tracta. de maio. Hiſpa. 1.
par. quæſt. 22. nu. 34. licet eum non referat.
Bae. tracta. de non melioran. cap. 21. nu. 14.
& ſequen. Barboſ. in l. ſi cum dotem nu. 52.
ff. ſolut. matrimo.

Contrariam ſententiã veriorem eſſe in eo-
dem caſu maioratus ſcripſere Pala. Rub. in
d. l. 17. nu. 45. Gomez. Ari. n. 28. Ciſuen. n. 5.
Loazes in l. filiusfamilias §. diui nu. 34. de-
lega. 1. Deci. conſ. 35. nu. 3. Et ante ipſos be-
nè eruditus Segu. in l. vnũ ex familia ſi fundũ
num. 127. ad mediũ de lega. 2. & ante Segu.
Alex. in l. ſi cum dotem §. nota. ſolu. matri-
mo. Iaſſ. in l. ſi extraneus n. 16. ff. de con. cau.
data. & in l. frater à fratre 1. lectura vbi Co-
54 taſi. n. 61. de con. indebi. Mouentur † Segur.
& alij authoritate tex. in l. ſi extraneus §. fin.
ff. de cõdic. ob cau. vbi valet donatio à patre
filiæ facta contemplatione dotis licet non
ſequatur matrimonium, quem textũ ſingula-
rem ad id dixere Roma. Alex. & Iaſſ. in l. 2.
§. quod ſi in patris ff. ſolut. matrimo. idem
Alex. in d. l. ſi cum dotem illo rit. addit Segu.
hoc eſſe notãdum ad declarationem l. Pom-
ponius Phinadelphus ff. fami. herciſ. rationẽ
ſubdit ex Alex. & citatis authoribus, quoniã
55 † priuilegia competentia dotibus ſequuto
matrimonio, competunt etiã, eo nõ ſequuto
l. 3. §. fina. ff. de priuil. credito. Cęterum hæc
ratio Segu. quam is notandam, & celebrem
putat facilè euellitur; procedit enim in do-
te, quę filiabus debetur iuxta menſuram le-
gitimæ d. l. Pomponius Phinadelphus l. quo-
niam nouella C. de inofi. teſtam. cum ſimili-
bus. Interpretes in d. l. Pomponius Deci.
Pariſi. Nouel. & alij quos refert Bereta. cõſ.
139. nu. 18. 19. eſt enim loco legitimę l. 3. §.
ſed

ſed vtrum vbi gloſ.de minori.innumeros ci-
tat Tiraquel.in l.ſi vmquam verbo ſuſcepe-
rit liberos num.112.C. de reuoca. donatio.
Menoch.conſ.6.num.9.lib.1. at caſus noſter
diuerſus eſt in pacto ſeu donatione volunta-
ria legitimam excedente, quæ licet fauore
matrimonij, non tamen valere poteſt regu-
56 lariter; ideo † nō omnia pacta matrimonia-
lia fauorabilia ſunt ſed quæ ad iuris metas
regulantur Carol. Moline. in diſputa. de
57 pact.fact.in con.matri.num.9.Vnde † quod
vulgo dicitur donationem inter patrem, &
filium, vel filiam ex cauſis dotis valere, in-
telligēdum de ea,quæ legitimam pertingit,
aut parum plus,nō exceſsiua,qualis hæc.Be-
reta. ſupra niſi fuiſſet conſuetudine, vel ſta-
tuto roborata, nam in priori caſu vt docto-
res animaduertunt potius dicitur pater de-
bitum ſoluere naturę, quam libere donare
l. qui liberos de Ritu Nuptia. reſoluit Me-
noch. lib. 3. præſumptio. præſumptio. 29.
num. 75. 76. Reſpondetur ſecundo textum
in d.l.ſi extraneus non affirmare quod pater
donauerit,vt conſiderat Menoch. d.præſum.
29.num.79.
58 Secundo † iuuari eadē Seguræ opinio po-
teſt tex.in l.1.in verbis, *ſi per te non ſtat, quo
minus voluntati defuncti pareas.Sed per eum,
cui nubere iuſſus es quominus id quod tibi re-
lictum eſt conſequaris non oberit.* C. de his,
quę ſub mod.& ſimilis in l.1.C.de inſtitu. &
ſubſtitu.nam generale eſt nō eſſe quidquam
culpæ alicuius imputandum, ſi per eum non
ſteterit quominus id fiat, l.iure ciuili de re-
gu.iur.vbi Deci.fusè,& Cagno. l. in iure ci-
uili ff.de conditio.& demonſt. Tiraquel.tra-
ctat.de retract.§.15.glo.2. nu.7. ſed & huic
rationi reſpondetur,in d.iuribus conſiderari
perſonas tantum eorum,per quos non ſtetit,
quoad effectum vt relicta conſequi poſsint,
in noſtra ſpecie conſideratur per donantem,
vel paciſcentem, non tantum perſona dona-
tarij, ſed & illius vxoris,& filiorum.
59 Adducitur † etiam pro eadem opinione
tex.in l.2.in §.fina.de priuile.credito.& tex.
in l.ſi ſponſo dotem ff. de iur. doti. quibus
iuribus probatur aperte priuilegia doti con-
ceſſa intelligi etiā non ſequuto matrimonio;
His autem reſpōdetur in citatis iuribus agi
de muliere,quæ indotata remanebat,nec po
terat alteri nubere ex deffectu dotis; in no-
ſtra ſpecie hæc conſideratio ceſſat, nō enim
remaneret indotatus filius,cui pater etſi tam
ingentem donationem non faciat, aliquam
tamen vſque ad legitimam ſaltim poſsit, &
debeat.l.qui liberos de Ritu Nuptia.ſuade-
deturque opinio tex.in l.promittendo ff. de
iur.doti.l.qui ſe debere l. ſi donaturus ff. de
condic.ob cau.& alia ſimilia, quæ adiungit
Tiraquel.tract.de retract.conſan.§.2.glo.1.
num. 54.confert etiam tex.in l. Titio cen-
tum §. Titio genero de condit. & demonſt.
quo aperte probatur, bona dotalia non dici
niſi ſequatur dos.

Neque prætermittenda eſt inſignis con-
ſultatio Caſtren.conſ.346.col.2.lib.1.quem
refert Menoch. infra citandus; is d. conſil.
ad intellectum d. l. Pomponius Phinadel-
phus egregie ſcripſit, etſi in terminis dotis
à patre filię donatæ, donationem tunc de-
mum in ſuperiori caſu effectum ſortiri,quā-
do pater genero dedit cauſa dotis, vt illa
ſoluto matrimonio actionem habeat, dupli-
cem ſpecialitatis rationem adfert. prima,
quia in alijs actio patri quæritur, & locum
non habet quando pater donauit filiæ do-
tem antequam nubat, vt ipſa in dotem det
viro ſibi à patre donata, quia eo in caſu non
adquiritur filię: hanc rationem ex eodem
text. l. Pomponius probari dicit in ver-
bis, *& redditus eorum genero ſolui:* Inde
ait ille, *ſi gener; ergo fuit contractum ma-
trimonium:* Altera ratio, quia ſi permiſſa
ante matrimonium donatio foret, facilè
fraus fieret legi, fingendo dotis, vel dona-
tionis propter nuptias cauſam, argum. l.
cum ij. §.ſi cum lis de tranſact. vnde hac ex-
trema ducti ratione Socin. iunior. conſi.44.
num.5.lib.1. & Menoch. d.prçſumptio. 29.
num.83. exiſtimarunt, quod ſi pater filię vi-
duæ donauit nondum ſequutis nuptijs, do-
nationem non valere propter fraudis ſuſpi-
tionem: Etſi Menoch. illic plurimum in hac
60 quæſtione iudicis arbitrio tribuat. Quare †
ſuperioribus perpenſis in opinionem Moli.
& Tellij libenter conſcendo, in quam in for-
tioribus terminis inclinat Menoch. d. præ-
ſump.nu.79.Eo magis quia vt ſuperius ani-
maduerti, cum ſola conſuetudine aduerſus
iuris diſpoſitionem hoc pactum ſuſtineatur,
facilè infringitur argu.l.eius militis §.mili-
tia miſſus ff.de militia teſtam. ſed & viden-
da,quę infra quæſtio.43. Idem quod in hoc
cenſendum vbi mulier cuius occaſione factū
fuit pactum, vel donatio, poſtquam ſemel
recuſauit, vellet de nouo contrahere, & fi-
lius nollet, quia militat ratio eadem in hoc
caſu, quę in ſuperiori, ſcilicet reſpectus ad
perſonam vxoris, & filiorum, ſic in propria
ſpecie docet Pelaez d.q.22.num.34. in fine;
61 licet alia moueatur ratione, *quia † inquit
vltima mora nocet filio l. ſi ſeruus §. ſequitur
& §. de illo de verbo. obliga.* mouetur etiam
authoritate Cyn.d.l.1.C.de inſtitu.de cuius
veritate Iaſ.ibi.num.8.
62 Declara † tertio regulam, & communem
ſententiam egregie in pacto, vel donatione,
quæ reſpicit matrimonium futurum, vel in-

Digitized by Google

ſtans iam,ſecus ſi præteritum,nam poſſet re-
uocari, nec conſuetudine noſtra roboraretur
ex tex.in ſimili in cap.quamuis pactũ,in ver-
bis:*dum nuptui tradebatur*,de pact. in 6. c. 1.
in verbis:*tempore ſponſaliorum*,de fillijs naris
ex matrimo.ad morga.con.l.Diul.in verbis:
pactis,quæ tempore matrimonij. C.de natura.
liber.& noſtra Regia conſtitutio ſatis apertè
id idem innuit cum prohibeat diminutionẽ,
& alium quemcunq.actum,per quem *donatio
facta contemplatione matrimonij infringere-
tur,aut tolleretur*:quæ verba manifeſtè ad fu-
turas nuptias referuntur, ſic pulchrè ſcripſit
Telli.Ferdi.in l.22.Taur.num.17.quem ſe-
quutus eſt Matien.in l.6.gloſ.5.titu.6.lib.5.
ordinatio.num.1.& 2.Beren.Ferdin.in cap.
1.de filijs nar. ex matrimo. ad morga. con-
tract.in prelud.cap.6.num.9. ad finem citat
Berenga.traditionem Barto.in l.obligamur
ff.de actio.& obliga. & Panormit.in cap.pe-
nul.de raptor. quos ait docere non cogi pa-
trem dotare filiam iam nuptam, quia ceſſat
63 neceſsitas dotandi : fœde † loquitur Beren-
gar. & malè Barto. & Panormita. traditio-
64 nem expendit; quinimo † tenetur pater fi-
liam, quam nuptui tradidit, etſi non illi do-
tem promiſſerit,dotare poſtea glo.commu-
ter recepta in d. l. obligamur §. lege Bald.
Imo. Roma.Alexan.Iaſſon.& Rip.qui com-
munem in l. 1. num. 55. ff. ſolut. matrimo.
eandem dixit receptam Iaſſon.in l. ſi dona-
turus §. ſi quis indebitam. num.5. ff.de con-
dic.cau.dat.& in §.fuerat.num.97. de actio.
Padill.in authen.res quæ num. 72. C. com-
mu. de lega. Cordu. in l. ſi quis à liberis §.
65 ſed ſi filius. num.2.de libe. agnoſ. Rectius †
itaque aliam adiungere rationem potuiſſet,
quia vbi pater in teſtamẽto centum filię pro
dote legaret,ſi viuens illam pro quinquagin-
ta nuptui tradat, mortuo patre nequit fi-
lia reſidua quinquaginta petere, quia cauſa
relicti ceſſat, conſequenter relictum. egre-
gia eſt doctrina Bartol.in l. Lucius 1. ad fi-
nem delega. 2. nouiſsimè Surd. tractat. de
alimen. titu. 9. quæſt.8. num.10. quam quę-
ſtionem relinquit indeciſam Cancer. lib. 1.
reſolutio. cap. 9. num.63. Vera itaque ra-
tio,etſi à nullo, tradita hæc eſt;quia cum cõ-
ſuetudo hæc fauore matrimonij ſit inducta;
vt filij, vel filiæ aptius, & melius matrimo-
nio copulentur,vt ditioribus, aut nobilio-
ribus nubant, & hæc ratio ceſſet facto iam
matrimonio,conſuetudo hæc,quæ iuri com-
muni repugnat, nequit pactum,vel donatio-
nem validare. Addit Matien. vbi ſupra ex
66 Tellio, quod † promiſsio, vel pactum non
extingueretur ex actu inualido; exemplum
ambo conſtituunt vbi fieret maioratus filio
contemplatione matrimonij, & pacto ma-
trimonio impedimentnm reperitur, quod in
cauſæ eſſet vt matrimonium perfici nequi-
ret : exiſtimant illi cogi patrem in maiora-
tus conſtiturlone filio facta perſiſtere, velu-
ti cum filius cum conſanguinea contrahit ſub
conditione,ſi Papa diſpenſauerit; nam cum
nouus poſt diſpenſationem conſenſus requi-
ratur vt illic docent,& ipſe lib.2.differentia.
67 2.num.37. promiſsio † paterna ex actu nul-
lo infringi non poteſt, quia de valido ma-
trimonio intellexiſſe credendum argu. l. 4.
§. condemnatum de re. iudica. ex tex. in ſi-
mili quæſtione caſus noſtri in l.filiæ meę. de
conditio.& demonſtratio.vbi ex actu inuali-
do non conſumitur conditio, nec ius quod
ad eum actum refertur, cum latè congeſtis
per Tiraquel. in l. boues §. hoc ſermone li-
miratio. ff.de verb.ſignifi. Telli.ſupra nu.18.
68 Matien. num.3. ſed † ipſe non video quali-
ter Telli.& Matien.opinio poſsit ſuſtineri,
nam vel pater, qui maioratum contempla-
tione matrimonij filio fecit, eum cum con-
ſanguinea ſub conditione; ſi Papa diſpenſa-
uerit;in matrimonio collocauit, & tunc nul-
lam continet caſus dubitationem. aut neſ-
ciuit impedimentum,& eo caſu cum intuitu,
& contemplatione certę perſonæ, illius ſci-
licet cum qua contracturus erat, niſi ad fuiſ-
ſet impedimentum factus ſit maioratus,ceſ-
ſante cauſa,ceſſare debet effectus;ad ea quæ
dixi per aliquas rationes ſupra in declara-
tione ſecunda, & multo magis id militaret,
vbi matrimonium omnino fieri non poſſet,
vel quia Papa nollet diſpẽſare, vel ob aliam
cauſam,tunc certè pater non cogeretur etiã
in eadem voluntate perſiſtere, quia cum(vt
millies dixi)& omnes animaduertunt,pacta
hęc noſtra, & ſimiles maioratus inſtitutio-
nes vim obtinent extremi Iudicij, ideo fa-
cilè reuocantur, niſi vbi expręſsim reuocari
non poſſe cautum eſt.
69 Neque † obſtat rexr. in d. l. filię meę &
Tiraquel. traditio in d. §. hoc ſermone li-
mita.1. quia in diuerſis terminis loquuntur,
vbi actus non fuit factus contemplatione
certæ perſonæ, cum qua contrahi matrimo-
nium debebar ex voluntate dotantis,vt hic;
tum nec loquuntur vbi actus aduerſus iuris
diſpoſitionem conſtitueretur ex aliqua cau-
ſa, vel ratione, vt hic contemplatione ma-
trimonij, & illius fauore propter conſue-
70 tudinem : Rurſus † in hoc actu tacita in eſt
conditio ſi matrimonium ſequatur, quem-
admodum in nuptijs loquitur text. in l.item
quia ff. de pact. l. ſanccimus C. de nupti.
l. qui hæredi. ad finem de conditio. & de-
monſtratio. l. iubemus §. penultim. C. ad
71 Trebelli. Quare † & in ſimili huic quæſtio-
ne de eo, qui maioratum inſtituit contem-
platione

Digitized by Google

platione matrimonij cum certa, & particulari muliere cõtracturi, ſi interim moriatur, reſoluit, & rectè Pelaez tract. de maio. Hiſpa. 1. par. quæſt. 22. nu. 35. poſſe patrem maioratũ reuocare, & benè ille; *Aut, inquit, fuit ſub modo, vel ſub conditione factus, ſi ſub modo irreuocabilis inquit eſt, per caſum in perſonā illius contingentem, cũ qua modus debuit adimpleri l. ſi l itio. vbi Iaſſ. & omnes delega. 1. ſi ſub conditione ſecus, ex citatis nunc iuribus, & tex. in l. 1. de regu. Cato. & l. hac venditio de condi. emp.*

72 Extremo, † & ſi apud iuris interpretes nõ modica contentio ſit, an donatio facta contemplatione matrimonij importet cauſam, impulſiuā, vel finalem, nam multi impulſiuā crediderunt quales Deci. cõſ. 239. n. 2. Cravet. qui alios conſ. 114. n. 7. Natt. conſ. 609. n. 6. verius tamen mihi videtur cũ alijs, non impulſiuā eſſe cauſam; ſed finalē, nam fauor matrimonij id ſatis indicat, docent Cin. Alberi. Salice. in l. generaliter C. de Epiſco. & Cleri. Neuizan. cõſ. 45. n. 27. Becci. fusè diſputans cõſ. 20. à n. 1. vſq. ad finē. In hoc autē Principatu non id quærendũ eſt, quia ſemper huiuſmodi pacta de hæreditādo, vel donationes ſunt vniuerſales intuitu matrimonij contrahendi, quæ non aliter fierent: vnde ceſſante cauſa finali, & illius effectus ceſſat.

73 Quarto † declaratur regula, vbi pater dediſſet hæreditatē filio contemplatione matrimonij, adiectis pactis, vel conditionibus, quib⁹ filius, vel filia parere teneretur, quoniā nõ adimplendo cõditiones poſſet pater pactũ reuocare ex ratione tex. in l. quoties C.

74 de donatio. quæ ſub mod. Et † qui nõ ſeruat promiſſa priuādus eſt commodo eidem ſub conditione relicto. l. ſi quis ſepulchrũ §. prætor ait verſic. Niſi quid, de religi. & ſump. fune. l. fin. & authē. hoc amplius C. de fideiuſ. glo. & cęteri in l. penul. C. delegat. Generale

75 † enim eſt, quod vocat⁹ ſub cõditione ſiquid quā fecerit, vel præſtiterit, ſub cõtraria conditione excluſus cēſetur l. ſi poſt mortē §. fin. delega. 1. l. ſi legatũ pure de adim. lega. l. ſi aliquādo de conditio. & demonſtra. Bart. in l. 2. §. fina. ff. de donatio. Iaſſ. in l. qui filiabus n. 25. delega. 1. & in terminis donationis cõ ſuluit Bertrau. conſ. 333. li. 3. poſt Alberi. & Salice. in l. generaliter C. de reuocan. donatio. Pelaez trac. de maiora. Hiſpa. 1. part. q.

76 22. n. 36. vbi † egregie addit, quod licet iuramentũ fuiſſet appoſitũ, poſſet pater nihilominus reuocare, quia cenſetur iuratũ ſub eadem conditione ſi adimpleantur promiſſa l. cum proponas C. de pact. l. qui fidē vbi omnes C. de tranſactio. cap. peruenit. de iure iuran. cap. 3. eod. tit, cũ alijs ab eodem coacertatis ibidem.

Et ſine dubio procedit declaratio vbi expræſſe conuentũ fuiſſet de reuocādo in euētum, in quem non ſeruarētur promiſſa, quod ſæpè fieri ſolet: quia cũ fuerit hoc acceptatũ ſub dicta cõditione reuocationis, qualitas illius ſemper viget l. cõtra iuris §. finali cum ſequent. ff. de pact. & in terminis maioratus declarat Auenda. in l. 44. glo. 19. n. 1. Pelaez tracta. de maiora. Hiſpa. 2. part. q. 26. à n. 1.

77 Quinto † declaratur, niſi poſtpactum de hereditando, aut donationē vniuerſalem, vel maioris partis factam à patre filio contēplatione matrimonij ſuperueniſſent alij filij ex eodem, vel altero matrimonio donanti; in qua ſpecie aliqui exiſtimauerint nõ reuocari, alij vero contrariũ: ita vt varietas confu-

78 ſionē pariat. Et † rectè dixit Caual. deciſ. 34. n. 8. 1. par. quem ad id citaui lib. 1. de veter. enucle. iur. dicipli. collapſ. teſti. nu. 38. hodie magis laborandũ in intelligendis diſtinctè, ob varietatem authorum, opinionibus, quam in legum ſenſibus, & earum interpretationibus: quare vt explicite articulus hic quotidianus intelligatur abſque aliqua hæſitatione, tres caſus præcipuos conſiderandos fore ſtatuo.

79 Primus, † cum donat contrahens matrimonium puellę futuræ vxori, & dotē ei conſtituit: in hoc caſu regula eſt, donationem nõ reuocari ex diſpoſitione l. ſi vnquam C. de reuo. donatio. quæ ceſſat cum donator de liberis cogitauit: ſic reſpondit Signor. conſil. 69. Socin. Cornel. & alij quorum communem eſſe dixit opinionem Tiraquel. in l. ſi vnquam. in præfatione num. 69. & ſequent. & alibi in locis ad quos idem ipſe ſe retulit ibi; præcipuè vero, in ea lege verbo donatione largitus num. 244. hanc eandem opinionem dixit receptam Clar. in §. donatio. queſt. 22. num. 2. quamquam de ipſa videatur dubitare.

80 Mouentur † vt dixi, quia diſpoſitio d. l. ceſſat quando donator de liberis cogitauit, verum in nullo caſu, quem de liberis cogitare magis præſumitur, quam cum quis in ipſo contractu matrimonij donat, quia pręcipuè matrimoniũ ad liberos procreādos cõtrahitur l. 1. cũ alijs ff. ſolut. matri. & tenet Rāchi. in additionib⁹ ad Guid. Pap. deciſ. 145. in fi.

81 Secundus † caſus eſt, cum donat extraneus dotem puellæ nubenti, vel alicui viro donationem contemplatione matrimonij; communis opinio eſt reuocari donationem, quia non ſic in hoc caſu de liberis cogitaſſe videtur donans, ſicut in ſuperiori: ita authoritate Alex. conſ. 71. lib. 4. & aliorum quos refert, ſequitur multis comprobans Tiraquel. in d. l. ſi vnquam in verbo donatione largitus nu. 240. cum ſequen.

82 Tertius caſus † eſt qui ad inſtitutum quæ-
ſtionis noſtrę pertinet; quando pater conté-
platione matrimonij donet filio bona ſua,
vel maiorem partem, & poſt filios ſuſcepit,
vel ex eodem, aut ex alio matrimonio; & in
hoc caſu exiſtimauit Ripa. in d. l. ſi vnquam
47. quæſtio. reuocari donationem nedū quo
ad legitimam, ſed & integre pro virilibus
portionibus filiorum qui poſt nati fuerunt;
quia inquit veriſsimile eſt quod ſi pater de
filijs naſcituris cogitaſſet; eorum portiones
filio non dediſſet etiam præſumitur patrem
in dubio velle ęqualitatem inter liberos ſer-
uare l. illud C. de collatio. l. fina. C. commu.
vtrius. indi. & licet Tiraquel. in citato nunc
loco dixerit, ſe apud alium nullum vidiſſe
opinionem, quam apud Ripam dicto loco ex
Hiſpanicis tamen plures eandem tennere.
Grego. Lop. in l. 5. tit. 8. par. 5, Diaz de Lu-
co. regu. 213. limita. 4. & alij quidam ab his
relati. Contraria tamen opinio & verior, &
receptior eſt, vt ſolum reuocetur quoad le-
gitimam. Corn. Bertran. Socin. iunio. & alij
relati per Clar. in §. donatio. quæſt. 22. nu. 3.
vbi addentes, & communem tuetur latè Di-
da. lib. 1. varia. reſolu. cap. 19. à nu. 1. Dida.
Caſtel. in l. 12. Taur. num. 24. Gomez lib. re-
ſolutio. 2. cap. 4. num. 11. Boeri. deciſ. 159.
num. 9. Ludoui. Molin. qui & quoſdam alios
adiungit, de Hiſpano. primoge. lib. 4. cap. 2.
nu. 81. verſ. His tamen non obſtantibus, Pe-
laez multis inutilibus permixtis, tractat. de
maiora. Hiſpa. 1. par. quæſt. 21. à nu. 1.
83 Verum † aduertendū quod in hac ſpecie
non fiet reuocatio in vim d. l. ſi vnquam, ſed
in vim text. in l. ſi totas C. de inofi. donatio.
vt rectè animaduertit Clar. vbi ſupra, & Ti-
raquel. in d. verbo, libertis nu. 75. ſic etiā in
ſuperius adductis caſib⁹, etſi ſubobſcure, ali-
qua aduerſus communes adferens vidi apud
Caro. Moli. in quibuſdā illius varijs cōmēta-
rijs nuper impræſsis quęſtio. de dona. in con.
matri. fact. iuſtè ab Inquiſitorib⁹, reprobatis.
84 Cæterum † cū reuocatio fit vſq. ad legiti-
mam portionē iuxta communē opinionem,
in computatione hic modus ſeruandus erit,
in quo grauiſſimos vidi dubitare iuris peri-
85 tos, Prius † igitur bona omnia in vnum coa-
cernanda ſunt, tam donata quam alia, ſi alia
reperiantur: quoniam bona donata dicuntur
86 æs voluntarium, & nō neceſſarium, ideo † nō
ſubducūtur in computatione legitimæ. Reſ-
ponderunt Socin. & Corne. quos citat & ſe-
quitur Roland. conſ. 65. num. 29. 30. lib. 1.
Crauet. conſ. 141. num. 5. & conſ. 165. nu. 4.
vbi ſcripſit opinionem hanc ſummam conti-
nere æquitatem; aliàs daretur occaſio frau-
dandi filios legitima per donationes, quę in
dies fiunt à parentibus: & probat expreſſim
tex. in authen. vnde ſi parens C. de inofi. te-
ſtam. vbi Caſtren. num. 1. Craſſ. in §. legitima
quæſt. 44. latiſsimè hunc articulum, & erudi-
te proſequitur Surd. conſ. 333. à nu. 14. li. 3.
pleriſq. in hanc adductis opinionem ab eo.
87 Iunctis † igitur bonis omnibus, iuxta nu-
merum filiorum fiet cōputatio legitimæ ad
vnumquemq. pertinentis, & erit ſemis, vel
triēs iuxta diſpoſitionem tex. in authen. no-
uiſsima C. de inofi. teſtam. in ſemiſſe ſi ſemis
ſit legitima, computabitur filius donatarius,
eodem modo, quo in vltimis voluntatibus
vbi filius hæres inſtituitur, iuxta tradita ab
omnib⁹ in d. authen. nouiſsima Hiero. Gab.
conſ. 11. num. 16. lib. 1. & in ſpecie Guiler.
Benedic. in quæſtio. de legiti. in extremis
verbis. vnde ſicut in vltimis voluntatibus fi-
lius hæres inſtitutus computatur in numero,
& ſuam accipit partem; ſic in donationibus
vniuerſalib⁹, quia donatarius vniuerſalis, vel
maioris partis bonorum æquiparatur hære-
di. Guid. Pap. deciſ. 105. latè Benedic. in ca.
Reynuntius in verbo cætera bona num. 46.
de teſt. Celſ. Hugo. conſ. 13. num. 22. alios
plures ſciens prætereo; & ita intelligenda, &
practicanda cōſtitutio huius Principatus ſub
tit. de donatio. in ordine.
88 Animaduertēdum † tamen ad ea, quæ ſu-
perius dixi, fieri reuocationem donatorū vſq.
ad legitimam, niſi tamen ſupereſſent alia bo-
na donatori præter donata, ex quibus legiti-
ma poſſet filijs natis expleri; eo in caſu non
fieret reuocatio vt Clar. Tiraquel. Crauet.
Roland. Surd. & relati dixerūt, & rectè; neq.
hoc dubitationem habet, niſi vt illi aiunt res
donatæ forent pretioſæ: ij videndi, quoniam
caſus extra inſtitutum eſt tractatus noſtri.
89 Similiter † vbi & vxor donationem feciſ-
ſet ſimul cum marito filio primogenito vel
illi⁹ filijs, ſi prædecederet maritus poſſet nō
obſtante pacto nubere iterum relicta filijs
ex priori matrimonio legitima, & de reli-
qua dote diſponere, quia marito præce-
dente nullum eſt huiuſmodi pactum tanquā
impeditiuum libertatis matrimonij l. 2. ff.
de pact. dotali. l. 3. C. de pact. conuen. &
l. 1. de do. prælega. ſic Cancer. lib. 1. reſo-
lutio. cap. 8. num. 88. qui neminem citat:
veram autem eſſe ex his iuribus traditio-
nem reſoluunt Bald. in d. l. 1. de do. præ-
lega. Caſtren. Alexan. Aretin. & Iaſſ. in l. 2.
ff. ſolut. matrimo. vbi Soci. in verſi. Secundo
limita. Nouell. tractat. de dot. 11. priuil. à
num. 1. Camp. tractat. de do. 4. part. quęſt. 2.
Boeri. deciſio. 208. à num. 1. & deciſ. 244.
in principio, idem Boeri. in conſue. Bituri-
cen. §. 1. verſic. Sed quæro Roland. à Vall.
tract. de lucro dot. quæſt. 1. num. 9. dicam la-
tius quæſtio. 55.

90 Sexto † declara regulam vt reuocari ne-
queat dum pactum, vel donatio in fauorem
primogeniti, vel aliorũ ex matrimonio pro-
creãdorũ ſit poſita in ipſo met cõtractu ma-
trimonij vel ſtatim poſt, vt matrimonij co-
hærentia veſtiri poſsit, & ſicut illud irreuo-
cabile eſt, ſic hoc ipſum quod illi adhęret, di-
xi ſupra declar.3. & q. 2. verſ. Quinto loco
adducitur & q.3. verſ. Extẽde regulã primo.
91 Septimo † declaratur, vt ita demũ hęc pa-
cta & ſimilia valeant irreuocabiliter, dũ ſiãt
fauore liberorum contrahentiũ matrimoniũ
& deſcẽdentiũ ab eis, quibus donans voluit
prouidere, votum & naturale deſideriũ inſe-
quendo naturæ, qua impellimur filijs, & deſ-
cendentibus prouidere, & acquirere, l. ſcrip-
to §. fin. vnde libe. l. 1. §. ius naturale de ius.
& iur. & paterna pietas ſæpius pro filijs Cõ-
ciliũ capit. l. nec in ea ff. ad l. Iuli. de adulte.
atq. ideo inter filios ſublatis iuris ſolemnijs
diſponit l. filij l. fina. C. fami. hercis. l. hac cõ-
ſultiſsima §. ex imperfecto cũ duabus authẽ.
ſequent. C. de inofi. teſta. hoc requiſitum ex-
pręſsim poſuit Faber in l. 1. C. ſi manci. ita
ven. & Beren. Ferna. in d. c. 1. de filijs natis
in prælud. c. 6. n. 10. verſ. Secunda circunſtã-
tia, neq. alium citat: ſed vere multi qui huic
cõſuetudini de qua agimus vim tribuũt ad-
uerſus iuris diſpoſitionẽ in eiſdem terminis
loquentur, vbi donatio vel pactũ reſpiceret
commodũ filiorũ illius mattimonij: ſic enim
Guid. Pap. deciſ. 267. in prin. vbi Rãchi. Ti-
raq. trac. de primog. q. 6. & in indiuiduo præ-
ſuponunt plures, quos lõga ſerie coaceruaui
92 in q. 2. in princi. Ratio † eſt, quia ſublato cõ-
modo deſcendentiũ; ſcilicet vt magis homi-
nes ad nuptias, & liberos procreãdos inuitẽ-
tur, quod fiet facilè vbi ſciuerint filios ex il-
lo matrimonio ſucceſſuros, vt dixit elegãter
Bal. in cap. 1. §. filij ſi de feu. fuer. contro. Eo
magis quia parentes de liberis cogitãt ex eo
matrimonio naſcituris, cũ ſecundã vir duce-
re vxorẽ poſſet, & ſæpè ignominioſã, vilẽ, &
infamẽ ex qua etiã liberos poſſet procreare:
vnde & intereſt maximè nedum parentũ, ſed
eorundem etiã coniugium pacta ſeruari, vt
ex Roma. & Feli. in ſimili Bereng. ſcribit d.
c. 6. n. 2. ad finem: ita fier, vt ſi filij ex eo ma-
trimonio vocati non forent, minime pactũ,
aut donatio poſſet ſuſtineri l. licet inter pri-
uatas C. de pact. nec ſi factum fuiſſet in ipſo
cõtractu matrimonij l. pactum quod dotali
C. de pact. l. pactum quod dotali C. de colla-
tio. l. fin. C. dẽ pact. idq. per belle probat tex.
in l. Diui Conſtantini, in verbis, *aut vna cum
fratribus ſuis poſtea ex eiſdem parentibus for-
te progenitis C. de natura. liber.* Accedat his,
quod cum conſuetudo hæc vt millies dixi, ſit
aduerſum ius cõmune ideo permittenda nõ
eſt niſi eo caſu, & fauore illius quo inuenta
eſt, l. quod vero contra de legi. l. ſi vero §. de
viro cum ſimi. ſolu. matri. Vnde Bereng. hac
adſtante cõſuetudine exiſtimat d. loco pactũ
hoc nõ valere niſi fiat in cõmodũ liberorum,
& deſcendentium ex eo matrimonio, & in-
correcta remanere iura communia, poſſeq.
parentes reuocare voluntatem, & alijs bona
donare, vel tradere.
93 Mihi † autẽ Bereng. opinio nõ admodum
placet, nã ſufficit ſi donatio fiat filio, vel filiæ
cõtemplatione illius matrimonij licet libe-
ri expræſsim nõ fuerint vocati. Neq. cõſue-
tudo, quia hæc pacta ſuſtinẽtur niſi cauſam fi-
nalẽ cõſiderauit, nuptiarũ, & matrimonij ꝙ
factũ fuiſſet niſi pactũ, vel donatio interce-
ſiſſet in ipſo contractu matrimonij, vt quia
dos maior conſtituebatur, aut nobilior viro
vxor, quã is eſſet, daretur; & ſic verè intelle-
xere innumeri, quos recenſui ſupra declara-
tio. 1. verſ. Declara nunc regulã; quibus addo
in terminis Meno. conſ. 92. lib. 1. n. 55. verſi.
Secũdo reſpõdeo iũctis his quæ aurea n. 53.
& toto cõſili. ſic etiã intellexit Auẽd. cũ mul
tis ab eo citatis in l. 44. gl. 16. à n. 1. vſq. ad 8.
94 Et † licet pactũ futuræ ſucceſsionis impro-
batũ ſit, ſimiliter huiuſmodi donationes, tũ
ex cauſa matrimonij, etſi de liberis nihil fue
rit dictũ ſuſtinẽtur inter patrẽ & filiũ aduer-
ſus iuris regulas l. Pomponius Philadelphus
ff. fami. herciſ. vnde facilè cõſuetudo ex hac
ſola cauſa vt magis homines ad nuptias inui
tentur, potuit hoc ipſum inducere, & in hoc
regno ſic paſsim recipitur licet de liberis ni-
95 hil fuerit dictũ. Rurſus cũ † & ob fauorẽ ma-
trimonij & ob fauorẽ etiã filiorũ cõſuetudo
hæc pacta roborauerit, ceſſante vna ratione
nõ ceſſat altera, cõſequẽter nec diſpoſitio §.
affinitatis inſtit. de nupti. l. ſi nõ lex Æliaſen-
tia ff. de hæred. inſtitue. vbi Bar. Bal. & Imo.
cũ multis cõgeſtis ad idẽ, per Tiraq. trac. ceſ-
ſante cau. limi. 22. n. 1. & in noſtris terminis
Pelaez trac. de maio. Hiſpa. 1. par. q. 39. n. 8.
Negari tamen nequit quin etſi pactum hoc
irreuocabile ſit, conſultius tamẽ facturos pa-
rentes ſi de liberis illius matrimonij hære-
ditandis vno, vel pluribus expræſsim paciſ-
cantur; quod facilè cõtingere poſsit præmo-
ti vxorem, filios virum ex alia ſuſcipere, &
priores filios odio *nouercalibus (vt lex ait)
de lineamentis habere* quos ſæpe exhæredãt,
vt alios inſtituant l. 4. ff. de inofi. teſtam.
96 Declara † octauo, vt pactum hoc heredi-
tandi irreuocabile ſit, dum fiat ſcriptura, &
id in ſcriptis redigatur authentico documẽ-
to. Nam licet de iure non requiratur ſcrip-
tura niſi in certis caſibus, quos proſequitur
glo. in l. contrahitur de pignor. & in ca. 1. de
cenſi. in 6. cũ non ſit de ſubſtantia regulari-

ter d. l. cōtrahitur l.pactū quod bonafide C.
de pac.l.cum res C.de probatio. quia tamē
per ſcripturā animus magis deliberatus,ma-
ior quoq. affectio oſtēditur, ſcriptura requi-
ritur: Rurſus cum de graui negocio agatur,
& ſæpius in his pactis multa ſoleant inſeri
capita,cōuentiones,onera,& ſubſtitutiones,
vix eſt vt memoria niſi confecta ſcriptura te-
neri poſsint.hac enim ratione in cenſib⁹ &
in emphiteoſi ſcriptura requiritur l.1. C.de
iur.emphi.glo.in ca.1.de cenſi.in 6.ad quam
etiam rationem animaduertit Moli. trac.de
97 Hiſpa.primog.lib.2.cap.8.nu.1.his † ratio-
nibus & alijs quibuſdam leuiſsimis Berēga.
in d.ca.6.credit in hoc pacto ſcripturam re-
quiri.Cæterum illius non probo ſententiam
niſi conſuetudine inductū fuiſſet vt ſcriptura
exigeretur,aut lex municipalis id vellet; nā
98 † cum conſuetudo hæc recipiat interpræta-
tionē á iure, & de iure communi regulariter
niſi in caſibus expræſsis non requiratur, quia
ſolum ad memoriam cōſeruādā & alſaciliо-
rem fiat probationem d.l.contrahitur in l.
cōtractus C.de fid. inſtrum. merito ad huius
pacti validitatem non requiritur, quemad-
modum & in conſtitutione maioratus huic
pacto admodum ſimili reſoluit Molin. in d.
99 ca.8.num.1.& 2. Et † in terminis quęſtionis
noſtrę ex traditione Pau.Caſtren.Boeri.de-
ciſio. 171. num. 17. ſcriptum reliquit valere
donationē filio naſcituro fauore matrimonij
factam in epiſtola,& priuata ſcriptura:quem
refert & ſequitur Pelaez tractat. de maiora.
Hiſpano.1.par.quæſt.55.nu.3.vbi & hanc in
maioratibus probat opinionem: & eandem
in maioratibus in quibus vocationes, onera,
& ſubſtitutiones ſolēt inſeri, tenuere Dida.
Caſtel.in l.22. Taut. verbo.ſcriptura publi-
ca Pala.Rub.n.4.Anto.Gomez.n.28. Telli.
Ferdina.nu.4. Matien.in l.6.titu.6.glo.2.á
nu.1.& 2.Dida.Couar.in ca. quamuis pactū
in tertia part. in initio n.2.de pact.in 6.Tu-
tius tamen eſt vt ſcriptura cōficiatur ad om-
nes fraudes ſubmouendas.

100 Nono † declaratur ex eiuſdem Berenga-
rij ſententia in d.ca.6.nu.12. verſic. Quinta
circunſtantia,vt pactū valeat de hæreditan-
do,dū hæc hęreditas filio, vel illius deſcen-
dentibus non deferatur niſi poſt mortē,quia
viuens hæredem habere nequit l.1.ff.de hę-
red.vel actio.vendi.l.1.ff.pro hærede.

101 Requiſitum † hoc ſuperfluum videtur, nā
aut pater,qui hęreditatem filio dedit,totam
in ipſum contulit nihil reſeruando, & tunc
inutilis eſt donatio d.l. ſtipulatio hoc modo
concepta,cum alijs adductis quæſt.2. decla-
ratione 1.& ſecūda: Aut ſibi reſeruauit quod
ad vitā ſufficit,& teſtandū, & tunc valet pa-
ctū,quia hæredē poſt habere in reliquis pōt:

102 In hoc † regno ſic vulgo receptū eſt, vt pa-
ctū de hæreditando ſimplex,ſolā donationē
omniū bonorū non etiā futurorū importet,
authore Socarra.in ca.ſi vaſſallus nu. 6. & in
c.babito n.33.in cōmu.Pet.Alberi. Marqui.
in vſa.de intella.q.20.atq.idē eſt de iure cō-
muni iuxta cōmunē ſententiā de qua teſtatur
Clar.in §.donatio q.19.n.5.quos refert Cā-
103 cer.li.reſolu.1.ca.8.nu.87. Pręterea in † hac
prouintia hæreditamētū iuxta communē, &
vulgarē loquendi vſum capitur pro donatio-
ne,ſic in omnib⁹ ferè capitulis matrimonia-
libus parentes filijs cū vxores ducunt & do-
nant caſtra,villas,prædia vel alia,vtūtur hoc
loquendi modo, dicentes *hæreditamus filiū
noſtrum de toto illo caſtro, villa, prædijs &c.*
qui vſus loquēdi aduerſus vim verborū attē-
dendus eſt l. librorū §. quod tamen Caſsius
de lega.3.latiſsimè Molin.multis ab eo cita-
tis de Hiſpano.primog.lib.1.cap.4.nu.36.

104 Cęterū † an pactū hoc,quod mera donatio
eſt, inſinuatione egeat,Berenga.d.ca.nu.fin.
exiſtimat ex legibus Galliæ requiri; cæterū
quoad ius cōmune pertinet non indiget ea,
nec de iure noſtro Cathaloniæ vt conſtat ex
cōſtitutio.vni.ſub tit.de donatio.Iure cōmu
ni id receptiſsimū eſt quoniā donatio hęc fit
cōtēplatione matrimonij,& illius,& libero-
105 rū ex eo procreādorū cauſa vt ſępius dixi: †
vnde ſuccedit regula iuris donationes, quæ
ob cauſam fiūt ſimplices non fore l. hoc iure
§.fi.ff.de donatio.qui tex.ſumme ad hoc inſ-
titutū á Doctoribus cōmēdatur; donationes
106 † autē quę ob cauſam fiūt inſinuatione nō in-
digēt l.Aquilius regulus ibi glo.in verbo nō
merā vbi Bar.n.3.ff.de donatio.Bal.in l.il-
lud n.8.de ſacroſan. Eccle. & qui multos re-
ceptā affirmans Clar.in §.donatio q.17.Ga-
bri.in cōmuni.tit.de donatio.conclu.1.n.62.
Moli.qui alios de Hiſpa.primog.li.2. ca.8.
n.16.& in terminis donationis factæ in capi-
tulis matrimonialib⁹ Cance. in ſuis reſoluti.
li.1.c.8.n.3.qui Guid.& aliquos citat,ſed lo-
quuntur in donatione ob cauſam, nō in ter-
minis proprijs huius donationis, quę fit in
capitulis matrimonialib⁹ ſed in eiſdē termi-
nis expreſsim Tiraq.in l.ſi vnquā in verbo
donatione largitus n.109. C.de reuocan.do
natio.& tract.de iur.primog.q.6.n.5.in fine
Beret.egregie conſ.129.n.24.25.& in eiſdē
terminis Gabr.conſ.158.n.4.li.2.Tiber.De-
cia.conſ.31.nu.160.Berenga.in d.c.6.n.13.
qui nullum ex ſuperioribus citat: & in ea-
dem facti ſpecie Menochi. conſ. 261. lib.3.
vbi in ſingulari caſu conſuluit. Roland.conſ.
107 44.num.10.lib.4. Et † in terminis maiora-
tus,pacto de quo agimus nō diſsimili.Ludo.
de Molin.de Hiſpa.primog.li.2. ca.8.n.15.
& 16.vnde inaduertenter Auendan. in l.44.
glo.15.

gło.16.nu.6.ſcripſit ex aliquorum opinione, donationẽ hãc vti ſimplicẽ inſinuatione egere:quoniã Paris.& alij ab eo relati nõ loquũtur in donatione facta filio cõtẽplatione matrimonij,ſed in ſimplici nulla adiecta cauſa.

Eo magis quia cũ pactũ hoc ſapiat naturã vltimæ voluntatis, dixi hac quæſtio.in principio.ideo nec inſinuatio exigitur l.fin.C.de donatio.cau.mor.Gabr.d.cõclu.n.70. Moli. d.c.8.nu.21.22.Et poſt hæc ſcripta quod donatio facta cõtẽplatione matrimonij non ſit inſinuãda tenet eruditiſsimus Pereg. tracta. de fidei.arti.51.n.66.67.conſ.66. n.31.li.1.

SVMMARIVM.

1 *Pactum de donando, vel hæreditando in capitulis matrimonialibus contractũ, in quibus caſibus poteſt reuocari, quæ ſolẽnitas requiratur.*

2 *Mutatio voluntatis non præſumitur.*

3 *Mutationem voluntatis allegans, probare eam tenetur.*

4 *Mutatio voluntatis accidens dicitur, & ideo non præſumitur.*

5 *Mutatio voluntatis ſiue in contractibus, ſiue in vltimis voluntatibus, non præſumitur.*

6 *Mutatio voluntatis neq. ex cauſa ingratitudinis præſumitur.*

7 *Mutatio voluntatis non præſumitur etiam ex actu contrario.*

8 *Voluntatis reuocatio duplex eſt expreſſa & tacita.*

9 *Donatio facta in capitulis matrimonialibus filio primogenito cũ ſcriptura & teſtibus, eadem ſolemnitate debet reuocari.*

10 *Solemnitas eadẽ requiritur in reuocatione actus, quæ in illius conſtitutione.*

11 *Teſtamentum imperfectum inter liberos, reuocat primum ſolemne.*

12 *Teſtamentum ſecundum non ſolemne de iure communi, ſi valet iure ſpeciali, reuocat primum ſolemne de iure communi.*

13 *Teſtamentum ſecundum nõ ſolemne de iure communi ſi valet iure ſpeciali reuocat primum ſolemne de iure communi etſi in eo inſtituti fuiſſent liberi.*

14 *Teſtamentũ quinq. teſtibus conditũ valet, deſcendentes ab inteſtato fuerint inſtituti.*

15 *Teſtamentũ primũ ſolemne cũ ſeptem teſtib. reuocatur, cũ teſtator vocatis quinq. teſtib. dixerit ſe nolle primũ teſtamentũ valere.*

16 *Solemnitas quæ eſt de ſubſtantia actus, requiritur in illius reuocatione, alias minime.*

17 *Pechij traditio reprobatur.*

18 *Donatio, vel hæreditamentũ filio factũ in capitulis matrimonialibus, licet poſſit reuocari quo ad eum, tamen quo ad illius filios & deſcendentes vocatos minime, & quomodo id intelligatur.*

19 *Donatio cauſa mortis, tacitè reuocatur propter alienationem rei donatæ,*

20 *Donatio filio facta reuocata cenſetur vbi reuocari poteſt, alienatione rei donatæ.*

21 *Donatio, vel hæreditamẽtũ reuocatũ cenſetur vbi alteri filio eadem res donatæ fuerunt.*

22 *Reuocatio actus præſumitur etiam ex actu inutili poſtea ſubſequuto.*

23 *Maioratus vel melioratio nulliter facta maioratum primum tacitè reuocant.*

24 *Voluntas etiam ex actu nullo declaratur.*

25 *Donatio vel hæreditamẽtũ filio factũ vbi reuocari poteſt, ingratitudine ſubſequuta reuocatur.*

QVÆSTIO VII.

PACTVM DE HAEREDITANDO, vel donando in capitulis matrimonialibus contractum, in quibus caſibus poteſt reuocari, quæ in reuocatione ſolemnitas requiratur.

1 QVarto † opportunã adnectam
quæſtionẽ ſi vel quod ita cõuẽtũ ſit vt liceat reuocare hereditamentũ, aut donationem, vel quia aliter non teneat quæ ſo-
2 lemnitas in reuocatione neceſſaria erit. Et †
quidẽ pro regula ſtatuendũ, in dubio reuocationẽ ſicut nec mutationẽ voluntatis nõ præſumi; quemadmodũ in donatione ſcripſit IurisCõſultus in l.cũ hic ſtatus §.pænitentiã ff. de donatio. int. vir. & vxo. confert tex. in l.ſi inter virũ, vbi Soci.nu.3. de rebus dubi. Roman.ſingul.593.l.fideicõmiſſum C.de fidei. Alex.cõſ.169.nu.4. li.5. cõſ.168.nu.5.lib.6.
3 Et ideo † dicẽti mutatã voluntatẽ incum-
bit onus probandi l.cũ qui ff.de probatio. l. quinquaginta. l.ſi tacitũ eod.tit. l.in confirmãdo ff.de cõfir.tuto. l.lucius titius §. lucius titius de lega.2. l.ſi fideicõmiſſum C. de fideicommiſ. ſic ſenſit Alexan. & Socin. cum eo, dictis in locis Menoch. lib. præſu.1.præſu. 9.nu.11.& lib.2.preſump.36.nu.2. & præſu. 50.nu.3.eod.lib.præſump.134.nu.29.lib.3. latè lib.6.preſump.38. à nu.1. vſq.ad finem & lib.4.preſump.165. num.1. cum ſequent.
4 Eam † citati interprætes rationem reddide-
runt, quoniã mutatio accidẽs eſt, & ideo non præſumitur niſi probetur l.1. §. qui pro rei qualitate ff. qui ſatisdare cogantur; vbi gloſ. idem Menoch.conſ.1.num.121.lib.1.
5 Siue loquamur † in contractibus, ſiue in vl-
timis voluntatibus regula recipitur; in vtroque enim caſu eadem ratio vindicat, vt ex Barto. Decio, & alijs ſcripſit idem Menoch. lib.preſump.3.preſump.134.num.19. Alcia. tract.de præſump.regu.2. præſump.16.n.1. Maſcard. qui multos tract.de probatio.con.

6 1416.num.1.& ſequent. Atque ✝ adeo reci-
pitur traditio vti vera, quod nec ex cauſa in-
gratitudinis ſuperueniēte mutatio hæc præ-
ſumatur Bald.in l.1.C.de reuocan. donatio.
Caro. Moline. ad conſuetu. Pariſien. §. 30.
num.106.quē ſequitur & refert Pelaez tract.
de maiora.Hiſpano.1.part.queſt.43.num.1.
7 ad medium. Quinimo ✝ non præſumitur mu
tatio ex actu contrario aduerſus expræſſam
voluntatem geſto. Deci.in l.pacta nouiſsima
num.10. C. de pact. Crauet. tracta. de anti-
quita.tempo. 1.par. 1.partis principalis nu.
115. Menoch.d.præſump.73. num.48.lib.6.
8 Ceterum ✝ cum duo ſint reuocationis pro-
priæ voluntatis genera, expræſſa, & tacita,
ſingulas breuiter & ſuccinte percurrā, quas
ad inſtitutum tractatus noſtri pertinere vi-
derim.
9 Sciendum ✝ igitur quod ſi pater vel alius,
qui in capitulis matrimonialibus ſimile hæ-
reditamentum, aut donationem filio nuben-
ti fecerit, eam publica ſcriptura promiſerit,
& cum teſtibus, tenetur quando ei licet reuo
care, ſimilem ſuperiori ſolemnitatem adhi-
10 bere: quia † generale eſt in omni actu, eam
requiri ſolemnitatem in reuocatione, quam
in illius creatione adhibuit antea reuocans.
argu. l.nihil tam naturale de regu. iur. regu.
omnia regu. iur. in 6. cap.1. de reg.iur. ex l.
prout quisq. ff.de ſolutio. Et quot teſtes re-
quiruntur in teſtamento, totidem in illius
reuocatione. gloſ. communiter recepta in l.
cum proponeretur de lega.2. Deci.in d.l.ni-
hil num.10. Marſi.in rubr.de probatio. num.
345. latiſsimè qui multos Tiraquel.in legi.
connubia.gloſ.5.in verbo contracter nu.12.
Pelaez.tracta.de maio. Hiſpano.1.par.queſ.
43. num. 2. qui his ſimilia quædam adfert
pulchrè Pechi.tracta.de teſtam. coniu.lib.3.
cap.20.num.1.2.& 3. Crauet.conſ.23.n.14.
Auendan.in l.44.Taur.gloſ.6.nu.3.4. quam
11 quam ✝ hoc perpetuum non ſit, nam imper-
fectum teſtamentum inter liberos reuocat
primum etſi ſolemne Barto. in l.ſi ex duob.
§.ſi prius ff.de bono.poſſeſ.con. tabu. Caſ-
tren.in authen.hoc inter liberos num. 6. C.
de teſtam. Alexan.in l.hac conſultiſsima, §.
ex imperfecto num.11. C.de teſtam. Et idē
Caſtren.in l.1.num.2.ff.de iniuſ.teſt. regulā
12 prodidit generalem: Secundum ✝ teſtamen-
tum non ſolemne de iure communi, ſi valet
de iure ſpeciali, omnino reuocare primum
ſolemne de iure communi, ſic reſpōdit Ale-
xan.conſ.146.num.12. lib.2. Iaſſ.conſ.223.
lib.2.& qui alios Zunt.in reſpon. pro vxor.
13 num.596. Neque ✝ ſolum hæc traditio pro-
cedit vbi in primo heredes fuere inſtituti
extranei, & in ſecundo minus ſolemni liberi,
de quo nullus dubitat vt per eundem Zunt.
d.reſpon.num.705. cum ſequent. ſed & vbi
in primo ſolēni inſtituti fuiſſent liberi. Alex.
d.con.146.num.12.& in d.l. hac conſultiſsi-
ma §.ſi quis autem num.10. Crauet.cōſ.152.
num.12.& qui plures congeſsit Gabri.in cō-
mu.titu. de teſtam.concluſ.7. & alios Zunt.
in d.reſpon. num. 596. cum ſequent. multis
Mant.de coniectu.vltima.volunt. lib.6.titu.
2.num.17.
14 Ad hęc ✝ etſi teſtamentum cum teſtibus
quinq. conditum in quo venientes ab inte-
ſtato hęredes fuerunt inſtituti valeat, licet
teſtes ſeptem non fuerint adhibiti l. hac cō-
ſultiſsima §.ſi quis autem (qui dicitur vnicus
15 & ſingularis in iure) C. de teſtam. vbi † tamē
factum fuit prius ſolemne cum ſeptem teſ-
tibus, nedum reuocatur per hoc ſecundū ex-
preſſe, ſed etiam tacite, quoties poſt primū
ſolemne teſtator vocatis quinq. teſtibus di-
ceret ſe nolle primum teſtamentum valere,
quia vult decedere inteſtatus, valet enim re-
uocatio prioris etſi non cum eadem ſolem-
nitate, quia tacitè videntur per hęc verba in-
ſtituti venientes ab inteſtato l. ſi quis cum
teſtamentum l.conficiuntur, & vbiq. Barto.
de iur.Codi. Bal.in l.ſanccimus num. 2. Sa-
licet.num.3. Alexan.num.9. Corne.num.7.
Riminal.in fine C.de teſtam. Dida.in rubri.
de teſta.2.part.num.21. Cagno.in d.l.nihil
tam naturale num.4. fuſe Manti.de coniect.
vltima.volunta.lib.2.titu.15.num.18. Pariſ.
conſ.10.num.66.lib.2. Ruin.conſ.6.num.5.
lib.2. Socin.iuni.conſ.145.num.7.lib.2. Be-
nedic.in cap. Reynuntius verbo teſtamentū
16 primo.num.18.de teſta. ſed his ✝ prętermiſ-
ſis vt ad propoſitum accedamus, declaranda
traditio ſuperior eſt, vt eadē ſolemnitas re-
quiratur in reuocatione huius pacti vel do-
nationis, quæ in illi⁹ creatione adhibita fuit,
quando ſolemnitas erat de ſubſtantia, quia
lege, vel ſtatuto, aut conſuetudine require-
batur; cæterum ſi ex abundanti cautela, nulla
neceſsitate cogente, talis ſolemnitas nō re-
quiritur in reuocatione declarat Barto. in l.
hæredes palam §.ſi quid poſt de teſtam. De-
ci.in d.l.nihil tam naturale nu.5. Caro. Mo-
line.in conſue. Pariſien.§.6.gloſ.7.num.7.&
§.45.num.16.& in maioratus conſtituti re-
uocatione Pelaez tracta. de maio. Hiſpano.
1.par.quæſt.43.num.4.& 5.
17 Vnde ✝ ſuſpecta ſunt, quæ Pechius vir alio-
quin eruditus ſcribit tractat. de teſt. coniu.
lib.3.cap.20. ſupra citato; quod vbi ſtatuto,
vel conſuetudine mariti cōſenſus requiritur
in teſtamento vxoris conficiēdo, in illius re-
uocatione hanc neceſſariam nō eſſe: qui prę-
terquam quod leuiſsima mouetur ratione,
aperte aduerſus receptiſsimam ſuperiorem
cenſit opinionem; ad quā ſi animaduertiſſet
non

Digitized by Google

non id ſcripſiſſet. Vnde cum de iure huius
Principatus Cathaloniæ nulla requiratur ſo-
lemnitas, etſi pactum ſcriptura ſolemni, &
teſtibus in ea deſcriptis factum ſit, vbi locus
eſſet reuocationi ex aliqua cauſa, ſufficeret
quælibet voluntas dũ ea poſſet teſtibus pro-
18 bari. Cæterum † aduertendum nequiſquam
ſuperioribus decipiatur traditionibus, quod
ſi donatio contemplatione matrimonij facta
fuiſſet filio, illius filijs, & deſcendentibus, li-
cet quoad primum donatarium poſſet reuo-
cari, non tamen quo ad cęteros ſubſtitutos,
& vocatos, iuxta notata per doctores in l.
qui Romæ §. Flauius vbi Iaſſ. nu. 14. de ver-
bo. obliga. & in terminis donationis factæ
contemplatione matrimonij Tiber. Decia.
reſpon. 31. num. 67. dum ex defectu aliquo
ſolemnitatis nulla non eſſet: id ipſum Me-
nochi. docet in terminis donationis factæ in
capitulis matrimonialibus conſ. 370. num. 2.
& 3. lib. 4.
19 Sed & † tacite poſſet multis modis reuo-
cari, quorum tres, aut quatuor adferam præ-
cipuos pacto ſimiles noſtro: Primus vt do-
natio cauſa mortis, quæ ſimul cum pacto he-
reditandi vnam ferè continet naturam ex ſe
reuocabilem; veluti extremæ voluntati ſi-
milem, dixi latè quæſt. 2. poſt principium; vt
igitur mortis cauſa donatio tacitè reuocatur
alienatione rei donatæ l. cum hic ſtatus qui
quaſdam ff. de donatio. inter vir. & vxo. ſimi-
liter & legatum l. rem legatam de adimen.
vel tranſ. lega. l. ſcribit. §. item ſcribit de aur.
vel argen. lega. l. fideicommiſſa §. ſi rem de
lega. 3. à contrario ſenſu; dum ibi deciditur
alienationem niſi vrgente neceſſitate factã
non reuocare legatum Imola. Alexan. Iaſſ. &
poſteriores in l. ſeruum filij §. & idem ſeruus
de lega. 1. Socin. iuni. conſ. 162. num. 1. cum
latè coaceruatis per Menochi. tract. de præ-
ſumpt. præſumpt. 167. num. 6. cum ſequent.
20 lib. 4. & lib. 3. præſump. 23. nu. 7. & 12. ſic †
pactum, & donatio reuocata cenſebitur: ita
in terminis maioratus licet adhibitis qui-
buſdam diſtinctionib⁹ reſoluunt Telli. Fer-
dinan. in l. 17. Taur. num. 117. vbi Gregor.
Lop. & qui alios Pelaez tractat. de maiora.
Hiſpa. 1. part. quæſt. 43. num. 11. Auenda. in
l. 44. Taur. gloſ. 6. num. 7. & aliam quoque
adnectit diſtinctionem Menoch. d. præſum.
167. num. 9.
21 Secundo † cenſetur tacitè pactum reuoca-
tum, vbi alteri filio contemplatione matri-
monij eaſdem res dediſſet, licet prioris pa-
cti cum altero filio non meminiſſet gloſ. in
ſimili in l. ſeia. ff. de dona. cau. mor. l. cum hic
ſtatus §. qui quaſdam de dona. int. vir. & vxo.
cum non minus factis, quam verbis voluntas
oſtendatur l. Paulus ff. rem rat. habe. l. auia
C. de iur. delibe: Pelaez d. quæſt. nu. 6. vbi &
alia his ſimilia adnectit; Auenda. in d. glo. 6.
num. 5. Menoch. d. præſump. 33. num. 12. idẽ
Menoch. latius, qui exempla adfert de re-
22 cupe. poſſeſſi. reme. 15. nu. 118. Quinimo †
ex actu inutili & nullo poſtea ſubſequuto,
prius pactum reuocatum cenſeretur l. etſi
transferam ff. de adimen. lega. l. legatum §.
pater ortos eod. titu. l. cum quidam ff. de his
23 quibus vt indig. Quorum † iurium authori-
tate Pelaez d. quęſt. num. 6. ad medium exi-
ſtimauit, maioratũ vel meliorationem nullã
ſecundo factam in alterum filium incapacẽ,
vel aliàs ad ſuccedendum inhabilem primã
reuocare tacitè, & ante ipſum in eiſdem ter-
minis Peral. in l. qui teſtament. num. 5. de le-
ga. 2. Rod. Soar. in l. quoniam in prioribus
24 quęſt. 9. num. 2. C. de inoff. teſtam. Quoniã †
ex actu nullo licet & inutili, voluntas decla-
ratur l. fina. ff. de reb. eoru. citat & alios in
eandẽ ſententiam Pelaez vbi ſupra, & Auẽ-
da. in d. gloſ. 6. num. 4. & multo plures Me-
noch. de præſump. 167. num. 11. 12. qui ean-
dem probat opinionem multis relatis. Et li-
cet Pelaez d. quæſ. num. 8. dubitet ex l. ſi plu-
ribus de lega. 1. & alijs quas adduxit ratio-
nibus contrarijs, his tamẽ eo non relato ſa-
tisfacit Menoch. præſumptio. 173. num. 17.
lib. 4.
25 Tertio † cenſetur pactum reuocatum ta-
citè propter ingratitudinem, vel ſuperueniẽ-
tes inimicitias l. 3. §. non ſolum & l. ſequen.
de adim. lega. l. in ipſius C. fami. hercis. &
in donatione facta inter virum, & vxorem l.
cum hic ſtatus §. diuortium de dona. int. vir.
& vxor. egregie Lup. in repeti. rubri. de do-
nat. in. vir. §. 79. à num. 1. cum ſequent. Me-
noch. d. pręſumpt. 33. num. 9. & 18. & latiſſi-
mè lib. 4. pręſumpt. 173. à num. 1. vſque ad
finem.

Intellige vbi reuocationi eſt locus nam
propter ingratitudinem vbi valet hoc pa-
ctum nequit reuocari ex his, quę dixi quęſ. 3.
in ſecunda extentione. Alios autem caſus in
quibus tacita inducitur reuocatio ex citatis
hunc authoribus accipies.

SVMMARIVM.

1 *Promiſſio patris de donando vel hereditando filio in contractu matrimonij an patrẽ obliget vt id neceſſario faciat.*

2 *Promiſſio de faciendo diuerſa eſt à facti promiſſione.*

3 *Statuto ſtante quod de quolibet contractu ſoluatur gabella, ex ſola promiſſione non debetur.*

4 *Pactum de donando vel hereditando, regulariter à iure improbatur.*

Pactum

5 *Pactum promittens ad intereſſe tantum conueniri poteſt.*
6 *Acceptatio donationis requiritur.*
7 *Notarij ſtipulatione ius abſenti quæritur.*
8 *Donatio non acceptata reuocari poteſt.*
9 *Promiſsio donandi pœnitentia reuocatur.*
10 *Donans fundum Eccleſiæ poſt certum tempus, poteſt interim pœnitere.*
11 *Pactum de donando vel hæreditando, donationem in ſe continet.*
12 *Promittens ex ſola promiſsione efficaciter obligatur.*
13 *Dolus promittentis, ei cui promiſsio facta eſt, nocere non debet.*
14 *Promiſsio de donando vel hæreditando, veſtitur coherentia contractus matrimonij.*
15 *Contractus duo vbi eodem tempore celebrantur, coreſpectiui dicuntur.*
16 *Donatarius vbi ſe ad aliquid obligat poſt donationem, cenſetur id contemplatione præcedentis donationis facere.*
17 *Pater donationem vel hæreditamentum facere promittens, compelli poteſt vt id faciat.*
18 *Pater donationem vel hæreditamentum facere promittens, ſi interim moriatur, donatio pro perfecta habenda eſt.*
19 *Promiſsio de donando contemplatione matrimonij, veram continet obligationem.*
20 *Pactum de hæreditate viuentis adquirenda valet, dum is de cuius hæreditate agitur conſentiat.*
21 *Menochij traditio improbatur.*
22 *Filij meritis potius quam pactionibus ad paterna obſequia prouocandi ſunt.*
23 *Pactum de hæreditate viuentis valet, dum is qui conſentit vſque ad mortem perſeueret.*
24 *Menochij Doctrina reprehenditur.*
25 *Acceptatio tacita in donationibus ſufficit.*
26 *Stipulatio notarij pro abſente ſufficit.*
27 *Ratificatio actus, factis & verbis fit.*
28 *Acceptatio donationis vel hæreditamenti, an ſit neceſſaria in filijs filiorum.*
29 *Acceptatio primi donatarij in donationibus ſufficit.*
30 *Promiſsio de donando iuramento firmata efficaciter obligat.*
31 *Promiſsio de donando cum hypotheca bonorum vere obligat.*

QVÆSTIO. VIII.

PROMISSIO HAEREDITANDI, vel donandi facta à patre filio contemplatione matrimonij, an patrem obliget ac ſi vere promiſiſſet, & an cogi poſsit vt id faciat, quotidiana quæſtio agitur.

1 MEMINI me † lib. 1. comparatione ſecunda ſcripſiſſe in ea quæſtione an promittens matrimonium contrahere vt contrahat cũ effectu cogi poſſit nec ne: multa hinc inde adduxiſſe non iniucunda, quorum pleraq; in hoc quotidiano articulo à paucis extricato nunc iterum adferre neceſſe erit, vt exactiſsimam quotidianæ quæſtionis diſputationem pertingam: Pone igitur quod pater vel alius promiſit filio matrimonium contracturo hęreditamẽtum hoc vel donationem facere, inter vtrũque enim quoad hoc nullam conſtituunt noſtri differentiam vt dixi quæſtio. 2. in principio; contraxit filius, vel filia, & patrem vt ad impleat promiſsionem petũt, pater nequit, & ſe non teneri dicit, quia ſe facturum tantum promiſit, & aliud ſit facere, & aliud faciendum promittere, quæ promiſsio nullius effectus eſt; poſt hæc ſcripta quæſtionem hãc in eiſdem terminis agitat Cance. lib. 3. reſ. cap. 7. num. 124. igitur † non teneri patrem
2 hac promiſsione ex eo videtur; quod promiſsio vt modo dixi de faciendo diuerſa ſit à facti promiſsione gloſſ. in l. in bonæ fidei verbo conducturum ff. de eo quod cert. lo. l. ſi ſterilis §. penul. de actio. emp. atque ideo à ſeparatis illationem non fieri l. Papinianus exulſcum ſimilibus de mino. propterea ius diuerſum conſtituendum ſit, vt de hac promiſsione docuit Barto. & alij in l. ſi pecuniã de verbo. obliga. Dida. varia. reſolutio. lib. 3. cap. 4. num. 7. Pinel. in l. 2. C. de reſcinden. vendi. cap. 3. num. 29. Anchar. Rigien. quęſ. 39. nu. 1. lib. 1. Crauet. conſil. 76. n. 5. Cagno. in l. aliud nu. 2. de regu. iur. Burſa. conſi. 100. num. 1. li. 1. Rimi. iuni. conſi. 31. nu. 11. li. 1. Ioſeph. Ludo. in commu. concluſio. 72. numer. 1. & alios ad hoc inſtitutum recenſui d. comparat. 2. in principio: nouiſsime Theſau. deciſ. Pedemon. 233. à nu. 1. acerrime hanc tuetur ſententiam, & ſic pluries aſſerit iudicatum in eo Senatu Barzi. deci. Bononienſi III. Hinc & illic docui d. comparatione eũ, qui cũ aliqua matrimonium contrahere promiſit, aliud promiſiſſe ab eo, qui contraheret; quinimo nec per iuratam hanc de contrahẽdo promiſsioné matrimonium induci poſſe; etſi ſponſalia ſic. ca. iurauit vbi Imol. 2. nota. poſt Panormit. num. 1. ex. de iur. iur. ca. ex litteris ca. ſicut cum alijs ibi adductis ex. de ſponſali. Dida. & cæteri à me relati dicta comparatione. Et vt ex his iuribus interpretes notant, per hęc, etſi iurata ſponſalia matrimonium cum alia impediri non poteſt; vt poſt Imol. conſil. 46. alios adduxit Seraphi. tract. de virib. iurat. prim. 23. nu. 3.
3 Hinc etiam † illud ex promiſsione contrahendi,

trahendi,ſtante ſtatuto quod de quolibet cõtractu gabella ſoluatur,non debebitur ex ea Caſtren.& Iaſſ.in d. l.in bonę fidei, & aliud eſt fideiubere aliud de fideiubendo promittere l.eum qui ſtipulatus ſit ſtichum §. fina. de verbo. obliga. quemadmodum hæc & ſimilia multa illic coacernaui, quæ non repetam. Cæterum vt proprius ad quæſtionem accedam, idem in promiſsione de donando noſtri affirmant vt & illic docui, nam hęc nullum legitimum producit iuris effectum Imo.in l. in ædibus §.1.ff. de donatio. Salice.in l.ſi quis argentum §. fina. C. de donatio.Alexan.in l.iuris gentium num. 1. ff. de pact.cumulat alios Tiraquel.tract.de retrac. conuen.§.fina.nu.48. Menochi conſi. 92.nu. 1.& 2.lib. 1.& ipſe d. comparatione;quinimo ineficacem eſſe hanc de donando promiſsionem ſcripſit Galia. in rubr. de verb. obligatio.num.113.Boeri.qui & ſimiles caſus adiungit deciſione 3.num.8. Menoch. d. conſil.92.num.1.& 2.vbi in hoc ipſo caſu erudite conſuluit.

4 Secundo † partem patris non parum adiuuare videtur,quod pactum hoc, vel bonorum omnium donatio, qua hęreditas datur nullum ſit & à iure improbatum, cum pactis hæreditas nec dari, aut tribui poſsit l. hęreditas C.de pact.l. ſtipulatio hoc modo concepta de verbo.obliga. & alias rationes & interpræres adiungit Menochi.d.conſi.92.n. 7.vſque ad 12.& nos plures ſupra quęſtione ſecunda in verſi.hæc ſunt, quę magis vigent tertium adnectit Meno.argumẽtum d.conſi. num. 12. quod nec pacta & conuentiones etiam de quota hæreditatis fieri poſsint,vt ex multis ab eo relatis probat d. numero vſq. ad 14.& ipſe d.quęſt.2. in 2.declara. etiam ad fauorem matrimonij, vt ex alijs & Me-

5 nochi.eadem quæſ.2. tradidit. Magis † tuitionem patris adiuuare videtur, eũ ſua promiſsione factum promiſiſſe, conſequenter niſi ad intereſſe conueniri non poſſe l.ſi quis ab alio §.fina.de re iudi.l.ſi pœnam l. ſtipulationes non diuiduntur de verbo. obliga. quemadmodum in hac ſpecie ſcripſit Deci. in l.pactum quod dotali num.10.C.de pact. nam cum ad intereſſe conueniri poſsit,conſequenter ad factum compelli præciſe non poterit Alciat. ſequitur Grãma. deciſ. 105. in fine.

Quartam ſubiungit Menochi.rationem n. 23. ſingulas enim recenſere oportet quoniam maxime ad inſtitutum conferunt nedum propoſitę quæſtionis, ſed totius mate-

6 riæ huius tractatus) quia † inquit Ferrandus (*ſic enim vocabatur ille qui hãc receperat promiſsionem*) dum vixit ratam promiſsionem non habuit,neque acceptauit, neceſſaria autem erat acceptatio, nam nec donatio non acceptata donatario prodeſt l.abſenti ff.de donatio.l.nec ambigi C. de donatio. refert illic Meno. egregiã Pau.de Caſt. diſtinctionem in hoc caſu,qui conſil.197.lib.2.& conſil.172.tres caſus conſiderat. Primus eſt cum donatur abſenti nemine pro eo ſtipulante, tunc neceſſaria eſt acceptatio: Secũdus cum extraneus abſentis nomine ſtipulatur, & tũc abſenti ius quęritur,ſi ratum habet & extra-

7 neus illi actionem cedit: † Tertius cum notarius nomine abſentis ſtipulatur, tunc abſenti ſola ratihabitione ius quæritur: hanc Caſtren. traditionem ſequuti ſunt Rolan. & alij ab eo relati conſi.19. numer.10. libr.1. Tiraq.de iur.conſti.part. 3.limi. 30.nu. 10. & niſi ſtipulatione ius non aliter quæri ſal-

8 tim naſcituris,dixi queſt. 2. declara.4. † ſed & acceptationem neceſſariam eſſe conſtar, quia ante ipſam reuocari ad nutum poteſt ſeclusa,ita enim intelligendum eſt, notarij ſtipulatione Dida.in rubri.de teſtam.3. par. num.13.Bertran.conſil. 290.num. 1.libr.1. Natt.con.645.nu.10. Curti.iuni. conſi.120. nu.1.Burg.de Paz conſi.14.nu. 20.qui alios refert & longe plures illius filius Didac. de Paz lib. 1.queſt.Ciuil.quæſt.10.a num. 1.Ioſeph.Lud.deciſ. Peruſi. 29.a num.1. Molin. qui multos de Hiſpan.primoge. li.4. cap.2. num.73.74. Cance. lib.reſolu. 1.cap.8. nu. 2.vbi ex Ludo.de Pegue. deciſ. crimin.48. num. 11.ſimul cum illo atteſtantur, in hoc Principatu Cathaloniæ dum adſit notarij ſtipulatio non requiri abſentis acceptationem, cui ius quæſitum fuit etiam ignoranti irreuocabiliter. Et de iure hæc eſt magis cõmunis opinio vt dicam infra in reſponſione ad 4. rationem. Sed & requiritur etiam acceptatio in maioratus conſtitutione vt multi ex ſupra ſcriptis rationibus tradiderunt Hiſpani interpretes Pelaez tract. de maio. Hiſpa.1.part.quæſt.36.a num.1. Auen. in l. 44.gloſ.9.num. fin.Molin. tract.de Hiſpan. primo.li.4.cap.2.nu.58.cum ſequent.

9 Vltimum † Menochij argumentum eſt, quod donantem in caſu illo pœnituit ſuæ donationis;& promiſsio intelligenda eſt dũ promiſſor in eadem voluntate perſeueret; ſic nũc in propoſita quæſtione,vt liceat pœnitere ex l.1. C.ſi man.ita fue.aliena. Et ex

10 † Barto.traditione in l.qui Romæ §.Flauius Hermes de verbo.obliga.vbi docuit, eũ qui donauit fundum eccleſię poſt certum tempus,poſſe interim pœnitere, & donationem reuocare,addit Menochi. doctrinã Fabri. in l.fina.C.de pact. vbi ſenſuit in terminis noſtræ quæſtionis, pactum quod fit in contractu matrimonij vt primogenitus ex eo ſuccedat in re aliqua, intelligendum donec paciſcentes

ciſcentes in eadem voluntate perſeuerent;
citat Capel. Toloſa. deciſ. 454. & Alciat reſpon. 135. num. 4. ſed ipſe alios longe multos
retuli quæſt. 2. in verſi. quinimo nec fauore
piæ cauſæ; vt ibidem ſcripſi.
11 His rationibus † videtur patrem ſic paſciſcentem compelli non poſſe. Contraria
tamen verior eſt: Primo (vt etiam pro hac opinione aduertit Menochi. d. conſi. nu. 27.)
pactum, & conuentio. de donando donationem continet ita vt compelli poſsit promittens donare. Azo. Odofre. Barto. Bal. Angel. Fab. & alij quos refert & ſequitur Rip.
li. reſpõſo. 3. cap. 12. num. 2. vbi communem
aſſerit; Socin. ſeni. conſil. 102. libr. 3. Alciat
reſpon. 117. num. 12. & hos refert Petra. tracta. de fidei. quæſ. 8. num. 136. Meno. ſupra.
12 Adde † quod promittens ex ſola ipſa promiſsione obligatus remanet, neque alia vlla
noua obligatio neceſſaria eſt Roma. ſingu.
186. Socin. & Iaſſ. in d. §. ſeruum tuum afflic.
deciſ. 61. cum alijs plerifque à me memoratis d. compara. 2. verſi ex ſola enim obligãdi promiſsione: addo nunc Auenda. in l. 44.
Taur. gloſ. 5. nu. 2. qui multos refert. Pelaez
tract. de maio. Hiſpa. 1. pat. quæſt. 65. a nu. 1.
Dida. Caſtel. in gloſ. fin. lib. 6. tit. 6. lib. 5. Pala. Rub. num. 21. in l. 22. Tau. vbi Arias. nu.
21. Matien. in d. l. 6. gloſſ. 7. a num. 1. Telli.
Ferdinan. in d. l. 22. nu. 15. Atque ideo ſcripſi
d. loco ex multis, eum qui cum aliqua contrahere matrimonium promiſit, cogi poſſe vt
promiſsionem adimpleat, quos longa ſerie
recenſui.
13 Secundo † pro hac parte Menochi. d. conſil. nu. 30. (cæteras enim rationes illius caſus,
quæ noſtræ non conueniunt quęſtioni pretermitto) conſiderat dolum & fraudem promittẽtis, qui niſi adimpleret promiſsionem
ingenue mulierem, & illius parẽtes falleret,
ij enim niſi hac ducti ſpe ſimilem vxorem filio non dediſſent: citat. Fab. & Aufred. in d.
deciſio. Toloſa. ipſe & alia multa egregia
propter eandem doli & fraudis notam ſubmouendam congeſsi in hoc eodem caſu ſupra, quęſt. 3. verſi. Extende regulam. Primo,
14 quæ non repeto. † Tertio Meno. agit, quia
cum in hac ſpecie ſit contractus quidam veluti correſpectiuus, etſi pactum nudum foret
quod non obligat l. iuris gentium §. ſed cum
nulla cum ſimilibus ff. de pact. cohęrentia tamen alterius, illiusque implemento robur
accipit; vnde cum vxor, & illius parentes traditione mulieris ex parte ſua adimpleuerint, ſequitur & illum, qui ſic promiſsit obligatum remanere l. in bonæfidei vbi Deci. n.
2. C. de pac. & generale eſſe in omnibus correſpectiuis contractibus affirmant Iaſſ. in d.
l. iuris gentium ſed cum nulla num. 7. Corn.
conſil. 284. nu. 2. lib. 4. Neuiſan. conſ. 45. nu.
36. hæc Meno. cuius probat argumentationem text. in l. naturalis §. etſi quidem vbi
Meneſ. fuſe ff. præſ. verb. l. ex placito C. de
rei permuta. Beren. in l. pacta conuenta 9.
par. gloſ. cap. 2. a nu. 1. de con. emp. omnes
in l. petens C. de pactis poſt gloſam ibi, vbi
Rimi. Deci. Purpu. num. 44. & ſequen. Curt.
iuni. & neoterici. Matien. in l. 2. tit. 16. gloſ.
2. num. 1. lib. 5. ordinatio. Et res ſine contro-
15 uerſia eſt, fore † autem hunc contractũ correſpectiuum manifeſtum ſit, quia vbi duo eodem tempore contractus celebrantur, correſpectiui præſumuntur citat Meno. Deci. in
l. petens nu. 3. C. de pact. Corn. conſi. 284. n.
16 1. 2. li. 4. Socin. Seni. conſ. 273. † vbi is cum
Fulgoſio quem citat docuit, quod vbi donatarius poſt donationem ſe ad aliquid obligat, id feciſſe præſumitur gratia; & contemplatione præcedentis donationis. Addo eũdem Meno. Latiſsime diſerentem li. 6. præſump. præſ. 12. a num. 1.
71 Vltimo † accedit quod cum filia a parentibus non aliter nuptui tradita fuiſſet niſi
contemplatione huius donationis, conſtat etiã quod ſi mulier nubere noluiſſet vel coacta
fuiſſet, aut parẽtes donationem reuocaſſent
tanquam non impleto modo l. 1. C. de dona. quę ſub mod. vt ęqualitas ſeruetur in omnibus, cogi donantem poſſe vt pareat promiſsis: Hæc Menochij argumenta, quibus
vno tantum verbo reſpondetur: pactum hoc
de iure communi invalidum pænitus eſſe,
niſi conſuetudine roborętur, ad ea, quæ ex
communi reſolui in quæſtio. 2. verſic. Hęc
ſunt cęterum quia ego conſuetudinem prætermitto recte caſui quęſtionis noſtræ adiungi
poſſunt, aliter Menochium aduerſus iuris receptiſsimas traditiones conſuluiſſe video.
Vt igitur ad inſtitutum caſus accedam, verius eſt patrem promittentẽ compelli poſſe
vt donationem vel pactum opere adimpleat
quia promiſsio ſit neceſſario adimplenda; &
præter ſuperiora confert maxime quod huiuſmodi promiſsio facta eſt contemplatione
matrimonij, ad cuius fauorem maxime noſtri animaduertunt l. Pomponius Phinadelphus ff. fami. herciſ. & in ſpecie multis quos
retuli quęſ. 2. verſi. Secundo declaratur.
18 Extende † communem hanc traditionem
notanter, vt ſi pater facere donationem vel
pactum promiſsit intra certum tempus, ſi id
non fecerit, nedum cedente die ſine alia obligatione compelli poteſt, quia vere debet
ex ſententia Alexan. Soci. Iaſſo. & Purpu. n.
15. in d. l. cum fundus §. ſeruum tuũ de leb.
cred. quam aſſerit receptam Afflic. in d. deciſio. 61. Rub. conſil. 29. col. 2. Tiraquel. de
retract. lib. 2. ad finem nu. 26. Gramma. deciſio.

ciſio.103.num.187.Dida.Couar.in c.quam-
uis pactum in initio 3.part. num.3. de pact.
in 6.cum alijs multis quos refert Matien. in
d.gloſ.7. num.2. ſed etiam decedente inte-
rim patre ante factam donationem, eo ipſo
pro perfecta habenda eſt,& illius morte cō-
firmata:ſic ex citatis authoribus aperte col-
ligitur,& in ſpecie maioratus ob cauſam ma
trimonij oneroſam ex legib' vlterioris Hiſ-
paniæ docent interpretes,tum & ex iure cō-
muni Tellus, Dida.Caſtel.Pala.Rub.Arias.
Matien.Auenda.à me ſupra citati.Et Pelaez
tract.de maio.Hiſpano.1.par.quæſt.66.n.14
& ſequent.
19 Neq. † nunc citatæ ſupra in contrarium
rationes oberint quas ſigillatim confutabi-
mus. Non prior quod pactum de donando
diuerſum ſit à donatione, proinde nulla ex
eo obligatio ſit orta; nam promiſsio de do-
nando in propoſita ſpecie maximè intuitu
matrimonij veram continet obligationem,
quam dixit communem Socin. ſenior. conſ.
102.col.3.lib.3.Ripa.lib.reſpon.3. reſpon.
12.num.12. Alciat. conſ.117.num.12. Me-
noch.d.conſ.num.27.& 66.Alban.conſ.4.&
ſic iudicatum refert Ioſeph.Ludo.concluſio.
com.72.de qua memini d.comparatio.2.
Neq.obſtat duriſsima Theſau.deciſ.233.
nam etſi ille communem aſſerat,contrariam
ex citatis à me & Menoch.authoribus, verū
non videtur:Ad hæc Theſau.non loquitur in
promiſsione,quę ſit contemplatione matri-
monij tantopere priuilegiata, ſed in pro-
miſsione vendendi, in qua fraus & deceptio
tam ingens vt hic;non poteſt conſiderari.
Tertio reſpondetur in noſtro caſu fuiſſe
ſequutum ad implementum ex parte mulie-
ris,& illius parentum ſua traditione, in illo
caſu minime,vt dixi ſupra in ſimili verſ.Ter
tio Menochius.
20 Non † obſtat ſecunda ratio, nam pactum
de hæreditate in alium transferenda,licet ſit
nullum & ineficax etiam ſi non de vniuerſa
hæreditate ſed quota illius ageretur, multi
tamen contrariū tenuerunt,quos in d.quæſt.
2.recenſui; cæterum in propoſita quæſtione
contemplatione matrimonij ſtante conſue-
tudine ſimilia pacta roborante, nullus dubi-
tat, vel ſaltim pauci ex his, quæ eadem illa
quæſtione 2.multorū authoritate ſcripſi de-
21 clara.2.& 3. nam † reſpōſio Menoch.d.cōſ.
num.43.44.ſuſtineri de iure ſublata conſue-
tudine non poteſt, ſcilicet valere pactum de
ſuccedendo in hæreditate vbi per viam con-
tractus id ſit, nam nec citati ab eo interpre-
tes in hoc caſu loquuntur ſed in alio, pacto
ſcilicet reciproco & viciſcitudinario de ſuc-
cedendo vnum alteri propter nimiam in-
certitudinem dixi fuſe d.quęſt.2.verſ.Quar-
to adducitur pro hac ſententia:Quinimo nec
in hac ſpecie tale pactum valere refert com-
munem Graſſus. in §. ſucceſsio ab inteſtato
quæſt.9.num.9.& deciſio.Pedemon.Cache-
ran.100.num.22.
Rurſus neque facit ſatis reſponſio altera
Menochij num.45.exiſtimantis valere pactū
de hæreditate viuentis acquirenda, dum is
de cuius agitur hereditate conſentiat.Magis
multo aberrat Menoch. ibi num.45.46.47.
qui dicere auſus eſt (ò quam periculoſa con-
ſulentium merces,qui ſæpius pecuniæ auidi-
tate ducti ſupra modum à veritate declināt)
pactum hoc de hæreditate viuentis conſen-
tiente eo de cuius agitur hæreditate valere;
nullus enim hucvſq;hoc dixit,cum ſit in ter-
minis contrarium deciſum in d.l. ſtipulatio.
quotquot ſunt omnes,qui de propoſita agūt
quęſtione,de patre loquuntur ſic paciſcente,
& donante filio, vel filijs contemplatione
matrimonij; ſic præſuponunt illius volunta-
tem quoniam ea ſublata nullam continet ca-
ſus dubitationem, & non valere affirmāt ex
multis rationibus, quas in dictis iuribus no-
ſtri recenſentur, & dixi remiſsiuè quatuor
adſerri quæſtio.2.in verſic. Quinimo nec fa-
uore piæ cauſæ.Et Graſſ. d. quæſt.9. num.1.
harum potiſsimæ duæ; quia inducit votum
captandæ mortis donanti, tum quia & illi
aufert liberam de rebus ſuis diſponendi fa-
cultatem:vnde rectè voluerunt nec illius cō-
ſenſum vel volūtatem in his quidquam poſ-
ſe operari. Neque citati eo loci interpretes
per Menoch.quales Crauet.conſ.52.num.1.
Cæphal.conſ.146.lib.1. num.5. Curt.Ruin.
& alij loquuntur in terminis, in quibus eos
citat Menoch.ſolum enim diſputant, an pa-
ctum inter fratres factum de hęreditate pa-
tris certo modo diuidenda valeat nec ne &
putant illi valere,dum ſciat pater,& conſen-
tiat:ſed & illa opinio, valere de hæreditate
tertij eo ſciente aduerſus communem eſt,nā
contraria frequenter recipitur: vt atteſtatur
Graſſ. in d.quæſt.9.num.5. & Mencha.ab eo
relatus Berenga.in ca.1.de filijs nat.in præ-
lud.cap.4. num.8. quamquam illic num.12.
ſcripſerit valere pactum ſuper tertij hæredi-
tate, ideſt non illius cum quo contrahitur,
ſed alterius,ſi is conſenſerit, modò is vſque
ad mortem in eadem voluntate perſeuera-
uerit,& idem dixit ante nu.5.in fine. Eandē
opinionem refert communem Theſau. de-
ciſio.325.num.8.& 9. qui ibi ex Hotoma. in
d.l.pactum quod dotali C.de pact.elegantē
prodidit rationē pręter alias, quia filij me-
22 ritis † potius quam pactionibus ad paterna
obſequia prouocandi ſunt l. ſi quando §. 1.
23 C.de inoſſ.teſtam. Et † ſimul cum Graſ. &
alijs fatetur quod ſi pater vſq.ad mortem in
ea

Digitized by Google

ea voluntate perſeueret, valet in vim extre-
mi iudicij,dixi latè quæſt.3. ab illius princi-
pio vſque ad verſi. Contrariam ſententiam,
quo loci & Hiſpanicos plures retuli inter-
pretes.

Nec obſtat tertia ratio in contrarium ad-
ducta, quoniam ſupponimus nos ſæpius,pa-
ctum hoc vel donationem non eſſe omnium
bonorum præſentium & futurorum,ſed cum
pacto reſeruatam fuiſſe alijs filijs legitimã
& aliquid ad teſtandum,ſcripſi quæſt.2.ver-
24 ſic.Subdeclarant quidam cum ſequenr. ✝ Nã
Menochij ad argumentũ hoc reſponſio vera
non eſt;qui dicto conſi. num. 48.in peiorem
ſuperioribus ducitur ſententiam, exiſtimat
valere pactum quo promiſſa fuere donari
bona, ſecus ſi hæreditas, ductus authoritate
Iaſſ.Tiraq.& aliorũ quos citat, qui in pacto
reciproco, & viciſſitudinario loquuntur, vt
modo aduerti ſuperius verſi.Non obſtat ſe-
cunda ratio. Placet autem eiuſdem Meno.
reſponſio altera nu.49. dicentis fauore ma-
trimonij hæc pacta ſuſtineri ex Crauet. quẽ
ſolum refert conſi.256.num.2. & alios mul-
tos ipſe recenſui quæſt.2. verſic. Tertio de-
clara,& in antecedenti declaratione in fine:
intelligendo tamen vt ibidem intellexi cum
alijs, non ſolo fauore matrimonij ſuſtineri
ſed vbi cum his conſuetudo,vel lex munici-
palis concurrit,alioquin nec fauor illius ſuf-
ficit, quoniam fauor liberi arbitrij, qui ſtat
pro contraria parte vincit & ſuperat fauo-
rem matrimonij dixi quæſt.2.in verſi.Quar-
to loco adducitur circa medium, & idem
Meno.d.conſi.num.53. Neque obſtat obie-
ctum illud, quo dicitur patrem factum pro-
miſiſſe conſequenter ad intereſſe ſolum te-
neri, quia omnino tenetur quæ promiſit im-
plere ex recepta ſententia.

25 Quarta ✝ nunc diluenda ratio eſt ſcilicet
requiri acceptationem, nam in propoſito
quęſtionis noſtræ pręſumenda neceſſario ac-
ceptatio eſt tacita vel expreſſa; de hac vlti-
ma nulla dubitatio eſt ſufficere ipſam,ſed &
tacita ſufficit vbi ſit pactũ, vel donatio prę-
ſenti & tacenti, nam cum de illius commo-
do agatur conſenſus & acceptatio pręſumi-
tur. Declarat egregie poſt veteres Dida. in
rubri.de teſtam.3.par.nu.13.Clar.qui com-
munem in §.donatio quęſt.14.num.5. Men-
cha. lib. 2. cont. illius. cap.52. nu. 12.& ſe-
quent.dixit communem relatis multis Mo-
lin.tract.de Hiſpa.primoge.lib.4.ca.2.nu.
76.Surd.conſi.498.nu.4.lib.3.& conſi. 118.
num.13.lib.2.Meno.præſump.74.nu.6.li.2.
26 Rurſus ✝ aut filius vel filia in quorum fauo-
rem fuit factum pactum abſentes erant, &
eo caſu ſi notarius fuit ſtipulatus donationẽ,
ex recepta magis ſententia ipſo facto ius
quæritur illis mediante ſtipulatione ſine ra-
tificatione, vt communiter receptum dixit
Soci.iuni.conſil.67.nu.4. li.3.aduerſus Pau.
de Caſt. ſupra relatum eandem communem
repetunt Rolan.conſi. 19.num.22. libr.1.&
Meno. d.conſil.num.67.Celſ.Hug.conſ.62.
num.13.Gozadi.conſi.87.num.14.poſt Ful-
goſi.Cuma.Alexan.num.9.& Iaſſo.nu.19.in
l.qui Romæ §. flauius de verbo. obliga. Io-
ſeph.Ludo.deciſi.Peruſi. 29.n.8.& 9.Surd.
deciſ.206.n.4.pulchre deciſi.111.a n.1.dixi
infra q.76.a n.1.ibi de veritate articuli diſ-
ceptatur ſi neq. notarius vel alius, iudico ne
ceſſariã acceptationẽ,ex his quæ ſupra. Sanè
ſi filius vel filia cõtraxiſſent ea ducti ſpe pro-
miſſionis,hoc ad acceptationem ſufficeret,
vt rectè Menochi.animaduertit d. con.nu.
64. verſic. Non obſtat ſeptimũ, ex adim-
plemento huius pacti ſub modo vel condi-
tione concepti cenſetur acceptaſſe & conſe-
27 quenter ratũ habuiſſe. Nam ✝ ratihabitio
factis vt verbis fieri ſolet vt illic oſtendit &
idem in commentarijs de recup. poſeſſ. re-
me.15.num.118.Et quemadmodum verbis,
ſic & factis voluntas declaratur l. Paulus ff.
rem.rat.habe.l.auia C.de iu. de lib. dixi ſu-
periori quęſtione in fine verſi.Secundo cen-
ſetur. Eo magis quod hic cum res integra nõ
ſit fauore dotis & matrimonij pœnitentia
non datur vt ſatis aperte à contrario ſenſu
Barto.innuit in l.2.§. ſi pecuniam ff.de do-
natio.ex.l.ſi ego.§.ſi res alicui ff.de iur.doti.
cum alijs adductis ab eodem Meno.n. 79.

Non obſtat extrema argumentatio nam
ſtante conſuetudine, quę vim huiuſmodi cõ-
uentionibus tribuit, argumento locus non
eſt,quemadmodum fuſè oſtendi tota quæſt.
3. ad quam lectorem reijcio.

28 Ceterum, ✝ quę de acceptatione dixi ſu-
perius ad caſum de quo agimus hęc adiun-
genda puto:Nam vel pactum hoc, & dona-
tio facta fuit filio, vel filiæ contemplatione
matrimonij vt ſolet,ſic quod filius primoge-
nitus vnus,vel plures perpetuo habituri ſint
res donatas; aut ſoli filio,vel filię; Priori in
caſu etſi videatur acceptationem requiri,
quia plures videantur donationes,& diſpo-
ſitiones,vna in fauorem filij,altera in fauorẽ
filiorum illius ex his, quæ dixi quęſt. 3. in
verſic. Porro. Tiraquellus; latius Molin.de
Hiſpano. primoge.lib. 1.cap. 1.num. 17.&
li. 4.cap.2.num.74.verſic.In primo caſu; &
conſequenter nedum primus filius, ſed &
nepos acceptare debeat alioquin poſſit re-
uocari l. 3. de ſer. export. in qua opinione
fuit Barto. in d.§.Flauius, cum alijs multis
29 per Molin.relatis d.cap.2.num. 74. ✝ Multi
tamen contrariam tenuerũt ſententiam,quã
& communem dicere auſus eſt idem Mo-
lin.

Digitized by Google

lin.ibi num.74.verſic. contrariam ſententiã Meno.& alij ſupra relati. Tamen in ſpecie noſtra filij naſcituri acceptatio neceſſaria nõ eſt, cum ſufficiat ſtipulatio ad ius naſcituris quærendum ex ſenten. Guido Pap. deciſio. 453.454.de qua dixi queſt.2.verſi.Vnde cõmuni omnium ſententia, & latius in verſic. Quarto declaratur, vbi plures recenſui. Sic & vbi donatio fauore tertij fit & ille adhuc infans eſt, ſimiliter nec acceptationem exigit l.iubemus C.de emanci.liber. Molin. d. cap.2.nu.75.fusè theſau.d.deciſio.70.

Aut vero ſoli filio, vel filiæ tunc ex ſupra adductis acceptatio poſtulatur. Sed & quia ſæpius in his pactis, & donationibus ſolent, (vt ſuo loco diſeram) inſeri ſubſtitutiones, vincula,& onera in fauorem familiæ,& deſcendẽtium, hoc caſu primi donatarij acceptatio ſufficit, reſoluit & rectè idem Molin. d.ca.nu.75.verſi.In ſecundo caſu.

30 Neque † extremo prætermittendum eſt, quod vbi promiſsio à patre facta donandi iuramento confirmata eſt, teneretur pater præſciſſe donare cum effectu ad glo. vulgarẽ in l.ſi.pecuniam vbi Iaſſ. nu.23. ff. de cond. ob.cau.obidque impediretur tranſlatio dominij,& alienatio,ex celebri Areti. doctrinã in l.ſi ita quis §.ea lege de verbo.obliga.col. penul.Brun.conſi.67.num.5.Rolan.conſi.6. num.35.li.1.qui alios plures refert. Goza. conſi.32.num.6.& alios Meno. qui communem conſi.63.nu.20.lib.1.Cepha.conſi. 41. lib.1.Matien.in l.6.tit.6.gloſ.7.num.5.li.5. ordinatio Auenda.in l. 44.Taur. gloſ.5.nu. 8.in fine,qui non male in terminis quæſtionis noſtræ ex Meno.d.conſi. num.17. 18.19.

31 † addit idem iudicandum vbi promiſsio hypothecam bonorum contineret pro obſeruatione promiſsionis, vel etiam cõſtitutum, nam & in his caſibus pactum vel donatio irreuocabilis fieret ex his quę ille, & Menochi. docent & Petra. d. quæſt. 8. num. 140. verſi. Tertio.

SVMMARIVM.

1 *Pactum in matrimonio contractum, de hæreditate inter filios diuidenda, an iure ſuſtineatur.*

2 *Pactum de hæreditate, æqualitate diuidendæ inter filios non valet.*

3 *Pactis hæreditas dari non poteſt.*

4 *Pactum qualecunque ſit futuræ ſucceſsionis, à iure improbatur.*

5 *Conuentio de futura ſucceſsione in contractu matrimonij celebrata, inutilis eſt.*

6 *Fauor liberi arbitrij præponderat fauore matrimonij.*

7 *Æqualitas inter liberos obſeruanda.*

8 *Statuta quæ inæqualiter inter filios hæreditatem diuidunt, odioſa reputantur.*

9 *Ius æqualitatem inter liberos deſiderat.*

10 *Æqualitas inter liberos iure prætorio commendatur.*

11 *Pacta de æqualiter ſuccedendo, nec conſuetudine, vel ſtatuto poſſunt roborari.*

12 *Pactum de diuidendo inter filios æqualiter hæreditatem, conſuetudine poteſt roborari.*

13 *Pactum de diuidendo inter filios æqualiter hæreditatem in capitulis matrimonialibus, cõtractum valet.*

14 *Pactum de æqualiter diuidendo hæreditatem in contractu matrimonij, in eodem ipſo matrimonio fieri debet.*

15 *Pactum de hæreditate æqualiter diuidenda, reſpectu certæ & particularis perſonæ valet.*

16 *Pactum de hæreditate æqualiter diuidenda, ſtipulatione vallari debet.*

17 *Pactum de hæreditate æqualiter diuidenda inter filios nõ ſequuto matrimonio, aut quando pactum nullius effectus eſt, poteſt paſceſcens alijs filijs donare.*

18 *Pacto celebrato de non donando vni filio pluſquam alijs, poteſt pater filio cuius contemplatione conuentio facta fuit, magis quam cæteris donare.*

19 *Pactum alicui fauorabile, non debet in eius odium retorqueri.*

20 *Pactum de æqualiter diuidendo inter filios valet, dum legitimam quiſque portionem conſequatur.*

21 *Pacto celebrato de diuidendo æqualiter hæreditatem inter filios in contractu matrimonij, vbi pater plus donaret vni quam alijs, quoad exceſſum tãtũ reſcindi donatio poſſit.*

22 *Legatum vel donatio, quæ ratione exceſſus non valẽt, minime irritãtur niſi in ſolo exceſſu.*

23 *Pactum de hæreditate æqualiter diuidenda, in gratiam filij, vel filiæ celebratum, mortuis his, poſſet pater diſponere prout vellet.*

24 *Pactum de hæreditate æqualiter diuidenda cõtemplatione certi filij contractum, quem parentes proprio nomine nominarent, poſſent in eo caſu reliquis filijs maiorem portionem donare.*

25 *Pactum de hæreditate æqualiter diuidenda inter filios, nepotes continet.*

26 *Filiorum appellatione nepotes continentur, etiam in materia odioſa.*

QVÆSTIO IX.

PACTVM A PATRE FACtum contractu matrimonij de hæreditate æqualiter inter filios diuidenda, an valeat, de veritate diſputatur.

POST-

1 POSTQVAM † ſuperioribus
octo quæſtionibus vtiliter re-
plicauimus pacta, & donatio-
nes, quæ de ſuccedendo fiunt in
capitulis matrimonialibus, in
tota, aut maiori parte hæreditatis; conſe-
quens eſt ad ea tranſire, quę non totam ſed
æqualem reſpiciunt portionem; Hæc Galli
pacta de non auentagiando vocant, in vlte-
2 riori Hiſpania de non meliorando: Vt † igi-
tur exordiar pone, patrem qui filiam nubit
promiſiſſe genero ſe æqualiter diuiſurũ hæ-
reditatem nec plus filijs maſculis relicturũ
quam filiæ, an pactum & his ſimilia valeant;
& non valere ferè omnes crediderũt ex tex.
apertiſſimo in l. pactum quod dotali. C. de
pact. vbi à Barto. poſteriores cæteri docue-
3 runt. Rationem † illic prodiderunt citati
authores, quod nequeat hæreditas pacto da-
ri aut tribui conuentione l. hæreditas C. de
pact. conuen. l. ex eo C. de inuti. ſtipula. l. fi-
na. de ſuis & legi. hæred. Altera quoq. ratio
eſt, quia ſint pacta hæc contra bonos mores
d. l. ex eo, quia liberam auferunt teſtandi fa-
cultatem l. ſtipulatio hoc modo concepta
cum ſimilibus de verbo. obliga. quæ nec reſ-
tringi, aut coharctari nulla hominum volun-
tate poſſit l. cũ duobus §. idẽ reſpõdit ſocie-
tatẽ ff. pro ſocio porro. & tertiã prodiderunt
rationẽ interpretes, quia inducit votũ cap-
tandæ mortis l. fina. C. de pact. vbi glo. & cę-
4 teri. Et † generaliter proditum eſt qualecũ-
que pactum quærendæ ſucceſsionis eſſe de
iure improbatum l. cũ donatione C. de tran-
ſactio. & d. l. ſtipulatio hoc modo concepta
vt nec iuramento firmetur, nec quidem in
fauorem piæ cauſæ, vel Eccleſiæ: ex his quos
longa ſerie recenſet Tiraquel. tracta. de iure
primo. quęſt. 6. num. 18. & ipſe quęſt. 2. per
totam fusè declaraui: in terminis autem pa-
cti in contractu matrimonij celebrati de di-
uidẽda ęqualiter inter filios hæreditate do-
cuerunt Barto. Bald. Salicet. Angel. Alexan.
Iaſſ. Deci. Alciat. Curti. & omnes in d. l. pa-
5 ctum quod dotali, & præter eos † Tiraquel.
d. quæſt. 6. nnm. 17. vbi Bald. refert in l. cum
Archimedoram C. vt in poſſe lega. dicenté,
*decipi eos, qui fauore vel ſpe conuentionis ſic
contrahunt matrimonium*; quem & ego recẽ-
ſui cum alijs d. quęſt. 2. in verſi. Quinto loco;
& poſt Alexan. Bald. & alios, quos refert ſe-
quitur eandem Boeri. in conſue. Bituricen.
titu. de coſtum §. 5. in verſi. Non eſt dubium,
Berenga. in cap. 1. de filijs nat. ex matri. ca.
2. in illius tex. explicatione; Deci. (qui etiã
pactum hoc, de non auantagiando nominat)
conſ. 184. à num. 1. Graſſ. paucis relatis in §.
ſucceſsio ab inteſtato quęſt. 9. num. 4. Ex no-
ſtris Telli. Ferdin. in l. 22. Taur. num. 1. vbi
Palat. Rub. in 15. Dida. Caſ. in glo. 1. Anton.
Gomez num. 19. & 20. Dida. Couar. in cap.
quamuis pactum 3. partis initio, num. 2. de
pact. in 6. Auenda. in d. l. 22. num. 1. Matien.
in l. 6. ritu. 6. gloſ. 1. num. 1. & 2. Angul. in l.
6. glo. 1. & ſequent. Gutier. in d. cap. quamuis
pactum num. 1. Baeça tractat. de non melio-
ran. filia. ratione dot. cap. fina. & alios mul-
tos recenſui quæſt. 2. in verſic. Hæc ſunt, qui-
bus addo Neuiza. conſ. 68. num. 36. Ceſſum
noſtrum conſ. 180. num. 7. Crauet. conſ. 139.
Hieronym. Gabri. conſ. 137. num. 16. Sylua.
con. 60. nu. 1. Simo. de Præt. conſ. 123. nu. 10.
11. & his nõ relatis nouiſsimè Pereg. con. 60.
num. 12. lib. 1.

Neque paruam adfert admirationem cur
pactum hoc à iure improbetur ciuili, nam in
primis fauor adeſt dotis, & matrimonij quo-
rum occaſione multa aduerſus iuris regulas
6 in ducta fuere vt dixi ſæpius. Cæterum † mi-
rari quiſque deſinet ſi animaduertat fauorẽ
liberi arbitrij adeo poſſe vt quemcunq. fa-
uorem antecellat, ſcripſi multorum authori-
7 tate d. quæſt. 7. in verſi. Quinto loco. † Rur-
ſus & mirandum videtur, quod cum iura ni-
hil aliud magis quam ęqualitatem inter li-
beros obſeruari voluerint in deferendis hæ-
reditatibus §. fina. in auth. de nup. vbi egre-
gie Ange. ſcripſit, patrem non debere vnum
ex liberis filium facere & alios præuignos: l.
8 inter filios C. fam. hercíſ. vbi † Bald. adno-
tauit ſtatuta omnia, quę inęqualiter inter fi-
lios diuidunt hęreditatem fore cõtra ius, &
naturalem ęqualitatem, conſequenter odio-
9 ſa. & † ſummopere intendunt leges, & ęqua-
li portione hæreditates diuidantur l. penul.
ad finem C. commu. diuid. l. fina. C. commu-
nica vtri. iudi. l. vt liberi l. illud §. fina. C. de
10 collocatio. quinimo † & de iure prętorio ea-
dem fuit æqualitas in ſucceſsionibus com-
mendata l. 1. C. vnd. libe. l. ſi poſt mortem §.
fina. de bonor. poſſe. con. tab. Non ab re ſtu-
pendum, cur hoc pactum iure improbetur, cũ
ad ęqualitatem inter liberos in ſuccedendo
ſeruandam pertineat: Ex aduerſo tamen ne-
dum liberi vt antea dixi arbitrij fauor prę-
ualet, ſed & nunc, votum captandę mortis, &
voluntas teſtandi libera d. l. ſtipulatio hoc
modo concepta cum alijs in principio rela-
tis, ſic cenſent omnes pactum de ſuccedendo
ęqualiter nec fauore matrimonij validari.

11 Extende † primo vt adeo nullum ſit, quod
nec conſuetudine, vel ſtatuto poſsit validum
effici, quia quæ contra bonos mores ſunt, &
liberam teſtandi facultatẽ reſtringunt, ſimul
& votũ captandę mortis inducunt, nec ſtatu-
to vel conſuetudine poſſunt validari; quem-
admodum expreſsim de hoc pacto in con-
tractu matrimonij celebrato dixere Alex. ad
Bal.

Digitized by Google

Bal. in d. l. cum Archimedoram & Bal. in l. 2. C. quæ ſit lon. conſuetu. col. 2. Alex. in l. pactum quod dotali C. de collatio. & in d. l. pactũ quod dotali limi. 1. C. de pact. & Iaſ. nu. 4. idem Alex. & Iaſſ. in l. fina. C. de pact. idẽ Iaſſ. & alij quos refert & ſequitur Boecius ad conſil. Bituri. d. §. 5. ad finem & alij quos Tiraq. tract. de iur. primo. quæſ. 7. a nu. 1. Guiller. Benedic. in cap. Reynuntius verbo duas habens filias, num. 195. de teſtam. Steph. Bertran. conſil. 267. libr. 3. a num. 1. vbi nec in iudicando, vel conſulendo ab hac opinione recedi poſſe ſcribit, Oſaſ. deciſio. Pedemon. 100. num. 32. Graff. in d. §. ſucceſſio ab inteſtato quæſt. 9. nnm. 8. vbi communem dicit. Et quidem multi ex citatis authoribus licet fateantur conſuetudine validari poſſe pactum de ſuccedendo, negant tamen id in pacto de non ſuccedendo, quia nullo iure pactum probatur.

Contrariam ſententiam tenuerunt idem Bald. ſibi contrarius in d. l. cum Archimedoram Barto. in dict. l. pactum quod dotali vbi idẽ Bald. 2. opin. Salice. Ange. Pau. de Caſt. & Corne. C. de collatio. & alios multos adfert Tiraquel. tract. de iure primo. quæſt. 7. in principio ex text. in cap. vnico de filijs nat. ex matrimo. ad morga. cont. & cap. filij, ſi de feu. fuerit cõtro. in domi. & agnat. Aufre. ad deciſio. Toloſ. 453. idem Tiraq. qui hanc tuetur dicta quæſtione a num. 1. vſque ad finem Theſau. deciſio. 225. nu. 11. 12. 13. vbi ex Gutier. legem refert vlterioris Hiſpaniæ quæſ. 22. eſt in legibus Taurinis, & id docent illius interpretes, poriſsimè Marien. in glo. 4. a num. 1. vbi de hoc ipſo pacto agit, & innumeros longa ſeriè coaceruaui quæſt. 2. verſi. Tertio declara; qui omnes affirmant conſuetudine vel ſtatuto pacta roborari poſſe; & inibi multos artuli de conſuetudine propria huius patriæ Cathaloniç loquentes; ſecundum quam articulus nulla indiget diſputatione.

12 Igitur † regula aduerſus iuris diſpoſitionem conſtituenda eſt, valere pactum de non auantagiando conſuetudine firmatũ, & magis multo vbi fuiſſet iuramẽto vallatum Aufred. in d. deciſ. Toloſ. 453. & 454. Benedic. in d. cap. Reynuntius in verbo duas habens filias n. 197. de teſtam. Tiraq. in d. q. 7. in fi. Ioan. Philip. conſi. 10. n. 6. Theſau. deciſ. Pedemon. 225. num. 11. Auenda. in l. 44. Taur. gloſ. 16. num. 33.

13 Atque † eadem communis opinio ſine dubio etiam procedit, vbi pactum hoc de non auentagiando ſeu meliorando pactum in capitulis matrimonialibus fuiſſet, de quota (prout eſt quæſtio propoſita) hęreditatis, vel vbi certæ res deſignaretur vnicuiq. ex filijs in quibus ſuccederent, quia valeret Petr. Cyn. Alberi. & Bal. in d. l. fi. C. de pact. Deci. conſ. 578. n. 9. Bertran. conſ. 78. n. 9. li. 3. Auenda. in l. 22. Tau. glo. 1. in principio Graff. in d. §. ſucceſsio ab inteſtato quæſ. 9. nu. 4. & nu. 10. Meno. conſil. 92. num. 48. 49. lib. 1. & conſi. 504. li. 10. num. 35. Ioan. Philip. reſpon. 10. num. 7. & alios retuli quæſ. 2. in verſic. Secundo declaratur.

Communis hęc traditio, qua dixi valere pactum de non auentagiando, & fauore matrimonij conſuetudine roborari, intelligenda eſt quibuſdam modis.

14 † Primo vt procedat quoties pactum fit in ipſomet contractu matrimonij, vel paulo ante, ſecus vbi fieret contracto iam matrimonio, quia eſſet nullũ ex text. in ca. quamuis pactum in verbis *dũ nuptui traderetur*, de pact. in 6. l. diui Conſtantini in verbis, *pactis, quæ tempore matrimonij*. C. de natura. libe. ca. 1. in verbis, *tempore ſponſaliorum* de filijs nat. ex matrimo. ad morga. contract. ſic ſcripſi ex multis illic citatis quæſ. 3. verſi. Declara tertio, & declara ſexto, quæ non repetam.

15 Secundo † intelligenda eſt, vbi pactũ fieret reſpectu certæ, & particularis perſonæ, quia ratione matrimonij cum aliqua contrahendi, ſecus ſi pater pactus fuiſſet cum filio hoc genere conuentionis in euentum, in quẽ vxorem duceret, vel quando filia nuberet, ſimiliter nullum eſſet, & conſequenter poſſet reuocari, nam cum conſuetudo fauore matrimonij fuerit inducta aduerſus iuris diſpoſitionem, qua ſimiles de hęreditando cõuentiones improbatæ ſunt, ceſſante fauore conſuetudinis, itidem effectus ceſſare debet, ex his quę fusè docui in ſimili ſpecie quæſt. 3. declara. 1. quę ab his, quæ inibi dicta ſunt repetenda erunt.

16 Tertio † intellige, dum pactum contemplatione matrimonij factũ ſtipulatione vallatum fuiſſet, & ſeu acceptatũ tacite vel expræſſe, vbi acceptatio neceſſaria eſt, ex his quę latè q. 5. in verſ. Quarta nunc declarãda.

17 Quarto † notanter declara, vt licet pater quoad filium, vel filiam cuius contemplatione factum eſt pactum interim moriatur, aut non ſequatur matrimonium, vel alias ex quauis cauſa nullius ſit conuentio effectus, poterit pater alteri ex reliquis filijs plus relinquere in teſtamento, vel donare, non obſtante huiuſmodi pacto, quoniam pacta inter contrahentes ſunt ſeruanda non per alios l. ſi vnus §. ante omnia ff. de pact. l. 1. §. 1. l. epiſtola §. pactum eo. tit. l. ex conuentione C. de pact. ſic in terminis pacti de non meliorando docet Pala. Rub. in l. 22. Tau. numer. 11. ibidem Antonius Gomez numer. 24. Telli. Ferdinan. num. 11. Marien. in l. 6. tit. 6.

tit.6.gloſ.7.num.3.li. 5.ordinatio. Caſtell. in eadem l. 22.gloſ. *que no vala* Auenda. in gloſ.1.num.8.

18 Quinto † declara egregie regulã, vt non obſtante pacto de non meliorando vel donando vni pluſquam alijs, poſsit pater donare plus ei in cuius fauorem fuit pactũ ce-
19 lebratum, licet alijs nequeat, † quia quod fauore filij inductũ fuit vel filiæ nubentis, non debet in eius odium retorqueri. l. quod fauore C.de legi. tum quia pactum fauorabile non poteſt in odium illius, cuius fauore factum fuit deflecti, ex Barto. traditione in l. quamuis de pigno.actio. Caſtell. in d.l.22.in glo.in verbo *que no vala* ibi Pala. Rub. nu. 12.Matien.in glo.3.li.6.tit.6.nu.2.Auenda. in gloſ.1.num.5.ad medium.

20 Sexto † declara vt valeat pactum, dum legitima portio cæteris filijs reſeruetur, quibus huiuſmodi pacto præiudicari nequit, vt dixi multis relatis quæſt.3.in verſi.Subdeclarant quidam.

21 Septimo † declara quoties pater nõ obſtante pacto dediſſet alicui ex filijs maiorem portionem ea, quam filio vel filiæ cuius contemplatione factum fuit pactum: nam etſi quoad exceſsũ reſcindi poſsit, tamen in alijs valida remanet, quia vtile per inutile in his, quæ diuiſionẽ recipiunt non vitiatur l. ſancimus C.de donatio.glo.in l.fœnebris ff.de vſur. Alex.& cęteri omnes in l.1.§.ſed ſi mihi de verbo. obligat.cum latè congeſtis per Segur.vbi ad eum Dida.Perez in l. vnum ex familia §. ſed ſi fundum à num.145.cum ſe-
22 quen.deleg.1. † tum quia donatio, vel legatum quod ratione exceſſus non valet, non annullatur, niſi in ſolo exceſſu l. ſi mihi & Titio.§.1.delega.2.Tiraq.in l.ſi vnquam verbo libertus n.60.C.de reuo.donatio.Matiẽ. qui alios in l.3.tit.6.gloſ.3. nu.1. idem in l. 6.gloſ.3.nu.2. Auend. poſt cæteros ibi, in l. 22.Taur.gloſ.1.num.7.

23 Octauo † declaratur quando filius vel filia in cuius gratiam fuit factum pactũ, mortui fuiſſent viuo patre, & ſine filijs, quia eo in caſu poſſet pater donare vni ex cæteris pluſquam alteri, ſecus ſi relictis filijs, qui patris perſonam repreſentat §.ſui verſ.Sed vt nepos inſtit.de hæred. quali. cũ latè in ſimili caſu de non meliorando adductis per Caſtell. in d.l.22.Taur.in verbo, *que no vala*, in fine Pala.Rub.n.11.& 13.Anto. Gomez nu. 24.Matien.in d.l.6.gloſ.3.num.3. Auend.in d.l.22.num.8.in gloſ.1.

24 Nono † declara notanter, vbi in contractu matrimonij fuiſſet factum pactum de non auentagiando vnum ex filijs, quem proprio nomine nominaſſent, quia forſan timerent matrimonium contrahentes, ne cum magis dilectus foret patri, eum pater hæredem inſtitueret, vel ei maiorem bonorum partem donaret; nam eo caſu poſſet pater alios meliorare, quia promiſsio reſtricta ad certam perſonam ipſam tantum complectitur. l. age cum geminiano cum vulga. C. de tranſactio.pulchrè Anto.Gomez in d. l.22. num.29.Angul.in l.6. gloſ.2. num.1. Auenda.in d.l.22.gloſ.1.num.11.

25 Decimo † declara ſingulariter, vt cum non poſsit pater auentagiare vel meliorare filios ſic nec nepotes ex filijs deſcendents, licet non fuerint nominati; quoniam eadem militat ratio in nepotibus, quę militat in filijs, ſcilicet quia voluit pater omnes æqualiter ſuccedere, quod non fieret ſi nepotes ex cæ-
26 teris filijs melioraret: † & vbi eadem ratio vindicat filiorum appellatione continentur nepotes, etſi ſit materia odioſa l.filij appellatione de verb. ſignific. l. Senatus de rit. nupti.ita in his terminis adnotarunt Ciſuen. in d.l.22.Taur.num.2.Anto.Gom.num.27. Dida.Perez in addi.ad Segur. in l.3.§. fina. num.51.de libe.& poſthum. Matien. in d.l. 6.glo.1.num.4.Telli.Ferdi.num. 7.cum ſequen.Caſtell.in gloſ.verbo, *o deſcendientes*.

SVMMARIVM.

1 *Donatio facta in capitulis matrimonialibus filio & illius filijs, an libera ſit quo ad patrem filiorum, ita vt vni poſsit donare vel relinquere.*
2 *Notarij ſtipulatione ius queritur naſcituris.*
3 *Donatione facta in capitulis matrimonialibus filio & deſcendẽtibus, ius queritur illis irreuocabiliter.*
4 *Ius queſitum filijs naſcituris, etiam de parentum conſenſu eius auferri non poteſt.*
5 *Ius queſitum ſpe tantum, reuocabile eſt.*
6 *Donans ſub conditione vt poſt mortem ſuam donata res alteri reſtituatur, an poſsit donator pœnitere.*
7 *Donatio conditionalis facta contemplatione matrimonij, reuocari non poteſt regulariter.*
8 *Deſcedere ſine liberis non dicitur, qui vnicum filium relinquit.*
9 *Cap.1.de ſucceſsio. feudi declaratur.*
10 *Feudum alicui conceſſum pro ſe & filijs ſuis, debet inter omnes filios diuidi.*
11 *Donatio proprie contractus non eſt.*
12 *Grauatus reſtituere familiæ, poteſt vnum eligere.*
13 *L.ſi cum dotem §.ſi pater ff.ſolut. matrimo. declaratur.*
14 *Pater in dote neceſſarius debitor dicitur.*
15 *Dos proprium mulieris patrimonium.*

Vaſſallus

16 Vaſſallus derogare non poteſt iuribus domini directi.

17 Dominorum intereſt plures habere vaſſallos.

18 Dominorum intereſt vaſſallos locupletes habere.

19 Nemo dat quod non habet.

20 Forma ſtipulationis diligenter obſeruanda.

21 Moderator & arbitrer quilibet in re ſua eſt.

22 Donatæ res vel conceſſæ alicui, contemplatione alterius illi adquiritur cuius contemplatione donata eſt.

23 Donata res patri & illius filijs eodem tempore, præſumitur contemplatione patris donata.

24 Naſcituri, nec benemeriti, aut ingrati dici poſſunt.

25 Contemplatione alterius factũ quid dici poſſe, dupliciter contingere poteſt.

26 Qualitas rerum pretioſarum, fideicomiſsi præſumptionem inducit.

27 Donationes quæ fiunt cõtemplatione matrimonij, vt plurimum ex duabus cauſis contingunt.

28 Donatum ex cauſa matrimonij contemplatione certæ vxoris, cenſetur donatum intuitu filij & nepotum.

29 Grauatus relinquere familiæ, poteſt vnum ex familia nominare.

30 Diſtinctio Pau. Caſtren. adfertur, circa nominationem illius, qui grauatus fuit in familia relinquere.

31 Familiæ deſcẽdentes quibus res relicta eſt, nullum ius habent, niſi vbi extra familiam fit alienatio.

32 Caſtren. & Meno. opinio. reprobatur.

33 Vxor ex lucris à priore marito habitis, vnum ex illis eligere poteſt.

34 Æqualitas a lege recepta inducit, vt quæſitũ propia opera & induſtria antequam tertio ius adquiratur, poſſit reuocari.

35 Donatio facta filiorum filijs in contractu matrimonij, cenſetur mortis cauſa donatio.

36 Donatio cauſa mortis ſola pœnitentia reuocatur.

37 Donatio de re in alterum transferenda donationem cauſæ mortis includit.

38 Quæſita per filios patris contemplatione, profectitia dicuntur.

39 Donatio filijs naſciturit facta, profectitia dicenda.

40 Surd. diſtinctio adducitur in propoſita quæſtione differentiam conſiderans inter donationem & feudi conceſſionem.

41 Diſtinctio authoris noua.

42 Sipulatio adiecta in contractu non alterat vel mutat voluntatem contrahentium.

43 Donatione facta à patre filio & hæredibus, eo in caſu filius vnum eligeret in rebus donatis.

44 Donatarius vbi poteſt vnum eligere ex filijs, & eundem grauare.

45 Pater donans in contractu matrimonij filio, poteſt eundem in teſtamento grauare.

QVÆSTIO. X.

DONATIO FACTA IN CONtractu matrimonij filio, & illius filijs, an libera ſit quoad patrem filiorum, ita vt vni & non cæteris donare poſſit vel relinquere; Ardua excutitur controuertia.

1 CÆLEBRIS, † & ardua queſtio apud veteres, & nouos fuit interpretes, an donatio feudi, aut emphiteoſis conceſſio facta alicui & illius filijs ſit libera quoad concedentem vel donatarium, taliter quod poſsir is cęteris filijs prætermiſsis vni, vel legare, donare, aut rotum relinquere: vnde ſæpius in contractu matrimonij hæc ſolet contingere quæſtio, donat pater filio vxorem ducturo conremplatione matrimonj certam hereditatis partem, & illius etiam filijs, nullo alio addito, quæritur an vxorem ducens poſsit vnũ ex filijs, in his rebus cæteris præferte: dubitationem facir, quod omnes filij fuerint pacto illo vocati, conſequenter ius omnibus quęſitum, proinde interdici patri, vni relinquere, aut donare totum, cum omnes ſint æqualiter admittendi. Et hãc magis communem video opinionem ex his, quos inferius citabo. Quęſtionem hãc mouit in terminis donationis Cãceri. noſter in ſuis reſolutio. ca. 8. nu. 64. qui pro vtraque parte paucos quoſdam refert, & eos in terminis feudi conceſsionis pro ſe, & filijs loquentes, in ſpecie eiuſdem quæſtionis neminẽ: eandem mouit li. 3. ca. 7. n. 115.

2 Hęc † igitur opinio inprimis hoc nititur fundamento, quod filijs fuerit quæſitum ius irreuocabiliter notarij ſtipulatione, vel ſaltim patris nomine filiorum eam recipientis l. cum maritus §. fin. ff. de pact. dotal. l. quodcunque §. non ſolum de verbo. obliga. Bal. in l. cum á ſocero ff. de iur. doti. Bart. & alij in l. quod dicitur de verbo. obligatio. Deci. cõſil. 239. n. 5. idem conſi. 468. nu. 28. vbi in ter-

3 minis donationis conſi. 22. nu. 15. li. 3. † Ex his addo alios plures in donatione expreſſim facta contemplatione matrimonij filio, & filiæ loquentes, vt ipſis ius irreuocabilirer quęratur in vim ſtipulationis fauore nuptiarum, quos citaui quæſt. 2. in 4. declaratione & queſtio. quinta in verſicu. Quarta nunc diluenda ratio eſt; & latius quæſtio. tertia, vbi

 latiſsi-

latiſsimè per totam. cum igitur fuetit filijs
quęſitum ius media ſtipulatione patris, vel
notarij, eorum nomine acceptantis,& quod
noſtrum eſt ſine facto noſtro à nobis auferri
nō poſsit.l.id quod noſtrum cū ſimilibus de
reg. iur.non poteſt patet vni totam ſubſtan-
tiam relinquendo cęteros præterire. Quini-
4 mo † nec cū aſſenſu concedentis vel donā-
tis,& ſimul donatarij, ius filijs quęſitū ab eis
poſſet auferri, latè Tiraq.trac. de retrac.lig-
na.§.32.glo.vnica.nu.39.& 42. & ipſe latius
quæſ.3. Huic argumentationi duobus modis
5 ſatisfieri poteſt. Primo † traditionem illam
qua dictum fuit ſtipulatione quęſitū ius fuiſ-
ſe filijs,intelligendam eſſe reuocabiliter, nā
acquiſitū fuit ſpe tantum nō re ipſa, ideo re-
gula legis,id quod noſtrum ceſſat in hoc ca-
ſu:ſic reſpondet poſt multos Natt.conſ.475.
num. 17. Neq. obſtat Menochij teplicatio
qui conſ. 161. lib. 2. num.19. dixit Nattam
præſupponere ius reuocabile, cæteros, qui
contrariam,ius irreuocabile;quib' idem ad-
heret:quia aduertēdum veritatem huius at-
ticuli pendere à traditione Bartol. in l. qui
Romæ §.Flauius Hermes.de verbo. obliga.
6 qui † illic docuit; Eum qui caio ſub conditio-
ne tem aliquam donauit, vt poſt illius mot-
tem eandem,vel Eccleſię,aut alteri reſtitue-
ret,poſſe donatorem pœnitere viuo caio,iu-
re non dum Eccleſiæ interim quæſito.& do-
nationē reuocare reſpectu Eccleſiæ, vel ter-
tij: Et licet Barto. loquatur in teuocatione
quæ fit à ptimo donatore,tamen idem aſſe-
runt interpretes quando reuocatio fit à ſe-
cundo,ſunt enim duæ in effectu donationes,
vna prioris donantis,altera donatarij,quam
vel filijs,vel tertio facere tenetur l. fina. C.
delega.vt poſt alios animaduertit Dida.lib.
reſolut.1.cap.14. num.8. Menoch. d.conſil.
161.num.48.vnde quemadmodum donator
poſſet reuocare ſic donatarius in hac ſpecie,
cum filij hi à patre ſuo, non autem à priore
donatore ius conſequantur:Vnde ſi vera eſt
Barto.tradirio,ſolutio prædicta ſalua eſt: ſi
vero non,reſponſio minime ſatisfacit: Arti-
culus dubius eſt;& licet Menoch.aſſerat ma-
gis communem aduerſus Bartolum,non mi-
7 hi id in comperto eſt: hoc † vnum ſcio Bar-
toli traditioni locum non eſſe in donatione
facta filio,& illius filijs contemplatione ma-
trimonij, vbi donatio hæreditatis, vel pac-
tum de hæreditando conſuetudine fuit ro-
boratum: dixi latiſsimè quæſtio. 2. & 3. ſic
quoad ſpeciem de qua agimus tuta ſolutio
8 eſt.Secūdo † reſponderi poteſt quod quem-
admodū nō dicitur ſine liberis decedere,qui
vnicum relinquit filium l. non eſt ſine libe-
ris de verbn.ſignifica. l.pater ff. ad Trebel-
lia.l.1.vbi Bald.Salicet.& poſteriores C. de
condi.inſertis,ita & eum,qui vni ex filijs re-
linquit, vel donat, dici poſſe verè eundem
filijs rem relinquere; cum & in maiori ſum-
ma minor inſit l. 1. §. ſi ſtipulanti cum con-
cordantibus de verbo.obliga.

9 Secunda † ratio qua communis moueri
opinio poteſt, ducitur ab argumento tex. in
cap.1.de ſuc.ſeud. quo tex. prohibetur om-
nis diſpoſitio vaſſalli de re feudali, quia in-
ter filios diſponere de ea tenetur; vnde ſi-
cut non licet vaſſallo de re illa diſponere
nec etiam pro anima vt dicit tex,ſic nec do-
nare vni,vel prælegare cæteris, filijs omiſsis
poterit; quando ſeudi conceſsio tam pro eo
qui accipit, quam illius liberis, quibus ius
illa conceſsione fuit quæſitum d.capi. Huic
argumento & facilè reſpondetur; nam præ-
terquam quod multi intelligunt illum tex.
in feudo antiquo, non autem in nouo ex pa-
cto, & prouidentia, quemadmodum reſ-
pondit Natt. d.conſil. num. 15. & alij quos
tamen repræhendit Menochi. d.conſil.161.
10 num.17. ex † alio non facit quoad propoſi-
tam quæſtionem,quia loquitur in feudo con-
ceſſo pro ſe & filijs, quo in caſu filij om-
nes ſunt pariter vocandi, ratio ea eſt, quia
agitur de intereſſe concedentis cui magis
plures vaſſallos quam vnum habere expedit
cap. 1. §. omnes filij ſi de feu.fue.contro. in
domi. & agnat. vnde falli omnino video in-
terpretes noſtros, qui in hac quæſtione de
feudi, & emphiteoſis conceſsione pro ſe,
& filijs facta, argumentatur ad donationem
11 ſimilibus verbis conceptam. Accedat † do-
nationem non eſſe proprie contractum ſe-
cundum gloſ. in l. contractus C. de fide in-
ſtrum. ex tex. in l. labeo §. contractum de
verb. ſignifi. & licet Tiraquel. & alij plures
contractum eſſe voluerint, quos refert in ll.
connubia. gloſ. 5. à num. 43. negari tamen
nequit, vere, & proprie loquendo, con-
tractum nominari non poſſe, etſi ex men-
te legis, vel ſtatuti loquentium de contra-
ctibus, propter eandem rationem quando-
que donationes comprehendantur:& ita in-
tellige donationem eſſe contractum, & quos
ad hoc propoſitum cumulaui lib. 1. compa-
ratio.6.& declarat Molin.de Hiſpano. pri-
mogen.lib.4.cap.2.num.61. nam in contra-
ctibus fit ſtricta interpretatio l.veteribus de
pact. l.quidquid aſtringendę de verbo.obli-
ga.cum ſimilibus; in donationibus latiſsima
cap.cum dilecti de donatio. ideo non mirā-
dum ſi in prædicta cōceſsione feudi, vel em-
phiteoſis,omnes filij vocati cēſeantur, quo-
niam fuerunt conceſsione vocati,a qua ſecū-
dum vim verborum recedi nequit.

12 Simile † eſt in vltimis voluntatibus, in
quibus ſicut in donationibus (quia vt noſtri
aiunt

alunt maxime aſsimilantur) latiſsima ſit in-
terpretatio d.cap. fin.cum vulgaribus : gra-
tiatus reſtituere familię , poteſt vnũ eligere,
etſi plures reperiantur l. vnum ex familia in
principio & §.1.delega.2.& infra dicam.
13 Tertia † ratio qua communis ſuſtinetur
ſententia deducitur ex l.ſi cũ dotem §.ſi pa-
ter ff.ſolut.matrim.vbi ſtipulatio à patre de
reddenda filiæ dote facta, ſic facta cenſetur,
vt nuſquam ad patrem amplius ſit reuerſura
ſimile videtur in hac ſpecie ; vt donatio ſti-
pulatione fuerit filijs omnibus quæſita nec
vni tantum,ſed omnibus in vniuerſum,& ir-
reuocabiliter. Huic argumento reſpondit
Nat.d.conſi.n.15.non eſſe ducendum argu-
mentum de dote ad conceſsionẽ feudi (erat
enim caſus ille in feudo) ſed nos donationi
adiungamus:rationem reddit Natt.quia dos
regulariter priuilegiata eſt, ideo ſtipulatio
14 illa irreuocabilitatẽ induxit. Secundo † reſ-
pondit loqui in dote,cuius debitor neceſſa-
rius dicitur pater ex legis diſpoſitiones: cæ-
terum in noſtra ſpecie voluntarie pater pro
filijs ſtipulatus eſt, & poſt mortẽ ſuam ideo
facilius pater diſponere de eo poteſt , quod
15 is quęſiuit: † concinit quod rectè Meno. ad-
iungit d.conſi.n.21.dotem fore propriũ mu-
lieris patrimoniũ ex l. 3.§. ſed vtrum vbi gl.
de mino.& multis ab eo relatis, conſequen-
ter in ea pater filię pręiudicare non poteſt
Ripa.& alij in l.2.§.quod ſi patris ff.ſolu.ma
trimo. & licet Meno. dupliciter improbet
Nattæ rationes:vere pręter alios reſponde-
tur diuerſum eſſe caſum illius §.a noſtro , tũ
& ab eo de quo Natt. & Meno. diſputant:
nam illic vnica erat filia non plures,atq.ideo
ſtipulatio neceſſario debuit reſpectu illius
irreuocabilitatem operari : noſter caſus di-
uerſus,ſiue in feudo loquamur vt illi , ſiue in
donatione vt nos, quia hic plures erant filij,
& fatemur irreuocabilitatem propter ſtipu-
lationem, quamquam negari poſsit vt ſupra
dixi;hoc ſolum contendimus,an omnes filij
debeant ſuccedere,vel vnus,quaſi pater prę-
legãdo,vel donãdo vni totum,& contractui,
& menti donatoris ſatisfeciſſẽ videatur,atq.
quoad alios, quos prætermiſit pœnituiſſe.
Quarta communis ratio opinionis eſt,quę
tamen parũ quæſtioni noſtræ adiungi poteſt,
ſed quia nõ mihi ſatisfaciunt fundamẽta cõ-
munis opinionis , etiam in feudi ſpecie eam
16 referã, † quia inquiunt vaſſallus nequit præ-
iudicare, vel derogare iuribus domini dire-
cti:igitur prælegare, vel donare vni filiorum
non poteſt:verſari autẽ hic non minimũ do-
mini directi præiudiciũ,ſatis ex his , quę ſu-
17 pra dixi conſtat , † quoniã intereſt dominis
plures habere vaſſallos d.c.1.§.omnes filij ſi
de feu.fue.cõtro.int.domi. & agna.Nã huic
argumento ſatisfacit Natt.d.conſi.n.15.feu-
dum fuiſſe conceſſum contẽplatione patris,
& non filiorum,& veriſimiliter ſic conceſsiſ-
ſet patri ſtipulanti pro vno filio tantum: hãc
reſponſionem multipliciter impugnauit Me
nochi. d.conſ.n.22.& rectè.Cæterum aliter
ego reſpondeo,vaſſallum in ea ſpecie pręiu-
dicium non inferre domino, qui vni ex filijs
prælegando, vel totã donando iure ſuo vta-
tur,atq. ideo nullam inferre domino iniuria
vulgaris iuribus , Minor illa probatur , quia
ſatisfacit vni feudum relinquendo , cum ex
conuentionis natura omnibus relinquere nõ
teneatur,ex his quę ſuperius: Neq. eſt conſi-
derabile ius domini directi, qui cum ſua pa-
ctione potuerit clarius conuentionem inire,
id non fecit l.veteribus de pact.vnde credẽ-
dum,quod ſi voluiſſet dixiſſet,ad ea, quæ gl.
& cęteri in l.vni. §. ſin autẽ C. de cadu. tol-
18 len. † Rurſus etſi interſit domini directi plu
res quam vnum magis vaſſallos habere,id de
locupletibus intelligendum eſt non paupe-
ribus §.penul.inſtit.de his,qui ſunt ſui vel a-
lie.iur.§.conſiderauimus;in auth. vt Iud.ſine
quo ſuf. & vbi feudum , vel res conceſſa illo
titulo diuideretur,etſi plures vaſſalli,paupe
riores forent nec domino inſeruire vt vnus
iſq. ditior poſſent:argumẽto l.1.§.quãuis de
ven.inſpi.l.cum filius §.pater delega.2.
19 Quinta † ratio cõmunis à regula ſumitur
vulgata.Nemo dat quod nõ habet l.traditio
de acqui. rer. domi. at in hac ſpecie donãdo
vni filiorũ, vel pręlegando dat quod non ha-
bet;conſequens eſt donationẽ vel aliũ quẽq.
actũ non valere : donare vero patrẽ quod nõ
habet,conſtat aperte,quia ius patris donãtis
morte illius finitur, ideo nihil agit,neq. hę-
res præſtare vbi legatum foret teneretur l.
quod in rerũ §. 1.delegat.1.l.vxor patrui C.
delega.ſicut & vſufructuarius, qui cum illius
morte vſusfruct⁹ finiatur,legando ipſum,vel
donando poſt mortẽ nihil efficeret §. finitur
inſtit.de vſufruc.Reſpondit huic Natt.d.cõ-
ſil.n.18.quod licet feudũ finiatur morte pa-
tris,quoad filium tamen minime, cui id ſuit
legatum:& qui ex ſtipulatione paterna illud
petere poteſt, cæteri filij non poſſunt , nam
ex legato in vnum ex filijs collato , conſtat
patrem quoad reliquos pœnituiſſe, impug-
nat Meno.reſponſionẽ d.conſi. num. 2.quia
non inquit inſpicienda eſt perſona legatarij
filij,vel illius,qui accepit,ſed patris prælegã
tis.an ſcilicet is dare,vel pręlegare potuerit
nec ne;& cũ dare non potuerit,quia eo mor-
tuo ſuũ itidẽ ius perit , ſequit.reſolutio iuris
datoris,& acceptatoris l.lex vectigali de pig
no.leuiſsima Meno.obiectio;nã primũ repe
tit principiũ, & rem dubiã de qua agitur pro
cõſtãti ponit, dicens mortuo patre illius ius

extingui cum id verum non ſit ſecundũ alios,
quinimo dare, & prælegare poſsit vni ex fi-
lijs, quando illius contemplatione facta fuit
conceſsio vt dicemus infra: quoad inſtitutum
autem quęſtionis noſtræ pertinet, argumẽto
locus non eſt, nam ius donatarij filij non ex-
pirat morte illius, cui liberum fuit quæſitum
ius media ſui patris liberalitate, vt & in ſuos
poſsit filios diſtribuere, id autem ille recte
perficit, cum vni tãtum donat, vel prælegat:
Alioquin ſi diceremus extinctum omnino
ius fuiſſe illius morte vt Meno. cõſiderat, ſe-
queretur nec eundem omnes poſſe filios vo-
care ad feudum, quia ius extinctum eſt, id au
tem nullus ex his, qui communem ſuſtinẽt o-
pinionem, nec idem Menochius abnegauit.

20 Sexta ratio, † forma ſtipulationis diligẽ-
ter eſt obſeruanda; quia mutari non poteſt
l. ſi poſt mortem §. fi. ff. de bono. poſſeſ. con.
tab. l. vero procuratori verſi. Alia eſt cauſa ff.
de ſolutio. Cœterum forma ſtipulationis,
qua patri conceſſum fuit feudum conſtructa
fuit voluntate tã domini directi, quã accep-
tatoris recipientis pro ſe, & filijs ſuis, nõ igi-
tur poteſt mutari, ſola patris totum feudum
prælegantis voluntate, vni tantum relinquẽ-
do: huic argumentationi quam in tuitionem
communis adfert Meno. d. conſ. n. 26. reſpõ-
det nullus, ſed facilis eſt ſolutio, negãdo pa-
trem vni tantum feudum prælegando muta-
re formam conceſsionis, quia poſsit pater
vni relinquere, & quo ad alios pœnitere, ex
his quæ ſuperius & infra in fundamentis cõ-
trarijs dicentur. Ex his conſtat communem
opinionem nullo legitimo iuuari fundamẽ-
to, quę vere vt in principio dixi communis,
& recepta magis eſt, vt eam communem di-
xere Alexan. in feudis loquens conſi. 106. n.
8. & conſi. 107. nu. 1. li. 4. vbi de emphiteoſi
loquitur: dixit communem Riminal. conſil.
247. n. 39. & 437. num. 2. li. 3. Alciat. regu. 1.
preſu. 31. tract. de prẹſump. Dida. Couar. li.
reſolutio. 2. ca. 18. n. 2. Ruin. conſi. 48. nu. 11.
Sylua. conſ. 15. num. 60. & fuit hæc originalis
Barto. opinio in l. iuriſiurandi §. ſi liberi ff.
de oper. liber. & antea Dyni. & poſt Ange. in
l. apud Iulianum §. ſi quis alicui delega. 1. vbi
Pau. de Caſt. n. 4. Iaſ. n. 14. Capi. deciſ. 115.
n. 5. & innumeros recenſet Meno. in d. conſ.
n. 15. Aluar. Valaſ. fuſe tract. de iur. emphi.
q. 49. n. 5. in verſ. Sed quantũ colligere poſ-
ſum; cui etiam opinioni adhæret idem Me-
noch. tract. de præſump. li. 3. præſump. 29. n.
16. poſt principium Vincẽ. de Anna. allega.
31. num. 23. Tiraquel. qui multos tract. de
retract. conſangui. §. 11. gloſſ. 6. num. 24. qui
omnes citati interpretes, & magis cõmunẽ,
& receptiorem dixere, & ex adductis ab Al-
uar. ſatis conſtat, & in terminis noſtris dona-
tionis ſcilicet, quod nequeat pater filijs prę-
iudicare expreſsim Meno. conſi. 506. nu. 10.
Deci. conſi. 239. n. 4. vbi de donatione facta
in cõtractu matrimonij Caſſa. conſ. 53. n. 55.
& alios refert Surd. deciſ. 322. n. 28. in eiſdẽ
terminis loquentes. Contrariam ſententiam
tenuerunt non extremi nominis authores,
quos cum longa ſerie Meno. d. conſ. nu. 26.
verſi. Nunc ſupereſt, recenſeat, non eos adfe-
ram: & plures etiam numerat Aluar. Valaſ.
vbi ſupr. & cõmunem dixere Clar. in §. Feu-
dum quæſt. 40. & in §. emphiteoſis q. 16. &
dixit magis communem in emphiteoſi Ale-
xan. in d. l. apud Iulianum §. ſi quis alicui &
conſi. 124. n. 5. li. 5. poſt Guido. deciſ. 184. n.
3. vbi Ranchi. ad eum Celſ. noſter conſi. 26.
num. 14. latiſsimẽ Natt. d. conſi. 475. a nu. 1.
vbi acerrime hanc defendit, ſicut Menoch.
contrariam. Et in hanc inclinat nouiſsime
doctiſsimus Surd. deciſio. 324.

21 Primum † huius opinionis fundamentum,
a vulgari exorditur regula, quẽlibet rei ſuæ
moderatorem fore, & arbitrum l. in re man-
data C. manda. etiam abutendo l. ſed etſi
lege §. conſuluit de petitio. hæredi. atq. ideo
quilibet fauori pro ſe introducto poteſt re-
nuntiare l. ſi quis in conſcribẽdo C. de pact.
iniqum enim viſum eſt legiſlatoribus rerum
ſuarum ingenuis hominibus liberam admi-
niſtrationem auferre l. non vſq. adeo in fine
ff. ſi quis aparen. fue. manumiſ. Et iuſtum
patq. legiſlatoribus viſum eſt vnicuiq. ſua
committere l. nemo exterus C. de Iude. cum
igitur pater ſit dominus, libere in vnum fi-
liorum diſponere poterit; fore autem domi-
22 num in comperto eſt, † quia res conceſſa, vel
donata alicui contemplatione, & intuitu al-
terius ei adquiritur, cuius contemplatione
conceſſa eſt. tex. inſignis in l. ſed & ſi plures
§. in arrogato ff. de vulga. l. profectitia §. 1.
de iure doti. l. aditio §. 1. de acquiren. rer.
domi. gl. in l. cũ oportet §. 1. C. de bon. quæ
libe. vbi Barto. id docuit Bal. Angel. Salice.
& poſteriores, idem Barto. in l. ſi filius fami-
lias 2. ff. de donat. cau. mortis, Crot. in l. fra-
ter á fratre n. 4. de condic. indebi. illic Co-
raſi. 1. par. n. 52. Meno. tract. de præſump. li.
3. prẹſump. 28. n. 1. & 2. idem conſi. 81. n. 40.
li. 1. & d. conſi. ibi nu. 12. lib. 2. Natt. conſil.
14. num. 1. lib. 1. nouiſsimẽ Surd. deciſ. 322.
num. 51. Atqui fuit in hac ſpecie facta dona-
tio filijs intuitu, & contemplatione ipſo-
rum patris, igitur patri in totum fuit pleno
iure quæſita.

Cæterum fuiſſe factam donationem in
noſtræ ſpecie intuitu patris, multis conijci-
23 tur † Primo cõceſſa, vel donata patri, & filijs
ſimul, & eodem tempore, prẹſumuntur con-
tẽplatione totum patris donata l. annua §.
Attia.

Attia.ff. de annu. lega. l. ciuilibus ff. de re.
dub.l.cum aliquis C.de iur. deliberãdi Iſer.
in c.1.§.etſi libellum n.13.vbi Afflic.nu.11.
tit.de alie.feu.pater Barba.conſ.66.col.13.
lib.4 & alij multi quos refert Meno.d.conſi.
161.nu.30.Surd.d.deciſ.322.num.46.47.ſic
ius totum patri cenſetur quęſitum.

24 Secundo † quia in noſtra ſpecie filij adhuc
nati, quinimo nec concepti erant, conſequenter
ipſorum benemerita conſiderari nõ poſſunt,
vt dicamus ipſorum etiam contemplatione
factã fuiſſe donationem, vel feudi cõceſsionem,
cum nõdum nati, nec ingrati, vel
benemeriti dici poſsint l.ſi quis in ſuo ad finem
C.de in officioſ. teſta. Bart. conſi.131.
Angel.conſi.78.Deci.conſ.87.n.5. fuſe poſt
Ruin.Socin.& alios à ſe relatos Meno.trac.
de preſump.li.3.pręſ.28.n.9.idem conſi.81.
n.51.li.1.& d.conſi.161. nu.31.32.vbi alios
recenſet Cepha.conſ.105.nu.23.ornat pulchre
Surd.d.deciſ. 322.nu.48. 49.50. 51.&
antea nu.42.43. Natt.conſi. 14.nu. 1.lib.1.
Alciat.reſpon.153.num.3.idem Surd.qui alios
conſil.177.num.19.

Huic argumento conatur ſatisfacere Meno.d.conſ.
161.nu. 33.& ſic ſe intricat, vt ſe
25 ipſum extricare nõ valeat. † Conſiderat ille
vt breuiſsimis verbis illius multiloquiũ pręſcindam,
dupliciter poſſe contingere aliquid
alterius dici contẽplatione factum, vel conceſſum:
vno modo reſpectu meritorũ,& affectionis
donatarij,& recipientis,& eo in caſu
fatetur Meno.cauſam hanc, vel modum non
poſſe conuenire caſui noſtro, cũ in nondũ natis
affectio vt ſupra dixi, nec benemerita cõſiderari
poſsint. Secũdo dicitur quid fieri alterius
contẽplatione, & cauſa aliqua particulari,
veluti inquit, voluit concedens rem in
26 familia, vel agnatione conſeruari, quia † res
pretioſa, vt caſtra, villæ, opida, nam ex qualitate
huiuſmodi rerum præſumitur voluiſſe
concedẽtem in familia perpetuo remanere.
Caſtre.conſil. 343.Iaſſ. in l.filius familias §.
duci.delega.1.n.26.1.lectu.Rip. n.4.Capi.
deciſi.108.n.4.5.Meno.d.conſ.nu.35.idem
Menoch.qui plures alios li.præſump.4.pręſ.
68.n.14.& pręſ.ſequen.n.18.& conſi.117.n.
19.20.lib.2. Etſi non mihi diſpliceat Meno.
traditio, & ad caſum ſuæ controuerſię accommodari
poſsit, tamẽ in multis deficit: in primis
interpretes in præfata feudi conceſsione,
vel donatione generaliter inquirunt nullã
facientes diuiſionẽ an res illę cõceſſæ pretioſæ
ſint nec ne, vtroq. enim modo licet patri
vni ex his pręlegare, vel donare cæteris
prætermiſsis. Secundo fatetur Meno. quod
vbi res non eſſent pretioſæ, hæc vera poſterior
aduerſus communẽ opinio foret. Sed ſi
quiſpiam reſpondere velit huic argumentationi
ſic reſpondeat. Quoad pertinet ad inſtituturũ
noſtrę queſtionis,& tractatus: ſcilicet
27 † donationes huiuſmodi priuilegiatas de
quota hęreditatis, vel tota hæreditate, quæ
fiunt contẽplatione matrimonij vt plurimũ
ex duabus, vel tribus cauſis cõtingere, vt dixi
q. 2. & 3. vel quia vxor viro nobilior eſt,
aut ditior marito, vel forſan ſenex vir, & vxor
iuuenis,& formoſa; quibus in caſibus ſtudent
parẽtes filiarum huiuſmodi pacta inire,
vel donationes extorquere, non filiorũ tantũ
nubentium gratia, ſed & nepotum & deſcẽdentium,
vt nobilis vel diuitis coniugis filij,
bona poſsideãt, quibus deſtitui non poſsint,
vt ſic honorifice viuere magis, & matris vel
diuitias, aut nobilitatẽ ſuſtinere poſsint; &
vere in hoc principatu Cathaloniæ, tum & in
cęteris vbi hæc pacta obſeruari ſolent, nõ
ob alias cauſas, quã ſupra expreſſas ſunt etiã
inter ruſticos, inter quos alij alijs honeſtioris
ſunt conditionis; vnde licet in nondũ natis
nulla cadere poſsit affectio, nec benemerita,
& conſequenter videatur huiuſmodi donationes;
in quibus filiorũ mentio ſit contẽplatione
patris factas fuiſſe, tamen in noſtra
ſpecie ſecus; nõ enim tantum parentum, quã
filiorum etſi nondum nati ſint. factæ cenſentur;
ideo ceſſat doctrina ſupra relata, quia
nulla extant benemerita filij donatarij, quibus
moueri pater ad donandũ illi potuerit;
præter expreſsã matrimonij cũ certa,& par-
28 ticulari muliere contracturi; † quo in caſu
præſumitur donatum tã contẽplatione filij,
quam nepotum, & conſiderauit in ſimili Aret.
in l. apud Iulianũ §.ſi quis alicui in fine
deleg.1.Præpoſi.in cap.imperialẽ in principio
num.7.de prohi.feu.aliena.& alij multi,
quos ad hoc inſtitutũ recenſet Meno. d.cõſi.
151.n.15.& conſ.161.nu.35.& latius in cõmentario
de præſum.li.3.præſ.28.n.16.maxime
quod nulla benemerita filij erga patrẽ
poſſunt conſiderari, cui tamen addictus ſit
tale tantumq. præſtare illi obſequiũ debeat,
vt etſi pro eo mortem obiret, nec erga patrẽ
benemeritum dici poſsit Meno. lib. 3.pręſ.
præſum.29.a n. 10.cum ſeq.etſi hæc opinio
receptiori contrarietur ſententiæ; vtcumq.
iam ſit, hoc conſtat donationem factã fuiſſe
contemplatione certi matrimonij, & ſic expreſſa
cauſa,& vocatos filios filij, proinde in
hac ſpecie nõ poterit pater vni totã donatã
ſubſtantiam prælegare, vel relinquere.

29 Secunda † ratio quæ vrgens videtur hæc
eſt, nam grauatus relinquere fideicõmiſſum
in familia, poteſt vnum ex familia eligere,
& nominare, cui illud relinquat excluſis cæteris,
vt tetigi ſupra ex l. filius familias §.
penult. delega. 1. in verbis, *verum eſt enim in familia relinquiſſe, licet vni reliquiſſet*

l.vnum ex familia in principio & §.1. de le-
ga.2.l.ſi qui cum plures delega.3.gloſ. in l.
pater filium verbo filij ff.ad l.falcidi. Caſ-
tren.& Cuma.in l. peto §.fratre deleg.2.Me
no.d.conſi. 161. nu.41. latè Molin.de Hiſ-
pa.primo.lib.2.cap.4.num. 45.cum ante &
poſt ſequent. multis.vnde quemadmodum
id licet in hac ſpecie,ſic & in propoſita quæ-
ſtione licebit. Reſpondit dupliciter Meno.
30 argumento; † Primo authoritate Caſtren.in
d.l.filiusfam.§.penul.dicentis longā eſſe dif-
ferentiā, an teſtator dixerit, volo quod re-
linquatur in familia, vel dixerit quod reſti-
tuatur illis de familia, quoniā in priori caſu
ſufficit ſi vni relinquatur, in ſecundo mini-
31 me † proinde infert egregie ad caſū in quo
quis ſtipulatus fuit emphiteoſim pro ſe, &
illius filijs, vt nequeat tunc vni filiorum re-
linquere. Secundo reſpondet ex ſententia
Sonsbech.in commen.Feudo.par.13.n.166.
quod illi in quorum familia relinqui res de-
bet,nullum ius in re habent, niſi caſu, quo
extra familiam alienaret,ſecus hic, quando
conceſsione, vel donatione quæſitum ius fi-
lijs fuit.
32 Non † admodum placet conſideratio Ca-
ſtren.nec Meno.in ſuperiori prima ſolutio-
ne eo modo diſtinguentium: nam illa iura
non vim vllam conſtituunt,an teſtator dixe-
rit quod relinquatur in familia,vel quod re-
ſtituatur illis de familia,ſed in voluntate te-
ſtatoris,cui ſatisfactum putant ſi vni tantum
de familia relinquatur, quæ ratio ſic militat
in ſecundo caſu & in primo.

Secundo neque accomodari illa diſtinctio
huic caſui poteſt,quoniam nulla hic familiæ
mentio facta eſt,cui relinquendum,vel reſti-
tuendum ſit;nam generaliter filij dicta ſtipu
latione fuerunt vocati, & ſatisfeciſſe puta-
mus donatarium,ſi vni donet,cæteris prete-
ritis.Neque ſatisfacit ſecūda Sonsbech. So-
lutio, quia etſi niſi alienatione ſequuta illi
de familia nullum ius habeant, & dicere in
hoc caſu ius omnibus filijs dicta patris, vel
notarij ſtipulatione quęſitum fuiſſe nihil eſt;
quoniam cum aduerſa parte dicemus, fuiſſe
quæſitum ius,ſed reuocabiliter, & poſſe pa-
trem pœnitere,vnumque eligere, & alios o-
mittere.

33 Tertia ratio † quam prodidit Caſtren.in
d.conſi.179.ducitur ex l.4.C. de ſecun. nup.
qua ſtatutum,poſſe vxorem ex lucris à priori
marito habitis vnum ex filijs eligere,cui re-
linquat, etſi vellint iura filijs prioris matri-
monij fore reſeruanda. Reſpondet Menoch.
& recte. Leue eſſe argumentū,quia lex ipſa,
quę lucra reſeruauit filijs prioris matrimonij
eādem facultatem conceſsit mulieri eligen-
di vnum ex filijs, in quem ea conferret, vt
expreſsim l.illa ad medium ait. Sed & hæc
ſolutio calumniari poteſt, nam ea lex, quæ
vxori hanc conceſsit facultatem, ideo ſic ſta-
tuit,quia ex mente iuris ſatisfacit vxor vni
relinquendo, & ſi filijs leges prioris matri-
monij lucra ſeruent, argu. l. non eſt ſine li-
beris de verbo. ſignif. Neque ea lex quoad
hoc nouam continet diſpoſitionem.
34 Quarta ratio ducitur † ex ęquitate à lege
(vt ait Meno.n.46.)recepta cum iuſtum, &
æquum videatur eum,qui ſua opera & indu-
ſtria aliquid quęſiuit primo ſibi, demum al-
teri,vt antequam ius tertio ſit perfecte quæ-
ſitum, poſsit acquirens eam conceſsionem
reuocare l.3.de ſer.export. Barto.in d.l.qui
Romę §.Flauius de verbo.oblig.ex qua Bar.
traditione multa diuidunt noſtri,quæ vt ex-
tra propoſitum tractatus prætereo. Reſpon-
det Meno. Barto. traditionem non eſſe cō-
munem d.conſi.161.n.49.& conſ.92.nu.76.
Cæterū multi dixerunt hanc Bartoli recep-
tiorem eſſe.Nart.d.conſ.475.n.14.fusè Ga-
bri.in commu.tit.de donatio.conclu. 5.qui
& hanc magis communem.
35 Quinta † ratio, acquiſitio hæc à patre fa-
cta,& in filios tranſlata, reſpectu filiorū di-
citur mortis cauſa donatio,vt egregie docuit
Barto.in l.quę dotis vbi poſteriores ff.ſolut.
matr.Soci. ſenior. conſi.127.n.10.li.3.Iaſſ.
in l.2.n.207.C.de iur.emphi. Alciat. reſpō-
ſo.481.n.27. & alijs Meno.d. conſi.161.nu.
49.ad finem, & præter eos, citant Tiraquel.
Theſau.Pelaez & alios multos q.3.in prin-
36 cipio idem affirmantes; † ita fiet vt cū mor-
tis cauſa donatio ſit huius naturæ, quod poſ-
ſit vſq. ad mortem reuocari,imo & ſola pœ-
nitentia l.mortis cauſa donatio l. qui mor-
tis cauſa donauit de donatio. cau. mor. ſic
mortis cauſa capio, quæ reſpectu filiorū hu-
iuſmodi eſt,eiuſdem erit naturæ,& ideo do-
natarius reſpectu filiorum pœnitere poterit
reſpondet Menoch. ex ſententia Didaci in
rub. de teſt.3.p.n.26.hanc non eſſe nec do-
nationem cauſa mortis,nec mortis cauſa ca-
pionem,cum filij nihil à patre habeant, ſed
à priori donatore;ſed hæc ſolutio non ſatiſ-
facit,in primis communi aduerſatur opinio-
ni,qua creditum hāc mortis cauſa donatio-
nem, ſeu capionem eſſe ex his, quos d.q.3.
retuli,quibus addo eundem Meno. in com-
men.de præſump.li.3.præſump.28.a n.1. &
37 2.Secundo † quia conuentio de re reddēda,
tacite in ſe donationem cauſa mortis inclu-
dit.l.ſeia §.fin.de dona.cau. mor.vbi Barto.
Imo.& ceteri Meno.li.præſump.3. præſ.36.
nu.5.Neq. officit dicere, filios hanc habere
donationem non à patre,ſed à priori dona-
tore, quoniam vt mox dicam in ſequen. ra-
tione,quæſita per filios contemplatione pa-
tris,

Digitized by Google

tris,dicuntur profectitia, & conſequẽter re-
uocabilia ad nutam,& patris voluntatem.
38 Sexta † igitur ratio,quoniam quæ ſita per
filios patris contemplatione dicuntur pro-
fectiria, quaſi filijs data induſtria, & opera
paterna; dixi in primo huius partis funda-
mento: Et id ſine dubio procedit in ſpecie
noſtra ſecundum quam filij adhuc non nati
erant, quo in caſu donatio profectitia iudi-
catur Fortu.in l. Gallus. §. quidam rectè de
libe.& poſt.num.43. & alios recenſet Surd.
deciſ.322. num.48. 49. & eandem opinionẽ
probat deciſio.324.num.fina.licet igitur pa-
tri donationem reuocare quoad alios, & in
vnũ cõferre ſi vellit,vt in ſimili tradit Crot.
conſ.132.num.27.Gozadi.conſ.75.num.11.
& alij quos citat Menoch. d.conſ.161.n.51.
Reſpondet Menoch.ibidem,veram non eſſe
traditionem quod ſcilicet conceſsio profe-
39 ctitia non ſit, ſed aduentitia; Cuius † falſa
aſſertio eſt præcipuè in non dum natis filijs
vt modo ex Garcia Surd.& alijs dixi. Et ſic
vides lector optimè,quam dubius, & anceps
40 articulus ſit,& inuolutus. Nec † prætermit-
tendum quod vir eruditione præſtantiſsim'
Surd.in hanc extremam declinans opinionẽ
d.deciſio.324. à num. 1. conſiderat apposi-
te diſtinguens inter conceſsionem feudi,vel
emphiteoſis ſub illa verborum conceptione,
& inter donationem de qua agimus ſub ca-
dem forma conceptam; vt etſi demus patrẽ
non poſſe ſuperiori caſu vni prælegare, &
alios præterire;in donatione tamen ſic;quia
feudum & emphiteoſis ſuapte natura ad he-
redes extraneos non tranſeunt,nihil mirum
ſi omnes filij vocati cenſeãtur:donatę res ad
extraneos etiam tranſeant, ideo vnus filius
vocari, etſi liber hæres inſtituri poſſe, quam
opinionem illic tribus rationibus confirmat
quem vide & deciſio 322.num.39.
41 Ego † vt meam dicam poſt alios ſenten-
tiam ſic diſtinguendum eſſe cenſeo;aut con-
ſtat de expræſſa (de ea enim dubium nõ eſt)
mente donantis, vel ſaltim tacita ex conie-
cturis,quod voluerit res donatas in agnatio-
ne & familia cõſeruari; vel quia perſonæ no-
biles donantes,& donatæ res, caſtra forent,
oppida inſignia, vel feuda nobilia, & eo in
caſu puto poſſe patrem vni filiorum relin-
quere;quoniam diuiſione inter filios nec ag-
natio,nec familia rectè poteſt cõſeruari; aut
ex qualitate perſonarum,vel rerum donata-
rum vt quia viles, & inferioris conditionis
homines, & res donatæ tales, in quibus non
cadit affectio vt ſunt cenſus,prædia,& his ſi-
milia;eo caſu teneri exiſtimo patrem omnes
filios vocare: & idem in nobilibus perſonis,
quando nullam agnationis rationem habuiſ-
ſe appareret, & res donatæ etſi alicuius ſti-
mationis,commodam tamen reciperent di-
uiſionem:prior relata opinio,quæ magis cõ-
munis eſt,teneri patrem omnibus relinque-
re res donatas,in ſecũda hac vindicabit ſpe-
cie; Extrema illi contraria, in priori diſtin-
ctionis caſu. Et moueor,quia ex rebus dona-
tis inſignioribus, & magni valoris colligitur
mens patris donatoris voluiſſe eum rem in
familia conſeruari, quę niſi per vnum rectè
poteſt,vt ex Menoch. ſcripſi in reſponſione
ad primum argumẽtum pro minus commu-
ni opinione adductum: & præter Menoch.
idem in primogenijs,& maioratibus,in qui-
bus vt plurimum habetur reſpectus ad con-
ſeruationem familiæ,tradit in ſpecie Molin.
lib.2. de Hiſpani. primog.cap.4.num.54.in
fine & num.55.vbi in ſimili ſpecie electionis
ſcilicet,duas contrarias opiniones,ſic conci-
liat idem lib.1.cap.2. à num.1.cum ſequen.
& in terminis nullo relato ſic ſenſit Beren-
ga.in cap. 1. de fili.nar.ex matri.ad morga.
con.cap.9.num.7.in verſi. Tertio videtur ad
medium,& in verſic. Ad tertiam, & nullo ex
his citato Pelaez breuiter in maioratu lo-
quens ſicut & Molin.tracta.de maio. Hiſpa-
no. 1.par.quæſt.13. à num.1.vnde in ſpecie
quod ex qualitate rerum donatarum indu-
catur fideicommiſſum, & alienationis pro-
hibitio ex multis Molin. de Hiſpa. primog.
42 lib.1.cap.2. num.18. docet. † Neq. dixerit
quiſquam diuerſos eſſe illos à noſtro caſu
propter ſtipulationem,qua ius fuit omnibus
filijs quæſitum, nam præterquam quod Me-
noch.d.conſ.161.num.33. nullam conſtituit
differentiam fatendo,in caſu, quo ratio ag-
nationis habita eſt, poſſe vni patrem præle-
gare,vel donare; ex alio non facit, quia ſti-
pulatio non alterat mentem,nec volũtatem
contrahentium. nec etiam naturam contra-
ctus,cui adiungitur ſic Barto.in l.venditores
num.3.de verbo.obliga.idem, vbi cæteri in
l.poſt dotem num.5.ff.ſolut.matrimo. Sanè
43 † quoties in hac donatione adiectum fuiſſet
filijs,& hæredibus, nullam caſus contineret
dubitationem, quia cum poſſet pater vnum,
vel duos, & non omnes hæredes inſtituere,
ſic vni donare,vel relinquere,qui hęres eſſet,
ex his quæ in d. deciſio.322. ad finem Surd.
poſt veteres ſcripſit.& in deciſio.324.nu.77.
vbi multos ad hoc citat inſtitutum. Et idem
vbi adiecta fuiſſent verba in donatione, di-
cens quod donabat filio,illius filijs, & quib'
maluerit, quia verba hæc liberam inducunt
diſpoſitionem,ad ea,quę Menoch.conſil.42.
num.26.lib.1.qui alios refert. Et hæc verior
opinio cum Surd.& communi;conſequenter
periculoſe admodum deciſiones Senatus no-
ſtri relatę per Cance.d.ca.7.n.116. proinde
mihi illius placet opinio tutiſsima,& vera.

Sciendum

44 Sciendum † antem quod vbi donaturus filius poreſt vnum eligere iuxta receptā opinionem, quam tenuimus, vel quoties facultas expreſſe eligendi vnum ex filijs conceſſa per donatorem fuit, poteſt electum filiū pater grauare eo ſine liberis moriente vt bona cæteris reſtituat frarribus l. vnum ex familia §. ſed ſi fundum de leg. 2. ibi Segu. num. 206. Bereng. in d. cap. 5. de filij nat. ex ma. cap. 9. num. 14. Cance. ſupra d. cap. 7. num. 219. Rationem reddit noſter Ferre. in obſer. Cathalo. 3. part. cap. 319. quia non potuerit omnes eligere, nihil mirum ſi vnum eligendo ſimul alios poſsit vocare & ſubſtituere.

Id ipſum docuit Boeri. deciſ. 204. nu. 33.
45 vbi † parer donat filio in contractu matrimonij bona ſua, poteſt enim grauare illum poſt in teſtamento vt ſi ſine liberis decedat bona reſtituat fratribus ſuis, & filijs reſpectiuè donantis. Boerium ſequitur Berenga. in d. cap. 5. de filijs nat. ex ma. cap. 7. prælud. num. 8. verſic. Ad tertiam ſed ipſorum opinionem minime probat Cance. d. ca. nu. 120. *quia inquit obſtat tex. in l. perfecta donatio C. de dona. quæ ſub mod.* quæ nihil facit, cum loquatur in cęteris donationibus quę fiunt inter extraneas perſonas, non in his quę à patre in filiū, priuilegiatis fauore matrimonij, ſicut millies dixi ſupra quæſt. 2. 3. & ſequen. niſi enim conſuetudo eas probaret inutiles forent, ſaltim minime valerent, niſi ad concurrentem quantitatem legitimę vt pluries animaduerti.

Nec huiuſmodi donationes perfectæ dicuntur, niſi poſt mortem parris donantis & dicuntur conditionales, nec ius illis quęſitū actu ſed habitu idem Cance. d. cap. num. 90. Præterea ſi idem Cancer. fatetur. d. cap. 7. num. 87. & nos ipſi illius opinionem in parte probam⁹ ſupra quæſtio. quarta, quod moriente filio hæreditaro ſine filijs relicto hærede extraneo, præferendus eſt hæres patris, heredi filij, quia ſapiant donationes huiuſmodi vim vltimarum voluntatum, nec habent effectum niſi mortuis parentibus donataribus, quid prohibet quin interim pater ante donationem in filio radicatam poſsit filium grauare, vt ræteris filijs ſuis reſtituat hereditatē ſi ſine libetis moriatur, alioquin poſſet filius donatarius etiam ſtantibus filijs patris donatoris, bona extraneis relinquere quod abſurdum foret, & malè audiret, quare à iuſtiſsima Nico. Boer. opinione, qui eruditiſsimus, recedendum non eſt, nec Senatus noſter aliter tuta conſcientia ſentire poteſt. & quam tenuimus ſupra quęſtio. 3. ad finem vbi Celſ. Hug. citauimus.

(·l·)

SVMMARIVM.

1 *Donationes facta in capitulis matrimonialibus filio & illius filijs, an in ea donatione filij ſecutas vel vlterioris matrimonij vocati cēſeantur.*
2 *Deciſiones in terminis hodie exquirendæ ſunt, propter ſummam varietatem interpretum.*
3 *Teſtator filios omnes vocans, tam filios primi quam ſecundi matrimonij vocare videtur.*
4 *L. fina. ff. ad S.C. Trebel. declaratur.*
5 *Subſtitutiones ordinem ſequuntur ſucceſſionis ab inteſtato.*
6 *Filij tam primi quam ſecundi matrimonij ab inteſtato vocantur.*
7 *Inſtitutio poſtremi ſimpliciter facta ad omnes extenditur, tam primæ, quam ſecundæ vxoris.*
8 *Legatum relictum filijs alicuius, tā filijs prioris matrimonij, quam vlterioris relictum cenſendum.*
9 *Affectionis paritas, æqualiter filios primi, & ſecundi matrimonij amplectitur.*
10 *Legatum cognatis relictum omnes continet, & eos etiam, qui poſt mortem naſcuntur, tempore, quo dies legati cedit.*
11 *Legatum vxori factum in tempus filiorum, de omnibus filijs intelligitur quouis tempore natis.*
12 *Princeps caſtrum concedens coniugibus & eorum filio primogenito, conceſiſſe etiam cenſetur primogenito alterius matrimonij.*
13 *Maioratus erigendi facultas à Rege conceſſa coniugibus, prodeſt etiam natis ex ſecundo matrimonio.*
14 *Tempus mortis teſtatoris attenditur in legatis, & hæreditatibus deferendis.*
15 *Conditio nullius expectanda eſt, priuſquā ad eum hæreditas pertineat.*
16 *Legatum alimentorum vxori relictum, nedum primæ vxori, ſed & ſecundæ debetur.*
17 *Indiffinita poſita circa perſonas in fauorabilibus, æquipollet vniuerſali.*
18 *Emphiteuſis conceſſa alicui pro ſe, & filijs, non ſolum pro filijs primi matrimonij, ſed etiam vlterioris, conceſſa videtur.*
19 *Statutum lucrum deferens vni ex coniugibus ſine liberis moriente, de liberis intelligitur primi matrimonij.*
20 *Legatum vſusfructus, vel alimentorum relictum vxori, non cenſetur legatum ſecundæ.*
21 *Teſtator legando alimenta vxori, ad præſentē non ad futuram reſpexiſſe videtur.*
22 *Vxoris vbi mentio fit, ſermo, de prima vxore non de ſecunda intelligendus.*
23 *Conciliatio interpretum adfertur, in ea quæſtione an legatum vxori, cenſeatur etiam legatum ſecundæ.*
24 *Nuptiæ ſecundæ odioſæ, ideo cogitatæ non cēſentur.*

Diſpoſitio

25 *Diſpoſitio l. ſi vmquam C. de reuo. dona. non procedit in filijs ſecundi matrimonij.*

26 *Conceſſio emphiteoſis coniugibus & ipſorum filijs facta, filios tantum primi matrimonij continet.*

27 *Filij prioris vxoris in renouatione emphiteoſis, præferuntur filiæ ſecundæ vxoris.*

28 *Donans non cenſetur cogitare de liberis ſecūdi matrimonij.*

29 *Affectio ad præſentem vxorem dirigitur, non ad futuram incognitam.*

30 *Affectio ad nondum cognitos non porrigitur.*

31 *Affectio, vel benemerita in non dum conceptis minime conſiderantur.*

32 *Legatum vxori factum ab habente vxorem tempore legati, de ea vxore interpretandum eſt.*

33 *Donatio contemplatione matrimonij certæ, & nominatæ vxori facta, ad alteram vxorem non extenditur.*

34 *Berenga. Fernan. traditio.*

35 *Melchio. Pela. traditio adducitur.*

36 *L. cum vir & l. ſi vir de conditio. & demonſt. expenditur & nu. 42.*

37 *Priuilegiū conceſſum marito vt ſolū conueniatur pro dotis reſtitutione in quantum facere poteſt, filios tantū primi matrimonij comprehendit.*

38 *L. filius à patre §. ſi quis ex certa de libe. & poſthu. declaratur.*

39 *Donatio facta ante matrimonium nullius certæ vxoris contemplatione, filios ſecundæ vxoris continet.*

40 *L. placet & l. ſequens de libe. & poſthum. declarantur.*

41 *Verba teſtatoris generalia ratione affectionis, præſentes tantum cognatos comprehendunt.*

42 *Tempus mortis teſtatoris in hæreditatibus deferendis attenditur, niſi aliud appareat de mente illius.*

43 *Donatio facta à filijs verbis reſtrictiuis reſtringit illam.*

44 *Voluntas ex verbis donantis colligitur.*

45 *Voluntas diſponentis ex affectione declaratur.*

46 *Donantes coniuges liberis intellexiſſe cenſentur de filijs illius matrimonij.*

47 *Pactum in capitulis matrimonialibus, celebratum, vt nati ex eo matrimonio maſculi ſuccedant, & his non extantibus filiæ non ſuccedant ſed maſculi ex ſecundo matrimonio; filij ſecundi matrimonij non excludent filias natas in priori matrimonio ſecundum Berengarij opinionem.*

48 *Berengarij traditio reprobatur.*

QVÆSTIO XI.

DONATIO FACTA IN CApitulis matrimonialibus filio, & illius filijs; quando filij ſecundi vel vlterioris matrimonij vocati cenſeantur, vt eos poſſit pater ad res donatas admittere, quæſtio famigerata agitatur.

1 ACCIDISSE ✝ ſæpius quæſtionem validam ſcio, cum cōtemplatione matrimonij pater filio, & illius filijs donationem feciſſet: mortua demum vxore ſecundam ducens, ex qua etiam filios ſuſcepit; & res etiam donatas à patre contemplatione primi matrimonij dedit, vel reliquit, an id facere potuerit; ex aduerſo filijs prioris matrimonij dicentibus eorum patrē, vel notarium ſtipulatum fuiſſe nomine ipſorum ex eo matrimonio procreandorum, cōſequenter his ius quæſitum irreuocabiliter: Neq. filios poſterioris matrimonij, de quibus nuſquam fuit cogitatum vocari potuiſſe vti extraneos, nec in dicta donatione comprehenſos: quæſtionem hanc non rectè huc vſq. diſputatā, neq. elucidatam ingenue tractabo, ne in poſterum vllus dubitandi locus relinquatur quam nouiſsimè tractauit Cancer. lib. 3. reſolu. cap. 7. num. 100. Eo magis quod idem Cancerius lib. reſ. 1. cap. 8. n. 70. verſi. Circa iſtas donationes mouit hāc quæſtionem citat Ray. Deci. & Manti. quorum nullus loquitur in tali caſu, ſed in terminis vulgaris, vel fideicommiſſariæ ſubſtitutionis:
2 Exquirendæ ✝ vero ſunt hodie præcipuæ deciſiones doctorum in terminis propter varietates opinionum quæ abundant vt dixit Caual. deciſ. 30. n. 38. 39. 1. par. Sed nec Decius ab eo citatus in conſ. 305. aliquid dicit de hoc vel altero caſu.

3 Primo ✝ itaq. videtur poſſe patrem filios ex ſecundo matrimonio vocare, atq. ſtipulationem illam in perſona filiorum conceptā ad omnes filios prioris & poſterioris matrimonij protendendam fore: quia cum omnes ſint filij teſtatoris etſi ex diuerſis matribus geniti, eodem iure cenſeri debent: vnde cum teſtator filios ſubſtituit, filios omnes tā primi quam ſecundi ſubſtituiſſe videtur; ſiue de vulgari ſubſtitutione agatur, ſiue de fideicōmiſſaria, per quā etiam ſucceditur teſtatori
4 l. cohæredi §. cum filio ff. de vulgari. Igitur ✝ pariter filij vtriuſq. matrimonij vocati cenſentur l. fin. à contrario ſenſu ff. ad S.C. Trebellia. quam legem ad id expendit Areti. in l. cohæredi §. qui diſcretas nu. 11. ff. de vulga. Barto. in l. Lucius nu. 21. de vulga. vbi idem

Areti.

Areti. Barto. in l. reconiuncti nu. 62. delega.
3. Bald. in l. in teſtamento num. 10. C. de mi-
lita. teſtam. Alex. qui ex Imol. communem
ſcribit in conſ. 30. num. 2. 3. lib. 2. Deci. conſ.
304. num. 2. eandem opinionem dixere cō-
munem Ripa. in d. l. Lucius num. 40. Barto.
Socin. conſ. 86. nu. 9. lib. 3. & hos refert com-
munem etiam repetens Manti. tract. de con-
iectur. vltim. volunta. lib. 8. tit. 7. num. 3. poſt
principium, Deci. non relatus à Manti. conſ.
5 235. num. 6. vbi ſcripſit, † ſubſtitutiones ſe-
qui debere ordinem ſuccedendi ab inteſta-
6 to; vnde † cum ab inteſtato ſuccedant filij tā
primi quā ſecundi matrimonij, §. illud quoq.
ſuper hoc in auth. de nup. & nunc dicemus,
eodem modo in donatione videtur vt filij
primæ & ſecundæ compræhenſi cenſeantur.
7 Secundo † confert tex. in l. placet cum l.
ſequen. de libe. & poſthum. quo tex. aperte
probatur, inſtitutionem poſtremi ſimplici-
ter factam, ad omnes poſthumos porrigi,
etiam naſcituros ex poſteriori vxore quo lo-
ca id ibi adnotarunt interpretes noſtri, neq.
vllus diſſentit: ſimiliter in donationis ſpecie
de qua agimus arguendo de legatis, & vlti-
mis voluntatibus, ad contractus, quo genere
argumenti noſtri vtuntur l. ſeruum filij §. cū
qui Chirographum cum ſimilibus de lega. 1.
ſic poſt Oldrad. docuit Iaſſ. in d. l. placet nu.
8. Boer. deciſio. 148. Tiraq. in d. l. boues §.
hoc ſermone limi. 3. nu. 5. Menoch. conſ. 41.
num. 27. lib. 1.
8 Tertio facit, † quod communi omnium
opinione receptum eſt legatū vel fideicom-
miſſum relictum filijs alicuius, cenſeri reli-
ctum tam filijs prioris vxoris, quam etiā vl-
terioris, quia & ab inteſtato æqualiter ſucce-
dunt §. illud quoq. ſuper hoc in authen. de
Nup. vbi Angel. Bal. conſ. 316. filia primi
matrimonij lib. 2. Roma. conſ. 447. Panor.
conſ. 19. lib. 1. vbi citat tex. in l. cum alijs C.
de ſecun. nup. & conſuluit Deci. egregie di-
cens rem eſſe claram, & ſine dubitatione cōſ.
235. num. 6. ſupra citato, idem affirmat Mā-
ti. de coniectu. vltima. volunta. lib. 8. titu. 7.
num. 13.
9 Quarto † iuuat ratio, quod paritas affe-
ctionis efficere videtur vt tam primis quam
alijs ex ſecundo matrimonio filijs ius quæſi-
tum videatur, cum ſecundæ nuptiæ plerumq.
gratiores, & iucundiores primis eſſe ſoleant
l. lexque §. lex enim C. de admi. tutor. Et pa-
ritas gradus tollit omnem ſuſpitionem l. nō
ſolum §. 1. de Ritu. Nup. l. extraneos §. 1. l.
in hoc C. de quæſtio. l. ſed & milites verſic.
Coequalitas ff. de excuſa. tuto. & qui hęc iura
multis illuſtrat Farina. in quæſtio. crimina.
titu. de oppo. con. teſtes queſtio. 54. regu. 2.
num. 116. & queſtio. eadem 54. regu. 1. n. 45.

10 Quinto † facit, nam & legatum cognatis
relictum non tantum ijs, qui erant tempore
teſtamenti, ſed & poſt factis qui reperiuntur
tempore mortis teſtatoris relictum iudica-
tur, quinimo & poſt mortem, tempore quo
dies legati cedit l. ſi cognatis vbi Bartol. &
Socin. de reb. dubi. l. cum ita §. fina. de lega. 2.
Curt. iuni. conſ. 58. in fine Maria. Socin. conſ.
172. num. 1. & ſequent. lib. 1. Pechi. tract. de
teſta. coniu. lib. 1. cap. 3. in princip. Caualca.
tracta. de vſu. mulie. relic. nu. 196. ad finem
vbi citat tex. in d. l. ſi cognatis, idem voluit
Oldrad. conſ. 212. Greg. Lop. in gloſ. in ver-
bo *ſu muger* in l. 16. Taur. Perey. tractat. de
nomi. emphi. tit. 62. §. 3. quæſt. 15. num. 25.
verſi. Quod etiam.
11 Sexto † non parum tuetur ſuperiorē ſen-
tentiam tex. in l. ſi vir. & l. ſequens de condi.
& demonſtra. quibus probatur legatum vxo-
ri factum in tempus filiorum, intelligi de fi-
lijs quouis tempore natis: nam vt dixit Bal.
in authen. qui rem C. de ſacro. Eccleſi. nu. 5.
& in l. vnica num. 4. C. de priuil. dot. non mi-
nus dicuntur filij ſecundi matrimonij, quam
filij primi Boeri. deciſio. 276. Socin. in d. l.
cum vir Perey. in d. queſt. 15. n. 25. ad mediū
Gabri. conſ. 13. lib. 2. num. 2.
12 Septimo † opitulatur egregia traditio Ro
ma. in l. etiam nu. 17. ff. ſolu. matrimo. quem
refert, & ſequitur Grego. Lop. in l. 2. tit. 15.
part. 2. glo. in verbo, *ſino el hijo mayor*: igitur
cenſent præfati interpretes, quod ſi Princeps
donauit caſtrum coniugibus pro ipſis, & eo-
rum filio primogenito, in hac donatione ne-
dum comprehendi filium prioris vxoris pri-
mogenitum, ſed etiam ſecundę, citat Bald.
13 in d. auth. qui rem; Inde † reſolnit idem Lo-
pez licentiam conceſſam à Rege ad conſti-
tuendum primogenium coniugibus, prodeſ-
ſe etiam nato ex ſecundo matrimonio; con-
ferunt quę in ſimili caſu Boeri. ſupra citatus
tradidit dicta deciſ. 276. ad finem Parpal. in
d. auth. qui rem C. de ſacro. Eccleſi. Roma. in
l. etiā nu. 17. ff. ſolut. matrimo. Perey. vbi ſu-
pra num. 26.
14 Octauo † adſtipulatur, nam in legatis, &
hęreditatibus attenditur tempus mortis te-
ſtatoris quoad ſucceſſionem §. in extraneis
inſtitu. de hæred. qualita. & differen. ſimili-
ter capacitas, & incapacitas l. in fraudem §.
1. de his quib. vt indig. l. non intelligitur §.
15 quando autē de iur. fiſc. nec † de cuiusquam
conditione queri debet priuſquam hæredi-
tas, vel legatum ad eum pertineat l. nō opor-
tet de lega. 2. l. interuenit de leg. pręſtan. cum
his quę fuse ad hoc propoſitum & in eadem
queſtio. Caual. tractat. de vſuf. mulie. relic.
num. 195. verſic. Pro parte autem, ſequitur
vt omnes filij, qui tempore mortis teſtatoris
reperi-

reperirentur,vel ſi ex prima,aut ſecūda vxore,omnes vocati cenſeantur.

16 Nono † fortius ſtringit legatum alimentorum relictum vxori nedum primę vxori, ſed & ſecundæ relictum cenſeri. Sicut enim inſtitutio poſthumi facta ſimpliciter fauore teſtamenti porrigitur ad poſthumos alterius vxoris d.l.placet & ſeq.de libe.& poſthu.ita legatum alimentorum vxori relictum ad ſecundam trahitur vxorem, quia fauorabilia ſunt alimenta l.cum hi.§.nihil. de tranſ. l.1. C.de fidei.cum vulga.ſic in ſpecie reſpondit Alex.conſ.171.lib.2. Socin.ſenior,conſ.48. num.5.lib.3.Thom.Gram. deciſio.102.nu. 114.Manti.de coniectu. vltim.volunt.lib.8. titu.15.num.2. Tiraq. in l. boues §.hoc ſer-
17 mone 3.limi.nu.13.de verb. ſigni. quia † in definita poſita circa perſonas in fauorabilibus æquipollet vniuerſali, iuxta doctrinam Barto.communiter receptam in l.ſi pluribus delega. 2. & in eiſdem terminis legati alimentorum vxori relictum reſponderūt præter ſupra citatos Socin.iun.conſ.172.nu.25. lib. 2. Cordn. in l. ſi quis à liberis §. vtrum num.34.ff.de libe.agnoſ. Surd.tracta.de aliment.tit.8.priui.31.nu.2.& conſ.125.nu.25. lib.1.Simo.de Pręt.tracta.de inter.ver.vlti. volunt.lib.4.inter prima dubita.10. num.3. & 4.

18 Decimo † iuuat eandem ſententiam traditio Bal. in auth. qui rem num.5. de ſacro. Eccleſi. is docuit coniuges emphiteoſim pro ſe,& filijs recipientes cenſeri recepiſſe non ſolum pro filijs primi matrimonij ſed etiam ſecundi, cum par ſit erga omnes affectio, & ideo omnibus æqualiter proſpexiſſe videntur Bald.ſequuti ſunt Paul.de Caſ. & Socin. in l.cum vir de conditio.& demonſt. Boeri. deciſ.276.ad finem Alciat.reſponſ.55.n.16. Bero.conſ.42.nu.4.lib.1. Meno.d.conſ.41. num.25.lib.1.

Vndecimo in terminis donationis factæ coniugibus,& eorum filijs, quod continentur filij ſecūdi, & vlterioris matrimonij reſpondit latiſsimè Meno.d.conſ.41. à num.1. vſq. ad finem.

His quidem argumentis opinio hæc ſuſtineri poteſt,non tamen deſunt, qui contrariā tueantur opinionem neq. etiā rationes deficiunt,quibus poſsit defendi.

19 Primo † ſtante ſtatuto lucrum dotis deferente,vbi ex cōiugibus vnus ſine liberis moritur,intelligendum eſt de liberis ex eo matrimonio non alijs, ſufficit itaq. marito, vel vxori, quod ex priori matrimonio non extent,vt lucrum hoc ſtatutarium conſequatur; cuius opinionis author citatur Raynal. inter conſi. Signorol. conſ. 68. & 263.Alciat. reſpon.3. in fine lib. 2. Bero. conſ.42.lib.1. & alijs multis ab eo citatis refert hāc communem opinionem Gabri. conſ.13. nu.1.2. lib.2.Menoch.conſ.4.num.6.lib.1.qui alios refert.& præter eos Rolan.tractat. de lucro dot. quæſt. 42. num.3. Gabri.in d.conſ.13. vbi hanc ſententiam comprobat,& obiectis reſpondet.vnde quemadmodum de filijs alterius matrimonij ſtatutū cogitaſſe non cenſetur,ſic in noſtra ſpecie.

20 Secundo † aduerſatur,nam legatum vſusfructus,vel alimentorum relictum vxori, nō cenſetur legatum ſecundæ ſed tantum priori,id quod directo contrariatur ſupra citatis authoribus,quos adduxi in nona argumētatatione pro parte affirmatiua ſuperi' in verſ.
21 nono † fortius; quia videtur teſtator legando alimenta ad vxorem præſentem non ad futuram reſpexiſſe. Et vbi de vxore fit mentio non de ſecunda ſed de prima ſermo intelligēdus eſt l.ſi quid earum §.finali.in fine de leg.3.qui tex.expreſſus eſt.

22 Ad hec † actus ille legandi ad primam nō ad ſecundam vxorem protendi debet l. boues §.hoc ſermone de verbo. ſignifi. l.cum pater §.pater certam de lega.2. l.dotis promiſsio verſi.fina.de iur. dot. l.inter ſocerum §.fina.ad finem de pact.dotal. Tiraq.in noſtris terminis in d. §. hoc ſermone in principio num.2.& in tertia limi. num.13. ſic expreſsim cenſuit Bal.in l.fina.col.3.C.de indic. vidu. tollen. eum fuit ſequutus Crem. ſingu.8.Iaſſon. in l.diuortio §.quod in annos num.20.ff.ſolut.matrimo.Deci.in cap. quoniam Abbas num.16.de offi.deleg. Cott. in memoriali incipienti vxor relicta Benedic. in cap. Raynuntius verbo.cætera bona n.19. de teſtam.idem Tiraq.in d.§.in princi.num. 204.Surd.tracta.de alimen. titu.8. priuileg. 31.num.2.& 3. in hac ipſa reſidet opinione Caual.in tract.de vſuf.mulier.relic. nu.196. ad finem in verſic.Mihi autem, dicit opinionem Bal.quam improbat Alexan. veriorem eſſe,& magis communem:qui inibi addit rationibus Alexan.ſatisfacere Deci. in d. cap. quoniam Abbas.eandem ſententiam ſequitur Pechi.tracta.de teſt. coniu. lib.1. cap.3. num.3. ad medium, in hac reſidet Simo. de Præt.tract.de inter.verbo.vlti.volunt.lib.4. inter.1.dubitatio 10.num.4.Picus.in reperi. l.Titia §.Titia num. 208. vbi fuſè hanc diſputat de leg.2.Et denuò eruditiſsimus Peregrin.in tracta.de fidei.arti.22.num.8. Bald. ſententiam communē dixit hanc ipſam ſententiam in eiſdem terminis nouiſsimè paucis ab eo relatis amplectitur Perey. tracta. de nomi.emphiteo.ad lib.4.ordina. tit.62. §.3.quæſt.15.num.29.Dida. in cap. requiſiti num.6.de teſtam.& ſine dubio hæc eſt communis,& magis recepta traditio.

Neq.

Digitized by Google

23 Neq. † ignoro multos ſic opiniones haſce
contrarias conciliare, vt opinio affirmatiua
procedat quando teſtator nullā habens vxo-
rem legauit alimenta vel vſumfructum, quia
cum ceſſat ratio affectionis cenſetur legaſſe
tam primæ, quam ſecundæ, cum vtraque ſit
incognita. Cæterum opinio negatiua Baldi
nunc relata & magis communis tunc vindi-
cet, quando teſtator habens vxorē tempore
teſtamenti ei legauerit alimenta, tunc de
pręſenti non futura intelligendum legatum:
ſic omnium prior conciliauit Felin. in cap.
innouamus num. 11. de treu. & pace. Picus in
d. §. Titia. nnm. citato. comprobat Didac. in
d. cap. requiſiti Manti. in d. tractat. de conie.
lib. 8. titu. 15. num. 3. & placet Pechio. vbi ſu-
pra num. 3. diſtinctio, eandem ſequitur Surd.
d. priuil. 31. num. 3. Alciat. in d. §. hoc ſermo-
ne num. 5. & alij quos ille recenſet in eandē
cōſcendit Simo. de Præt. d. dubita. 10. nu. 4.
Perey. qui ſimili pulchro comprobat in d.
quęſt. 15. num. 32. & altero elegantiori Surd.
d. priuile. 31. num. 7. ij quidem omnes hunc
articulum aliter atqui aliter declarant, ſed
quia inſtituto tractatus noſtri non conue-
niūt, præter ſupra relatam rationem, ad eos
lectorem reijcio, quoniam notanda adferūt.

24 Tertio † facit, quoniam ſi donatio hęc cō-
pręhenderet, & filios ſecundi matrimonij,
procuidubio donator de ſecundis nuptijs,
quæ alioqnin odioſæ ſunt, cogitare cenſere-
tur, & de prioris morte, & triſtiſsimo euen-
tu, qui ſpectandus non eſt l. inter ſtipulantē,
§. ſacram de verbo. obliga. l. ſiquis poſthu-
mum de libe. & poſthu. ſic Pechi. in d. cap. 3.
num. 1. à quo rationem hanc tacito ipſo ac-
cepit Perey. vbi ſupra num. 27.

25 Quarto † quia diſpoſitio l. ſi vmquam C.
de reuo. donatio. non extenditur ad eum,
qui expreſſe illius legis beneficio renuntia-
uit quando vxorem duxit, nā ſi poſtea alte-
ram accipiat prima mortua, filij ſecūdę, quia
de his cogitatum non cenſetur, non efficient
vt donatio poſsit reuocari; quemadmodum
maxima authoritate reſpondit Ber. Socin.
conſ. 126. à num. 1. lib. 3. quem refert & ſe-
quitur Surd. d. priui. 31. num. 3. & eundem
Socin. retulit Tiraq. in d. l. ſi vmquā nu. 100.
& Perey. d. quęſt. 15. num. 30.

26 Quinto † non parum facit quod ex citatis
authoribus deducit idem Perey. num. 27. in
conceſsione emphiteoſis coniugibus & ip-
ſorum filijs facta, non contineri filios ſecun-
dæ vxoris de quibus non fuit cogitatum, ſed
prioris tantum: quam ſententiam ab eo nu-
me. vſq. ad finem quæſtionis veram oſtēdit,
obiectis quibuſdam reſpondens.

27 Sexto † iuuat eiuſdem traditio Perey. in
tracta. de renouati. emphiteo. quęſt. 13. nu. 8.
qui poſt Curti. tracta. de feud. 3. par. in prin-
cipio num. 27. ſcriptum relinquit, in renoua-
tione emphiteoſis à certis coniugibns facta,
præferri filios prioris vxoris filijs ſecundæ
propter ſuperiorem rationem.

28 Septimo † concinit ratio, quoniam in du-
bio non pręſumitur donatorem cogitaſſe de
liberis ſecundi matrimonij, ratio notiſsima
eſt, quia vt millies dixi, huiuſmodi donatio-
nes, quæ fiunt in tabulis nnptialibus, in qui-
bus confertur hæreditas, vel illius quota, aut
maior pars, quæ ſunt à iure improbatæ, niſi
quod eas conſuetudo confirmat, fiunt ſem-
per vel ratione nobilitatis vxoris, diuitiarū,
vel pulchritudinis, aut filij honorifice viuāt,
& illorum cōiuges, & ideo fiunt propter pu-
ram affectionem, quam habet pater, & do-
nans ad coniugem venturam, & illius filios,
idem eſſe cenſeo vbi donatio non eſſet im-
probata, vt quia ad metas legitimæ reſtricta
foret, quæ valet inter patrem, & filium, vel
filiam ex cauſa dotis vt dixi quęſt. 3. declara-
tio. 2. dum fieret contemplatione matrimo-
nij inſtantis, & nominaretur vxor futura; his
ſanè caſibus procnldubio affectio donatoris
oſtenditur, & ideo filij ex ſecunda vxore ni-
hil poſſent vindicare: Et cum duę ſint aſſer-
tiones, ſingulas probare oportet, prima vt
dixi eſt propter affectionem, vbi tota, vel
29 maior pars hęreditatis donatur; quia † affe-
ctio ad præſentem vxorem dirigitur non ad
futuram incognitam l. ſi quid earum §. fina.
in verbis, *quia non eſt ita de poſteriore vxore
cogitatum* de lega. 3. cum alijs huic ſimilibus
30 adductis in ratione ſecunda. Tum † quia af-
fectio ad eos, qui nondum ſunt, incognitos
& inopinatos non porrigitur veriſimiliter,
31 vt † nec in proprijs filijs quia adhuc nati nō
ſunt gratitudo, ingratitudo, vel benemerita
poſsint conſiderari l. ſi quis in ſuo in fine C.
de inofi. teſtam. & multorum docui authori-
tate quęſt. 7. in verſic. Secundo, quia, in filijs
nondum natis, nec conceptis non poſſe be-
nemerita conſiderari quoad hoc, vt ipſorum
contemplatione donationem factam dica-
mus irreuocabilem: Eandem affectionis ra-
tionem reddiderunt omnes à me citati in-
terpretes in ſecundo argumēto pro hac par-
32 te adducto nullo diſſentiente. Et huc † etiā
pertinet illa conciliatio Felin. Dida. Pechi.
Paul. de Mon. Pico. Surd. Simon. de Præt. &
aliorum affirmantinm, legantem vxori ali-
menta, vel vſumfructum ſi eo tempore ha-
beret vxorem de ea non de ſecunda cogitaſ-
ſe, niſi aliud ex coniecturis vel mente teſta-
toris appareret: Et huc etiam pertinet quod
licet appellatione hęredis veniat, hęres hęre
dis l. hęredis appellatio de verbo. ſignif. fusè
Tiraquel. tractat. de retractu. conuentio. §. 1.
glo. 6.

Digitized by Google

gloſ.5.num.20.propter affectionem tamen, quando teſtator loquitur de ſuo hærede, illius ſermó ad primum non ſecũdum reſtringendus eſt ſic Alexan.in l.fina.num.5. C. de legat.Ruin.conſ.29.num.6. lib.2. Menoch. conſ.89.nu.20. lib.1. Surd.d.priuil.31.n.6.

33 Secunda † aſſertio modicam continet dubitationem, quando donatio fieret contemplatione inſtantis matrimonij, & ſignanter vbi nominaretur vxor, quia extentio ad ſecundã vxorem nec illius filios fieri non poſſet, cum de perſona ad perſonam prohibita ſit l.cum pater §. quindecim cum ſimilibus deleg. 3. & diſpoſitio nomine alicuius proprió concepta ad alium extendi non debet Bartol.in l.omnes populi num. 63. de iuſti. & iur. ſic io terminis reſoluit aliorum authoritate idem Surd.d.priuil.31. num.3. in fine & num.4.& ante ipſum eo tacito pulchre Simo.de Præt.d.dubita.10.nu.4.

34 Octano † accedat authoritas Beren. Fernan.in cap.1.de filijs nat.ex matrimo.qui in ſpecie donationis factæ in capitulis matrimonialibus loquitur ſubobſcure, nulla lege, ratione, vel authoritate ductus:is,6.cap.pręludio.num.11. ad medium ſimilem huic ſuſcitauit quæſtionem, & filios ſecundi matrimonij non contineri ſcribit.

35 Nono † oportune adnectam traditionem Pelaez in tracta.de maior. Hiſpano. 1.part. quęſt.48.nu.50. is ſcribit, quod vbi maritus ante mortem condidit teſtamentum in quo facultatem vxori conceſsit ſecundum ll. illius Regni meliorandi vnum ex filijs in tertio & quinto, non expreſſo nomine vxoris, ſi interim ea vxor moriatur, & aliam ducat, ex qua filios ſuſcipiãt & moriatur, numquid poterit ſecunda hæc vxor in vim illius facultatis conceſſæ vxori in ſuo teſtamento meliorare filios ſuos ex ſecundo matrimonio, & putat non licere huic ſecũdæ vxori, citat tex. in d.l.ſi quid eatum §.fina. delega. 3. & doctrinam Bal.ſupra adductam in d. l. fina. C. de indic.vidu.toll. & multos ex his quos recenſui in ſecundo argumento pro hac parte adducto ſupra.

36 Decimo † eandem comprobat ſentẽtiam tex.in l.cum vir & l.ſi vir.de conditio. & demonſt.quibus deciditur legibus, legatum factum viro, & vxori. Suſceptis liberis, intelligi de liberis ex eo matrimonio natis, non ex alio, vt reſpondit Signoro.d.conſ.68.Iaſſon. conſ.115.num.4.lib.1.

37 Vndecimo, † priuilegium conceſſum marito vt ſolum conueniatur pro dotis reſtitutione in quantum facere poteſt, compræhendit filios illius matrimonij tantum, non autem ſecundi:& licet gloſ.in l.etiam ff. ſolut. matrim.teneat contrarium, communiter tamen ab omnibus improbatur, vt refert Alexan.ibidem num.7.& conſuluit Socin.conſi. 84.col. 4. verſicul. decimo & vltimo lib.1. Caſſa.conſ.53.num.21. Menoch.d.conſ.41. num.10.Barbos.in l.maritum num.79.ff.ſolut.matrimo.vbi & conſilij Menochij modo citati meminit, & Menoch. decipitur, qui & glo.hanc opinionem tenere ſcribit, cum amplectatur contrariam.

38 Duodecimo † ſuppetias fert tex. in l. filius à patre §. ſi quis ex certa ff. de libe. & poſthum.quo in loco reſpondit I.C. quod ſi quis ex certa vxote natum, ſcribat *hæredem, non intelligitur hæredem inſtituiſſe natum ex alia; ideoq. nati ex ſecunda rumpent teſtamentum tanquam præteriti*; cuius textus authoritate reſpondit Ange. conſ.51. quem tetulit Menoch. d.conſ.num. 12. quod vbi teſtator ita diſpoſuit, inſtituo ventrem vxoris meæ ſi prægnans eſt, ſolum cenſeri inſtituiſſe eum, qui eo tempore in vtero erat, & non alium; quia videtur cõſideraſſe ventrem illius vxoris tantum non ſecundę. Angel. ſequuti ſunt Iaſſ.& Socin.in d. l.placet Menoch. d. conſ. num.12.13. Cæterum hanc Angel. traditionem minus communem, & veram oſtendit Meno.d.conſ.n. 37.& præter eum improbatur ex traditis ſupra in 1.& 2.argumẽto pro contraria parte adductis.

Decimo tertio, & extremo adducitur tex. in l.ſi quis ita §. ſi quis cum ignoraret ff. de teſtamen.tutel. quo textu probatur dationẽ tutellæ quæ alioquin fauorabilis eſt, non extendi ad eos, quos patet ſe habere ignorabat, & idem in legato reſpondit Roma. cõſ. 231. in ſubſtitutione Deci. conſ.95. num.7. Tiraquel. in l. ſi vnquam verbo libertis nu. 29.C.de reuo.donatio.Meno.d.conſ.nu.14.

Ex quibus conſtat ab hac opinione nec iudicando, vel conſulendo (quia communis, &
39 vera) recedi debere: quam † tamẽ vellim limites vno caſu, quoties donator generaliter ante matrimonium nullius contemplatione vxoris dediſſet filio, vel filię, tunc quidẽ cenſerentur contineri filij primę, & ſecũdę vxoris, quia ceſſat ratio affectionis & intuitus perſonæ, cum qua matrimonium contrahendum eſt; ſic in ſimili exiſtimant ſupra relati in ea conſiliatione, quam ex Dida. Surd. Simo.de Pręt. & alijs adduxi in calce ſecundi argumẽti pro hac parte relati: Et in hoc proprio caſu reſpondit Menoch. d. conſ. 41. vt idem ipſe declarat num.29.30.31. & ſequẽtibus: vbi manifeſtè ad affectionem attendit, qua ceſſante, vt ceſſabat in ſua ſpecie, reſpondit filios etiam ſecundi matrimonij contineri in illa donatione.

Neq. obſtunt argumenta contraria, quæ à nobis diluenda ſunt, nõ primum quod facta

ſubſti-

ſubſtitutione alicui in vulgari, vel fideicommiſſaria nedum cenſeātur ſubſtituti filij primę, ſed ſecundæ etiam vxoris, quia id in primis fauore teſtatoris inductum eſt vt facilius illius voluntas extrema conſeruetur, quę nō tam facilè ſuum ſortiretur effectum, quinimo periclitaretur niſi filij etiam alterius vxoris illa ſubſtitutione continerentur; proinde ſubſtitutio extenditur, vt filios omnes contineat vtriuſq. matrimonij: ſic cenſent omnes relati in d. primo argumento contrario; quę ſanè ratio in noſtro caſu ceſſat eo magis quod in præfata ſpecie non pauci tenuerunt contrariam opinionem, atq. etiam aliqui limitarunt eandē, vbi teſtator ſalua gradus pretogatiua ſubſtituiſſet, vt refert Manti. d. l. 8. tit. 7. ſub nu. 3. ad finem.

Secundo reſpondetur in præfata ſpecie nullam poſſe conſiderari affectionem, quæ magis vrgeat in filijs prioris matrimonij, quam ſecundi, ideo omnes contineri in hac ſpecie ſecus.

40 Neque obſtat † ſecunda argumentatio, quoniā l. placet, & tex. in l. ſequent. iure ſpeciali decidunt vt modo dixi appellatione poſthumi omnes venire poſthumos, vt teſtatotis voluntas conſeruetur glo. ibidem Bart. & alij animaduertunt. idem Barto. in l. ſi ita ff. de auro. & argen. lega. vnde in cōtrarium erit ius commune, vt itidem animaduertit idem Barto. in d. l. ſi cognatis, quoniam regulariter tempus teſtamenti attenditur, ſic etiam reſpondit Pechi. in d. cap. 3. num. 2. & ante eos Deci. in d. cap. quoniam Abbas nu. 16. & clarius quidem Manti. in d. tit. 15. n. 2. qui expreſsim poſt alios fauorem teſtamenti conſideratuit ad d. l. placet, & tex. in l. ſequen.

41 Rurſus † nec perpetua illa traditio eſt, nam ſi teſtator tempore teſtamēti cognatos quibus reliquiſſet, haberet, & licet regulariter ad fideicommiſſum non admittantur niſi nati, & concepti tempore teſtamenti, vt docēt omnes in d. l. ſi cognatis, ſicut etiam ab Inteſtato non admittuntur l. 1. §. ſciendum l. Titius de ſuis, & legiti. hęred. ramen quando verba teſtatoris poſſunt verificari in pręſentibus, ſicut in futuris ratione affectionis intelligendum eſt de præſentibus, ſic Pechi. ſupra & Maria. Socin. conſ. 172. num. 1. lib. 1. ſimiliter & vbi teſtator naſcituros vocat, quia deficit ratio affectionis, omnes continebuntur, cum non magis vnum, quam alium diligere cenſeatur Rolan. conſ. 70. nu. 47. lib. 3. Natt. conſ. 675. num. 5. Surd. d. priuileg. 31. num. 5.

Non obſtat tertium, legatum vel fideicōmiſſum relictum filijs alicuius relictum cenſeri filijs primi, & poſterioris matrimonij, eodem enim modo reſpondetur huic vt ſuperioribus; id factum vt ſuſtineatur voluntas teſtatoris, qui alioquin periclitari poſſet, quę ratio minimè in hac ſpecie vindicat.

Non quartum obeſt, paritas ſcilicet affectionis, quæ ad omnes liberos æqualis eſt ſiue primæ, aut ſecundę vxoris; quoniam id negatur; affectio enim magis ad vxorem præſentem, vel filios iam natos, quam naſcituros inducitur, quia adea, quę non ſunt vix affectio aliqua poteſt conſiderari, nec erga filios, vt dixi in 7. ratione pro hac parte.

Non quintum, quia vt primę, ſecundę, & tertiæ rationi ſatisfactum eſt, & huic.

Non oberit ſextum, quoniam tex. in d. l. ſi vir loquitur quando legatum vxori factum illius contemplatione tantum factum fuit, ideo veniunt filij vxoris tam ex primo quam ſecundo matrimonio, in hoc caſu ſecus, ſecundo reſpondetur intelligi quando nullos habebat vxor filios ex priori marito, quia his extantibus ad eos diſpoſitio referri deberet l. cum vir, qui textus expreſſus eſt ff. illo. eod. tit. de condi. & demonſt.

Septima ratio non procedit, nam præter eam ſolutionem, quam huic argumento Perey. dicto in loco tribuit, mihi ex alio nō facit, quia etſi ſub conceſsione illa, & donatione contineantur liberi ſecundi matrimonij, non inde affirmat Lopezi. extantibus liberis ex priori, vocatos eſſe ſecundos de quibus non cenſetur cogitatum extantibus ex primo, & quorum contemplatione in dubio cēſetur facta conceſsio ex his, quæ ſupra. Accedat altera ſolutio, maximam cōſtituere differentiam noſtros inter donationem vel cōceſsionem factam a tertio, vel à proprio patre aut auo: in primo caſu quoniam ceſſat pręſumpta contemplatio affectionis, voluerunt vt omnes liberi tam primi, quam ſecundi vocati cenſeantur, in ſecundo caſu minimè: ſic ſcripſit Deci. in d. cap. quoniam Abbas num. 16. Picus in d. §. Titia num. 109. Menoch. conſ. 106. num. 67. Simo. de Præt. d. dubitatio. 10. nu. 6. Surd. d. priuil. 31. nu. 5. verſic. Alio modo. Et ſic intelligendus Menoch. d. cōſ. 41. qui in hac eadem ſpecie reſpondit, in donatione ſcilicet facta à Principe cuidam vaſſallo.

42 Octaua † argumentatio non officit, quia etſi tempus mortis in hæreditaribus deferendis inſpici debeat, tamen ita intelligi debet niſi de mente teſtatoris aliud colligi poſſit, quemadmodum in noſtra ſpecie, propter affectionem: ſic reſpondit Caual. vno verbo in d. tracta. de vſu. mulie. relict. num. 196. in fine, & propterea ſubiungit, diligenter verba teſtatoris conſideranda fore, an primæ tantum, vel ſecundæ vxori conueniant. Præterea in hoc caſu non mortis tempus ſpectādum, quoad

quoad hæreditatis declarationem, id queri-
tur num an in vim pacti vocati ſint filij ſe-
cundi matrimonij.

Nona ratio non obſtat, quoniam oſtendi
in ſecundo argumento pro hac parte addu-
cto contrariam opinionem veriorem eſſe,
& magis communem, ex multis quos ibi ci-
taui.

Non oberit decima ratio quoniam impri-
mis Percy. & ab eo alij relati veram non eſ-
ſe opinionem contendunt, ſed data pro ve-
ra non obſtat, quoniam procedit in conceſ-
ſione Emphiteoſis à tertio facta, quo in caſu
ceſſat ratio affectionis, vt ex citatis à me in
ſolutione 7. rationis conſtat.

Non obſtat extremũ adductum à Meno.
reſpon. 41. quoniam dupliciter in præceden-
tibus, & verè ſatisfactum eſt; primo loquitur
vbi ceſſabat contemplatio, & intuitus affe-
ctionis: ſecundo loquitur in donatione non
à patre facta, ſed à tertio, quo caſu ceſſat etiá
affectio, vt illic dixi.

Ex his apparet quam ſuſpecta ſit deciſio
noſtri Senatus, quæ aduerſus receptam iudi-
cauerit ſententiam iuxta deciſionem, qua re-
fert. Cancer. dicto cap. num. 112.

43 Et multo magis † & ſine dubio hæc noſtra
aut verius communis amplectenda ſentẽtia
cum verba aliqua ad oculum demonſtratiua
prolata fuiſſent, quibus deſignaretur dona-
tionem reſpectu illius matrimonij tantum
factam fuiſſe veluti ſi dixiſſet pater dona-
tor, donare ſe filio, & filijs huius, vel illius
matrimonij, & ſic verbis reſtrictiuis, & qua-
ſi limitatiuis ſicut in ſpecie docent Bartol.
Socin. & alij relati per Pariſi. conſi. 91. nu.
26. lib. 3. Percy. de iu. emphi. 3. part. quæſt.
13. quos immerito ſine lege, ratione, nec au-
thore improbat Cancer. ſupra num. 114. ver-
ſicu. Dubitari etiam: quoniam vt illi aiunt
verè limitatiua ſunt verba, quibus mens diſ-
ponentis aperte colligitur voluiſſe ſe ad fi-
lios illius matrimonij cohartare.

Quibus addiderim ipſe ex verbis huiuſ-
modi deſignari primum tantum matrimo-
nium, non ſecundum ex affectione ſingulari
donãtis, quam ad primum habuit matrimo-
nium, affectio autem ex verbis illis reſtri-
ctiuis donatoris colligitur ſuprà ſcriptis, qui
nominauerit primum matrimonium, & ad il-
44 lud verba ſua direxerit, ex his † enim volun-
tas ex affectione colligitur donantis, l. quo-
ties ff. de vſufruct. l. hæredes mei. §. peto ad
S.C. Trebell. l. ſi ita legatum delega. 1. vbi
nominatis duobus prius nominatus eligitur
latiſsimè poſt multos Simon. de Præt. de in-
ter. verb. vltim. volun. lib. inter 2. dub. 2. ſo-
45 lu. 5. num. 18. Et ex † affectione diſponentis
illius voluntas declaratur quam ſequi opor-
tet ſicut relatis alijs reſpondit Alexan. Rau-
den. conſ. 36. num. 48. lib. 1. Alciat. reſ. 122.
num. 9. lib. 9. ſic apparet rationem redditam
per Cancer. aduerſus communem nedum ip-
ſum non iuuare, ſed aduerſus ſuam opinio-
nem retorqueri, qui dicat parem fore affe-
ctionem donatoris ad filios tam primi, quã
ſecundi matrimonij, quia vera non eſt tradi-
tio ex his quæ citauimus ſupra num. 33. cum
ſequen. Et † quia affectio in hac ſpecie clariſ-
ſime oſtendatur ex verbis reſtrictiuis prola-
tis per donantem, qui filios primi matrimo-
nij deſignauit, ita efficitur vt filij ſecundi ma-
trimonij alienata per patrem reuocare non
poſſent: Neque diffitetur Menoch. d. conſi.
41. qui tamen contrariam tenuit, quod vbi
ex verbis diſponentis deſignatur primũ tan-
tum matrimonium eo in caſu, minime in
donatione videri incluſos filios ſecundi ma-
trimonij.

46 Secundo & multo magis † procedit com-
munis opinio, quando inter eoſdem coniu-
ges fit mentio liberorum, videntur enim in-
tellexiſſe de liberis illius matrimonij non
de alijs Barto. in d. l. cum vir. ff. de condi-
tio. & demonſtra. quam ſic ille intellexit &
poſt Bartol. Menoch. qui alios d. conſ. 41.
nu. 30. 31. Aluar. de conie. men. defunc. li. 2.
cap. 3. §. 2. num. 10.

47 Neq. † prętereunda eſt traditio Bereng.
qui in d. cap. 6. & num. 11. exiſtimat quod ſi
factum fuerit pactum in capitulis matrimo-
nialibus, vt ex eo matrimonio nati ſi maſcu-
li fuerint ſuccedant ſi non naſcentur niſi fi-
lię non ſuccedant, ſed maſculi ex ſecundo
matrimonio, ex ſecundo matrimonio nati
maſculi in vim illius pacti, non excludent fi-
lias natas ex primo matrimonio, *quoniam*
(inquit) *ex huiuſmodi pacto filij ſecundi ma-
trimonij nullum ius conſequuntur*; rationem
reddit, nam pactum quoad eos non veſtitur
cohærentia contractus matrimonij, qui tunc
celebratur, maximè cum ſecundæ nuptię ſint
48 odioſæ, & extenſio prohibita videtur, ſed †
hæc Berenga. opinio ſine lege, ſine authore,
& ſine ratione, vera nõ eſt, præſupoſita enim
conſuetudine qua pacta hæc de ſuccedendo
roborantur, non dubium quin ſicut pactum
in fauorem filiorum ex priori matrimonio
veſtitur dixi quæſtio. 3. verſicu. Declara ter-
tio, & declara ſexto, & queſtio. 6. num. 4.
ſic contractum in eodem met, fauore filio-
rum ſecundi, caleſit, & illius fomento confir-
matur, quemadmodum expreſsim probat
tex. in cap. 1. de filijs nat. ex matri. ad mor-
ga. cont. vbi pactũ quod filij ex ſecũdo matri
monio cũ ignobili cõtracto nõ ſuccedãt, va-
let, & excludũtur à liberis prioris matrimo-
nij, in quorum fauorẽ pactũ fuit celebratũ,

tonuerſo ord ine pactum in priori matrimonio in fauorem filiorum ſecundi contractum valebit, & illius veſtietur colore. Præterea quę in ſecunda, & tertia quæſtione reſoluimus de huiuſmodi pactis, quę cohærentia matrimonij veſtiuntur, ita locum habent in pactis, quę fauorem ſecundi matrimonij, & filiorum illius concernunt, ſicuti & prioris: Neque vllus hucvſque contrarium dixit.

SVMMARIVM.

1 *Donatio facta filio vel filiæ contemplatione matrimonij, an reputetur pro cauſa finali, vel impulſiua.*
2 *Donatio inter patrem, & filium fieri non poteſt.*
3 *Donatum à patre filio profectitium dicitur.*
4 *Donatio inter patrem, & filium, in aliquibus caſibus conſiſtere poteſt.*
5 *Donatio inter patrem, & filium contemplatione matrimonij, valet.*
6 *Pater donans filio contemplatione matrimonij, debitum paternum exoluit.*
7 *Donatio inter patrem, & filium iuramento firmatur.*
8 *Donatio, quæ fit à patre filio, vel filiæ contemplatione matrimonij, an reputetur pro cauſa impulſiua, vel finali, quam vtilitatem adferat.*
9 *Oldradi conſilium quintum declaratur.*
10 *Donatio cauſa mortis, in qua donans dixit ſe pure, libere, & ſimpliciter donare, conuertitur in donationem inter viuos.*
11 *Donatio quæ fit contemplatione matrimonij filio, ſolum commodum filij reſpicit.*
12 *Donatio contemplatione matrimonij filiæ facta, valet, licet non ſequatur matrimonium.*
13 *Extraneus dotans maritum in gratiam vxoris ſuæ, dicitur pure & ſimpliciter donare.*
14 *Cauſa finalis ea dicitur, quæ donantem mouet ad donandum, qui alias non donaret.*
15 *Cauſa obiectiuum dicitur intellectus.*
16 *Cauſa finalis ex præmio elicitur.*
17 *Donatio contemplatione matrimonij adiecta dicta cauſa ſemel & pluries, importat cauſam finalem.*
18 *Cauſa finalis in dubio iudicanda eſt, potius quam impulſiua.*
19 *Donatio, quæ fit contemplatione matrimonij conferri debet & imputari.*
20 *Cauſæ duplicis concurſus, ea præualere debet quæ actum valere facit.*
21 *Cauſæ duæ vbi concurrunt, accidentalis, & naturalis, præualere naturalis debet.*
22 *Authoris diſtinctio noua.*
23 *Surdi deciſio. 322. ſuſpecta.*
24 *Beccij traditio ſoluitur.*
25 *Lucrum conſequi is dicitur, qui ſuum conſequitur deſiderium.*
26 *Donatio contemplatione matrimonij facta promiſcue contemplatione viri, & vxoris, adquiritur pro parte viro, & pro parte vxori.*

QVÆSTIO. XII.

DONATIO FILIO VEL FILIæ facta contemplatione matrimonij, an reputetur pro cauſa finali vel impulſiua & quæ inde vtilitas.

1 MEMINI † me quęſtionibus ſuperioribus quæſtio. Sexta declaratione ſecunda tractaſſe, an pater donando filio contemplatione matrimonij cũ certa muliere contracturi, ſi deinde filius nollet, vel non poſſet, an reuocare donationem pater queat, quaſi ob cauſam factam, & cauſa non ſequuta, hæc nunc quæſtio diſcutiẽda proponitur; Animaduerto autem quæſtionem illã intelligendam eſſe in terminis in quibus loquitur ſcilicet in pacto de hęreditando, vel donatione hæreditatis, quę vt ſepiſsime dixi ſunt à iure improbata atque ideo argumenta omnia de maioratibus & primogenijs ſumpta fuere: hæc de qua ſermonem inſtituo generalis eſt quæſtio ad omnes donationes quæ à patre filijs, vel filiabus fiunt contemplatione matrimonij: de his loquor quæ à iure approbantur, quales illæ, quę ad legitimæ ſummam aſcendunt parum plus vel minus, vt tetigi ſuperius dicta declaratione, & modo latius explicabo. Et hanc noſtram quæſtionẽm auſus non fuit decidere Vincen. de Fran. deciſ. 436. num. 7. qui indeciſam relinquit.

2 Sciendum † igitur inter patrem, & filium, vel filiam in poteſtate conſtitutos donationem nullam conſiſtere poſſe l. donationes §. pater ff. de donatio. l. 1. §. 1. ff. pro donat. l. 2. C. de inof. donatio. l. donationes, quas parentes C. de dona. int. vir. & vxo. Ratio-
3 nem † interpretes in citatis locis eam prodiderunt, quod donatum à patre filio profectitium dicatur; cæterum profectitia illico per filium patri acquiruntur l. placet atque hæred. l. 1. §. 1. ff. ſi quis aparen. fue. manumis. l. cum oportet C. de bo. quæ libe. §. ſanccitum. Inſtit. per quas perſonas, inde fieret quod ſi pater donaret filio, ad eundem patrem ſtatim res donatæ reuerterentur, & reductio illa ſiue regreſſus ad paternam ſubſtantiam inutilis, ſuperfluus, & vt ita dicam ſupervacaneus eſſet, quod iura ſuprà modum abhorrent l. qui bis idem

idem de verbo: obliga. l. hęc ſtipulatio §.
dimus vt lega. nomi. cauea. Vaconi. autem
lib. 4. declarat. iur. cap. 57. num. 11. aliam
reddit rationem, quę probabilior eſt; id ius
ſtatuiſſe quod pater, & filius vna, & eadem
perſona reputentur, ob id ex donatione nul-
la oriri obligatio ciuilis poſsit, quod ille ibi
latius.

Et licet hæc iuris regula ſit probatiſsima,
quam & noſtri paſsim probant, Bart. in l.
frater a fratre num. 57. de condi. indebi. vbi
Iaſſon. num. 43. 44. 1. lectu. Seueri. num. 64.
Crot. num. 68. Cagno. num. 308. Coraſi.
num. 53. Pariſi. conſil. 16. num. 19. lib. 2. vbi
communem, & eandem dixit communem
Menoch. in commen. de præſumpt. lib. 3.
præſump. 29. num. 1. idem Menoch. vbi alios
conſil. 84. numer. 16. lib. 1. Clar. in §. do-
natio quæſtio. 8. Cepha. conſil. 494. num.
18. lib. 4. Matien. in l. 1. titu. 6. gloſ. 3.
4 numer. 1. tamen † in multis non vindicat
caſibus, in quibus inter patrem, & filium
donatio conſiſtit, vnus iſque præcipuus ad-
ducitur vbi pater filio, vel filię donat con-
templatione matrimonij l. Pomponius Phi-
nadelphus ff. fami. hercíſ. l. vxorem. §. te-
ſtamento deleg. 3. l. dotem dedit de col-
5 la. bono. dixi ſuperius dicta declaratione †
vbi & rationem reddidi, quod in hoc ca-
ſu patet non donaſſe, ſed debitum perſol-
uiſſe magis credatur l. qui liberos vbi Co-
raſi. de Ritu. Nuptia. ſiue pater det dotem
filię, aut filio propter nuptias donationem
gloſ. in l. 2. C. de inofi. donatio. Menoch.
6 dict. præſumpt. 29. num. 76. ita † fit vt do-
natio hæc contemplatione matrimonij ſta-
tim inter patrem, & filium valeat Guid.
Pap. deciſio. 145. Deci. conſil. 239. idem
conſil. 414. numer. 14. Natt. conſil. 609.
Bertan. conſil. 90. numer. 12. libr. 3. Ri-
min. in §. 1. inſtit. de donatio. numer. 492.
& alios plures Becci. conſil. 20. num. 3. lib.
1. Boerl. deciſio. 353. Didac. in cap. quam-
uis pactum 3. part. §. 1. in fine de pact. in 6.
Barboſ. non relatis ſuperioribus in l. 2. §.
quod ſi in pactis num. 1. in fine ff. ſolutio. ma-
trimo. vbi hanc communem ab impugnatio-
ne Fulgoſ. defendit: ſed aduertendum eſt,
quod Guid. Pap. & alij à Beccio citati, lo-
quuntur vbi cõſuetudine hæ donationes va-
lidarentur, quare ſi intelligamus de dona-
tionibus vniuerſalibus, vel pactis de hære-
ditando à iure improbatis, malè loquitur
Becci. vt dixi quæſtio. 2. vbi innumeros re-
cenſui: aut vero loquitur de donatione, quę
fit filio contemplatione matrimonij vſque
ad legitimam parum plus, vel minus, & eo
in caſu vere loquitur, dixi quæſtio. 6. ideo
7 non repeto: Maximè † valida hæc donatio
eſt inter patrem, & filium vbi iuramento fo-
ret firmata, quam ſententiam dixere recep-
tam Picus in l. in quartam num. 188. ad l.
falcidiam Cagno. in l. frater a fratre nu. 339.
de condic. inde. & alios adduxi quæſt. 2. de-
clara. 3. in fine.

8 An † autem donatio hæc cauſam pręferat
impulſiuam, vel finalem dubitari poteſt: quę-
ſtionis vtilitas maxima eſt; nam ſi cauſa fi-
nalis eſt, ceſſante matrimonio, quia nollit,
aut non poſsit filius, vel futura vxor, dona-
tio ceſſabit, & ad donatorem regredietur
condictione ſine cauſa; ſi impulſiua minime
l. 2. §. fina. vbi Barto. & poſteriores ff. de do-
natio. l. ſi extraneus de cond. ob cauſ. Rur-
ſus ſi cauſa matrimonij finalis eſt, ob cau-
ſam dicitur, & ideo in legitimam imputa-
bitur l. quoniam nouella l. omnimodo §. im-
putari C. de inofic. teſt. ſi impulſiua, ſim-
plex, & ideo imputatio non dabitur l. ſi
quando §. 1. C. de inofi. teſt. l. etiam §. ſed
etſi non mortis ff. de bo. libert. Exiſtima-
runt itaque multi cauſam matrimonij non
9 finalem ſed impulſiuam: † huius opinionis
vetuſtiſsimus autor vulgo fertur Oldrad.
conſil. 5. Titius qui in ea ſpecie cum quiſ-
piam coniugibus contemplatione matrimo-
nij donaſſet bona omnia retento vſufructu
10 his verbis, *ſciens † vos multa grata ſeruitia
mihi feciſſe, & in futurum facturos: volens
vos remunerare, ex certa ſcientia, ſponte, &
iure proprio dono pure, libere & ſimpliciter,
&c.* Cenſit is cauſam matrimonij in illa ſpe-
cie adiectam, cenſeri in dubio impulſiuam,
& non finalem; Oldrad. ſequuti ſunt mul-
ti Alexand. conſil. 14. num. 1. & 2. lib. 1.
vbi ſcripſit. quod licet donatio, vbi fit men-
tio mortis, cenſeatur cauſa mortis, tamen
ſi dicatur in ea purè, libere, & ſimpliciter,
erit donatio inter viuos, quia (inquit) *ex
verbis purè, libere, & ſimpliciter qualis ſit
donatio clariſſime dignoſcitur.* Oldrad. ſequu-
tus fuit: Ruin. conſil. 38. num. 3. lib. 1. So-
cin. conſil. 53. lib. 3. col. 2. affirmat tradi-
tionem Oldradi in ſuo caſu non habere con-
tradicentem Pariſi. conſil. 88. in fine lib. 3.
& alios multos reffert Becci. dict. conſi. 20.
num. 6. & num. 8. Crauet. conſil. 114. num.
17. Natt. conſil. 609. num. 6. Deci. conſil.
216. num. 7. Bomb. conſil. 61. num. 9. no-
uiſsime hanc ſequitur Surd. deciſio. 321.
numer. 84. vbi tamen niſi ſolos Oldrad. &
Deci. in citatis concilijs allegat, & alios
plures citant Hiſpanos interpretes dict. quę-
ſtio. 3. declaratio. 2. quales Pelaez Molin.
Telli. Bae. Barboſ. idem ſenſit clariſsimè
à nullo relatus Decian. reſpon. 31. num. 57.
68. lib. 1.

11 Mouentur † præcitati authores ea potiſ-

ſimum ratione, quod hæc donatio, quæ fit
contemplatione matrimonij nequit ob cau-
ſam dici, quia ſolum reſpicit fauorem, & cō-
modum donatarij filij, non illius patris, vel
donatoris & nequit ob cauſam donatio no-
minari, niſi vtrinq. ex parte donatoris, & do-
natarij reciprocus fauor, vel vtilitas contin-
gat, vt multorum authoritatibus docui. d. q.
3. declara. 1. vnde cum tantum fauor filij do-
natarij in caſu noſtro militet, conſequenter
donatio ſimplex appellabitur, proinde im-
pulſiua matrimonij cauſa nō finalis dicetur.
12 Secundo † & mouentur textu, quem in d.
declara. 2. adduxi, ex Didac. Segu. in l. vnum
ex familia §. ſi fundum num. 127. de lega. 2.
quem inibi dixi ſequutos fuiſſe Palat. Rube.
Gomez. Ciſuen. & alios Hiſpanicos ponde-
rarunt, in quam textum in l. ſi extraneus §.
fina. de cond. ob. cau. vbi valet donatio fi-
liæ facta contemplatione dotis licet non ſe-
quatur matrimonium, igitur cauſa matrimo-
nij non finalis eſt ſed impulſiua.
13 Tertio † confert in l. fina. C. de iur. dotis
quo in tex. ſi extraneus donat dotem mari-
to pro muliere, licet ob cauſam dotis, dona-
tio tamen pura, & ſimplex eſt: quem tex. ad
id citat Corne. conſ. 101. num. fina. lib. 1. tra-
dit Deci. in l. Diuus Pius num. 3. 4. de regu.
iur. Crauet. conſ. 20. num. 7. ad finem.
Contrariam ſententiam tenuere plerique
ex noſtris, credentes cauſam matrimonij nō
14 impulſiuam, ſed finalem fore: Primo † quia
cauſa finalis ea à noſtris talis dicitur, cum
donantem aliàs non donaturum mouit, vt
donaret: ſic ſcripſere interpretes potiſsimè
Caſtren. in l. 2. §. fina. ff. de donatio. Et ge-
neraliter cauſa finalis dicitur quando ipſa
penitus ad ſic donandum, vel contrahendū
fuit donans impulſus, aliàs non donaturus;
quemadmodum poſt Panormita. Cornel. &
alios reſoluit Becci. d. conſil. 20. num. 10. Et
15 hæc † cauſa dicitur obiectum intellectus, ſi-
cut ſignum viſus, & portus nauigātibus: quo-
niam quidquid agimus propter hunc finem
agimus. vt ex Bald. ſcripſit Alexan. Rauden.
tractat. de analog. in reper. in verbo cauſa
impulſiua; Declarat Didac. lib. varia. reſo-
lutio. 1. cap. 20. vbi quæ cauſa finalis, vel im-
pulſiua ſit, declarat, quoad effectum vt reſ-
cripti conceſsio propter eam annulletur nec
ne. Nunc ſic, cauſa finalis ea eſt, quę do-
nantem aliàs non donaturum mouit ad do-
nandum, atqui matrimonium in hac ſpecie
cauſam fuiſſe, ex donationis proemio colli-
gitur: igitur cauſa finalis cenſebitur, quo-
16 niam † ex proemio elicitur, l. fina. de hæ-
red. inſtitu. l. fina. ff. ad S. C. Macedo. vbi
Bartol. idem Bartol. in l. cum hi per illum
ſex. de tranſ. & in l. cum quid de reb. cred.
in l. demonſtratio, de conditio. & demon-
ſtra. Deci. conſil. 86. num. 5. conſil. 640. num.
13. Crauet. conſil. 301. Becci. d. conſil. 20.
num. 11. qui alios multos, & plures Alexand.
Rauden. tracta. de analog. cap. 34. num. 123.
17 & 124. Quæ † ſanè ratio magis multo pro-
cederet, quando in eodem contractu dona-
tionis fuiſſet expreſſa contemplatio matri-
monij, non ſemel, ſed pluries, quoniam ex
geminatione enixa voluntas donatoris col-
ligeretur. l. Balliſta ad Trebelli. & animad-
uertit Becci. d. conſil. num. 12. qui inibi ſub-
iungit, quod cum pactum hoc ſit pars con-
tractus matrimonij l. fundi partem de com.
emp. l. venditor ex hæreditate ff. de ſer. ex
portan. cum alijs à me citatis quæſt. 2. ver-
ſicul. Quinto loco adducitur, & quæſtio. 3.
verſic. Declara tertio, & declara. 6. & quæſt.
6. verſicu. Communis hæc traditio; confun-
ditur cum ipſo matrimonio, quod factum nō
fuiſſet niſi donatio hæc pręceſsiſſet.
18 Secundo † iuuat ratio quia cum fauor ma-
trimonij maximus ſit cap. ſi quis acceperit
32. quęſtio. 1. cap. fina. de re. iudi. dixi la-
tè quæſtio. 2. verſicu. Quinto loco adducitur
& lib. 1. compara. 17. nihil mirum ſi cum il-
lius intuitu multa ſint à iure ſingularia pro-
dita, ſi illius etiam fauore in dubio donatio
hęc finalis magis quam impulſiua iudicetur
Cyn. Alberi. Salicet. in l. generaliter C. de
Epiſco. & Cleri. Tiraq. de ceſſan. cau. limi. 1.
num. 56. Ruin. conſi. 137. num. 10. lib. 3. Ne-
uizan. conſil. 45. num. 27. Nouell. tractat. de
dot. 6. part. priuile. 76. Baptiſt. de S. Blas.
tracta. de priuil. dot. priuileg. 201. Becci. d.
conſ. 20. num. 18. & præter eos Gabri. conſ.
158. num. 4. lib. 2. Tiraquel. in l. ſi vmquam
verbo donatione largitus num. 100. C. de
reuo. donat. Berenga. Fernan. in cap. 1. de fi-
lijs nat. ex matri. ad morga. cont. cap. 6.
prælud. num. 13. Molin. de Hiſpano. primo.
lib. 2. cap. 8. num. 15. 16. quos citaui quæſtio.
3. ad finem hoc lib. Ideoque illic ſcripſi do-
nationem hanc tanquam ob cauſam factam
nulla egere inſinuatione, quod non eſſet ſi
ſimplex foret.
19 Addo † nunc & propter eandem rationem
tanquam ob cauſam factam conferri debere,
& imputari Bertran. conſ. 1. num. 13. lib. 3.
Becci. d. conſ. 20. nu. 19. ad finem & nos ſuo
loco de veritate dicemus.
20 In hanc † ipſam vti veriorem, & magis cō-
munem libenter declino ſententiam; quo-
niam vbi duę concurrunt cauſæ, vna quæ actū
valere facit, altera quę non, ea eſt cauſa ſu-
menda in dubio, quæ actum valere efficit,
imo interpretatur vt valeat efficaciori mo-
do, & firmiori quo poteſt l. 3. de milita. teſta.
Alciat. de præſumpt. regu. 3. præſumpt. 35.
Meno.

Menoch.in commen.de præſump.lib.3.præſumpt.29.num.45. Atqui ſi dicimus cauſam matrimonij impulſiuam, actus non valebit, ſaltim non ita firmiori modo; ideſt irreuocabiliter, ergo ea cauſa conijcienda eſt, vt in ſimili in citatis locis Alciar. & Meno. argumentantur.

21 Secundo † vbi duæ concurrunt cauſæ vna accidētalis, altera naturalis, ſumēda eſt poſtrema vt fortior, ſcilicet naturalis l.3. de tutel. vbi Barto. Alciar. in l.2.num.38. de verbo.obliga.& alios Menoch.d.præſum.num.47.ad medium; at donatio contemplatione matrimonij cenſetur cauſa naturalis, quoniã voto communi naturæ parentes filijs acquirunt, eoſdem alere, & dotare eodem iure iubentur. l.qui liberos de Rit.Nuptia. vt magis in hoc caſu debitũ naturale ſoluere, quã de ſuo largiri videantur; dixi ſuperi⁹ in principio queſtionis; non itaq. mirandũ ſi in dubio cauſa finalis dicatur.

22 Verum † in hac controuerſia ſic puto diſtinguendum; aut fuit facta donatio bonorũ omnium præſentium, & futurorum, vel pactum de hæreditando in tota hæreditate vel quota, quæ conuentiones ſunt à iure improbatæ, ceterum ſuſtinentur conſuetudine maximè inter nobiles, & vbi ex parte mulieris abundat nobilitas, vel diuitiæ, & aliæ qualitates quas doctores, conſiderant quos recenſui hoc libro quæſt.2.& 3.eo tunc cum aperte conſtet donationẽ fuiſſe factam contemplatione certæ perſonæ, mulieris ſcilicet, quæ cum filio eſt cõtractura matrimonium, quod niſi propter ſimilem donationem, vel pactũ non feciſſet, dubiũ non eſt quod dicetur cauſa finalis: ſic intellige, & declara omnes à me citatos authores, quos adduxi quæſtio.6.in verſicul. Quarto concinit vbi dixi hanc eſſe cauſam finalem; & latius in eadem queſtione in verſic. Declaratur ſecundo, vbi Hiſpanos interpretes ſecum diſcordes citaui. Et ſic etiam intelligit Becci. d. conſil. num. 12.15.16.

Idem eſſe exiſtimo, quando donatio à patre facta contemplatione matrimonij non eſſet huiuſmodi, ſed ex his, quæ communiter ſolent fieri vſq.ad legitimam, aut parũ plus; quæ valent fauore matrimonij, ſi tamen fierent contemplatione eiuſdem matrimonij; eo etiam caſu recipio communem ſentẽtiã, & ſic etiam loquitur Becci. d.conſi.20.qui à num.12. vſq. ad 17. expreſsim ſe ipſum declarans ita intelligit; quoniam ſcribit in ſuo caſu non aliter factum fuiſſet matrimonium, niſi præceſiſſet donatio; idem ſentit paulo infra num. 19. poſt principium. At vero ſi donatio hæc non fuiſſet facta intuitu certi matrimonij, eo in caſu, & ſi valeat quæ ad legitimam aſcendit, & non alia, non dicetur cauſa finalis, ſed impulſiua: id contingit quãdo donaret filio contemplatione matrimonij quando nuberet, etſi poſt diceret nolle cũ aliqua contrahere, ſed cœlibem vitam ducere velle; certè cauſa impulſiua eſſet, & proinde cõdictio ob cauſam locum haberet; Et hęc mihi veritas videtur, ſecundum quam adhæſi opinioni. Molin. Pela. Tellij Ferdinan. in d.declaratio 2.& expreſsim ſic fui interpretatus eadem quæſt.6.declara.1.

Neque adductæ ſupra rationes in contrarium obeunt, quoniam his diligenter ſatiſfacit Becci. d. conſ. à num. 19. in verſic. Supereſt nunc vt; Et pręter eum ipſe alijs ob-
23 iectis in d. declaratio. 2. reſpondi. Vnde † ſuſpecta admodum eſt deciſio Surdi ſupra citati, quia aduerſus communem, de hac queſtione videnda aliqua infra quæſt.43.

24 Neque † pretereunda eſt argута conſideratio Beccij qui dicto in conſilio num. 16. opinatur donationem hanc ob cauſam dici, quia ex vtraque parte fauor conſideratur, &
25 commoditas: tum † quia & commodum is etiam conſequi dicitur, & lucrum facere, qui ſuam explet voluntatem ex. gloſ. illa ſingulari in l. fina. ff. de vſuf. & habi. & qui multos ad hoc propoſitum cumulat Tiraquel. tractat.de retract. in præfatio.num.25. Neuizan. conſil. 74. num. 13. Gram. conſil. 22. num. 6. & pręter eum Surd. deciſ.260. num. 21. nam ratio licet in quibuſdam caſibus vera ſit, in noſtro minime; etſi vera foret nullo in caſu dubitari poſſet an donatio ob cauſam matrimonij finalis eſſet, vel impulſiua, cum ſemper ex parte donatoris ratio illa voluntatis militaret, hoc autem di-
26 ci nequit ex ſupra adductis: Sciendum † poſt hęc quod donatio facta viro illius contemplatione, & ſimul contemplatione vxoris, dum matrimonio, copulentur; pro parte viro, & pro alia vxori acquiri, quod eſt notandum ſic authoritate Barto.conſ.11. reſpondit Meno.conſ.41.nu.19.lib.1.

SVMMARIVM.

1 *Donatio facta filio contemplatione matrimonij; & filio cum liberis decedente viuo patre, an poſſit pater idemq. auus in rebus donatis vnum ex nepotibus hæreditare cæteris prætermiſſis.*

2 *Donatio contemplatione matrimonij facta filio valet, & decedens filius trãſmittit æqualiter ius ſuccedendi in filios ſuos.*

3 *Pater qui filium meliorare promiſit ob cauſam matrimonij decedente filio interim relictis filijs, nequit auus vnum ex nepotibus cæteris prætermiſſis meliorare.*

4 *Succeſſio ab inteſtato ex tacito defuncto iudicio prouenire dicitur.*
5 *Filij patris perſonam repræſentant in iuribus patri debitis.*
6 *Filius in rebus ſibi donatis cōtemplatione matrimonij an poſſit hæredem extraneum inſtituere.*
7 *Ius ex cōtractu quæſitum contrahenti prodeſt & illius hæredibus.*
8 *Filius in rebus ſibi donatis cōtemplatione matrimonij hæredē extraneū ſecundum opinionem Berengarij inſtituere non poteſt.*
9 *Hæres nullus in vita patris dicitur.*
10 *Berengarij opinio reprobatur.*
11 *Berengarij opinio declaratur.*
12 *Qualitas per diſponentem requiſita tempore ſucceſſionis attenditur.*
13 *Qualitas per teſtatorem deſiderata, tempore illius mortis vigere debet.*
14 *Qualitas in ſucceſſione requiſita ſpectatur tempore quo cedit dies vocationis.*
15 *Conditio ſi ſine liberis, non deficit vbi naſcuntur filij & viuo teſtatore decedunt.*
16 *Donatio facta a filio & illius filio primogenito, decedente filio in vita donatoris, tranſmittitur per eundem ius omne in filium ſuũ primogenitum.*

QVÆSTIO. XIII.

PATER QVI FILIO CONtemplatione matrimonij donationē vel hæreditamentum facere promiſsit, contracto per filium matrimonio, & cum liberis decedente ſine teſtamento, poſsit vni donare tantum, an vero omnibus teneatur, ſingularis caſus.

1 EXPLICAVI † quæſtione octaua, patrem ex ſola promiſsione donandi vel hæreditandi filium vel filiam contemplatione matrimonij cogi poſſe vt promiſsionem perficiat & adimpleat; pone igitur quod pater filio hanc fecerit promiſsionem & contraxiſſe filium matrimoniũ promiſsionis ſpe, qui relictis filijs viuo patre ſuo deceſsit nullo condito teſtamento, pater idēq. auus promiſsionem adimplēs vult vnum ex nepotibus tantum hæreditare cæteris prætermiſsis, an id poſsit: Et prima facie videtur dicendum poſſe, quia deceſsit filius nullo condito teſtamento neq. vlla illius volũtate patefacta, vnde cum potuiſſet ipſe vnũ ex his vocare, vt latè oſtendi quæſtio. 7. ſic & auum videtur.

Secundo hęc promiſsio vel donatio cenſetur caduca, quia prædeceſsit filius patri donatori l. 1. §. pro ſecundo C. de cadu. tollen. conſequenter libera apud eum, de qua vt vult diſponere poteſt.

2 Contraria † ſententia verior eſt; quia patre defuncto ius fuit illico quæſitum dicta promiſsione filio, quoniam valuit ſtatim dicta promiſsio & ſeu donatio vt dixi quęſtio. ſeptima poſt principium verſi. Et licet hæc; ius illud in liberos ſuos æqualiter tranſmiſit, propterea omnes pariter illi ſuccedunt: non enim accipere in hoc caſu ab auo ſed ab eorum patre dicũtur §. ſi vero filiorum in auth. de nupti. colla. 4. quo textu probatur aperte, nepotes ex filio præmortuo in portione patri debita ęqualiter ſuccedere.

3 Secundo † confert, quod in ſimili ſpecie Hiſpanici noſtri ſcripſerunt quorum prior Anto. Gomez. in l. 22. Taur. num. 25. quod ſi pater ob cauſam matrimonij filium meliorare promiſsit, poſtea vero relictis filijs contracto ab eo matrimonio filius decedat, eo in caſu nō poſſe patrē eundemq. auũ meliorare. Vnũ ex nepotibus, cũ omnes æqualiter patri ſuccedāt. Gom. cęteri ferè interpretes omnes in eadem lege ſequuntur, quales Dida. Caſtell. in glo. io verbo, *que no vala* verſi. Vlterius quęro. Telli. nu. 19. Matien. in l. 6. tit. 6. glo. 4. nu. 3. lib. 5. ordinatio. atq. alij illic ſic in hoc ipſo caſu cenſendum.

4 Neq. prior † ratio oberit, quoniā etſi filius potuiſſet vnũ ex filijs ſuis vocare, & eidē res donatas relinquere; non tamen patri licere eodemq. auo exiſtimandũ; quoniā cum ab inteſtato deceſſerit, tacite filios omnes ad ſuā portionem æqualiter vocauit l. ſi quis cũ teſtamentum vbi Barto. & l. conficiuntur de iur. codi. vnde ab inteſtato ſuccedētes ex tacito iudicio defuncti ſuccedere dicũtur Bal. in d. l. cōficiuntur idē Bal. in l. ſanccimus nu. 2. C. de teſt. vbi Sali. nu. 3. Alex. nu. 9. Corne. n. 7. Dida. in rub. de teſt. 2. par. nu. 21. Manti. de cōiectu. vlti. volun. li. 2. tit. 15. n. 18. Deci. conſ. 582. n. 1. Soci. iuni. conſ. 145. n. 7. lib. 2.

Non etiā oberit ſecunda ratio de caducitate donationis; quoniā in propoſito noſtro conſiderari caducitas nō poteſt, vt quia filio ſtatim ius quæſitā ſit in vita donatoris irreuocabiliter, nulla illius morte ſpectata: Rur-
5 ſus † cũ etiā reliquerit filios, qui illius perſonā repræſentāt, in eos ius ſuũ proculdubio trāſmiſit l. 1. C. de his, qui ante aper. tabu. ſic io ſpecie noſtra expreſsim ſcripſit Bereng. in c. 1. de filijs nat. ex mat. ad morga. cōtrac. 6. c. præludi. n. fin. ad finē, verſi. Sequitur ex eo. & latius cap. 7. nu. 9. verſi. Secundo facit.

6 Maior † dubitatio eſt vtrum filius ſi forſan ſine liberis decedat, & teſtamentum fecerit in quo hæredem extraneum de bonis donatis veluti vxorem, quod hodies contingit

hęredem

hæredem inſtituat, id poſsit: Et quidem in
terminis meliorationis ſecundum ll. vlte-
rioris Hiſpanię ſecum decident illarum in-
terpretes: nam Ioan. Lup. in d. l. 22. opina-
tur patrem promiſſorem non teneri ſeruare
pactum de meliorando contractum cum fi-
lio in capitulis matrimonialibus, quia extra-
neus ſecundum illius regni leges, non eſt ca-
pax meliorationis ſed filij vel nepotes; Lu-
pum ſequuti ſunt communiter alij in d. l. 22.
vt atteſtatur Matien. ſupra.

7 Verum Tellius † diſſentit, exiſtimat is pa
ctum hoc ad hęredem quemlibet extraneum
tranſire, ea ductus ratione, quod acquiſitio
ex contractu regulariter prodeſt contrahen-
ti, & illius hæredibus l. 2. vbi interpretes C.
de comitt. & con. ſtipula. citat rurſus Bald. in
l. 1. ad finem ff. de pact. potuiſſet citare text.
celebrem in l. ſi pactum ff. de probatio. l. hę-
redem de reg. iur. Corne. conſil. 30. num. 3.
lib. 1. & conſil. 2. dubio. 1. lib. 3. Alexand.
conſil. 18. vltimo dubio lib. 3. Deci. conſil.
213. num. 8. conſil. 262. num. 9. Cagno.
in l. 2. num. 85. qui alios C. de pact. in
emp. idem in l. lecta num. 77. de reb. cred.
vbi latius ornat. hinc ille exiſtimat teneri
patrem hæredem extraneum à filio inſtitu-
tum meliorare: Et quidem vis huius quęſ-
tionis tota à legib⁹ illius regni pendet, quo-
niã ſi extraneus capax eſt meliorationis, pro
culdubio Tellij opinio verior eſt, ſi incapax
8 ſecus. Cæterũ † his omiſsis ad noſtrã redeũ-
do queſtionẽ opinatur Bereng. d. ca. 6. & nu.
citato, quod ſi filius pręmoriatur hærede ex-
traneo relicto, eo caſu hęredi nullũ ius dictã
hęredis inſtitutione quoad res donatas ac-
quiri: Mouetur quia ad hoc vt pacta hęc de
hæreditando in capitulis matrimonialibus
contracta valeant, neceſſe eſt vt filij, quibus
conceduntur, vtilitatẽ nullã ſentire niſi poſt
9 mortẽ patris poſsint, quoniã † nullus viuen-
do hæredẽ habere poteſt l. 1. ff. de hære. vel
actio. vendi. l. 1. ff. pro hęred. Et parẽns aliter
ex ſua liberalitate facilè inops euaderet l.
exhæredatũ de re iudica. cũ poſſet hæres fi-
lius viuente patre alienare. Hinc ille cenſet,
quod cum hęres in vita patris eſſe nequeat, ſi
viuo ipſo moriatur, pactũ caducum omnino
fiat d. l. vni. §. pro ſecũdo; Addit ille nõ poſſe
conſequi ex huiuſmodi bonis donatis filio
matrem ipſius, nec etiam alium quemlibet
quidquam; nam etſi tex. in auth. defuncto C.
ad Tertull. qui parentes ad bona deſcendẽ-
tiũ vocat, vindicare locũ videatur, tamen ve-
re illi locus non eſt, ex eo quod intelligatur
de bonis quę deſcendentibus pænitus fuerãt
acquiſita, qualia non ſunt hæc. adſtipulatur
tex. in l. 1. C. de bon. q; libe. qua lege ſtatutũ
fuit bona ad parentes redire debere à quib⁹

10 proceſſerunt: Cæterũ † hæc opinio Berenga.
vera non eſt: præſupoſito enim quod pacta
hæc de hæreditando, vel donando bona om-
nia, quæ à iure reprobantur, cõſuetudine no-
ſtra tum etiam Galliç confirmantur, & valent
irreuocabiliter, ſeruatis ſeruandis vt dixi q.
2. & 3. ex magis communi, & vera opinione;
non video qua ratione opinio Berenga. ſuſ-
tineri poſsit; quamquam de iure veram fore
negari nequeat. Quinimo Faber. idemq. Gal
lus, Tiraq. Caſſ. Boeri. & alij illius regni d.
quæſt. 2. & 3. relati, hoc requiſitũ nolunt, hæ-
rentes conſuetudini illius Prouintię, quæ ſo-
la pactum poſsit roborare: Neq. etiam vera
eſt opinio Berenga. in donationib⁹, quæ fiũt
in capitulis matrimonialibus vſq. ad quan-
titatem legitimæ, quę à iure probantur, & il-
lico valent, vt dixi antecedẽti quęſtione ſep-
tima: vnde verius quidẽ eſt, filium patri præ-
morientem, cui ius plenè fuit quęſitum, illud
transferre in quemcunque poſſe, ſiue ſit ex
aſcendentibus, ſiue deſcendentibus, aut ex-
traneis, reſeruata tamen filijs legitima.
11 Sanè vno † caſu vera Berengarij ſententia
eſſe poteſt, quando in hęreditamẽto, vel do-
natione vocatus fuiſſet filius ſub qualitate
primogenituræ, quo in caſu ſi moreretur an-
te donatorem, qui liberalitatẽ exercuit, non
poſſet quemquã vocare, vel hæredẽ in bonis
donatis inſtituere, quia caduca eſſet donatio:
12 cuius † traditionis ratio ea eſt; quoniã fuit vo
catus filius primogenitus, & ſic cũ hac quali-
tate, qualitas autem adeſſe debuit temporè
mortis diſponentis, quo ſuccedendũ erat ar-
gu. l. Titius de teſta. milita. l. in delictis §. ſi
extraneus de noxa. actio. ſi igitur deficit, ca-
duca, & inutilis donatio efficitur d. l. vni. §.
pro ſecundo de cadu. tollen. ſic ſenſit Beren-
ga. idem in d. cap. 5. cap. 7. pręlud. num. 9.
cuius mihi vera videtur ſententia ex tradi-
13 tione Alexan. conſ. 1. lib. 1. qui † multis do-
cet qualitatem hanc, vel ſimilem oportere
adeſſe tempore mortis teſtatoris: eandem
probat authoritate Bartol. Angel. Paul. de
Caſtr. & aliorum Deci. conſ. 443. num. 15.
vbi expreſsim de primogenito verba facit.
14 Confert † quod qualitas ad ſuccedendum
requiſita debet ſpectari tempore, quo ce-
dit dies vocationis, vel ſubſtitutionis, nec
ſufficit ſi poſt ſuperueniat l. non oportet de-
lega. 2. l. interuenit delegat. præſtan. l. ſi quis
cum haberet de ſuis & legiti. hæredi. Ale-
xand. conſi. 184. num. 2. lib. 2. Barto. Socin.
conſil. 152. num. 14. lib. 1. Socin. iunior.
conſil. 172. num. 24. & 28. lib. 2. Ruini.
conſil. 88. num. 2. lib. 3. Pariſi. conſil. 83.
num. 11. 12. lib. 2. Curti. iunior. conſil.
57. num. 11. Rub. conſil. 8. num. 1. Crauet.
conſ. 112. num. 6.

Digitized by Google

15 Rurſus † conditio ſi ſine liberis deceſſerit
adiecta in teſtamento per teſtatorem, non
deficit quamquam naſcantur filij, & viuo te-
ſtatore decedant l. ex pacto §. ſi quis filium
ad S. C. Trebelli. egregie Manti. de conie-
ctur. vltim. volunta. lib. 11. tit. 6. num. 3. Cæ-
pha. conſ. 514. num. 8. 9. & ſequen. lib. 4. Me-
noch. conſ. 379. num. 7. conſ. 325. num. 52.
conſ. 315. num. 7. lib. 4. & conſ. 321. num. 11.
16 eod. lib. ſuperiorem † Berenga. traditionem
idem. in d. ca. limitat niſi filium relinquiſſet
primogenitus, in quem ius ſuum tranſmitte-
re potuerit, quia inquit tranſmiſsio à die pa-
cti matrimonialis fieret etiam in vita dona-
toris, vel paſciſcentis, citat Deci. conſ. 397.
num. 9. id ipſum docet Moline. in conſuetu.
Pariſien. §. 8. gloſ. 3. quæſt. 1. qui alios refert.

SVMMARIVM.

1 *Donatione facta in capitulis matrimonialibus à patre filio illius filijs, & quibus voluerit an ſit liberum filio donatario etiam extraneos vocare,*

2 *Cancerij opinio expenditur.*

3 *L. cum pater §. penulti. de leg. 2. & l. hæredes mei §. peto ad Trebelli. S.C. declarantur.*

4 *Clauſula et quibus voluerit, ad nominatos reſtringenda eſt.*

5 *Deciſio Guid. Pap. 505. declaratur.*

6 *Donatio primogenito ſub conditione facta, ſub contraria adempta videtur.*

7 *Voluntas morte extinguitur.*

8 *Beneplacitum & arbitriũ morte extinguitur.*

9 *Donatarius adiecta clauſula in donatione ſi maluerit, moriens nulla facta declaratione, æqualiter filios ab inteſtato vocare videtur.*

10 *Moriens ab inteſtato, tacito iudicio legitimos vocat ſucceſſores.*

11 *Feudum ex ſui natura neq. ad fœminas neq. ad extraneos tranſit.*

12 *Feudum conceſſum alicui pro ſe & hæredibus ſuis quibuſcunq. ad hæredes etiam extraneos tranſit.*

13 *Feudum alicui conceſſum ſub hac clauſula, tibi, tuis, & quibus placuerit, trãſitorium eſt ad hæredes extraneos.*

14 *Feuda regulariter nec confiſcari poſſunt, nec in reſtitutionem fideicommiſſi venire.*

15 *Feudum conceſſum adiecta clauſula per quam alteretur illius natura & fiat tranſitorium ad hæredes extraneos & confiſcari poteſt, et in reſtitutionem fideicommiſſi venire.*

16 *Succeſſoris appellatione in dubio venit ſucceſſor vniuerſalis, niſi adiecta fuerit clauſula quibuſcunq. nam & tunc veniret etiam ſingularis.*

17 *Clauſula pro te, tuisq. hæredibus & ſucceſſoribus, hæredes etiam extraneos vocat.*

18 *Donatio adiecta clauſula pro te, tuisq. hæredibus & ſucceſſoribus efficit vt donatarius extraneas etiam perſonas vocare poſſit.*

19 *Legitima in rebus donatis filio, reſeruanda eſt filijs donatarij.*

20 *Donatio facta à patre filio vel filiæ in capitulis matrimonialibus adiecta cõditione, quod ſi ſine liberis morerentur, voluit vt certa portio rerum donatarum ad eum rediret, data facultate de reſiduo teſtandi filio vel filiæ: an mortuo filio vel filia in ea portione conceſſa de qua poſſint teſtari, pater donator legitimã petere poſſit, noua quæſtio & quid vbi fuiſſet appoſitum iuramentum in præfata donatione, an in vim dicti iuramenti videatur renuntiaſſe petitioni legitimæ.*

21 *Pater in rebus filio donatis nullã videtur poſſe legitimam petere.*

22 *Liberum id dicitur quod nulli ſeruituti vel reſtitutioni obnoxium eſt.*

23 *Donata res libere, allodialis iudicanda eſt.*

24 *Alienandi prohibitio generalis præcedentia cõplectitur, niſi dictio libere adiecta fuiſſet.*

25 *Reſtitutioni res ſubiecta, & in allodium data, eo ipſo reſtitutioni renuntiatũ cenſetur.*

26 *Iuramentum vim habet ſpecialis renuntiationis.*

27 *Filius cum iuramento renũtians, legitimæ ſuæ renuntiare cenſetur.*

28 *Pater iuramento adiecto, poteſt ſe ipſum à filij ſucceſſione priuare.*

29 *Legitima ſic debetur in bonis filiorum parentibus, ſicut filijs in bonis parentum.*

30 *Filij vel filiæ nuptui traditæ iure Regio Cathaloniæ à patria poteſtate liberantur.*

31 *Parentes cum filios emancipant, ſolent in eos liberalitatem aliquam exercere.*

32 *Notariorum vſus, qui in donationibus factis per parentes filijs cum emancipantur, ſolent hæc verba adijcere: in præmium emancipationis, &c.*

33 *Notariorum imperitia teſtantium in donationibus factis à parentibus filijs cum emancipantur, in præmium emancipationis fieri.*

34 *Emancipationis præmiũ à filio patri debetur, non econuerſo.*

35 *Legitima portio debetur parentibus in bonis filij emancipati.*

36 *Legitima ex generalitate aliqua verborũ, renuntiatum non cenſetur.*

37 *Donatio non præſumitur, ſicut nec renuntiatio, & èconuerſo.*

38 *Renuntiandi animus ſicut nec donandi, non præſumitur.*

39 *Donatio nedum inter extraneos, ſed neq. inter coniunctos præſumitur.*

40 *Donandi facultas nuſquam in libera diſpoſitione includitur.*

Libera

41 *Liberateſtandi facultate conceſſa liberto, non cenſetur conceſſum vt in legitima alium quam filium inſtituere poſſit.*

42 *Donatione facta à ſponſo ſponſæ ſuæ non poteſt ſponſa non ſequutis nuptijs res donatas in ſuos transferre.*

43 *Iuramentum legitime renuntiationem inducit quomodo fuit appoſitum in generali renuntiationis clauſula, ſecus vbi nulla adfuit renuntiatio.*

44 *Iuramentum non extendit vim ſuam pluſquã conuentio principalis, & cõſenſus in eo præſtitus.*

45 *Iuramentum non extendit obligationem, ſed eã intra ſuos limites continet.*

46 *Legitima debetur parentibus in bonis donatis ab eiſdem parentibus filijs ſuis.*

47 *Legitima quam diu apud filium eſt nullum onus vel grauamen ſuſtinere poteſt, ſecus cũ ad aliam perſonam tranſit.*

48 *Legitima onus legale ſuſtinet.*

49 *Legitimam petere nequit, qui ab inteſtato ſuccedere non poteſt.*

QVÆSTIO XIIII.

DONATIONE FACTA IN capitulis matrimonialibus à patre filio, illius filijs, & quibus voluerit; An ſit liberum filio ad res donatas etiã extraneos vocare, frequens caſus.

1 SOLENT † in contractu matri-
monij parentes filio donare, &
ipſius filijs, & quibus voluerit:
quæſitum ſcio, an ad libitum, &
pro filij arbitrio poſsit is de do-
2 natis in extraneas perſonas diſponere: Et †
Cancerius noſter in hac quæſtione lib.reſol.
1.cap.8.num.66. exiſtimat non poſſe exiſti-
mantibus nepotibus, eiſdemq. filijs donata-
rij nulla recta, ratione, vel authoritate duct⁹:
3 nam † textus, quem is citat in argumentum
in l.cum pater §.penul.delega.2.& tex.in l.
hæredes mei §.peto ad S.C. Trebelli. nihil
faciunt, loquuntur enim in diuerſo caſu, vbi
teſtator perſonas vocauit inter quas affectio
ordinata poteſt conſiderari, quo in caſu non
licet à voluntate teſtatoris, quæ ab ordine
ſcripturæ elicitur recedere: noſter caſus di-
uerſus eſt, in quo donator neminem vocauit,
ſed liberam filio, filijs, & quib⁹ voluerit, diſ-
ponendi facultatem conceſsit: ſic in ſpecie
iura ſupra citata, & concordantia intelligit
Illuſtriſsimus Cardinalis Manti. tractat. de
coniectur.vltim.volun. lib.7. titu.7. num.3.
ſecundo eadem iura intelligit procedere, vbi
voluntas teſtatoris ambigua eſt, tũc quidem
ex ordinæ ſcripturæ illius voluntas declara-
tur; at vbi aperta eſt mens, ceſſant coniecturę
l.ille aut ille §.cum in verbis deleg.3.aperta
autem donantis mens ſatis apparet ex ver-
bis extremis, & quibus voluerit.

4 Potuiſſet is † alia moueri ratione, quod
clauſula illa, *& quib⁹ voluerit* debet reſtrin-
gi ad nominatos, quemadmodum de agna-
tis loquens argumentatur Beret. conſ. 118.
num.48. ſed neq. ratio hæc officit, quoniam
procedere poſſet vbi perſonæ certæ fuiſſent
vocatæ vel nominatę, & in diſpoſitione poſi-
tæ ſecus aliter, vt io caſu noſtro: ſic idem
Beret.poſt antiquiores declarat d. conſ. nu.
49. & 50.

5 Neq. † deciſio. Guid, Pap. quam Cãcetius
in ſimili adducit ad inſtitutum eſt, is deciſio.
305. dum quidam filio in contractu matri-
monij donaſſet caſtrũ, ſeu alteri quem mal-
let ex eodem matrimonio naſcituro, cum
mortuus fuiſſet nulla volũtatis ſuæ facta de-
claratione, & quęſitum fuiſſet an ſolus pri-
mogenitus ad illud caſtrum admittendus eſ-
ſet in vim ſtipulatæ donationis, an etiam al-
ter filius, vel plures, vbi plures eſſent, tandẽ
non minus verè quam ſubtiliter decidit, ſo-
lum in hac ſpecie primogenitũ admitti de-
bere; *quoniam inquit donatio reſpectu primo-
geniti fuit pura, reſpectu vero aliorũ, qui naſ-
cituri poſt primogenitum forẽt conditionalis:*
Cæterum conditio hęc nõ venit ex eo, quod
pater ſuam non declarauit voluntatem, aliũ
ſcilicet malle ſe habere caſtrum; propterea
quia conditio deficit, nec venit nec ceſsit
dies l.cedere diem cum ſimilibus de verbo.
obliga. conſequenter totum caſtrum ad pri-
mogenitum peruenit l. 2. vbi gloſ. in verbo
ad eos l.qui libero vbi interpretes ff. ſi pars
hæredi.peta. Barto.in l.ſi quis de hęred.inſ-
titu.cęteri poſt eum in l.planè §.qui coniun-
ctim delega.1.

6 Secunda † mouetur ratione nam donatio
primogenito facta, ſub conditione adempta
fuit niſi mallet pater alium, & conuerſo or-
dine conceſſa ſub contraria l.ſi legatum ff. de
adimen.vel tranſ.lega.cum ſimil. atqui con-
ditio, qua fuit ademptum caſtrum non eue-
nit, ergo illius integrum eſſe debet, minor
7 propoſitio probatur, quoniã † morte patris
fuit illius voluntas extincta l.4.ff.loca.l.mã-
datum C.manda.Bart.& Iaſſ.in l.centeſimis
§.ſi ita ſtipulatus fuero de verbo. obliga.ille
8 num.9.hic num.12.quemadmodum † & be-
neplacitum & arbitrium Iaſſ.conſ.148.lib.2.
Deci.conſ.108.num.2.Marſil.in rub.de pro-
batio. num. 270. Tiraquel. qui alios refert
de ll.connubia.gloſ.4.num.18.Dida.lib.re-
ſolutio. 3.cap.15. num.1. & 3. Menoch. de
arbitrari.iudi.quęſt.lib.1. quęſt.69. à nu.1.
cum

cum ſequent.Math.de Math.tract. de num.
teſti.cap.30.num.16.Surd. deciſ.66.nu. 20.
limitat autem idem Guid.& rectè traditio-
nem quãdo in donatione non fuiſſent adie-
9 cta verba illa, *vel ſi maluerit*, quo † caſu vbi
patet mortuus fuiſſet nulla facta declaratio-
ne, omnes filij ſimul ex tacito iudicio illius
ab inteſtato ad ęquales portiones admitte-
rentur l.cum quidam delega.2.l. vtrum §..ũ
10 quidam de reb.dub. Accedat † & altera ra-
tio,quam tetigi in pręcedenti quęſt. in verſi.
Nec prior ratio oberit: quod defunctus non
condendo teſtamentum cenſetur tacite ve-
nientes ab inteſtato ad hæreditatem vocare
l.ſi quis cum teſtamentum l. conficiuntur vbi
Barto.de iur.codicil. cum latè congeſtis per
Math.de Mat.tract.de num.teſti.in teſta.re-
qui.cap.17.num.21.atque ideo poſſunt gra-
uari Barto. & poſteriores in l. cum filio de-
leg.1.Curti. Iuni.conſi. 4.num.8. Vt igitur
regrediamur vnde diceſsimus,hęc Guid.de-
cil.parum imo nihil Cancerij iuuat ſenten-
tiam, quoniam fuit expreſsim vocatus pri-
mogenitus & alij poſt eum ſub conditione,
in noſtro caſu nullus ex filijs, propter illa
verba *& quibus voluerit*.

Vnde contraria opinio,& verior,& recep-
tior eſt,poſſe patrem inter quoſcunque etiã
extantibus nepotibus diſponere; & cũ mul-
tas adferre poſsim rationes, duas vel tres
tantum ſubijciam.

Prima ſumitur ab authoritate tex. in cap.
1.de feud.non hab. pro.natu. feud. & tex.
in ca.feudum ea lege tit.ſi de feud.fue.con-
11 tro.præmiſſa † imprimis regula,feudum ſua
natura nec ad fœminas, vel extraneas poſſe
tranſire perſonas cap.1.de feu.non hab. pro
matri.feud.vbi Alcia.Bal.Iſer.Afflict.& alij
Iaco.de Fran.in prælud.feudo.num.44.tex.
in cap.1.§.etſi clientulus de aliena.feud. ca.
1.§.ſimiliter cum mille ſimilibus tit.de lege
Cora.idque tam tritum,& vulgare eſt vt ni-
hil magis.

12 Igitur † etſi de feudi propria natura ſit,
vt ad hæredes extraneos,ſeu fœminas non
tranſeat, † tamen vbi in feudi conceſsione
13 poſita fuerunt verba,pro te, & tuis hæredi-
bus quibuſcunque ob generalitatem horum
verborum, ſic per ea feudi natura inmutatur,
vt & ad hęredes extraneos in vim illius clau-
ſulæ tranſeat; probant duo illa iura ſupra ci-
tata: Quinimo Bal.ex dictis iuribus adno-
tauit in l.1.quęſ.34.ff.de rer.diuiſi.idem eſſe
dicere *pro te,& hæredibus quibuſcunque* ac ſi
dictum foret, *& quibus dederis*; vt vtroque
caſu hæredes extranei ad feudũ poſsint vo-
cari, etiam irrequiſito domino, cum ſit feu-
dum hæreditarium, & alodiale.Baldi tradi-
tionem innumeri fuerunt ſequti Roma. &
Alex.num.3.in l.etiam ff. ſolut. Matrimon.
idem Alexan.& Iaſſ.num. 2.in l. quędam §.
nihil intereſt ff.de Eden.idem Iaſſ.conſ. 70.
num.6.lib.7.& in l.2.num.198. de iur. em-
phi.& in prælud.feud.num.49.Corne.conſi.
16.num.12.Ruin.conſil.16.n.5.lib.1. conſi.
103.num.8.lib.3.Curti iuni.conſi.1.num.2.
egregie conſil.4.a num. 1. & fere per totum
conſil.48.nu.3.Gozad.conſil.6.num. 6.Pari.
conſi.9.num.8.lib.1. Natt.conſil.216. nu.1.
lib.1.Bero.conſil.65.& 66.num. 11. libr.1.
Rolan.a Vall.conſil.3.num.65.conſil. 96.n.
37.lib.1.Burſa.conſi.76.num.7. Crot.conſi.
136. nu.51. & innumeros alios communem
dicens refert Decian.conſi.58.num. 30.31.
32.li.2.Oſaſ.deciſ.169.n.4.& deciſ. 161.n.
2.qui & cõmunem dicit & Mari.Socin.con-
ſil.72.nu.23.li.1.Iuli.Clar.§. feudum quæſ.
9.& paucis relaris Meno.conſ.41.nu.26.lib.
1.& latius licet inibi permiſceat clauſulam,
his verbis conceptã, *tibi,tuis, & quibus pla-
cuerit* conſil.61.nu.12.& ſequen.vbi egregie
loquitur eo.lib.conſi.378.nu. 32.lib.4. Ale-
xan.Rauden.conſi.26.nu.23.& nu.80.lib.1.
& in caſu nominationis faciẽdæ, *quos volue-
rit*,idem tract. de analog. cap.35.num. 37.
Vnde cum in feudo aduerſus illius propriã
naturam in vim verborum generalium, *&
quibus volueris*, extranei poſsint vocari,
multo magis in rebus donatis, quarũ ſi feu-
dalia non ſint, natura, ad hęredes omnes
tranſitoria ſunt.

14 His † accedat quod licet alias feudum nõ
veniat in bonorum confiſcatione,nec etiam
15 in reſtitutione fideicommiſsi, tamen † vbi
cum dicta clauſula conceſſum fuit reſtituen-
dum eſt,& in caſum delicti in fiſcum tranſire
poteſt.Rolan.conſil.29.nu.17.lib.3.& tract.
de lucro dot. quæſt. 54.& alios huius opi-
nionis recenſet nouiſsime Peregri. tract. de
fidei.artic.32.num. 34.idem Peregrin. eod.
tract.arti.52.num.38.

16 Confert † quod licet ſucceſſoris appella-
tione veniat ſucceſſor vniuerſalis in dubio l.
emptorem vbi Bal.C.locati.l.quędam §.ni-
hil intereſt ff.de ceden. l. 1.§.ſi hęres ff. ad
S.C.Trebellia. tamen propter ea verba ge-
neralia,*quibuſcunque ſucceſſoribus*,venit etiã
ſucceſſor ſingularis deciſi.Auinionen.68.nu-
mer.12.

17 Secunda † ratio qua hæc iuuatur opinio
eſt. quoniam in fortioribus terminis in vim
clauſulæ *pro te,tuisque hæredibus & ſucceſſo-
ribus*,etſi addita non ſint verba illa, *quibuſ-
cunque* veniunt hęredes extranei l.ſciendum
l.hæredis appellatio de verb. ſignifi. l.in an-
nalibus C.delega.Alex.conſi.193.col.2.lib.
2.Deci.conſ.171.num.5.Alciat.reſpon.120.
& qui eos refert Meno.conſi.378.nu.1.libr.
4.&

4.& præter eum Curti. iuni.conſi.4. num.9.
10.Mant.de coniect.vltim. volunt.lib. 8.tit.
14.num.18.

18 Tertio † & vltimo in terminis proprijs
donationis cum dicta clauſula poſt alios à ſe
relatos docet Meno.conſil. 40.num.26.libr.
1.poſſe donatarium ad libitum de rebus do-
natis diſponere, etiam in extraneas perſo-
nas: ex quibus & veram & communem opi-
nionem hanc eſſe conſtat à qua in iudican-
do vel conſulendo recedi nequit.

19 Non tamen † propterea filij legitima ſua
priuari poterunt, quę illęſa vti iure naturæ
debitá eis remanere debet; ad ea quæ dixi
ſupra quæſ.2.verſic.Subdeclarãt quidam de-
clarationem,& in verſic.Quinto declara.

20 Hinc † conſequenter quæſtio enucleanda
eſt quotidiana, an pater qui filio, vel filiæ in
capitulis matrimonialibus dedit aliquã quã-
titatem, etſi ſine liberis moreretur voluit vt
certa portio rerum donatarum ad eum re-
diret, data ſibi facultate de reſiduo libere
teſtandi, ſi mortuo filio ſine filijs in ea por-
tione libere data, pater poſsit legitimã pe-
tere; tum & ſecundo, an ſi adhibitum fuit iu-
ramentum in præfata donatione, eo ipſo pa-
ter in vim iuramenti cenſeatur renuntiaſſe
huiuſmodi petitioni legitimę.

Quæſtionem hanc fere peracto tractatu
ſcripſi; quia contigit hoc ipſo anno 1601.
in filia cuiuſdam regij Senatoris huius ſacri
Senatus, is igitur filiam quãdam nuptui tra-
dit, cui in dotem aureos tres mille dedit, ad-
iecto pacto & conditione, quod ſi ſine libe-
ris moreretur duo mille aurei ad eum vel il-
lius hæredes redirent, & de reliquis mille
poſsit libere teſtari: mortua fuit filia nup-
tui tradita ſuperuiuente patre, & ſine filijs
hærede inſtituto marito in mille illis aureis
ſibi à patre vt de his libere diſponere poſſet
donatis orta fuit lis inter patrem, & gene-
rum hæredem, nam pater legitimam petit
in dictis mille aureis relictis à filia marito
ſuo, ex aduerſo gener legitimam non de-
beri dicit. De hac eadem quæſtione conſul-
tus fuit Cance.noſter ſicut ſcripſit is li.3.ca.
7. num. 91. & ſequenti. pauca dixit in arti-
culo arduo.

21 Moueri † gener poteſt ex ſequentibus:
primo quoniam dicti aurei mille fuerunt fi-
liæ libere donati, conſequenter eo ipſo pa-
ter ſua ſe illis verbis legitima priuaſſe vide-
tur, ex ſuperius adductis à Meno.& Crauet.
22 dictis conſilijs. Accedat ſecundo † & fortius
quod liberum id dicitur in iure quod nulli
ſeruituti, vel reſtitutioni obnoxium eſt; vnde
ſi legitimam poſt pater petere poſſet in his
rebus donatis, non libere donatæ diceren-
tur, maior illa propoſitio probatur multorũ
23 authoritate † inprimis Caual.deciſ.36.num.
6.1.part.ſcripſit, donata re libere, & tanquã
allodiali ex his verbis donantem vbi in eius
fauorem res fideicommiſſo ſubiecta foret,
eo ipſo renuntiatum videri; quia inquit, *allo-
dialis, nec libera foret ſi reſtitutioni obnoxia
eſſet*, vbi alios in hanc citat ſententiam. Cõ-
fert inſigne Ruin. reſponſum conſ. 121. nu.
24 10.li.2. † Dum ſcribit, generalem alienan-
di prohibitionem ſubſequentem, ad prece-
dentia referri; vt vbi in precedentibus, teſta-
tor, cuiquam legaſſet, & diſpoſuiſſet legatũ
apud legatarium libere remanere ſequens
diſpoſitio ad legatum his verbis relictũ ex-
tendi non poſſet, quia non remaneret liberũ
25 ſi alienari res legata non poſſet. Tertio † &
huc pertinet celebre Surdi reſponſum conſ.
143.num.22.lib.1.qui reſpondit, re in alo-
dium data in conſequentiam reſtitutionis
conditioni rei adiectæ renuntiatum cenſeri,
& multo magis cum dictum fuit in conceſ-
ſione dari rem in liberum, & francum allo-
dium, remouit enim verbum hoc liberum
quamcunque reſtitutionis ſpeciem, ſimul, &
omne impedimentum quod fieri poſſet vt
res pænes eum, cui conceditur non remane-
ret ad gloſ. in verbo libere in Clemen. du-
dum de ſepult.& in Clemen. fina. de æta.
& qualit. Tiraquel.in l.ſi vnquam verbo re-
uertatur num. 135. C.de reuocan. donatio.
cum alijs ab eodem Surd.ſuperius citatis; &
pręter relatos ab eo idẽ alijs adductis reſ-
pondet Tiberi.Decia. reſpon.60. num. 31.
lib.2. reſpon.41.num. 14.eod.lib. vnde in-
tulit Surd.citato conſil. vaſſallum, qui feu-
dum habet liberum, nullum ex his verbis
onus præſtare domino cogi poſſe. Crauet.
conſil.125.num.6.

26 Tertio † moueri potuit actor, quia donãs
in prædicta ſpecie dotem filiæ ſuæ in confir-
mationem dictæ donationis dotis & pacto-
rum in contractu matrimonij adiectorũ ap-
poſuit iuramentum, iurando ad inuicem filia
& pater ſe prędicta tenere & inuiolabiliter
27 obſeruare debere: Atqui † iuramentum ha-
bet vim ſpecialis renuntiationis legitimæ,
iuxta magis communem & veram opinio-
nem, etſi alij plerique contrariam magis cõ-
munem dixerint Roma. Alexan. Iaſ. Ruin.
Rub.Deci.Gozadi. Natt. Dida.Rip. Pariſi.
Socin.iuni.Guil. Benedic.& Tiraquel.quos
congerit Menochi.conſi. 71.num. 24.lib.1.
& hanc fere communem iudicat ibidẽ idem
Menoch. & non citato Meno. alios retulit
Surd.dicens.magis communem tract. de a-
limen.tit.9.quęſt.15.num.17. 18.19. Atque
eandem opinionem non relato Menoch. in
citato conſil.tenuit Gutier.tract.de iuramen.
confirmato.cap.19.vbi Vaſqui.Rodri.Suar.
& alios

Digitized by Google

& alios quoſdam etſi paucos eandem tene-
re ſcripſit communem dicens.eo itaque ipſo
quod pater iurauit pręfata capitula matri-
monialia legitimæ ſuæ renuntiaſſe videtur;
ſicuti enim filius niſi expreſſe renunciat aut
cum iuramento legitimæ renuntiaſſe non vi-
detur,ſic econuerſo pater in bonis filij, cum
non minus parentibus quam filijs legitima
debeatur l.nam etſi parentibus cum vulgar.
de inof.teſt.& de renuntiatione filij pro ſua
legitima,ad renuntiationem patris in filij le-
gitima argumentatur & recte idem Gutier.
in d.cap. 15.nu.4. poſt Vaſqui.tract.de ſuc-
ceſsio.creatio.§.17.num.44.& §.21. n.134.
vnde ſi iuraſſet filius excluderetur, eodem
modo & pater.

28 Quarto in terminis † videtur traditio Tel-
li.Ferdinan.in l.6.Taur. num.63. C.4. do-
cuit Iuramento poſſe patrem a filij ſucceſ-
ſione ſe ipſum priuare, atque excluderetur
omnino aſcendens pater,& alius quilibet,ci-
tat Angel.in l.fin.C.de bon.liberto.

Quinto hanc audio aduerſarium rationem
adferre,quoniam inquit ſi legitima debetur
patri ex ipſe eadem legitima donata à patre
filiæ (quoniam mille illi aurei donati ad li-
beras voluntates filiæ erat quantitas quę ad
legitimam illi debitam aſcendebat)inde ſe-
queretur,legitimam onus reſtitutionis reci-
pere, & grauamen quod ab ea ſemper reij-
citur;ad ea,quæ omnes ex eo textu in l. quo-
niam in prioribus cum vulga. C.de inofi.te-
ſtam.proinde legitima patri ex legitima ab
eodem patre debita non debetur.

His tamen non obſtantibus contrarium
reſpondi ex ſequentibus pręmiſſo prius pari
paſſu procedere legitimam filij, & legitimā
29 patris niſi in paucis quibuſdā caſibus † vnde
quemadmodum in bonis parentum regula-
riter filijs legitima debetur d.l.nam etſi pa-
rentibus de inofi.teſt.l.ſcripto.vn.liber.cum
ſimi.ſic parentes in bonum filiorum (qui ta-
men liberos non habent vt omnes affirmāt)
legitimam hanc portionem petere poſſunt
dictis iuribus:Ad inſtar ſucceſsionis ab inte-
ſtato, qua efficitur vt tam filij parentibus,
quam econuerſo parentes filijs ſuccedant §.
conſequens in auth.de hęre. ab inteſt. veni.
eſt enim legitima portio illa, quam quis ab
inteſtato conſequturus eſſet;ſic cenſent om-
nes in l.in quartam ad l.falici. vbi præcipue
Berenga.hanc conſtituit regulam cum his,in
quibus conueniunt,& differunt legitimę pa-
rentum,& filiorum,in repeti. Secunda præ-
fatio.num.15.cum ſequen.Craſſ.in §. legiti-
ma quæſt. 1.in principio, cæteros prætereo
quia trita eſt & omnibus nota. Ita fit vt ſu-
perius cum Vaſqui. & Gutier. dicebam, vt
quemadmodum filius legitimæ renuntiare
non videtur niſi expreſsim id dixerit, ſic pa-
ter id ipſum facere ex iuris diſpoſitione non
cenſetur.

30 Secundo † animaduerto iure noſtro regio,
eo ipſo quod filij nuptui traduntur à patria
liberari poteſtare,notiſsima eſt regia conſti-
tutio,quamquam de iure communi propter
matrimonium minime ab ea liberentur iux-
ta magis communem opinionem, & nedum
in fauorabilibus,ſed & in odioſis ex genera-
litate legis noſtrę regiæ;eadem ipſa lex lata
eſt in vlterioris Hiſpanię regnis,quam mibi
ſic interpretes illius declararunt magis cō-
muniter vt poſt Rodri. Soar. Baeça Pelaez
Matien.Gomez.Caſtell.Gracian.& alios re-
ſoluit Gutier.lib.2.practica.quęſtio.quæſ.9.
a numer.1.

31 Tertio † animaduerto, vt plurimum, &
fere ſemper ſolere parentes dum filios emā-
cipant donationes in eos conferre,ſiue emā-
cipatio fiat in contractu matrimonij, ſiue
apud acta curię iuxta iuris diſpoſitionem in-
nuit text.in l.fina.§.in verbis, *& peculium
donare,vel alias res liberalitatis titulo in eos
conferre,&c.* C.de emanci.libero.& ſic ſem-
32 per obſeruare video: vnde † inoleuit vſus
notariorum,qui in huiuſmodi donationibus
teſtantur parentes in præmium emancipa-
33 tionis has conferre donationes, id † quod
ex ipſorum imperitia prouenit,quoniam nō
præmium parentes emancipando recipiunt
à filijs, ſed filij aparentibus: proinde cum
donant liberalitatem liberalitati cumulant,
& adiungunt duplici modo, emancipando,
& libertatem: quæ inæſtimabilis res eſt l. li-
bertas de regu. iur. conferendo, amittendo
ſimul patriam poteſtatem l. filiusfamilias §.
34 ſecundum vulgarem de leg. 1. Hinc † patri
præmium debetur non filio l. cum vina, in
verbis *præmium delatæ emancipationis* C. de
bon.mater.vbi Pau.de Caſt. l. cum oportet
§.cum autem,in verbis *quaſi remunerationis
gratia à filio accipere* vbi Barto. C. de bon.
quæ libe. §. hoc quóque in verbis *quaſi pro
pretio quodammodo emancipationis,&c.* inſti.
per quas perſo.nob.acquir.obliga. vt hæc &
alia iura egregie aduerſus notarios, & ipſo-
rum ſtilum citauit Tiber.Decia.reſpon. 41.
num.12.13.14.15.lib.1.& ab emancipatio-
ne,filij ius teſtandi conſequuntur, cum alio-
quin ſi in poteſtate parentum forent, niſi de
voluntate parentum teſtamentum condere
non poſſent,ad tex.in l.qui in poteſtate cum
35 vulga.ff.de teſta. His ſic † præmiſsis in tui-
tionem noſtrę opinionis accedat tex.expreſ-
ſus in l.pantonius ff.ſi quis aparent. fue. ma-
numiſ.quo in text.aperte probatur parenti-
bus deberi legitimam portionem in bonis
filij emancipati; quia ſi turpem perſonam
hęredem

Digitized by Google

hęredem inſtituat filius, in totum pater re-
uocat ſi non turpem vſq. ad ſuam legitimã,
quem tex. ad hanc ipſam facti ſpeciem cita-
uit eruditiſsimus Surd. conſ. 292. num. 10.
lib.2. Tertio in hac ipſa ſpecie deberi legiti-
mam parentibus citra aliquam dubitationẽ
multis oſtendit idem Surd. d. conſ. 292. in
toto conſilio, vbi & obiectis reſpondet, quæ
illius dicta non repeto cum videri ab omni-
bus poſsint.

Supereſt nũc obiectis reſpõdere, ex quo-
rum ſolutione in totum difficultas tolletur.
Non obſtat prima ratio quia in libera illa
diſponendi facultate de mille aureis conceſ-
ſa filiæ non includitur renuntiatio legitimæ,
quæ aliquo in caſu parentibus cõpetere poſ-
ſet; quia renuntiatio donatio eſt, l. ſi quis de-
legauerit vbi Barto. ff. de ſolutio. Deci. in l.
poſtquam liti. num. 15. C. de pact. Menoch.
præſump. 45. lib. 3. num. 15. idem præſump.
41. num. 2. lib. 6. fuſe Tiraquel. in l. ſi vnquã
verbo donatione largitus nu. 173. C. de re-
uocan. donatio. & in præfatio. num. 129. &
37 ſicut † donatio non pręſumitur, nec renun-
tiatio, idem Meno. d. pręſum. num. 11. ſic &
qui quidquam in alterius fauorem renũciat,
eidem donare cenſetur Bal. in l. quod dotali
quæſt. 8. C. de colla. & alios plures recenſet
38 Surd. deciſ. 14. num. 2. Vnde † nec renunciã-
di in dubio, ſicut nec donandi animus præ-
ſumitur, vt ex Imol. Anto. & alijs docet idẽ
39 Surd. deciſ. 317. num. 23. donatio † vero ne-
dum inter extraneos ſed neque inter patrẽ,
& filium præſumitur; non inter patrem, & fi-
lium in poteſtate conſtitutum, quoniam do-
natio non valet; ſed neque inter patrem, &
filium emancipatum, ita argumentatus fuit
Menoch. lib. pręſump. 3. præſum. 30. nu. 29.
& 30. conſequenter in facultate illa diſpo-
nendi libere de millę aureis, incluſa legiti-
ma portio patri debita non cenſebitur.

40 Secundo † reſpondetur, verbis illis quibus
pater filiæ liberam diſponendi facultatem
conceſsit, incluſam ex alio legitimam non
cenſeri, quoniam in libera conceſsione, ad-
miniſtratione, aut alia quauis diſpoſitione
facultas donandi non conceditur, ſic reſpon-
dit expreſsim Vlpian. in l. filiusfamilias in
principio ff. de donatio. vbi Bart. & alij: vn-
de conceſſa in noſtra ſpecie filijs libera fa-
cultate diſponendi non cenſetur conceſſa fa-
cultas donandi legitimam patri debitam: &
41 † in ſpecie probat textus in l. Paulus reſ-
pondit ex hæreditationem §. patroni filius
vbi glo. in verbo videri ff. de bon. libert. quo
in textu probatur, libera teſtandi facultate
conceſſa liberto, non cenſeri conceſſum vt in
legitima alium quam filium inſtituere poſ-
ſit, & ſcribit Telli Ferdin. in l. 6. Taur. n. 64.

42 Ad † ſtipulatur ſuperioribus deciſio inſignis
Vincen. de Fran. deciſ. 503. 3. part. num. 12.
vbi decidit, donationem libere factam ab
ſponſo ſuæ ſponſæ nõ efficere vt poſsit ſpõ-
ſa non ſequutis nuptijs res donatas ad ſuos
hęredes tranſmittere. ſic prima & ſecunda
non obſtat ratio, cum in traditionibus con-
trarijs conſtaret diſponentem donare vo-
luiſſe, in hac ſpecie ſecus.

43 Non obſtat tertium, † nam iuramentum
renuntiationem legitimę operari nequit vbi
nulla adfuit renuntiatio, nedum ſpecialis ſed
generalis; tũc autem ex eorum opinione qui
dixerunt, iuramenti adiectione legitimæ cẽ-
ſeri renunciatum operatur ſacramenti reli-
gio hunc effectum, quoties iuramentum ip-
ſum appoſitum fuit in generali renuntiatio-
ne, nam quia vim expreſsi habet, legitimę vi-
detur renuntiatum, ſecus vbi nulla adfuit re-
nuntiatio, & in his terminis loquuntur Ro-
ma. Alexand. Rip. Socin. iuni. Natt. Didac.
Menoch. Gutier. Vaſqui. Rodri. Soar. & alij
44 à me ſuperius citati. Et † ſumma cum ratio-
ne nam iuramentum nequit vim ſuam & ef-
fectum extendere pluſquam cõuentio prin-
cipalis, & conſenſus in eo præſtitus l. conue-
nire ff. de pact. dotal. l. fina. C. de non nume.
pecuni. Siluan. conſ. 22. num. 44. Oſaſ. deciſ.
Pedemonta. 41. num. 6. Surd. deciſ. 3. num. 9.
quod ſi iuramentum capitulis hiſce matri-
monialibus interpoſitum in quibus de renũ-
tiatione verbum nullum, renuntiationẽ legi-
timæ operaretur, certè extenderet cum ſuã
vltra conuẽta à partibus, id autem quam ab-
45 ſurdum ſit omnes videot. Propterea † dixit
egregie Oldrad. conſ. 188. quod iuramentũ
nõ extendit obligationem, ſed ei intra ſuos
limites manente addit robur; quem ſequuti
ſunt Roma. Angel. Areti. Deci. Tiraq. Paris.
Bertran. Cæpha. & alij relati à Surd. cõſ. 20.
num. 8. lib. 1. & conſ. 315. num. 27. lib. 3. la-
tiſsimè idem Surd. tracta. de alimen. titu. 9.
quæſ. 15. num. 20. & 21. Non obſtat quartum
ex doctrina Telli. quę nihil facit cum loqua-
tur in pacto iurato quo pater ſe à filij ſuc-
ceſsione priuauit: in noſtro caſu nullum ad-
eſt pactum, nulla renunciatio: quinimo inge-
nue facit pro hac parte Telli. traditio, cum
ob liberam teſtandi facultatem filię conceſ-
ſam non cenſeatur pater in ſpecie noſtra le-
gitimę portioni renuntiare vt illic ſcripſit:
atq. ita in terminis propoſitæ quęſtionis iu-
dicatum vidi in hoc Senatu, nullis tamen ad-
ductis, motiuis, quia erat cauſa exequutio-
nis.

46 Non obſtat quinta † ratio, nullũ enim vn-
quam dubitaſſe vidi, cum ex rebus ipſis filio
vel filię donatis, præmorientibus ipſis ſine fi-
lijs, debeatur legitima parentibus, quod eui-
denter

Digitized by Google

dentet colligitur ex d.l.pontonius iunčta d. l.fina. C.de eman. libero. tes enim donatæ filijs in emancipatione in legitimam nõ imputantur, quia huiuſmodi donationes puræ ſunt l.2.C. de immen.donatio.iuxta receptiſsimam omnium in d.l.in quartã ad l. falcidi. & ideo inſinuatione egent, vt dixit Tiberi.Decia.dic.reſpon.41.num. 16. & in hac ſpecie minorem articulus continet dubitationem, cum ſit proprium filij patrimonium liberum: idem vbi donatio fuiſſet facta ob cauſam, matrimonij filio vel filię pro dote ſua vſque ad concurrentem quantitatẽ legitimę; præmorientibus enim ſine filijs, alio quam patre donatore herede inſtituto, pater legitimam ideſt tertiam portionem ex his rebus, quas filiæ pro ſua legitima dedit conſequenter, in reliquis alium inſtituere poterit, dum turpis perſona non fuerit, iuxta deciſionem d.l.pontonius.

47 Neque dici † poteſt quod ab aduerſario obijcitur, legitimam onus nullum recipere, id enim onus non eſt; & præterea quamdiu legitima pœnes filium eſt illius durat priuilegium, & cum ad aliam perſonam tranſit, vel quia filius donat, aut alium quam patrẽ inſtituit hæredem, priuilegium ceſſat l. per procuratorem §.1.de acquiren. hæredi ſcribit Berenga.in d. l. in quartam præfa. 2. 4. arti.numer. 16. latius exemplificat Vaſqui. tract.de ſucceſsio. creatio. §.10. num. 411. poſito igitur quod onus dici poſſet, mutatione perſonæ tale onus ſuſtinetur.

48 Porro legitima † onus patitur legale à lege ipſa impoſitum, vt dixit Barto.in l. Titio centum §. Titio genero nu. 6. de condi. & demonſ. Imol.& Pau.de Caſt.quos refert & ſequitur idem Vaſqui.d. §. 10.num. 461. vnde cum legitima parentibus ex illis diſpoſitione non minus quam filijs debeatur, onus res ipſas ſequitur, verum onus vt dixi non eſt, quia in vita filius liberas res habet in legitimam donatas, de quibus etiam in morte diſponere poteſt reſeruata legitima parentibus ex legis debita ordinatione.

49 Rurſus † legitima vt dixi eſt portio certa illius partis, quam ab inteſtato pater vel filius ſunt habituri, vnde dixerũt noſtri quod, qui ab inteſtato non poteſt ſuccedere neque etiam legitimam petere: ita fit vt ſtante ſtatuto, quo pater, vel mater ab inteſtato ſuccedere filijs ſuis prohibentur, nequeunt ex communi reſolutione in eo caſu legitimam petere in bonis filiorum. Sic ex communi relatis innumeris reſpondit Rolan. à Vall. conſi.62.num.52.lib.3.quem & alios refert Gutier.libr.3.practi. quæſtio. 82.numer. 8. è conuerſo vbi pater ſuccedere poteſt, omni ex parte ſibi legitima debetur; quis autem eſt qui non videat, filiæ in noſtra ſpecie inteſtatæ decedenti in illis mille aureis libere donatis patrem ſuccedere potuiſſe proinde & legitimam condito per filiam teſtamento, alio quam patre hærede inſtituto ſibi deberi, & hęc veritas.

SVMMARIVM.

1 *Donatio facta filio & illius filijs, ordine ſucceſsiuo facta cenſetur.*

2 *Donatione facta filio & ſuis, qui contineantur.*

3 *Suorum appellatione qui contineatur, ex ſubiecta materia deprehenditur.*

4 *Suorum appellatione cũ de patrio iure agitur, filij tantum, qui in patris poteſtate ſunt continentur.*

5 *Suorum hæredum appellatione vbi de patria poteſtate non agitur, ij veniunt, qui quomodocunque ſuccedere poſſunt.*

6 *Suos hæredes & mulier habere dicitur, qui tamen filios in poteſtate non habet.*

7 *Suorum appellatione ex ſubiecta materia, domeſtici & familiares continentur.*

8 *Suorum appellatione vbi de patria agitur, ex eadem patria orti continerentur.*

9 *Suorum appellatione vbi de patria agitur poteſtate, filij tantum in poteſtate conſtituti venirent.*

10 *Suorum appellatione vbi de iudicando ageretur nedum ſanguine coniuncti ſed, & qui ſeruint continerentur.*

11 *Suorum appellatione vbi amicitiæ iura conſiderari poſſunt, amici ſumma amicitia coniuncti comprehenderentur.*

12 *Suorum appellatione in delictis, ij veniunt, qui delicta admiſerunt.*

13 *Suorum appellatione vbi de agnatione conſeruanda agitur, ij continentur, qui illius generis & familiæ ſunt.*

14 *Sua iniuria dicitur, quæ alicui de familia facta eſt.*

15 *Suorum appellatione vbi de parentela agitur, ij veniunt, qui ex eodem ſtipite deſcendunt.*

16 *Suæ res dicuntur, etiam illæ, quæ à conductoribus poſsidentur.*

17 *Suum negotium dicitur parentum, licet illud ad filios pertineat.*

18 *Suum dicitur, etiam illud, quod reuocari poteſt.*

19 *Suo nomine factum dicitur, quod & ad alterius commodum pertinet.*

20 *Suorum appellatio varia eſt.*

21 *Suorum appellatione ſecundum communem vſum loquendi, veniunt proximiores ab inteſtato.*

22 *Suorum vocatione facta, ſtante dubio ad quos hæc verba referri debeant, ad ſuos teſtatoris*

tores referenda ſunt.

23 *Suorũ appellatio ad quos referri debeat, Barto. diſtinctio adducitur.*

24 *Suorum appellatione in materia ad extraneos hæredes non tranſitoria, deſcendentes tantũ & collaterales continentur.*

25 *Suorum appellatione in rebus, quæ ad extraneos hæredes tranſire poſſunt, extranei continentur.*

26 *Teſtatoris diſpoſitio de rebus ſuis verba faciens, de teſtatoris non hæredis vel fideicommiſſarij rebus intelligenda eſt.*

27 *Suorum appellatione in contractibus, deſcendentes omnes & collaterales vſq. ad quartũ gradum continentur.*

28 *Donatio ſtipulata à patre, pro ſe & filijs ſuis; an cenſeatur ſtipulata pro filijs tanquam filijs, vel pro filijs tanquam hæredibus, & quæ vtilitas.*

29 *Stipulatio paterna pro filijs tanquam filijs facta, vbi filij res donatas conſequũtur, onera hæreditaria non ſubeunt.*

30 *Filiatio qualitas naturalis dicitur.*

31 *Qualitas ſanguinis, pro cauſa finali diſpoſitionis accipienda eſt.*

32 *Legatum pauperi conſanguineo, intuitu conſanguinitatis & non pietatis relictum cenſetur.*

33 *Legatum Epiſcopo à conſanguineo ſuo, legatũ cenſetur contemplatione ſuæ perſonæ & non Eccleſiæ.*

34 *Legatum Epiſcopo amico, intuitu amicitiæ legatum videtur.*

35 *Legatum à patre eodemq. tutore filio factum, contemplatione filiationis factũ cenſetur.*

36 *Intereſt noſtra hæredes habere.*

37 *Expreſſum facit ceſſare tacitum.*

38 *Taciti & expreſſi vna & eadem vis eſt, maxime vbi tacitum prodeſt magis diſponenti.*

39 *Contrahere quis præſumitur, ſecundum qualitatem & nomen contractus.*

40 *Nomen contractus minime curandum, vbi actus natura contrariatur.*

41 *Stipulatio in dubio ita concepta cenſetur, vt ſibi & hæredibus ſuis proſit.*

42 *Pater ex particulari priuilegio ſtipulari poteſt pro filijs ſuis.*

43 *Actum faciens cum illud poſſit ſecundum ius commune & municipale, in dubio ſecundum commune feciſſe cenſetur.*

44 *Stipulatio à patre facta pro filijs, vtilior eſt ſi vt hæredibus & non tanquam filijs concepta fuerit.*

45 *Parentum commune votum eſt filijs theſauriſare.*

46 *Iura naturalia ſucceſſiones à iure ciuili adinuentas non agnoſcunt.*

47 *Stipulationis natura eſt, vt ad hæredes tranſeat.*

48 *Verba intelligenda ſunt, ſecundum naturam contractus cui adijciuntur.*

49 *Expreſſum facit ceſſare tacitum.*

50 *L. ſi vno ff. locati & tex. in l. ſi olei C. eod. tit. declarantur.*

51 *Verba aduerſus eum interpretanda ſunt, qui ſe fundant in eis.*

52 *Verba interpretanda ſunt aduerſus eum, in cuius fauorem fuerunt prolata.*

53 *Verba quis dixerit non attenditur, ſed in cuius gratiam dicta ſint.*

54 *Pater an fuerit ſtipulatus filijs vti filijs an vt hæredibus coniecturis dignoſci poteſt.*

55 *Maioratus & primogenia filijs vti filijs deffeтuntur, non vt hæredibus.*

QVÆSTIO XV.

DONATIONE FACTA IN contractu matrimonij filio & ſuis, qui contineantur; & an filios hæredes eſſe oporteat, elucidatur.

1 DONATIONEM † factam filio in capitulis matrimonialibus, & filijs ordine ſucceſsiuo factã cẽſeri fatentur noſtri Bartol. in l. Gallus §. quidam rectè num. 9. de libe. & poſthum. & l. ſi tibi §. ſi pactus vbi gloſ. ff. de pact. C. Calca. conſ. 74. num. 21. Deci. in conſil. 149. col. 1. Alexan. Iaſſ. Rub. Galiau. Garci. & alij in d. §. quidam rectè, vbi communem dixerunt, & eandem communem repetit Menoch. conſ. 41. num. 24. lib. 1. & præter Menoch. & quos refert, Lancel. in d. §. quidam rectè num. 25. communẽ dixit; ſiue res ſit ſui natura tranſitoria ad hæredes ſiue non Rube. num. 129. Socin. num. 146. & alios multos citat Surd. deciſio. 322. num. 44. receptam affirmans Manti. de coniectur. vltim. volunt. lib. 8. titu. 10. Cancer. lib. reſolut. 1. cap. 8. num. 67. vbi ſolum Bertran. citat conſ. 138. nu. 20. lib. 2. Cæterum † 2
qui contineantur in donatione filio, & ſuis facta, ſub vocabulo illo & ſuis idem Cance. mouet poſt antiquiores ſed in reſolutione deficit; qui enim ſuorum veniant appellatione ſcire, pulchrum paſſum dixit Bal. in conſ. 80. lib. 4. vbi multa egregie. Vt igitur in reſolutus articulus reſoluatur remiſsiuè adductus per Cancer. lib. 3. reſolu. cap. 7. nu. 331. Duos caſus, & ſuſpectiones conſtituendas eſſe exiſtimo. Prima circa vltimas voluntates, ſecunda ad contractus pertinet, quæ noſtro conuenit inſtituto.

3 Animaduerto † autem prius tam latã fore ſignificationem, vt ſecundum ſubiectam materiam, & caſus de quibus agitur diuerſimodè

modè accipiantur verba,& ſuis prędicta: In
4 † ſucceſsione enim, qua ius patriũ conſide-
ratur, ij ſuorum appellatione continẽtur, qui
in patris ſunt poteſtate l. in ſuis delibe. &
poſthu. §. ſui inſt. de hæred. qual. & differ. l. 1.
& 2. C. de repud. hæred. l. 1. ff. per quas per-
ſo. nob. adquir. §. 1. & 2. inſtir. eod. titu. l. cum
bonis ff. de acquir. hęred. Bart. Bal. Angel. &
poſteriores in d. l. in ſuis Angel. cum alijs in
d. §. ſui Tiraq. in præfatio. l. ſi vmquam C. de
rcuo. dona. Coraſi. li. Miſſellan. 5. ca. 16. For-
5 catu. in necijoman. iur. dial. 36. Verum † vbi
patria poteſtas non cõſideratur, appellatio-
ne ſui hæredis is veniet, qui quomodocunq.
ſuccedere põt, & qui defuncti obligationem
ſuſtinet l. 2. §. ſi in facto & §. ſequen. l. Iulian⁹
in principio l. ſtipulatio iſta, in verbis nec hę
res ſuus, de verb. obli. §. ſed etſi quis §. ſi quis
6 ea inſti. de verb. obli. ſic † mulier qui neminẽ
in poteſtate habere poteſt, ſuos habere hæ-
redes dicitur l. ex his verbis C. quan. dies.
lega. ced. auth. de non eligendo ſecundo nu-
bentes §. ſi vero filia Guid. Pap. deciſ. 548.
conſ. 135. num. 1. Vnde agnati, cognati, trãſ-
uerſales, & extranei, cum de defuncti agitur
ſucceſsione, qui hæredes inſtituti ſunt ex te-
ſtamento, cæteri ab inteſtato, ſui hęredes di-
cuntur glo. vbi cęteri in l. ſi poſt diem in ver-
bo ſuum ff. quan. dies lega. ced. d. l. ſtipulatio
iſta in principio cum concordanti. ſupra ci-
tatis.

7 Secundo † ex ſubiecta materia ſuus do-
meſticos & familiares ſignificat, & ij etiam,
qui iure aliquo fidelitatis vel huic ſimili no-
bis tenẽtur, quemadmodum vaſſalli, qui no-
bis inſeruiunt. l. diuus §. cum autem in ver-
bis vel à ſuis aut in propria villa de offi.
præſi. l. murus §. manente ibi ſe & ſuos alat.
ff. de iur. dot. cap. quicunq. vbi gloſ. & alij in
verbo ſuorum de ſent. excomu. in 6. l. pœnũ
§. ſed quod diximus l. aut qui aliter §. hæc
verba ff. quod vi aut clam. l. ſi conuenerit §.
fina. de pact. dotali. cum multis his ſimilibus
Ripa in l. 1. num. 105. de reb. cred.

8 Tertio † vbi de patriæ contentione age-
retur, ij ſuorum appellatione venirent, qui
eiuſdem vrbis, vel patrię eſſent, reliqui ex-
tranei nominarentur l. in bello §. ſed quod
diximus l. aut qui aliter §. hæc verba ff. quod
vi aut clam l. qui pœnum §. ſed quod dixim⁹
ff. de pœnu. legat.

9 Quarto † vbi de patriæ poteſtatis intuitu
vel contemplatione tractaretur, ſui diceren-
tur tantum pater, & filij illius; ij enim pro-
prie ſui adinuicem dici poſſunt, cum vna, &
eadem perſona reputentur l. fina. C. de im-
pube. §. ſed qui inſtit. de hæred. qual. extra-
nei enim omnes quando de iure patriæ po-
teſtatis agitur, nominantur cęteri l. vni. §. ex-
traneum C. de rei. vxo. actio. l. finá. §. ſimiliq.
modo. C. de iur. doti.

10 Quinto † & ſui dicuntur vbi de iudicando
ageretur, qui nedum ſanguine coniuncti ſunt
ſed & qui nobis ſeruiunt l. qui iuriſdictioni
præeſt de iuris. omni. iud. l. vni. C. ne quis in
ſua cau. ius ſibi dicat, & in hac ſpecie coniũ-
ctio ſanguinis ad ſeptimum vſq. gradum ex-
tenditur gloſ. in l. fœminæ C. ad S.C. Turpi-
lia l. 2. de accuſatio. gloſ. cum tex. in l. lege
Iulia ff. de teſtib. Angel. trac. de male. verbo
ad quęrellam Titij nu. 48. Marſi. in l. 1. §. irẽ
diuus, qui alios refert ff. de quęſ. Plac. in Epi.
delic. ca. 39. nu. 13. Gomez. lib. reſol. 3. ca. 1.
num. 34. in tranſuerſalibus vſq. ad quartum
gradum. Bal. in l. petitionem C. de aduo. di-
uerſo. iudic. alios Cott. in memorabil. verbo
ſuorum appellatione.

11 Sexto † vbi amicitię iura conſiderari poſ-
ſunt, ſuorum appellatione, & amici ſumma
amicitia coniuncti continerentur, gloſ. in l.
2. C. in qui. cau. colo. lib. 11. Cod. Hypol. de
Marſil. in rubr. de fideiuſ. num. 234. qui ſuſe.
Robin. in l. filiusfamilias §. diui num. 69. de-
leg. 1. Plaça. in Epito. delicto cap. 28. nu. 24.
& iterum cap. 43. Tiraquel. tract. de pœni.
temp. cauſa 22. nu. 34. Corſe. ſingul. in verbo
defenſio.

12 Septimo † vbi de delictis agitur patran-
dis, ij ſui dicuntur, qui delicta admiſerunt;
inde vulgo dicitur delicta ſuos habere au-
thores l. ſanccimus C. de pœni. Nec debet
quis alterius delicto vel iniuria prægrauari.
l. ſi quis in ſuo §. legis C. de inofici teſtam. cũ
alijs multis ad hoc inſtitutum congeſtis per
Farina. in qq. crimina. titul. de pœn. & delic.
quæſt. 24. num. 1. lib. 1.

13 Octauo † vbi de agnatione agitur conſer-
uanda, & tuenda, ij ſuorum veniunt appella-
tione, qui illius generis ſunt & domus, & cõ-
tinentur deſcendentes omnes, & collatera-
les abſq. graduum limitatione l. pronuntia-
tio §. communi iure vbi Barto. de verbo. ſig-
nifi. l. cum vnus in principio ff. de alimen. le-
gat, l. vni. in verbis ſuorumq. domo C. is quæ
prędi. poteſt l. IurisConſultus in verbis, pro-
ximiores ex agnatis ſui dicuntur ff. de gradi.
affini.

14 Nono † ſua iniuria dicitur, quæ alicui de
familia facta eſt. l. de crimine l. neganda C.
de accuſatio. l. ſi fœmina. C. ad Turpili.

15 Decimo † vbi de coniunctione & attinen-
tia ageretur, ij ſui dicerentur qui ex eodem
ſtipite deſcendunt, & etiam collaterales l. cũ
ſcimus in verbis, per ſuos vel patres, vel fra-
tres, vel cognatos. C. de agrico. & cenſi. lib.
11. cap. filij ad finem de here. lib. 6. l. murus
§. manente ff. de iur. doti.

16 Vndecimo † vbi de conductione vel loca-
tione

tione ageretur, ſuæ res dici poſſent conducte,
quæ ab earum conductore poſsidentur l. 1.
§.ait prætor cum ſeq. ff. Nau. cau. ſtabu. l. 2.
in princi.& §. in hac in 2. ff. vi bono. rap. Et
ſuam domum l. C. dixit, quę conducta eſt l. 1.
§. 1. de iniu. l. is qui domum ad l. Iuli. de a-
dulte. §. pœne inſtit. de iniur.
17 Duodecimo † ſuum negotium, ideſt pa-
rentum dicitur, licet illud ad filios pertineat
l. ſi mater C. ad Velleian.
18 Decimo † tertio ſuum dicitur quod re-
uocari poteſt l. omnes actiones. §. 1. de re-
gul. iur.
19 Decimo † quarto, ſuo nomine factũ quid-
quam dicitur, licet ad alterius commodum
pertineat l. qui bona de dam. infect. his præ-
miſsis, quæ ex varijs iuris locis colligere po-
tui, ſupereſt vt ad propoſitas accedam inſpe-
ctiones.
20 Prima † regula fit in inſtitutionibus, & ſub-
ſtitutionibus ſub his verbis conceptis, *inſtitu-
tuo vel ſubſtituo Titium, & ſuos* cum varie
intelligi poſsint de filijs ſcilicet §. ſui de hæ-
red. quali. item de deſcendentibus vt ſupra
dixi, & intelligit Deci. conſil. 217. num. 2. &
21 conſil. 228. num. 2. † Attento tamen com-
muni vſu loquendi, & vulgarem interpreta-
tionem, ſub illis verbis veniunt proximio-
res conſanguinei veniẽtes ab inteſtato, iuxta
gloſ. ſupra à nobis citatam in l. ſi fœminam
C. ad S. C. Turpil. & in l. 2. verbo ſuorum de
accuſatio. & altera in l. 1. in verbo vel ſuis
ff. ad l. Corneli. de Siccar. cęterum ſic intelli-
genda traditio eſt, vt prius filij vocati cen-
ſeantur reliqui poſt deſcendentes, ijs deſſi-
cientibus collaterales, ſic docuit Paul. de
Caſt. conſi. 374. num. 4. & conſil. 404. num. 1.
lib. 1. Alexan. conſi. 26. num. 5. & 6. libr. 5.
Crauet. conſi. 22. num. 1. Celſ. Hug. conſil.
55. num. 4. & licet Alciat. in l. Gallus §. qui-
dam rectè diſſentiat num. 21. hæc eſt veritas,
& communis etiam opinio, quam ſequuntur
nouiſsime Manti. tract. de coniectu. vltim.
volunt. libr. 8. tit. 14. num. 19. Sim. de Prær.
in ſuo obſcuro & malè ordinato tracta. etſi
erudito, de interpre. vir. vlti. volun. libr. 3.
interpre. 2. dubi. 1. ſolutio 5. num. 43. & an-
tea num. 42. verſi. Idem de alijs, alios huius
opinionis citãt ij duo, quos prætereo. an au-
tem ſubſtitutio de aliquo, & ſuis facta ope-
retur effectum ſubſtitutionis egregie Celſ.
Hugo. conſi. 55. per totum maxime nu. 8.
22 Secunda † regula vbi dubiũ eſſet an ver-
ba hæc *ſubſtituo Titium & ſuos* referri de-
beãt ad ſuos teſtatoris, vel ſuos heredes in-
ſtituti, niſi contrariæ adſint cõiecturæ referri
debent ad ſuos teſtatoris, & non hæredis in-
ſtituti vel ſubſtituti l. ſi quis attio vbi glo. ff.
de vſu. accreſſ. l. debitor in verbis filiæ ſuæ,
id eſt teſtatoris, ad S. C. Trebel. l. ex facto
vbi gloſ. eod. illo tit. vbi Barto. docuit Imo.
Alexan. Curt. iuni. conſi. 139. nu. 22. Rolan.
conſil. 70. num. 78. libr. 3. & alios plures re-
23 fert Manti. vbi ſupr. nu. 20. † Neque omit-
tendam eſſe puto Bartol. celebrem diſtin-
ctionem in l. ex facto ad Trebel. S. C. & in
l. cum in teſtamento ff. de auro & argent. le-
gat. is ſic diſtinguit, aut diſpoſitio profertur
in tertia perſona, vel prima; priori caſu vbi
inſtituit, vel ſubſtituit Titium, & ſuos, de ſuis
ipſius teſtatoris intelligendum eſſet, ſecun-
do caſu, quando in prima perſona, *inſtituo
talem, & ſuos*, de ſuis hæredis, vel ſubſtituti
intelligeretur; quoniam repugnaret naturæ
recti ſermonis altera interpretatio. argu. l.
plautius de aur. arg. lega. ſic ille hanc diſtin-
ctionem ex ſupra citatis colligit iuribus d. l.
cum in teſtamento poſt gloſ. in verbo ſui, &
text. in d. l. ex facto; ſed à priori communi
opinione recedendum non eſt.
24 Tertia † regula, in materia ad hæredes
extraneos non tranſitoria veluti feudũ, Em-
phiteoſis eccleſiaſtica, ſuorum appellatione
non cõtinentur heredes extranei, ſed deſcẽ-
dentes vel collaterales ſanguine coniuncti
ea. 1. de ſucceſsio. feud. gloſ. in d. l. ex facto
vbi Bart. in l. gallus §. etiam vbi Alexan. Iaſ.
& alij de libe. & poſthum. Caſſan. in conſue.
Burgun. rubri. 3. in princi. num. 20. Imo. Ale-
xan. Iaſſo. Aretin. Zazi. in l. quod dicitur de
verbo. obliga. communem Calde. conſi. 15.
tit. de verb. ſignifi. Fulgo. conſi. 208. Goza.
conſi. 9. num. 52. idem conſi. 187. nu. 5. Curti.
iuni. conſi. 4. num. 1. 2. & ſequen. Ludo. Mo-
lin. de Hiſpano. primoge. li. 1. cap. 8. num. 5.
25 & 6. Conuerſo † ordine, in rebus quæ ad ex-
traneas perſonas tranſeunt, ſuorum appella-
tione extranei continebantur, dixit commu-
nem Alexan. conſi. 49. n. 6. & num. 36. lib. 3.
Socin. iuni. conſil. 108. numer. 26. Caſſane.
in conſti. Burgun. rubri. de ſucceſsio. 2. num.
1. 2. 3. Pinel. in l. 3. C. de bon. matrr. Iaſſo.
in dict. l. Gallus §. etiamſi num. 12. Crot. in
memo. in verbo hæredis Sim. de Pret. de in-
ter. verbo. vlti. volun. libr. 3. interpretati. 2.
dubitari. 1. ſolutio. 5. num. 43. Aluar. Va-
laſ. tractat. de iur. emphi. quæſt. 44. num. 15.
Crauer. conſil. 22. nu. 1. ad medium, & con-
ſil. 251. num. 4. Cæphal. conſil. 303. a num.
39. cum ſequent. & alios præter nunc cita-
tos refert Surd. deciſ. 322. num. 79.
26 Hoc † autem notandum teſtatorem de re-
bus ſuis diſponentem, aut grauantem, vt
hoc vtar exemplo, libros ſuos reſtituere,
interpretandum de liberis ſuis teſtatoris, nõ
hæredis, vel fideicõmiſſarij Bart. in l. cum in
in teſtam. per illũ tex. ff. de aur. & arg. legat.
poſt Dyn. Bellaper. in l. penul. §. penul. ff.

ſolut. matrimon. Bald. conſil. 369. libr. 3. Barto. Imo.& Rip.n.5.in l.ex facto ad S.C. Trebel.idem Iaſſ.in l.ſi pecuniam nu. 2. de reb.credi.& qui alios Tiraq.in tract. de retract.ligna. §.11.gloſ.1.num.11.12.

27 Secundę † inſpectionis, quæ ad cōtractus pertinet, regula ſit: ſuorum appellatione in contractibus venire deſcendentes omnes, & collaterales vſq. ad quartum gradū l.ad petitionē C.de aduoca.diuer. iudicio. vbi Bal. Anchar. Barba.& alij quos citat Celſ. Hugo, conſi.56.num.6.in fin. Cancer ſupra; egregie Iaſſ. non relatus in venditione Titio & ſuis facta in d.l.Gallus §.etiam ſi aparente n.11. vbi itidem & in donatione alicui & ſuis (qui eſt caſus noſter) exemplificat, citat Imol.cōſ. 21.& addit ſcribentes in illo §. hunc caſum omittere, vbi tripliciter hanc regulam limitat, ibi videndus. Etſi libet argumentari de contractibus ad vltimas voluntates eandem omnes ſupra citati in regula prima, primi caſus: in vltimis voluntatibus loquuntur citati à Cancer. præter vnum Celſ. Hugo. d. conſi.56.& in noſtris eiſdem terminis donationis poſt Deci.& alios ab eo relatos, nouiſſimè Surd.deciſ.322.num.52.

28 Nunc † alia quęcus excutiēda eſt, ſubtilis & vtilis quęſtio, an pater in donatione ſtipulata à ſe pro filijs ſuis, cenſeatur ſtipulatum pro filijs tanquam filijs, vel pro filijs tanquā hæredibus, vtilitas quæſtionis, & illius effectus ootorius eſt, quoniam ſi ſtipulatur pater filijs vti filijs, etſi hæredes non ſint ius filijs illa ſtipulatione quæſitum eſt; & licet hæredes non fuerint relicti ab eis euelli nequeunt res donatæ, conſequenter nec pater per obligationes à ſe poſt cōtractas eis pręiudicium inferre poteſt, quemadmodum in terminis donationis factæ in capitulis matrimonialibus ſcripſit Deci.conſil.239.num. 4.Caſſan.conſi.53.num.55. Menoch. conſil.

29 506.num.10.& 16. Secundus † effectus eſt, quoniam ſi filijs vti filijs ius fuit quæſitum, non tenentur ſubire onera hæreditaria, licet ſint hæredes patris, dum tamen conficiant inuentarium, quod iurium confuſionem pręſeruat.l.fin. §.in computationem cum ſimilibus de iur. delibe. ita in terminis reſoluit Surd.deciſ.322.num. 5.& 6. igitur ad inſtitutum controuertiæ: exiſtimarunt non pauci patrem ſtipulando filijs cenſeri ſtipulatum eis vti filijs, non autem vt hæredibus inter eos Barto.in l.ſeia numer. 1. ff.de donatio. Fortu. noſter in l. Gallus §. quidam rectè numer. 60. de libe. & poſtu. Bald.in auth.ſi quas ruinas colum. 3. C. de ſacroſanct. Eccleſi. vbi expreſſim docuit patrem in dubio ſtipulatum cenſeri filijs tanquam filijs Socin.iun. in dict.§.quidam rectè num. 43. vbi addit hanc in puncto iuris eſſe veram, & æquam opinionem, ſequtus fuit Socin. Ruin. ibidem numer.84. Purpu.conſi.402.numer. 108. Natt. conſil. 465. numer. 5. Mouentur nunc citati authores tribus potiſsimè ra-

30 tionibus. Prima † quia cum filiatio ſit qualitas naturalis §. emancipati §. minus inſtit. de hæredi.quæ ab inteſt. defertun. hæreditas autem ſit de iure ciuili, quoniam eo iure ſucceſsiones inuentæ & diſtinctæ: qualitas illa naturalis ciuilem ſuperare debet in concurſu §.fina.inſtit.de teſta.tutel. l. has obligationes de capi. diminu. l. 3. de tuteli vbi Bartol. idem Bartol.in l. fina.de offic.procon. Bartho.Socin.conſil.116.num.8.libr.4. Monoch. in commen. de præſump. libr. 3. præſump.29. num. 48. Huic rationi reſpondent infra citandi authores, quod etſi in filijs concurrat qualitas filiationis naturalis quæ potentior eſt, non tamen excluditur altera hæredis, cum ſimul concurrere poſsint; quod ſint vocati filij vti filij, & tanquam hæredes; non igitur ſola in ſtipulatione qualitas filiationis conſideratur, ſed altera etiam, etſi illa pręcipua ſit, incompatibilis enim non ſunt nec vnius reſpectus alium excludit; cum in dubio quiſquam ad agendum, vel diſponendum non vna tantum ratione, ſed pluribus motus præſumatur, iuxta doctrinam Salic.in l.2. C.de noxa.actio. quam commendat Iaſſo. in auth. quas actiones C. de ſacro.Eccleſi. Rip. in rubri.ff. ſolut. matrimo.num.62. Gozad. conſi. 203.num. 19. ſolutio hæc non tollit contrariam argumentationem: nam ſi concurrunt qualitas naturalis, & altera, vna eſt, quę in concurſu pręua-

31 lere debet, conſeqnēter † qualitas ſanguinis, quia hæc cenſetur finalis cauſa diſpoſitionis glo.in l.nemo §.1. vbi Bart.& cæteri de hæ-

32 red.inſtitu.ſic † relictum conſanguineo pauperi, potius cenſetur relictū intuitu conſanguinitatis quā pietatis, licet de animę fauore in ſecundo caſu agatur Bal.in auth. ſimiliter n.5.C.ad l.Falcid. vbi Roma.n.3. Alciat.cōſil.213.nu.9.& ſequent. Cæpha.conſ.216.n. 23.Surd. d. deciſ. 322.num. 16.ſic relictum

33 Epiſcopo à cōſanguineo ſuo, † cēſetur relictum contemplatione ſuæ perſonæ, & non Eccleſię, vel illius dignitatis cap.requiſiti de teſta.vbi Panor. Anto. Imol. Didac.& cæteri

34 Meno. d. præſump. 29. num.47. † quinimo & amico Epiſcopo cenſeatur relictum intuitu amicitiæ, quando maximus erat amicus, reſoluit Manti. de coniectu. vltim. volunt.libr.8. titul.6.num.17. Surd. vbi ſupra num.17. confert text.in l.tutor §. quæ tuto-

35 ris ff. de excuſa.tuto. † quo loci decidit Papinianus legatum à patre tutore filio factum præſumi factum contemplatione filiationis,

tionis, & ſic qualitatis illius naturalis,
quam intuitu tutellæ: quem textum dixit
ſingularem Roma. ſingul.646.& Menoch.d.
præſum.num.46. Aptius igitur reſponderi
poſſe opinor, quod tunc cauſa filiationis,&
ſanguinis præualet quando non militat alia,
quæ magis patri ſtipulatori conueniat quam
illa: exemplum ſit in noſtra ſpecie, expedit
enim magis patri ſtipulari filijs, vt hæredi-
36 bus quam vt filijs, quoniam † illius intereſt
habere hæredem,qui ſuam impleat volunta-
tem, & diſpoſita exequatur §. valde inſtit.
quib. ex cau. ma. non li.illiuſque ſoluat de-
bita & conſcientiam exoneret Alciat. conſ.
180.num.1.Meno.li.2. præſum.præſ.48.nu.
3,Surd.d.deciſ.num.34.& dicemus infra:ita
fiet vt qualitas illa naturalis minus conſide-
randa ſit in hac ſtipulatione, ſed altera præ-
cipua cenſeatur:ſic in ſimili ſpecie argumen-
tatur Menoch.dict.præſump.48.nu.52.53.
37 Secunda † illorum ratio eſt,expreſſum fa-
cit ceſſare tacitum l.præcibus l.fin.C.de im-
pub.l. iam hæc iure cum ſimili.de vulg. vnde
cum pater in hoc caſu ſtipulatus fuerit filijs,
cenſetur contẽplatione huius expreſſæ qua-
litatis contraxiſſe, ita Angel. in l.ſi propo-
nas §. 1. ff.de inoficio.teſtam.Alciat. conſi.
55.nu.8.Surd. d.deciſ. 322.nu.12. qui inibi
alia in ornatum adducit. Huic argumento,
ſatisfaciunt noſtri eodem modo quo priori
rationi,quod nõ cenſetur patrem ob ſolam,
etſi expreſſam filiationem ſtipulatum filijs
vt filijs,ſed vt hæredibus etiam;quoniã vtra-
que concurrere cauſa poteſt & ad inuicem
compatibilis eſt;ſed eadem ratione,qua ſo-
lutio præcedens ſubuertitur:vnde aliter reſ-
38 pondeo † taciti,& expreſsi vnam eandemq;
eſſe vim & rationem l.cum quid vbi omnes
de reb.cred. l.qui ad certum ff.locat. ornat
ſimilibus Meno.in commen.de præſump. li.
1.præſ.49.a num. 1. maximè hæc reſponſio
vindicat vbi tacita ratio prodeſt magis diſ-
ponenti,quam expræſſa; ad ea quæ Meno.d.
præſum.29.num.52.lib.3.
39 Tertia † ratio,quia in dubio quilibet præ-
ſumitur contraxiſſe ſecundum qualitatem,
& nomen contractus l. intereſt in verbis,
quãtum lectio probat ff.de ſolutio.& ſcrip-
ſit Oldrad.conſi.159.quod vbi dubitatur an
conceſsio ſit feudum,vel donatio,verba ſunt
inſpicienda,vt ſi in ea dicatur, *donamus*,do-
natio ſit, cum latè congeſtis per Tiraquel.
in l. ſi vnquam verbo libertis num. 8.& 9.
C.de reuoca.donatio.fuſè Menoch. in com-
men.de præſump.lib.3.præſump. 104.num.
26.27.cum alijs à me agregatis lib. 1.com-
para. vigeſima. ita ſit vt qualitas nominis
verbum interminans limitet, & reſtringat
diſpoſitionem, ſecundum Barto. in l. ex
facto col.2.de vulg.Felin. conſil. 25.numer.
23.Surd. qui alios d. deciſ. num. 10.11.Sed
40 † & huic reſpondetur facile parum iura cu-
rare de nomine vbi actus natura contraria-
tur, quæ magis quam verba attendi debet l.
ſi vno ff.loca. l.ſi olei. C.eod.cum alijs coa-
ceruatis à Menochi. in commenta. de præ-
ſump.lib.3.præſump.104.num.28. Contra-
riam igitur ſententiam quod pater ſtipulan-
do in dubio filijs videatur ſtipulari vt hære-
dibus,tenuit Barto.in l.ſi tibi §.ſi pactus nu.
8. poſt gloſ. ibidem ſingularem ff. de pact.
idem Barto. in l. quod dicitur parrẽ de ver-
bo.obligat.vbi Iaſſ.num.27. Alciat. numer.
28. Barto.in d.l. Gallus §. quidam rectè nu.
9.de libe.& poſtu.Bald.in.d. §.ſi pactus nu.
3. qui auream appellat gloſſam illam quam
Alexan, inibi communem dicit num. 7. Iaſſ.
num.2.Fortu.in d.§.quidam rectè num. 53.
Rube.magis communem numer. 149. 151.
Galiau.num.30,Maſcat.qui alios refert tra-
cta.de probatio.concln.1152. Capha.conſ.
303. num. 76. & 84. receptiſsimam Surdus
deciſ.322.num.32.Menoch. tractat.de præ-
ſump.libr.3. præſump. 48.a num. 1. Burſa.
conſil.31.num.8. Marcabru.conſil. 111. nu.
1.Socin. iuni.conſil. 144.numer.77. Alciat.
tract.de præſump. reg. 3.præſum. 31.& re-
gu.3.præſum.32. Mouentur præcitati inter-
41 prætes quatuor rationibus. Prima, quia †
pater ſtipulando pro filio vt hæredi, ſtipu-
latur ſecundum iuris communis diſpoſitio-
nem ſecundum quã quilibet pro hærede ſuo
ſtipulari poteſt l.ſi factum vbi gloſ. Barto.&
omnes ff.de probatio. glo. Angel. & cæteri
in §.ex conditionali de verb.obli. inſtit. ſti-
pulando filijs vt filijs & ſi id poſsit aduerſus
iuris diſpoſitionem, qua aliter ſtipulari quẽ
quam poſſe prohibetur l.ſtipulatio iſta §. al-
teri de verb.obliga. §.ſi quis alij inſtit. eod.
42 tit.poteſt † inquam pater ex priuilegio §. ei
vero qui inſtit.de inuti.ſtipula. dixi hoc lib.
43 queſ.2.declara.4. † ſequitur eum,qui actum
facere poteſt dupliciter,ſecundum ius com-
mune, & ſecundum municipale, præſumi in
dubio eum voluiſſe ſecundum ius commune
facere quam ſecundum ius ſpeciale l. in te-
ſtamento C.de teſtam.milita l.centurio vbi
omnes de vulg. hanc rationem ex veteribus
prodiderunt nouiſsimi Maſcard. d. conclu.
1152.n.3.Meno.d.præſum.48.nu. 4.Surd.d.
deciſ.322.n.33.Hæc ratio nullius momenti
eſt,quoniam argumentum vt & citati inter-
pretes fatentur, procedit quoties quo iure
actũ faciens,feciſſe illũ voluiſſe dubitatur, vt
tunc magis ſecundũ commune,quã ſpeciale.
Cæterum in noſtro caſu nulla eſt dubitatio,
quia pater expreſsim pro filijs ſtipulatus eſt,
expreſſa filiationis qualitate ideo voluntatis

quæſtio ceſſat l. ille aut ille §. cum in verbis
de leg. 3. Et poſſet ratio procedere quando
pater ſtipulãdo, verbo aliquo generali apto
continere filios, & hæredes vſus fuiſſet, cæ-
terum nominando filios cum hac qualitate à
natura indita, accidentalis conſequenter ex-
cluſa fuit, ad ea, quæ dixi ſupra verſi. Mouen-
tur nunc citati.

44 Secunda † ratio, vtilius eſt patri filijs ſti-
pulatum fuiſſe vt hęredibus quam vt filijs,
quoniam illius intereſt habere hæredem qui
voluntatem ſuam exequatur d. §. valde inſ-
tit. qui ex cau. manu. cum alijs adductis à me
in verſ. Aptius igitur reſponderi poſſe puto;
Rationẽ hanc ſcripſit Alcia. conſ. 180. nu. 1.
Meno. d. præſump. 48. nu. 3. Surd. d. deciſ. nu.
34. poſt alios ab his relatos.

Sed neq. hæc ratio facit ſatis, quoniã ni-
mis generalis eſt, & ſic conuenit habenti fi-
lios ſicut non habenti, quia habere hæredem
vt voluntatem exequatur, & exoneret conſ-
cientiam, ſic illius intereſt, qui filios non ha-
bet, ac illius qui habet; cum generaliter Iuſ-
tinia. in d. §. valde loquatur.

45 Tertiam † addunt non nulli rationẽ, qua-
les Socin. in d. §. quidam rectè nu. 43. Surd.
d. deciſ. nu. 35. quia parentum commune vo-
tum eſt filijs theſaurizare, & bona per eos
quæſita in filios iure tamẽ ſucceſsionis trãſ-
fundere l. ſcripto ff. vnde libe. l. nam etſi pa-
rẽtibꝰ de inof. teſta. l. nihil §. 1. de bon. liber.
l. ſi pactũ de probatio. Arguta ratio ſed defi-
cit, nam verum quidem, communi voto na-
turę filijs ſuis patres theſaurizare, atq. eodẽ
(rectè conſequitur) naturæ voto in filios hę-
46 reditatem trãsfundere. Ius † autem naturale
ſucceſsiones iuris ciuilis non agnoſcit, & ci-
tata iura nõ quidquam faciunt loquuntur in
ſucceſsione ex teſtamento, vel ab inteſtato,
caſus hic de ſtipulatione, actu qui inter viuos
concipitur, atq. ideo ratio adiungi huic ne-
quit.

47 Quartam † rationem ſe addere Surd. d.
deciſio. num. 36. verſicu. Addo quartam, di-
xit: *quoniam* (inquit) *natura ſtipulationis eſt
vt tranſeat ad hæredes, ſiue de his mentio fiat,
ſiue non fiat l. veteris C. de contra. & comitt.
ſtipul. vbi Bald. eam dixit Philoſophicam
Iaſſ. in l. ſi ſic ſtipulatus num. 13. de verbo.
obliga.* Marſa. con. 37. num. 14. & omnis con-
tractus actiue & paſsiue tranſit ad hæredes
l. viam veritatis C. loca. l. 2. vbi gloſ. C. de
pact. int. empt. ornat rationem ſimilibus
multis Surd. d. deciſ. num. 38. cum igitur na-
tura ipſa ſtipulationis & omnium cõtractuũ
ſit quod tranſeat ad hæredes, ſi pater ſtipu-
latur pro filijs, cenſetur ſtipulari vti hæredi-
48 bus, quoniã verba † debent intelligi ſecun-
dum naturam contractus ſuper quo ſunt in-
terpoſita, & donationis natura eſt quod trã-
ſeat ad hæredes quoſcunque, & ſucceſſores
etiam ſingularis Bal. in l. 2. C. de iur. dot.
Silua. conſ. 98. num. 7. Burſat. conſ. 31. num.
10. Marcabru. conſil. 111. num. 74. & ij qui-
dem duo Burſat. & Marcabru. ante Surdum
hac ratione vſi ſunt vt idem Surdus fatetur.
Hæc ratio omnium deterior eſt, nam quod
vulgo dicitur de natura ſtipulationis fore ſi-
cut & omnium contractuum quod trãſeat ad
hæredes, id quidem verum quando nihil di-
ctum eſt, at vbi ſtipulatio nomine filiorum
49 concepta eſt, expreſsio † illa tacitam legis
prouiſionem excludit l. & habet §. cum quis
cum ſimilibus de præcar. cum alijs adductis
ſupra in ſecunda ratione pro parte contra-
ria adducta. Rurſus quod aiunt, verba in-
telligenda ſecundum naturam cõtractus ne-
gari nequit, ſed intelligenda propoſitio in
ſuis terminis, his ſcilicet in quibus ll. & do-
ctores loquuntur, quando verba contrarian-
tur contractui, & dubitatur qualis ille ſit iu-
dicandus; tunc verba accipienda ſunt ſecun-
dum naturam contractus, cui adijciuntur ita
50 loquitur † tex. in l. ſi vno ff. loca. l. ſi olei C.
eod. declarat fuſè Menochi. lib. præſumpt.
3. præſumpt. 104. num. 28. in noſtra ſpecie
cum poſsit pater filijs vti filijs ſtipulari, nul-
la in verbis ſtipulationis cõtrarietas aut du-
bitatio eſt, etſi voluiſſet pater expreſsiſſet
l. vni. §. ſin autem vbi gloſ. & cæteri de ca-
du. tollen. cum latiſsimè agregatis per Ti-
raquel. in l. ſi vnquam verbo libertis num. 3.
C. de reuo. donatio. Crauer. conſil. 161. nu. 8.
Cæpha. conſil. 144. num. 6. Becci. conſi. 1. nu.
14. dixi.

Non tamen à communi recedo ſententia,
quoniam etſi commodius ſit filijs, quod his
tanquam filijs, ne onera hæreditaria ſubire
51 cogantur ſtipulatio facta cenſeatur, tamen †
quia verba interpretãda ſunt aduerſus eum,
qui ſe fundat in eis l. veteribus ff. de pact. Et
52 † aduerſus eum in cuius fauorẽ fuerunt pro-
lata gloſ. in d. l. vbi Bartol. Alberi. & alij:
53 Rurſus † neque attenditur quis ea dixerit,
ſed in cuius gratiam & commodum, vt ex
Iaſſon. Roma. Pariſi. Rub. Crauet. Gabriel.
Becci. & alijs oſtendit Surd. d. deciſ. nu. 63.
& vbi filij ſe in his verbis fundarent aper-
te de intentione patris docere deberent,
quod his vt filijs tanquam filijs fuerit ſtipu-
latus ex prędictis, alioquin obtinere nõ poſ-
54 ſent: vnde † ad coniecturas recurrendum eſ-
ſet; quæ autem illæ ſint, tam pro filijs, quam
aduerſus filios erudite Surd. dict. deciſio. do-
cet & præclare Meno. ſeptẽ adducẽs limita-
tiones ad regulã cõmunẽ de pręſu. li. 3. pręſ.
55 48. à nu. 1. cum ſequen. vſq. ad finem. Neq. †
prętermittendum primogenia, & maioratus
deferri

deferri filijs vti filijs, non vt hæredibus, vt
probat Molin. tract. de Hiſpano. primoge.
lib.1.cap.8.num.3.

SVMMARIVM.

1 *Donatio facta in contractu matrimonij filio primogenito, ſi naſcatur filia an res donatas, conſequatur.*

2 *Primogeniti vel primonati, appellatione filia continetur primogenita.*

3 *Maſculinum concipit fœmininum.*

4 *Maſculinus ſermo, vtrumque ſexum continet.*

5 *Maſculinum non continet fœmineum, quando de contraria diſponẽtis voluntate aparet.*

6 *Nobilitatis conſuetudo attendenda.*

7 *Affectio maior eſt erga maſculos, quam fœminas.*

8 *Voluntas diſponentis, ex conſuetudine declaratur.*

9 *Voluntas teſtatoris in dubio talis debet iudicari, vt ſtatuta loci diſponunt.*

10 *Donatione facta filio primogenito in contractu matrimonij ſi non naſcantur niſi filiæ, an filia primogenita ſuccedere debeat.*

11 *Maſculis eiuſdem lineæ & gradus deficientibus, filia primogenita ſuccedit.*

12 *Fœmina in regnis, feudis regalibus, primogenijs, maioratibus & fideicommiſſis ſuccedunt niſi expreſſim fuerint excluſæ.*

QVÆSTIO. XVI.

DONATIONE IN CONTRActu matrimonij filio primogenito facta, ſi naſcatur filia an hæc res donatas conſequi poſsit.

1 GVID. † Pap.deciſ.506. cum in contractu matrimonij matitus primonato donaſſet Caſtrum vna cum decẽ libris annui redditus in auantagium (ſic enim ille loquitur) & ex eo matrimonio nata fuiſſet Peroneta filia primogenita, & quæſitum foret an ipſa hoc auantagiũ habere deberet, an vero Ludouic⁹ filius poſt eã natus, tandem decidit filiam hanc ab ea donatione excludi per filium Ludouicum de-
2 beri: Etſi † enim videatur appellatione illorum verborum, primonato, contineri filiam poſſe, ex l. illa verba §. pueri l. patroni l. li-
3 berti de verb.ſignifi. Quia † maſculinũ concipit fœmineum, & illud continet l. qui duos mulos de leg. 3. l. ſi quis id, quod cum ſimilibus de iuris.omni.iudi. vbi Barto. Bal. Imol. & Iaſ. latè proſequitur fuſe Tiraquel. tract. de retract.li. §. 1. gloſ. 9. num. 277. cum ſequent. multis gloſ. & Deci. pulchrè in l. 1. de verb.ſigni.ff. Meno. in comm. de præſ. lib. 4. præſ. 84. a n. 1. Gabri. li. 6. communium conclu. 6. de verbo.ſigni. a num. 1. Pela. tract. de maio. Hiſpa. 2. par. quæſ. 6. nu. 9. tamen (& eſt prima Guido. ratio) quia filiabus huiuſmodi auantagia (hæc ſunt illius verba) dari non conſueuerunt argumen. ca. 1. §. 1. de ſucceſsio. feud. ideo ſub maſculina appellatione non continebitur filia prius nata. Propterea ait idem Guid. non ſine myſterio Iu-
4 riſconſultus † in l. pronuntiatio de verb. ſignif. dixit, maſculini ſermonis pronuntiationem ad vtrumq; ſexum plerumq; porrigi,
5 † cenſit aperte his verbis aliquando ſecus fore, id tunc contingit quando de contraria diſponentis apparet voluntate l. Lucius §. quæſitum de leg. 3. & eos ipſos caſus poſt veteres recenſent nouiſsimi potiſsimè Meno. d. præſum. 84. a n. 17. Moli. de Hiſpa. primo. li. 1. ca. 5. a n. 1. cũ ſequen. & noſtri quos paſ-
6 ſim offendimus, † cæterum conſtare in hac ſpecie de contraria voluntate teſtatoris, ex nobilium (inquit Guid.) conſuetudine conſtat; qui maſculis ſolũ, & non fœminis huiuſmodi donationes facere conſueuerunt; vel
7 (addit) ex † charitate aut affectione, quam maiorẽ erga maſculos, quam in fœminas habent argu. l. ſi ſeruus plurium §. fin. de lega 1. l. ſi fuerit de reb. dub. optima certè Guido.
8 ratio eſt; † quoniam ex conſuetudine conijcitur mens, & voluntas diſponentis, rurſus & ab ea illius verba ſolent declarari, cũ omnis vſus loquendi ſit attendendus l. Caſsius §. quod tamẽ Caſsius de leg. 3. l. cum de lanionis §. aſinam de fun. inſtruc. l. labeo vbi Bart. de ſupp. lega. vnde nihil mirũ ſi ſub his verbis donationis, filia primonata minime cõtineatur ſic in terminis Panor. conſi. 36. in fi. li. 1. Fulgo. conſi. 34. Alexan. conſi. 84. col. 2. li. 2. quos retulit Gabriel. li. 6. commu. tit. de verb.ſignif. conclu. 6. nu. 14. & eoſdem refert. Meno. li. præſump. 4. præſ. 84. nu. 17. & Guid. Pap. deciſionem expreſsim citat Tiraquel. tract. de primo. quæſ. 10. num. 18. & quæſ. 11. n. 2. & 3. & nouiſsimè Aluar. trac. de conicc. men. defun. li. 2. c. 3. §. 4. n. 49. Tibe. Decia. reſpon. 1. n. 51. li. 1. & his non relatis Gãma. deciſ. 333. Cãce. qui niſi Gar. & Hiſ-
9 panũ quẽdam li. 3. reſol. ca. 7. n. 363. & 364. † ſic in ſimili vbi extaret ſtatutũ, quod extãtibus filijs maſculis fœminæ non ſuccederent, maſculinũ à teſtatore expreſſum fœmineum non contineret; cũ quo ſtatuto voluntatem ſuam conformare viſus eſt, vt ſcribunt multi, quos congerit Gab. d. conſ. n. 78. Moli. & alij quos recẽſet Meno. d. præſ. 84. n. 10.

10 Quid autẽ † ſi ex matrimonio nõ fuiſſent nati maſculi, ſed filiæ, vtrum in hoc caſu eſſet

 auanta-

auantagium,ſeu melioratio danda filiæ ptimo natæ,non declarat Guido,puto meliorationem dari debere niſi talis res eſſet in qua
11 fœminæ ſuccedere non poſſent. Ratio † ea eſt,quoniam non ſtantibus maſculis eiuſdem lineæ, & gradus, appellatione primogeniti venit filia primogenita,& maſculinum eo in caſu concepit fœmineũ Bal.qui de hoc dicto commendari ſolet conſ.275.nu.6.li.2. idem in l.in multis de ſtat.homi.Roma. conſi.98. in fine Deci.in l.fœminę nu.115.de reg.iur. Pela.tract.de maio.Hiſpan.li.2.q.6. nu.10. Tiraq.& ſi is dubitet & aliquos diſſentientes adferat tract.de iur.primo.quæſ. 10.a n.
12 18.cum ſequenti. Hæc tamen † ipſa veritas eſt,nam in maioratibus, ptimogenijs, Regnis,fideicommiſsis,feudis in omnibus denique ſuccedunt fœminæ, quæ expreſsim excluſæ non fuere, data tamen gradus prærogatiua non aliter Cynus in auth. poſt fratres C.de legi. hæredi. Panor.in cap.dilecti nu.11.de arbit.Deci.in l.fœminæ num.3.de reg.iur.idem conſi.208.n.6.Molin. qui alios de Hiſpan.primo.li.3.cap.4.nu. 5.& in caſu ſtatuti excludentis fœminas propter maſculos reſpondet Socin. Iuni. conſi. 158.nu. 50.li.2.Ruin.conſi.141.nu.8. li.1.conſil.38. nu.10.li.3.Curti. iuni.conſi.49.num.10.lib. 1.Alexan. in l. ſi dotali num. 5.ff. ſolut.matrimo.conſi.204. num.14.li. 2.Corn.conſil. 125.nu.1. lib.4. Brun.tract.de ſtatu.exclud. fœmi.artic.12.quæſt.14.Grat.conſil.19.nu. 43.libr. 1.Gozadi.conſil.37.num.12.in feudis Bal.conſil. 21.num. 29.libr.1.conſi.81. num.20. lib.3. Afflic.in ca.1.nu. 19.de nat. feud.Curt.tract.de feud.3.par. principa.regu.1.limita.15. numer.17. 18.in maioratibus & ptimogenijs Prępo. in cap. 1.de feud. mar. numer.10.limit. tract.de primo. quæſ. 19.nu.5.Didac. lib. vari. teſolutio.3.cap.5. nu.5.verſi.Rurſus Sigiſ.Ioſre.conſil.34.a n. 1.Oſaſ.deciſ.pedemon.23.nu.35. latiſsimè Burg.de Paz in procmi.ll.Taur.a nu.66.70. cum ſequent. multis Molin.de primo. Hiſpano.lib.3.cap.5.num. 71.conclu. 4.Meno. conſil.904.num.27.28.lib.10.

SVMMARIVM.

1 *Donatio facta in contractu matrimonij filio, & illius filijs,an filij tam nati quam naſcituri comprehendantur.*

2 *Filij illegitimi, ob ſubſequens matrimonium legitimantur.*

3 *Nepos nondum natus ad aui ſucceſsionem non admittitur.*

4 *Cautela aduocatorum.*

5 *Proximior de tempore mortis vltimi poſſeſſoris maioratus ſuccedit in eo.*

6 *Dominium bonorum in pendenti eſſe nequit.*

7 *Fictio non operatur, niſi duo extrema habilia concurrant.*

8 *Fictioni locus non eſt, vbi veritas locum habere poteſt.*

9 *L.ſi cognatis de reb.dubi.declaratur.*

10 *Concepti & nati poſt alicuius mortem, ei agnaſci vel cognaſci non dicuntur.*

11 *Barto.conſil.51.expenditur.*

12 *Legatum relictum filijs alicuius, non debetur natis poſt mortem teſtatoris.*

13 *Capacitas vel incapacitas adquirentis, tempore celebrati contractus attenditur.*

14 *Qualitas iniuncta, ad tempus conceptionis filiorum referenda eſt.*

15 *Concepti poſt patris emancipationem, agnatorum appellatione non veniunt.*

16 *Fideicommiſſo familiæ relicto omnes veniunt etiam concepti poſt mortem teſtatoris.*

17 *Cap. primum §.hoc quoque ſciendum tit. qui feud.dar.poſſ.declaratur.*

18 *Nati poſt alienationem feudi agnati, ad illius reuocationem admittuntur.*

19 *Emphiteoſi conceſſa alicui pro ſe & filijs ſuis, nedum in ea nati ſed & poſt concepti admittuntur.*

20 *Nati & concepti in his,quæ ex contractu nobis obueniunt ex pacto & prouidentia, etſi poſt mortem, admittuntur.*

21 *Cancerij opinio refutatur.*

22 *Dominium aliquando in pendenti eſſe poteſt.*

QVÆSTIO. XVII.

IN DONATIONE FACTA à patre filio in contractu matrimonij, & illius etiam filijs,quorum aliqui nati fuerant tempore donationis, an poſsit pater de rebus donatis in poſtea natos diſponere;articulus inſignis cõcinne explicatus.

1 NON † ſpernenda nunc controuerſia agitanda eſt, de eo, qui cum filios haberet, & filius ex concubina, quam duxit in matrimoniũ filios antea procreaueraт ſi illi, & illius filijs in capitulis matrimonialibus donationem fecit pater, an in donatione filij poſtea nati compræhendi poſsint, ita vt in eos ſicut in natos tempore donationis diſponere de rebus donatis poſſit. Eadem ipſa quæſtio contingere poteſt cũ Auus donaret filio, qui iam filios procreaſſet,& poſt donationẽ alij naſcerentur : verũ
2 † retẽto ſuperiori themmate pręmiſſa prius notiſsima regula,quod ob ſubſequẽs matrimonium

Digitized by Google

monium filij antea procreati efficiűtur le-
gitimi.ca.tanta eſt vis cum ſimilibus ex. qui
3 filij ſint legi. videtur, † poſtea natos in hac
donatione contineri nõ poſſe; nam & in aui
ſucceſsione nepos nondű natus vel concep-
tus admitti non poteſt iuxta textum inſignẽ
in l.ſi quis filio exheredato verſi.Sed hoc ita
ff.de in ius rup.teſta.l.1.§.ſciendum l.Titius
cum duabus ll.ſequen.ff.de ſuis & legi.here.
l.1.§.ſi quis proximior ff.vnde cognati §.cũ
autem verſi.Plane inſtit.de heredi. quæ ab
inteſta.deferun.vbi idẽ docent gl.Bal. Plat.
Faber. & Ange.l. Paulus §.Paul. de bon. li-
berto.l.verum vbi glo.ff.de bono.poſſeſ. ſe-
cũ.tabu.atq.idem ſcripſere Cyn.Bal.Salice,
Paul.de Caſt.& alij in l. ſi quis filium C. de
inofi. teſtam. & alios multos refert Tiraq.
tract.de retrac.conſangui.§.1.gloſ.9.nu.80.
& ſequen.Rolan.conſi.70.num.8.li.3.Natt.
conſil.74.nu.3.li.1.Becci.conſi.112.nu.23,
qui & alios idem ſentientes refer Gomez li.
1.reſolu.cap.1.num.8.qui iura modo relata
4 citauit.Propterea † Bal.in l.qui ſe patris ad
fin.C.vnde libe.& Gomez in d. c.1. nu.8.in
fine animaduertũt cautum eſſe oportere ad-
uocatum, vt probet nepotem fuiſſe natũ vel
ſaltim conceptum tempore mortis aui. Ra-
tionem hãc eſſe ſcripſerunt, quia nepos poſt
mortem aui conceptus, non fuit auo ſangui-
ne coniunctus vnquam, nam nec animal erat
adhuc, quam rationem conſiderauit Iuriſcon
ſultus in d.l. 1.§. proximior ff. vnde cognat.
et in ſpecie poſt veteres ſic ſcripſit Gomez.
li.1.reſolutio.c.1.nu.8.& 9.Benedic.in cap.
Raynuntius in verbo & ſobolem quam geſ-
tabat in vtero n.38.de teſtam. Ludoui.Mo-
lin,tract.de primo.Hiſpano.li.3.ca. 10.n.7.
5 † vbi concludit propter hanc rationẽ in pri-
mogeniis, & maioratibus ſuccedere eum, qui
proximior reperitur tempore mortis vltimi
poſſeſſoris, excluſo eo, qui poſt cõceptus eſt.
qui ſicut ex perſona propria ſuccedere non
poteſt, ſic neq. ex perſona patris ſui, qui eum
antecedebat, cum filius in locum patris vi-
uentis non intret: iuxta traditionem Salice.
& omnium in auth.poſt fratres C.de ſuis &
legi.heredi.Deci.conſi.1.num.12.conſ.412.
numer.4.

6 Alteram † ſuperiori ſimilem rationem
Gomez adiungit ſupra, nam ſi poſt nati vel
concepti admitti ad hæreditatẽ poſſent, con-
ſequeretur interim dominium bonorũ hæ-
reditatis auitinæ in pendenti eſſe poſſet, vel
in aere vt dixit glo.in l.ſi ego ff. de ſolutio.
aduerſus tex.in l.ſi ex duobus §.ſed & Mar-
cellus ff.de in diem adiec.cum nemo tẽpore
mortis adeſſet qui dominus eſſe poſsit; poſt
ſequutam vero aditionem retrotractio fieri
non poteſt ad tempus mortis, quia nondum
natus vel conceptus in rerũ natura non eſt;
7 † & fictio operari nequit, niſi duo extrema
habilia reperiantur, à quo & ad quod, iuxta
notata per Barto.Iaſſ.& omnes in l. ſi is qui
8 pro emptore de vſucapioni. neq. † vbi ve-
ritas locum non poteſt habere fictio datur
l.qui ad certum ff.loca.l.adoptio. 1.ff. de a-
doptio. ita fit vt nepos non conceptus tem-
pore mortis aui, ad illius nequeat ſucceſsio-
nẽ aſpirare; conſequenter ſequitur & in noſ-
tra ſpecie, nondum natos, quibus ius dona-
tione illa queri non potuit, vocatos non cen-
ſeri.

9 Secundo † principaliter hanc queſtionem
dirimere videtur tex.inſignis in l.ſi cognatis
ff.de te.dub.quo tex. probatur ſolũ cõtineri
cognatos natos tempore mortis teſtatoris
non poſt. l.qui filiabus delegat. 1.l. cum ita
legatum §.in fideicommiſſo deleg. 2. debet
enim qualitas illa cognationis adeſſe tẽpore
mortis teſtatoris, vt iura citata probant, cu-
10 ius rationẽ interpretes prodiderunt, † quia
conceptus & natus poſt alicuius mortem, ei
agnaſci, vel cognaſci non poteſt. l.item præ-
tor ff.de ſuis & legi.hæredi.l.Titius eod.tit.
l.ſi quis filio §.1.ff.de iniuſ.teſta. vbi Socin.
11 nu.27.& 30.Hinc † egregie reſpondit Bart.
conſi. 51. incipienti Bonauentura; inſtituto
fratre, & illius filijs, filios poſt mortẽ teſta-
toris natos, nullam habere partem in reli-
ctis per teſtatorem, ex tex.in d.l.ſi cognatis:
& ſicut natus tempore teſtamenti, & mor-
tuus ante teſtatorem non aſſequitur legatũ,
quia tempore, quo cedit dies legati non eſt
in rerum natura, ſic & pariter, qui non eſt na-
12 tus tẽpore, quo relicti dies cedit: vnde † re-
lictum filio, aut liberis patris, vel alterius
ipſi teſtatori coniuncti, non debetur natis
poſt mortem teſtatoris: ſic Bald. conſi. 488.
quidam Titius, in fine li.3. Angel. conſil.38.
Roma.conſi.231.Paul.de Caſt.conſi.16.lib.
2.Anchar.& Imol.in ca. indicante nu.12. de
teſt.Capra.conſi.35.dubio 1.Tiraq.tract.de
retract.conſangui.§.1. gloſ.9.nu. 84.Socin.
conſ.73.n.25.li.3.Deci.conſi.95.n.5.Socin.
iuni. conſi.172.li.1.Rolan.conſi. 70.num.9.
Celſ.Hug.conſi.55.nu.7.Molin.de Hiſpan.
primo.li.1.cap.6.n.48.& li.3. ca.10.a nu.1.
cum ſequen.Meno.conſi.105.nu. 21.& latè
n.66.li.2.& conſi.413.n.8.li. 5.idẽ preſum.
li.4.præſ. 93.a n. 1.vbi multos caſus eruditè
conſiderat Surd.conſ.125. nu.35. nouiſsimè
Pereg.qui nec Meno.nec Surd.meminit trac.
de fideico.artic.22.nu.8.& 9.cum ſequent,

13 Tertio † in contractibus etſi conditio-
nalibus, capacitas, vel incapacitas acquiren-
tis tempore celebrati contractus ſpectatur,
non venientis conditionis l.ſi filius familias
vbi Barto. Angel. Imol. Alexan. Iaſſ. Zazi.

 & poſte-

& poſteriores de verb. obliga. l. quæ legatâ vbi Deci. & l. ſequen. de regu. iur. Tiraq. d. §. 1. glo. 9. num. 98. vnde cum tempore celebratæ donationis cæteri filij nondum nati fuerint, nihil eis quæri potuit.

14 Quarto † generalis regula, qualitatem appoſitam, ad tempus conceptionis filiorum, vel deſcendentium referendam eſſe l. ex libera C. de ſuis & legiti. hæredi. l. ex facto §. ex facto vbi notant omnes ad S. C. Trebellia. l. emâcipatum §. 1. ff. de Sena. Alberi. Pau. de Caſt. & alij quos citat Tiraq. in d. gloſ. 9. num. 87. ad finem.

15 Quinto † adſtipulatur gloſ. in d. l. qui ſe patris vbi Barto. eam ſequitur C. vnde libe. qui tradunt conceptum poſt patris emancipationem, non venire appellatione agnatorum: & alios recenſet Deci. conſ. 13. col. 3. Tiraq. d. gloſ. 9. num. 86. & in terminis donationis quod non compræhendantur poſt concepti tenet Canceri. in ſuis reſolu. lib. 1. cap. 8. nu. 69.

In contrariam tamen ſententiâ non pauca adduci poſſunt, quibus côſtat, & filios poſt natos capaces effici donationis poſſe, prout hæc & verior eſt, tutior, & receptior opinio.

16 Prima † accedit traditio gloſæ communiter receptæ in l. peto §. fratre de leg. 2. quæ expreſsim docuit fideicommiſſo familię relicto, & illius prohibita alienatione, non ſolum natos tempore mortis teſtatoris, ſed & poſt conceptos ad illius reuocationem admitti etſi priores alienationi conſenſerint: quam gloſam ſequuti ſunt Bald. & Imol. ibidem Corne. Fulgo. & Iaſ. in l. quoties in 1. C. de fidei. Benedic. poſt alios ab eo relatos in cap. Raynuntius in verbo Soboles quam geſtabat in vtero, num. 49. de teſta. Alciat. in l. pronuntiatio, verbo agnatorum de verb. ſign. & poſt. Deci. Rip. Loazi. Bolog. & alios quos citat, docet Tiraq. in tract. de retract. ligna. §. 1. gloſ. 9. num. 88. quinimo Caſtren. in fortioribus terminis docuit conſi. 247. nu. 3. & 5. vol. 1. facto fideicomiſſo in caſu alienationis fauore deſcendentium, admitti eo in caſu nedum natos poſt mortem fideicommittentis, ſed etiam poſt ipſam alienationem, quem fuere ſequuti Ruin. conſi. 22. nu. 9. lib. 2. Alciat. Rolan. a Val. Natt. & plures quos recenſet & ſequitur Surd. conſi. 125. n. 34. lib. 1. Molin. tract. de Hiſpano. primo. lib. 3. cap. 10. num. 20.

17 Secundo † non parum iuuat text. in cap. 1. §. hoc quoque ſciendum tit. qui feud. da. poſſ. quo text. aperte deciditur, agnatos vſq. ad gradum ſeptimum admitti, id autem impoſsibile foret, niſi & poſt concepti admitterentur, cum fieri nequeat vt cum ab eo qui primum accepit in feudum, ſeptimo gradu diſtet, eo viuo fuerit conceptus: quam impoſsibilitatem naturæ conſiderauit Bald. in cap. 1. an agna. vel fili. vtq; rectè Tiraq. d. §. 1. gloſ. 9. num. 90. non indiget alia probatione, vbi & eo loci citat ad idem text. in cap. 1. tit. ſi vaſſal. feud. priuet. & ca. 1. de natura. Succeſsio. feud.

18 Tertio † generaliter apud feudorum interpretes receptû eſt, nulla adhibita diſtinctione an nati, vel concepti fuerint poſt feudi alienationem nec ne, natos poſt alienationem feudi agnatos, ad illius ſemper reuocationem admitti And. de Iſer. Mar. Laudunen. Aluar. Card. Alex. & Math. de afflict. in d. cap. 1. Hoc quoque notandum de feu. ſucceſsio. & alios citauit Tiraq. in d. §. 1. gloſ. 9. num. 92.

19 Quarto † in conceſsione in Emphiteoſim, vel Feudi data alicui pro ſe & filijs ſuis, non tantum ij admittuntur, qui nati fuerût tempore conceſsionis, ſed & concepti, vel nati poſt mortem illius Barto. in l. item prętor num. 3. ff. de ſuis & legi. hæredi. & in l. quod dicitur patrem, vbi eum ſequûtur Igno. Alexan. & Angel. de verbo. obliga. & ibi Iaſ. nu. 43. Bal. in l. ſi in perſonam num. 3. C. de fideico. Pau. de Caſt. Marti. Laudan. Deci. Ruin. & alij quos refert & ſequitur Tiraq. d. §. 1. gloſ. 9. num. 89. & in eiſdem terminis Emphiteoſis Salice. in l. 2. num. 28. C. de iur. emphite. vbi Iaſ. num. 196. Benedic. in cap. Reynuntius verbo *& ſobolet, quam geſtabat in vtero*, num. 38. & 47. de teſtam. Anto. Gomez libr. 1. reſolutio. cap. 1. num. 11. Ruin. conſil. 22. num. 14. lib. 2. Cæphal. conſil. 318. numer. 37.

20 Huius † communis traditionis rationem reddunt præcitati interpretes, quod in his, quę ex contractu nobis obueniunt ex pacto, & prouidentia, etiam nati, & concepti poſt admittuntur ſicut antea nati, quia iura agnationis, vel cognationis non curantur in pactis, & conuentionibus: quam rationem reddit Fulgo. conſil. 93. ad finem; ſic etiam intellexit Bal. vbi ſupr. Gomez Cæpha. & alij & idem nouiſsimè Surd. deciſ. 230. num. 4. qui ex profeſſo hunc articulum decidit, ſic etiam declarauit expreſſe Tiraquel. d. gloſ. 9. num. 91. vbi alios eiuſdem ſententiæ adduxit.

Hac igitur ratione diſſoluuntur priores rationes à nobis in contrarium adductę; quæ ſolum vindicant in his ſucceſsionibus, quæ ex teſtamento, vel ab inteſtato deferuntur, in his enim tempus conceptionis, vel natiuitatis ſpectatur, & qui poſt naſcuntur non admittuntur regulariter, at in contractibus ſecus; & cum non eadem ratio militet in côtractibus, quæ in vltimis volûtatibus, & diſ-
21 poſitio ceſſabit. Vnde † cum quæſtio noſtra

in

Digitized by Google

in donatione ſit, & conſequenter in contrà-ctu, verius aduerſus Canceri. tenendum, in ea nondum natos tempore donationis, ſed & poſt conceptos; vel natos admittendos fore, & hæc eſt ipſa veritas.

22 Neq. (vt rectè † animaduertit Surd.) officit, quod dominium ſtet in pendenti, quod loco vnius contrarij ſupra adduxi, cum aliquando ex cauſa pendere poſsit Bal. in l. fin. num. 8. C. de ſen. paſſ. Surd. ſupra num. 5. & declarat egregie Alexan. Rauden. tractat. de analog. cap. 34. num. 330. Hæc intelligo, niſi aliud voluiſſe donatorem appareret, vel etiā ex coniecturis probabilibus, quo in caſu illius voluntas ſequēda eſt; ad ea, quæ ex Surd. Menoch. Simon. de Præt. & alijs multis in ſimili caſu adduxi quæſt. 8. verſ. Quibus conſtat ab hac opinione.

SVMMARIVM.

1 *Pater ſi in donatione facta filio in contractu matrimonij, certam ſibi portionem ad teſtādum reſeruauit, & inteſtatus moritur portio reſeruata an ad donatarium ſolum, vel etiam alios filios peruenire debeat.*
2 *Theſaurus Senator Pedemontium laudatur.*
3 *Pater ab inteſtato moriens, qui donationē vniuerſalem filio fecit, de portione reſeruata non diſponendo, tacitè videtur in eundem donatarium portionem illam transferre.*
4 *Donatio vniuerſalis niſi cum reſeruatione ſuſtineri non poteſt.*
5 *Donatio vniuerſalis omnia bona includit.*
6 *Legitimi hæredes, qui ab inteſtato ſuccedunt, ex tacito iudicio defuncti venire dicuntur.*
7 *Succeſſio ab inteſtato legitima dicitur.*
8 *Succeſſio ab inteſtato ſanguinis & proximitatis iure defertur.*
9 *Succeſſorum appellatione, legitimi hæredes cōtinentur.*
10 *Familia teſtatoris dicitur, quæ illum iure ſanguinis & proximitatis attinet.*
11 *Moriens & dicens quod vult decedere inteſtatus, his verbis venientes ab inteſtato vocare cenſetur.*
12 *Curtius iunior conſ. 4. declaratur.*
13 *Manti. traditio iuxta conſ. Curtij iunioris 4. fuit ſententia confirmata.*
14 *Argumentum de contractibus ad vltimas voluntates validum.*
15 *Theſauri diſtinctio in propoſita quæſtione.*
16 *Theſauri diſtinctio reprobatur.*
17 *Verbum diſponere ſui natura diſpoſitionē inter viuos & in vltimis voluntatibus continet.*

QVÆSTIO. XVIII.

PATER IN DONATIONE facta filio contemplatione matrimonij; vbi certam ſibi portionem ad teſtādū reſeruauit, ſi inteſtatus moritur, An ad hæredes legitimos, vel donatarium portio reſeruata peruenire debeat.

1 A PAVCIS † inſignem hunc caſum tractatum vidi, cum pater in contractu matrimonij filio omnia bona donat, reſeruata ſibi ad teſtandum certa portione, ſi is forſan inteſtatus moritur, & alios habeat filios, an in portione hac ſuccedant pariter cęteri filij an ſolus donatarius: Et idem quęrendū in cæteris donationibus vniuerſalib᷒, quę alijs quam filijs ſiunt cum reſeruatione certę quantitatis, ſi donator moritur ab inteſtato, an in eā portione ſuccedant ſoli legitimi ab inteſtato venientes, an

2 ſolus donatarius, Theſaurus † vir certe doctus cum in hanc incidit quæſtionem apud deciſionem Pedemont. 97. non alium ad illius deciſionem citat præter vnum Cagnol. in l. fina. num. 239. C. de pact.

3 In primis † pro donatario aduerſus heredes legitimos facere videtur, ad eum totam reſeruatam portionem pertinere: quia cum donator vniuerſam dederit hæreditatem reſeruata portione de quā diſponere poſsit, non diſponendo tacitè totam ipſam cōſequenter etiam reſeruatam portionem in donatarium cōferre videtur: quia ceſſante cauſa reſeruationis, quę fuit facultas teſtandi, ceſſare illius effectus debet ex vulgari regula l. adigere §. quamuis de iur. Patro. cap. cum ceſſante de appellatio.

4 Secundo † quia cum reſeruatio ad effectū diſponendi facta ſit, & finalis cauſa reſeruationis fuerit, cum niſi fieret inutilis donatio eſſet ad eā quę fusē Barto. & omnes in l. fin. C. de pact. ex ſola ipſa reſeruatione ſatisfactum legum pręcepto videtur & ideo nihil impedit quominus ſimul cum ceteris bonis donatis res reſeruatæ ad donatarium reuertantur, cui bonorū omniū donatio facta eſt.

5 Tertio † donatio hæc vniuerſalis fuit bonorum omnium præſentium & futurorum, reſeruata illa portione, de qua diſponere poſſet, vnde quemadmodum in hac donatione includuntur bona omnia etiam futura, reſeruatio illius quantitatis, de qua donator non diſpoſuit in bonis futuris includitur, quia ſubducta antea fuerat, nec de bonis proprie donatarij dicebatur argu. l. cum pręſtor de iudi. l. maritus C. de procurato.

6 In contrariam † ſententiam vrgent quædam quibus vix eſt vt poſsit reſponderi; primo venientes ab inteſtato ſuccedunt ex tacito defuncti iudicio l. ſi quis cum teſtamentum l. conficiuntur ff. de iure Codicillo. vbi 7 glo. & cæteri omnes. Et † ſucceſsio ab inteſtato dicitur legitima hæreditas verè & proprie, non teſtamentaria l. 3. ff. pro ſocio. l. le-8 ge obuenire de verbo. ſignifi. Naturalis † enim ratio eam coadiuuat non enim niſi iure ſanguinis & proximitatis defertur l. fina. C. quo. bono. §. ptimũ itaq. cum ſimilibus in 9 auth. de hære. & falci. vt † quamuis ſucceſſionis nomẽ latè pateat, proprie tamen ſucceſſores ab inteſtato comprǣhendit l. cum accutiſsimi C. de fidei. l. tale pactum §. fina. 10 ff. de pact. d. l. fina. C. quo bono. Et † familia teſtatoris ea dicitur, quæ cum iure ſanguinis & proximitatis attinet l. peto §. fratre de leg. 2. vnde cum donator, qui diſponere de rebus reſeruatis potuit, & noluit, ſicq. inteſtatus deceſsit, eo ipſo venientibus ab inteſtato tacita voluntate reſeruatas res relinquiſſe cenſetur.

11 Addiderim † & his ipſe egregiam & cõmunem noſtrorum traditionem, docuere hi, quod vbi teſtator poſt factum primum ſolemne teſtamentum, poſtea coram quinque teſtibus dicit, nolle illud valere, quia vult decedere inteſtatus, his extremis verbis teſtatorem ſic loquentem inſtituiſſe cenſeri venientes ab inteſtato d. l. ſi quis cum teſtamẽtum vbi notat Barto. & in d. l. conficiuntur; quaſi ex tacito iudicio teſtatoris vocati videantur, quod ſufficit. Bart. in l. militis Codicillum §. veteranus de milita. teſtam. in l. ſi iure nu. 3. de leg. 3. Bal. in l. ſanccimus nu. 2. vbi Salice. num. 3. Alex. num. 9. Cotne. nu. 7. Rimin. num. fina. C. de teſtam. Iaſ. poſt Barto. ibi in l. ſi ita ſcriptum §. regula ff. de libe. & poſthum. num. 19. Benedic. in cap. Reynũtius verbo teſtamentum 1. num. 18. de teſt. Ruin. conſ. 6. num. 5. lib. 2. volu. 2. Didac. in rubr. de teſta. 2. par. num. 21. Manti. de coniectur. vltim. volunta. lib. 2. titu. 15. num. 18. ita fiet vt in noſtra ſpecie inſtituti tacitè in rebus reſeruatis venientes ab inteſtato videautur.

12 Secundo † viget inſignis traditio Bald. Nouelli, quam refert & ſequitur Curti. iuni. conſ. 4. num. 4. qui ex facto interrogati reſponderunt teſtatorem hæredem ſuum grauantem vt poſt mortem reſtituat alicui hereditatem, data illi facultate diſponendi vſq. ad certam quantitatem, vbi hæres grauatus inteſtatus hoc in caſu deceſsit eo ipſo ex coniecturata mente illius heredes legitimos vocaſſe, & eoſdem hæredes inſtituiſſe in ea portione cenſetur: Et moti fuerũt prǣcitati interpretes ex d. l. conficiuntur in principio de iur. Codicil. & l. codicillis §. matre de leg. 2. Et poſt hęc ſcripta comperi in eadem facti ſpecie ſic cenſiſſe illuſ. Cardinalem Mãti. tracta. de coniectu. vltim. volunt. lib. 7. tit. 7. num. 14. vbi ad idem citat Natt. conſ. 216. 13 num. 10. Addit † idem Manti. quod cum de hac quęſtione à grauiſsimo quodam iuriſperito fuiſſet interrogatus, qui in facto quæſtionem haberet, nullumq. in terminis ipſam tractantem repetire potuiſſet, eidem ſe hæc duo celeberrima Cur. & Natt. conſilia indicaſſe, quibus ſentẽtiam obtinuit, quę & poſt 14 fuit ab altero cõfirmata iudice: Hæc † Curt. Natt. & Manti. traditio caſum noſtrum decidere videtur, cum vt vulgare eſt, validum ſit regulariter argumentum de contractibus ad vltimas voluntates l. ſeruum filij §. cum qui Chirographum cum alijs delega. 1. ſed cum in vltimis voluntatibus grauatus hæres inſtetatus moriẽs, tacitè ab inteſtato veniẽtes vocaſſe in ea portione cenſeatur, idem in donatione iudicandum: Et hęc eſt ipſa veritas, & in terminis proprijs donationis ſic reſpondit etſi leuiſsimis adductus rationibus Ioan. Philip. reſpon. 48. num. 44. cum ſequent.

15 Theſau. † autem in d. decif. 97. poſt Cagno. in d. l. fina. C. de pact. ſic diſtinguit; aut inquit donator dixit ſe reſeruare facultatem capiendi de bonis donatis vſq. ad certã quãtitatem, & eo in caſu ſi moritur inteſtatus, portio remanebit apud donatarium, non etiam hęredes legitimos; quia non capiendo videtur illam portionem apud eundem donatarium relinquiſſe, cui omnia bona donauerat; Aut vero dixit ſe reſeruare certam quantitatem de qua diſponere poſſet; & tũc portio nõ cedet lucro donatarij, ſed veniẽtium ab inteſtato; & ita iudicaſſe Senatũ bis illic affirmat; idemq. eſſe dicit de mẽte Cag-16 no. in d. l. fina. num. 245. Michi † vero ſalua illius Senatus authoritate non placet diſtinctio hęc, quam potius verbalem, quam iuridicam exiſtimo: cum non referat an donator dixerit, cum facultate capiendi centum de bonis donatis, an ſi dicat ſe reſeruare centũ vt de his diſponere poſsit; priori enim caſu ſicut & ſecundo, reſeruatio inducitur, alioquin dicendum eſſet donationem omniũ bonorum fore inutilem, & donantem voluiſſe actum inutilem facere, vt animaduertit idẽ Theſau. d. decif. num. 2. non enim teneret donatio niſi eſſet reſeruatio: data agitur reſeruatione neceſſario ſequitur non diſponentem donatorem, ex tacita & coniecturata illius mente & voluntate, ab inteſtato veniẽtes vocare voluiſſe, vt cenſit Gabri. cõſ. 139. nu. 5. lib. 1. cum alijs ſuperius traditis.

Aduer-

17 Aduertendum † etiam quod verbum diſponere licet ſui natura aptum ſit continere diſpoſitionem interuiuos & in vltima voluntate vt Alexand. Iaſſ. & cęteri docuerunt in rubr. ff.ſolut.matrimo. Surd. deciſ. 172. & deciſ.279.num.6.hoc tamen in caſu donator reſeruans diſponendi facultatem de certa quantitate, de diſpoſitione vltimę voluntatis intellexiſſe cenſendus eſt, non de ea,quæ in vita; alioquin donatio omnium bonorum irrita fieret,non enim ſufficit reſeruare vt in vita diſponere poſsit, quia liberam teſtandi facultatem ſibi auferret,& ideo inualida eſſet;ſic egregie docuit Barto.in conſ.76. quē ſequutus fuit Alexan. conſ.13. nu.17.lib.3. & in l.ſtipulatio hoc modo concepta nu.18. de verbo. obliga. Boeri.deciſ.204.num.45. Clar.in §.donatio quęſt.16.num.8. Crauet. conſ.222. num.10. quæ diligenter notanda quod non ita exacte ab alio fuerunt declarata.

Neque rationes ſupra in contrarium adductæ faciunt; quibus vno verbo reſpondetur; non diſponentem donatorem,ex coniecturata illius voluntate tacite venientes ab inteſtato hæredes inſtituere voluiſſe.

SVMMARIVM.

1 *Donatio facta ab vxore in contractu matrimonij filijs ex eodem matrimonio naſcituris,an mortuo viro non obſtante donatione ſecundo nubere poſſit, & de dote data diſponere.*

2 *Pactum in matrimonio adiectum,quod publicæ vtilitati aduerſatur nullum eſt.*

3 *L.2.& lex Attilicinus ff. de pact. dotal. declarantur.*

4 *Priuilegia dotis,de dote vera non deficta intelligenda ſunt.*

5 *L. 2. & l. Attilicinus de pact.dotal. de vera dote intelligendæ.*

6 *Seſſionis verba ſtricte interpretanda.*

7 *Maritus cōſtante matrimonio cum vxore ſua ſuper dote paciſci poteſt, etiam in detrimentum illius,& qualiter intelligatur.*

QVÆSTIO XIX.

DONATIONE FACTA AB vxore in contractu matrimonij filijs ex eodem matrimonio naſcituris, An mortuo viro non obſtante donatione ſecundo nubere poſsit, & de dote data diſponere.

1 MARQVILLES † cōſuetudinum huius prouintiæ vetuſtiſsim⁹ interpres in vſati. de inteſ. quęſt. 29,ſcriptum relinquit,eumq. refert Canceri.lib.1.reſolu.cap.8. num.88. mulierem, quæ in contractu matrimonij ex pacto dotem filijs ex illo matrimonio procreandis dedit,ſi maritus pręmoriatur, poſſe ipſam non obſtante donatione ſecundo nubere relicta filijs prioris matrimonij legitima, & de reliqua dote libere in
2 filios ſecundi matrimonij diſponere; quia † inquit tale pactum marito prædecedente in matrimonio nullum eſt,quia publicæ aduerſaretur vtilitati vbi mulier ſecundo nubere
3 minime poſſet † l.2.ff.de pact.dotal. l. Attilicinus eod. titu. *ſi conuenerit*(ait Vlpianus) *vt quo quomodo diſſolutum ſit matrimonium, liberis interuenientibus dos apud virum remaneret*,Papinianus Iuliano prætori reſpondit,*morte mariti finito matrimonio, neq. conueniſſe videri dotem remanere; etſi conueniſſet,non eſſe ſeruandum pactum contra dotem, cum mariti mortalitas interuenerit*: id ipſum innuit Iuſtinia.in l.3.C.de pact.conuent.vera igitur Marquil.traditio eſt,quam ſequuntur omnes ab eo citati Bal.& cæteri in d.l.3. C.de pac.conuen.& in d.l.2.de pact.dotali. latius de hac diſeram Marquill. traditione infra quæſt.55.

4 Cæterum † ad d. l. 2. intellectum & d. l. Attilicinus aduertendū ſummopere, quoniā etſi ex his legibus generalem excipiant noſtri regulam,quod pacta aduerſus dotem, & illius priuilegia conſtituta nullius ſint roboris,quia publica læditur vtilitas vt dixi multorum authoritate in præfatione huius libri
5 tertij, † interpretanda tamen regula vt intelligatur in vera dotis conſtitutione non in ficta:vnde Theſaurus deciſ. Pedemon.230. cum hæc in facto in eo Senatu quęſtio incidiſſet;Maritus poſt contractum matrimonij confeſſus fuit ſe recepiſſe dotes ſcutorū mille,adiecto pacto,quod ſi decederet cum filijs ſuperſtite vxore, apud filios remanerēt ſexcenti aurei, & mulier niſi quadringentos repetere poſſet:Mortuo marito ſuperſtite vxore,& liberis, deinde mortua vxore, vnus liberorum ceſsit ſorori partem ſuam, quam in hęreditate habebat matris ſuæ, ſoror in vim ceſsionis agebat ad cōſequutionem dotis ceſſæ,dicens eſſe debere pro rata ſcutorū mille iuxta cōfeſsionē patris, maximè quod lapſa forent tempora oppoſitionis non numeratæ dotis, dicebat pręterea ſoror, pactū à parentibus ſuis factum in cōtractu matrimonij,quod tantum vxori,vbi pater præmoreretur reſtituerentur ſcuta quadraginta,non valere,quia deterior fieret conditio dotis ex

d.l.2.& d. l. Attilicinus fuit tandem & rectè deciſſnm ceſsionem illam intelligendam fore de ſcutis quatuor centum tantum, quia verè vt ex actis apparebat, maritus in dotē non niſi dictam quantitatem receperat; & inſpiciendum erat magis, quod in veritate erat non quod in fictione: Declarauit itaque Senatus d.l.2.& l.Attilicinus, intelligendas fore in vera dote, in qua pactū in illius præjudicium fieri non poteſt, ſecus in dote ficta, quæ verè data non eſt; idque eſſe de mente
6 gloſæ in d.l.2.ait † Theſaurus in d. deciſione; *tanto magis*(ſubdit)*quia de ceſſione ageretur, quo in caſu verba ſunt ſtricte interpretanda contra ceſſionarium, ex l.veteribus ff. de*
7 *pact*. Obiter † aduertendum, quod maritus conſtante matrimonio paciſci poteſt cū vxore ſuper dote etiam in detrimentum illius, necconquæri poteſt conſtante ipſo, poterit autem illico poſt mortem mariti l. cum dos l.ob res §.final.ff.de pact. dotal. l. ſi marito §.1.l.ſi ſocer.§.1.vbi omnes declarant ff. ſolut.matrimo.

SVMMARIVM.

1 *Reſeruatio facta à filijs dum matrimonio collocantur, cum reſeruant ſibi ſucceſſionē alicuius tertij, an valeat.*
2 *Pactum inuitans ad delinquendum nullū eſt.*
3 *Pactum quo reſeruatur ſucceſſio tertij valet.*
4 *Pactum in emancipatione filij factum, contracta fiducia valebat iure digeſtorum.*
5 *Reſtitutio nihil noui tribuit, ſed impedimentum remouet.*
6 *Pactum conſeruandæ ſucceſſionis valet vbi reſeruans eam perdere poſſe ſuſpicaretur.*
7 *Ingratitudo nondum expreſſe ſed & tacitè remitti poteſt.*
8 *Ingratitudo præterita remitti poteſt.*
9 *Ingratitudinis venturæ occaſione, filius exhæredari non poteſt.*
10 *Dolus futurus remitti non poteſt.*
11 *Ingratitudinem remittere patronus liberto nō poteſt.*
12 *Doctor propter delictum doctoratus dignitate priuatus, nequit iterum doctorari.*
13 *Ingratitudine remiſſa per patrem, adhuc filius incapax remanet iuris ſuccedendi.*
14 *Pactum inter patrem, & filium, ne prætextu ingratitudinis liceat patri donationem reuocare, nullum eſt.*
15 *Clauſula notariorum qua dicunt donatorem donationem non reuocare promittere etiam prætextu ingratitudinis, ſuperflua eſt.*
16 *Ingratitudo an iuramento remitti poſſit.*
17 *Donatio ob cauſam, ingratitudine non reuocatur.*
18 *Pacto fieri poteſt, vt priuandus iure ſucceſſionis ex aliquo iuris rigore, reſeruare ſibi ius illud ſucceſſionis poſſit.*
19 *Statuto excludente filias propter maſculos, poteſt in contractu matrimonij filia cum patre paciſci & ius ſucceſſionis reſeruare.*
20 *Pactum a filia factum de reſeruanda ſucceſſione, vbi ſtatutum eam omnino excludit, non valet.*
21 *Pactum in capitulis matrimonialibus factū, quo pater & filius certas leges & formam ſuccedendi inducunt, & poſteros obligant, non valet.*

QVÆSTIO. XX.

PACTVM IN CONTRACTV matrimonij, dum filius vel filia nuptui traduntur, quibus ij quam ſperant alicuius ſucceſſionem reſeruant an valeat.

1 NON † ſemel contingit dum filius vel filia nuptui tradūtur dotibus vel donationibus a parentibus honorati ſucceſsioni eorūdem renuntiant, & alijs quibuſcunque, qui ad ipſos poſſent peruenire: interdum autem cognati, alteriusvè coniuncti ſucceſsionem ſibi reſeruant. Igitur an pactū hoc conſeruandæ ſucceſsionis valeat nec ne dubitari poteſt; Nam ferè rationes illæ, quibus pacta de ſuccedendo à iure irritātur, eædem in hac ſpecie militant, votum captandæ mortis, illius ſcilicet, qui adhuc viuit, & cuius hæreditatis ſucceſsio reſeruatur, vt multis oſtendi hoc libro quæſt.2.

2 Secundo † nec pactū valere videtur quod inuitat ad delinquendum l. conuenire de pact.dotal. l.quidam decedens de adminiſ. tuto. poſſet autem ſi conſeruandæ ſucceſsionis pactum valeret, filius paciſci cum patre, ne cuiusuis prætextu ingratitudinis eum exhęredare liceret, atq.ita filius audacior in patrem delinquere poſſet.

3 Quibus † non obſtantibus crebrior obtinuit opinio pactum valere ex tex. in §. fina. inſtit. de legiti. agnato. ſucceſsio. quo tex. apette probatur, quod emancipatus filius, qui iure digeſtorum ab omni ſucceſsione repellebatur §. inteſtatorum inſtit. de hæredi. qui ab inteſt. ſimiliter & pater amittebat ius filio ſuccedendi dict. §. fina. l. 1. C.
4 de iur. libe.contracta † tamen fiducia, ſcilicet pacto reſeruandæ ſucceſsionis adiecto, pater ius ſucceſsionis reſeruabat; quo hodierno iure non indiget, cum iure communi ſibi conſequatur d.§.fina.ſicut & filijs emancipatis §.emancipati cum ſimilibus inſtit.de hæredi.

hæredi. quæ ab inteſt. defetun. Bartol. hanc
prior ſententiam ſequitur in d.l. fina. C.de
pact.vbi Bal.Salice.Pau.de Caſt. Iaſſ. Deci.
Curti.Cagnol. Purpura. & Riminal. & dixit
communem, licet leuiſsimis rationibus cõ-
trariam tueatur Mencha.tract. de ſucceſsio.
creatio.§.18.num.287. Graſſ.in §. ſucceſsio
ab inteſtato quæſt.15. à num.1.Berengar. in
cap.1.de filijs natis ex matri.cap.fina. num.
1. & 2.

Neque obſtant ſuperiores duæ rationes,
quoniam nec votum captandæ mortis, nec
libera teſtandi facultas hoc pacto impedi-
tur,nam in obligationem hæreditas non de-
ducitur,vel ſuccedendi ius,ſed ſolum impe-
dimentum tollitur, quod excluſionis hære-
ditatis cauſa fuiſſet ſecluſo pacto; per hoc
igitur pactum tantum ius priſtinum conſer-
5 uatur,inſtar † reſtitutionis,ſiue gratiæ ſit, vel
iuſtitiæ; quia reſtitutus nihil noui acquirit,
ſed impedimentum tantum ſubmouet, vt
ius deperditum recuperet, vel non acquiſitũ
acquirat argu.l.quod ſi minor §.reſtitutio de
mino.l.1.C. de reſti. & ſenten. paſſ. In hac
ergo quæſtione duo potiſsimi caſus conſide-
randi ſunt,quos prior Bart.docuit.in d.l.fin.
nu.2.C.de pact.

Primus eſt quoties quis priuatur ſucceſ-
ſione propter delictum ſecundus vbi prop-
ter rigorem iuris conſeruandum.

6 Primæ † inſpectionis regula ſit,valere pa-
ctum conſeruandæ ſucceſsionis, vbi propter
delictum paſciſcens eam perdere poſſe ſuſ-
7 picaretur l.omnimodo C.de inofi. teſtam. †
quo tex.probatur, poſſe filium cũ patre pa-
ciſci quando cauſam ingratitudinis cõmiſit,
ne prætextu illius hæreditate paterna priue-
tur: Rationem reddit Barto. ibi quod nedũ
expreſſe, ſed & tacite poſsit ingratitudo re-
mitti, ſcilentio ſcilicet patris morientis l.
fina. ad finem C. de reuo. donatio. ſequitur
Iaſſ.in d.l.fina. Deci. Curt. Rimin. Aquen.
Cagnol. & cæteri omnes. Sed & rationem
Barto.communiter ab omnibus recipi teſta-
tur Cagno.ibi num.144.

8 Declaratur † primo hæc Barto. traditio
ſic & prout idem ipſe prior declarauit ibi;vt
intelligatur in ingratitudine præterita, ſic
9 enim loquitur tex.in d.omnimodo, ſecus †
in futura quando filius cum patre paciſcere-
tur, ne prætextu cuiusvis ingratitudinis cõ-
mittendæ poſſet exhæredari,non enim vale-
ret quia filium ad delinquendum inuitaret,
& proinde cum ſit aduerſus bonos mores
inutile eſſet l. conuenire de pact.dota.l.qui-
dam decedens de adminiſ.tuto.cap.vt famæ
10 de ſenten. ex eo. Et quia † dolus futurus re-
mitti non poteſt l. iuriſgentium §. ſi paſciſ-
car de pact.l.ſi vnus §.illud eod.tit.hãc Bart.
declarationem ſequuntur omnes in d.l.fina.
& dixit communem Vaſqui. tractat. de ſuc-
ceſsio.creatio.§.18.num.291.Picu.in d.l.fi-
nal.num.43.Graſſ. in d.§.ſucceſsio.ab inteſ-
tato quæſ.15.num.3.Socin.iuni.in l.ſtipula-
tio hoc modo concepta num. 103. de verb.
obligatio.Berenga.in d.cap.vni.de filijs na-
tis cap.fina.num.7. Natt. in d. cap. quamuis
pactum num.62. 2.par.de pact.in 6. & alios
antiquiores multos recenſet Tiraquel.in l.ſi
vnquam in præfatio.nu.140. C. de reuocan.
donatio.

11 Declara † ſecundo Barto.traditionem ne
procedat in liberto, cui propter ingratitu-
dinem in ſeruitutem reuocato, nequit pa-
tronus ingratitudinẽ remittere eſt caſus ſin-
gularis in l.2.C.de libe.& eo.libe. quinimo
nec eidem libertas dari poteſt principe in-
12 conſulto, vt ille iubet tex. vbi † Bald. egre-
gie adnotauit, doctorem propter delictum
doctoratus dignitate priuatum,nõ poſſe ite-
rum doctorari,etiam nouo examine accedẽ-
te:ſimilis eſt tex.in l.nullus C. de diuet. off.
lib.12.Cod.vbi qui à militia eijcitur,ad eã-
dem non admittitur ſine principis facultate
vt hæc & ſimilia congerit Natt.in repeti. ca.
quamuis pactum nu.62.de pact. in 6. 2.par.

13 Declata † tertio,vt licet remitteret pater
ingratitudinem præteritã & capax effici hæ-
reditatis poſſet, in genere tamen incapax
remaneret iuris ſuccedendi l.1.C.de hæred.
inſtit.ſic explicarunt Domi.& Imol.in d.ca.
quamuis pactum de pact.quos expreſsim ſe-
quutus fuit Natt.ibidem nu.62.in fine verſi.
Tertio fallit.

14 Ex hac † Barto. traditione multa neque
ſpernenda interpretes eliciunt in d.l.fina.ea
prætereo quia extra propoſitũ tractatus noſ-
tri;Cæterum quod ad noſtrum inſtitutũ ſpe-
ctat,ex dicta traditione infertur, non valere
pactum inter filium, & patrem contractum
ne prætextu ingratitudinis committendæ,li-
ceat ipſi donationem in filium factam reuo-
care;ex citata ratione, quoniam inuitaretur
filius ad delinquendum Bal.in d.l.fina.C. de
pact. quem poſt antiquiores ſequuntur ibi
Iaſſ.Deci.Curti.Aquen.Rimi.& Cagno.nu.
150.Vaſqui.vbi ſupra Graſſ. in d. quæſt.15.
num. 4. Natt. in d. cap. quamuis pactum 2.
part.num.63. Tiraquel.in d.l.ſi vnquam in
præfatio.num. 140. Viui. inter communes
15 opinio. 224. num. 1. Vnde † non male nec
abſurde Cagnol. vbi ſupra poſt Iaſſ. intulit
inanem eſſe,& ſuperfluam clauſulam, quam
indies in ſimilibus donationibus notarij in-
ſerunt, ſcilicet quod donator promittit non
reuocare donationem etiam ex cauſa futuræ
ingratitudinis, atq. in hanc ſententiam illic
citat Roma. Curt. Corne. Iacob. & alios.

An

16 An † autem communis hęc traditio procedat vbi iuramentum fuit interpoſitum de nō reuocando prætextu ingratitudinis cōmittendæ ardua contentio eſt, vt quidam hanc communem dixerint, alij ſecus illic videndus Cagno.num.151.Natt.in d. cap. quamuis pactum 2.part.num.53.Tiraquel. in d.l. ſi vnquam in præfatio. num.140. & iterum num.155. Gutier.tractat.de contract.iurat. cap.10. à num.1. Viui.d.opinione vbi communem refert quod firmetur iuramento, licet alteram quod non firmetur magis communem dicat.

17 Superiorem † autem traditionem, quod ſcilicet non obſtante pacto,quo ingratitudo futura remittitur poſsit pater donationem reuocare,intellige in donatione ſimplici,ſecus in donatione ob cauſam matrimonij, quia cum huiuſmodi donatio ſit ob cauſam ex ſe ipſa illi' vi,& natura irreuocabilis eſt, etiam admiſſa ingratitudine, vt multorum authoritate oſtendi hoc libro quæſtio. 3. in verſic.Extende ſecundo regulam, quãto fortius dicta opinio procederet vbi expreſſa de ingratitudine remittenda conuentio inita fuiſſet,& hæc quoad primum Bart.caſum.

18 Secundi † caſus regula ſit, priuãdum iure ſuccedendi propter aliquem iuris rigorem poſſe ex pacto ius illud ſibi reſeruare, quando alias paſciſcens poteſt eum hæredem inſtituere ſic Barto.in d.l.fina.ex textu in d.§. fina.de legi.agna.ſucceſsio.l.fina.C.de emãci.libe.ſed ſi hæredem inſtituere non potuiſſet pactum non prodeſſet ca.1.de ſucceſsio. feud. vbi cum vaſſallus de feudo teſtari non poſſet,nec etiam pactum inire,quo filiæ ſuccedere in feudo poſsint. Vnde Barto. idem quem cæteri ſequuntur,duo infert primum;

19 quod ſtante ſtatuto † excludēte filias propter maſculos extantes,poſſe quidem patrem & filiam ius ſuccedendi ſibi reſeruare tempore dotis, vel donationis, quoniam poteſt eam heredem inſtituere ſequitur Natt. in d. cap.quamuis pactum 2. part. num.65. eandem dixit communem licet multi contrariam teneant Curt.iuni.in d.l.fina. num.24. Graſſ.in d.§.ſucceſsio ab inteſtato quæſt.15. num.5.Vaſqui.d.§.18.num.289. Pic.in d.l. fina.nu.47.defendit latè Cagnol.in d.l.fina. num.162.163.cum ſequent.

Secundo infert Barto.non valere pactum

20 conſeruandæ † ſucceſsionis à filia factũ,quãdo ſtatutum filiam extra territorium nubentem excludit ab omni ſucceſsione teſtati, & inteſtati, nam & tale ſtatutum valet Barto. in d.l.fina. & licet multi aduerſam tueantur, opinio tamen Barto. communiter recipitur vt & eam dixit commuuem Iaſ. in d. l.fina. Deci. & Cagnol. num.175. vbi alios refert Graſſ. in dict. quæſtio. 15. num. 6.

21 Notandũ † tamen quod in ſucceſsionibus deferendis non poſſent contrahentes in capitulis matrimonialibus formam, vel modũ inducere certas ſibi ipſis,& poſteris leges inducendo, quas obſeruarent niſi à Summo Principe leges illę confirmatę forent, & licet multi cõtrariam teneãt,hęc receptior eſt Vaſqui.de ſucceſsio.creatio. §.10. nu. 257. vbi multos refert Foras. tract. de ſucceſsio. quęſ.3.de ſucceſsi.libero. Graſſ. in §.ſucceſſio ab inteſtato quęſt.16.num.1.

SVMMARIVM.

1 *Donatio facta contemplatione matrimonij an ſit conferenda.*

2 *Donatio ſimplex ex mera liberalitate deſcendit.*

3 *Donandi animus non præſumitur.*

4 *Donatio ob cauſam imputatur & confertur, ſimplex minime.*

5 *Donatio ob cauſam matrimonij differt à donatione propter nuptias.*

6 *Donatio propter nuptias in diſſuetudinẽ abijt, & incognita erat de iure digeſtorum.*

7 *Donatio ob cauſam matrimonij, & donatio propter nuptias,aſſimilantur in aliquibus.*

8 *Donatio propter nuptias, & donatio ob cauſam matrimonij ea ratione fiunt, vt vxores ſuarum dotium ſecuritatem habeant.*

9 *Donatio propter nuptias, & donatio ob cauſam matrimonij in quibus conueniant remiſſiue.*

10 *Donatio vt ob cauſam dicatur, requiritur neceſſaria cauſa,quæ liberalitatem excludat.*

11 *Donatio ob cauſam in materia collationis, ex dicitur,quæ reſpicit fauorem donantis, & quomodo intelligatur.*

12 *Donatio facta filio clerico futuro ſuper bonis patris,ſimplex dicitur.*

13 *Donatio ſimplex, quæ ab initio valet, non imputatur nec confertur.*

14 *Donatio quæ fit à patre ob cauſam neceſſariã, ſimplex dici non poteſt.*

15 *Donatio quæ fit à patre filio in contractu matrimonij, fieri dicitur ob cauſam neceſſariã.*

16 *Donatio omnis ſimplex confertur & imputatur.*

17 *Donatio per patrem filio facta, quæ ab initio valet conferri debet.*

18 *Donationes quæ à parentibus filijs ſuis fiunt in contractu matrimonij,impulſu naturæ fieri dicuntur.*

QVÆSTIO. XXI.

DONATIO FACTA CONTEMPLATIONE matrimonij, an conferri debeat.

Memini

1 MEMINI † me quæſtione ſexta in verſic. Addo nunc, ſcripſiſſe donationem factam contemplatione matrimonij filio ob cauſam dici, & ideo conferri debere: Cæterum quo loco ibi me de hoc articulo latius dicturum promiſi: opportunum igitur nunc erit de veritate huius quæſtionis tractare; nã multi exiſtimarunt donationem hanc ſimplicem. Alij ob cauſam, prius autem exquirenda ratio eſt cur ſimplex donatio nec imputetur, aut conferatur, donatio ob cauſam
2 ſic: hanc † igitur crebrius noſtri reddiderũt, quod donatio ſimplex ex mera liberalitate proficiſcitur; atq. ideo præſumitur patrẽ donantem, voluiſſe donatarium filium vt præcipuum habere proinde nec imputari vel cõferri debere; quæ ratio ceſſat in donatione ob cauſam, veluti propter nuptias, vel dotis filiarum, aut in donationibus contemplatione matrimonij; nam cum hæ ex debito parentum naturali deſcendant l. qui liberos de Rit. Nup. l. fina. C. de dot. promiſſ. dixi fusè quæſt. 3. & quæſt. 9. in neceſſitatibus autem nemo liberalis exiſtat l. rem legatam de
3 adimen. legat. nec † animus donandi præſumi poſsit vbi alia capi coniectura poteſt l. cum de indebito ff. de probatio. l. campanus de oper. liberto. vt fatuitas potius quam donatio præſumatur Bal. conſ. 189. in fine li. 2. Surd. tracta. de alimen. tit. 6. quæſt. 1. num. 5. & 9. Quinimo error magis quam donatio Deci. conſ. 350. num. 4. Iaſ. in l. iutisgentium §. ſi cum nulla num. 28. de pact. Menoch. de arbi. iudi. quæſt. lib. 2. caſu. 88. à nu. 1. idem Menoch. lib. præſump. 3. præſump. 12. nu. 1. & præſump. 71. nu. 2. eod. lib. egregie. Surd. tracta. de alimen. titu. 6. d. quæſt. 1. nu. 4. 5. 6.
4 ita † factum vt donatio ob cauſam & imputari debeat, & conferri, ſimplex aut minime; quã rationem poſt veteres reddit Ripp. in l. in quartam nu. 148. ad l. falci. Ruin. nu. 23. Picu. num. 64. Berenga. in 3. artic. 3. part. num. 15. Coraſi. in l. filium quem habentem num. 128. C. fami. herciſ. ex noſtris Valqui. tracta. de ſucceſsio. creatio. §. 30. num. 268. Matien. in l. 3. titu. 8. gloſ. 2. num. 2. ad finem li. 5. ordinatio. Auend. in l. 29. glo. 3. num. 3. in extremis verbis.

5 Sed & ſciendũ † etiam donationẽ ob cauſam matrimonij non eandem eſſe cum donatione propter nuptias, de qua vetera iura
6 Codicis loquũtur: illa † enim in diſſuetudinem abijt, quæ etiam & de iure digeſtorum incognita erat. glo. vbi Bal. in auth. dos dota C. de donatio. ante nupti. altera in authen. æqualitas C. de pact. conuen. & in §. 1. in authen. de Aequa. dot. & tradit Pau. de Caſt. in l. mulier §. cum proponeretur num. 3. ff. ad S. C. Trebelli. Coraſi. in l. qui liberos num. 137. de Rit. Nuptiar. Pariſi. conſ. 126. nu. 6. Gomez. in l. 50. Tau. num. 11. Telli. in l. 29. Tau. num. 5. & in l. 17. num. 78. Baeça. tract. de non melio. ratio. doti. cap. 7. num. 5. & cap. 8. num. 25. Auend. in d. l. 29. num. 1. glo. 2. Matien. in l. 1. titu. 6. gloſ. 8. num. 8. poſt Grego. Lop. in l. 23. verbo *generalmente* tit. 11
7 11. par. 4. Aluar. Valaſ. conſu. 2. num. 13. Et licet Anto. Gomez. & Tellius ſupra negent donationes has, quę fiunt contemplatione matrimonij ſucceſsiſſe in locum donationũ propter nuptias, de quibus extat titulus integer in C. de donatio. propter nup. verius tamen ceteri exiſtimant, quod licet in multis differant, tamen in hoc ſaltim aſsimilen-
8 tur, vt † ſicut ille in ſecuritatem dotium mulierum fiebant, & illarum conſeruationem l. cum multę cum alijs eiuſdem titu. C. de donatio. prop. nup. §. eſt & aliud inſtit. de donatio. Hiero. Lauren. deciſio. Auinione. 45. nu. 11. ſic donationes ob cauſam matrimonij filijs, vt tutiores ſint vxores, & maiorem habeant dotium ſuarum ſecuritatem; cum non facilè viri mulieres inuenirent quibus cum nuberent, niſi huiuſmodi fierẽt donationes;
9 dixi quæſt. 9. Sed † & in multis cõuenire donationes ob cauſam matrimonij, cum donationibus propter nuptias oſtendit idẽ Gomez. in l. 52. Taur. num. 9. qui in duobus his locis diligenter genuinam, & primeuam donationis propter nuptias naturam patefacit, ſimul & donationum, quæ contemplatione matrimonij fiunt, quę poſt reaſſumit Alua. Valaſ. dict. conſult. 2. à num. 1. poſt Rodri. Xoar. Didac. & alios Hiſpanos ab eo relatos, & ante omnes Guid. Pap. deciſ. 145.

His exharatis ad quęſtionem propoſitam redeundum eſt, an donatio hęc imputari & conferri debeat, & conferendam non eſſe
10 multis poteſt conuinci argumentis; Primũ † idq. fortiſsimum, quod hęc donatio ſimplex potius ſit, quę non confertur & non ob cauſam, vt enim donatio ob cauſam dicatur, requiritur quod fiat ob cauſam neceſſariam, quę omnẽ liberalitatem excludat, ſecus vbi ex mera liberalitate Angel. in l. ſed ſi hoc ita ff. de re iudi. Iaſ. in l. inter eas 2. notabi. eod. tit. Faber. Plot. & poſteriores in §. præterea quaſdam inſtit. de actio. Pau. de Caſtr. & Deci. in auth. ex teſtamento C. de collatio. Tiraquel. in l. ſi vnquam, verbo donatione largitus num. 143. C. de reuo. donatio. vbi Rip. quæſt. 13. Crauet. conſ. 85. num. 6. Rolan. conſ. 70. num. 7. lib. 4. Menoch. conſ. 261. num. 13. lib. 3. Ex noſtris Vaſqui. in l. omnimodo §. imputari C. de inofi. teſtam. num. 260. Telli. in l. 29. Tau. num. 4. & in l. 22. num. 27. & in l. 17. num. 79. Gomez. in d. l. 50.

Digitized by Google

l.50. Tan. num. 11. ad finem Matien. in d. l. gloſ. 8. num. 8. tit. 6. Auend. in d. l. 29. Tan. glo. 2. num. 4. vnde cum donatio huiuſmodi non videatur facta ob cauſam neceſſariam, ſed ex mera liberalitate, cum ad eam pater non teneatur, conferri igitur vt ſimplex non debet.

11 Secundo † in materia collationis ea dicitur donatio ob cauſam, vbi cauſa neceſſaria eſt talis, quæ reſpicit fauorem donantis, & quæ omnimodam liberalitatem excludit, ſecus vbi ex alia cauſa extrinſeca, quæ minime impediat quominus dicatur donationem ex liberalitate procedere, vti in hac ſpecie vbi donatio non continet cauſam neceſſariam, dotis ſcilicet, vel donationis propter nuptias, ad quam pater, vel maritus reſpectiuè teneatur, cum pater filiam dotare teneatur, & maritus donationẽ propter nuptias vxori facere, vel pater pro filio, quod idem eſt. l. Pomponius Phinadelphus ff. fami. hercif. l. qui liberos de Rit. Nuptia auth. dos data C. de donatio. prop. nup. cum alijs quę Crauet. conſ. 114. num. 7. qui ob hanc rationem illic ſcripſit, hanc fore donationem, ſimplicem, Corne. conſ. 45. col. 4. lib. 4. Paul. de Caſtr. in l. 1. titu. de donatio. Aretin. conſ. 17. nu. 19. Deci. in l. vt liberis num. fina. C. de collatio. Rimi. inſtit. de donatio. in princi. num. 61. 63. idem Crauet. conſil. 236. num. 2. conſil. 301. num. 1. Tiraquel. vbi ſupra. num. 123. Menoch. d. conſ. 261. nu. 13. Matien. d. gloſ. 8. num. 7. & 11. omnes fatentur donationem non dici ob cauſam niſi reſpiciat fauorẽ donantis.

12 Sic † & in ſimili propter eandem rationem conſuluit idem Crauet. conſ. 136. donationem factam filio clerico futuro ſuper bonis ipſius donatoris, ſimplicem dici, quia non tenebatur pater eam filio facere de neceſſitate.

13 Tertio † quoniã donatio ſimplex ex mera liberalitate procedẽs, quę ab initio valet qualis hæc, non imputatur, nec confertur l. ſi quando §. & generaliter C. de inofi. teſtam. quem tex. meliorem in iure ad hoc dixit Iaſ. ibi Bart. in l. in quartam nu. 10. ad l. falcidiã vbi Rip. nu. 144. communem dixit Matien. in d. l. 3. glo. 8. nu. 6. tit. 8. vnde cum hæc donatio valeat à principio d. l. Pomponius nec imputari vel conferri debet. Vnde donationem hanc vti ſimplicem conferri non debere tenuerunt Oldrad. conſ. 5. quem ſequuti ſunt Socin. ſeni. conſ. 295. num. 9. Iaſſ. conſ. 171. col. 2. lib. 4. Socin. iuni. conſ. 1. num. 53. lib. 4. Ruin. conſ. 28. col. 3. lib. 1. Agust. Bero. conſ. 65. nu. 15. lib. 1. Crauet. d. conſ. 114. nu. 17. & conſ. 85. num. 6.

14 Contrariam † ſententiam quod imo conferri debeat, tenuerunt multi, quos poſt referam, ij ea adducunt ratione, quoniam vbi donatio fit à patre ob cauſam neceſſariam, ea non ſimplex, ſed ob cauſam dici debet dixi ſupra: at vbi cauſa neceſſaria adeſt in donatione, tunc & imputari, & conferri neceſſario debet l. quoniam nouella C. de inof. teſta. auth. ex teſtamento C. de collatio. & eſt receptiſſima Barto. traditio in l. in quartam num. 10. Ripa. nu. 148. ad l. falcid. quã communem dixit Tell. Gomez. & alij in d. l. 29. glo. 3. num. 1. Atqui † donatio, quę fit à patre filio contemplatione matrimonij, fit ob cauſam neceſſariam; quæ neceſſaria vt dicatur ſufficit ſi ſit naturali affectionis ratione munita, vt filij, vel ditiores, aut nobiliores inueniant vxores: vnde non ex mera liberalitate parentum fiunt erga liberos d. l. Pomponius Phinadelphus d. l. qui liberos cõferri igitur neceſſario debet. Et hanc affectionem cauſatiuam ſufficere docuit Berenga. in d. l. in quartam ad l. falci. 3. part. 2. artic. num. 73. Vaſqui. tractat. de ſucceſſio. creatio. lib. 3. §. 22. num. 45. Rolan. in d. conſ. 70. nu. 14. lib. 4. cum alijs ab eodem relatis.

16 Accedat † quod donatio omnis etſi ſimplex, quæ ab initio valet ea & imputari, & conferri omnino debet; Vnde † cum dona-

17 tio quæ fit contemplatione matrimonij ab initio valeat d. l. Pomponius Phinadelphus, conſequenter conferri debet, etſi ſimplex foret; maior propoſitio communis eſt ex traditis per Corne. conſ. 289. qui communem, & receptam dixit ſententiam, quod vbi donatio per patrem filio facta valet à principio, neque aliam expectat confirmationem conferri debet, dicitque eſſe de mente gloſ. in d. auth. ex teſtamento & omnium ibi, & alios multos ad hoc inſtitutum recenſet Roland. dicens communem d. conſ. 70. nu. 17. & 18. lib. 4. quæ alteri communi ſententiæ ſupra relatæ aduerſatur, quod efficit vt mihi articulus hic valde dubius videatur. Hanc autem ſententiam poſteriorem quod conferri debeat tenuerũ Bertran. conſ. 1. num. 13. lib. 3. Corne. d. conſ. 289. Socin. Alciat. Berenga. Natt. & alij quos in d. conſ. 70. Roland. refert à num. 16. eandem opinionem ſequitur Becci. conſ. 20. num. 20. 21. Burſa. conſ. 179. num. 11. Oſaſc. conſ. 62. Iacob. Menoch. conſ. 261. num. 13. lib. 3. vbi poſt Roland. Crauet. rationibus reſpondet, Purpu. conſ. 353. num. 29. Natt. conſ. 609. num. 31. Egregie Surd. deciſio. 214. nu. 14. 15. 16. cuius apud me inter modernos huius ætatis maxima eſt authoritas, quod vir doctus ſit, & eruditus admodum & poſt hæc ſcripta eandem opinionem ſequitur Mar. Anton. Peregrin. tractat. de fidei. artic. 36. num. 134.

Digitized by Google

num.134.quãquam illic aliquos contrariũ tenentes adferat Peregri. idem conſ.86.nu. 31.vbi intrepide donationem hanc ob cauſam,& non ſimplicem eſſe oſtendit,rationes adferens,quas antea Menoch. & Rolan. adduxerunt ex quibus hanc eſſe communem opinionem iudico.

Vnde nec tres rationes in contrarium adductæ oberunt:non prima quia donatio,quæ
18 fit ✝ cõtemplatione matrimonij cauſam neceſſariã cõtinere dicitur,quia naturæ impulſu ducti patres,vt filios vel ditius, aut nobilius matrimoniũ cõtrahãt,has illis donationes cõſtituunt,vt cõſiderarũt Vaſqui.Rolan. Beren.& Pereg.ſupra à me citati. Rurſus cũ donatio hæc fiat ad maiorẽ vxoris ſecuritatẽ,ſicut donatio propter nuptias, & in alijs etiã cum dicto cõtractu cõueniat vt Gomez. Valaſcus & alij ſupra relati ſcribunt; vt illã neceſſaria erat auth. dos data cum ſimilibus C.de donatio.propter nuptias, ſic & donatio contẽplatione matrimonij, quę illius naturã redolet, vt nõ relatis ſuperioribus Meno.docet dicto conſ.261.nu.15.Nec ſecunda ratio facit, quoniam eodem modo reſpondetur, cauſam ſatis neceſſariã appellari eã, quæ ſtimulo paterno,& naturali impulſu cõtrahitur, ſic in ſpecie reſpondit Rolan. in d. conſ.n.15. Qui & Oldradi conſ.5.multipliciter reſpondit,quem Becci.dict.conſ.20.& Meno.d.conſ.261. in omnibus ſequuntur illius dicta approbantes.

Tertia ratio non obſtat,quoniam ex relatis à Rolan.conſtat communem opinionem eſſe in contrarium vt modo dixi,in verſi.Accedat quod donatio omnis.

SECTIO TERTIA.

SECTIONIS TERTIÆ PRÆFATIO.

QVONIAM in ſecunda ſectione de donationibus agimus factis in capitulis matrimonialibus,quia vt plurimum in illis vocationes, vincula,& ſubſtitutiones filijs donatarijs, & ipſorum deſcendẽtibus in tebus donatis imponuntur,ex ordine nunc de ipſis agendũ eſt, & cuius ſint effectus, vtilis,& ſubtilis,inueſtigatio.

SVMMARIVM.

1 *Subſtitutiones,& vincula, ſicut fiunt in vltimis voluntatibus,ita in contractibus.*
2 *Subſtitutiones,& vincula in donationib' fiũt.*
3 *Subſtitutiones in tutelis admittuntur.*
4 *Subſtitutiones in diuiſionum contractibus inter fratres fieri ſolent.*
5 *Subſtitutiones frequentius in donationibus cõficiuntur.*
6 *Subſtitutiones,quæ in contractibus fiunt, eiuſdem ſunt effectus ac illæ,quæ in vltimis voluntatibus.*
7 *Teſtandi facultas quemadmodum libera eſt,ſic & contrahendi.*
8 *Subſtitutiones in contractibus dupliciter fieri ſolent, per vulgarem & compendioſam.*
9 *Subſtitutio pupillaris in contractu fieri nõ põt.*
10 *Subſtitutio vulgaris in contractu donationis, in quem modum fiat.*
11 *Subſtitutio compendioſa in contractu donationis quemadmodũ vulgarem contineat.*
12 *Subſtitutio in contractu donationis de proximioribus facta compendioſa eſt, & vulgarem continet.*
13 *Subſtitutio in contractu donationis compendioſa,qualis iudicanda.*
14 *Fideicommiſſa in contractibus proprie fieri nõ dicuntur.*
15 *Succeſſores vocati in ſubſtitutionibus,& vinculis adiectis in cõtractu donationis,improprio per fideicommiſſariam venire dicũtur.*
16 *Feuda antiqua,quæ ex pacto agnatis ſucceſſiue deferuntur,æquiparantur fideicommiſſis.*
17 *Subſtitutio fideicommiſſaria ad abſentis, vel nondum nati commodum fieri poteſt.*
18 *Subſtitutio fideicommiſſaria cõuentionalis, ab ea,quæ fit in vltimis voluntatibus,quemadmodum differant.*
19 *Quarta Trebellianica ex fideicommiſſaria cõuentionali non debetur.*
20 *Tranſmiſſio in vltimis voluntatibus pendente conditione fieri non poteſt, in fideicommiſſo conuentionali vtiq.*
21 *Fideicommiſſarius in vltimis volũtatibus,niſi de manu hæredis capere poteſt.*

22 *Fideicommiſſarius propria authoritate hæreditatem occupare non poteſt.*

23 *Fideicommiſſaria ſubſtitutione conuentionali, ius quæritur omnibus deſcendentibus.*

24 *Fideicommiſſaria ſubſtitutione conuentionali vocati deſcendentes ex propria perſona, non ex iure tranſmiſſo agunt.*

25 *Verbo vno, ſæpius plures ſubſtitutiones conduntur.*

26 *Subſtitutionum celeritas, ſæpius vna alteram occultat.*

27 *Subſtitutiones tot ſunt in donationibus, quot ſunt vocationes.*

28 *Actiones ex fideicommiſſo vtiles, abſenti competunt ſubſtituto in conuentionibus.*

29 *Traditionibus dominia transferuntur.*

30 *Subſtitutis in contractu donationis, dominium illico quæritur.*

31 *Donatio vbi aliquo in caſu reuocaretur quoad primum donatarium, non tamen quoad vocatos ſubſtitutos.*

32 *Peregrinus ſibi ipſi contrarius.*

33 *Stipulatio an requiratur in ſubſtitutionibus, & vinculis conuentionalibus.*

34 *Stipulatio non requiritur in donationibus, quæ ſiunt in capitulis matrimonialibus.*

35 *Fideicommiſſa conuentionalia omnino licita, dum remaneant bona fideicommittenti de quibus poſſit teſtari.*

QVÆSTIO. XXII.

IN PACTIS ET DONATIOnibus, quæ fiunt in contractu matrimonij ſicut in teſtamentis, ſubſtitutiones cōfici, quales ſint, & quo nomine appellentur, cuius etiam ſint effectus.

1 QVemadmodum † in vltimis vo-
luntatibus ſubſtitutiones fieri
poſſunt per teſtatores notiſsi-
mis titulis ff. de vulga. & pupil-
la. ſubſ. tit. C. de impub. & alijs
ſubſtitut. ſic in contractibus licet contrahen-
tibus idem efficere l. vt hæredibus ff. de leg.
2. qui tex. loquitur in donationibus mortis
2 cauſa: ſic † & in donationib⁹ interviuos ſub-
ſtituere licet l. quoties l. ſi rerum C. de do-
natio. quæ ſub mod. Idemque in alijs, quam
3 donationū contractibus ſubſtituere † licet,
ſic in tutella l. tutoribus l. tutor datus §. tu-
torem autem ff. de teſta. tutel. quod enim in
illis iuribus dicitur, tutorem ſub conditione
ex certo tempore, & ad certum tempus dari
poſſe à teſtatore, ſubſtitutione priori facta
intelligendum eſt. ſic egregie poſt Fab. Bart.
Ange. Deci. Cagno. & alios docet Surd. de-
4 ciſ. 208. num. 9. Et † in contractu diuiſionis
inter fratres Gabri. conſ. 140. lib. 1. & gene-
raliter in omni diſpoſitione licet ſubſtituere
Gabri. conſ. 31. num. 15. lib. 2. Surd. conſil.
241. num. 1. lib. 2. Canal. deciſi. 19. num. 92.
5 3. part. Nulli † igitur vmquam dubium fuit
poſſe in contractibus ſubſtitutiones adijce-
re, quod frequentius in donationibus vt mo-
do dixi contingit, ita Barto. in l. qui Romæ
§. Flauius vbi tota interpretum poſt eum
ſchola docet, de verb. obliga. Bal. conſ. 249.
lib. 2. Paul. de Caſtr. conſ. 347. num. 1. lib. 1.
Guid. Pap. deciſ. 597. nu. 1. Socin. conſ. 215.
num. 1. lib. 3. erudite Crauet. conſ. 19. num.
8. Boeri. deciſio. 353. num. 3. Iaſ. in l. ſtipu-
latio hoc modo concepta num. 11. de verb.
oblig. Deci. conſ. 239. num. 8. idem conſ. 31.
num. 61. Oſaſc. deciſ. Pedemont. 85. num. 6.
Gabri. conſ. 16. num. 16. lib. 1. Menoch. conſi.
85. num. 28. 29. & 30. lib. 1. Tibe. Decia. reſ-
pon. 41. num. 17. lib. 1. idem Surd. conſ. 247.
num. 3. lib. 2. & in terminis noſtris ſubſtitu-
tionis in donatione facta in capitulis matri-
monialibus, reſpondit Pau. de Caſtr. conſil.
347. Tiberi. Decian. conſ. 31. num. 62. lib. 1.
& in vna Aragoniæ; & in altera eiuſdē regni
ſubſtitutione in cōtractu matrimonij, & do-
natione illius contemplatione facta, Meno.
6 conſ. 320. num. 1. 2. 3. lib. 4. nouiſsime † Pe-
regri. conſ. 65. num. 16. vbi eiuſdem effectus
fore ſubſtitutiones, quæ fiunt in contractib⁹,
ac illæ, quæ in vltimis voluntatibus ſcribit,
differentiam autem inter ſubſtitutiones, quę
fiunt in huiuſmodi donationib⁹, & alias quæ
fiunt in cęteris contractibus reddimus in in-
ferioribus Peregri. idem tracta. de fidei. arti.
1. num. 16. Patro. tracta. de fideicom. quæſt.
4. à num. 1. Surd. qui plures ex ſuperioribus
non citauit conſ. 247. nu. 3. deciſ. 144. nu. 6.
Fernan. in cap. 1. de filijs nat. ex matri. ad
morga. cap. 10. num. 6. Alexan. Rauden. conſ.
31. num. 50. lib. 1. Ex noſtris Anto. Gomez.
in l. 17. Tau. num. 20. & ſequen. Telli. in l. 27.
num. 1. & 2. Matien. in l. 11. glo. 3. nu. 1. titu.
6. lib. 5. Auend. in l. 27. gloſ. 1. nu. 11. Molin.
trac. de Hiſpa. primo. li. 1. c. 1. n. 9. ad mediū,
licet is nullos ex ſupra citatis adducat Pela.
tracta. de maio. Hiſpano. par. 2. quæſt. 4. n. 1.
Marza. in Epito. fidei. quæſt. 2. Rolan. à Val.
conſ. 58. num. 1. lib. 3. vbi in vna Aragonię &
ſubſtitutionibus factis in capitulis matrimo-
7 nialibus agit. Rationem † prodiderunt no-
ſtri, quod ſicut teſtando vel diſponendo in
vltima voluntate liberum; cuique eſt in re-
bus ſuis legem, quam placet ſcribere l. ver-
bis legis de verb. ſignifi. §. diſponat in auth.
de nup. l. 1. C. de ſacroſan. Eccleſi. ſic in
contrahendo eadem libertas datur l. le-
gem C. de pact. conuen. libera eſt homi-
num rerum ſuarum adminiſtratio l. 1. ff. ſi
quis

Digitized by Google

quis a paren.fuerit manu.l.iure mandata C.
manda.l.ſed etſi lege §.conſuluit de petitio.
hæredita.
8 Plane dupliciter † ſubſtitutiones in huiuſ
modi contractibus incidere poſſunt, vel per
vulgarem in caſu volūtatis, aut impotentiæ,
vel compendioſam vbi vulgaris tractum ha-
bet ſucceſsiuum, tunc enim vulgarem conti-
net compendioſa; aut tertio per fideicom-
9 miſſariam; pupillaris † enim fieri in contra-
ctu non poteſt, cum prius ſibi quam filio pa-
ter vt pupillariter ſubſtituere poſsit, teſtari
debeat l.1.& 2.ff.de vulgar.
10 In modum † vulgaris pater vel alius do-
nans in cōtractu matrimonij ſubſtituere po-
teſt, ſi filius vel donatarius, quivis ille ſit, in-
terim moreretur ſine filijs, tunc alius illi ſub-
ſtitueretur; demum cæteri ſi plures vocaren-
11 tur l. vt hæredibus de lega.2. Continerent †
autem & verba donantis in hac ſpecie com-
pendioſam, quæ prædictam vulgarem com-
prehenderet iuxta communem Barto. in l.
Centurio num. 32. de vulg. Pau. Caſ. Ripa.
Iaſſon. Deci. Crauet. quos ſequitur & refert
12 Surd.d.decif.144.num.8. inferens † ibidem
quod cum ſubſtitutio in contractibus poſita
de proximioribus, ſit compendioſa, ratio-
ne tractus ſucceſsiui, & vulgarem contineat,
quod proximiores ſubſtituti admittentur,
quandocunque donatio non poſſet ſuum ef-
fectum iuxta donantis voluntatem ſortiri:
13 intellige † in perſona primi donatarij, nam
vbi is conſequutus fuit res donatas iuxta
præſcriptam donantis mentem, ſecundus in
vim vulgaris admitti non poteſt Tiber. De-
cia.d.reſpon.41. num.68. ſed fideicommiſ-
ſariæ locus erit ſubſtitutioni, vel quia tra-
ctum habet ſucceſsiuum vt modo dixi, vel
quia mortis mentio facta ſit, quod ſufficit ad
compendioſam, quæ & fideicommiſſariam
continet gloſ.in l. in teſtamento C.de teſta.
miſſ. Caſtren. Alexan. Fulgo. Natt. Roland.
& alij quos citat Surd. d. decif.144. num.7.
ad medium late & erudite Decian.dict. reſ-
pon.41. à num.69. vbi in terminis loquitur
donationis inter viuos, & in terminis ſubſti-
tutionis factæ in donatione celebratæ in ca-
pitulis matrimonialibus Menoch. conſ.375.
14 num.4.& 5. lib.4. Et † quamquam illic ne-
get compendioſam in hac ſpecie continere
poſſe fideicommiſſariam, quia in contracti-
bus fieri nequeat, authoritate Cumani Caſ-
tren. Bartolo. Socin. Ruini. Deci. Alcia.
Caſſan. & aliorum quos illo prior citauerat
Marzar. in Epito. fidei. 2. part. quæſt. 2. num.
11. licet idem Marza. alios longe plures cō-
15 trarium ſentientes adducat: Veritas † tamē
eſt, verè & propriè per fideicommiſſariam
ſequentes poſt primum vocatos non dici,
quoniam fideicommiſſa in contractibus ce-
lebrari nequeunt l. verba contraxerunt de
verb. ſignifi. l. quidam cum filium de hæred.
inſtit. ſcripſit obiter Fernan. in cap. 1. de fi-
lijs nat. ex matrimo. cap. 10. num. 6. Ruin.
conſ. 16. num. 15. lib. 2. Peregrin. tractat. de
fideicom. articu. 1. num. 12. idem Peregrin.
articu. 51. num. 2. ad finem, & præter relatos
ab eo idem ſenſuerunt Cuma. Caſ. Socin.
Alexan. Marian. Socin. Curti. Deci. Alciat.
Crauet. & alij multi, quos citat & ſequitur
Menoch. conſ. 85. num. 28. lib. 1. & conſ. 375.
num. 7. lib. 4.
In vltimis enim tantum voluntatibus, vel
ſcriptura, quæ vim habeat extremi iudicij, fi-
deicommiſſa fiunt l. cum quis decedēs §. pa-
ter vbi Barto. & cæteri omnes de leg. 3. d. l.
vt hæredibus & l. ſequens quæſtio. de leg. 2.
Cuma. Caſtren. Alex. Socin. Ruin. Iaſſ. Deci.
Pariſi. Alciat. Guid. Pap. quos citat Ludo. de
Molin. tractat. de Hiſpano. primoge. lib. 1.
cap. 1. num. 9. quidquid dixerit Menoch. cō-
ſulendo conſ. 320. num. 7. & 8. lib. 4.
Impropriè igitur per fideicommiſſariam
conuentionalem ſequentes ſuccedere in cō-
tractibus dicuntur, ad inſtar, & ſimilitudi-
nem fideicommiſſariæ, quæ in vltimis fit vo-
luntatibus; nam ſicut ab ea gradus, & ſuc-
ceſsiones de vno in alium deriuantur, ita in
fideicommiſſaria conuentionali cap. 1. de na-
tu. ſucceſſio. feud. ſic ex Socin. deducit Pere-
grin. dict. artic. 51. num. 2. in fine & præter
eum Ludoui. de Molin. tractat. de Hiſpano.
primoge. lib. 1. cap. 7. num. 6. in verſic. Quod
16 eſt ſingulariter notandum. vbi † erudite ex
Andrea de Iſerni. in cap. 1. §. hoc quoque de
ſucceſsio. feud. deducit, feuda antiqua, quæ
ex pacto agnatis ſucceſsiuè deferuntur, equi-
parari fideicommiſsis, quæ omnibus de fa-
milia reſtitui debet, citat Decium conſ. 445.
num. 18. & 33. Roland. conſ. 100. num. 25.
Ruin. conſ. 151. num. 5. lib. 2. & his non rela-
17 tis Surd. conſ. 375. num. 34. lib. 3. Sicut †
etiam ſubſtitutio fideicommiſſaria fieri ad
abſentis, vel nondum nati commodum po-
teſt l. cum pater §. Surdo. de leg. 2. l. ſi tibi
homo §. cum ſeruus eod. titu. ex ea adquiri-
tur perſonalis & realis actio l. 1. C. commu-
nia de legat. ita ſubſtitutiones, quæ in capitu-
lis matrimonialibus fiunt de more maximè
huius prouinciæ, & totius Hiſpaniæ ſaltem
citerioris, in naſciturorum commodum, &
vtilitatem fieri ſolent l. diui. §. pactis C. de
natura. liber. Guid. Pap. deciſ. 287. num. 1.
Ludoui. Molin. lib. 1. de Hiſpan. primo. cap.
1. nu. 18. & in terminis ſtipulationis adiectæ
pro filijs naſcituris in donatione facta in ca-
pitulis matrimonialibus poſt Barto. Imo.
Iaſſ. Alex. Caſtren. Deci. Oldrad. Bellame.

& alios reſoluit Decia. teſpon.31. num.73.
lib.1.
18 Differunt † autem fideicommiſſaria vltimæ voluntatis, & conuentionalis quoniam
etſi ex illa Trebellianica hæredi ſcripto debeatur, tot.titu.ff.eod. & inſtit.ad S.C. Tre-
19 bellia. tamen † ex hac minime, quia in contractu rogatus alteri reſtituere nulla detra-
ctione quartæ gaudere poteſt, quia non ob aliam cauſam in vltimis voluntatibus inuéta fuit, niſi quia ipſa deficiente ſæpius hæredes ſcripti hæreditates repudiabant, & conſequenter teſtatores ſine hærede decedebant §. ſed quia cum ſimili.inſtit.de fidei.hæredi, quæ ratio in contractibus ceſſat, ideo nec quarta detrahi poteſt; ita ſingulariter dixit Bal. in rubri. C. de reuo.his, qui in frau. credito. citat. tex. in l. quidam cum filium de hæred.inſtit. Roma. in l.ſtipulatio iſta habere licere §. inter certam n.17. de verb.obliga. Alexand. & Grego. Lop. quos citat Ludoui. Molin. tractat. de Hiſpano.primoge. lib.1. cap.17. num. 19. & præter eum alios addit eiuſdem ſententiæ Peregrin. tractat. de fideicom. articu.3.num. 18. Decian. reſpon.41. num. 19. lib. 1. Crauet.conſil.130. num. 11. Curti.iunior.conſil.15.col.3.idem etiam ſcribit Berengar. Fernan. in d. cap. vni. de filijs nat. ex matrimo, cap.10. nu.6. Surd.alijs relatis deciſ.144.num.23.
20 Differunt † ſecundo, quoniam in vltimis voluntatibus conditione ſubſtitutionis pendente nulla ad hæredes tranſmiſsio fit l. vni. §.ſin autem aliquid ſub conditione de cadu. tolle. in fideicōmiſſo vero cōditionali tranſmiſsio fit ad hæredes, præcipuè deſcendentes, vt ſi interim conditio impleatur hæres ſubſtituti ſucceſsionem rectè petat §.ex cōditionali de verb.obliga. Berenga. Fernan. vbi ſupra ſed de veritate ſuo locò dicemus, quoniā indiſtinctè differētia hæc vera nō eſt.
21 Huc etiam † & aliæ multæ differentię perduci poſſent, veluti quod nequeat fideicommiſſarius niſi de manu hæredis rem fideicō-miſſo ſubiectam capere l. quod per manus de iur.Codi. l. eam quam vbi Bar. Bal. Angel. Pau.de Caſtr. & cæteri C. de fideicom. Alexand. conſil. 82. numer. 6. lib. 2. Deci. conſil. 424. numer. 15. Menoch. in commen. de adipiſ. poſſeſ. remed. 4. num.185. vnde vulgo dicitur fideicommiſſarium per hæredem in locum illius ſuffici debere l. qui quadraginta ff. ad S.C. Trebellia.

Neque actiones dantur fideicommiſſario vniuerſali niſi re vel verbis reſtituto fideicommiſſo l. 2. l. reſtituta vbi Barto. & alij ad Trebelli. declarat Menochi. in commen. de adipiſcen. poſſeſ. remed. 4. num. 633.
22 & num. 178. Rurſus † neque poſsit niſi in certis caſibus fideicommiſſarius propria authoritate hæreditatem occupare, alioquin ipſam amitteret l. 1. vbi Bal. & poſteriores C. quo legato gloſ. in l. Paulus ff. ad Trebellia. fuſè Menoch. dict. remed. 4. nu. 185. Molin. non relato Menochio de Hiſpa. primog. lib.1. cap.1. num.14.
23 Conuerſo † nunc ordine, ex fideicommiſſaria conuentionali ius quæritur ſingulis deſcendentibus in donatione nuptiali vocatis, perinde ac ſi nominatim quiſque proprijs nominibus fuiſſet vocatus, & eiſdem dona-
24 tio facta; Neque † ex iure quidem tranſmiſſo, ſed ex propria perſona, neque facta reſtitutione aliqua, quia neceſſaria non eſt, cum quiſque ſuo iure capiat ſublata de medio perſona anteceſſoris; ſic egregiè declarauit Paul. de Caſtr. in l. ſi pecuniam nu. 11. ff. de condic. ob cau. & conſi. 164. num. 19. & 20. lib.1. poſt Andream de Iſerni. in cap. imperialem §. præterea ducatus num. 4. de prohibi. feud. aliena. per Federi. Præpoſi. in cap.1. num.19. eod. titu. Tiraquel. Syluan. Deci. Alciat. Rodri. Xuar. & Pariſi. quos ſequitur & refert Ludoui. de Molin. in
25 d. cap.1. num.17. Addit † iſſe mirandum nō eſſe ſi ex vna diſpoſitione plures digrediantur donationes, ſeu ſubſtitutiones, cum & vno verbo maioratus, vel primogenij, id fieri poſsit; vt idem latius proſequitur cap.4.
26 numer. 16. eod. libr. 1. propter † celeritatem enim donationum, vel ſubſtitutionum, vna alteram occultat argu. l. 3. fina. de donatio. inter virū & vxorem l. ſi in Gallia C. de cert. petat. Iſerni. in d. §. præterea ducatus num.4. dixi in ſimili aliorum authoritate ſectione.3. quæſt.45. in principio. Et ex eodem
27 Iſerni. † ſcriptum relinquit Pelaez tractat. de maiorat. Hiſpan. 2. parte quæſt. 10. nu.4. quod in donationibus quæ fiunt à parentibus filijs ſuis, tot ſunt ſubſtitutiones quod ſunt vocationes, & ideo deficiente vna reliquæ minime deficiunt.
28 Vnde † quemadmodum in fideicommiſſis de vno in alium eueniente conditione ius tranſit & competit actio ordinaria ex fideicommiſſo, ex ſubſtitutione quæ in contractu donationis fit; vtilis actio abſenti ſubſtituto quæritur d. l. quoties C. de donatio. quæ ſub mo. Quia in ſequentes tranſit do-
29 minium ipſo iure; licet † enim regulariter niſi traditionibus dominium non transfera-
30 tur l. traditionibus C. de pact. Subſtituto † tamen in contractu donationis dominium illico quæritur ſine ſtipulatione; & ideo purificata conditione ſubſtitutionis poteſt ſubſtitutus agere rei vindicatione ad conſequenda bona in quibus fuit ſubſtitutus, licet nunquam ſibi tradita fuerint ſpeculæ.

& Deci.

Digitized by Google

& Deci. quos citat Crauet. dicto conſil.19.
numer.8. & 9. Decian. reſpon.41. num.
17. & numer.37.& 38. lib. 1. Gabri. con-
ſil. 16. numer, 16. lib. 1, ſequitur Pere-
grin. d. articu. 1. num. 10. poſt Gabrielem
Crauetam Deci.& Menoch. ſupra allegatos
Surd. conſil. 247. num.3. lib. 2. idem Surd.
conſil. 375. num. 21. lib.3. Eandem etiam
opinionem quod abſque vlla ſtipulatione ius
quæratur ſequentibus in donatione vocatis
quoad rei vindicationem, tenuit expreſsim
Menoch. conſil. 320. num. 1.2.3. lib. 4.
licet contrariam tenuerit Guid.Pap.Alciat.
Tiraquel.& Didac. quos refert Surd. deciſ.
144. num. 22. immemor. conſilij ſui ſupe-
31 rius relati & dixit ſingulariter † Crauet. d.
conſil. num. 8. in fine quod licet ex aliqua
cauſa reuocaretur donatio quoad primum
donatarium, non tamen reuocari poſſet quo
ad vocatos ſubſtitutos ex ſententia Paul. de
Caſt.conſ.384.lib.1.erudite Tibe.Decia.d.
reſpon.41.num.38.

32 Cæterum † idem Peregrin. ſibi ipſi con-
trarius eodem tractatu de fidei. articu. 51.
à num.1.vſque ad num.19.hunc proſequens
articulum an ſtipulatio requiratur nec ne,
poſt multas diſtinctiones docuit, ſtipulatio-
nem requiri, quamquam in donatione cau-
ſa mortis quia vim ſapit vltimæ voluntatis
abſque vlla ſtipulatione fideicommiſſum ſu-
33 ſtineretur; ſed † quoad inſtitutum noſtrum
vbi donatio fit contemplatione matrimonij
34 fauore † illius dotis, & donationis propter
nuptias, minorem caſus contineт dubitatio-
nem vt videtur fateri idem Peregrin. eod.
articu.51. in principio.num.3.ad finem ver-
ſicu. Fallit tamen in cauſa dotis & num.16.
ad medium & num.17.in verſicu.Sic à ſimili
in cauſa dotis, dixi latiſsimè hoc libro ſe-
ctio.2.quæſt.2.num.58.

35 Denique † omnium placito comparatum
eſt fideicommiſſum conuentionale valere,
dum fideicommittenti remaneat vt de his
poſsit libere teſtari.reſoluit Alexan. Raud.
conſil.18.num.213. lib.1. vbi innumeros in
hanc citat ſententiam, & alios plures retuli
ſectio.2.quæſt.2.& 3.

SVMMARIVM.

1 *Subſtitutiones, & vincula quæ in donationibus fiunt, & in capitulis matrimonialibus, an de vno caſu ad alium, & de perſona ad perſonam extendantur.*

2 *Subſtitutiones in vltimis voluntatibus duplicem patiuntur extenſionem.*

3 *Extenſio in vltimis voluntatibus, & ſubſtitutionibus fit de caſu ad caſum, ex veriſimili mente diſponentis.*

4 *Extenſio vbi fit ex veriſimili mente diſponentis de caſu expreſſo ad non expreſſum, nouũ non dicitur induci fideicommiſſum.*

5 *Extenſio facilius fit de caſu ad caſum, quam de perſona ad perſonam.*

6 *Extenſio non fit in ſubſtitutionibus de perſona ad perſonam etiam ex identitate rationis.*

7 *Extenſio fit in vltimis voluntatibus, & ſubſtitutionibus ex probatiſſimis coniecturis.*

8 *Extenſio fieri poteſt in donationibus, & ſubſtitutionibus, quæ in illis fiunt, de caſu ad caſum, & de perſona ad perſonam, ex probabilibus tamen coniecturis.*

9 *Interpretatio ſtricta in cõtractibus fieri ſolet.*

10 *Interpretatio in contractibus non ſtricta, fieri poteſt ex coniecturata mente contrahentium.*

11 *Extenſio de vno caſu ad alium caſum in conuentionibus licita eſt.*

12 *Extenſio etiam in priuilegijs licita.*

13 *Extenſio in donationibus in quibus fit latiſſima interpretatio, licita eſt.*

14 *Extenſio in primogenijs, & maioratibus licite fit.*

15 *Maiorat⁹, & primogenij verbo, innumeræ vocationes continentur.*

16 *Maioratus appellatione, perpetuitas quædam veluti in rem ſcripta deſignatur.*

17 *Onus in rem ſcriptam ad omnes ſucceſſores protenditur.*

18 *Conſ.Pau.Caſtr.164.lib.2.declaratur.*

19 *Andreæ de Iſern. traditio. in cap. 1. §. præterea ducatus de probibi. feud. aliena. expenditur.*

20 *Verba maioratus, quæ tractũ hãbẽt ſucceſſiuũ, vna vocatione verificari non poſſunt.*

21 *Subſtitutionum verba latam recipiunt interpretationem ex coniectura diſponentis.*

22 *Maioratus à patre inſtitutus pro filio, ipſo ante acceptationem moriente, an nepos admitti debeat.*

23 *Melchio.Pela.traditio inſignis.*

24 *Filij in conditione poſiti, in contractibus vocati cenſetur.*

25 *Filij in conditione poſiti in contractibus, ex coniecturis vocati cenſentur.*

26 *Conſilium Tibe.Decian.41.lib.1. explicatur.*

27 *Qualitas maſculinitatis in contractibus, ex cõiecturis repetita videtur.*

28 *Donationis contractus latiſſimam recipit interpretationem.*

29 *Maſculinũ in donationibus fœmineũ cõtinet, licet in cæteris contractibus minime.*

30 *Coniecturis probabilibus fit extenſio in donationibus factis in capitulis matrimonialibus, iuxta conſilium Pariſij 72.lib.4.*

31 *Subſtitutiones in contractibus factæ, deficiente primo gradu, alijs locus eſſe non poteſt.*

32 *Subſtitutione prima perempta pereunt cæteræ.*

33 Subſtitutiones, quæ fiunt in donationibus ſub conditione ſi ſine liberis, & demum ſub eadem conditione alijs, deficiente primo gradu per exiſtentiam liberorum, ſequentes ſubſtitutiones euaneſcunt.

34 Subſtitutio ordine ſucceſſiuo facta in dubio directa, & non fideicommiſſaria iudicanda.

35 Subſtitutio in contractibus facta directa cenſenda.

36 Conſilium inſigne Rolland. à Vall. 58. lib. 3. adducitur.

37 Appellatione filiorum in vltimis voluntatib⁹ veniunt nepotes ſecus in contractibus.

38 Contrahentes in contractibus ſuis, aperte ſubſtitutiones, & vincula adijcere debent.

39 Contrahentibus, & eorum ſucceſſoribus obijci poteſt vulgatum illud, ſi voluiſſet dixiſſet.

40 Bona in dubio libera iudicanda.

41 Contrahentes noluiſſe præſumuntur ea, de quibus loquuti non fuerunt.

42 Coniecturæ in contractibus ad vltimas volũtates non omnino recipiendæ quia ſtrictior fit interpretatio in conuentionibus.

43 Argumentum de contractibus ad vltimas voluntates non omnino recipiendum, quia ſtrictior fit interpretatio in conuentionibus.

44 Coniecturæ, quæ recipiuntur in vltimis volũtatibus, non omnino recipiuntur in contractibus.

45 Ratio maior extenſionis militat in vltimis voluntatibus, quam in contractibus.

46 Qualitas maſculinitatis expreſſa in primo filio in capitulis matrimonialibus, non extẽditur ad ſequentes.

47 Qualitas adiecta vni perſonæ in contractibus in alia perſona repetita non cenſetur.

48 Dies conditioni adiecta, quæ in facto tertij cõſiſtit, repetita non cenſetur in contractibus etiam in vna, & eadem oratione.

49 Extenſio in contractibus non fit, niſi ex tenore verborum expreſſim dignoſcatur.

50 Lingua, cordis præco.

51 Tenor verborum ſubſtitutionis attendendus.

52 Extenſio an fieri debeat nec ne in ſubſtitutionibus, & vocationibus, nulla certa regula diffinitum.

53 Voluntati diſponentium adhærent multi propter pecuniam.

54 Primogenia, & maioratus Hiſpaniarum ſtrictiſſime interpretandi.

55 Caſus contingens præter diſpoſitionem teſtatoris, in illius diſpoſitione non comprehenditur.

56 Fideicommiſſum onus eſt, & odioſum, ideo non extenditur.

57 Ratio conſeruandæ agnationis expreſſa per teſtatorem, ad nominatos tantũ reſtringitur.

58 Diſpoſitio de perſona ad perſonam, non extenditur in vltimis voluntatibus, & multo minus in contractibus.

39 Extenſio non fit in contractibus de re ad rem, de perſona ad perſonam, nec de tempore ad tempus.

60 Diſpoſitio in contractibus, extendi, & limitari poteſt ex mente contrahentium.

61 Contrahentium voluntas expectanda.

62 Contractus, non à verbis, ſed ab effectu, & intentione iudicantur.

63 Extenſio fit in contractibus, quando interrogati cõtrahentes veriſimiliter idem ſtatuiſſent.

64 Diſpoſitio generalis contrahentium, reſtringitur, ex ratione tacita, & coniecturata.

65 Argumentum à cõtrario ſenſu ſumitur in cõtractibus, ex tacita mente contrahentium.

66 Conceſſio vectigalis, an emptio ſit, vel venditio, locatio vel conductio, ex coniecturis deprehenditur.

67 Contractus an ſit Emphiteoticus, an locationis, coniecturis deſignatur.

68 Contractus an ſit cenſualis, vel Emphiteoticus ex coniecturis iudicandum.

69 Contractus an ſit vſurarius, vel pignoratitius, ex coniecturis deprehenditur.

70 Ratio tanquam diſpoſitionis actus, & fundamentum conſideranda eſt.

71 Ratio ſicuti anima eſt, & verbũ vti corpus.

72 Diſpoſitiones hominum ex mente & ratione interpretantur.

73 Extenſio in correctorijs licita eſt, ex ratione expreſſa.

74 Voluntas diſponentis ex ratione declaratur.

75 Ratio vbi eadem militat in contractibus, quæ in vltimis volũtatibus, vtrobiq. extẽſio fit.

76 Ratio maior extenſionis in dubio militat in vltimis voluntatibus, quam in contractib⁹.

77 Demõſtratio falſa, quæ ſanguinis coniunctionem reſpicit in vltimis voluntatibus, vitiat diſpoſitionem.

78 Sanguinis coniunctio reputatur pro cauſa finali.

79 Demonſtratio falſa in contractibus, quæ finalem cauſam continet, donationem, & quemlibet alium contractum irritat.

80 Ius accuſandi locum habet ſicut in vltimis voluntatibus ſic in contractibus ex coniecturata mente contrahentium.

81 Vocatio per nomen collectiuum in vltimis voluntatibus, multos gradus continet.

82 Vocatio per nomina collectiua, in contractibus, ſucceſſiue pleroſq. gradus comprehendit.

83 Appellatione actus in contractibus primus deſignatur.

84 Appellatione actus in contractibus, ex coniecturis nedum primus, ſed & alij multi cõtinentur.

85 Subſtitutionis gradu primo ſublato, ſequentes ex coniecturis non pereunt.

Ratio

86 *Ratio quæ ex coniecturis elicitur, pro expreſſa habetur.*

87 *Fideicommiſſum omni in caſu inductum cenſetur, vbi aliter diſponentis voluntas ſuſtineri non poteſt.*

88 *Coniecturis a communibus receditur regulis.*

89 *Subſtitutiones & vincula quæ fiunt in capitulis matrimonialibus, extenſionem patiuntur.*

90 *Extenſio ex identitate rationis etiam in contractibus licita eſt.*

91 *Subſtitutio quando non directa iudicanda.*

92 *Subſtitutionem directā ſemel verificari ſufficit.*

93 *Filiorum appellatione in materia ſtricta nepotes non continentur.*

94 *Expreſſim id dicitur quod ex coniecturis apparet.*

95 *Teſtator ſi voluiſſet dixiſſet, quod vulgare eſt noſtrorum diuerbium qualiter intelligatur.*

96 *Donationis contractus fauorabilis, ideo latiſſima in eo interpretatio fieri debet.*

97 *Verba in Aragonia ad litteram intelligenda.*

98 *Fœminæ non ſic rationem agnationis conſeruandæ habere præſumuntur, ſicut maſculi.*

99 *Conſilium Beroy. 120. declaratur.*

100 *Subſtitutione in fideicommiſſaria inducenda, potius voluntas quam verba ſpectanda.*

101 *Deciſio. Vicimien. de Franq. 113. part. 1. declaratur.*

QVÆSTIO. XXIII.

SVBSTITVTIONES ET VINcula quæ donationibus inſerūtur in capitulis matrimonialibus factis, An latam de vno ad alium caſum interpretationem, vel de perſona ad perſonam, recipiant non parua agitatū diligētia.

1 CASVS † nunc inſignis agitandus eſt & frequens vt alius ſit, an ſubſtitutiones & vocationes in donationibus quæ in contractu matrimonij fiunt de vno caſu ad
2 alium extendantur. Et quidem † in vltimis voluntatibus duos articulos interpretes diſtingunt primus, de extenſione vnius caſus ad alium, ſecundus de perſona ad perſonam:
3 Prioris † receptiſsima traditio eſt extenſionem fieri de caſu ad caſum non expreſſum in quo tamen propter eundem effectum idē veriſimiliter teſtator diſpoſuiſſet ſi de ipſo cogitaſſet, quia in habentibus ſimbolum facilior eſt tranſitus l. ſi in rem §. item quæcunque de rei vindi. ſuperior autem ſententia probatur aperte tex. in l. Gallus §. & quid ſi tantum de libe. & poſthu. vbi à Barto. vſq. nunc omnes cæteri interpretes docuerunt l. qui ſolidum §. 1. de lega. 2. l. mulier ad S. C. Trebelli. l. ſi mater C. de inſtit. & ſubſti. l. Titius §. Lucius vbi idem Barto. de libe. &
4 poſthu. Non † enim tunc nouum inducitur fideicommiſſum, ſed in vno caſu inductum ad alium caſum non expreſſum producitur; ſic omnes ſcripſerunt in d. §. & quid ſi tantum Barto. in d. §. & quid ſi tantum, & in l. 1. num. 33. de vulga. Bald. in l. fina. num. 7. de inſtitu. & ſubſtitu. Co. Alberi. Bolog. Alexan. Aretin. Calca. Deci. Decian. Ruin. Crauet. Gabri. Zanch. Marza. Vigili. Socin. Iaſſon. Bertran. & Curti. iunior. quos refert. Menoch. lib. præſumpt. 4. præſump. 65. numer. 12. 13. & præter eum Ludoui. Molin. de Hiſpano. primoge. lib. 1. cap. 4. num. 3. ad medium Peregrin. tractat. de fideicom. articu. 11. num. 46. Petra. tractat. de fideicom. quæſtio. 2. num. 16. Anchar. Rigien. quęſtio. 71. num. 13. lib. 1. Caual. deciſ. 5. num. 2. 3. part. egregie Manti. lib. 3. de coniectur. vltim. volunta. titu. 19. à nu.
5 1. 2. 3. & ſequent. Et ij † quidem fatentur omnes facilius fieri extenſionem de caſu ad caſum quam de perſona ad perſonam Menoch. conſil. 85. num. 126. lib. 1. & nouiſsime ſcripſit. Viui. deciſio. 2. num. 3. lib. 1. Vincen. de Franq. deciſio. 91. num. 24. deciſio.
6 92. num. 3. 1. part. Vnde † quoad ſecundum articulum altera regula proponitur; de perſona ad perſonam regulariter extenſionem non fieri, etiam ex identitate rationis, neque etiam ex veriſimili & coniecturata mente teſtatoris l. item quia §. penulti. ff. de teſtam. tutel. Barto. in d. l. Gallus §. & quid ſi tantum num. 9. Angel. num. 5. refert innumeros Gabri. in commu. concluſio. titu. de reg. iur. concluſ. 10. num. 9. Ruin. Socin. Deci. Aretin. Natt. Roland. Hierony. Gabri. Ripa. & Cæpha. quos citat & ſequitur Manti. lib. 3. titu. 19. num. 8. Crauet. conſil. 98. num. 13. conſil. 161. num. 11. Tiraquel. in l. ſi vmquam verbo liberras num. 28. C. de reuo. donatio. Socin. iunior. conſil. 185. num. 12. lib. 2. Molin. de Hiſpano. primog. lib. 1. cap. 4. num. 4. Decian. reſpon. 1. num. 145. lib. 2. Menoch. conſil. 106. num. 57. & num. 322. lib. 2. idem. d. præſump. 65. num. 34. Peregrin. qui alios citat tracta. de fideico. articu. 29. num. 32. Petra. tracta. de fideico. quæſtio. 5. num. 63. Caual. deciſ. 16. num. 10. ad finem 3. par. quam-
7 quam † ex his fere omnes non admittant communem hanc ſententiam vbi ex probabilibus coniecturis de mente teſtatoris conſtaret, vt cumque illud ſit quia ad inſtitutum tractatus noſtri non pertinet.

Nunc ad quæſtionem noſtram acceden-
tes;ſi argumentari licet de vltimis volunta-
tibus ad contractus vt regulariter licet l. fi-
na.C.de lega. l.ſeruum filij §. cum qui Chi-
tographum deleg.1. l.qui delegato eod.tit.
l.vni. C.de lege fuſi. conſi. tollen. quemad-
8 modum † in illis extenſio licita eſt de caſu
ad caſum, & de perſona ad perſonam ex cō-
iecturata mente teſtatoris, ſic idē videtur in
contractibus, vnde ſi in contractu matrimo-
nij vocationes & ſubſtitutiones de vno in
alium vt ſolet in donationibus quæ in eis
fiunt adijciantur, caſus omiſſus vel perſona
non expreſſa, pro expreſsis habenda erunt
dum coniecturę contrahentium id ſuadeant.
9 Secundo † accedit, quia & in contractibus
licet regulariter fiat ſtricta interpretatio l.
quidquid aſtringendæ de verb.obliga. & in-
10 ferius dicemus, tamē † ex coniecturata men-
te contrahentium, quæ ſola in omni diſpoſi-
tione prædominatur l. in conditionibus de
condi.& demonſtra. l. cum virum cum ſimi-
libus C. de fidei volunta. etiam paſciſcen-
tium attenditur l.fina. C.quæ res pig.oblig.
l.iurisgentium §.pactorum ff.de pact.glo. ex
eo.tex.in l. ſemper in ſtipulationibus de re-
gu.iur.in his magis de intentione quam ver-
bis agendum ſit l.ſi vno.ff.loca.l.2. C.com-
11 mu.deleg.ita † fit vt de vno etiam ad alium
caſum licita ſit extenſio in conuentionibus
Panormita.in cap.cum dilecta nu.6. de con-
fir.vtil.vel inuti.Alexan.Deci.& Pariſi.quos
ad hoc inſtitutum citat & ſequitur Ludoui.
Molin.de Hiſpan.primog.lib.1.cap.4.num.
19.verſicu.Imo.etiam: latè & docte non re-
latus à Molin. Decian. reſpon.41. num.98.
12 cum ſequen.lib.1.Quidquod † & in reſcrip-
tis quæ alioquin ſtrictam recipiunt interpre-
tationem, intentio concedentis perpenden-
da eſt gloſ. in cap. ſi propter tua verbo in-
tentionis de reſcrip. in 6. & in cap. manda-
tum ex.eod.titu.Iaſſon. in l.iurisgentium §.
prætor ait, ad finem de pact. fusè qui innu-
meros Tiraquel. in l. ſi vnquam verbo li-
bertis num. 35. C. de reuo. donatio. vbi ad
inſtitutum noſtrum idem eſſe dixit in priui-
legijs & cōtractibus Becci. conſ.74.num.7.
28.94. Inde fit vt ſubſtitutiones & vocatio-
nes quæ in donationibus fiunt à parentibus
in capitulis matrimonialibus, ſicut quę in vl-
timis voluntatibus, extendi de vno caſu ad
alium, de perſona etiam ad perſonam poſ-
13 ſint; quod † in donationib' maxime, quia in
his latiſsima fiat interpretatio, conſiderauit
Molin.in d.loco in finalibus verbis.
14 Tertio iuuat † quod multis rationib' do-
cuit eruditiſsimus Ludoui. Molin. tractat.
de Hiſpano.primog.lib.1. cap.4. à num.12.
verſic.His tamen non obſtantibus, eum qui
maioratum inſtituit in contractu, in conſe-
quentiam iuxta illius mentem & coniectu-
ratam voluntatem, voluiſſe eſſe perpetuum;
& propterea onus illi annexum ad quoſcūq.
vocatos extendendum fore, quoniam vt is
15 ibidem ſcribit num.20.verſic. Quæ omnia †
vno illo verbo maioratus, voluit inſtitutor,
omnes compræhendere ſubſtitutiones, &
caſus, quibus maioratus perpetuus eſſe poſ-
ſit, vt bona perpetuo in ſua familia conſer-
uentur, licet enim expreſsi caſus vel ſubſti-
tutiones non fuerint, veniunt tamen ex na-
tura & vi verbi maioratus per inſtituentem
expreſsi, & id ſufficit vt aliæ omnes vocatio-
nes & ſubſtitutiones expreſſæ dicantur Bart.
in d.l.Gallus §. & quid ſi tantum num.3. de
libe. & poſthu. Crot. Pariſi. Crauet. & alij
16 quos ille refert num.21. Subiungit † nu.22.
quod qualitas maioratus per inſtituentem
expreſſa in rem ſcripta videtur, proinde per-
petua, non ad certos caſus vel perſonas reſ-
tricta: ductus authoritate Bal. in l. præcibus
num. 49. C. de impube. vbi ille docuit, hæ-
17 reditatē † grauatā grauamine in rem ſcrip-
to; ita rem afficere vt ad quoſcunq. res tran-
ſeat, & onus itidem illi adnexum, quod ſecus
foret vbi verba ſola perſonam reſpicerent
l.fina.de con.emp. l. Lucius ff.de aqua quo-
tidi.& æſti. Cuma. Paul.de Caſtr. Paris.Iaſſ.
Ripp. Loaz. & Deci. quos ille citat; & ex
Hiſpanicis Gregor. Lop. Mencha. Anton.
Gome. & eundem Loazi. quibus addendi
Didac. varia. reſoluti.lib.3.cap.5. à num.1.
cum ſequen. vbi multa erudite ſcripſit Anto.
de Padill.in rubri.C.de fideico. nu. 11. Ro-
dri.Xuar.in l.quoniam in prioribus in vete-
ri impreſsione fol.89. col.2.C.de inof.teſta.
Burga.de Paz.conſ.2.num.75.conſ.14.nu.1.
Auenda.in l.40.glo.1.num.29. Matien.in l.
1.tit.7.gloſ.7.num.3. Celſ. Hugo. conſ.93.
num.10.& ante omnes ſupra citatos Hiſpa-
nicos interpretes, grauiſsim' ex antiquiori-
bus vnus Pala.Rub.in repeti. rūb. de donat.
int.vir.& vxor. §. 69. num. 21. licet vt mox
dicam ſibi ipſis contrarientur Telli. Ferdi-
nan.in l.17.Tau.num.17.Pinel. in l.1.C.de
bon.mater.3.par.n.99.Pelaez trac.de maio.
Hiſpa. 2.part. quęſt.5. à num. 1. Alnara.de
coniectu.men.defunct.lib.3. cap.3. §. 3. nu.
3. & 4.
18 Quarto loco † in terminis maioratus in
cōtractu inſtituti in vna Hiſpalen. reſpondit
Paul.de Caſt.conſ.164.lib.2. à num.1.quod
cōtracto maioratu eo ipſo in infinitum deſ-
cendentes primogeniti vocati cenſentur, &
de vno in alium fit progreſſus, & extenſio in
infinitum, quia ad memoriam familię inſti-
tuuntur & illius conſeruationem, ad inſtar fi-
deicommiſsi perpetui: Et idem poſt eum in
maioratu

Digitized by Google

maioratu & primogenio conſuluerunt Deci. conſi.397.num.8.& 9.latius Bologne.conſi. 61.pulchre Pariſi. in maioratu etiam loquẽs conſi.72.num.80.lib.4.vbi loquitur quoties verba ponuntur in maioratu,videlicet quod bona deueniant de maiore in maiorem; & conſi.1.num.31.libr.3.

19 Quinto † ſufragatur celebris traditio Andreæ de Iſern.in cap. 1.§. præterea ducatus col.3.de prohi.feud.aliena.docuit ibi quod vbi in inueſtituræ feudalis contractu dictum fuit quod ſuccedatur iure Frãcorum,eo ipſo in vim horum verborum cẽſentur vocati omnes primogeniti deſcendẽtes ab eo qui feudum recepit,Iſerniam ſequitur Rodri.Xuar. in d.l.quoniam in prioribus 11.limita. legis regiæ verſic. Sed vbi daretur C.de inoffi.teſtam.Tiraq. tract. de iur.primoge. in præfa. num.3.Ludo. Molin.de Hiſpano. primo.li. 1.cap.7.num.4.

20 Sexto † facit,quod reſpondit Eruditus Burg.de Paz conſi.2. num. 75.76.quem ſequutus fuit idem Molin.eod.tract.libr.1.ca. 6.18.19.verba maioratus & primogenij quę tractum habent ſucceſsiuum, non poſſe in vna ſubſtitutione vel duabus verificari, ſed multorum ſucceſsiones exigere,& conſequẽter continuationem vel extentionem de vna ad aliam perſonam l.inter Caſtellanũ ff. de arbitr. l. cum ita legatum §. in fideicomiſſo de lega.2.l. ſi cognatis de reb. dub. l.in ſubſtitutione de vulga.cap.1.de ſucceſsio.feud.

21 Septimo verba ſubſtitutionum † latam recipiunt interpretationẽ, tunc maximè quoties coniectura voluntatis id ſuadet reſpondit Curti. ſeni.conſil. 51.num. 29.poſt Bal. in l.cum proponas col. penul. C. de hæredi. inſtitu.

22 Octauo † & huc pertinet quæſtio inſignis quam in maioratu proponit Pelaez tract.de maior.Hiſpano.par.2.quæſt.10.a n.1.quando factus maioratus à patre in filium, filius ante acceptationem moritur ex eo autem filio remanſit filius,inſtituentis nepos, num hic ad maioratũ admittatur;videbatur enim admitti non poſſe,quia primus gradus ſubſtitutionis ante acceptationem peremptus fuit,conſequenter & alij omnes gradus l.nã etſi ſub conditione §. 1. l. denique ff. de iniuſ. ſicut enim in vltimis voluntatibus ſequentes ſubſtitutionum gradus deficiunt vbi a primo pendent. l. poſt aditam C. de impube.l.ex facto §.penul.ad S.C. Trebel. ſic in ſubſtitutionibus factis in contractibus: Contrariã tamen ea ratione potiſsima concludit,quoniam ius illud ſuccedendi competens nepori non ei datur ex perſona patris ſed aui, qui ſubſtitutiones adijecit & vocationes in maioratu; vnde quam vis illius pater primo vocatus deceſſerit, ſubſtitutionis ius ſibi competens extinctum non fuit ex traditione Barto.& aliorum in l.3.§. fina.ff. de libe. & poſthu. quos ille ad longum recenſet.

23 Nono † concinit & altera eiuſdem quæſt. vndecima ab eodem Melchior. Pelaez agitata eadem parte a num. 1.& 2. vtrum cum maioratus inſtitutor ſtatuit vt filio ſine liberis defuncto bona perueniãt ad aliquem,quẽ filio ſubſtituit,ſi filius primo loco vocatus filios procreauerit, qui tamen mortui ſunt,& nullos tempore mortis liberos reliquerit, licet videretur repellendum ſubſtitutũ, quia liberorum conditio deficit per eorum exiſtentiam,licet poſtea mortui fuerint l. cum vxori ff.quan.dies.lega.l.ſi quis hæredem C. de inſtitu.& ſubſtitu. l. filiusfamilias §. cum quis delega. 1.quia tamen maioratus fuit inſtitutus, conſequenter ex coniecturata mente inſtituentis, voluit eum fore perpetuum, etſi primus gradus deficiat, non ideo ſequẽtes irritantur vt ille ibi docet:id ipſum multorum authoritate oſtendi ſuperius in quatto argumento pro hac parte adducto.

24 Decimo † in contractibus filij in conditione poſiti ſecũdum multorum opinionem vocari cenſentur, licet in vltimis voluntatibus minimè: iuxta magis communem ſentẽtiam,de qua per omnes paſsim iuxta glo. in l. Lucius in 2. de hæred. inſti. licet igitur in contractibus vocati cenſeantur vt affirmauit Iaſſ.in l.pecuniam quam,per illum text. nu. 2.ff.de reb.credi.Alciat.conſi.1.num. 6.li.8. vbi in terminis noſtris donationis loquitur Socin.Iuni.conſ.108.num.7.lib.2.& text.in l.ſi ita ſtipulatio ff. de oper. liberto. quamquam in eodem conſil. num.34. dubitet admodum idem Socin.& merito Bal.in l. pro hæreditarij num.13.C.de hæræ. actio. Euerar.Paul.de Caſt.& Menochi.conſi.325.nu. 9.lib.4.quos refert Ioſeph.de Ruſti.in commenta.An filij poſiti in conditi.lib.1.ca.3. num.6.Petra.tract.de fidei.quæſt.9.nu.227. & dicam latius de veritate inferius quæſt. ſequen.in 5.coniectura.Quamquam contrariam tenuerunt Socin.d.conſil.num.34. Bal. Iaco.de Bellonis.Alex.& alij citati per eundem Ioſeph.de Ruſti. d.ca. 3.num.6. verſic.

25 Tertio ampliatur; † vtcũque ſit, inter omnes ſaltim conuenit filios in conditione poſitos in contractibus vocatos ex coniecturis cenſeri Ruin.conſil.99.num.54.lib.1.& non obſcure ſenſit Crauer.conſi.288. num. 3.Ioſeph.de Ruſti.in citato capite,& præter eos idem reſpondit Tibe.Decia.conſi.41. num. 43.& num.104. libr.1. vbi expreſsim Iaſſo. probat opinionem, & paulo inferius ad cõiecturas recurrit,vnde cum etiam in contractibus.

Digitized by Google

ctibus. Ex coniecturis liberi in conditione poſiti vocati cenſeantur, negari nequit quin extenſio de caſu ad caſum, de peſona etiam ad peſonam licita videatur eiſdem tecminis cetentis.

26 Vndecimo † facit, quod magna grauitate profundę eruditionis Tibe. Decian. ceſpondit in d. conſ. 41. in tetminis donationis intec vinos, cum quis Bartholomeo dediſſet ſi ſine libecis maſculis & ex legitimo matrimonio conceptis & nacis deceſsiſſet, & illius liberi ſine liberis maſculis, quod eo tunc bona ipſo iure & facto intelligerētur tranſlata in Iacobum & Nicolaum ſi extacent, ſin & eocum filios maſculos & deſcendētes: & vbi dicti Nicolaus & Iacobus decederent ſine filijs maſculis &c. quod ex citatis vecbis donatoris cenſetur inductum perpetuum fideicommiſſum fauore agnationis & familię ex coniecticis quas illic multas cecenſet, a num. 24. cum ſequen. Multis mouetur tatio-

27 nibus & argumentis, potiſsimè † quia vt ſupecius ſcripſi in contractibus voluntas & intentio contrahentium attenditur, & ex ea coniecturæ perpetuum inducunt, ſicut in vltimis voluntatibus fideicommiſſum; cum inter vltimas voluntates & contractus exiſtētibus coniecturis nulla ſit differentia, vt ille ibi num. 99. 100. 101. 102.

Duodecimo conſuluit in terminis noſtris Deci. conſ. 578. num. 11. repetitam qualitatem maſculinitatis, nedum in vltimis voluntatibus, ſed in contractibus, ſufficientem educere fideicōmiſsi perpetui coniecturam.

28 Decimo tertio † non mediocritec iuuat, quod donatio ex ſua ipſius contractus, ſi tamen contractus nominari poteſt natura, latiſsimam cecipit incetpretationem ca. cum delecti de donatio l. fina. de conſti. pcincip. Ticaq. tract. de nobili. cap. 37. num. 4. cum larè congeſtis pec Rolan. a Val. conſi. 413. n. 28. lib. 2. conſequentec ſubſtitutiones & vocaciones veluti fauorabiles extendi de vno

29 ad alium caſum poſſunt. Inde † fit ſicut in vltimis voluntatibus maſculinum concipit fœmineum l. qui duos cum vulga. de lega. 3. etſi minime in contractibus vt infecius dicā; tamē in donationibus quia fit latâ interpretatio, maſculinum fœmineum cōtinet Deci. in l. 2. num. 107. de reg. iur. Decian. d. conſil. 41. num. 113. 114.

30 Decimo quarto † ſuffragatur quod reſpondit Paciſi. conſil. 72. libr. 4. in cauſa baconiæ de Caſtro inter Baronem de Caſtro & de la Laguna, & Vicecomitem de Ænolo notiſsimos huius cegni viros nobiles, de quo conſilio mentionem feci hoc libro ſectio. 1. quæſ. 2. is inquam ceſpondit in donationibus factis in capitulis mattimonialibus pet anteceſſores præfatorum nobilium filijs maſculis & illorum deſcendentibus; videri, pec ea verba inductum fideicommiſſum perpetuū fauoce agnationis & familiæ, attentis varijs quas ille conſiderat coniectucis, quibus mens & incentio aperta contrahentium oſtendebatur, quæ nedum in vltimis voluntatibus ſed & in contractibus attendi debet, vt ille docet.

Decimo quinto docet Aluar. Valaſ. conſulta. 82. num. 7. maioratum inſtitutum fuiſſe vel non fuiſſe ex coniecturis depcehendi poſſe, citat Anto. Gomez. Molin. Gamm. & Menochi.

Decimo ſexto facit loquens in vna Aragonię & in tecminis noſtris donationis factę in capitulis mattimonialibus Tibe. Decian. teſpon. 31. num. 43. 44. cum ſex ſequent. fieri extentionem debere ex identitace rationis tam in donationibus quam in contractibus de caſu ad caſum, & de pecſona ad perſonā, propter veriſsimilem mentem contrahentium, quę omnia ille dicto loco egcegie illuſtrat & compcobat.

Contrariam ſententiam quod imo in cōtractibus non fiat extenſio de caſu ad caſum nec de perſona ad pecſonam ex coniecturis, multa ſuadere videntur, & hæc vrgentiora.

31 Primo, † quia vbi ſubſtitutiones vel vocationes fiunt in contractibus ſub conditione quæ nō euenit, & ſic conditio primæ ſubſtitutioni adiecta non fuit purificata, non poteſt ſequentibus locus eſſe; Non enim poteſt ſecundus, vel vlteriores ſubſtituti admitti, niſi cōditio prioris ſubſtitutionis fuerit adimpleta: vnde ſi ſubſtituti ſecundo loco fuerint ſub conditione ſi pcior decederet ſine liberis, & is viuat relictis filijs, ceteris ſubſtitutionibus locus non datur Angel. & Imol. in l. qui habebat ff. de vulga. Bal. Anchar. Çur. ſeni. Deci. Ruin. Pacis. & Cæpha. quos memocat Zanch. in repeci. l. hæredes meæ §. cum ita part. 2. num. 67. ad S.C. Tcebelli. fusè & latè alios pluces in eandem adducens ſententiam Surd. conſi. 279. num. 10. Rolan. conſi. 58. num. 56. lib. 3. Euaneſcunt

32 † enim ſubſtitutiones omnes pcima pecēpta, quia pendent ab illa l. ſi mater §. fina. vbi Iaſ. ff. de vulg. l. cum in teſtamento de hæred. inſtit. Angel. Imol. Ruin. Pariſi. & alij quos cefert Surd. in donatione loquens deciſio. 144. num. 12. verſic. Quinimo, & prætec eos Bologne. conſil. fina. num. 126. Rimi. iuni. conſil. 371. num. 17. libr. 4. Burſat. conſil. 337. num. 23. lib. 3. Menoch. conſil. 328. num. 55. 56. li. 4. & conſi. 347. eod. lib. Nulla igitur extenſio admitti in contractibus poteſt, ſi in vltimis voluntatibus nequit.

Secundo in contractibus fit ſtricta intetpretatio

Digitized by Google

pretatio & quod omiſſum eſt pro omiſſo ha-
beri debet l. quidquid aſtringendæ de ver-
bo. obliga. l. ſi extraneus de cond. ob cau. &
omiſſus caſus remanet in diſpoſitione iuris
communis l. ſi cum dotem vbi Alex. nu. 14.
& Claud. num. 12. ff. ſolut. matrim. de huius
legis intellectu ſuo loco dicetur, Bart. Alex.
Socin. Deci. Anchar. Crauet. Molin. & alij
numero plures quos citat Surd. Hanc regu-
lam multis illuſtrans exemplis deciſ. 202. n.
9. 10. cum igitur liberum fuerit contrahen-
tibus apertius pacta, ſubſtitutiones & voca-
tiones conſcribere ſibi ipſis non alijs de-
bent imputare.
33 Tertio † in terminis de quibus agitur reſ-
pondit aperte Menoch. conſil. 85. num. 37.
cum ante & poſt ſequen. lib. 1. quod vbi in
donatione alicui facta ſub conditione ſi ſine
liberis maſculis decederet, fit ſubſtitutio ſub
eadem conditione demum ceteris, deficien-
te vno gradu per exiſtentiam liberorum, ſe-
quentes ſubſtitutiones euaneſcunt. Ratione
reddit, quia inquit ſubſtitutio ſtricte inter-
pretanda eſt, quæ ſolum in illis caſibus lo-
cum habet, in quibus clare & aperte loqui-
tur: vnde illud, de te non loquitur ſubſtitu-
tio Iaſ. Rube. Socin. ſeni. Goza. Pariſi. Cra-
uet. Capra. & alij quos illic citat copioſe.
34 Addit † ibidem & recte ſubſtitutionem
ordine ſucceſsiuo factam cenſeri in dubio
directam, quia fideicommiſſum eſt onus l.
cohæredi §. cum filiæ de vulga. & ideo veluti
odioſa reſtringi, non extendi debet regula
odia cum ſimilibus de regu. iur. Subdit quod
35 † ſi hæc omnia vti probatiſsima recipiuntur
in vltimis voluntatibus in quibus fit latiſsi-
ma interpretatio, quia fauorabiliores; quan-
to fortius in ſubſtitutionibus, quę fiunt in cō-
tractibus quæ ſtrictius interpretantur, neque
tam fauorabiles ſunt, vnde filias in ſuo caſu
excluſas propter maſculos vocatos in cæte-
ris ſubſtitutionibus non fuiſſe oſtendit latè.
36 Quarto † ſimile eſt quod reſpondit Ro-
lan. a Vall. conſi. 58. lib. 3. & loquitur is in
donatione facta in capitulis matrimoniali-
bus inter notiſsimas huius Hiſpaniæ citte-
rioris perſonas nobiliſsimas, is inquam reſ-
pondit ſubſtitutiones in illis factas poſt pri-
mam, quæ purificata non fuit, omnino eua-
nuiſſe, neque locum ſequentibus eſſe poſſe;
multis mouetur rationibus, & præcipue
quod primę ſubſtitutionis conditio debuit
ante omnia verificari, vnde non adimpleta
ipſa, cæteris locus eſſe non poteſt l. qui habe-
bat ff. de vulga. tum & quia deſtructo medio
per quod ad finem peruenitur, & finis in ne-
ceſſariam conſequentiam ſubuertitur glo. fi.
Ange. & Imol. in d. l. qui habebat cœterum
quoad inſtitutum noſtrum num. 58. ſcribit
leges omnes & iura, quæ ſuadere videntur
primo gradu ſubſtitutionis perempto locum
eſſe ſecundo, loqui in vltimis voluntatibus,
in quibus facile propter earum fauorem fit
extentio de caſu ad caſum, ſecus in contra-
37 ctibus: † vnde infert quod licet in vltimis
voluntatibus filiorum appellatione veniant
nepotes l. fina. de hæred. inſtitu. Barto. in l.
liberorum de verbo. ſignifi. ſecus tamen in
contractibus Alex. citat & Iaſſo. tum etſi in
vltimis voluntatibus monaſterium habeatur
loco filij cap. in præſentia de probatio. non
tamen in contractibus, ex ſpecul. Bald. &
Iaſſo. dicam infra. Tertio addit & aliud
ſimile de teſtatore, qui ſic diſpoſuit, ſi hæres
meus moriatur ſine filijs legitimis & natu-
ralibus, &c. Non ſolum intelligitur de filijs
maſculis, ſed & de filiabus ex communiter
recepta traditione Ioan. Andre. in cap. Ray-
naldus de teſtam. ſecus tamen eſſet in con-
tractibus, quia appellatione filiorum nō ve-
niunt filię, quod ille ibi latius proſequitur;
demum ſubiungit rationem, quam in ſupe-
rioribus ante hanc rationem fundamentis
adductis conſiderarūt à me relati interpre-
tes; quod in cōtractibus omiſſum pro omiſſo
habendum eſt, nec poſt contractum perfectū
vna partium dicere poteſt, ſe ita intellexiſſe
cum in illius poteſtate fuerit aperte loqui,
atque ideo nihil amplius colligi ex verbis
debet, quam quod ex illis clariſsime perci-
pitur, non quod per extentionem.
38 Quinto † cum in contractibus liberum ſit
contrahentibus aperte loqui, vincula & ſub-
ſtitutiones clarè concipere, cum id non fa-
ciunt ſcienter omittere vidētur, vnde omiſ-
ſa ab his conditio ſupleri non debet; qua
argumentatione vſus fuit Deci. conſil. 416.
num. 17. conſi. 63. Curri. ſeni. conſi. 29. col. 4.
Crauet. conſi. 161. num. 8. Boeri. deciſ. 155.
num. 5. Iaſſ. conſi. 142. num. 3. Tiraq. in l. ſi
vnquam verbo libertis num. 3. C. de reuo.
39 can. donatio. † Vnde illud prodidit apud
noſtros adagium, *ſi voluiſſet dixiſſet*, l. vni. §.
ſin autem ad deficientis vbi gloſ. de Cadu.
Tollend. l. qui ſoluendæ de hered. inſtit. l. ſi
ſeruus §. non dixit prætor de acquir. hæredi.
Hinc in terminis maioratus & primogeni-
turæ argumentationi huic innititur Ioan.
Cyri. tract. de primoge. li. 1. quæſt. 14. verſic.
40 Circa tertiam concluſionem: † quia vt ille
etiam ſcribit, bona in dubio debent iudicari
libera & alodialia, non vero fideicommiſſo
ſubiecta cap. 1. §. 2. ſi de feud. fue. contro. ar-
gu. l. attius C. de ſer. & aqua. l. dudum C. de
con. emptio. Crauet. d. conſi. 161. num. 10.
Gabri. qui multis relatis communem dixit
in commu. libr. 3. tit. de feud. conclu. 3. Xa-
uar. in l. quoniam in prioribus limi. 11. ad
legem

legem regiam C. de inoſi. teſta. Ludoui. de Molin. lib. 1. de Hiſpa. primo. cap. 11. n. 11.
41 ✝ Non enim eſt præſumendum voluiſſe contrahentes illud de quo nihil loquti ſunt Bal. in d. §. fin autem ad deficientis Deci. conſi. 291. num. 6. Crauet. d. conſi. nu. 12. non enim ſufficit teſtatorem vel contrahentes ita voluiſſe niſi diſponant Pau. de Caſt. in l. in ambiguo ff. de reb. dubi. l. quidam cum filium de hæred. inſtitu. l. diuus Traianus de milita. teſta.
42 Sexto ✝ accedat quod reſpōdit Hierony. Gabri. conſi. 140. li. 1. num. 31. 32. 33. quem refert & ſequitur Petra. tract. de fideicom. quæſ. 9. num. 64. coniecturas & præſumptiones in contractibus non attendi, licet ſic in vltimis voluntatibus, & rationem reddit Gabriel quia in conuentionibus ſtricta non lata fiat interpretatio id ipſum ille fuſe cōprobat, & nouiſsimè Alex. Rauden. conſ. 26. num. 126. lib. 1.
Septimo idem Petra eod. tract. eandem firmat opinionem queſt. 4. num. 8. vbi & Rolandi. meminit in ſupra citato conſilio 58. licet falſo illud citet. 59.
43 Octauo ✝ conducit quod erudite ſcripſit Manti. trac. de coniectu. vlti. volunt. li. 3. tit. 18. a num. 1. & 2. quod non per omnia recipiendum eſt argumentum de contractibus ad vltimas voluntates, quia inquit in teſtamentis latior fieri interpretatio poteſt quā in contractibus l. in teſtamentis de reg. iur. cap. cum dilecti de donationi. l. quidquid aſtringendæ de verbo. obliga. tationē reddit, quoniam ei qui innititur verbis contractus imputari poteſt cur legem apertius non dixerit l. veteribus de pact. l. labeo. de con. emptio. l. ſtipulatio iſta habere licere §. in ſtipulationibus cum vulga. de verbo. obliga. At in vltimis voluntatibus quæ pendent a voluntate vnius, nequit hæredi, ſubſtitutis, vel legatarijs culpa hæc obijci cur teſtator clarius loquutus non fuerit: ſubiungit quod ideo ſi teſtator ſubſtituerit ſub conditione ſi hæres decederet ſine filijs legitimis & naturalibus non ſolum maſculi ſed & fœminæ facient conditionem deficere, licet in contractib⁹ minime; ideo ſi quiſpiam acciperet Emphiteoſim pro ſe & filijs legitimis & naturalibus fœminæ non contineretur propter ſtrictam quam contractus recipiunt interpretationem: quod ille ibi latius comprobat ſumens rationes Rolan. quem is non citat. in d. conſi. 58. lib. 3. ſuper citato: ✝ tandem
44 dem concludit, quod coniecturæ quæ recipiuntur in vltimis voluntatibus in eiſdem terminis non admittuntur in contractibus; vnde cum eadem erit ratio argumentum de
45 vno ad aliud deduci poſſe exiſtimat; ✝ cæterum in dubio præſumendum maiorem adeſſe rationem in vltimis voluntatibus quam in contractibus, quia maior à iure fauor exhibetur morientibus quam viuentibus, cum nihil ſit quod magis hominibus debeatur poſtquam aliud velle non poſſunt quam vt ſupremę voluntatis liber ſit ſtylus & liberum quod iterum non reddit arbitrium l. 1. de ſacro. Eccleſi. l. vel negate ff. quæ teſta. aperia. quæ omnia ad finem vſque capitis proſequitur differentias oſtendens non paucas inter vltimas voluntates & contractus.
46 Nono ✝ intuitionem accedat celebre Auguſti. Bero. conſilium 120. li. 2. aditum ab eo in cauſa Baroniæ de Caſtro in cuius caſu contrarium conſultus reſpondit directo Pariſi. citatus ſæpetius in decimo quinto fundamento pro contraria parte adducto, is inquam reſpondit, qualitatem maſculinitatis expreſſam in primo filio in capitulis matrimonialibus de quorum interpretatione agitur in eo conſilio, non cenſeri repetitam in alijs deſcendentibus: mouetur multis rationibus; præcipuè quia agitur illic de fideicōmiſſo perpetuo inducendo fauore maſculorum, quod cum res odioſa ſit extendi præter eos caſus in quibus id contrahentes expreſſe dixerunt, non debet: Cæterum quo ad inſtitutum noſtrum nu. 73. verſic. Quinto in con-
47 tractibus, hæc verba ſubiungit: ✝ quinto in contractibus qualitas adiecta vni perſonæ non cenſetur repetita in alia quæ ſimpliciter vocata & nominata fuiſſet, illa ratione quia repetitio eſt extenſio & ampliatio vt ſupra, at in contractibus regulatiter ceſſat extenſio & ampliatio vt dictum fuit, ergo cum ſimus in diſpoſitione conuentionali interviuos & odioſa & correctoria repetitio maſculinitatis ſieri non poterit argum. l. ita ſtipulatus §. griſogonus vt ibi Barto. de verb. obli. Hinc
48 in ✝ contractibus dies conditioni adiecta quæ in facto tertij conſiſtit, non cenſetur repetita etiam in vna & eadem oratione l. hoc iure de verb. obliga. facit text. in l. ſi neceſſarias §. ſi annua de pignor. actio. & per Alexan. conſi. 224. li. 2. Nos autē ſumus in diſpoſitione conuentionali in qua ſtricta debet fieri interpretatio &c. Hucvſque Bero. qui ibidē latius proſequitur. Atque idem ipſum dum Berov. reſpondit pro eodem Barone de la Laguna Alciat. reſpon. 96. & ſecūdum hæc conſilia ſimul cum alijs in hac vrbe Barchinone præſtitis in eo caſu quæ refert Bero. in principio ſui conſilij fuit iudicatum in curia Catholici Regis Hiſpaniarum, in qua cauſa poſt multos annos poſt latam ſententiam, ego ipſe fui aduocatus in appendicibus quibuſdam & dubijs ortis poſt dictam ſententiam: licet in ſpecie illa concurrebant multa

multa alia in fauorem dicti Baronis quæ ex
dictis Alciar. & Berg. conſilijs ſatis aperte
colliguntur ; & de his conſilijs licet ad aliud
propoſitum meminit Alexan. Raud. in reſ-
pon. 1. pro regum Rege maximo & Catho-
lico Philippo ad regnum Portugaliæ num.
76. ad medium lib. 1.

49 Decimo † iuuat quod niſi ex tenore ver-
borũ contractus aperte conſtet voluiſſe con-
trahentes fideicommiſſum perpetuum indu-
cere, cum clauſulis, vinculis & ſubſtitutioni-
bus perpetuitatem importãtibus, nullo mo-
do extenſio licita eſt; verba enim non ad a-
liud inuenta fuere quam vt mentis & volun-
tatis cuiuſque cõceptus exprimeretur ca. in-
telligentia de verb. ſignifi. Barba. in rubri.
50 de conſtit. num. 68. † & dixit idem conſi. 86.
lib. 4. col. 2. quod lingua eſt cordis præco. &
Hippo. in conſi. crimi. 21. num. 17. quod cor
habet linguam ſicut mancipium ſub iuriſ-
dictione : & voces ſunt vt Philoſophus dixit
notæ paſsionum animi ; vt hæc & his ſimilia
coaceruat Iaſſ. conſil. 152. num. 5. lib. 2. Ne-
uizan. conſ. 92. num. 3. & his non relatis Me-
noch. li. præſump. 3. præſum. 2. num. 38. 39.
idem li. 1. quæſt. 22. 4 num. 1. Ita fit vt qui ſe
ſubſtitutum dicit probare id debeat, cui vt
ex Menochi. dixi in tertio fundamento hu-
jus partis obijci poſsit, de te non loquitur
ſubſtitutio, & quo ad te libera bona habeo
Socin. conſi. 62. num. 4. li. 3. Crauet. d. conſi.
161. num. 16. Solo. de Paz. conſ. 29. num. 46.
conſi. 34. num. 14. Caphal. conſi. 114. nu. 5.

51 Vnde à tenore † verborum ſubſtitutionis
recedendum non eſt §. nos igitur in verbis
ſubtilius teſtamentum conſiderantes in ver-
bis ipſius inuenimus; quem text. ad hoc ip-
ſum citauit Bal. in cap. 1. §. item colum. 2. de
feud. Guar. & Socin. conſi. 62. num. 4. li. 3.
Burg. de Paz. dict. conſil. 29. num. 46. alios
referens concinit text. in l. cum ita legatum
§. in fideicommiſſo, in verbis illis: *qui nomi-
nati ſunt* deleg. 2. l. fina. in verbis nulla ſpe-
ciali adiectione ſuper quibuſdã certis per-
ſonis facta C. de verborum ſignificatio. igi-
tur extenſio in contractibus maximè, licita
non videtur.

52 Vndecimo, † cum dubium eſt an extenſio
fieri debeat nec ne, nulla certa regula diffi-
niri poteſt, quia deficit probatio non ius l.
duo ſunt Titij de teſtam. tutel. inde in caſu
incertitudinis extenſionem fieri debere iu-
dicandum non eſt l. idem Põponius §. ſi plu-
res ff. de rei vindic. Quod ſi id in vltimis vo-
lũtatibus maxime recipitur in quibus ſæpius
in coniecturandis teſtantium vltimis volun-
tatibus erramus, vt dixit Bal. in l. precibus
col. 8. C. de impube. Curti. ſeni. conſi. ſupra
citato 29. col. 3. Crauet. conſi. 98. num. 16. li.

53 1. Viuius deciſ. 284. num. 3. li. 2. † Et vt non
minus ficte quam verè dixit Zanchi. in l. he-
redes mei §. cum ita num. 145. ad S. C. Tre-
bel. quod voluntati defuncti doctores mul-
ti adhærent prout pecunia illos impellit : ſi
igitur hæc in vltimis voluntatibus quæ fauo-
rabiliores ſunt vindicar; multo fortius in cõ-
tractibus, in quibus licuit legẽ apertius di-
cere ; qui etiam non ſic fauorabiles ſunt vt
54 extrema iudicia. † Hinc dixit, ſingulariter
Pala. Rub. in l. 46. Tau. num. 4. quod iura ar-
mantur contra maioratus Hiſpaniæ vt ſtri-
ctiſsime & arcte procedant, niſi vbi euiden-
tiſsimè conſtar de mẽte inſtituẽris & Burg.
de Paz. conſi. 34. numer. 19. dixit maiora-
tus ſcripturam non eſſe ampliandam ſed ſo-
lerter reſtringendam.

55 Duodecimo † in vltimis voluntatibus in
quibus vt non ſemel dixi latior fit interpre-
tatio, caſus cõtingens præter diſpoſitionem
teſtatoris in illius diſpoſitione minime cõ-
prehendi poteſt, etiam ſi in eo maior diſpo-
nendi ratio afforet ; docet Cynus in l. quod
fauore C. de legi. Deci. conſ. 218. num. 11.
Crauet. conſi. 161. num. 10. Molin. de Hiſ-
pan. primoge. li. 1. cap. 4. num. 3. & alios re-
cenſet Viui. præter Molin. deciſ. 2. num. 17.
li. 1. idque maxime procedit vt Molin. cita-
to loco oſtendit, quando extenſio fieret de
perſona ad perſonam quæ omnino prohibi-
ta videtur ex l. ſi quis ita §. penul. de teſtam.
tutel. qui multos in hanc citat opinionem
quos prætereo. Suadetur autem veritas hu-
jus ſententiæ ex his quæ Menoch. & alij in
fundamentis huius partis relati tradiderũt,
56 † quod cum onus ſit fideicommiſſum, vni
impoſitum, in alijs repetitum non cenſetur
l. cum vxori C. quan. dies lega. ced. Deci.
conſi. 218. num. 7. text. egregius in l. in re-
petendis de leg. 3. & alios congerit Ludouj.
Molin. de Hiſpa. primo. li. 1. cap. 6. num. 23.
ſic & conditio in priori ſubſtitutionis gradu
adiecta in ſecundo vel vlterioribus repetita
non cenſetur l. ſub conditione de hæred. in-
57 ſtit. l. fin. §. ſeu de leg. 2. † Quinimo conſue-
uerunt multi rationem conſeruandæ agna-
tionis per teſtatorem expreſſam, reſtringi
tantum reſpectu nominatorum neque ad a-
lios extendi, vt multis relatis ſcripſit Caro.
Moline. conſi. An alij 1. nu. 13. & ſuo loco
dicetur vnde nec diligere teſtator videtur
eum quem non expreſſit l. Lucius §. Lucius
Titius de leg. 2. l. qui habebat de reb. dub.
58 † etſi in vltimis voluntatibus hæc vera ſunt,
in quibus diſpoſitio de perſona ad perſonã
non extenditur dict. l. quæ conditio de con-
di. & demonſtra. & d. l. ſi quis ita §. pænul. de
teſta. Tutel. magis multo in contractibus l. ſi
vnus §. ante omnia ff. de pact.

Extremo

Digitized by Google

59 Extremò † facit deciſio Vincen. de Fran.
deciſ. Neapoli. 113. part. 1. vbi in caſu ſingu-
lari decidit in contractibus nullam admitti
extenſionem de tempore ad tempus, de re
ad rem, nec de perſona ad perſonam.

Hæc certè vigent admodum & tantorum
interpretum ſuffulta authoritatibus animum
60 in hanc inclinant ſententiam. Re † tamen di-
ligenter perpenſa & veritate in quam inuiti
conſcēdere cogimur cōſiderata, negari certè
non poteſt, quin & in contractibus mens &
voluntas contrahentium ex coniecturis dig-
noſci poſsit, quemadmodum in vltimis vo-
luntatibus, & ideo iuxta mentem & inten-
tionem contrahentium poſſe diſpoſitionem
extendi vel coarctari iuxta regulam d. l. tale
pactum §. fin. de pact. quam in conuentioni-
bus procedere fatetur idem Vincen. de Frā.
dict. deciſ. 113. num. 5. & nu. 11. ad medium
Tibe. Decian. d. conſ. 41. num. 99. idem De-
61 cian. conſi. 31. nu. 45. 46. eod. lib. cum † vere
in conuentionibus mens ſpectanda ſit d. l.
fin. C. quæ res pigno. obli. poſſ. l. iuris gentiū
§. pactorum de pact. l. ſemper in ſtipulatio-
nibus vbi gloſ. Deci. Mainer. & Cagno. de
62 reg. iur. † & cōtractus nō à verbis ſed ab ef-
fectu & intentione iudicantur l. ſi vno ff. lo-
cat. l. ſi olei C. eod. tit. l. 2. C. commu. de leg.
quod actum fuit nō quod verbis expreſſum,
attendendum eſt Corti. ſeni. conſi. 75. col. 4.
Deci. conſi. 48. num. 2. idem Deci. qui multa
congeſsit in l. non vult hæres eſſe num. 8. de
regu. iur. Alciat. lib. 2. de ver. ſignifi. num. 4.
Crauet. conſi. 245. Alciat. Tiraq. Areti. Af-
flic. Neuiz. Socin. Natt. & alij quos citat Me-
nochi. li. præſump. 3. præſum. 104. num. 22.
28. & li. 1. quæſt. 26. num. 11. 12. cui adden-
di Oſaſ. deciſio. Pedemon. 90. num. 14. ad
63 medium † vbi expreſsim ex dict. l. tale pa-
ctum §. fina. deduxit concluſionem, in con-
tractibus id attendi, quod veriſimiliter con-
trahētes ſi fuiſſent interrogati diſpoſuiſſent,
dicens procedere in legibus, reſcriptis, &
conuentionibus vbi Bald. Deci. Crauet. &
alios memorat ſic & Iaſ. in l. nō dubium C.
64 de legi. † generale deduxit pronunciatum,
quod generalis diſpoſitio reſtringitur ratio-
ne tacita & coniecturata; & verba quantum-
uis generalia ad cogitatum & mentem diſ-
ponentis eſſe refferenda d. l. fina. C. quæ res
pigno. obli. poſſ. potiſsimè vbi abſurdum
ſequeretur, vel quiſpiam damnum indebite
conſequeretur Deci. conſi. 64. nu. 8. Crauet.
conſi. 33. n. 8. & conſi. 221. n. 5. alios adducit
Oſaſ. d. deciſio. nu. 17. 18. & præter relatos
nunc Manti. in cōmen. de coniect. vltim. vo-
lunta. tit. 2. li. 1. n. 14. vbi & contractuſi pro-
bat coniecturas, à quibus mens paciſcentium
deducitur, quarum duas vel tres adfert.

65 His † intuitionem accedat propter eandē
rationem effici in contractibus licere ſume-
re argumentum à contrario ſenſu, vt volun-
tas ipſorum ſuſtineatur l. inter Socerum §.
cum inter de pact. dotal. & ſuo loco de in-
tellectu huius §. diſputabitur & ideo ex cō-
ditionibus in contractibus inducitur diſpo-
ſitio l. ſi ita ſtipulatus de oper. liber. l. pecu-
niam vbi Iaſ. num. 2. de reb. credi. iuuat ſu-
periora tex. in l. in conuentionibus de reg.
iur. vbi in conuentionibus contrahentium
voluntatem magis quam verba ſpectari vo-
luit in l. ſed Celſus §. ſi fundus in fine de cō-
dit. emp. in emptis (voluit) & venditis po-
tius id quod actum eſt, quam id quod dictū
attendi debere vt hæc & alia egregia coa-
ceruauit Tiberi. Decian. reſpon. 41. a nu. 99.
100. 101. li. 1. Multa ad hæc ſimilia adiungi
66 poſſent. † Nam an conceſsio vectigalis à
populo vel Principe facta, ſit contractus
emptionis & venditionis, an vero locatio-
nis & conductionis, ad coniecturas recurri-
tur, vt oſtendit pulchrè Menochi. præſ. 104.
67 li. 3. a num. 1. Contractus † etiam emphiteo-
ticus, an locationis ſit initus inter partes, cō-
iecturis indicatur idem Menochi. eo. li. præſ.
68 105. † ſic an contractus ſit cēſualis, vel Em-
phiteoticus, coniecturis agēdum, idem eod.
li. præſ. 106. ſic an contractus ſimulatus vel
fictus ſit nec ne an coniecturis fere tota pen-
det controuerſia Barto. & cæteri omnes in
l. poſt cōtractum ff. de donatio. idem Meno.
69 li. 1. præſump. quæſt. 58. num. 9. † & an vſu-
rarius pignoris & Hypotecæ, coniecturæ ef-
ficiunt, prolixe idem Meno. libr. 3. præſum.
122. a num. 1. latè Caual. qui innumeros re-
fert deciſio. 2. a num. 1. 2. par. vt hæc & ſimi-
lia recenſere laborioſum potius quam vel
vtile aut ſubtile videatur.

70 Ex his † ſequitur, quod cum ratio conſi-
derari debeat tāquam diſpoſitionis & actus
fundamentum Bal. in cap. etſi Chriſtus ad
finem de iur. iur. ex l. fin. de hæred. inſtit. l.
cum pater §. dulciſsimis de leg. 2. & vt dixit
idem Bal. in l. ſi quis ſeruo num. 7. C. de fur.
71 Quòd † ratio eſt ſicut anima, & verbum vti
corpus, refert hæc & alia Tiraq. trac. de ceſ-
ſan. cau. num. 134. Iaſ. pulchrè in l. non du-
bium num. 4. C. de legi. inter alia ibi ſcrip-
ſit, quod mens & ratio attendenda ſunt, &
ſicut animus præfertur corpori, ita mens ver-
bis, nec in cortice ſed intus penetralia cordis
inuari debet; vbi & Salice. adfert dicentem;
ſileant qui ſcripturam tantum diſcurrunt, &
propter ſtomachi frigiditatem in eis con-
tenta digerere non poſſunt.

72 Ab his † regula prodit certiſsima diſpoſi-
tiones hominum ex ratione & mente diſpo-
nentium extendi vel reſtringi poſſe l. cum
pater

pater §.dulciſsimis delega.2.quinimo ratio generalis & finalis, extendit & ampliat dictum, etſi ſpeciale ad omnem caſum in quo militat eadem ratio l.pater filium §.fundum vbi Barto.delega. 3.l.non ſolum §. qui primipilum de excuſ. tuto. tunc enim ratio de dicto diſponit non dictum de ratione, vt dixit ſingulariter Bal. in cap.1.§. qui decedenti qui feu.dar.poſſ. Deci. Socin.& Iaſſ. quos ſequitur & refert Tiber.Decian.d.conſ.41.
73 num.118. † Ita fit vt & in correctorijs ex ratione expreſſa fiat extenſio, vt ille ibi num.
74 119. cum † declaretur voluntas ex ratione adiecta diſpoſitioni d.l.cum pater §. dulciſſimis & l.cum mulier ff. ſolut. matrimon. l. ſiue oportet §. oportet de excuſa. tuto. Pariſ.conſ.72.num.50.li.4.qui & alia adiungit in huius regulæ ornatum;Molin.de Hiſpan. primo.lib.1.cap.4.nu.20.vbi fuſè agit Sim. de Præt.in commen.de inter verb.vltim.volun.li.3.dubi.1. ſolu.11. num.3. Aliqua Aluara.de coniect.men.defunct. li.4.a num.9. & 10.Surd.deciſ.132.nu.17.& deciſio.126.
75 num.13.alios ſciens prætereo. † quare cum vere eadem ratio militet in contractibus,quę in vltimis voluntatibus, nulla inter contractus & vltimas voluntates differentia conſtituenda eſt; vt rectè & fundamentaliter dixit Manti. tract.de coniectu.vlti.volunta.li.
76 3.tit.18. num. 2.ad medium; † in dubio licet maior præſumi debeat ratio in vltimis voluntatibus, quàm in contractibus vt ille ibidem,cui addo inſignem in ſimili eiſdem-
77 que retentis terminis traditionem; † Falſa demonſtratio teſtatoris vitiat diſpoſitionem in vltimis voluntatibus quando demonſtratio illa ſanguinis coniunctionem reſpicit,
78 † quoniam eo tunc ſanguinis coniunctio reputatur pro cauſa finali l.ſi pater tuus l. nec apud C.de hæredi.inſtitu.l.neque profeſsio C.de teſta.ſic Barto. Bald. Angel. Salice.& Iaſſ.in l.eam quam C.de fidei.Manti.in cōmen.de coniectu. vlti.volunta.li.4. tit.5.nu. 2. vbi multos in hanc adduxit ſententiam Sim.de Præt.& inter ver. vltima. volunt. li. 2.inter 2. dub.2. ſolutio.2. num.12. Bero. Alciat. Rolan.Curti.iuni.Cęphal.Cap.& alij quos citat & ſequitur Surd.conſi. 1.num. 6.
79 li.1. † id idem in contractibus, vt falſa demonſtratio finalem cauſam continens vitiet diſpoſitionem;præcipuè vero donationē de qua agimus l.cum hic ſtatus §. ſi quis ſponſam ad fin.de dona. int. vir. & vxo.l. ea qui C.de dona.ante nup. l. lex. voluntate C.de donatio.int.vir.& vxo.vnde Bal.in d. l. eam quam num.22.ſcribit text.in d.l. eam quam ſingularem eſſe ad probandum demonſtrationem falſam in cauſa finali donationem infringere; quia ſicut infringit vltimam voluntatem ſic & donationem,& alios contractus l.1.C.de condit.ob.cau.& hanc eādem traditionem amplectitur idem Surd. deciſ. 144.num.1.vſque ad.4.

80 Accedat † ſecundo quod & in contractibus ſicut in vltimis voluntatibus habet locū ius accreſcendi, vbi coniecturis conſtare poteſt quoniam prouenit ex tacita mente contrahentium, ſicut in vltimis voluntatibus l. fundus ille ff. de card. emp. Barto. in l. reconiuncti quæſt. 6. de lega. 3.& in l. vni. vbi Deci.nu.18. C.quando non peten. par. Iaſſ. in d.l.reconiuncti a num.95.Ripa.a nu.225. Mencha.de ſucceſ. creatio.§.10. num. 118. Gomez libr. 1.varia. reſolu.cap. 10.num.4. Graſſ.in §.ius accreſſendi quæſt.24.a num.1. Tiber.Decian.dict.conſi.41.nu.103.

81 Tertio † ſicut in vltimis voluntatibus vocatio per nomina collectiua plures gradus continet veluti nomen familia,liberi,generatio,parentela,& his ſimilia ex communi & vera reſolutione,a qua nullus diſſentit;& ſinguli cenſentur ordine ſucceſsiuo vnus poſt alium vocati, ſecundum gradus, & proximitatis prerogatiuam, & conſequēter quilibet ex deſcendentibus grauatus proximiori reſtituere perpetuo & in infinitum donec extent comprehenſi ſub nominibus illis collectiuis l.cum ita legatum §. in fideicommiſſo deleg.2.l. peto §.fratre eo. tit.l. fina.C. de
82 verbo.ſignifi.ſic † in contractibus vocati nominibus collectiuis admittuntur vnus poſt alium ordine ſucceſsiuo ſecundum affectionem contrahentiū,vel ſtipulantium,ita Bar. quem ibi ſequti ſunt Alexan. Iaſſ. & Socin. in l. Gallus §. quidā rectè de libe. & poſthu. Decian.d. reſpon. 41.num. 101.ad medium & in terminis noſtris donationis Deci.conſ. 652. num. 2.& in maioratu in contractu inſtituto non relatis ſuperioribus, idem docet Molin.tract.de Hiſpa.primo.li.1.cap.6.nu. 6.Peregri.tract.de fideico.arti.19. num. 17. vbi conſilij Decij meminit.

83 Extremo † etſi in contractibus appellatione actus de primo intelligatur, ad regulam vulgarē l.boues §.hoc ſermone de verb.
84 ſignifi.tamen † ex coniecturis a regula receditur, & non ſolum venit primus actus, ſed & ſecundus: vnde cum quiſpiam fructus fundi vendidiſſet & is binos produceret ſingulis annis,licet de primis fructibus venditio intelligatur,vbi tamen prætium æquiualens eſt ad duos,ex hac coniectura ab illa receditur regula. Ita ſingulariter Roma. in l. diuortio §. quod in anno,quem legit cum §. ob donationes ff. ſolut. matrimo. ſequitur Alex.ibidem verſi.limita tamen dictum Cæpha.Natt.& alij quos citat multa adiungens exempla Tiraq.in d.§.hoc ſermone num. 1. cum

Digitized by Google

cum ſequen. 12. limitatio. & idem ſcribit eo
non relato Decian. d. conſi. 41. num. 60.

Nihil aliud nunc ſupereſt quam obiectis
reſpondere his ſcilicet, quæ ſupra proxime
85 pro ſecunda parte adduxi fundamentis. †
Non igitur obſtat primum, quod non puri-
ficata conditione inſtitutionis, reliquæ eua-
neſcunt ſubſtitutiones, cum omnes aliæ à
priori dependeant, quoniam citatæ illic tra-
ditiones vel procedunt in vulgari ſubſtitu-
tione, aut ſi in alijs etiam, non habet locum
argumentum quando ex coniectutis contra-
rium conſtat de mente teſtatoris vel contra-
hentium vel vbi ratio expreſſa fuiſſet, ſi non
conſeruandæ agnationis, ſaltim tacite ex le-
86 gitimis, & probabilibus coniecturis; † id
enim & aperte probari dicitur, quod ex cõ-
iecturis conſtat, l. licet Imperator de leg. 1.
ſi quis locuples de manu teſta. l. cum propo-
neretur in fine de leg. 2. l. cũ auus vbi cæteri
de conditio. & demonſtra. Socin. conſ. 140.
lib. 1. Deci. conſ. 105. col. 1. Decian. d. reſ-
pon. 41. num. 53. Maoti. de coniectur. vltim.
volunta. li. 10. tit. 4. num. 9. ad medium fusè
Maſcard. tracta. de probatio. quæſt. 10. à nu.
87 1. præcipuè num. 41. Igitur † vbi ex conie-
cturis conſtat contrarium, deffectus cõditio-
nis ptiori ſubſtitutioni adiectæ non efficit,
quin & ab alijs non poſsit gradibus & ſubſ-
titutionibus voluntas teſtatoris, vel contra-
hentium ſuum producere effectum, ne diſ-
ponentis pereat voluntas; & ratio teſtatoris
licet non expreſſa eo caſu pro expreſſa ha-
betur l. Titia ſcio §. ſeia libertis de lega. 2.
quo inter probatur, grauato vno ex pluribus
legatarijs fundi, totum ipſum poſt mortem
reſtituere; ex coniecturata mente teſtatoris
cenſeri his verbis inductum per eum fidei-
commiſſum reciprocum in fundo, quia non
alias fundum moriens reſtituere cogeretur
conſequenter nec teſtatoris poſſet diſpoſi-
tio ſuum effectum ſortiri ſimilis tex. in l. pe-
culium §. interdum de pecul. lega. l. ſi cui §.
fina. cum l. ſequent. de condi. & demonſtra. l.
88 quamuis vbi glo. C. de fideico. quæ † expreſ-
ſim regulam tradit, ſemper fideicommiſſum
inductum cẽſeri, quoties aliter teſtatoris vo-
luntas ſuſtineri non poſſet, Bar. in l. Centurio
num. 37. ff. de vulg. Socin. iuni. conſ. 110. nu.
21. lib. 3. Guid. Pap. deciſ. 39. Alciat. reſpon.
209. li. 9. Cæpha. conſ. 93. li. 1. Clar. in §. teſ-
tamentum quæſ. 78. Rolan. erudite conſ. 18.
nu. 4. à nu. 1. Tibe. Decian. conſ. 44. num. 51.
lib. 3. Commen. Socin. Deci. Curti. iun. Go-
zadi. Crauet. Decian. Riminal. iuni. Torniel.
& Porti. quos citat & ſequitur Peregr. tract.
de fideico. arti. 11. num. 30. 31. & præter eos
Petra. qui alios tract. de fidei. quæſt. 9. n. 247.
verſ. Vigeſima ſexta ſit cõiectura Caual. de-
ciſ. 16. nu. 31. 3. part. vbi niſi ſolũ Marcabru.
citat conſ. 61. num. 181. Cæterum cum citati
authores loquantur in caſu vltimæ volũtatis,
licet vt antea dixi valeat argumentum, vbi
eadem militat ratio; in terminis tamen con-
tractus & pacti, idem reſpondit Deci. conſ.
578. nu. 11. Et in terminis maioratus in con-
tractu inſtituti Molin. de Hiſpa. primo. li. 1.
cap. 4. nu. 14. non enim vt ille ait poſſet eſſe
maioratus niſi maiores & deſcendentes de
vno in alium in infinitum vocarentur Pela.
in tract. de maio. Hiſpa. 2. par. quæſt. 5. nu. 1.
& ſeq. & idem ſentiũt aperte ſexdecim Hiſ-
panorũ authoritates, quas coaceruaui in pri-
mo argumẽto pro hac parte adducto in prin
cipio huius quæſtionis.
89 Rurſus † ex coniecturis ab illa regula re-
ceditur, nedum in vltimis volũtatibus quod
notiſsimum eſt, ſed & in contractibus Moli.
d. cap. 4. vbi erudite diſputauit, cui addendi
in terminis donationis Tiber. Decian. in ci-
tato conſ. 41. à nu. 1. vbi cõiecturas recenſet
fideicommiſsi perpetui in donatione inſti-
tuti. Proprius ad inſtitutum noſtrum Pariſi.
in vinculis & ſubſtitutionibus factis in capi-
tulis matrimonialibus in d. conſ. 72. lib. 4. &
nouiſsime Menoch. conſ. 904. nu. 41. lib. 10.
in quo conſilio reſpondit aduerſus Illuſtriſ-
ſimam & Excellentiſsimam Ducissam Car-
donæ in fauorem D. Galcerandi de Cardona
quæ nunc cauſa grauiſsima & ponderoſa in
hoc agitur ſacro Senatu Barchinonẽſi: in qua
litte ipſe prefatę Excellẽtiſsimę Duciſſæ pa-
trocinium pręſto, Menochij autem conſilio
ſigillatim reſpõdi & cum hæc ſcriberem an-
nus erat milleſimus ſexcenteſimus vnus hoc
autẽ anni principio ſexcenteſimo tertio fuit
cauſa ſopita cõmuni voto ſacri Senatus nul-
lo diſcentiente aduerſus D. Galcerãdum de
Cardona in fauorem Excellentiſsimæ Du-
ciſſæ reprobato dicto Menochij conſilio, &
dicam iterum ſequenti quæſtione.
90 Non † obſtat ſecunda ratio quoniam & in
cõtractibus ex identitate rationis, & vbi ve-
riſimilis contrahentium mens & voluntas id
ſuadet, licita eſt extenſio de caſu ad caſum, &
de perſona ad perſonam, dixi in 2. argumẽ-
to pro hac parte adducto; & comprobaui la-
tius ſuperius in verſic. Re tamen diligenter
perpenſa.

Non obſtat tertium ab authoritate Meno.
conſ. 85. num. 37. quoniam in ſuo caſu vt ille
opinatur, non aderant ſufficientes coniecturę
ad inducẽdum fideicommiſſum fauore maſ-
culorum, his autem ſtantib' fatetur commu-
nibus illis regulis ab eo traditis locum non
eſſe, vt is docet aperte d. conſ. nu. 89. refferẽs
coniecturas illius caſus legitimas non fuiſſe
ad inducendum perpetuum fideicommiſſum
fauore

Digitized by Google

fauore maſculorum ad excluſionem fœminarum, quas ſingulas proſequitur ipſis reſpondens, à num. 85. cum ſequent. licet (res certè deploranda) contrarium is reſponderit in terminis donationis factæ in capitulis matrimonialibus dict. conſi. 904. libr. 10. vt ſtatim ſequenti dicemus quæſtione; & in eadem ipſa ſpecie & caſu, contrarium conſuluit Tibe. Decian. in dict. reſpon. 41. coniecturas quas Menoch. reſfellit legitimas eſſe oſtendens.

91 Neque † etiam obſtat quod ille ibidem ſcripſit, ſubſtitutionem in dubio cenſeri directam non obliquam & ſic fideicommiſſariam vt probat text. in cap. ſi pater de teſta. in 6. conſequenter in contractibus facta preſumatur vulgaris quæ directa eſt; ſi directa deficiente primo gradu expirant aliæ, etſi ſubſtitutio facta ſit ordine ſucceſsiuo, citat Caſtr. Deci. & Cranet. conſi. 22. num. 3. nouiſsimè Peregrin. tract. de fideicom. art. 19. num. 3. Aduertendum enim quod traditio hæc Menoch. vera non eſt in omni caſu, maximè cum ſubſtitutio fit per nomina collectiua plurium perſonarum, tunc enim in ſubſtitutionibus, vocati cenſentur à teſtatore per fideicommiſſariam reciprocam, quoniã aliter voluntas & teſtatoris intentio non poſſet verificari dict. l. cum ita legatum §. in fideicommiſſo ſecundum communem intellectum de leg. 2. quidquid dict. conſil. dixerit ad hunc §. reſpondens Menochi. & in ſpecie Menoch. ſolutionem & intellectum ad §. in fideicommiſſo reptobat Peregri. in d. artic. 19. num. 15. vbi quoſdam appoſite caſus conſiderat: & egregie Tiber. Decian. qui vt dixi in eodem caſu contra Menochi. reſpondit d. conſi. 41. num. 9. vſque ad num. 94. igitur ex Peregri. & Tiberi. Decian. poſt multos ab his relatos qui innumeri ſunt, conſtat vocatos ſucceſsiue, & per nomina collectiua cenſeri per fideicõmiſſariam vocatos, non per vulgarem, & magis multo cũ ex coniecturis conſtat de mente diſponentis, qui voluit vel in ipſo contractu vel in teſtamento quod bona ſua conſeruarentur in familia, & agnatione, vt dixit ſingulariter Decian d. conſi. 41. num. 93. citans ad idem Ruin conſi. 92. col. 2. lib. 2. & conſi. 19. col. penul. lib. 3. & hic eſt caſus noſtræ quæſtionis quando adſunt coniecturæ.

Non obſtat quartum fundamentũ ab authoritate Rolan. d. conſi. 58. lib. 3. quoniam ſubſtitutionis primi gradu perempto extinguuntur alij, niſi ex legitimis contrahentium coniecturis aliud conſtet, vt dixi in ſolutione ad primum contrarium fundamentũ non repeto; Cæterum doctrina Barto. ab illo citata in l. liberorum de verbo. ſignifica. non

92 obſtat; † nam Barto. loquitur in ſubſtitutione directa, quam ſufficit ſemel verificari nec vlterius ad alium extenditur; quia adita ab hærede hæreditate, bona commiſcentur diſponentis cum bonis hæredis, & ita efficitur vnũ patrimoniũ vt dixit text. in l. ſed ſi plures §. filio ff. de vulgar. gl. vbi Alex. & alij in l. 1. §. veteres ff. de acquir. poſſeſ. & in l. in ratione §. quod vulgo ad l. falcid. Ange. Salice. Roma. Alex. & alij quos citat Decia. d. cõſ. n. 65. vnde mirandum non eſt ſi in caſu Bari inſtitutis filijs primi gradus & illis admiſſis, hæreditate ab his adita, non admittantur nepotes, nec filiorum veniant appellatione illic; caſus noſter in ſubſtitutione, cuius natura eſt vt plures ſub ſe comprehẽdat, vbi per nomina collectiua facta eſt; vel vbi ex coniecturis contrarium conſtaret ſic reſpõdit Tiber. Decia. d. reſpon. 41. n. 64. & 65. & illius ſolutionem probat Peregri. d. art. 19. nu. 25. vbi & aliter traditioni Bart. & rectè quidem ſatisfacit, quia loquitur cum per nomen appellatiuum filij diſpoſitio facta eſt, cuius natura inducit, & nepotes non contineantur, quia aliter filij, aliter nepotes appellantur l. quod ſi nepotes ff. de teſta. tutel. † propte-93 rea in materia ſtricta & odioſa, filij appellatione nepos non continetur l. filium habeo ff. ad S. C. Macedo. cum igitur diſpoſitio in filijs loquens fuerit in eis ſuũ effectum ſortita, propterea ad nepotes non porrigitur aduerſus præſumptam diſponentis ordinationem; & poſt Alexan. Curt. Sinio. Socin. Corne. Parifi. & Riminal. iun. quos citat, dixit cõmunem idem Peregr. ſupr. n. 25. quam opinionẽ ille ibidẽ latius comprobat. Neq; quod Rolan. ſcribit illo conſilio facit, dũ ait, leges & iura, quæ ſuadent primo gradu inſtitutionis perẽpto locũ eſſe alijs vocationib^s, loqui in vltimis voluntatibus nõ in contractibus, quoniã animaduertio hoc iura nõ eſt ſtantibus enim cõiecturis vt ſupradixi nulla eſt differentia inter cõtractus & vltimas voluntates; ſed neque faciunt tria illa exempla ab eo adducta & à me relata quoniam omnia deficiunt ſtantibus in contrarium coniecturis, vt ex adductis in prima parte quæſtionis fundamentis conſtat.

94 Non † obſtat quintum, quoniam & expreſſum id in iure dicitur quod ex vi verborum & voluntate diſponentiũ elicitur Bart. in l. vxorem §. agi plagam de leg. 3. idem Barto. in l. fideiuſſor §. meminiſſe num. 1. de lega. 1. & idem Bartol. alibi in l. Gallus §. & quid ſi tantum num. 3. de libe. & poſthum. quod vbi aliquis caſus venit ex natura expreſſi, cenſeri debet expreſſus quamuis in verbis ſpecifice prouiſus non ſit, cuius opinionem aliã adducens ſimilia adducit Molin.

lin.trac.de Hiſpa.primo.li.1.c.4.n.21.Neq.
vulgare illud noſtrorũ dictum,quod ſi teſta-
tor voluiſſet dixiſſet, alicuius momenti eſt;
quoniam ſi ei locus perpetuo foret,nuſquam
conſilium Oldradi 21.ex coniecturis defice-
ret, quod affirmare, & abſurdum primum,
95 tum & ridiculum foret † vnde Crauet. huic
rationi in ſpecie reſpondens conſi. 130.n.6.
& 7.ait,quod caſus tunc dicitur omiſſus,quã
do per diſponentem non eſt deuentum ad a-
liquam prouiſionem,tunc vere dicitur actus
omiſſus à mente & verbis,ſed cũ in vno caſu
fuit facta prouiſio, & alter fuit omiſſus de
quo veriſimiliter ſi teſtator vel diſponens
interrogatus fuiſſet,idem ſtatuiſſet,extenſio
fieri poteſt, & debet,cum eadem militet, &
quandoque maior ratio, quod inibi latius
comprobat fusè Manti.in tract.de coniectu.
vlti.volunt.li.3.tit.19.a nu.1.cum ſequenti.

Non obſtat ſextum & ſeptimum argumẽ-
ta, quæ in idem reincidunt, ſcilicet in con-
tractibus parum vel nihil curandum de con-
iecturis,cum in his ſtricta fuit interpretario,
& omiſſum habeatur pro omiſſo: quoniã vel
loquuntur aduerſus communes & receptiſ-
ſimas traditiones interpretes illic citati; &
intelligendi ſunt vt eos ſic intelligo,quod in
contractibus etſi coniecturæ locum habeãt,
hæ tamen vrgentiores magis quam in vlti-
mis voluntatibus eſſe debent, in quibus fa-
uor abundat; vel intelligendi vbi non talis
nec tanta ratio eſt in contractibus ſicut in vl-
timis volnntatibus: nam ſi eadem ratio mi-
litat,& veriſimilis contrahentium mens ad-
ſit,idem quod de vltimis voluntatibus iudi-
candum, vt recte dixit Manti. ſupra relatis
li.3.tit.18.nu.2.ad medium & magis multo
in terminis noſtris in donatione ſcilicet fa-
96 cta in capitulis matrimonialibus † quæ eo
quod donatio ex ſe fauorabilis eſt, & in ea
ſit latiſsima interpretatio, ea cum delecti
de donatio.& animaduertit Tiber. Decian.
dict. conſil.41.num.113. Quia & ſecundum
aliquos,donatio non dicitur proprie contra-
ctus. tertio abundat etiam fauor matrimo-
nij ex his quæ hoc lib.quæſt.1.& 2.

Non obſtat octauũ ab authoritate Manti.
& rationũ quas illic adfert, quoniã idẽ ipſe
Manti. ſoluit argumẽtationẽ inferius dicẽs,
negari nõ poſſe quin in contractibus etiã vbi
eadẽ ratio militat vel maior,liceat ex cõie-
cturata mente contrahentium argumentari,
quamquam maior ratio præſumatur in vl-
timis voluntatibus quã in contractibus rur-
ſus nec Manti. loquitur in donatione qualis
noſter caſus, in qua vt modo dixi latiſsima
ſicut in vltimis voluntatibus fieri debet in-
terpretatio.

Non obſtat nonum ab authoritate Be-
roi.dict.conſi.120.& Alciat.reſpon.95.quia
in caſu illo non ſolum Berou. ſuam fundat
opinionem quia agebatur de donatione in
contractu matrimonij celebrata,ſed in alijs
multis; præcipuè vero quia agnationis ra-
tio non fuerat expreſſa per donantem &
ideo ad excluſionem fœminarum vel deſ-
cendentium ab eis, non poterat ſumi argu-
97 mentum; † maxime ſtante lege in regno illo
Aragoniæ provt extat, quod verba intelli-
gantur ad litteram provt iacent ſic ille dict.
conſil. num.8. & ad finem conſilij num. 86.
vbi bis hæc repetit verba.

98 Mouetur † etiã ex alio quia in ea ſpecie
donans in capitulis matrimonialibus. erat
fœmina, quæ non ſic vt maſculi rationem
conſeruandæ agnationis habere videtur, ne
dicamus ipſam ſexum proprium odio ha-
buiſſe fœminas excludendo, id quod non
eſt præſumendum ita Bero. num. 13. num.
60.61.62. & 66.ad medium. Tertio moue-
tur ex defectu coniecturarum, quarum niſi
duæ concurrebant; repetitio ſcilicet maſ-
culinitatis, & quia dictum erat quod bona
deuenirent de maiori in maiorem & cum
ageretur de excluſione fœminarum aduer-
ſus iuris diſpoſitionem, & in contractibus,
rectè quidem reſpondit Baronem de la La-
guna excluſum non fuiſſe: Cæterum ſi legi-
timæ fuiſſent coniecturę, & ratio agnatio-
nis expreſſa fuiſſet, neque talis lex lata de
intelligendis ad litteram verbis, non negat
quin extenſio fieri potuiſſet etiam ad fœ-
minarum excluſionem vt reſpondit Decian.
99 dict. conſil. 41. † quæ duo conſilia ſic con-
cordanda ſunt; vt modo omiſſerim alteram
in caſu Beroi. conſiderationem quod præ-
ſatus Bero. erat maſculus etſi ex fœmina
deſcendens,quo in caſu licet ex perſona ma-
tris ſuccedere non poſſet,ex propria tamen
ſicut ille ibi num. 82. rationem reddens de
quibus latius ſequenti quæſtione dicemus.

Non obſtat decimum, quoniam vt non
ſemel dixi vbi de veriſsimili diſponentium
mente & voluntate cõſtat, expreſſum etiam
dicitur vt & præter citatos ſuperius in ſo-
lutionibus ad argumenta contraria, docuit
Cæphal.conſil.133.num.8.libr. 1.qui alios.
100 † Sic in fideicommiſſaria ſubſtitutione in-
ducenda, potius voluntas quam verba deſi-
derantur l. cum virum C. de fideicom. l. in
conditionibus de condi. & demonſ. Et ge-
neraliter quomodocũque conſtet de volun-
tate defuncti etſi tacita,ſufficit l.2. C. com-
muni. delega. l. cum proponeretur l. mu-
lier ff.ad S.C.Trebell.& alia his ſimilia ad-
ducit Carol.Moline.in conſi.7.num.40.Lu-
doui.Molin. dict.cap. 4.num.18. Crauet.d.
conſil.130.num.6.7.

Pariter vndecimum argumentum infringitur, quia extẽſio ſit de caſu ad caſum, & de perſona ad perſonam, ex veriſimili diſponentium voluntate, quaſi expreſſe diſponentes de caſu omiſſo loquuti fuiſſent, dum id coniecturis elici poſsit ex multis ſuperius adductis, quæ non repeto.

Duodecimũ tollitur, negando in vltimis voluntatibus extenſionem fieri de caſu ad caſum non poſſe, nedũ vbi maior ratio ſuadet, ſed etſi par & æqualis adſit, id enim ſufficit ex antea dictis: Neque verum eſt fideicommiſſum fore odioſum ideo reſtringendum quoniam vt ſequenti queſtione dicetur, non odioſum eſt ſed fauorabile vt conſeruetur nomen & familia, quæ non aliter quam huiuſmodi lititis interpretationibus poſſet in poſteritate conſeruari, cœterum quando agnationis ratio per teſtatorem conſiderata locũm habeat reſpectu nominatorum tantum, altera quæſtione dicetur.

101 Non † obſtat extremum de deciſione nouiſsima Vincen. de Fran. 113. part. 1. vbi in ſuo caſu decidit in contractibus non fieri extenſionem de re ad rem, de loco ad locũ, nec de perſona ad perſonam, neque de tempore ad tempus; quia non loquitur in donatione vt noſter eſt caſus ſecundo idem ipſe Fran. d. deciſ. n. 5. expreſsim fatetur, regulam dictæ legis tale pactum §. fin. ff. de pact. etiam in contractibus procedere, his ſcilicet in caſibus, in quibus etſi caſus ſit omiſſus, ſi tamen contrahentes interrogati fuiſſent, idẽ veriſimiliter propter eandem rationem reſpondiſſent: vnde à priori opinione vti veriori & magis communi recedendum nõ eſt. Quæ autem coniecturę in donationibus vinculis & ſubſtitutionibus in eis adiectis ſufficiant nec ne ſequenti capite tractamus.

SVMMARIVM.

1 *Coniecturæ quales in contractibus, & donationibus, quæ ſolet in capitulis matrimonialibus ſufficient ad inducendum fideicommiſſum perpetuum.*

2 *Tiberius Decianus & Iaco. Meno. ſibi ipſis contrarij in vna & eadem facti ſpecie, ſimul & Caphal.*

3 *Auguſti. Beroi. Alciat. & Pariſi. in vna & eadem conſultatione ſibi ipſis contrarij.*

4 *Tiber. Decian. Mar. Mantic. Cepha. & illuſtriſſimus nunc Cardinalis Manti. vno & eodem tempore dum author Italiæ ageret iura ciuilia interpretabantur in academia Patauina, ſimul & Iaco. Menoch.*

5 *Liberorum vocatio facta in capitulis matrimonialibus, coniecturam inducit perpetui fideicommiſsi.*

6 *Liberorum appellatio multos gradus continet.*

7 *Diſpoſitio ſub nomine collectiuo facta, ordine ſucceſsiuo inſtructa cenſetur.*

8 *Liberorum nomen collectiuum eſt.*

9 *Vocati ordine ſucceſsiuo, per fideicommiſſariã, & per directam ſubſtitutionem venire poſſunt.*

10 *Fideicommiſſaria in contractibus fieri non poteſt.*

11 *L. quoties C. de donatio. quæ ſub mod. declaratur.*

12 *Actio fideicommiſſaria non datur in ea ſubſtitutione, quæ fit in contractu, ſed diuerſa.*

13 *Diſponenti per directum ſubſtitutionem immediate ſucceditur.*

14 *Subſtitutio facta in donatione ſub conditione ſi aliquis ex donatarijs deceſſerit ſine filijs maſculis, & maſculi ſine maſculis &c. qualis iudicanda.*

15 *Inſtitutus pater cum liberis ſuis, an ſimul cũ patre vocati videantur.*

16 *Subſtitutis, aliquando obijci poteſt, de vobis non loquitur ſubſtitutio.*

17 *Subſtitutio ordine ſucceſsiuo inſtructa in contractibus, potius directa quam obliqua præſumitur.*

18 *Fideicommiſſum reciprocum vt inducatur inter plures vocatos, quæ requirantur.*

19 *Oldrad. conſil. 21. explicatur.*

20 *Fideicommiſſum non extare in dubio pr onunciandum.*

21 *Iudicandum in dubio pro reo in fideicommiſsis.*

22 *Iudicandum in dubio pro poſſeſſore.*

23 *Iudicandum in dubio pro poſſeſſore etſi de maſculis ageretur ad excluſionem fœminarum.*

24 *Liberorum nomine collectiuo inſtructa ſubſtitutio, an ſit directa vel fideicommiſſaria.*

25 *Familiæ relictum, an primos tantum, an vero vlteriores contineat.*

26 *L. filius familias §. cum pater delega. 1. declaratur.*

27 *Verba hæc, hæres meus fundum relinquat in familia, & hæc, volo quod poſt meum hæredem fundus ſit de familia, an eundem effectum operentur.*

28 *L. vnum ex familia §. ſed etſi fundum delega. 2. declaratur.*

29 *Diſpoſitio omnis in primo actu verificatur.*

30 *Familia, & liberorum nomen ita collectiuum eſt, ſicut deſcendentium.*

31 *Relictum pluribus per verba obliqua, cenſetur ordine collectiuo relictum.*

32 *Subſtitutio reciproca in dubio non præſumitur.*

33 *Interpretum iuris noſtri verba, qui vel rationes ſuas, aut opinionem veram eſſe di-*

cunt ſicut Euangelium, obiurgantur uti impura & malè dicta.

34 *L. cum ita legatum §. in fideicommiſſo de lega. 2. & intellectus nouus illius Simo. de Prat. adſertur.*

35 *Alternatiua ordinem ſucceſſiuum per vulgarem & non per fideicommiſſariam oſtendit.*

36 *Familiæ fideicommiſſum relictum, de his intelligitur tantum, qui proximiores ſunt in gradu tempore mortis teſtatoris.*

37 *Conſideratio noua Simo. de Prat. ad l. cum ita legatum §. in fideicommiſſo de lega. 2.*

38 *Vocati per nomina collectiua, veluti liberi familia, deſcendentes, ordine ſucceſſiuo vocati cenſentur.*

39 *Vocati per nomina collectiua, veluti liberi, familia deſcendentes, ordine ſucceſſiuo vocati cenſentur, maximè vbi non adeſt copula.*

40 *Interpretatio pleniſſima in donationibus fit.*

41 *Interpretatio pleniſſima fieri non poteſt in donationibus collectiuo nomine inſtructis, ſi per vulgarem vocati cenſentur.*

42 *Voluntas diſponentis nullo magis extenditur vbi verba diriguntur ad fideicommiſſariã, quam ad vulgarem.*

43 *Hæredibus noſtris nedum nobis, in contractibus proſpicere videmur.*

44 *Hæredum appellatione in contractibus, omnes hæredes in infinitum continentur.*

45 *Pactum de retro emendo pro nobis & hæredibus noſtris, ad omnes hæredes extenditur.*

46 *Conceſſio immunitatis pro ſe, & ſuis hæredibus, omnes hæredes continet.*

47 *Donari in donationibus poteſt adiecto pacto, vt poſt mortem donatarij alijs reſtituatur.*

48 *Subſtitutio tam directa quam fideicommiſſaria, in donationibus fieri poteſt.*

49 *Fideicommiſſaria ſubſtitutio proprie in contractu fieri non dicitur.*

50 *Pactum de ſuccedendo ad certa bona reſtrictũ valet.*

51 *Subſtitutio vulgaris in contractibus fieri proprie non dicitur.*

52 *Diſponentis voluntas ex verbis colligenda.*

53 *Subſtitutio potius præſumitur directa quam obliqua niſi ex voluntate diſponentis aliud appareat.*

54 *Conſilio Oldradi 21. ex coniecturis locus non eſt.*

55 *Dubius non dicitur caſus, quando ex coniecturis elicitur.*

56 *Cumani traditio in l. cum ita legatum §. in fideicommiſſo de lega. 2. declaratur.*

57 *L. filiusfamilias §. cum pater de leg. 1. expenditur.*

58 *L. vnum ex familia §. ſed etſi fundum de leg. 2. nouo & vero ſenſu illuſtratur.*

59 *Alienatione prohibita, non ea cenſetur, qua nõ læditur ius illius in cuius fauorem fuit facta prohibitio.*

60 *Res permutata in locum alterius ſuccedit & eadem ipſa videtur.*

61 *Res permutata, in fideicommiſſo comprehenditur.*

62 *L. boues §. hoc ſermone de verb. ſignifi. non procedit quando diſpoſitio plures gradus cõtinet.*

63 *L. boues. §. hoc ſermone de verb. ſignifi. non procedit quando ex veriſimili mente contrahentium actus in primo tantum non verificatur.*

64 *Deſcendentium nomen collectiuum eſt.*

65 *Conſilium Ruin. 92. lib. 2. declaratur.*

66 *Primodio tituli poſterior formatur euentus.*

67 *Simon. de Præt. argumentatio refellitur.*

68 *Dictio, aut quando vulgarem, & quando fideicommiſſariam deſignet.*

69 *L. cum ita legatum §. cum in fideicommiſſo de leg. 2. noue interpretatur.*

70 *L. ſi cognatis ff. de reb. dub. egregie explicatur.*

71 *Repetitio maſculinitatis in capitulis matrimonialibus facta, an ſufficiens ſit coniectura ad inducendum fideicommiſſum perpetuum.*

72 *Agnationis fauor non conſideratur, niſi in caſibus per diſponentem expreſſis.*

73 *Agnationis conſeruandæ ratio non extenditur de vno ad alium caſum.*

74 *Maſculinitatis repetitio, non operatur vltra caſus expreſſos.*

75 *Agnationis ratio non conſideratur niſi in caſu expreſſo per teſtatorem.*

76 *Maſculorum vocatio excluſis fœminis, coniecturam inducit in eo caſu tantum quo maſculi fuerunt vocati.*

77 *Extenſio in contractibus licet fieri poſſit, ſicut in vltimis voluntatibus, maior tamen militare in contractibus debet, quam in vltimis voluntatibus.*

78 *Maſculi in aliqua teſtamenti parte vocati ſi poſt teſtator idem de filijs loquatur, in caſu non expreſſo, fœminæ non excluduntur.*

79 *Maſculinitatis repetitio in eadem vel diuerſa oratione, cuius ſit effectus ad inducendum fideicommiſſum.*

80 *Qualitas in contractu adiecta in vna oratione, in altera repetita non cenſetur.*

81 *Verba tunc, & eo caſu, & c. reſtrictiua ſunt.*

82 *Maſculinitatis geminatio, cuius ſit effectus, concurrentibus alijs coniecturis.*

83 *Fideicommiſſum onus dicitur.*

84 *Fideicommiſſum non extare, in dubio pronuntiandum.*

85 *Fideicommiſſi ademptio fauorabilis eſt, & nõ odioſa.*

Fidei-

86 *Fideicommiſſum extare dicenti, incumbit onus probandi.*

87 *Fideicommiſſaria actione agentibus obyjcitur, de te non loquitur ſubſtitutio.*

88 *Fideicommiſsi inducendi vel extẽdendi materia odioſa.*

89 *Extenſio non fit de perſona ad perſonam in fideicommiſsis, etiam quod alias ſublata ſignificatione contineretur.*

90 *Argumentum à maioritate dilectionis, non fit ad fideicommiſſum extendendum.*

91 *Probibitio non alienandi ad filios relata, non extenditur ad nepotes.*

92 *Probibitio alienationis in maioratu facta filio, non extenditur ad nepotes.*

93 *Maioratus inſtrumenta ſtrictiſsime interpretanda.*

94 *Subſtitutiones in dubio multiplicandæ non ſunt.*

95 *Regulæ quatuor à Menochio traditæ conſilio 85.num.50.lib.1.in fideicommiſſorum materia.*

96 *Regulæ quatuor à Menochio traditæ d. conſil.85.locum habent vbi ageretur de fœminarum excluſione.*

97 *Minimum quod eſt in fideicommiſsis ſequendum.*

98 *Fideicommiſſum vbi de perſonis honorandis agitur, ad nominatas tantum reſtringitur.*

99 *Fideicommiſſa inter ſtricti iuris iudicia connumerantur.*

100 *Subſtitutio quare in dubio vulgaris directa, quam fideicommiſſaria iudicanda.*

101 *Fideicommiſſarijs in ſubſtitutionibus diſcernendis, paſsim ſibi ipſis interpretes contrariari.*

102 *Teſtatorum extremæ diſpoſitiones, nimia ſubtilitate ſubuerti non debent.*

103 *Fideicommiſſaria ſubſtitutio ad fauorẽ maſculorum, in excluſionem fœminarum extendi non debet, quia continet odium.*

104 *Fœminarum excluſio pœnam continet.*

105 *Iudicandum in dubio aduerſus actores maſculos, in fauorem foeminarum.*

106 *Foeminæ liberorum appellatione continetur.*

107 *Iudicandum in dubio pro ea parte, qua res reducitur ad ius commune.*

108 *Iudicandum in dubio pro poſſeſſore.*

109 *Agnationis ratio vbi apertiſsima eſt, ad coniecturas non eſt recurrendum.*

110 *Verba vbi ſunt aperta, ad iuris intelligentiam non reducuntur.*

111 *Clara & aperta tergiuerſari non debent.*

112 *Diſpoſitiones hominũ legitime leges dicũtur.*

113 *Diſpoſitio aperta, ſuperfluis interpretationibus oneranda non eſt.*

114 *Agnationis ratio in dubio in quauis diſpoſitione, habita non cenſetur.*

115 *Diſponens in dubio voluntatem ſuam cum diſpoſitione iuris communis conformare videtur, & cum ſtatutis & conſuetudinibus.*

116 *Maſculinitatis repetitio agnationis rationem non infert.*

117 *Agnationis conſeruãdæ ratio per teſtatorẽ expreſſa vltra caſus deſignatos non extẽditur.*

118 *Agnationis ratio per modum cauſæ expreſſa per diſponentẽ extendere diſpoſitionẽ facit.*

119 *Foeminarum ſucceſsio, agnationis conſeruationi aduerſatur.*

120 *Ratio conſeruandæ agnationis per diſponentem expreſſa foeminas excludit.*

121 *Agnationis ratio per teſtatorem expreſſa, ſimul cum probibitione reali fortius agit.*

122 *Agnationis ratio expreſſa, ſiue appoſita fuerit in præfatione ſiue in fine diſpoſitionis, nihil reffert.*

123 *Agnationis ratio ſubintellecta ſufficit, quando alia reddi non poteſt.*

124 *Ratio ſub intellecta ſufficit in qualibet diſpoſitione etiam odioſa & poenali, quando alia reddi non poteſt.*

125 *Agnationis ratio per teſtatorem expreſſa, verba alias communia facit, vt ad maſculos tantum referantur.*

126 *Succeſsio in vnam ingreſſa lineam, ad aliam tranſire non poteſt niſi priori extincta.*

127 *Agnationis ratio habita vbi fuit, finita etiam linea foeminæ non admittuntur.*

128 *Agnationis ratione habita expreſsim, foeminæ ſecundum multorum opinionem excluſæ non cenſentur, niſi in caſibus tantum expreſsis, minime in omiſsis.*

129 *Voluntas teſtatoris odium remouet.*

130 *Agnationis ratio expreſſa per diſponẽtem, omnes caſus etiam omiſſos complectitur.*

131 *Agnationis ratio generalis in modum cauſæ non expreſſa minime extendit diſpoſitionẽ.*

132 *Agnationis ratio expreſſa, realem probibitionem continet.*

133 *Agnationis ratio in certis gradibus conſiderata, ad alios non extenditur.*

134 *Verba hæc, in modum ſupraſcriptum, prout ſupraſtum, vel in dictis caſibus, diſpoſitionem limitant generalem.*

135 *Verba prædictos, ſupraſcriptos, diſpoſitionem limitant.*

136 *Agnationis ratio generalis expreſſa per diſponentem, ex coniecturis reſtringitur & limitatur.*

137 *Agnationis ratio per diſponentem expreſſa, dato abſurdo reſtringitur.*

138 *Diſpoſitio generalis, ne ſequatur abſurdum limitatur.*

139 *Agnationis ratio per diſponentem expreſſa temporalis, non extenditur vltra caſus expreſſos, in excluſionem foeminarum.*

140 *Agnationis conſeruandæ ratio per verba enunciatiua expreſſa, minus efficax eſt.*

141 Agnationis ratio per diſponentē expreſſa verbis ſterilibus, vel nullam emphaſim habentibus, nullius conſiderationis eſt.

142 Agnationis ratio expreſſa per diſponētem, quæ aduerſatur his, quæ in præcedentibus dixerat, non curanda.

143 Agnationis ratio habita non cenſetur, quando in diſpoſitione fœminæ vocatæ fuerunt.

144 Agnationis rationem habitam fuiſſe etiam ſi in diſpoſitione aliquo in caſu fœminæ fuerint vocatæ, qui authores tenuerint.

145 Geminata teſtatoris voluntas multum operatur.

146 Geminatio vim habet ſpecialis nominationis.

147 Agnationis rationem habitam fuiſſe ad certum tempus, & poſt aliud minime, facile eſt.

148 Fœminarum vocatio poſt multos annos fieri poteſt, quo in caſu pendent ipſarum iura.

149 Maſculorum vocatio in diſpoſitione facta, nō extenditur ad eos caſus in quibus ſub generali nomine tam maſculi quam fœminæ continentur.

150 Verba generalia quæ maſculos & fœminas cōtinent, an de maſculis tantum ſint intelligenda, quando in priori parte maſculi fuerunt vocati.

151 Maſculinitatis repetitio in vna & eadē oratione vel in diuerſis, cuius ſit effectus.

152 Verba reſtrictiua repetita non cenſentur, in altera parte diſpoſitionis.

153 Ludouici de Molin. opinio declaratur.

154 Agnationis conſeruandæ ratio expreſſa, fideicommiſſum extendit.

155 Ludouici de Molin. opinio quando accipienda.

156 Ludouici de Molin. ſententia reprobatur.

157 Maſculorum vocatio excluſis fœminis, eas tātum excludit, quæ remotiores ſunt, aut in eadem gradus proximitate.

158 Maſculorum prælatio data gradus paritate admittenda.

159 Maſculorum prælatio in Regnis, & Regijs dignitatibus recipienda.

160 Fœminæ propter maſculos excluſæ deficientibus maſculis admittuntur.

161 Fœminæ propter maſculos excluſæ temporali excluſione poſt eam admittuntur, ſecus vbi perpetuo excluſæ fuiſſent.

162 Excluſus perpetuo, ſemper remanet excluſus.

163 Fœmina fideicommiſſum inſtituens, vel maioratum, agnationis rationem in dubio habere non videtur, niſi cum marito ſimul id faciat.

164 Burgen. de Paz opinio à Ludouico de Molin. improbatur.

165 Emphiteoſis accepta à viro & vxore ſimul pro filijs ſuis vtrique adquiritur.

166 Primogenium vel maioratus à viro & vxore ſimul inſtitutus, ex bonis communibus erectus cenſetur.

167 Primogenia vel maioratus indiuidua ſunt.

168 Maſculus & Fæmina vbi concurrunt maſculus fœminæ præfertur

169 Melchior Pela. opinio confutatur.

170 Melchior Pela. opinio quando procedere poſſit.

171 Fœmina maſculos vocans fœminas proximiores excludere non cenſetur.

172 Fideicommiſſum inſtituens is qui à fœmina multa bona conquiſiuit, non cenſetur fœminas ex maſculorum vocatione excluſiſſe.

173 Fœminæ excluſæ non cenſetur vbi bona à fœminis originem ſumpſerunt.

174 Fœmina teſtatrix filias propter maſculos excludens, non cenſetur excluſiſſe neptes vel fœminas remotiores.

175 Fœmina teſtatrix etſi maſculi ab ea fuerint vocati, fœminas etiam vocaſſe præſumitur.

176 Fœmina maioratus inſtituens, cum voluit niſi deſcendentes per lineam maſculinam admitti poſſe, foeminas etiam vocaſſe cenſetur.

177 Fœminarū diſpoſitio generalis nuſquam foeminas excludere præſumitur.

178 Fœminæ vbi regiæ dignitatis à foemina digrediuntur, excluſæ non ſunt.

179 Fideicommiſſum vbi à foemina originem habuit, etſi maſculi ſæpius fuerint vocati maſculi tamen ex foeminis deſcendentes admittuntur.

180 Fœmina inſtituens maioratum vel fideicommiſſum, vbi rationem agnationis conſeruandæ expreſſit, aperte foeminas excluſiſſe præſumitur.

181 Fœminæ ſæpius agnationem diligunt, & inter agnatos maſculos fideicommiſſa inſtituunt.

182 Fideicōmiſſum inſtitutum ad conſeruationem familiæ in illius memoriam, non excludit foeminas.

183 Foeminæ memoriam conſeruant deſcendentium.

184 Fideicommiſſum in memoriam familiæ inductum, foeminas non excludit.

185 Familiæ appellatio latiſſima eſt, & deſcendentes omnes continet.

186 Fœminæ in Hiſpania tota, de familia dicuntur.

187 Fideicommiſſo vocati, qui de domo ſunt diſponentis, caſata, cippo, ſtirpe, progenie, gente, poſteritate, nedum maſculi ſed & foeminæ vocatæ cenſentur.

188 Foeminæ, nomen, cognomen, & inſignia aſcendentium conſeruant in Hiſpania.

189 Nomina hæc, familia, domus, caſata, &c. ad ius naturale diriguntur.

Fidei-

190 *Fideicommiſſum inſtituens in quo poſt aliquos ſpecialiter nominatos ſequẽtes de genere ſuo vocat, nullam agnationis rationem habere videtur.*

191 *Conditio nominis & armorum in fideicõmiſſo adiecta, fœminas non excludit.*

192 *Conditio nominis & armorum in Hiſpania tota, fœminas includit.*

193 *Vocatio deſcendentium ex linea maſculina, fœminas proximiores non excludit.*

194 *Vocatio deſcẽdẽtium per lineam maſculinam, an fœminas excludat.*

195 *Emphiteoſi conceſſa pro filijs & deſcendentibus per lineam maſculinam, ſolum cenſentur vocati maſculi ex maſculis deſcendentes.*

196 *Diſtinctio interpretum diſtinguentium, an dicatur ex linea maſculina vel per lineam maſculinam, an vera.*

197 *Fœminæ in qualibet vocatione excluſæ cenſentur, cum agnationis ratio expreſſa fuit.*

198 *Fœmina licet ex linea ſit, ſub linea tamen non continetur.*

199 *Maſculus ex fœmina vt ſuccedere poſsit, quæ probare teneatur.*

200 *Maſculorum repetita geminatio fœminas excludit.*

201 *Maſculorum nomen ex eiuſdem vi fœminas excludit, in vltimis voluntatibus.*

202 *Maſculorum nomen ex propria vi & natura in contractibus fœminas excludit.*

203 *Maſculi deſcendentes perpetuo vocati, fœminas excludunt.*

204 *Maſculorum vocatione perpetuo facta, nedum fœminæ ſed & maſculi ab eis deſcendentes excluſi cenſentur.*

205 *Maſculi ex fœminis deſcendentes ab infecta radice deſcendent.*

206 *Matre excluſa, & filij remotiores.*

207 *Iuris plus reperiri non poteſt in cauſa influẽti quam in cauſato.*

208 *Maſculis deſcendentibus vocatis in capitulis matrimonialibus, an veniant maſculi ex fœminis deſcendentes.*

209 *Ruini conſilium 120. lib. 1. declaratur.*

210 *Agnationis conſeruandæ ratio vbi habita non eſt, maſculorum appellatione veniunt maſculi ex fœminis deſcendentes.*

211 *Appellatione maſculorum in donationibus, maſculi tantum ex maſculis deſcendentes continetur ſecundum opinionem Guidonis Pap.*

212 *Maſculi ex fœminis deſcendentes ex repetita maſculinitate, an excluſi videantur, diſtinctio authoris.*

213 *Maſculi ex fœminis deſcendentes excluſi non cenſentur quando deficiunt maſculi ex maſculis.*

214 *Filio exhæredato excluſo à querella filia admittitur.*

215 *Baldi traditio in l. in teſtamento C. de teſtamento militis declaratur.*

216 *Fœminæ ab ſtatuto excluſæ, admittantur cum tempore purificatæ fideicommiſsi non reperiuntur maſculi.*

217 *Maſculis ex maſculis dato concurſu, præferũtur maſculis ex fœminis deſcendentibus.*

218 *Maſculis & deſcendentibus vocatis poſt vero fœminis, nuſquam nec fœminis nec deſcendentibus ab eis datur locus, donec extant maſculi ex maſculis.*

219 *Nominati priori loco cæteris præferendi.*

220 *Donationes quæ fiunt in capitulis matrimonialibus in Hiſpania citeriori tam à patre quam à matre de communibus bonis fiunt.*

221 *Maſculi ex maſculis ſemper fœminis præferuntur.*

222 *Maſculi ex fœminis deſcendentes in donatione facta à fœmina continentur, cum limitatione tamen.*

223 *Agnationis ratio habita cenſetur quando ſequeretur minus dilectam perſonam. Magis dilecta præferri.*

224 *Dilecti minus ſæpius grauati reperiuntur.*

225 *Peregrini conſideratio ad l. ſi inua matre C. de bon. mater.*

226 *Priuatio negatiua eſt, & ad habitum non datur regreſſus.*

227 *Diſtinctio multorum adducitur.*

228 *Opinio authoris qualis.*

229 *Filij in conditione poſiti vocati cenſentur, quãdo alias ſequeretur minus dilectos præferri.*

230 *Extenſio licita de caſu ad caſum, de perſona ad perſonam quando alias ſequeretur abſurdum, iniquum vel diſpoſitio redderetur eluſoria.*

231 *Abſurdi vitandi ratione in fideicõmiſsis multa tolerantur aduerſus communes regulas.*

232 *Perſona extrinſeca in fideicommiſsis conuentionalibus non ſubintelligitur.*

233 *Maſculinitatis qualitas certæ perſonæ adiecta, in alia oratione vel parte diſpoſitionis repetita cenſetur.*

234 *Maſculis alicuius perſonæ vocatis & poſt Titio & ſuis, pro nomine ſuis, cenſetur repetita maſculinitas antea expulſa, & de veritate ibidem.*

235 *Ludouici de Molin. traditio declaratur.*

236 *Clauſula quod eodem ordine ſuccedatur poſt expreſſam maſculinitatem, facit vt repetita videatur in ſequentibus.*

237 *Agnationis ratio habita cenſetur ex verbis, ſuprascriptis, vel ſupradictis vbi maſculi antea vocati fuiſſent.*

238 *Verba prædictos, ſupraſcriptos, &c. eos ſolos*

continent qui oculis corporis lædi poſſunt.
239 Verba ſupraſcriptos vel prædictos, ad præcedentia referuntur cum ſuis qualitatibus.
240 Filij poſiti in conditione in capitulis matrimonialibus, an vocati cenſeantur diſpoſitiue.
241 Filiorum appellatione in contractibus non veniunt fi.y ficti.
242 Filij in conditione poſiti ſub qualitate legitimi matrimonij vocati cenſentur, & legitimatos excludunt.
243 Opinio authoris vna cum Menochio.
244 Alienatione prohibita inter deſcendentes, eo tunc omnes vocati & inuicem ſubſtituti cenſentur.
245 Alienationis prohibitio non extendit fideicommiſſum ad alias perſonas non nominatas.
246 Alienationis prohibitio in caſu contrauentionis, non extenditur ad caſum mortis.
247 Alienationis prohibitio adiecta cauſa vt bona remaneant in familia, non inducit purum & abſolutum fideicõmiſſum in caſum mortis, ſed alienationis tantum.
248 Alienationis prohibitio adiecta cauſa vt ratione extendit diſpoſitionem.
249 Alienationis prohibitio facta in capitulis matrimonialibus, an impediat dominij tranſlationem.
250 Alienationis prohibitione facta in contractu, realis actio ſubſtituto quæritur ipſo iure.
251 Pactum in contractibus de re non alienanda, imponi poteſt.
252 Alienationis rei propriæ facultatum ſibi ipſi interdicere nemo poteſt.
253 Dominium non obſtante prohibitione alienationis tranſit in contractibus.
254 Dominia rerum traditionibus transferuntur.
255 Facere præciſe quiſquã nemo cogitur, licet ad intereſſe teneatur.
256 Actio realis contra acquiſitorem in caſu contrauentionis non datur, ſed perſonalis tantum.
257 Alienandi prohibitio quæ fit in contractu differt plurimum ab ea, quæ fit in vltima voluntate.
258 Pactum de non alienando in caſibus in quibus dominium ipſo iure transfertur, impedit dominij tranſlationem.
259 Filij in conditione poſiti in contractibus an diſpoſitiue vocati cenſeantur.
260 Filij in conditione poſiti in vltimis voluntatibus vocati non videntur.
261 Ioſephi de Ruſticis conciliatio & authoris opinio.
262 Filij poſiti in conditione in contractibus quo ad excluſionem fœminarum, vocati non cenſentur.
263 Filij poſiti in conditione in certis rebus particularibus, an diſpoſitiue vocati cenſeantur.
264 Filij in conditione poſiti, vbi bona donata illuſtria forent & magni valoris, an diſpoſitiue vocati videantur ad fœminarum excluſionem.
265 Filij in conditione poſiti in donationibus, cum res & bona illuſtria donata fuerint, ſimul & alienari prohibita, coniecturam inducũt vt diſpoſitiue vocati cenſeantur, etiam ad fœminarum excluſionem.
266 Opinio authoris aduerſus communem.
267 Filij poſiti in conditione duplici, an diſpoſitiue vocati videantur.
268 Prohibitio realis an inducat perpetuum fideicommiſſum.
269 Reale fideicommiſſum quale dicatur.
270 Fideicommiſſum perpetuum fauore agnationis, quod dicatur.
271 Fideicommiſſum perpetuum fauore agnationis an inductum dicatur quando in donatione non fuit expreſſa agnationis ratio, cæterum in teſtamento antea facto, fuit expreſſim conſiderata.
272 Scriptura vna, alteram declarat.
273 Acta ex interuallo, ab actu præcedenti interpretationem recipiunt.
274 Actus ſecundus a primo interpretationem recipit.
275 Teſtatoris diſpoſitio in vno facta teſtamento, ab altero teſtamento interpretationem non recipit.
276 Maſculinitatis qualitas in vna parte teſtamenti, in altera repetita non videtur.
277 Omiſſum pro omiſſo habetur in contractibus.
278 Qualitas quæ in odium vel tertij excluſionem tendit, repetita non cenſetur.
279 Tiberij Decian. opinio quo in caſu poſſit ſuſtineri.
280 Mutatio voluntatis ex actu diuerſo præſumitur.
281 Relatio qualiter contingat per dictiones relatiuas, & quales illæ.
282 Relatiuæ dictiones an ſtent ſimilitudinariæ vel aliter, quæ regula.
283 Relatiuæ dictiones cum nuntiant præterita, quid iuris.
284 Relatiua diſpoſitio reſtringitur ad terminos relate.
285 Relatione dictiones an ſtent vere vel ſimilitudinarie, ſumma controuerſia.
286 Decij opinio à quibus recepta aduerſus Soci.
287 Soci. opinionem aduerſus Decium qui ſequuntur.
288 Clauſula in feudo nouo poſita ad tenorem antiqui, ſtat ſimilitudinarie.
289 Conciliatio authoris in graui controuerſia inter Dec. & Socin.
290 Agnationis & familiæ conſeruandæ ratio latiſſime interpretanda.

Digitized by Google

291 *Agnationis ratione expreſſa ſit latiſſima interpretatio.*

292 *Agnationis ratione expreſſa fideicommiſſum iudicandum perpetuum.*

293 *Referens ſe teſtator ad vincula antiqua, quando agnationis rationem habuiſſe credatur.*

294 *Nobilsores familiæ ſuæ conſeruandæ rationem habere ſolent.*

295 *Affectio eadem ad tranſuerſales quæ ad deſcẽdentes, vbi cõſeruandæ agnationis ratio habetur.*

276 *Donans in capitulis matrimonialibus ſub pactis & vinculis à donatore in ſuo teſtamẽto conſtitutis, repetere cenſetur vincula omnia, verè & propriè quæ in ſuo appoſuit teſtamento.*

297 *Relatum implicitè in referente continetur.*

298 *Relata diſpoſitio vbi non reperitur, ſi tamen vincula appoſita in diſpoſitione referente ſunt certa, ſuſtinetur diſpoſitio referens.*

299 *Referenti diſpoſitioni ſtatur & nõ relatæ vbi vtraq; reperitur.*

300 *Referens diſpoſitio vbi diuerſo modo refert, ſtã dum tunc diſpoſitioni relatæ.*

301 *Referens diſpoſitio reſtringitur ad terminos relatæ.*

302 *Referens diſpoſitio non attenditur quando cõſtat diſponentem voluiſſe alio modo diſponere, quam in relata continetur.*

303 *Referens diſpoſitio gratioſa relata ad primam ampliandi gratia, non reſtringitur à relata.*

304 *Referens diſpoſitio, alteram certam & limitatam ad certum locum vel tempus, ad illud ipſum eſt reſtringenda.*

305 *Relationis natura eſt, repetere omnia ad quæ ſe refſ.rt.*

306 *Referẽs diſpoſitio vaga & incerta, ad aliã quæ nõ aparet inutilis redditur.*

307 *Referens diſpoſitio alteram incertam & vagã niſi conſtet diſponentem; de certo cenſiſſe, inutilis eſt.*

308 *Relatio facta a donante ad certa vincula & ſubſtitutiones de quibus non cõſtat inutilis.*

309 *Rcſerens diſpoſitio aliam contrariam omnino vitiatur.*

310 *Relatio ad inſtrumentum quod non valet fieri non debet.*

311 *Referens diſpoſitio contrariam ſi conciliatione iuuari poteſt, ſuſtinetur.*

312 *Communio inter fratres vel conſanguineos vt ipſorum bona ſubiacerent fideicommiſſo, ſic & prout in alicuius diſpoſitione continetur, valet.*

313 *Voluntas captatoria non dicitur; quando quis ad alterius ſe refert diſpoſitionem.*

314 *Conſentio fratrum vt ſuccedant ſic & prout in teſtamento patris continetur, valet.*

315 *Oſaſc. deciſio. declarata.*

316 *Conuentiones in matrimonio factæ quibus antiquus ſuccedendi ordo inuertitur nullæ.*

317 *Conuentio fratrum vt ſuccedatur in bonis paternis iure primogenituræ, valet.*

318 *Conuentio fratrum approbantium teſtamentũ paternum omnino nullum, valet.*

319 *Rui. traditio inſignis.*

320 *Conuentione partium actus omnino nullus iuſtificari non poteſt.*

321 *Conuentio fratrum approbantium teſtamentũ paternum viuo illo inualida.*

322 *Conuẽtio qua valida approbatur diſpoſitio alicuius in qua vberiores ſubſtitutiones & vincula fuere inſtituta, ſi ea diſpoſitio ad quem ſit relatio magis reſtricta foret, & mens contrahentium eſſet relatam approbare, referens ad illius terminos reſtringenda eſſet.*

323 *Donatio à patre facta filio ſub conditione vt bona donata in legitimam non recipiat, cum alios vocat poſtea ad res donatas, præſumptionem & coniecturatam inducit fideicommiſſi inducendi.*

324 *Filius donatarius de rebus donatis legitimam deducere poteſt.*

325 *Filij in conditione poſiti vocati cenſentur cum conſtat diſponentem voluiſſe bona in familia conſeruare.*

326 *Agnationis conſeruandæ coniectura nunquam capiendi vbi alia capi poteſt.*

327 *Vocatio primogenitorum in capitulis matrimonialibus facta an ſit ſufficiens cõiectura.*

328 *Donatio facta in capitulis matrimonialibus cum conditione quod ſuccedatur iure primogenituræ, an ſit ſufficiens coniectura ad excluſionem fœminarum.*

329 *Primogenituræ qualitas ſic reperitur in fœminis ſicut in viris.*

330 *Paris. conſilium 72. lib. 4. reprobatur.*

331 *Coniecturæ ad excluſionem fœminarum vrgentiſſimæ eſſe debent.*

332 *Proximitas an ſit attendenda in fideicommiſſis reſpectu grauati vel grauantis.*

333 *Proximitas reſpectu vltimi poſſeſſoris metienda.*

334 *Proximitatem ab vltimo poſſeſſore conſiderandam author oſtendit inſtitutis claſſibus omnium ſcriptorum tam Italiæ, Hiſpaniæ, quã Galliæ.*

335 *Alexandri Rauden. opinio noua circa proximitatem grauati vel grauantis commendatur.*

336 *Sententia ſacri Senatus Cathaloniæ probauit reſolutionem authoris ferè in omnibus aduerſus conſilium Menochy 904. lib. 10. in quo aduerſus Illuſtriſſimã & Excellentiſſimã Duciſſam Cardoniæ reſpondit in fauorẽ D. Galcerandi de Cardona, & iudicatum aduerſus Menochi. in fauorem Duciſſæ.*

337 *Sententia ſacri Senatus Barchinonenſis probatut*

Digitized by Google

*uit reſolutionem authoris & aliorum con-
ſulentium ferè in omnibus aduerſus conſi-
lium Menochij 904. lib. 10. in quo contra
Illuſtriſſimam & Excellentiſſimam Du-
ciſſam Cardonæ reſpondit, in fauorem D.
Galcerandi de Cardona & iudicatum ad-
uerſus eum in fauorem D. Duciſſæ.*

QVÆSTIO. XXIIII.

*CONIECTVRAE QVALES AD
inducendum perpetuum fideicommiſ-
ſum conuentionale in donationibus fa-
ctis in capitulis matrimonialibus; Et
an eædem ipſæ ſufficiant ad fœminarũ
excluſionem, anceps decertatio.*

1 A Superiori † altera nunc pen-
det celebris queſtio quales ſci
licet ſufficiant coniecturæ in
contractibus ad inducendũ fi-
deicommiſſum fauore maſcu-
lorum, potiſsimè vbi ageretur de excluſione
fœminarum deſcendentium vel maſculorum
2 à fœminis in qua quæſtione † in vna & eadẽ
facti ſpecie cõtraria extant celeberrima cõ-
cilia Tiber. Decian. in conſ. 41. lib. 1. & ex
aduerſo Menoch. conſ. 85. lib. 1. & vna cum
Menochio in eodem caſu aduerſus Decian.
Cæphal. conſ. 353. lib. 3. de quibus conſilijs
mentionem feci in præcedenti quæſtione. Et
3 † ante tres hos viros eruditiſsimos in dona-
tione facta in capitulis matrimonialibus in
graui cauſa ſibi etiam ad inuicẽ alij doctiſsi-
mi viri in votis ſuis contrarij fuerunt; Auguſ.
Bero. conſ. 120. lib. 2. in cauſa Baronię de
Caſtro pro Baronæ de la Laguna, & cum eo
conſuluit in fauorem eiuſdem, Alciat. reſ. 99.
in qua cauſa & ego fui aduocat⁹ in curia Re-
gia in dubijs quibuſdã ortis poſt ipſam ſen-
tentiam triginta poſt annis. Ex aduerſo con-
tra Baronem reſpondit Pariſi. conſ. 72. li. 4.
Eas ipſe referam tãtum coniecturas quas in
contractibus ſcriptores noſtri adferunt etſi
ij quidem pauci ſint, quoniam ad fideicom-
miſſa teſtamentaria tota ferè noſtrorum tur-
ba ſcriptorum diuertit. etſi eædem ferè ſint
quæ in contractibus recenſentur; cum illis
quæ in vltimis voluntatibus paucisque con-
tractibus minime conuenire poſſunt demp-
tis: referam autem quas Tiber. Decian. ad-
fert cum Menochij confutatione Menochius
4 Decianum non allegat † interpretabantur
ambo cum Italiæ ipſe agerem iura ciuilia in
famoſa illa Patauina academia quo etiam
tempore legebat Illuſtriſsimus nunc Cardi-
nalis Manti. Mar. Mantua. & Cæphal. viri
omnes ij ſupra modũ peritiſsimi, ſed Tiber.
Decian. omnes alios grauitate & authorita-
te tũc ſuperabat, multis à dominio Veneto-
rum. eo tunc auctus honoribus.

Referam autem cõiecturas Decian. & ob-
iecta ſimul. Menoch. quoniam ab his ferè
tota conuentionalis fideicommiſsi materia
pendet; illius vero diligam opinionem quæ
verior & iuribus & authoritatibus validior
& verior videbitur.

5 Igitur † Tiber. Decian. in donatione lo-
quens hanc primam in illa ſpecie coniectorã
adſert, quod donator inibi liberos vocaue-
rit, quorum appellatione veniũt omnes deſ-
cendentes in infinitum l. liberorum de ver-
bo. ſignifi. l. Gallus §. inſtituẽs de libe. & poſt-
hum. Ita fit inquit ille donatorum (qui Ma-
rianus vocabatur) noluiſſe conſiderare vnicũ
actum tantum ſuccedendi, vel pręſentes tan-
tum natos vel conceptos, ſed omnes in infi-
nitum per longos temporum & ætatum tra-
6 ctus; rationem inibi reddit, quia † nomen li-
berorum eſt collectiuum, & plures gradus
continet iuxta Alex. traditionem in l. Gal-
lus §. quidam rectè de libe. & poſthum. poſt.
Barto. & Angel. ab eo relatos, diſpoſitio au-
7 tẽ † facta ſub nomine collectiuo, ordine ſuc-
ceſsiuo ſemper facta cenſetur Barto. in d. l.
Gallus §. quidam rectè de libe. & poſthum.
Et in terminis de nomine liberorum poſito
in cõtractu & pacto ſucceſsionis inter quoſ-
dam fratres conſuluit Deci. conſ. 277. nu. 13.
conſ. 619. nu. 6. conſ. 636. nu. 2. Hæc Decian⁹
dicto conſ. nu. 24. 25. 26.

8 Duo igitur † Decian. adducit in hanc pri-
mam coniecturam fundamenta: primum li-
berorum nomen eſſe collectiuum, & vera ra-
tio eſt; id idem præter citatos ab eo tenue-
runt Menoch. præſump. 71. lib. 4. num. 28. &
Peregrin. non relato eo tracta. de fideicom-
miſsis artic. 19. num. 16. in verbis, & in do-
natione pro ſe & liberis. Deci. conſ. 239. vbi
arguit ab eo nomine collectiuo: & inferius
eo. arti. num. 27. Simo. de Præt. de interpre-
tatio. verbo vltim. volunta. lib. 3. interpreta.
3. dubita. 1. ſolutio. 9. num. 8. ad mediũ Pe-
tra. tracta. de fidei. quæſt. 11. num. 159. verſi.
Ex his Menoch. d. conſ. 85. num. 1. & 2. idem
Menoch. conſ. 904. num. 39. lib. 10. conſ. 1.
num. 198. lib. 1. & in comment. de præſump.
9 pręſump. 89. lib. 4. num. 74. Secũdum † De-
ciani fundamentum eſt, quod facta nomine
collectiuo vocatio, habet tractum ſucceſ-
ſiuum, in conſequentiam inductum fideicom-
miſſum Reſſellit Menoch. ſecũdam hanc ra-
tionem dicto conſilio num. 73. verſicu. Non
obſtant itaq. quia inquit non ſequitur ſunt
vocati ordine ſucceſsiuo, ergo per fideicom-
miſſariam, cum eſſe poſsit per directam vt
mox cum eod. dicam: Secundo hoc ipſum
confir-

confirmat eodem conſilio num. 28. quia in eo caſu erat facta ſubſtitutio in cõtractu donationis iuxta diſpoſitionem l. quoties C.
10 de donatio. quæ ſub mod. at † inquit ille in contractib' ſubſtitutio fideicommiſſaria fieri non poteſt Cuma. Caſtren. Alex. Iaſſ. Socin. ſeni. Ruin. Deci. Pariſi. & Alciat. quos ille refert ibidem, quamquam enim ſubdit ille, in donatione cauſa mortis id fieri poſſe aliqui voluerint, quales Caſtren. Alex. Curti. iuni. Socin. iuni. & Crauet. quos idem Menochi. adducit. id tamen ideo toleratur quia donatio cauſa mortis in effectu reputatur vltima
11 voluntas, conſequenter † ſubſtitutio illa in terminis dictæ l. quoties iudicari debet directa non fideicommiſſaria, vt in terminis eiuſdem l. quoties reſpondit Caſſa. conſ. 53. num. 25. Deci. conſ. 245. nu. 7. Corne. conſi. 29. in fine lib. 2. Socin. iuni. conſ. 100. num. 16. lib. 3.
12 Tertio † mouetur, quoniam ſi ſubſtitutio iudicaretur fideicommiſſaria vti illa, quæ in vltimis fit voluntatibus, competet actio ordinaria ex fideicommiſſo, cum tamen ſola perſonalis vtilis ex perſona donatoris detur iuxta Salice. ſententiam in d. l. quoties Dida. lib. 1. varia. reſoluti. cap. 14. num. 3. Alciat. reſpon. 99. num. 11. & reſpon. 578. nu. 1.
13 Quarto † mouetur, quoniam quod ſit directa vulgaris magis quadrat, quam fideicommiſſaria, cum per eam immediate diſponenti ſuccedatur ad notata per Ripam in l. hæredes mei §. cum ita num. 96. ad S. C. Trebelli. Atq. in donationibus inter viuos qualis illa & hęc, de qua agimus, quod non ſit locus ſuſtitutioni, ſed in donationibus tantum mortis cauſa, adducit authoritatem Æmilij Ferreti. conſ. 12. nu. 4. ſic intelligens textum in l. vt hæredibus delega. 2.
14 Quinto adducit † num. 34. dato quod deberet inſtitutio illa fideicõmiſſaria dici perinde ac ſi in teſtamento facta fuiſſet, adhuc ait deſcendentes illos nõ fuiſſe vocatos per ſubſtitutionem fideicommiſſariam, ſed per vulgarem; perpendit verba donationis in illo caſu, quia donator vocauerat ſub conditione ſi aliquis ex ipſis donatarijs deceſſerit ſine filijs maſculis, & ſi illi maſculi ſine maſculis, &c. Hanc ille exiſtimat vulgarem non fideicommiſſariam: rationem reddit, quoniã ſi mortuis maſculis omnibus alterius ex donatarijs, ſuperſtes fuiſſet alter donatarius, is ſolus ſucceſsiſſet non autem liberi maſculi cum eo, iuxta traditionem Socin. in l. Gallus §. quidam rectè num. 5. de libe. & poſthu. & Deci. cõſ. 248. n. 3. Ruin. conſ. 62. n. 6. lib. 1.
15 affirmant † ij quod ſi inſtituatur pater cum liberis ſuis, liberi non veniunt ſimul cũ patre, ſed vnus poſt alterum ordine ſucceſsiuo, nec enim admitti poſſunt donec extet pater, eo autem deſſiciente ſic, vt qui gradu proximior ſit, is præferatur, iuxta diſpoſitionem tex. in d. l. cum ita legatum §. in fideicommiſſo delega. 2.
16 Sexto † num. 37. argumentatur, quamquã non ita ordinate vt ipſe nunc refero; aſſecuta per liberos vt nũc proxime dicebam hæreditate, quod adhuc locus ſit vlteriori ſubſtitutioni in caſu illo donationis quaſi adita ſemel hæreditate expirauerit l. poſt aditam cum ſimili. C. de impube. non reperitur in iure deciſum; vnde neq. nos id dicere iure poſſumus, quod vulgare ſit apud noſtros dicere, de re non loquitur ſubſtitutio Socin. ſeni. Rube. Iaſſ. Goza. Paris. Socin. iuni. Craue. Deci. & alij quos ille refert.
17 Septimo † num. 38. & 39. agit, Quoniam ſubſtitutio ordine ſucceſsiuo facta præſumitur directa potius quam obliqua Craue. poſt Caſtr. & Deci. conſ. 22. num. 3. conſ. 180. ad finem: poterat allegare textum, in cap. ſi pater de teſtam. in 6. rationem ſubijcit Meno. quia ſubſtitutio fideicommiſſaria onus continet l. cohæredi §. cum filiæ de vulga. & dicitur res odioſa, citat Deci. Crauet. & Socin. vnde argumentationem concludit, quod ſi rationes, & fundamenta cum traditionibus ſuperius adductis procedunt in vltimis voluntatibus, quæ fauorabiliores ſunt, quanto fortius in contractibus in quibus ſtricta ſit interpretatio.
18 Octauo † num. 40. argumentatur, nec in eo caſu induci potuiſſe reciprocum fideicõmiſſum inter fratres; quia vt inducatur inter plures ſubſtitutos tria requirantur: primo quod fiat ab vltimo decedente l. fina. §. filium delega. 2. l. Lucius §. gaio ad Trebelli. & inibi hanc dicit eſſe communem ſententiam Barto. Pau. de Caſt. & aliorum in l. hæredes mei §. cum ita ad Trebelli. vbi Zanch. num. 550. Ripa. & Socin. num. 7. & 8. ſecundo requiritur quod facta ſit expreſsim in omnibus bonis, ita ſcribit ſentire omnes in l. Titia ſeio. §. ſeia libertis delega. 2. ex illo textu. Zanch. in d. §. cum ita num. 614. Tertio requiritur quod ſint expreſſe vocati, nec enim ſufficeret quod eſſent in cõditione poſiti Socin. in d. §. cum ita num. 3. poſt Imol. & alios ab eo relatos idem conſ. 113. ad finem lib. 1. Ruin. conſ. 96. num. 11. Pariſi. Socin. iuni. & Crauet. conſ. 161. num. 7. quos ille refert.

Nono adfert rationem num. 43. Quoniam cũ in illo caſu fuiſſent vocati Bartholomeus filius, Nicolaus, & Ioannes, Iacobus reſpectu bonorum aſsignatorum Bartholomeo per Marianum donatorem nihil diſpoſuit, nec dixit de eo nec ſuis deſcendentibus, ſed tantum

tum prouidet Ioan. Iacobo, & Nicolao eo-
rumq. deſcendentibus, vocando ipſos in ca-
ſu, quo Bartholomeus & illius liberi dece-
derent ſine maſculis; vnde in ſimili ſpecie ci-
tat inſigne Alciati reſponſum 164. num. 16.
vſq. ad finem vbi Franciſca duorum mater
filiorum, vt tutrix cum republica conuenit
Florentina vt filiorum ſuorum caſtra, & bo-
na ſub protectione ipſius Reipublicæ reci-
perentur, adiecta conuentione, quod ſi maſ-
culli illi, & eorum deſcendẽtes, deceſsiſſent
ſine filijs maſculis, Reſpublica Florẽtina lo-
ca & caſtra conſequeretur; contigit alterum
filiorum deceſsiſſe relicta filia, alter vero re-
lictis maſculis: reſpondit Alciat. Rempubli-
cam Florentinam Caſtra illa conſequi non
poſſe, cum caſus conuentionis non venerit,
quia ſcilicet ambo illi fratres non deceſſerãt
ſine maſculis, cum vnus filios relinquerit, al-
ter fœminam: Addit Alciat. & hoc conſide-
rauit multum Menoch. ibi, fœminam illam
fratris filiã non excludi à maſculo, licet enim
Reſpublica Florentina fuiſſet vocata reſpe-
ctu maſculorum, nõ tamen ipſi maſculi cen-
ſentur inuicem reciproce interſe vocati, ca-
ſu quo alter eorum ſine filijs maſculis dece-
deret. Atq. ita duo operatur exiſtentia illius
maſculi, primo ne Reſpublica admitatur ad
ſucceſsionem caſtrorum pro parte illius, qui
ſine maſculis relicta filia deceſsit, ſecundo, vt
filia ipſa donec hic maſculus erit ſuperſtes,
ſuccedat pro parte quæ patris ſui fuit.
19 Decimo † num. 45. & 46. adfert in tuitio-
nem famigeratum illud conſilium Oldra. 21.
Quod per omniũ ora fertur, nullumq. aliud
in vltimis voluntatibus magis quã illud no-
tum etiam diſcolis, is igitur docuit quod te-
ſtator fratrem habens & ex alio præmortuo
nepotẽ, ex tertio etiam defuncto tres alios
nepotes, quos omnes hæredes fecit. in ſtir-
pes poſtmodum ita dixit, ſi aliquis hęredum
meorum ſine filijs vel deinceps deſcenden-
tib⁹ maſculis decedat, eius portio deuolua-
tur ad hæredes, vel eorũ hæredes dum maſ-
culi ſint, & ex maſculis ſecundum rectam li-
neam deſcendentibus; excludendo ſemper
fœminas, quas dotauit, & ex fœminis deſcẽ-
dentes; poſt hæc idem teſtator cauit, quod ſi
omnes præfati hæredes nollent dotes ab eo
aſsignatas ſoluere, quod ea nolentium por-
tio ad Eccleſiam Romanam deuolueretur,
quam cum onere ipſo ſubſtituit. Rurſus ca-
uit idem teſtator quod ſi nec Eccleſia neque
hæredes maſculi dictas ſoluerẽt dotes, por-
tio ad fœminam deuolueretur, quæ cum ea
portione in quam eam ſubſtituebat nuberet:
Extremo ſanxit, quod ſi dicti omnes hęredes
abſq. filijs & nepotibus vel deinceps maſcu-
lini ſextus deſcendentibus decederent; vt
bona ad Eccleſiam Romanã deuoluerentur:
contingit mortuo iam teſtatore, quod vnus
ex nepotibus deceſsit relictis quatuor filijs
maſculis, quorum duo ſine filijs deceſſerunt
tertius, defunctus fuit relicta filia ſuperſtite,
mortuus eſt quartus, ſine prole, hærede inſti-
tuta nepote, maſculi ex maſculis deſcenden-
tes bona ex ſubſtitutione, dote oblata vindi-
cabant, reſpondit Oldrad. pronepotem ab-
ſoluendam, quoniam ſubſtitutio tota expi-
rauerat in perſona aui neptis qui deceſſerat
relictis quatuor filijs maſculis ſuperſtitibus,
& fideicommiſsi onus non cenſetur repeti-
tum in perſona ſubſtitutorum: opinionem
Oldradi approbarunt Angelus, Anchar. &
Alexan. qui ferme in eodem caſu conſuluit
conſ. 108. lib. 1. conſ. 139. lib. 6. Rube. Ruin.
Deci. Tiraq. Crauet. Pariſi. Curt. iuni. Socin.
iuni. & alij quos citat Menoch. d. conſ. num.
46. 47. 48. 49. & multos plures citauit conſ.
99. num. 204. lib. 1. & in commen. de præſu.
lib. 4. præſump. 76. num. 14. conſ. 152. nu. 1.
lib. 2. idem lib. 4. præſu. 69. à num. 1. vbi in
ſpecie de conſilio 21. Oldrad. agit, commu-
niter receptum fore affirmans, nouiſsimè in-
numeros agregat interpretes cum Oldrad.
ſentientes Peregrin. tracta. de fidei. arti. 29.
à num. 22. vſq. ad num. final. vbi exactiſsimè
iudicia, & ſententias contrarias refert in ca-
ſu Oldradi. Gabri. in commu. concluſi. tit. de
fidei. concluſ. 4. à num. 1. & multos etiam
coaceruat Caual. deciſ. 5. num. 17. 3. par. vbi
de ipſo eod. conſ. Oldrad. 21. agit alios mul-
tos ſciens prætereo, verum in terminis, de
quibus agimus donationis idem Menoch.
num. 47. in extremis verbis citat Alciat. reſ-
pon. 134. ij omnes relati interpretes cum
Oldrado concludunt, conditione ſemel ex-
tincta, cæteris in conſequentiam ſubſtitutio-
nes expirare. Vnde & in ſpecie noſtra idem
fatendum eſt cum eadem ſit ratio.
20 Vndecimo † idem Menochi. hanc extre-
mam adduxit rationem, quia inquit ita pro-
nuntiandum eſt in dubio, nam in quæſtione
dubia fideicommiſſum non extare pronun-
tiandum, quemadmodum authoritate Rotæ
Romanæ reſpondit Crauet. conſ. 180. in fine
21 Neuiz. conſ. 6. num. 47. Secundo † in dubio
pro reo eſt pronuntiandum l. Arrianus de
action. & obliga. l. qui accuſare C. de eden.
22 Rurſus † in dubio eſt pronuntiandũ pro poſ-
ſeſſore §. commodum inſtit. de interdic. Ex-
tremo eſt pronuntiandum bona libera fore
non oneri ſubiecta l. altius C. de ſer. & aqua.
23 Alciat. reſpon. 483. ad finem. Et † præter Al-
ciatum & citatos à Menochi. quod in dubio
contra fideicommiſſum fœminarum Natt.
egregie conſ. 678. nu. 36. lib. 4. Claud. conſ.
5. in fine & hos refert & ſequitur Alex. Rau-
den.

den.conſ.56.num.19. & 20.lib.1. qui enim fœminas excludere contendit lucidiſsimis probationib⁹ agere debet, quia aduerſus ius naturæ & ciuile agit, ideo aduerſus maſculos in caſu dubio pronunciandum vt præter relatos oſtendit Ludo. Molin. tracta. de Hiſpa. primo.lib.3.cap.4.num.32.

24 Duodecimo † idem Menoch.num.52.53. nullum putat in ea ſpecie inductum fuiſſe reciprocum fideicommiſſum, & ingreditur difficilem illã, & ſubtilem quæſtionem, an ſcilicet vocatione facta ſub nomine liberorum collectiuo, cenſeatur ſubſtitutio vulgaris inducta per diſponentem, an vero fideicõmiſſaria, & me dicturum nunc de ea ſcripſi ſuperius in principio, verſic. Secundum Decian. fundamẽtum, &c. Ardua & ſumme difficilis controuerſia vt dicit Cranet. conſ.22.nu.3. & refert Pet.tracta.de fidei.queſt.11.n.161. Peregrin.tracta.de fidei.arti.19. in prin. Ex nouiſsimis Menoch.hoc conſ.à num.52.vſq. ad num.102.hanc examinat quæſtionem vbi tandem poſt Socin.in l.Gallus §.quidam recte de libe.& poſthu.Quinq.caſus conſiderat & diſtinguit. Hanc ipſam quæſtionem erudite tractat Peregrin.tractat. de fideicommiſ. artic.19. à num.1.vſq. ad finem, qui innumeros in vtramq. partem citat, conſiliaq. interpretum, & eorum vota diligenter proſequitur; tandem conciliationes quaſdã Ruin. & Hierony. Torniel.adfert & probat, ſuãq. diſtinctionem præter alios prodit Ludo. de Molin. eandem diſputat ad partes quæſtionem de Hiſpan.primog. lib.1.cap.5.nu.24. Petra non relatis ſuperioribus, tres adfert opiniones in hoc arti. tracta. de fidei.quæſt. 11.num.161.cum ſequen.vſq. ad num. 166. Eandem quæſtionem aliquod etiã caſus diſtinguẽs reaſumpſit poſtea idem Menoch. in commen.de præſump. lib.4. præſump.71. à num.1.vſq.ad vltimum, Tiber.Decia.cumq. etiam caſus diſtinxit d. conſ.41. à num.91. poſt Socin.in d.§.quidam recte, eoſdem caſus refert Cæphal. conſ.353. à num.57.li.3. qui vt dixi ſuperius loquitur in ipſomet caſu Decian. & Menoch. eiuſdem cum Menoch. voti aduerſus Decian. quamquã nec Meno. Cæphalum, nec Cæpha. Menoch. memoret igitur opinatur Menoch. in ſpecie & caſu illo, nullam reciprocam ſubſtitutionem fideicommiſſariam inductam fuiſſe; ex ſequentibus.

25 Primo † expendit traditionem Cuma.in d.l.cum ita §.in fideicommiſſo num.4.is docuit quod vbi relictum fuit familiæ his verbis, relinquo familiæ meæ, tunc quidem teſtatoris diſpoſitionẽ primos de familia, qui relictum agnouerunt continere non alios; ſufficit enim quod in primis verificetur voluntas defuncti, conſequenter ad alios non extenditur vlteriores ita intelligit tex. in l. ſi cognatis de reb. dub. & qui ſemel accepit poterit alienare l. vnum ex familia §. ſed is quidem deleg.2.Bart.in l.peto §. fratre de leg.2.vnde cum in ſpecie illa Bartholomeus & eius liberi, ſeu deſcẽdentes vocati fuerint ſi extabunt, & ſimiliter eius liberi maſculi & legitimi; ſine liberis maſculis & legitimis decederent, &c. Nihil enim poſt hæc verba additum fuit per donatorẽ quod illius mentem oſtendat, volentis perpetuum inducere fideicommiſſum reſpondit itidem Menoch. num.54. ad medium eiuſdem Cuma. traditionem in d.§.in fideicommiſſo.qui ait, ſi autem legauit teſtator & voluit ne alienentur extra familiam, vel vt remaneat in familia, & ſic vt habeat tractum ſucceſsiuum, hoc videtur importare, vt perpetuo debeat remanere in familia, & procedit ille tex.vt inſpiciatur tempus mortis, & non teſtamenti d.l. ſi cognatis, quia non ſufficit in familia tempore teſtamenti, niſi perdurauerit vſq. Cuma.cuius Menoch. verba recẽſet, ex his verbis caſum ſuum clariorem reddi opinatur, cum poſt illa verba liberos maſculos deſcendentes, addita non ſint altera, ita videlicet quod remaneant in familia, vel quod non exeant de familia, aut alia his ſimilia tractũ temporis futuri deſignantia. Et ex hac ſola Cuma. authoritate putat totam illam dirimi quæſtionem, cæterum quoniam traditio Cumani.vt mox dicam à multis improbatur idcirco ipſam ſequentibus tutatur fundamẽtis.

26 Primo † adducit tex.in l. filiusfamilias §. cum pater deleg.1.tex. ſimilis in l. pater filium ff.ad l. falcidi. Quibus probatur teſtatorem hæredem ſuum grauantem ne fundũ alienet, ſed in familia relinquat, ſufficere ſi hæres hic vni ex familia relinquat. Nec tunc familiæ nomen effectum ſucceſsiuum operatur, cum in fideicommiſsis ſtricta fieri interpretatio debeat, ne continuatio vel extenſio oneris de vno ad alium fiat.

27 Addit † Menoch.num.55.verſic. Nec ratione actus, quod ratione act⁹ ſucceſsiui nulla eſt differentia ſi dicatur; hæres meus fundum relinquat in familia, vel ſi dicatur, volo quod poſt hæredem meum fundus ſit illorũ de familia, vtroque enim caſu ſufficit relinquere his, qui ſunt de familia, eiuſdem gradus eodem tempore, nec oportet vt ij alijs reſtituant. Verum quoad electionem differentiam tantum cõſtituit, quoniam in priori ſpecie vbi fundus iubetur in familia remanere, poteſt hæres eligere vnum ex familia quẽ vult, in ſecunda nequit, niſi in eos omnes, qui ſunt de familia eiuſdem gradus eodem tempore exiſtentes iuxta traditionẽ Pau.de Caſ. in d.§.cũ pater Ruin. conſ.1 57.nu.26.lib.2.

Secundo

28 Secundo † adfert num. 56. in tuitionem tex. in l. vnum ex familia §. ſed etſi fundum de lega. 2. vbi reſpondit I. C. hæredem grauatum relinquere fundum in familia, ſi vni relinquerit & eidem onus iniunxerit vt fundũ ipſum extero reſtituat, nequit hæres defuncti, vel alter de familia fundum ab extero vindicare iure fideicommiſsi, ſi tantundẽ eiſdem de familia reliquerit ab hoc hærede qui illius agnouit voluntatem, iuxta l. cum à matre C. de rei vindicatio. Sed neq. ab hoc extraneo fundum auferre poteſt, is qui primo reiecto mortuo ſuccedit; Et hũc ſenſum dixit Menoch. ſatis aperte oſtendere illum eundem §. in verſic. Quod ſi talia vbi reſpondit idem Papinianus, quod ſi teſtator cauit in hæc verba, Peto ne fundus vel familia erat, &c. Hæredem hæredis propter ſequẽs fideicommiſſum oneratum eſſe & reliquis de familia poſtea fideicommiſſum petentibus ex primo teſtamento, fundum reſtitui debere: Cum itaq. in hoc ſecundo caſu reliqui de familia, mortuo primo ex familia electo admittuntur ad euocandum ſundum quod ob fideicommiſſum ſequens debetur, vt tex. dixit de ſucceſsiuo intelligendum neceſſario, quoniam in priori caſu dictum fuit ſimpliciter quod fundus relinquatur in familia, non adiectis illis verbis, ne exeat de familia ideo fideicommiſſum ſequens non dicitur; cum electione facta de vno familiæ propter defectum conditionis cæteri de familia repellantur, vt & innuit tex. in d. l. vnum ex familia §. ſi de falcidia ad finem.

29 Tertio † argumentatur Menoch. nu. 57. de regula l. boues §. hoc ſermone de verb. ſignifi. cap. non poteſt de preb. in 6. ex his quidem iuribus vulgaris regula deſumitur, quod omnis diſpoſitio regulariter in primo actu verificatur; ita in propoſita ſpecie dicendum ſufficere ſi primis deſcendentibus bona delata ſint, etſi non alijs. Neq. inquit Menoch. his obſtabit reſpõſio Anchar. conſ. 27. qui reſpondit d. ca. non poteſt loqui, vbi ſtricta ſumitur interpretatio, at quæſtio noſtra in caſu fauorabili & conſequenter extẽdendo. Nam errat (inquit) Anchar. cum verius ſit fideicõmiſſum eſſe onus & quid odioſum l. cohæredi §. cũ filię de vulga. atq. ideo ſtrictè interpretatur: ſicq. in hac ſpecie Anchar. repræhendit Crauet. conſ. 180. num. 1. Neq. etiam obſtat quod dictus §. hoc ſermone & d. cap. non poteſt, non procedit vbi de contraria voluntate diſponentis conſtat, vt declarat Tiraquel. in d. §. hoc ſermone limi. 13. Quia reſpondetur hic non conſtare de mẽte D. Mariani, quod voluerit ratione huius portionis cõſtituere fideicommiſſum inter hos deſcendentes, & coniecturæ quæ adferuntur nihil poſſunt vt infra ait Menoch. dicemus.

30 Quarto † adiungit alterum argumentum num. 60. quod nomen familiæ & liberorum ita eſt collectiuum ſicut nomen deſcendentium ſic omnes affirmant in d. l. Gallus §. quidam rectè de libe. & poſthu. atqui nomen familiæ de per ſe ſine alio adiuncto ex ſui proprietate non ſignificat actum ſucceſsiuũ neq. vt gradatim diſpoſitio ſequatur intelligitur, niſi ex coniecturis & mente diſponentis appareat. Socin. ſeni. conſ. 37. num. 1. lib. 3. Alciat. qui illum ſequitur in d. l. cum ita §. in fideicommiſſo num. 2. idem Socin. in d. l. Gallus §. quidam rectè num. 9. illico hanc adfert rationem, quoniam inquit ſi nomina hęc collectiua, liberi, deſcendentes, & familia, &c. Actum ſucceſsiuum ſignificarent ex vi verbi & ſua propria natura, conditio ſi deceſſerit ſine liberis non foret extincta natis ipſis & ſtatim mortuis, quia perſeuerantiam & actũ ſucceſsiuum continerent, hoc autem falſum eſt l. hæredibus ff. ad Trebell. l. cum vxori C. quan. dies lega. igitur & antecedens falſum etiam, concludit igitur quod cum in illa ſpecie ſine aliquo adiuncto deſcendẽtes fuerint vocati, nullum actum ſucceſsiuum diſpoſitio continebit.

31 Quinto † addit num. 62. non parum facere argumẽtationem qua in his terminis vtitur Ruin. conſ. 92. num. 7. lib. 2. Quando pluribus per verba obliqua relinquitur, ij omnes alternatiuè vocati cenſentur ordine ſucceſsiuo l. cum pater §. penultimo de leg. 2. Barto. & alij omnes in d. l. Gallus §. quidam rectè, & vltimo vocatus intelligitur vocatus ſi primus non iunxerit l. ſi fundum ſub conditione §. his verbis de leg. 1. l. hæredes mei §. fina. ad S. C. Trebell. cæterum traditio intelligitur ſi primus morietur, vel deficiat antequam ſecundus ſit natus, vnde licet primus ſit per fideicommiſſum vocatus, vltimus tamen ſolum dicitur ad fideicommiſſum vulgariter ſubſtitutus l. hæredes mei §. fin. ad Trebel. vbi gloſ. in verbo, vel vni. Ripa ibi num. 9. poſt Socin. ſeni. conſ. 113. lib. 1. Socin. iuni. conſ. 100. num. 34. lib. 3. tandẽ nu. 64. reſpondet Socin. ſeni. qui aliud videtur ſentire quãdo plures ſunt vocati ordine ſucceſsiuo per nomen collectiuũ vt ibi per eum.

Sexto argumentatur in hunc modum nu. 64. verſic. Sexto me, ſi inquit diceremus hos deſcendentes tres ſcilicet fratres de quibus in illo caſu contentio erat, vocatos fuiſſe per fideicommiſſariam neceſſe eſt affirmare inter eos inductam fuiſſe reciprocam fideicommiſſariam ſubſtitutionem, propoſitio ex ſe notiſsima, & conſequens verum nõ eſt, ergo & antecedẽs: quod vero reciproce ſubſtituti

ſtituti non ſint ratione efficaci probatur: Re-
32 ciproca † ſubſtitutio non præſumitur, ſed ad
ipſam inducendam vrgens coniectura requi-
ritur Caſtr. & Iaſ. in l. poteſt ff. de vulga: Ri-
pa in l. hæredes mei §. cum ita num. 17. Zan.
num. 558. 619. ad Trebellia. Hic (ait Meno.)
nullæ extant coniecturæ cum poſt illa verba
liberos maſculos deſcendentes, nihil addi-
tum ſit. Quinimo inquit, dato quod foret re-
ciproca, non tamen dici poſſet reciproca
fideicommiſſaria, quæ nec inducitur, cum
dicitur vos inuicem ſubſtituo, Bartol. in l.
Lucius vbi Ripa numer. 41. communem
dixit de vulga. Et in fortiori caſu. Reſpon-
dit Caſtren. conſil. 14. li. 1. quod vbi teſtator
plures liberos vocauit, & inuicem ſubſtituit,
& per fideicommiſſum grauauit reſtituere
cuidam ſocietati licet ſocietas illa ſic voca-
ta per fideicommiſſum: attamen illi liberi
inter ſe ſubſtituti, ſolum vulgariter & nõ per
fideicõmiſſum vocati ſunt, & ideo hereditа-
te adita corruit ſubſtitutio inter eos l. poſt
aditam C. de impube. & loquitur Caſtren. in
filij vocatis ſub nomine collectiuo, & licet
ait Meno. Ripa. improbet traditionem Ca-
ſtren. eam tamen Zan. defendit in d. §. cum
ita n. 599. vnde conſequitur quod licet Ioan.
Iacob. & Nicolaus eorumque liberi grauati
fuerint reſtituere deſcendentibus Bartho-
lomei, non tamen deſcendentes illius colle-
ctiue intereſe vocati fuerunt per fideicom-
miſſum ſubſtituti, ſed per ſolam vulgarem,
quæ expirauit ex parte Franciſci, qui adita
hæreditate deceſsit, & ideo extincta fuit d.
l. poſt aditam C. de impube.

Septimo & vltimo nu. 67. ad hanc opinio-
nem citat authoritates, Cumani. d. §. in fidei-
commiſſo, Decij Ruin. Socin. ſenio. Alciat.
Rub. Pariſij. Curti. iuni. Crauet. Addit ibidẽ
in verſi. Quinimo tacitè fortiori in caſu &c.
Socin. ſeni. cõſ. 104. col. 2. verſi. capio nũc li.
7. teſtator enim in illo caſu ita diſpoſuerat
ſub his verbis, & eos & quemlibet eorum, &
cuiuslibet eorũ filios & deſcendentes maſ-
culos legitimos &c. in hac ſpecie apertiſsi-
me conſtat teſtatorem ſub nomine hoc col-
lectiuo deſcendẽtes diſpoſuiſſe, & per fidei-
commiſſum illos ſubſtituiſſe, primus á ſe in-
ſtitutis, quodque fortius eſt addiderat teſta-
tor clauſulam vulgariter, pupillariter, & per
fideicommiſſum; his non obſtãtibus conſul-
uit Socin. deſcendentes fuiſſe ſolum actiue
vocatos, non autem paſsiuè, atq. ita inter ſe
minimè grauatos Socin. ſequuti. ſunt Pariſi
conſ. 87. n. 25. li. 2. qui in ſimili ſpecie ſic ex-
preſsim reſpondit citat etiam Alexan. conſ.
139. nu. 3. & 4. lib. 6. is reſpondit in ſubſtitu-
tione habente tractum ſucceſsiuũ futuri tẽ-
poris, vt ſcilicet de parẽtela vocati de gradu
in gradum deficientibus maſculis, & adiecta
cauſa quoniam voluit bona remanere in fa-
milia, & ob id fœminas excluſerat, nihilomi-
nus reſpondit Alex. quod primo gradu pe-
rempto, id eſt quia primus vocatus mortuus
eſt relictis liberis maſculis, cæteri omnes ex-
cluſi cenſentur. Alex. ſequitur Alciat. reſpõ.
134. ad finẽ qui inibi addidit Alciat. in ter-
minis noſtræ quæſtionis á fortiori hoc pro-
cedere in donatione inter viuos facta; Rur-
ſus idem Meno. adfert conſi. Alexan. 185. li.
2. vbi ſubſtitutio facta fuerat compendioſè
& tamen conſuluit primo moriente cum li-
beris maſculis fideicommiſſum euaneſcere;
n. 69. idem Meno. ſuperaddit nihil differre
compendioſam atq. ita fideicommiſſariam
de qua agitur á directa, cum per conditionis
defectum quia primi vocati deceſſerunt re-
lictis maſculis, conſequẽter admiſsis his cæ-
teri omnes gradus perierunt, ex Alexan. d.
conſi. 185. His acutiſsimis rationibus Me-
noch. Decian. coniecturam primam & illius
traditionem infringit: eandem ſententiam
ſequutus fuit conſulendo in ſubſtitutione fa-
cta in capitulis matrimonialibus Menochi.
conſi. 320. nu. 41. lib. 4. has oportuit fere ad
verbum referre vt facilius poſſent confutari;
tum & quia vt antea dixi maior pars mate-
riæ & quæſtionis noſtræ in veritate præcedẽ-
tium verſatur; promiſcue enim argumentã-
tur vterq. Decian. & Meno. de vltimis vo-
luntatibus ad contractus conuentionales:
Menochij autem (vt etiam antea animad-
uerti). opinionem eo tamen non relato in
eadem ipſa ſpecie & caſu, multis etiam ra-
tionibus aduerſus Decian. opinionem pro-
bauit Cæphal. d. conſi. 353. li. 3. quas non re-
feram, quoniam verè Menoch. & ſubtilius &
doctius caſum illum excutit, vt facta conſilij
Cæphal. cum conſi. Menochij comparatione
nihil ille præſtitiſſe videatur. Neque etiam
referam iura & rationes Ludo. de Molin. vt
itidem illum & ſupra citaui lib. 1. d. Hiſpa.
primo. ca. 5. a nu. 24. qui tacito Menochi. eo-
dẽ iura & rationes, etſi non omnes á Meno.
adductas adfert, & concludit ſicut Meno. vo-
catione facta per nomina collectiua nõ per
fideicommiſſariam ſed per vulgarem ſucce-
di, loquens in maioratu & ſic in cõtractu in-
ter viuos celebrato. Et pręter citatos á Me-
noch. interpretes, & alij multi eandẽ tenue-
runt opinionem nouiſsimè Hieron. Lauren.
deciſ. Auini. 37. nu. 5. vbi malè tamen affir-
mat ſic tenere omnes in l. ex facto §. ſi quis
autem ff. ad S. C. Trebel. Rub. Alciat. ſibi
contrarius Pau. de Caſt. ſibi contrarius Ruin.
Euguini. Celſus. Hugo, Anto. Anguiſol. qui
hanc communem dixit, & Socin. iuni. qui &
communẽ, quos refert & ſequitur receptam
affirmans

Digitized by Google

affirmans Simo.de Pret.conſi.203. num.24.
lib.1.& in cõmen.de inter.verb.vlti. volun.
33 li.3.interpret.3.ſolutio 9.a nu.1.qui † & ra-
tiones quaſdam adfert & nouum ad d. §. in
fideicomiſſo intellectum profert,quam dicit
verum ſicut euangelium:Impura nefanda,&
quæ ab homine Chriſtiano tam aliena verba
eſſe deberẽt vt blaſphemia, & alia quælibet
aduerſus Deum,& illius ſacram religionem
oportet igitur ad plenam & exactam huius
articuli cognitionem referre quæ a Sim. de
34 Pręt.adferuntur † citat igitur in comproba-
tionem,huius opinionis tex. in d.§.in fidei-
comiſſo,quem ſic intelligit : familiæ nomen
incertam & vagam continet ex ſui ipſius no-
minis effectu perſonam,ſic ille d. conſ.num.
25. vnde I. C. in eo §.nihil aliud agit quam
declarare & modum interpretari ambiguũ
à teſtatore ſub nomine familiæ relictum,
quibus ſcilicet ſit dandum perſonis;vnde ait
tex.nominatos per teſtatorem ad fideicom-
miſſum admitti. quod vbi factum ſit & exe-
cutum ſufficit:hoc autem verba oſtendunt §.
diſiunctiua, aut poſt eos omnes extinctos,
quæ executione vt Simon.de Præt.ait ſacta,
lex non aliud poſtulat vt latius ſuo conſilio
num. 26. 27. declarat : At ſi §.ille voluiſſet
grauamẽ impoſitum nominatis & ſemel ad-
miſsis,poſt eorum mortem fore alijs de fa-
milia reſtituendum,non alternatiue tex. di-
cens,aut poſt eos omnes,&c.Sed copulatiue
dixiſſet,& poſt eos omnes,l.ſi hæredi plures
35 de condi. inſtitu. Subiungit † idem Simon.
de Præt. Alternatiuam demonſtrare ordinẽ
ſucceſsiuum per vulgarem & non per fidei-
commiſſariam citat Alciat. conſ.83.num.3.
lib.9.& in d.§.quidam rectè num.29.verſic.
36 Tertius caſus: Deficientibus † autem nomi-
natis & certificatis (ita enim ille loquitur)
per teſtatorem §.dupliciter diſtinguit,& de-
clarat,ad fideicommiſſum admittendos eos
qui de eadem familia ſunt tempore mortis
teſtatoris,& qui in primo ſunt gradu : Addit
37 † rurſus ille,ſi enim verbum ſamilia hoc im-
portaret , vt donec aliquis de familia ſuper-
eſt,de vno in alium legatum perueniret , vt
Pau.de Caſtr.(quem illic repræhendit)& ſui
ſequaces exiſtimat,ſruſtra §.adiecisſet,finalẽ
illam particulam.Niſi ſpecialiter defunctus
ad vlteriores voluntatem ſuam extenderit:
hoc autem non dicẽdum eſt verum quia ver-
bum ſamilia nõ importat ſucceſsiuum fidei-
commiſſum, propterea & adiectione horum
verborum opus fuit,illis ſcilicet modo rela-
tis : Niſi ſpecialiter defunctus ad vlteriores
voluntatem ſuam extenderit: in quorũ ſen-
ſum verborum adducit Alcia.in d.§.in fidei-
commiſſo , qui ibi ſcripſit fideicõmiſſum fa-
miliæ relictum intelligi de his qui in proxi-
miori ſunt gradu tempore mortis teſtatoris
tantum,nec gradatim accipi , vt poſteriores
deinde admitantur niſi id teſtator expreſſe-
rit:hæc Sim.de Præt.qui & ex his repræhen-
dit Craue. Barba. Alberi. vt & ipſos repro-
bare ſcribit Rimi.conſ.50.num.40.

Secundo inquit idem Simo. de Pręt. alia
efficaci ratione oſtendo per nomina colle-
ctiua liberi,ſamilia , agnati,&c.Nõ poſſe in-
duci ſucceſsiuum fideicommiſſum de vno in
alium ad omnes contentos ſub nominibus
collectiuis,ſed eos tãtum qui tempore mor-
tis teſtatoris ſunt tales, quales nomẽ colle-
ctiuum ſignificat, vt ſatis clarè innuit tex. in
d.§.in fideicommiſſo & l.ſi cognatis de reb.
dub.d.l.peto §.ſratre & d.l.fin. de verb. ſig-
ni.C.ſic igitur iure ſucceſsiuo dicũtur ſucce-
dere,regulato à iure ſucceſsionis quæ proxi-
miori cõpetit in gradu,nõ vero quod vno ad
miſſo alius ſuccedat iure fideicõmiſſi : Et in
eos dari poteſt qui copulatiue,& de ſamilia
vel agnatione,& de exiſtẽtib' in primo gra-
du non ſunt prout eſſe requiritur iuxta tex.
in d.§.in fideicõmiſſo:quare vno tali tempo-
re admiſſo,alius admitti non poteſt, qui tẽ-
pore mortis teſtatoris proximior ſit ob eui-
dentem repugnantiã & cõtradictionẽ argu.
l.3.§.ex contrario de acquiren.poſſeſsio.l.ſi
certo.§.ſi duobus ff.commo. Et quod de vno
tẽpore dicitur de alio denegatur , quod ibi-
dem ille latius proſequitur alios eiuſdẽ opi-
nionis adiungens.

38 Contrariã † tamen ſententiã quod vocati
& ſubſtituti per nomina collectiua plures
gradus continẽtia, vt familia,liberi & his ſi-
milia, omnes & ſinguli cẽſentur vocari ordi-
ne ſucceſsiuo vnus poſt aliũ , ſecundũ gradus
& proximitatis prerogatiuam , cõſequenter
quilibet grauatus deſcendens alteri proxi-
miori reſtituere perpetuo donec extent cõ-
præhenſi ſub dicto nomine collectiuo per fi-
deicõmiſſariã & non vulgarẽ,tenuere ex an-
tiquioribus Pau.de Caſt.in d.l.cũ ita legatũ
§.in fideicõmiſſo per illũ tex.de lega.2.vbi &
Imo.Pet.Iaſſ.n.25.poſt Bal.nu.2.Corne.nu.
9.in l.fin.per illũ tex.C.de verb.ſigni.vbi &
Angel.citat conſ.38.nu.3.Cuma.in d.l.Gal-
lus §.quidã rectè: prout eũ in hanc opinionẽ
citauit Corne.in d.l.fin.nã Cuma.æquiparat
relictum familiæ & relictum poſteris Socin.
conſ.51.nu.20.li.2.Pau.de Caſt. in d.§.qui-
dã rectè nu.9.& in d.§.in fideicõmiſſo vbi &
Socin.nu.4.Iaſſ.n.27. vbi cõmunem teſtatur
a qua in iudicãdo & cõſulẽdo recedi(inquit)
non debet.Et quando aliqui ſub nomine li-
berorum vocantur,idẽ enim importat quod
deſcendentium Socin. in d. §. quidam rectè
nu.5.conſ.12.nu.10.lib.3.conſ.114. num.2.
Alex. conſ. 25. num.2.lib.4. vbi de nomine
libe-

liberorum & de eodem nomine Deci.conſil.
39 637.num.5. idem † Deci. ſignanter vbi non
adeſt copula conſ.253.num.4.conſ.205.col.
1. & 2. Quod generale eſſe affirmat nedum
in vltimis voluntatibus ſed etiam in contra-
ctibus: & in terminis proprijs noſtris dona-
tionis, idem Deci.conſ.662.num.2.Decian.
qui ſupra relatos adduxit d. conſ.41.nu.66.
67. & in extremis illius numeri verbis ſcri-
bit ita tenere Barto. & poſt eum omnes in
d. l. Gallus §. quidam rectè vbi pro indubi-
tato hoc dicunt Barto.Bald. Paul. de Caſtr.
Didac.Natt. Roland. Socin.Alexand.Deci.
Ruin.Guid.Pap.Pariſi.Craue. Alba.& innu-
meri, quos ſequitur Peregri.tractat.de fidei-
com.d.artic.19. à num.12.cum ſequen.mul-
tis Caual.non relato Peregrin. eandem opi-
nionem non ſemel ſequitur deciſio.18.num.
19. 3. part. & in eadem deciſio. num. 60.
deciſio.19.num.65.69.75.73. 3.part.deciſ.
17.num.36.part.3. vbi conſilio Oldradi lo-
cum non eſſe voluit, quando nominibus col-
lectiuis facta foret ſubſtitutio. & ante eam
deciſio.num.4. Surd.conſ.96.num.14.& 15.
& expreſsim num.19.lib.1.& in noſtris ter-
minis, vbi familiæ quid relictum foret conſi.
247.num.7.lib.2. qui tamen paucos in hanc
refert ſententiam, citans tex.in d.§.in fidei-
commiſſo. Et ſic videris optimè lector arti-
culum dubium, vndiq. iuribus & authorita-
tibus noſtrorum refertum, ſuam quiſq. ſen-
tentiam communem dicens. Verum re ipſa
diligenter cõſiderata hæc magis placet opi-
nio, quæ rectè probatur ex d.§.fideicommiſ-
ſo vt dixi ſupra quæſt.19.hac 2.ſectione.
40 Et præteritis † innumeris fundamẽtis quo-
rum poſt referam remiſsiue aliqua, quæ hanc
partẽ iuuant mihi ex his, quę ſequuntur duo-
bus vera hæc opinio ſaltim in contractibus,
& donationibus ante nuptialibus de quibus
ſemper loquor, videtur. Prima ratio, quoniã
in donationibus ſicut & in teſtamentis plena
imo pleniſsima interpretatio fieri debet ca.
cũ dilecti vbi glo.Panor.& cæteri ex. de do-
natio.l.in teſtamentis vbi Deci. & Cagnol.
41 de reg. iur. pleniſsima vero † interpretatio
fieri nõ poteſt, ſi nominib⁹ hiſce collectiuis,
in modũ vulgaris ſuccedatur, cum adita hæ-
reditate expiret; at ſi per fideicommiſſariam
plenior tunc conſeruandam diſponentis vo-
luntatem interpretatio ſumitur, quia tractũ
habet ſucceſsiuum & deſcendentes omnes
cõplectitur, ita fiet vt magis ad fideicõmiſ-
ſariam quã vulgarem vocatio collectiua re-
ferenda videatur.
42 Secundo † quoniam ex communibus & re-
ceptiſsimis traditionibus de quibus ſupra
creditum eſt, coniecturis legitimis donantis
ſeu aliter diſponentis, voluntatem de vno ad
alium caſum vel perſonã extendi poſſe: hæc
vti vera concluſione ſuppoſita, negari certè
nequit, quin voluntas diſponentis magis ex-
tendatur ſi in fideicommiſſum dirigãtur no-
mina collectiua, quã ſi in vulgarem ſubſtitu-
tionem, quæ vt dixi illico adita expirat hæ-
reditate, fideicommiſſaria ſecus, cum perpe-
tua ſit & omnes de familia conſequatur.
43 Tertio in † contractibus & donationibus
huiuſmodi; nedum nobis ſed hæredibus no-
ſtris proſpicere in dubio præſumendũ §. ex
cõditionali de verb.oblig. obidq. plenius l.
pactũ de probatio. gloſ. in d.§.ex conditio-
nali vbi Angel.& cæteri, Bart.in d.l.pactum
44 & paſsim noſtri: Hinc † hæredis appellatio-
ne etiã in contractibus, omnes in infinitum
hæredes continentur l.hæredis appellatione
l.ſciẽdũ l.hæredis appellatio de verb.ſignif.
l. qui per ſucceſsionem de reg. iur. l. fina.
C.hæredi l.in annalibus C.delega. Bart. &
cæteri omnes poſt eum in l. Gallus §. etiam
ff.de libe.& poſthu.vnde docuit egregie Ti-
raq.tracta.de retract.conuentio §.1. gloſ.6.
45 nu.17. pactum † de retro emendo pro ſe &
hęredibus ſuis, non extingui in primis hære-
dibus ſed ad vlteriores extẽdi Cagno.in l.2.
46 nu.17.C.de pac.inter emptio. Quinimo † &
in his quæ ſtricti iuris ſunt veluti in conceſ-
ſione immunitatis pro aliquo & illius hære-
dibus, omnes continentur hæredes. Barto.
conſ.59. Alcia.Bertaz. Alex. & alij quos ſe-
quitur & refert Pereg.tract. de fideico.arti.
32.nu.63.ad finem: ſanè ſi in modũ vulgaris
ſub collectiuo illo nomine ſuccederetur, nõ
hæredes oẽs vocati viderẽtur quemadmodũ
per fideicõmiſſariam vt modo dixi, quia hęc
tractũ habet ſucceſsiuũ illa momentaneum
quæ aditione extinguitur hæreditatis.
Adſerunt autem qui ſuperiorẽ tuentur cõ-
munẽ opinionẽ rationes, & iura multa, quib⁹
eam verã eſſe oſtendunt id nouiſsimè præſ-
titit Peregri. d.artic.19. à nu.12. quæ ſciens
prætereo, cum illius viri docti tractatus per
omniũ manus circumferatur, obiectis etiam
reſpondit quibuſdam etſi non omnibus; vn-
de oportet Meno.rationes me diſſoluere ne
vlterius poſsit dubitari; tum & duo illa quæ
Simon. de Præt. argumenta adduxi aperte
refellere: Cæterum vt ex ordine rem pertra-
ctemus ab origine prius reſpondendum eſt
ſingulis Menochij rationibus; quas in cita-
to conſilio, in eodem caſu Deciani adduxit.
Prima ratio illius eſt, quoniam inquit non
ſequitur, ſunt vocati ordine ſucceſsiuo ergo
per fideicõmiſſariam tũ eſſe poſsit per vul-
garẽ, & quia in contractibus non poſsit fieri
ſubſtitutio fideicõmiſſaria vt ille ibi, Reſpõ-
47 detur † veram non eſſe Menochij rationẽ, cũ
poſsit in cõtractib⁹ & in donationib⁹ aliquid

donari,ita vt poſt illius mortem ſi ſine libe-
ris, aut alio modo alteri reſtituatur l.vt hęre
dibus deleg.2.d.l.quoties C.de donatio.quę
ſub modo. Bald.conſ.149. lib.2. & in eodē
donationis contractu reſpondit Caſtren.cō-
ſil.348.col.1.& 385.lib.1. Alex.conſil.247.
in fine lib.6.Socin.iuni. Bero.Crauet.Natt.
48 Dida.Oſaſc.Peregri.& alij † multi quos re-
fert & ſequitur Surd.conſ.375. nu.21.lib.3.
vbi tenere teſtatur omnes in contractibus &
donationibus tam fideicommiſſariam quam
directam fieri vulgarem ſubſtitutionem poſ-
ſe,& in ea ſuccedi eo modo, quo ſuccedere-
tur ſi facta in teſtamento fuiſſet citat Decia.
d.conſ.41.nu.17.lib.1. Addit illic. (Neque
inquit negat Menoch.conſ.85.num.28.licet
diffiteatur dici poſſe fideicommiſſariam cō-
ſtar igitur ſic ſubſtitui in donationibus poſſe
inſtar fideicommiſsi in teſtamento inſtituti,
49 quamquam † verè & proprie fideicommiſ-
ſaria dici non poſsit, quemadmodum mul-
torum authoritate declaraui hac ſectione,
quæſt. 19. Eandem opinionem probauit idē
Surd.conſ.24.num.3.lib.2. qui & multos in
hanc citat ſententiam, & ibi hæc verba ſub-
iungit: quamquam multi teneant in contra-
ctu non poſſe fieri ſubſtitutionem & inter
cæteros Cuma.in l. qui Romæ §. cohæredes
num.4.vbi Caſ.num.2. Alex.num.4. Socin.
num.19. Iaſſ. num. 15. de verb. obliga. cūm
alijs quos refert Menoch. conſ.85.num.28.
lib.1. vbi etiam refert multos tenētes quod
pro tali ſubſtitutione non detur aliqua realis
50 actio,ſed ſola perſonalis, tam † ab omnibus
receptum eſt quod valeat conuentio ſiue pa-
ctum de ſuccedendo reſtrictum ad certa bo-
na, licet aliud ſit quando fit diſpoſitio ſub
nomine hæreditatis, vel quotæ, ſiue ſit do-
natio,ſiue alius contractus, & in hoc non fit
viſa doctoribus vt videri poteſt apud Barto.
in l.fina.num.14.C.de pact.ſequitur Alexan.
Deci.Curti.iuni.Paris. Prac. Ripiens. Cag-
nol. Boeri. & alij quos citat & ſequitur de-
ciſio.Pedemon.100.num.25. vbi poſt Pariſi.
51 dicit eſſe communem hucvſq. ille.) Addit †
idem Surd.in verſ.At ſi verum fateri liceat,
&c.Verba quædam quæ mihi plurimum pla-
cent inquit an fideicommiſſaria fieri poſsit
necne in donationibus quæſtio magis ver-
balis eſt, quam quæ ſubſtantiam vel vtilitatē
aliquam præſeferat, nam negat nemo in cō-
tractibus diſponi poſſe quod poſt mortē res
vnius ad alium tranſeat,vt affirmant omnes
in l. qui Romæ §. Flauius de verbo. obliga.
quamuis ſubſtitutionem negent aliqui,quod
ille latius proſequitur: vnde ad inſtitutum
negant aliqui, quod ille latius proſequitur;
vnde ad inſtitutum noſtrum, licet verum ſit
prout eſt poſſe in donationibus & contracti-
bus ſubſtitutiones fieri,poſſe itidem diſponi
vt res vna ad alium & deſcendentes omnes
tranſeat,id nō ad ſimilitudinem vulgaris ſed
fideicommiſſariæ magis fieri dicetur. Nam
nec vulgaris quæ in contractibus fit proprie
vulgaris dicitur, quia in teſtamentis tantum
ordinatur ad inſtar tamen teſtamentariæ cō-
uentionales vulgares etiam appellantur his
prima & ſecūda ratio Menochij ſublata eſt.

Non obſtat tertia, quod detur perſonalis
tantum & non realis ex his ſubſtitutionibus,
nam multi alij tenuerunt contrariam ſentē-
tiam,quos omnes recenſui hac ſectione quę-
ſtio.19.verſicu. Vnde quemadmodum in fi-
deicommiſsis; poſito tamen quod altera &
verior & receptior eſſet, non inde ſequitur
collectiuo nomine inſtructam ſubſtitutio-
nem fideicommiſſariam etſi impropriè non
nominari in huiuſmodi donationibus ratio-
ne tractus ſucceſsiui, & ſufficit ſi perſonalis
detur non realis, quæ pro his competit quæ
in vltima voluntate inſtituta ſunt.

52 Non obſtat † quartum,quoniam quadra-
re vel non quadrare voluntati teſtatoris, id
ab illius veriſimili mente,intenſione, & ver-
bis colligendum eſt; ideo fideicommiſſum
quibusvis verbis inducitur l. omne verbum
C. communia delega. l. in legatis C. dele-
gat. §. fina. inſtit. de ſingu. reb. per fideico.
relict. quemadmodum poſt antiquiores do-
cuit nouiſsimè Peregri. tractat.de fideicom.
articu.1.num.44.cum ſeq. multis; voluntas
vero ſatis colligitur ex verbis collectiuis ab
ipſo teſtatore prolatis in fauorem agnatio-
nis vel familiæ ſuæ,ideo ne illius pereat vo-
luntas ſed ſuſtineatur, interpretatione & ex-
tenſione adiuuanda eſt cum illius voluntas
in fideicommiſsis ſpectetur, quæ ſola ſer-
uanda eſt cum illius voluntas in fideicom-
miſsis ſpectetur, quæ ſola ſeruanda l. fidei-
commiſſa §.item ſi quis deleg.3.l.penul.de-
leg.1.Quinimo in cōditionibus potius mens
quam verba attendi debent l.pater ſeuerinā
de conditi.& demonſt.vt hæc & ſimilia coa-
ceruat Peregri.arti.29.num.31.

Non obſtat quintū,quia eo argumēto non
cōuincimur fateri in ſpecie illa inductā fuiſſe
magis vulgarē quā fideicōmiſſariā.Neq.tra-
ditio Socin.officit,ſimul nec Decij à Meno.
citati,nō enim negāt illi,qui & in ipſo caſu,
cū pater & liberi illi⁹ ſimul vocātur,cēſeātur
liberi & deſcendentes omnes grauati alterū
alteri reſtituere,veluti ſi per fideicōmiſſariā
onerati expreſsim fuiſſent;quemadmodū in
terminis donationis reſpōdit expreſsim idē
Deci.conſ.239.idem Deci.conſil.662. nu.2.
Decian. dict. reſponſ.41. Peregrin. dict.ar-
ticu.19. numer.17.Molin. de Hiſpano. pri-
moge.lib.1. cap. 6. num. 6. quos ego citaui
ante-

Digitized by Google

antecedenti quæſtione in verſicul. Tertio ſicur in vltimis voluntatibus.

Non obeſt ſextum, dicere enim de te non loquitur ſubſtitutio ſi vocatis per nomina objiciatur collectiua, facilè reſpondebunt ij, de nobis loquitur ſubſtitutio, cum eo nomine & ſimilibus collectiuis omnes de familia includantur d.l. cum ita legatum §. in fideicommiſſo delega. 2. l. peto §. fratre deleg. 2.l.fina.C.de verb.ſignifi.

53 Septimum. † non facit, nam ſubſtitutio præſumitur potius directa quam obliqua & fideicommiſſaria, id verum dum ex verbis teſtatoris vel diſponentis aliud non appareat quo in caſu illius voluntas ſequenda eſt aduerſus dubiam iuris præſumptionem, quã elidit aperta vel tacita vocantis intentio vt dixi modo in ſolutione ad 4. argumentum: ipſa autem colligitur euidenter ex vocatione per nomina collectiua, quæ non ſic ad vulgarem, attenta proprietate verbi collectiui adiungi poteſt ſicut ad fideicommiſſariam, quemadmodum reſpondit Crauet. conſil.131. num.10. Peregrin.dict.artic.19. num.21. ad medium. Quod autem ille conſiderat, vt cum in vltimis voluntatibus potius vulgaris quam fideicommiſſaria ſubſtitutio præſumatur, multo magis in contractibus in quibus ſtricta fit interpretatio. hæc enim ſequella argumenti dupliciter ſoluitur: primo & in vltimis voluntatibus iuxta receptiorem ſententiam, nominibus collectiuis induci fideicommiſſariam & non vulgarem vt dixi ſuperius in verſicul. Contrariam tamen ſententiam, ſecundo & in contractibus idem quod in vltimis voluntatibus in his enim maximè donationibus ex præſumpta contrahentium mente extenſio fit de caſu ad caſum, & de perſona ad perſonam, vt multis argumentis & clariſsimis rationibus præter omnes declaraui in antecedenti quæſtione, ea non repeto, nunc ſequitur vt diſſoluamus octauum, quod certè non obſtat, illud enim in reciproca loquitur ſubſtitutione, quæ tractum temporis nullum continet, neque explicite neque implicite; & licet mortis tempus conſiderari poſſit & in caſu quo aliquis præcederet teſtatori, ſicque in caſum vulgaris, eſſet ſanè nimia reſtrictio aduerſus vim & propriam collectiui nominis naturam & ſignificationem, vt rectè aduertit Peregrin.dict.articu. 19. numer. 21. Aliter ipſe reſpondeo, argumentum procedere poſſe in vltimis voluntatibus, in donationibus & contractibus minime, quoniam in his vt non ſemel dixi non proprie fit ſubſtitutio fideicommiſſaria, & minus multo vulgaris reciproca, qui niſi præcedente inſtitutione non fieri poteſt; at in contractibus & donationibus inſtitutio neceſſaria non eſt vbi igitur non datur inſtitutio neq. cõſiderari ſubſtitutio poteſt, etſi pacto hæreditas dari non poteſt l. hereditas ad finem C.de pact.conuent. non etiam dabitur ſubſtitutio, vt dixi Surd.conſ.247.num.4.ad medium lib.2.

Ad nonum Menochij authoritate Alciati, reſpondetur affirmando, prout ego libenter vna cum Alciat.in illa ſpecie affirmo, non potuiſſe conuentione excludi filiam fœminam propter maſculos, quia non alia efficax coniectura aderat, qua præſumi poſſet filias fratris excluſas fuiſſe: neq. hoc negat Decian.dict.conſ.41.in quo præter ipſam collectiui nominis coniecturam concurrebant aliæ multæ, vt poſt dicemus: verum igitur eſt ex ſola illa collectiui nominis adiectione non cenſeri excluſas fœminas vt & inferius dicã; cæterum non fuiſſe inductum reciprocum fideicommiſſum inter filios & deſcendentes negandum eſt cum Decian. aduerſus Alciatum & Menoch. Nam & idem Alciat.in d.§. in fideicommiſſo num. 13. & in l. Gallus §. quidam rectè, aliter ſenſit vt ſtatim dicam; vnde adſtante communi opinione in contrarium parum de illius reſponſo curandum.

54 Decimum † argumentum de famoſo Oldradi.conſil.21. præſum. ad caſum noſtrum adiungitur, cum locus illi non ſit vbi coniecturis aliud poteſt ſuaderi, quemadmodum idem Menoch. millies fatetur multorum authoritate, ſic ipſe lib. præſumpt. 4. præſumpt.69. numer.9.10.11.12.13. vſque ad nu.18.& præſum.76.nu.66.67.conſi.117. numer.9.& 10.lib.2. conſil.129. numer.12. lib.3.conſil.904. numer.14. lib.10. Atque nullus ferè diſſentit cum legitimæ & probatæ ſunt coniecturæ, vt Meno.in dictis locis, & alios multos tam in vltimis voluntatibus quam etiam in contractibus loquentes adiunxi quæſtio.20.præceden.verſicu. Nihil aliud nunc ſuper eſt, &c.

55 Vndecimũ † non obſtat, quoniam verum quidem argumentum eſt in dubio, cæterum quando legitimis coniecturis conſtat de voluntate diſponentis caſus tunc non dicitur dubius ſed clarus & apertus l. licet Imperator vbi fusè interpretes deleg.1.l.ſi quis locuples in fine ff.de manumiſſ. teſtam.cap.1. vbi Panor.& cleri. non reſiden.cap.cum dilecti vbi idem Panor.de donatio.coniecturæ enim vt inibi docent omnes clariſsimæ & liquidiſsimæ dicuntur probationes; & mens & voluntas teſtantium vel contrahentiũ attendenda eſt, & id iudicãdum quod illi ſi de caſu interrogati, veriſimiliter reſpondiſſent; vt multis citatis dixi quæſt. præceden. in verſu Re tamen diligenter perpenſa.

Duodecimo argumento Menochius vt di-
xi ſuperius diffi.ilem ingreditur quæſtio-
nem, an ſubſtitutio collectiuo nomine inſ-
tructa cenſeatur facta, in modum vulgaris
an vero fideicommiſſariæ, vbi ego multos
in vnam & alteram adduxi ſententiam de-
fend.t vero Menochi. vulgarem factam non
fideicommiſſariam illiſque ſupra adduxi ab
eo argumentis, quibus nunc denuo reſpon-
dendum eſt.

56 Non † itaque obſtat traditio Cumani
per Menochi. adducta quoniam loquitur in
pluribus ſubſtitutis per copulam & non per
nomen collectiuum, hoc enim in caſu li-
cet primus videretur vocatus per fideicom-
miſſariam tamen ſequentes poſt eum copu-
lariuè nominati per vulgarem potius quam
fideicommiſſariam .ſubſtituti videntur ſic
Cuman. in dict. §. quidam rectè l. Gallus,
quam ſequitur ibi Socin. in 5. caſu Ruin. &
alij quos refert & ſequitur Peregrin. De-
cian. dict. reſponſ. 41. à numer. 91. vſque
ad numer. 98. qui & vna cum eo Peregrin.
diſtingunt, aut fuit facta ſubſtitutio per co-
pulam, vt in nũc relato caſu: & tunc per vul-
garem: cæterum ſi per nomina collectiua
habentia tractum ſucceſsiuum per fideicom-
miſſariam, & in ſpecie Decian. ſic declarauit
Cuma. traditionem d. reſpon. num. 92. verſi.
Quintus caſus.

57 Rurſus † neque facit text. quem primo
loco in confirmationem traditionis Cuma-
ni adducit, in l. filiusfamilias §. cum pater
deleg. 1. potius enim hanc noſtram quam
illius probat ſententiam; cum apertiſsimè
dixerit iuſſum non alienare fundum quem
teſtator in familia permanere volebat, vni
ex familia rectè relinquere, neque interim
alios quamdiu in familia eſt poſſe vindicare;
præſuponit igitur reliquos de familia voca-
tos fuiſſe, aliter non diceret textus quamdiu
in familia eſt fundum petere non poſſe cęte-
ros de familia.

Non etiam obſtat text. quem dicit cla-
58 riorem in l. vnum † ex familia §. ſed etſi fun-
dum delega. 2. inductione illa Menochij à
me ſuperius relata: Quoniam in caſu ipſo
& quæſtione propoſita à Tiberi. Decian. &
ab eodem Menoch. aderat etiam prohibi-
tio alienationis, quoniam dictum fuerat,
quod nec donatarij nec eorum deſcenden-
tes vllo vnquam tempore, & ſic perpetuo
non poſſent alienare res donatas quo in ca-
ſu textus ille à Menoch. adductus potius
brobat contrariam ſententiam; cum ne-
dum poſt Socin. Corne. Gozadi. Curt. Alex.
Pariſi. Alex. de Neuo. & Alban. docet idem
Decian. d. conſ. 41. num. 36.

Ego autem præter alios efficaciter reſ-
pondeo text. in dict. §. ſed etſi fundum, non
ſine maximo miniſterio in priori illi' §. par-
te vbi hæres grauatus fuit fundum in fami-
lia relinquere non prohibetur extero lega-
re, dum grauato tantundem relinquat qui
illius agnouit voluntatem, in ſecundo caſu
minime, vbi fundus prohibitus fuit aliena-
ri extra familiam; quoniam in primo etſi
demus cum Menoch. non fuiſſe illius ver-
bis inductum fideicommiſſum circa ipſum
fundum, id factum quoniam loco fundi te-
ſtator alterum ſubſtituit, vel aliam rem ęqui-
ualentem fundo, quod fieri per grauatum
poteſt, ex text. in l. item veniunt de peti-
tio. hæredi. l. imperator §. cum fundum de-
lega. 2. vbi Barto. communiter receptas &
& in l. Titius per illum text. ff. ad S. C.
Trebelli. quemadmodum ex Angel. Paul.
de Caſtr. Iaſſon. Ruin. Socin. Alban. Deci.
Portio & alijs reſoluit M. A. Peregrin. tra-
ctat. de fideicom. articul. 40. numer. 32. Pe-
tra qui alios plures tractat. de fidei. quæſtio.
59 8. numer. 525. nam † vbi perſona cuius fa-
uore fuit facta prohibitio non læditur, non
cenſetur eo caſu permutatio vel commuta-
tatio prohibita, nec alienans in aliquam in-
cidit pœnam quam lex præfigit huiuſmodi
alienationibus l. ex hoc edito §. ſi quis alie-
nauerit ff. de aliena. iudi. ſic Peregrin. de
Petra poſt antiquiores in locis ſeu priori-
bus quibus addo Ludoui. Molin. tractat. de
Hiſpanor. primoge. lib. 4. cap. 4. à num. 1.
60 cum ſeq. Res † autem permutata in locum
alterius rei permutatæ ſuccedit, & eandem
ipſa iuris fictione cenſetur l. imperator §.
fina. de lega. 2. l. ſi rem & pretium ff. de pe-
titio. hæredi. l. ſi donat §. fina. de dona-
tio. inter virum & vxorem, l. filiæ §. fina. de
conditio. & demonſtratio. Barto. in l. qui
Romæ §. duo fratres quæſtio. 1. de verbo.
obligatio. Affict. deciſio. 336. fusè Tira-
quel. tractat. de retract. Lignag. §. 32. gloſ.
61 1. numer. 26. quemadmodum † & ſine ſpe-
cie rem permutatam fideicommiſſo ſubia-
cere perpetuo, vt res fideicommiſſaria reſ-
ponderunt Corneus Iaſſon. Socin. iunior.
Mazari. Decian. Manti. Alban. Panciro].
& Menochi. quos refert & ſequitur idem
Peregrin. tractatu de fideicom. articul. 44.
numer. 30. Ludoui. Molin. dict. capit. 4.
numer. 36. vnde cum res permutata vel in
locum alterius fideicommiſſo ſuppoſita ea-
dem res fideicommiſſaria cenſeatur, ita ſit
vt in priori caſu dict. §. ſed etſi fundum
poſsit grauatus rem in familiam iuſſum
relinquere, extero legare: Verum non ne-
gat textus quin inter omnes de familia in
re ipſa permutata vel concambiata non cen-
ſeatur inductum reciprocum fideicommiſ-
ſum:

ſum: Et hic eſt verus illius primæ partis §. ſenſus verum in 2. parte §. aliud dicitur vbi fundus prohibitus fuit alienari; tunc extraneo relinqui poteſt, quia fideicommiſſum reciprocum & ſucceſsiuum inſtitutũ cenſetur;cur autem in hoc ſecundo caſu non ſit licita cõcambiatio nullus aperit;vera autẽ ratio eſt quod licet vt modo dixi poſsint res fideicommiſſo ſubiectæ concambiari & permutari, tamen cum certa res alienari prohibetur, interdicta permutatio & concambiatio videtur, quaſi magis afficiat & apræhendat prohibitio rei certæ quam vniuerſalis, in quibus facilius res vna in alterius locum ſuccedit, vt dixit tex. in d. l. ſi rem & pretium Tiraquel. tractat. de retrac. Lign. §. 32. glo. 1. à num. 10. cum ſeq. Peregrin. tracta. de fidei. artic. 40. num. 34. Ex quibus nouiſsimè lucido d. §. intellectus enucleatus remaneat.

62 Non obeſt † aliud, ex l. boues §. hoc ſermone de verbo. ſignifi. quoniam diſpoſitio illius tex. non procedit, cum nominis ſignificatio plures gradatim continet, qualia ſunt nomina collectiua plurium graduum & perſonarum, veluti, familia, agnatio, parentela, liberi & his ſimilia ſic probat tex. in d. §. in fideicommiſſo & in d. l. peto §. fratre de leg. 2. & in l. fina. C. de verbo. ſignifi. & in terminis ita huic argumento reſpondent Natt. conſil. 531. num. 26. Peregrin. dict. articul. 19. num. 24. Decian. dict. conſil. 41. 63 num. 59. & 64. lib. 1. Addiderim † ipſe vt in terminis loquamur contractuum & donationum, quod diſpoſitio illius §. hoc ſermone non procedit in donationibus vel pactis, in quibus ex veriſimili contrahentium mente diſpoſitio in primo tantum actu non verificatur, quemadmodum expreſsim authoritate Alexand. Roma. Tiraquel. & Decian. ſcripſi quæſtio. 20. in verſicul. Extremo etſi in contractibus, &c. Nam & in conuentionibus voluntas veriſimilis contrahentium ſpectatur dixi d. quæſt. 20. verſi. Re tamen diligenter perpenſa, &c.

64 Neque obeſt † quod quarto loco idem Menochi. adfert, nam verum non eſt deſcendentium nomen collectiuum nõ eſſe plurium perſonarum & graduum l. fina. C. de ſuis & legiti. hæredi. l. liberorum de verbo. ſignifi. vt multis relatis docet Peregrin. dict. articul. 19. numer. 11. Decian. dict. reſponſ. 41. numer. 67. Surd. conſil. 434. numer. 10. lib. 3. vnde & familiæ nomen quoſcunque deſcendentes compræhendit, ſicut agnationis, domus, parentellæ, vt poſt ſupra relatos reſpondit idem Surd. conſi. 67. num. 16. 17. lib. 1. Hieronym. Gabriel. Craſſ. Hothom. Duran. Menoch. Decian. & alij quos ſequitur & refert Caualca. deciſ. 16. num. 9. & 10. 3. part. & quod adiungit Menoch. quod ſi liberorum nomen collectiuum foret, ſubſtitutio ſi ſine liberis non extingueretur natis liberis, & ſtatim mortuis, quæ tamen extinguitur, nullius conſiderationis eſt, ideo enim natis liberis & illis mortuis extinguitur ſubſtitutio, quia vis tota & effectus nominis collectiui liberorum reſoluitur & ſupprimitur morte ipſorum, nulla enim poſteritas ſpectatur ea, qua nominis collectiui proprietas poſsit ſuſtineri, non ſic vbi liberi filios, vel nepotes, reliquiſſent in quibus ſubſtitutionis verba verificari poſſent.

65 Neque obſtat † quod quinto loco ſubiungit ab authoritate Ruin. conſil. 92. num. 7. lib. 2. quoniam loquitur in pluribus ſubſtitutis per copulam vocatis non per nomen collectiuum; in hac enim ſpecie quamuis primo vocatus videatur per fideicommiſſum inuitatus, ſequentes tamen poſt eum copulatiue vocati per vulgarem & non per fideicommiſſariam inuitati cenſentur, & ſic procedit reſponſum Ruin. qui mouetur authoritate Cuma. in dict. l. Gallus §. quidam recte & Socin. inibi in 5. caſu, ſecus tamen quando poſt primum per fideicommiſſum vocati, vocantur poſt mortem illius alij per nomen collectiuum vel complexiuum graduum & perſonarum, quo in caſu omnes inuitantur ſucceſsiuo ordine per fideicommiſſariam; ſicuti enim eorum primus per fideicommiſſum ſuccedit, ſic & ſequentes ex 66 eadem fideicommiſsi cauſa: quia † à primordio tituli poſterior euentus l. 1. C. de impon. lucra. lib. 11. & probatur hæc ſolutio ex dict. §. in fideicommiſſo & in dict. §. fratre ſic in terminis reſpondit conſilio illo Ruin. Peregrin. dict. articul. 19. num. 22. vbi alios plures citat, & ante ipſum Tiberi. Decian. quem ille præterijt d. conſ. 41. nu. 93. qui & ibi ſubiungit alia eiuſdem Ruini verba.

Octauæ argumentationi ſupereſt nunc reſpondere reciprocam negando in ſpecie iſta donationis non fuiſſe factam ſubſtitutionem, cum ex multis donationis verbis colligatur, quæ recenſuit Decian. num. 22. verſi. & certè, quas nunc prætermitto quia de his inferius dicturus ſum coniecturis.

Vltimum non obſtat ex auctoritatibus multorum quos Menoch. in ſuã adducit ſententiam, cum numero plures in lecturis & conſilijs contrarium reſponderint, quos retuli ſupra in verſi. Contrariam tamen ſententiam, &c. Ex his conſtat Menochij omnes rationes & fundamẽta, quib⁹ nullus hucuſq. reſpondit deficere: Alia etiã in cõtrariũ adduci

 vulgo

vulgo ſolent, doctrina ſcilicet Bartol. in d. l. liberorum de verbo. ſignifi. & tex. in l. ſi cognatis de reb. dub. Cæterum quia his ſatisfacit Peregrin. in dict. articu. 19. ſciens prætereo.

67 Verum † reſtat reſpondere duobus nouiſsimis rationibus adductis à Simon. de Præt. quas ſicut Euangelium veras dixit de quibus nec Peregrin. meminit dict. articulo. non itaque facit illius inductio de d. §. in fideicommiſſi ſubtilis certè, & acuta; ſed quæ
68 ſubtilius diſſoluitur. Nam † dictio aut, quam ponderat potius ad vulgarem quam fideicommiſſariam aplicatur, verum quidem re-
69 gulariter, at † in ſpecie illius §. minime; & nunc illius argumentum aduerſus eundem retundo: ait ille IurisConſultum in eo. §. nihil aliud agere quam interpretari legatum familiæ, quibus iuxta textatoris diſpoſitionem debeatur, conſequitur tota §. verba declaratiua, medio ſic; dictio aut etſi vt plurimum potius ſubſtitutionis vulgaris ordinem quam fideicommiſſarie deſignare videatur; tamen in eo §. ſicut & cætera illius verba declaratiue ſtat non alternatiue, neque id nouum eſt in iure in dictione hac vt declaratiue in diſpoſitione adiecta cenſeatur, quemadmodum de dictione ipſa, aut, vel, & his ſimilibus post antiquiores ſcribit Olaſc. deciſio. 89. num. 3. & 4. Hinc ſequitur Simo. de Pret. non rectè argumentari, comprobatur ex tex. §. quatenus in principio ſtatuit nominatos prius ad legatum admitti. Sequuntur illa verba: *Aut poſt omnes extinctos qui ex nomine defuncti fuerunt tempore quo teſtator moreretur:* Præſupponunt ergo verba hæc, nominatos admiſſos fuiſſe, alioquin fruſtra eorum mors à IurisConſulto conſideraretur porro nec verba, extrema §. in eum quem adfert ſenſum, illa ſcilicet; Niſi ſpecialiter defunctus ad vlteriores voluntatem ſuam extenderit, faciunt: His enim verbis voluit dicere I. C. quod cum alias apud extremum de familia bona alienari prohibita, libera ſint, & poſsit in quemcunque diſponere iuxta tex. in l. qui ſolidum §. prædium de lega. 2. cum ſimilibus & Bartol. & alijs ibi adductis; illis verbis, tex. non repetit eos qui de familia ſunt, quos iam ante nomen collectiuum familiæ comprahenderat, ſuperfluum enim id foret, ſed voluit extinctis omnibus de familia, alios ſi forte fuerint vocati extra familiam admitti debere: & hic eſt verus illorum verborum ſenſus, niſi ſpecialiter defunctus ad vlteriores voluntatem ſuam extenderit.

70 Non † obſtat ſecundum argumentum ex tex. in d. l. ſi cognatis ff. de reb. dub. quoniam, cum per nomen collectiuum aliqui vocantur quia ex vi nominis plures perſonæ & gradus continentur, qui ſimul iuxta præſumptam mentem teſtatoris concurrere non poſſunt, nec cenſetur voluiſſe omnes ſimul admitti qui diuerſorum ſunt graduum, ideo ordine ſucceſsiuo vocati videntur vnus poſt alium ſiue nati ſint in vita teſtatoris, vel tempore euenientis caſus fideicommiſsi, aut etiam poſt, dicto. §. in fideicommiſſo textus vero in d. l. ſi cognatis non dirimit quæſtionem noſtram, cum ſolum decidat relictum cognatis cenſeri his relictum in legatis purè, qui tempore mortis teſtatoris cognati fuerint; in conditionalibus his qui tempore euenientis conditionis, inter cognatos numerabuntur, vt poſtea nati nec partem faciant; nec etiam cum iam admiſsis concurrant, ſecundum multorum opinionem, de qua latius diſerit idem Peregrin. articu. 22. numer. 37. cum ſequent. Verum in eo textu non deciditur an cognati ſemel admiſsi, teneantur reſtituere ſequentibus, quæ propria quæſtio noſtra eſt, & cenſeri grauatos videtur ex vi nominis collectiui & modo dixi. Aliter atque aliter reſpondit Peregrin. dict. articu. 19. numer. 29. 30. 31. conſiliationes quaſdam referens quas prætereo & hanc coniecturam nominis collectiui, quam in hoc conſilio 85. reprobat Menoch. amplexatur idem conſil. 904. num. 6. lib. 10. & num. 12. eiuſdem conſilij ſic etiam Hiſpanici noſtri (vt finiam) de nomine primogenij & maioratus ſcripſere, vt qui illud inſtituit eo ipſo ex vi huius nominis perpetuum quoddam fideicommiſſum & grauamen inter deſcendentes, & de familia inſtituiſſe cenſeatur; vt multis relatis ſcripſi quæſtione præcedenti in verſicul. Sexto facit.

Ex his conſtat veram eſſe coniecturam fideicommiſsi perpetui conuentionalis, hanc cum contrahens, vel donator deſcendentes vocat ſub collectiuo nomine liberorum, verum hæc coniectura etſi ad fideicommiſſum inducendum ſufficeret ad fœminarum tamen excluſionem niſi aliæ concurrerent minime; vt modo dicam.

71 Secunda † coniectura eſt, quando donans in capitulis matrimonialibus vocauit liberos maſculos & ſæpius, ex repetita enim maſculinitate videtur donatorem fideicommiſſum reale perpetuum fauore agnationis in excluſionem fœminarum feciſſe: hanc coniecturam in contractu donationis perpendit Tiber. Decian. dict. reſponſo 41. numer. 27. authoritate Guid. Pap. deciſio. 184. Alexand. Socin. Deci. Corne. Curti. iunior. Rub. Gozadi. Crauet. Grat. Socin. iunior. Alban. Pariſi. Purpura. Cæphal. quos illic citat

citat & ſequitur communem ex alijs & receptiſsimam affirmans, ſed hi ab eo relati interpretes loquuntur in vltimis voluntatibus quemadmodum, & alij multi qui in teſtamentis hanc ipſam admittunt, quales Gabr. qui multos memorat lib. 3. commu. opinio. titu. de teſta. concluſ. 10. à num. 1. cum ſeq. Clar. lib. 3. ſenten. §. teſtamentum. quæſt. 76. vbi communem & hanc viginti quinque interpretum iuris noſtri relatione communem dixit Ludoui. Molin. de primoge. Hiſpano. lib. 3. cap. 5. num. 56. idem Molin. lib. 1. cap. 5. num. 35. Caualca. qui plurimos deciſ. 5. num. 8. 3. part. Surd. conſil. 369. num. 17. lib. 3. Menoch. lib. 4. præſumpt. 84. num. 43. idem conſil. 95. num. 81. lib. 1. & conſi. 904. num. 18. lib. 10. Ioſeph. de Ruſt. qui innumeros agregauit in commu. An filij poſi. in condi. lib. 2. cap. 5. à num. 4. & 5. cum ſeq. Petra. tractat. de fideicom. quæſt. 5. num. 33. Peregrin. tractat. de fideicom. artic. 25. num. 11. Quæ opinio proculdubio vera quidem in contractibus eſt maximè & conuentionibus hiſce nuptialibus, quoniam etſi in vltimis voluntatibus maſculinum concipiat fœmininum, in contractibus tamen niſi aliud ex coniecturis conſtet non continet Surd. deciſ. 84. num. 8. in his enim ſtricta fit interpretatio & verba proprie ſunt intelligenda vt multorũ authoritate ſcripſit Gab. comm. concluſ. lib. 6. concluſ. 6. num. 87. verſic. Decimo limita in contractibus; vt dixi quæſtio. præcedenti, vnde ſi in vltimis voluntatibus in quib' lata fit interpretatio repetitio maſculinitatis ſufficientem inducit coniecturam fideicommiſsi in excluſionem fœminarum multo magis in contractibus, in quibus verba ſtrictè vt ſonant intelliguntur.

Vnde in terminis proprijs, quod ſcilicet in contractibus repetitio maſculinitatis ſufficiens ſit coniectura reſpondit Deci. conſil. 378. num. 11. Decian. dict. reſpon. 41. & in terminis maioratus in cõtractu inſtituti Ludoui. Molin. dict. cap. 5. num. 56. lib. 3. & magis in ſpecie noſtra de repetita maſculinitate in donatione facta in capitulis matrimonialib' in cauſa grauiſsima Ducatus Cardonæ, quæ nunc ventillatur in hoc Regio Senatu Barchinonæ, de qua memini in antecedenti quæſtione in verſicu. Rurſus ex coniecturis ab illa regula receditur: Reſpondit Menoch. conſil. 904. lib. 10. num. 40. ad finem: Et quam in illo approbet coniecturam caſu in hoc conſilio 85. vt mox dicam improbat, quemadmodum hanc & alias illius contrarietates per plures aduerſus eum oſtendi fusè meo in conſilio aduerſus D. Galcerãdum de Cardona pro illius, & Excellen. Ioanna ab Aragonia Duciſſa Cardonæ.

Hanc coniecturam in caſu illo Decian. improbauit Menoch. d. conſil. 85. num. 102.
72 quoniam † inquit etſi repetitio maſculinitatis videatur ſuadere teſtatorum agnationis ſuæ conſeruandæ rationem habuiſſe, tamen inquit fauor agnationis per teſtatorem conſideratus non attenditur niſi in caſu vel caſibus per illum expreſsis comprobat authoritate Socin. ſuam opinionem in conſ. 4. n. 20. lib. 3. Socin. ſeni. Alex. Cæphal. & Ruin. quibus addo & ipſum eundem Meno. conſ. 327.
73 nu. 69. lib. 4. qui hęc verba ſcribit † ſicuti ergo (inquit) ratio conſeruandæ agnationis nõ operatur extenſionem ſubſtitutionis de vno caſu ad alium caſum ſecundum Decian. conſ. 287. & conſ. 291. & fortiori in caſu idem reſpondit conſ. 636. num. 17. vbi num. 4. refert teſtatorẽ dixiſſe quod volebat bona ſua conſeruari in agnatione & familia perpetuo, & tamen ibidem num. 17. inquit quod ſemel exiſtente filio, expirãt omnes ſubſtitutiones atq. ita non extenditur de caſu ad caſum, ita hic in noſtro caſu ratio dotationis fœminarum operari debet vt ſubſtitutio reciproca facta in vno caſu, & reſpectu aliarum perſonarum ad alium caſum & perſonas extendi-
74 tur: hæc Menoch. ſimile † quoq. eſt quod noſtri prodiderunt maſculinitatis repetitionẽ, qua agnationis ratio habita præſumitur, nõ operari extra caſum expreſſum, inde ad alios caſus protendi non poteſt, etſi de agnatione conſeruãda teſtator pro loquutus fuiſſet: inſigne dictum & conſilium Anchar. conſ. 136. Alex. conſ. 59. nu. 15. lib. 3. conſ. 139. num. 3. lib. 6. Deci. conſ. 287. nu. 9. Socin. conſ. 116. col. 4. verſ. Non obſtat quarta ratio conſ. 62. lib. 3. Cæphal. conſ. 17. num. 28. lib. 1. Ruin. conſ. 153. num. 5. lib. 1. Mari. Socin. conſ. 4. num. 5. lib. 3. conſ. 29. nu. 24. 25. lib. 4. idem conſ. 163. num. 12. lib. 2. Alban. conſ. 13. nu. 4. & ſequent. Rolan. conſ. 51. nu. 8. & 9. li. 3. Hippo. Rimin. conſ. 50. n. 64. 65. Plot. conſ. 14. n. 10. Sfor. Oddo. latè & eruditè conſ. 67.
75 nu. 30. conſ. 66. nu. 76. Peregr. † tracta. de fideico. arti. 28. nu. 39. vbi ſcripſit agnationis rationem niſi adueniente caſu per teſtatorẽ expreſſo conſiderari. Surd. conſ. 448. nu. 21. 22. 23. li. 3. vbi nu. 22. hæc verba ſcripſit: Eo-
76 dẽ † modo tollitur conſideratio ſupra facta quod ſemper vocauerit maſculos, & fœminas ſemper excluſerit; nã tendit ad demonſtrandũ quod teſtator conſiderauit agnationem, ideo reſtringitur ad caſum, in quẽ cõſiderauit agnationẽ, ideſt quãdo Ludouicus decederet ſine filijs, nõ autẽ ad alios caſus trahitur: ſubiungit idẽ Surd. hęc verba: probat autem hęc coniectura quod in eo caſu, in quo maſculi ſunt vocati, ſit habita ratio agnationis, ſed non in alio Cæpha. conſ. 137. nu. 13. Manti.

de couiectur. vltima. volunta.d.titu.vltimo
num.8.Menoch. conſ.760.num.10. hucvſq.
Surd. idem Surd. eandem tuetur & ſequitur
opinionem deciſ.9.nu.16. deciſ.239.nu.11.
Egregie & ornate idem Surd. conſ.315.nu.
49.vſq. ad num.54.lib.3. Caual.deciſ.5.nu.
31.& 69.deciſ.15.num.13.15. 3.par. Alex.
Rauden.conſ.26. nu.125.lib.1. Pela.tracta.
de maio.Hiſpa.2.part.quæſt.6.num.65. qui
ſupra relatos non citat Ludo.Molin.de Hiſ-
pa.primog.lib.1.cap.5.num.38. Petra. tra-
ctat.de fideico.quæſt.9.num.142.poſt. Cor-
ne.& alios huic adhæret opinioni, vbi & ſe
ita conſuluiſſe dicit, ſubiungit ille, quod per
expreſsionem maſculinitatis ſpe factam per
teſtatorem non cenſetur habita ratio con-
ſeruandæ agnationis niſi quo ad caſus & per-
ſonas expreſſas.

Ex his libenter in Menochij conſcedeudo
ſententiam, maximè vt dixi in contractibus
in quibus ſtrictior fit interpretatio quam in
vltimis voluntatibus, vnde ſi ſuperior tradi-
tio in teſtamentis recipitur á fortiori in cō-
tractibus recipienda erit, niſi vrgens & in
euitabilis ratio nedum æqualis ſed maior
militet in fideicommiſſo conuentionali quā
77 quæ in teſtamentario; quare † ne quiſquam
putet hæc alijs à nobis traditis in ſuperiori
quæſtione repugnare vbi & ratione adſtan-
te extenſionem fieri in contractibus docui
ſicut in vltimis voluntatibus; animaduerto
rationem eandem dici debere in contracti-
bus eam, quæ collatione facta cum ratione,
quæ in teſtamentis militat & vltimis volun-
tatibus aliqualiter ipſam ſuperat, cum nega-
ri nequeat maiorem fieri extenſionem poſſe
data paritate rationis, in teſtamentis & vl-
timis voluntatibus, quam in contractibus, vt
egregie aduertit Manti. á me relatus d.quæ-
ſtio. præcedenti verſicu. Ab his regula pro-
dit certiſsima; quia maior vt ille ait præſu-
mitur ratio in extremis iudicijs, quam in cō-
uentionibus. Hæc obiter dicere volui, nunc
ad inſtitutum.

78 Accedat † in tuitionem ſuperiorem, quod
licet teſtator in vna teſtamēti parte expreſ-
ſim filios maſculos in conditione poſuerit,
ſi in altera poſt eiuſdem teſtamenti parte de
filijs loquatur, licet vna pars teſtamenti ál-
teram declaret, in hac adhuc ſpecie inualuit
apud noſtros, fœminas in caſu non expreſſo
maſculinitatis minime excludi, cum facilè
fuiſſet teſtatori, iterum qualitatem maſculi-
nitatis repetere ſi voluiſſet, & cum non fece-
rit pro omiſſo habendum eſt. Sic Alexand.
Corne. Socin. & alij multi, quos refert &
ſequitur Peregrin. tractat. de fideico. artic.
25. num.28. vbi hanc opinionem præualere
ſcripſit.

79 Verum † aduertendum eſt tutius quidem
in hoc articulo alios plures ſentire in hunc
modum diſtinguentes, nam vel agitur de
repetitione maſculinitatis in eadem oratio-
ne, vel de diuerſis, in priori caſu exiſtimant
plures qualitatem illam cenſeri repetitam,
in diuerſis orationis minime. Exemplum
familiare & quotidianum cum teſtaror dixit
inſtituo filium meum N. etſi deceſſerit ſine
filijs maſculis, vel eius filij ſine filijs ſubſti-
tuo, &c. In hac certè oratione, quæ vna eſt
& ab vno verbo regitur, qualitas maſculi-
na repetita cenſetur, quoniam qualitas in
genere conueniens pluribus adiecta in ea-
dem oratione vni perſonæ, cenſetur in al-
tera eiuſdem orationis parte repetita, ex
ſingulari Barto. traditione in l. ſeie §.caio.
ff. de fun. inſtitue. eam ipſam traditionem
ſequuntur Cuma. Socin. Curt.ſenior. Deci.
Ruin. Pariſi. Gozadi. Cæphal. quos idem
Peregrin. refert. d.articu.25. num.28. hanc
eandem diſtinctionem relatis multis am-
plectitur in maioratu, & primogenio loquēs
Ludo.Molin.tracta.de Hiſpa.primog.lib.3.
cap.5.num.59.

80 Hinc † idem Peregrin. in terminis qua-
litatis in contractu adiectæ nouiſsimè reſ-
pondit conſil.94. num. 6. qualitatem in vna
oratione adiectam in altera oratione repe-
titam non cenſeri.

81 Et hæc † quidem multo magis procedunt
vbi in dictis clauſulis in quibus maſculorum
mentio habita eſt, adiectæ fuiſſent dictiones
declaratiuæ & reſtrictiuæ, quales ſunt tunc,
& eo caſu, & his ſimiles, quæ proculdubio
demonſtrant caſum ad oculum, & mentem
diſponentis reſtringunt, & limitant ne extra
conceptionem illam verborum digrediatur
diſpoſitio vti dixit Bald. conſil. 57. col. 2.
lib. 1. Iaſſon. & alij in l. in ſtipulatione ff.
de vulgari Crauet. conſil. 98. Deci. conſil.
63. & conſil. 287. num. 2. Menoch. conſil.
327. num. 59. lib. 4. conſil. 117. num. 28.
lib.2. & alij multi quales Bero. Burſat. Ri-
minal. iunior. Cæphal. Brun. quos refert &
ſequitur Caualca. deciſ. 5. num.16. 3.part.
Surd. nouiſsimè conſil. 443. num. 7. lib. 3.
Peregrin. tractat. de fideicom.arti.29.num.
28. ad medium. Qui tamen omnes loquun-
tur in teſtamentarijs diſpoſitionibus, in qui-
bus lata vt millies dixi fit interpretatio, quā-
to magis traditio vindicabit in fideicōmiſ-
ſis conuentionalibus & contractibus cum in
82 his ſtrictiſsima fiat. Niſi † tamen alijs conie-
cturis hæc maſculinitatis geminatio iuuare-
tur, vt ſenſit rectè Ludo.Molin.d.ca.5.n.38.
in fine de quibus inferius dicetur.

Ne autem á tam vtili & quotidiana ma-
teria tam cito diſcedamus, nō enim alia fre-
quentior,

quentior, ex integro repetenda eſt veritas propoſitæ coniecturæ, in dies enim capitulis matrimonialibus in his regnis cum donant parentes filijs ſuis, vincula & ſubſtitutiones adijciunt maſculos vocantes, & dubitari ſæpius contingit, an fœminæ excluſę videantur.

Imprimis vero ratio ſuperioris traditionis exquirenda eſt, cur ſcilicet in ſubſtitutionibus, & vinculis maſculinitatis vel agnationis ratio non extenditur ad alios quam expreſſos caſus. Et multas tradi poſſe exiſti-
83 mo. † Prima quoniam fideicommiſſum eſt onus l. cohæredi §. cum filię vbi Bart. & cæteri ff. de vulga. l. ab eo. C. de fideicommiſ. & dicitur res odioſa Deci. conſi. 336. Crauet. conſi. 180. in fine Socin. iuni. conſi. 185. nu. 9. lib. 2. Siluan. conſi. 64. num. 19. Menochi. qui prædictos refert conſ. 85. num. 39. lib. 1. vbi opportune ad inſtitutum noſtrum adiungit; quod ſi hæc opinio recipitur in vltimis voluntatibus, in quibus lata ſit interpretatio, multo magis in contractibus & donationibus, quæ ſtrictius ſunt interpretandæ vt ille ibidem.

84 Hinc † non extare fideicommiſſum in dubio pronuntiandum, quia onus continet, & bona libera iudicari debēt, & honorata perſona vt minus quam poſsibile ſit grauata iudicari debet l. vnum ex familia §. ſi rem de leg. 2. l. apud Iulianum §. Seio de leg. 2. l. nummis de leg. 3. Socin iuni. d. conſi. 185. num. 10. Roman. ſingul. 427. Alciat. conſi. 96. nu. 7. Alban. conſi. 29. num. 7. conſi. 31. nu. 9.

85 Hinc etiam † & illud fideicommiſsi ad emptionem fauorabilem dici non odioſam quia naturali rationi innititur l. ſi fuerit vbi Caſtren. & Socin. de reb. dub. Cæphal. conſ. 45. num. 12. lib. 1. Crauet. conſil. 161. num. 6. Alciat. d. conſi. 96. num. 8. Piſci. in diſpoſitione de ſtatu exclud. fœmi. num. 49. Grat. conſi. 64. num. 42. lib. 2.

86 Ita fit † vt ei qui dicit fideicommiſſum extare incumbat onus probandi l. ei qui dicit de probatio. nam cum ſit facti, & quæ in facto conſiſtunt non præſumantur l. in bello §. factę de capti. & poſt li. reuer. maxime ea, quę qualitati naturali repugnant vt eſt libertas l. altius C. de ſeruitu. cap. nimis ex. de iur. iuran. enixe probanda ſunt; negātis enim intentio in ſola negatiua fundata actionem excludit l. actor C. de capti. & poſt li. reuer.

87 Ab eadem † prodit radice vulgatū apud noſtros diuerbium, quod fideicommiſſaria agentibus, obijcitur de re non loquitur ſubſtitutio, vt poſt Ioan. Andre. in addi. ad ſpecul. ſcripſit Socin. conſi. 52. num. 4. conſi. 59. num. 104. lib. 3. Rub. conſi. 28. num. 1. Socin. iuni. conſ. 64. num. 14. lib. 3. Gozadi. conſi. 2. num. 8. Tiber. Decian. conſ. 55. num. 9. li. 3. Socin. ſeni. Iaſſ. Alexan. Andr. Gozadi. Socin. iuni. Pari. Alciat. Crauet & alij quos recenſet & ſequitur Menochi. conſ. 85. nu. 37. li. 1. Peregri. tract. de fideicom. artic. 11. nu. 37. Petra. tract. de fideico. quæſ. 5. n. 125.

88 Quarto † & ex eadem ſententia deducitur fideicommiſsi inducendi vel extendendi materiam odioſam dici potius, quam fauorabilem, cum ſit odioſa fideicommiſſaria ſubſtitutio ſic Cæphal. conſil. 375. num. 34. Rimi. iuni. conſ. 20. num. 37. alios recenſet Petra. trac. de fideicom. quæſ. 5. nu. 59.

89 Quinto † & illud ex eadem regula deducitur, quod vbi de grauamine agitur fideicommiſsi non fit extenſio de perſona ad perſonam, etiam quod alias ſub lata ſignificatione cōtineretur; vt ideo fideicommiſſum filijs iniunctum ad nepotes non trahatur, licet filij appellatione nepotes contineantur l. quod ſi nepotes de teſta. tutel. §. fina. Inſtit. qui teſta. tuto. dar. poſſ. Barto. in l. liberorum num. 5. de verbo. ſigni. vt in his terminis reſoluit Pau. de Caſtr. conſi. 97. no. 2. lib. 2. Deci Socin. Natt. Riminal. iuni. & Cæphal. quos citat & ſequitur Peregri. trac. de fidei. articul. 1. num. 27. Petra. trac. de fideico. quæſ. 5. num. 60.

90 Sexto † idem Petra. d. quæſ. num. 62. docet, propter relatam totius in ſuperioribus rationem, non eſſe argumentandum etiam à maioritate dilectionis in fideicommiſsis inducendis vel extendendis, ex Crauet. & Bere. quos illic refert neque itidem ex identitate rationis de perſona ad aliam perſonam fieri poſſe extenſionem, vt idem ibi numer. 63. 64.

91 Septimo † prohibitio de non alienando ad filios relata ad nepotes in fideicommiſſis non extenditur gloſ. in §. nos igitur in auth. de res fidei. Barto. in l. Lucius §. ſempronia de leg. 3. dixit communem Alexan. in l. filiusfamilias §. diui num. 25. de leg. 1. Iaſſ. Crot. Natt. Ripa. Alciat & alij plerique quos refert & ſequitur Peregri. tract. de fideicom. art. 1. num. 28.

92 Octauo † accedat quod ſcripſit Ludo. Molin. tract. de Hiſpan. primo. lib. 1. cap. 4. numer. 10. & 11. fideicommiſſum odioſum dici, ideo non extendendum, conſequēter ait in bonis primogenij vel maioratus prohibitionem alienationis in filio vel filijs factā non etiam ad nepotes extendi ex tex. in l. pater filium §. fundum Titianum de leg. 3. §. cum igitur in auth. de reſti. fidei. Barto. Iaco. Belloius Iaſſ. Ferdinan. Loaz. Deci. Rodri. Xuar. Didac. Alciat. & alij quos ibidem refert.

93 Nono † iuuat in primogenijs & maioratibus noſtris loquens Pala. Rub. in comme. l.

46. Taur.

46.Taur. num.4. is inquã egregie ibi ſcripſit, quod iura armantur aduerſus maioratus Hiſpaniæ vt triſtiſsime & arcte procedant, vbi euidentiſsime conſtat de mente diſponentis & Burg.de Paz. conſi.34.nu. 19.reſpondit maioratus ſcripturam non fore ampliandam ſed ſolerte reſtringẽdam, Idẽ alij relati quæſ.20. verſi. vndecimo cũ dubiũ eſt ideo bona præſumuntur libera & non maioratus Gutier. lib.3.quæſ. 62.num. 30.qui multos refert.

94 Decimo † & illud facit, quod cum fideicommiſſum ſit onus, præſumendum teſtatorem vel diſponentem in dubio noluiſſe multiplicare ſubſtitutiones & vincula de vno ad alium in ſub teſtamento, vel diſpoſitione Rolan.conſi.56.nu.32.lib.3. Simo.de Præt. conſi.31.num.28.lib.1.Cæphal. conſil.353. num.56.conſi.419.num.77.78.lib.3. conſil. 447.num.22.

95 Vndecimo † ſcripſit ſingulariter Meno. d.conſi.85. nu.50. li.1. quatuor regulis vniuerſam fere fideicommiſſorum materiã abſolui poſſe, iudicandum ſcilicet in dubio fideicommiſſum non extare aut authoritatè Rotæ Romanę reſpondit Crauet.conſi.180. in fine Neuizan.conſ.6.num.47. ſecundo in dubio pronuntiandum pro reo l. Arrianus de actio.& obliga.l.qui accuſare C. de ædẽ. Tertio in dubio iudicandum pro poſſeſſore §. commodum inſtit. de interdic. Extremo pronuntiandum bona eſſe libera & nõ oneri vel fideicommiſſo ſubiecta l.altius C.de ſer-
96 uitu.Alciat.Reſpon. 483.Hæc † Menoch.& alij plerique eaſdem quatuor regulas obſeruant maxime vbi ageretur de fœminarum excluſione propter maſculos Natt. conſil. 678.num.36.lib.4.Claud.Canciun. conſi.5. & hos præter Meno. citat & ſequitur Alex. Rauden.conſ. 56.num.19.& 20. lib. 1.idem tracta. de Analo. cap. 15. numer. 299. Caualca. nullo ex his relato deciſ. 5. num. 63. 64.part.3.

97 Duodecimo, † in fideicõmiſsis quod minimum eſt ſequimur ſicut & in legatis, cum exequata ſint legata fideicommiſsis & ècõtra l. 1. deleg.1.& probat relatam traditionem text.in l.numis delega. 3.l.apud Iulianum §. ſeio.deleg.1.ne videatur teſtatorem vel diſponẽtem grauare hæredem magis dilectum, quam fideicommiſſarium minus dilectum l.vnum ex familia §.ſi rem delega.2. Roma. Deci.& Alex. quos citat & ſequitur Peregrin.trac.de fideico.arti.1.nu.33.

98 Decimo † tertio, & illud ſequitur ex eadem ratione, quod & vbi de perſonis honorandis agitur, fideicommiſſum ad perſonas tantum nominatas reſtringitur, quia nuſquã perſona extrinſecus in quauis diſpoſitione ſubintelligẽda eſt l.ſi ita ſtipulatus §. Chryſogonus de verb.obliga. proinde nec in ſubſtitutionibus, vinculis & vocationibus extenſionem fieri debere Alex.Aretin.Iaſ. Socin.& alij omnes in l.Gallus. §.& quid ſi tãtum de libe.& poſthum. Peregri. in d.artic. 1.num.30.

99 Decimo † quarto fideicommiſſa quia onus continẽt, inter ſtricti iuris iudicia numerantur Crauet.conſ.180.col.2.Alexan.Rauden. tract.de Analo.cap.29.num.8.

100 Decimo † quinto & inde prodit, ſubſtitutionem in dubio iudicari debere vulgarem directam potius quam fideicommiſſariam, quoniam in hoc extremo caſu multiplicantur ſubſtitutiones, & onera cap. ſi pater de teſt.in 6.l.fin.C.de hæredi. inſti.late Meno. conſ.85.num.81.li.1. Peregrin. tract.de fideico.arti.19.num.3.

Secunda ratio regulę ſuperioris adduci poteſt, quia cum verba teſtatoris vel diſponentis defficiunt, conſtat voluntatem dubiam fore & incertam, vnde extendere verba nulla certa regula diffinitum eſt l. duo Titij de teſta. tutel. proinde adſtante incertitudine vllam fieri extenſionem non debere iudicãdum eſt l.idem Pomponius §. ſi plures ff. de rei vindi. atque id multo magis in contractibus recipiendum eſt, quemadmodum authoritate Bald. Craue. Cur. ſenio. Viui. & aliorum docui ſuperiori quæſtione 20. verſi. Vndecimo cum dubium eſt.

101 Et dixit Neuizan. † conſ.53. nu.1. in interpretandis vltimis teſtatorum diſpoſitionibus paſsim ſibi ipſis doctores fore contrarios, & aduocatos, tum etiam Iudices prophetizare, & ſæpiſsimè in graue damnũ hæredum, idem dixit Craner. conſi. 161. num. 11. libr. 1. id autem deteſtabile eſſe dixit
102 Bero.conſ.93. num.18. vol.2. † quia nimia ſubtilitate non debent extrema teſtatorum iudicia defraudari & dixit Zanch. in repeti. l.hæredes mei §.cum ita num. 145. ad S.C. Trebell.quod voluntati deffuncti multi doctores adhęrẽt prout pecunia illos impellit.

103 Tertia † ratio ſit, quoniam extẽdere ſubſtitutionem fideicõmiſſariam fauore maſculorum in excluſione fœminarum continet odium, odia autẽ reſtringi oportet cap. odia
104 cum ſimili. de reg. iur. ex. † & nedum non continet ſed & pœnam, pœna enim eſt quãquam ſine culpa ab hæreditate excludere, vti excluduntur fœminæ quando agnationis ratio dicitur per diſponentem conſiderata Claudi. Canciun. conſi.5. ad finem. Quia enim mulieres fœminei ſint ſexus, pœna do-
105 nari non debent, atq. † ideo aduerſus actores maſculos in dubio iudicandũ reſpondit Alciat.Reſpon.126.li. 9.Alex. Raud. qui & Can-

Cancium. & Alciat. refert conſil. 56. num. 19. & 20. lib. 1.

Sed & Ludo. Molin. li. 3. de Hiſpa. primo. cap. 4. nu. 32. docuit, eum qui fœminas, quę iure naturali, diuino, & Cæſareo ad ſucceſſionem admittuntur excludere vellit, oportere & lucidis & clariſsimis agat probationibus, & ideo in dubio pro fœminis aduerſus maſculos iudicandum l. 1. C. de condi. incert. l. Lucius §. quæſitum de leg. 3. l. libertis §. ſi. de manumiſſam. nam vt Molin. ibidem ait, regulas & traditiones iuris clariſsimas dubiæ probationes infringere non poſſunt.

Ex eadem ipſa l. 1. C. de condi. incert. ſcripſit Alexan. Raud. tracta. de analog. cap. 15. num. 299. & ex l. cum auis de conditi. & demonſtra. l. cum auctiſsimi C. de fideico. in dubio aduerſus actores maſculos pronuntiãdum citat Natt. conſ. 678. num. 36. lib. 4.

106 Ornate † magis & erudite Tiber. Decia. conſ. 72. à num. 47. lib. 1. regulam conſtituit, fœminas liberorũ venire appellatione, atq; in dubio iudicandum in fideicommiſsis prò eo qui regulam habet pro ſe gloſ. in rub. de reg. iur. in 6. cum alijs per eundem illic citari. Adiungit num. 48. volenti probare aduerſus regulam contrariam voluntatem teſtatoris onus probandi incumbere, quinimo in dubio fieri debere interpretationem aduerſus probantem licet eſſemus in materia fauorabili, quanto magis odioſa, qualis fideicommiſſaria, authoritate Alex. & Deci. relatis ab eodem num. 49. ſcripſit, in dubio iridem iudicandum pro eo qui ſtat pro regula negariua, aduerſus aliutti, affirmariuam allegantt, quemadmodum in terminis fideicommiſsi reſpondit Deci. conſ. 567. num. 2. & 3. & ſic fideicommiſſum non extare. num. 50.

107 in † dubio (air) iudicandum pro illa parte quę reducit rem ad ius commune, iuxta notata per interpretes in l. ſi quãdo C. de inof. teſta. in l. 2. C. de noxa. actio. in l. fina. §. in computatione C. de iur. delibe. & per canoniſ. in cap. cum dilect. de conſuetu. atqui vbi ſit interpretatio in fauorem filiarum teſtatoris & aliarum ab eo deſcendentium, reducitur res ad iuris communis diſpoſitionem, qua nulla eſt conſtituta differentia maſculorum & fœminarum in ſucceſsionibus l. maximum vitium cum ſimili. C. de libe. prǽteri.

108 num. 51. addit † in dubio pro poſſeſſore iudicandum quando probationes pares forent ex §. commodum cum alijs inſtit. de interdic. l. in pari cauſa de reg. iur. iudicandum etiam pro reo, licet actoris probationes aliquantulum excederent rei probationes, auth. Panormita. in cap. ex litteris de probatio. Deci. conſil. 564. gloſ. in cap. filij 81. diſtinctio.

109 Rationibus † præfatæ traditionis curioſe perpenſis, conſequens eſt, vt ad articuli perueniamus elucidationẽ: Et quidem vbi clarè & apertè parentes donatores in capitulis matrimonialibus loquuntur volentes agnationem conſeruari in familia, quodq. fœminæ perpetuo excludãtur etiam propter maſculos remotiores & in diſpari gradu conſtitutos, tunc quidem tam aperta donatorum diſpoſitio nullam recipere, interpretationẽ

110 poteſt vt ſubuertatur; cum † enim clariſsima ſint diſponentium verba fruſtra ad cõiecturas recurritur l. ille aut ille §. cum in verbis de lega. 3. idem in contractibus l. continuus §. cum quis vbi gloſ. ſimilia adduxit iura, de verbo. obliga. vnde dixit egregie Alex. cõſ. 173. lib. 7. laſſ. in l. 1. §. nunciatio. num. 7. de no. ope. nuntia. quod vbi verba ſunt clara nõ reducuntur ad iuris intelligentiam, ſequitur Tiraq. qui innumeros recenſet tracta. de retract. ligna. §. 1. gloſ. 7. num. 20. Rolan. conſil. 39. num. 40. lib. 4. Alciat. tracta. de fidei. arti. 11. num. 2. ad medium, Ludo. Molin. tracta. de Hiſpano. primog. lib. 3. cap. 5. in princi-

111 pio. Arg. † idem eſt in omni diſpoſitione & materia, quoniam clara tergiuerſari, non debent cap. eſtote miſericordes ex. de regi iur. fuſe in ornatum Menoch. conſ. 399. n. 4.

112 lib. 4. Rationem ſubiungit Peregrin. † in relato loco, quoniam particularis hominum diſpoſitiones (addo ego) legitime & à iure approbate, dicuntur etiam leges l. verbis legis de verb. ſignifi. §. diſponat in auth. de nup. coll. 4. l. legem C. de pact. l. legem C. de pact. conuen. l. ſi ita quis §. ea lege de verb. oblig. l. ea lege C. de condic. ob cau. l. ſi quis ſub hoc pacto ff. de condi. emp. elegans tex. in l. fina. in princi. C. de reb. alie. non alie-

113 nan. ita † fiet vt cum voluntas diſponentis pro lege obſeruanda ſit, & clara ſit illius diſpoſitio, gloſis vel ſuperfluis interpretationibus opus non eſt ad veritatem eruendam Bal. conſ. 343. lib. 1. & Sillent. eo in caſu aduocatorum cauillationes dixit idem Bald. conſ. 174. lib. 2. vt hæc & alia multa in ornatum ſcribit Peregrin. dicto articu. num. 2. 3. & ſequen.

Cæterum vbi ambigua eſt diſponentis voluntas hoc opus hic labor; in hac igitur voluntate diſcernenda multa ſcriptores adferunt in fœminarum excluſionem, & incluſionem. Ludo. Molin. in maioratu loquens citato capite, viginti adfert concluſiones ſtrenue certè elaboratas, quibus addi multa & detrahi poſſunt.

114 Ego † autem regulam conſtituo ſequentem nuſquam in dubio agnationis rationem habitam cenſeri, ſiue loquamur in teſtamentis, & minus multo in contractibus ad fœminarum

narum excluſionem, nam cum fœminæ iure
diuino,naturali & ciuili admittantur ad pa-
rentum ſucceſsionem ex his quæ ſupra ad-
115 duxi,& † in dubio diſponens cenſeatur vo-
luntatem ſuam cum iuris communis diſpoſi-
tione coniungete l.ſi duo vbi Bald.& Caſtr.
num.2.ff.de acquir.hæredi.Alexan. Iaſſ. Al-
ciat.Deci. Afflict. Cæphal. Ripa. Zanc. Ti-
raq. Manti. & alij quos coacetuat Math. de
Math.trac.de num.teſt.3.par.ca.3. nu.154.
Surd.qui alios deciſ.2.nu.11.& deciſ.159.n.
22.vbi & poſt antiquiores ſcribit, nedum
cum iure communi diſponentem voluntatẽ
ſuam accomodare videri, ſed & cum ſtatu-
tis & legibus loci municipalibus,idem ſcri-
bit poſt aliquos à ſe relatos Ruſti. in com-
men.an filij poſi.in condi.li.2.cap.3.num.5.
Caual.deciſ.18.num.12.& num.114. 3.par.
Ita fit vt fœminæ excluſæ in dubio iudicari
non debeant. Accedant in tuitionem ratio-
nes tres quas ſuperius tradidi, quia diſpoſi-
tio in dubio debet iudicari fauorabilis &
non odioſa, foret autem odio plena ſi fœ-
minę excluderentur.
116 Hanc † regulam primo & ad eum caſum
protendete oportet in quo aliqua maſculi-
nitatis repetitio facta fuit, quoniam & ipſa
ad caſus tantum expreſſos non ad alios ex-
117 tenditur, vt in ſuperioribus ex communi. †
Secundo extenditur, vbi ratio agnationis
conſeruanda fuiſſet adiecta per teſtatorem,
nam ea ipſa non extenditur vltra caſus ex-
preſſos,quemadmodum multorum authori-
tate docui ſupra verſi.Hanc coniecturam in
caſu vbi innumeros in hanc tetuli ſententiã.
118 Limitatur † extenſio vt non vindicet,
quando per modum rationis & cauſæ diſpo-
nens ſtatueret,velle ſe bona in agnatione &
familia conſeruari, quoniam eo tunc ratio
diſponentis aperta efficit vt diſpoſitio vel
ſubſtitutio de vno ad aliũ caſum, & de per-
ſona ad aliam perſonam extendatur, ad ex-
cluſionem fœminarum: neque enim aliter
ſuſtineri voluntas teſtatoris vel donãtis poſ-
ſet,maxime vbi prohibita fuiſſet alienatio.
Hæc ergo ratio diſponentis enixam illius
voluntatem oſtendit; ſic Barto.in l. pater §.
fundum verſi.Si eſſent iſta verba prolata per
modum rationis quia dixit. Ideo feci &c.
Quia volo remanere in familia ff.delega.2.
ſimilis clauſula adfertur per Iuſtinia. in au-
then.de reſti.fidei. verſ. propter quod volo
&c. dixere notandam Bartoli traditionem
Crot.in conſi.144.num. 20. & in l.filius fa-
milias §.diui num. 48. delega.1. Mazari. in
119 epi.de fidei.2.par. quæſ.27. Rationẽ † pro-
diderunt interpretes, quia fœminarum ſuc-
ceſsio agnationis conſeruationi cõtrariatur,
cum ſit agnationis finis l.pronuntiatio,§.fa-
miliæ de verbo.ſigni.§.1.inſtit.de legi.agna.
ſucceſsio. cum alijs à Molin. adductis in d.
120 cap.5. num. 1.lib.3. Ex rationis † enim ex-
preſsione fœminæ & ex his maſculi deſcen-
dentes,perpetuo excluſi videntur; etiam in
caſibus in diſpoſitione non expreſsis, ex vi
rationis comprehenſiua quæ totam comple-
ctitur diſpoſitionem:vt multis relatis docuit
Ludo.Molin.d.cap.5.num. 3.4.5.& ſeq. &
dixi ſuperiori in quæſtione.Quare præfatam
opinionem tenuere aliqui quos Molin. re-
fert.d.cap.a nu. 1.& 2.& præter eum & ab
eo relatos in terminis de ratione adiecta
per diſponentem in ea quæ ſuperius ſcripſi
verba, Anna. conſil. 4.Calderi. conſil.137.
inter conſi.Bald.li.2.Ruin.conſi.149. lib.2.
Alex.conſ.8.num.2.lib.1.Rub.conſ.47.poſt
principium Pariſi. conſ. 53. num. 31. lib.3.
Areti.in l.qui Romæ §.cohæredes col.3.vbi
Socin. num.18.de verb. obliga. Caſtr. Bart.
Cuma. Tiraq. Deci. Cæphal. Vegi. Manti.
Perſonal. Anchar.Rigien.Crot. Purpura.Al-
ban. Loazi. Alciat. Anguiſol. Rub. Cranet.
Rolan.Bero. & innumeri dicentes hanc cõ-
munem & canonizatam quos recens & Pe-
121 tra.trac.de fideico. quæſ. 5.a num.9. † ma-
xime vt illic oſtendit vbi afforet prohibitio
realis, quæ nedum perſonas ſed & res ipſas
& bona apprehenderet:eandem opinionem
tenet Surd.deciſ.84. num.1.vbi ſcripſit non
ſolum prædicta verba inducere fideicom-
miſſum abſolutum in caſum alienationis,
ſed & in caſu mortis. Idem Surd.deciſ. 85.
num.1.Oſaſ.deciſ.Pedemon.50. nu.2.egre-
gie & latè reſoluit iuxta receptiſsimam hãc
idem Surd.conſ.96.num.10.cum ſequen.li.
1.Caualcan. qui deciſio.Rotæ Romanæ re-
fert deciſ.5.num.74.3.part.Menoch. conſi.
904. num.12. lib.10.& præſum. 69.num.9.
& 10.lib.4.Peregri.in tract. de fideico. art.
14.num.14. 15.vbi & multos coaceruat. E-
leganter Simo.de Præt.in commẽ. de inter.
verb.vlti. volunt. lib.3. dubi.1. ſolutio. 10.
Theſau.deciſ.Pedemon.248.nu.4.& nu.14.
idem Surd. ſupra relatus de eiſdem verbis,
quia voluit bona ſua in familia remanere
122 conſi.336.num. 17.lib.3. Neque † refert an
clauſula hęc dicta fuerit in præfatione vel ad
finem totius diſpoſitionis,vtroq. enim caſu
voluntas diſponentis percipitur. Sic Ancha.
Rigien. quæſt.familia.72.libr.1. num.15.&
non dicitur extenſio ſed comprehenſio Pe-
tra.dict.quæſ.5.num.92.
123 Sanè † nedum ſuperior traditio vindicat
vbi ratio expreſſa fuit,ſed etſi ſubintellecta
à iure ſit,quando alia reddi non poteſt, hęc
namque pro expreſſa habenda eſt, & de vno
ad alium caſum diſpoſitio protendi poteſt
qui ſub ratione ſubintellecta cõtinetur, iuxta
gloſſ.

gloſſ. vulga. in l. quamuis C. de fidei ſic ex
Alexandro Bal.Roma.Cuma. Fulgo.Auge.
Deci.Curt. iuni.Pariſi.& alijs docet Molin.
124 d.cap.5. num.5.lib. 3.vbi † & extendit nu.
6.& 7.etſi eſſemus in materia correctoria &
pœnali,quia (inquit) vbi adeſt rationis idē-
titas non dicitur procedi per extenſionem
ſed per comprehenſionem:idipſum egregie
reſpondet in donatione loquens. Tibe.De-
cian.reſpon.41.num.85.86. li.1.alios citati
præcedenti queſtione. Erudite qui multos
in hanc adfert ſententiam Pet.tract. de fidei
quæſt.5. num. 89.& 91.
125 Idipſum † verum eſſe docet Molin.d.cap.
num.8.quando verba diſpoſitionis commu-
nia forent maſculos & fœminas continētia,
veluti liberi,deſcendentes, poſteri, & his ſi-
milia,hęc enim verba:propter rationem ex-
preſam ad maſculos tantum referenda erūt
agitur enim de conſeruanda agnatione quæ
conſeruari nequiret, ſi fœminæ continerentur
tur ſic authoritate Imol.Socin.ſenioris. So-
cin.iuni. Pariſi. Crauet. Gozadi. & aliorum
reſoluit Molin.d.cap.5.num.8. & latius nu.
38.39.idipſum authoritate Ruin Pariſi.Go-
zadi.Gabriel. Tiraq.& Molin. ſcripſit Me-
nochi.lib.4.præſump. 84.num. 8.idem Me-
no.eod.lib.4. præſ.91.num. 5.vbi de verbo
deſcendentibus agit, latius idem Menoch.
conſ.204.num.19.lib.3.conſ. 904.num.2 t.
libr.10.
126 Ex † his infertur quod licet ſucceſsio quę
in vnam fideicommiſsi fuit ingreſſa lineam,
ad aliam tranſire nequeat,niſi fuerit extin-
cta,& omnes ab ea deſcendentes mortui ca.
1.de natu. ſucceſsio.feu. Ruin. conſ. 19.nu.
6.lib.1.Socin.iuni.conſ.126.num.27.li.10.
alios recenſet Molin.de Hiſpa.primo. li.3.
cap. 4.num. 13.vbi communem hanc & re-
ceptiſsimam dixit opinionem & in ſucceſ-
ſione fideicōmiſsi;quod primogenitos præ-
fert,lineæ ratio ante omnia habenda eſt,ita
vt qui ex linea primogeniti deſcendit cæte-
ris præferēdus ſit;quāuis in remotiori gradu
conſtitutus videatur,nec aliæ lineę admittē-
dæ ſunt donec extent deſcendentes,ex linea
primogeniti,ſecundum Bald. in l.cum anti-
quioribus num.11.C.de iur.delibe.Caſtren.
conſ.164.num.4.& 5.lib.2.Socin. conſ.47.
num.13.ad finem lib.3.Deci.conſ.397.num.
3. & alij quos refert & ſequitur Didac. in
pract.quæſ.num.38.num.6.& 12.Mencha.li.
3.de ſucceſsio.creatio.§.27.num. 10.Molin.
de Hiſpa.primo.lib.3.cap.6.num.30. innu-
meros refert Caual.deciſ.18.nu.76.3.part.
127 † attamen finita linea,fœminę illius minime
admittuntur vbi agnationis ratio habita eſt,
ſed ad aliam fit tranſitus excluſis ipſis, tum
etiam & maſculis ab his deſcendentibus; vt
in terminis dixit Socin.inter conſil. Bicen.
conſ.10.num.5.Alciat.inter conſ. Alb.conſ.
32.nu.9. Sim. de Pret.in commen. de inter.
ver.vlti.vol.lib.3.ſolutio 11.num. 71.& qui
eos refert Caual.deciſ.17. num. 21.& deciſ.
18.num.63.77.cum ſeq.multis 3.part.
128 Contrariam † vero ſententiam in priori
traditione cum diſponens rationem reddi-
dit agnationis & familiæ conſeruandæ,quod
adhuc in eo caſu non excludantur fœminæ
niſi in caſibus expreſsis, in quibus tantum
agnationis rationem habuiſſe videtur, te-
nuerunt multi quales Anchar. conſil. 136.
Alexan. conſil.59. numer. 25.libr. 3.conſil.
130.libr.6.numer.3.Deci. conſil.287. num.
9.Socin.conſ. 116.col. 4.verſic. Non obſtat
quarta ratio,conſ.62.lib.3.Caphal.conſ.17.
num.28.li.1.Ruin. conſ. 153.num. 5.libr.1.
Maria.Socin.conſ.4.num.5.li.3.conſ.29.nu.
24.25.lib. 4.idem conſ.163.num. 12.lib.3.
Alban.conſ.13.num.4.& 5.Rolan. conſ.51.
num.8.& 9.lib.3. Hipol.Riminal. conſ.50.
num.64.li.1.Plot. conſ.14. num.10.erudite
& late Sfor.Oddo. conſ. 67. num. 30. conſ.
66.num.76.Peregri.tract.de fideico.art.28.
num.39.vbi ſcribit agnationis rationem niſi
adueniente caſu per teſtatorem expreſſo nō
conſiderari Surd.conſ.448.num. 21.22. 23.
lib.3.& num.22.ſcripſit hæc verba; eodem
modo tollitur conſideratio ſupra facta quod
ſemper vocauerit maſculos & fœminas ex-
cluſerit,nam tendit ad demonſtrandū quod
teſtator conſiderauerit agnationem,ideo re-
ſtringitur ad caſum in quem conſiderauit ag-
nationem: ſubiungit ibidē Surd. hæc verba:
Probat autem hæc coniectura quod in eo
caſu in quo maſculi ſunt vocati ſit habita ra-
tio agnationis non in alio; Caphal. conſil.
137.num.13.Manti.de coniectu. vlti.volūt.
d.titu.vltimo num.8.Menoch.conſ.760.nu.
10. huc vſq. Surd. eandem ſententiam am-
plectitur idem Surd.deciſ.9.num.16. deciſ.
239.num.11.idem conſ.315.num.49. vſque
ad num.54.lib.3.Caual.deciſ.5.nu.52.part.
3.deciſ.115.num.6.13.15.Pala. tract.de ma-
iora.Hiſpa.part.2.quęſ.6.num.65. Alexan.
Rauden.conſ.36.num.125.lib.1.Petra.trac.
de fideico.quæſ.9.num.182.vbi & ſe ita cō-
ſuluiſſe ſcribit Menochi.conſ.85. num.102.
lib.1.Et ſic vides lector optime quanti hanc
ſecundam amplexati fuerint ſententiā quos
pro alia contraria ſuperius recenſui,vt recte
dixerit Zanch. à me relatus ſupra in verſic.
Et dixit Neuizan. ſcriptores noſtros (res
certe dolenda) modo in vnam nunc in alte-
ram diuertere opinionem vt clientulorum
eos impellit pecunia.
129 Vere tamen † & citra cauillum crederem
priorem opinionem magis communem &
verio-

Digitized by Google

veriorem eſſe, quoniam ratio odij quã conſiderant verſari in extenſione, nulla quidem eſt, ſufficit enim vt talis ſit voluntas teſtato-
130 tis vt odium continere non dicatur, † Neq. conſideratio hæc præcedere poteſt, quando ratio conſeruandæ agnationis fuit generaliter expreſſa, & abſque aliqua limitatione vel reſtrictione in decus & honorẽ familiæ ſuæ, vnde quod in fauorem illius inductum eſt odium operari non poteſt ad text. in l. legata cum ſimi. ff. de adimen. vel transfe. quare & fauorem continere non odium crebius creditum eſt, vt multis reſoluit Molin. de Hiſpano. primo. li. 1. cap. 18. a nu. 1. alios ſciens prætereo vnde dixit ſingulariter Deci. conſ. 515. num. 5. quod ſi in primo teſtamento apparet teſtatorem voluiſſe conſeruare agnationem, licet in ſecundo nullam de maſculis mentionem fecerit, nihilominus interpretabitur vt de maſculis ſentire voluerit, quia inquit non eſt veriſimile quod in his quæ concernunt conſeruationem, honorem & dignitatem familiæ ſuæ voluerit mutare opinionem in deterius; Decium refert & ſequitur in ſubſtitutione facta in donatione, Tibe. Decian. reſponſ. 41. num. 107. libr. 1. vbi ergo ratio generalis eſt neque reſtricta, omnia continet, & nihil omiſſum dici poteſt ex vi illius comprehenſiua, vt Molin. poſt Antiquiores ſcripſit d. cap. 5. & d. cap. 18. & reſoluit per multas rationes idem Decian. d. reſpon. 41. num. 116. 117. 118. 119. & non relatis his in fideicommiſſo conuentionali in terminis ſcripſit Petra. trac. de fidei. quæſ. 5. num. 38. etſi is obiter & ſuccinte. Neque altera officit doctorum conſideratio dicentiũ, præſumendum non eſſe voluiſſe diſponentẽ excludere fœminas vbi id nõ dixit: quia generalis ratio tradita per diſponentẽ de conſeruanda agnatione, ſingulas complectitur vocationes & ſubſtitutiones, perinde ac ſi repetita fuiſſet: Atque hęc omnia etiam procedunt in cõtractibus in quibus alias fit ſtricta interpretatio, conſequenter in fideicommiſſo conuentionali vt ex magis communi reſolui in antecedenti quæſtione: & rectè cõſiderando multi ex his quos citaui pro hac ſecunda opinione loquuntur quando diſponens rationem generalem conſeruandæ agnationis non tradiderat; Alij quando ratio reſtricta fuerat ad certos gradus vel perſonas; Alij quando ex alijs coniecturis apparebãt de contraria diſponentis voluntate; Alij quando ſequeretur aliquod abſurdum, vbi preſſe voluntas diſponentis obſeruaretur; Alij quando temporalem & non perpetuam rationem agnationis conſiderauit vſque ad certos tantum gradus; Alij quando per verba enunciatiua teſtator prohibuerat bona extra familiam alienari; Alij male loquuntur & aduerſus communem & receptam opinionem de quibus inquirere oportet.

131 Sublimitatur † itaque limitatio præcedens primo principaliter, quando diſponens generalem rationem in modum cauſę finalis nõ expreſsit, cum enim deficiat quæ dictum extẽdit & ampliat ratio, a qua fideicommiſſa regulantur, nihil mirum ſi extẽſio fieri nequeat l. cum pater §. dulciſsimis delega. 2. Bart. in l. pater filium. §. fundum deleg. 1. ex eo text. vbi licet alienatio ad certum tempus prohibita, poſt illud permiſſa videatur vt in eo textu, non tamen id procedit cum à teſtatore adiecta fuit ratio, quia vult bona ſua nunquam exire de familia, cum mens & voluntas teſtatoris in ratione expreſſa aliud ſuadeat, vt perpetuum reſpectu temporis fideicommiſſum reſultet: Pariter cum teſtator filijs bonorum alienationem prohibet, etſi prohibitio perſonalis videatur, proinde nepotes non contineantur gloſ. in §. nos igitur in auth. de reſti. fidei. Barto. in l. filiusfamilias §. diui ad finem deleg. 1. vbi poſt eum alij omnes præcipue Iaſſ. num. 72. in 1. lectu. & in 2. num. 104. Crot. num. 127. Ripa. num. 106. Alexan. Decian. Alciat. Pariſi. Natt. Deci. & alij quos citat & ſequitur Peregri. trac. de fidei. articu. 1. num. 28. cum ſequent.

132 † Verum vbi ſubiecta fuerit ratio generalis, quia vult bona ſua in familia conſeruari, ſeu in perpetuum, aut per alia verba æquipollẽtia, & habentia tractum ſucceſsiuum, tunc quidem non perſonalis prohibitio ad filios tantum cum relata cenſetur ſed realis reputatur & omnes deſcendentes comprehendit; ſic Crot. in d. §. diui num. 127. Ripa. nu. 108. Eugeni. Peruſi. conſ. 54. numer. 20. poſt Pau. de Caſtr. conſ. 77. num. 5. lib. 1. Roma. conſ. 457. Socin. conſ. 43. col. 2. lib. 3. Rimi. iuni. conſ. 20. num. 29. & conſi. 482. Rolan. conſi. 6. num. 21. lib. 4. Cæphal. conſil. 134. num. 29. lib. 2. Petra. tract. de fideico. quæſt. 5. num. 81. qui alios.

133 Secundo † ſublimitatur ne procedat quãdo ratio generalis conſeruandæ agnationis fuit per diſponẽtem reſtricta ad certos gradus, vel perſonas, & in hac ſpecie loquuntur multi ex his quos ſupra pro contraria aduerſus communem adduxi; quia vis rationis coarctatur per eundem diſponentem, à cuius intenſione & voluntate pẽdent omnia. Porro reſtrictio commode fit, quando ex voluntate eiuſdem diſponentis ad terminos conſtituti fideicommiſsi reſtringitur Alex. conſ.
134 59. col. penul. li. 3. verſi. Nec obſtat. † Exẽpla multa ab ſcriptoribus recenſentur, veluti cum dictum fuit, à diſponente quod voluit bona ſua ſic remanere in agnatione & fami-

lia

lia prout in modum ſupraſcriptum dixit,
vel vt ſupra, aut cum dictionibus, tunc, & in
his caſibus, & his ſimilibus, quæ diſpoſitioné
generalem limitant & coarctant Deci. conſ.
291. col. penul. Auguſt. Bero. conſi. 90. nu.
3. lib. 2. Rub. conſi. 1. col. 3. Roin. conſi. 150.
col. vlti. lib. 2. alios citat Rimi. iuni. conſ. 20.
num. 29. Beret. conſ. 18. num. 24. His addo
Bal. conſ. 57. col. 2. libr. 2. Iaſ. & alij in l. in
ſubſtitutione ff. de vulga. Crauet. conſ. 98.
Deci. conſ. 63. & conſ. 287. num. 2. Menoch.
conſ. 327. num. 59. lib. 4. vbi hęc verba ſcri-
bit in verſi. Sed in terminis &c. ſed in ter-
minis inquit dictorũ verborum, eo caſu ad-
ueniente, videatur Crauet. conſ. 98. num. 6.
& hoc idem ego reſpondi conſ. 117. nu. 28.
verſic. Hoc etiam modo &c. quo loci ſcripti
hæc verba, eo caſu, ſtare reſtrictiue & demõ-
ſtratiue, reſtrictiue quia reſtringũt ſe ad præ-
cedentem caſum, demonſtratiue, quia de-
monſtrant quo in caſu locus ſit vocationi &
diſpoſitioni &c. huc vſque ille, de his etiam
verbis idem adnotauit Peregrin. tract. de fi-
deico. articu. 25. num. 28. ad medium vbi &
Meno. in hanc citat ſententiam de eiſdem
verbis loquens, hoc caſu, & eo caſu, Bero.
Burſ. Riminal. iuni. Cæphal. & alij quos
refert Caualca. deciſio. 5. num. 16. 3. par. no-
135 uiſsime Surd. conſ. 443. num. 7. lib. 3. † Iuuat
eiuſdem Surdi in egregio caſu deciſio lo-
quens in verbis ſubſtitutionis, prædictos, ſu-
praſcriptos, & his ſimilibus deciſio. 85. a n.
1. Petra. tract. de fidei. quæſt. 5. num. 96. &
97. Ludouic. Molin. de Hiſpa. primo. lib. 3.
cap. 5. num. 19.

136 Tertio † ſublimitatur, quando ratio ge-
neralis de conſeruanda agnatione & familia
coniecturis eliderecur, voluntas enim teſta-
toris etſi aperta videatur ex eiuſdem tamen
verbis ſpecies limitatur & reſtringitur &
cum multos in hanc ſententiam adducere
poſſem, niſi vnum in noſtris terminis loquẽ-
tem adduxerim Surd. deciſ. 84. a num. 1. qui
in ſingulari caſu decidit, clauſulam illam ge-
neralem de qua ſuperius per modum ratio-
nis expreſſam, quia voluit bona ſua in agna-
tione & familia conſeruari, licet inducat pu-
rum & abſolutum fideicommiſſum iuxta cõ-
munem, tamen num. 7. verſi. Et quod in con-
trarium, ſcribit coniecturis ab illa ratione
generali recedi aliquando ſic enim vna con-
iectura aliam tollit, ſic & maſculinum ex cõ-
iectura non concipit fœmineum, ita & filiæ
in fideicommiſsis ſępius veniunt ex conie-
cturata mente teſtatoris, quæ alias non veni-
rent vt ille inibi explicat.

137 Quarto † ſublimitatur limitatio prædi-
cta, quando ſi ratio generalis in omni caſu
obſeruaretur, ſequeretur abſurdum aliquod
vel incõueniens maximum in hac enim ſpe-
cie non fieret extenſio de perſona ad per-
ſonam, nec de caſu ad caſum l. hęredes mei
§. cum ita ff. ad S. C. Trebelli. l. publius §.
fui. ff. de condi. & demonſ. Barto. communi-
ter receptus in l. Gallus §. etiam ſi aparente
col. 2. de libe. & poſthum. ſimilis adducitur
text. in l. cum auus de condi. & demons. vbi
abſurdi vitandi gratia fideicommiſſum in-
iunctum filio intelligitur factum ſub condi-
tione ſi ſine filijs deceſſerit, in l. generaliter
§. cum autem de inſti. & ſubſt. C. l. cum acu-
138 tiſsimi C. de fideicom. † vnde vitandi ab-
ſurdi gratia reſtringi rationem generalem in
fideicommiſsis argumentati ſunt multi qua-
les An. harr. Pau. Caſtr. Alexan. Curti. ſeni.
Deci. Crauet. Gabri. Torniel. & alij plures
quorum aliquas refert factorum ſpecies Pe-
regrin. tract. de fidei. arti. 11. num. 45. Petra.
tract. de fidei quæſ. 5. num. 67. vbi & prop-
ter abſurdum vitandum extenſionem fieri
noluit ex Cæphal. conſ. 383. num. 14. libr. 3.
ſed de veritate infra in tertia & quarta li-
mitatione.

139 Quinto † ſublimitatur limitatio quando
temporalem & non perpetuam agnationis
rationem habuit, tunc ratio generalis con-
ſeruandæ agnationis in præiudicium fœmi-
narum non extenditur niſi in caſibus conſi-
deratis per diſponentem; exemplum egre-
gium ſcripſit Surd. deciſ. 84. vbi teſtator fi-
lios inſtituit & inuicem ipſorum filios & fi-
liorum filios ſubſtituerat, ad iciendo ſemper
qualitatem maſculinitatis; & in caſum de-
licti hæredes priuauit; & eorum filios maſ-
culos ſubſtituit, & in defectum filiorum vo-
cauit filias antea dotatas & excluſas quia in-
quit eius mens & intentio fuit, & erat quod
integra hæreditas remaneret in ſuis deſcen-
dentibus; cũ enim fuiſſet dubitatum an de-
functis omnibus deſcendentibus maſculis,
nullo delicti caſu veniẽte, filiæ antea dotatæ
& excluſæ ad fideicommiſſum vocarentur,
tandem poſt multas diſputationes in eo Se-
natu habitas ſcribit deciſſum fœminas ad-
mitti potuiſſe, quoniam non agitur de ex-
cluſione maſculorum, cũ iam defuncti fuiſ-
ſent, tum quia etſi rationem teſtator conſer-
uandæ agnationis adiieciſſet, tamen non fuit
perpetua ſed ad tres vel quatuor vſque gra-
dus quibus extinctis vocati fuerunt deſcen-
dentes, quorum appellatione fœminæ con-
tinentur, & quia teſtator non perpetuam ſed
temporalem agnationis rationem habuit,
nullo adſtante maſculo fœminæ admittun-
tur; ſic ille, qui rationes vtriuſque partis eru-
dite recenſet: prolixius hunc ipſum articu-
lum declarauit idem Surd. conſi. 317. num.
13. verſic. Et quamuis teſtator libr. 3. cuius
verba

verba in gratiam ſtudioſi lectoris placet ad longum referre. Et quamuis (inquit) teſtator in defectum maſculorum vocauerit fœminas, non tamē per hoc negari poteſt quin ſuæ agnationi proſpicere voluerit, quia donec extant maſculi ex Alexandro filio voluit eos ſuccedere & excludere fœminas, atque ita ſuam agnationem voluit in ſuis deſcendentibus conſeruare, ceſſante autem ſua linea maſculina, tunc fœminas à ſe & filijs deſcendentes prętulit fratribus: bene verum eſt quod non proſpexit ad vniuerſam agnationem, ſed ſolum ad ſuam lineam, & non eſt mirum nec nouum, quod in vno caſu ſtatutum admirrat fœminas in alijs agnationem conſideret, vt optime declarat Socin. iuni. conſi. 23. num. 35. libr. 1. vbi fortius loquitur quando fœminæ fuerunt in diſpoſitione primo loco vocatæ, cum tamē in facto noſtro ſint excluſæ donec maſculi extabunt. Sed magis proprie idem Socin. iuni. conſil. 158. num. 42. lib. 2. dixit, quod etſi teſtator fœminas admittat deficientibus maſculis deſcendentibus, per hoc non tollitur quin inter deſcendentes voluerit agnationē conſeruare, & repetit conſ. 116. num. 10. libr. 3. Et quod ratio agnationis habita ſit, quando fœminæ ſubſtituuntur in defectum maſculorum tenuit Rub. conſ. 22. n. 10. Clarius conſ. 35. num. 4. Tiraquel. alios citans tractat. de iur. ptimoge. quæſ. 13. nu. 10. vbi vult quod ſubſtituendo fœminas, maſculis vocatis, non excludatur filia teſtatoris propter nepotem maſculum ex filia hæredem, quia tunc ceſſat agnationis ratio, quæ a teſtatore preſumitur conſiderata, & pulchrè Hiero. Gabri. conſi. 116. num. 13. lib. 2. vbi ait quod cenſetur habita agnationis ratio quando maſculi deſcendentes ſunt vocati, licet ſubſtitutæ ſint fœminæ poſt extinctos omnes maſculos Anchar. conſil. 359. Bald. conſil. 68. inter conſi. Angel. idem Angel. conſil. 69. Corne. conſ. 11. num. 10. volum. 1. Socin. conſil. 81. num. 12. volum. 4. Socin. iuni. conſil. 25. num. 37. lib. 1. Gabri. commu. opinio. libt. 6. conclu. 6. tit. de ſtatu. vbi allegat Ruin. & Grat. bene verum eſt quod teſtator voluit fœminas excludi propter agnaros à ſe deſcendentes, non propter tranſuerſales, ſed hoc non impedit, quin dicatur agnationem inter deſcendentes conſideraſſe, dicimus enim rationem agnationis attendi in caſibus expreſſis non in alijs vſque Surd. vbi Imol. Deci. Cæphal. Molin. Simo. de Pret. Manti. & alios citat. 141

Subiungit in verſic. Atque ita, ait, quando agnatio eſt conſiderata non extenditur, ergo infertur quod poteſt conſiderari agnatio in aliquibus caſibus, & in fauorem aliquorum, & in alijs & in fauorem aliorum non conſiderari; & ſanè quæ alia potuit conſiderari ratio quare teſtator inter ſuos deſcendentes vocauerit maſculos ſucceſſiue in infinitum & fœminas excluſerit, niſi quia decus familiæ reſpexit; quod autem filias proprias excluderet propter fratres hoc non erat neceſſarium, niſi quando voluiſſet agnationem conſeruare non ſolum inter deſcendentes, ſed etiam inter collaterales, quod tamen non voluit facere, niſi quando fœminæ deſcendentes non ſupereſſent, non autem illis extantibus; & quod in vna ſubſtitutione facta de maſculis fuerit conſiderata agnatio, in alia vero non, quando agitur de fœminarum deſcendentibus, admittit & probat Cardin. Manti. dict. libr. 8. tit. 18. num. 17. & num. 63. & loquitur in caſu quando teſtator vocauit proprias filias deficientibus omnibus maſculis: hæc Surd. qui & poſt obiectis quibuſdam ſatisfacit, ſignanter conſil. Anchar. 359.

140 Sexto † ſublimitatur quando ratio conſeruandæ agnationis dicta fuiſſet non per verba diſpoſitiua ſed per enunciatiua; exemplum in caſu l. pater §. fundum delega. 3. cum teſtator filio fundum legauit quem alienari vetuit adiectis verbis, ita enim fiet vt fundus Titianus de nomine veſtro numquam exeat, quæ verba à teſtatore prolata cum magis enunciatiuè quam diſpoſitiuè dicta fuerint, proinde nec abſolutum inducunt fideicommiſſum; quod enim ſuperius tradidi, rationem illam quia volo bona mea in familia & agnatione permanere, extendere & ampliare dictum teſtatoris & omnes continere vocationes & ſubſtitutiones, intelligitur quando per modum diſpoſitionis, non vero illationis, vel enunriationis, diſponens loqueretur ſic declarauit ſingulariter Barto. in d. §. fundum quem omnes ibi ſequuntur Iaſſ. Ruin. Pariſi. Bero. Crauet. & Rolan. quos citat & ſequitur Peregri. tract. de fideicom. art. 14. nu. 22. ad medium, Alciat. reſpon. 35. num. 22. libr. 9. Socin iuni. conſil. 163. num. 5. & 12. libr. 2. Hieron. Gabri. conſil. 112. num. 23. libr. 1. Petra. tract. de fideico. quæſt. 5. num. 68. ad finem & licet aliqui voluerint per ſimilia enunciatiua verba induci fideicommiſſum, id intellexerunt in caſum tantum alienationis non autem mortis, vt declarauit idem Petra. dict. quæſt. 5. num. 46. 47. 48.

Septimo † ſublimitatur, quando ratio adiecta per diſponentem nullam in ſe aut in verbis efficaciam haberet, nullam Emphaſim, ſed ſterilibus verbis concepta fuiſſet; vt quia dictum foret, quia volo bona in familia perſeuerare, & his ſimilia, quæ animum & mani-

manifeſtam diſponentis voluntatem minime olfẽderent, ſic declarauit Petra. poſt Anchar. & Achil. à ſe relatos dict. quæſt. 5. numer. 100.

142 Octauo † ſublimitatur, quando ratio conſeruationis bonorum in agnatione adiecta per teſtatorem vel diſponentem aduerſaretur his quæ in præcedentibus diſponens expreſſim ſtatuiſſet, vt quia antea data fuiſſet facultas alienandi inter deſcendentes de familia; quaſi quod ratio illa generalis, ad ſpecialiter diſpoſita reſtringi nequeat, ſic reſpondit eleganter Iaſſ. conſil. 31. lib. 3. Marzar. conſil. 7. Oſaſ. deciſ. Pedemon. 50. quos refert idem Petra dict. tract. & quæſt. 5. num. 101. & idem eſſe ſcribit num. 103. quando reperiretur datus ſubſtitutus extraneus in caſu alienationis, vel aliqua perſona ſeu gradus ſpecialis, quia & his in caſibus ratio generalis adiecta prohibitioni de conſeruando bona in agnatione non retineret vim & propriam naturam, ex Zanch. in l. hæredes mei. §. cum ita numer. 403. ad S. C. Trebellia.

143 Tertio † extẽditur regula vt magis multo procedat quando diſponens in teſtamẽto vel cõtractu fœminas vocauit aliquo in caſu, tũc nec agnationis rationem etſi ſæpius maſculorum meminerit, habuiſſe viſus eſt, ſic huius opinionis aſſertor primus fuit Bald. conſil. 473. lib. 5. Alex. conſil. 115. num. 10. libr. 2. Socin. in l. Gallus §. nunc de lege Velleia. ad finem de libe. & poſthu. idem in l. cum auus num. 82. de condi. & demonſ. conſ. 28. num. 26. lib. 4. conſ. 9. num. 10. lib. 3. Deci. conſil. 370. num. 30. Gozadi. conſi. 29. 3. col. Socin. iuni. conſ. 6. num. 20. lib. 1. conſ. 118. num. 5. eod. lib. conſi. 158. num. 42. lib. 2. Caro. Molin. in conſue. Pariſien. tit. 1. §. 16. num. 8. 9. Curt. iuni. conſ. 172. nu. 4. Crauet. conſi. 180. num. 1. conſ. 306. num. 5. & hos ſummos legum vertices cirauit, & ſequutus eſt Ludoui. Molin. de Hiſpa. primo. lib. 3. cap. 5. nu. 50. & præter eos idem in terminis reſpondit Alex. conſ. 5. nu. 9. conſ. 79. ad finem li. 6. quoniam vt rectè Alexan. & poſt eum Crauet. d. conſi. 306. nu. 5. ad medium animaduertit, vbi teſtator, diſponens, vel ſtatutum conſeruare agnationem intendunt habiles ad id perſonas nominant, veluti maſculos tantum non etiam fœminas per quas iura agnationum depereunt; proinde vbi vocatę fuerint alicubi tunc agnationis rationem conſideratam non cenſeri iudicandum eſt: eandem opinionem ſequitur Illuſtriſſimus Cardina. Manti. de coniect. vltima. volunt. libr. 6. tit. 15. num. 9. *Cuius hæc ſunt verba: quod ſi teſtator filias ſubſtituerit, planum eſt eum non videri reſpexiſſe ad fauorem agnationis. Crauet conſil. 306. num. 5. Hucvſque Manti. qui antea num. 7. in fortiori certe caſu ſcribit, patrem filios maſculino nomine inſtituentem & filias excludentem, non ex hac filiarum excluſione inferri poſſe generaliter voluiſſe inſtituere gratia conſeruandæ agnationis, vt propterea omnes deſcendentes maſculi cenſeantur vocati, & omnes fœminæ deſcendentes cenſeantur excluſæ, quia ſi teſtator reſpexiſſet ad agnationem, non ſolum deſcendentes, ſed etiam collaterales agnatos ſubſtituiſſet & plures feciſſet gradus ſubſtitutionum &c.* Hæc illius verba ad litteram relata, quæ multorum iuris interpretũ probat authoritate Cæphal. eiuſdem fuit opinionis conſil. 46. num. 45. & 48. libr. 1. Peregrin. tract. de fideicom. artic. 25. num. 26. Petra. tract. de fideicom. quæſt. 9. num. 195. verſic. Contrarium tamen, vbi & in verſic. Et quidem concluſio hæc verba ſcribit, Et hæc concluſio magis procederet in caſu quo pater filias dotauit, ſeu excluſit ab vniuerſali hæreditate & filium maſculum inſtituit, & ei ſi decederet ſine filijs ſubſtituit extraneum ſeu fœminam, tunc enim apparet quod hoc non fecit ratione conſeruandæ agnationis: ideo etiam appellatione filiorum veniunt etiam fœminæ in hoc caſu vt reſpondit Grat. conſil. 68. num. 10. libr. 1. Secus ſi agnatum ſubſtituiſſet, &c. hucvſq. Petra. qui multis antea idem probauerat exemplis, nouiſſimè Surdus conſil. 308. num. 15. libr. 3. citra aliquam controuerſiam hanc ſequitur opinionem verba illius hæc ſunt, vbi enim fœminæ ſunt vocatæ ibi non cadit agnationis ratio Bald. conſil. 473. num. 5. Alexand. conſi. 115. num. 10. libr. 2. Molin. loco citato numer. 50. cum infinitis quos libenter omitto gratia breuitatis, hæc Surd. Aluar. tract. de coniectu. men. defunct. libr. 2. cap. 3. §. 4. numer. 43.

144 Contrariam † opinionem tenuerunt multi, & ex antiquioribus Anchar. conſil. 359. Corne. conſil. 11. num. 40. lib. 1. poſt. Bald. conſil. 68. inter conſilia Angeli fratris ſui, & Ange. conſi. 69. Socin. conſil. 81. num. 12. lib. 4. Socin. iuni. conſ. 25. nu. 37. li. 1. Grat. Ruin. & alij quos citat Anto. Gabr. li. commu. opinio. 6. tit. de ſtatut. conſil. 6. n. 2. Grego. Lop. in l. 3. tit. 11. part. 6. gloſ. in verbo, *Mugeres*, & hos omnes retulit Molin. eos reprehendens d. cap. 5. nu. 50. verſi. Ex quibus infertur. Eandem opinionem in ſtatutis fœminas excludentibus tenuit Gabri. d. conſi. 6. num. 2. Comm. Socin. & Socin. iuni. quos retulit Peregrin. tractat. de fideicom. articul. 25. nu. 26. Vbi tamen ſic diſtinguit. Aut teſtator inquit in ſuis ſubſtitutionibus prætulit deſcendentes ſuos ſimul & agnatos tranſuerſales,

& in eorum defectum, fœminas & ab eis deſcendentes vocauit, putat in eo caſu agnationis rationem habitam cenſeri mouetur authoritate Curti.iuni.conſ.153.num.15.nam inquit ille & ſtatuta ſolent per prius admittere agnatos, & in eorum defectum cognatos & fœminas: diuerſum ait idem Peregrin. eſt cum ſtatutum vel teſtator excluderet aliquam perſonam à ſucceſsione non ſolum per exiſtentiam maſculorum ſed etiã fœminarum certi gradus, tunc enim non in fauorem agnationis ſed illarum perſonarum diſpoſitio facta videretur, & in his terminis ſcribit loqui plures à Molin.relatos. Certè extrema hæc opinio etſi minus communis
145 videatur, verior tamen eſt; Negari † enim nequit quin; enixa diſponentis voluntas ex geminata & multiplicata ſæpius maſculorũ vocatione aperta ſit, ad gloſ.in l.Balliſta ff. ad Trebell.l.ſcim' de Agrico.& cenſi.li.11. Co.cap.fina.cum ſimilibus de offi.delega. & in noſtris terminis Socin. conſ.100.num.6. lib.4.Deci.conſ.38.colum.2.Pariſi.conſ.66. num.36. conſ. 50. num. 52.53.lib.2. Grat. conſil.89. num.6.lib.2. Socin.iunior.conſil. 126.num.29. lib.2.Iaſ.conſ.154.colum.3. lib.4.

146 Habet enim † tanta geminatio vim veluti ſpecialis nominationis, quæ in maſculis tantum efficit vt diſpoſitio poſsit verificari, dixit Curti.ſenior.conſi.49.ad medium Socin.in l.cum filiofamilias num.17.delega.1. tollit præterea geminatio omnem interpretandi rationem in contrarium gloſ.in clem. 1.de iure Patrona. Iaſ. in l. ſi conſtante nu. 38. ff. ſolutio. matrimo.Gozadin.conſil.30. num.1.plenam etiam inducit deliberationem excludendi fœminas ad ea quæ in ſimili Bald.in conſ.ſciſma. Præpoſi. in cap.quoniam 18.diſt.Deci.Gra.& Socin.in locis ſupra relatis.

147 Accedat † nullum eſſe incõueniens, quod ad tempus diſponens rationem agnationis habuiſſe videatur ex repetita maſculinitate, & poſt illud tempus defectis maſculis & gradibus ab eo vocatis nullam, quia poſt filias & ex his deſcendentes vocauerit, quemadmodum verè ſcripſit Surd. deciſio. 84. & in conſ.317.num.13.verſi. Et quamuis teſtator lib.3.cuius verba ad litteram retuli ſupra in quinta ſublimitatione, vbi & alios multos in hanc citaui opinionem.

Rurſus recepta eſt & magis communis opinio expreſsionem maſculinitatis non cõſiderari niſi in caſib' per teſtatorem vel diſponentem expreſsis, vt relatis multis dixi ſuperius in verſicu. Hanc coniecturam in caſu illo Deciani, quod ſi hæc vera opinio eſt in gradibus maſculorum per diſponentẽ cõſtitutis & vocatis quis poterit negare agnationis rationem habitam non fuiſſe etſi fœminæ poſt fuerint admiſſe, quandiu igitur ſuperſunt maſculi per diſponentem vocati fœminis locus interim eſſe non poteſt vt reſpondit aperte Corne.conſ.226.col.5.lib.4. Ripa.in l.Centurio num.159. Alciat.nu.99. Galiau.nu.359.de vulga. Gozadi.conſ.104. col.3. Curti. iuni.conſ.11. Bellon.conſ.81.
148 num.4.vt † per mille annos fœminarum vocatio pendere poſsit dixit Alexan.conſ.105. num.4.lib.1.Bell.d.conſ.81.num.5. Alban. conſ.31.num.7. Cæphal.conſ.380.num.27. Atq. ideo eo tunc nulla fieri reſtrictio poteſt ad vnam lineam, quando plures gradus maſculorum diſponens expreſsit Cæphal.conſi. 664.num.10. cum ſequent.& conſequenter fit trãſitus de vna in alteram lineam vt ſemper fœminæ a maſculis excludãtur ad ea quę ad inſtitutum fuisẽ reſpondit Hippol. Rimi. conſ.313.nu.18.& toto ipſo conſilio.

Sed & ratio quæ communis opinio mouetur imbecillis eſt non ſcilicet cenſeri diſponentem habuiſſe rationem agnationis quando aliquo in caſu fœminas vocauit per quas agnationis iura nequeant conſeruari. Nam argumentatio hæc quo ad perpetuitatem inducendam, & æternam fœminarum excluſionem rectè concludit, cæterum vt antea dixi quoad temporalem ad quã potuit & poteſt teſtator animaduertere, minime: Ita fit vt in dies teſtatores maſculorũ omnium à ſe deſcẽdentium excluſis filiabus, & ab his deſcendentibus gradus ſubſtitutionis, & vocationes inſtituant, his deficientibus; filias & ab illis deſcendentes vocent, his demum finitis, fratres tranſuerſales maſculos & deſcendentes ſubſtituant, in quo caſu apertum eſt teſtatorem ad tempus agnationis rationem habuiſſe durantibus maſculis à ſe deſcendentibus, poſt vero defectis illis minime, quia voluit potius filias & ab his deſcendentes vti magis dilectos quã tranſuerſales ſuccedere, vnde mihi prędicta cõmunis opinio vera non videtur.

149 Quarto † ampliatur regula, quando in aliqua parte teſtamẽti, vel diſpoſitionis diſponens maſculos vocauit, nã in ſequẽtibus gradibus, ſubſtitutionib' vel vocationibus, ſi filios inſtituat aut deſcendentes nec maſculos nominauerit, nõ cenſetur qualitatẽ maſculinitatis repetiſſe in excluſionẽ fœminarũ, cũ ipſam omiſerit, etſi voluiſſet dixiſſet. Neq. veriſimile eſt diſponentem repetere voluiſſe in excluſionẽ filiarum, vel ab his deſcendentiũ propter maſculos remotiores. His adiũgẽdæ ſunt tres vel quatuor illæ rões quas ad regulam ſupra propoſitam reddidi, non fieri debere extenſionem aduerſus fœminas quarum

quarum excluſio iuri diuino, naturali,& hu-
mano aduerſatur ; & cum excluſio pœna ſit
& odium,ampliari in alterius detrimentum
150 non debet ✝ tum quia vt Molin.d.cap.5.nu.
57.authoritate Imol.& aliorum adducit,nũ-
quam præcedentia in ſequentibus repetita
cenſentur,quãdo agitur de repetitione qua-
litatis aduerſus diſpoſitionem iuris commu-
nis,maxime in materia fœminarũ excluſiua;
vnde hanc opinionem tenuere Anchar. ſibi
contrarius vt mox dicam,Anna. Socin. Ale-
xan.Bologne.Curti.ſeni.Cornel. Iaſſ.Deci.
Carol.Ruin. Rube. Socin. iuni.qui commu-
Contrariam opinionem quod imo extēſio fieri nequeat propter prædictam rationē in fideicommiſſis tenuerunt Bologne. inter conſi. Alexan. conſ. 53. num. 18. & 21. lib. 4. Iaſſ. conſ. 3. num. 5. lib. 2. Deci. conſ. 465. num. 15. Craue. conſ. 98. num. 24. idem Crauet. conſ. 161. num. 17. Ruin. & Socin. iuni. quos refert & ſequitur Menoch. conſ. 85. nu. 120. lib. 2. idem Menoch. præſum. 69. nu. 21. lib. 4. & eandem his non citatis ſequitur notiſsimè Peregrin. d. articu. 29. num. 34. Mouentur citati interpretes potiſsimè Crauet. in dictis conſilijs quia niſi hanc opinionem admitteremus numquam foret locus conſilio illo famigerato Oldrad. 21. quam ratio-

nem

Digitized by Google

224 ritem admittit Menoch.d.conſ.85. Ad hæc †
in fideicommiſsis non videtur tuta argumé-
tatio aduerſantium, magis dilectus fuit gra-
uatus, ergo minus dilectus maiori ratione, cũ
inconueniens non ſit quod remotior aliquã-
do ſit magis dilectus quã proximior quem-
admodum multis.ibi Crauet. comprobauit
& poſt ipſum Pinell.in l.3.nu.27. C.de bon:
matet. Et vt Socin. iuni. conſ. 100: num.57.
li.3. animaduertit, quem retulit Menoch.d.
conſ.85. contingit ſæpius filios melioris fore
conditionis, quam ipſorum parentes, nam
grauati filij detrahunt duas quartas, & ſic di-
midiam hæreditatis, cum eorum pater non
poſsit. Tertio conſiderauit Crauet. inutilem
eſſe argumentationem in fideicommiſsis,
quia ea attenta ſubſtitutionibus & grauami-
nibus finis nullus daretur, cum ſemper dici
poſſet ſubſtitutionem finitã nõ eſſe: & quod
teſtator cenſeatur grauaſſe vltimo vocatum
minus dilectum, cum grauauerit prius voca-
tos magis dilectos vnde in grauaminibꝰ ve-
luti odioſis inualida eſt ratio, vt etiam dixit
Peregri. ſupra citatus.

Quarto & alia multa conſiderari poſſunt
ad euitandum contrarium argumentum, quæ
conſiderauit Pinel. ſupra & Molin. d.cap.5.
num.52. verſic. Sed etſi hæc concordia.

225 Neq. † faciunt iura quæ ex aduerſo citan-
tur in d.l. publica §. fin. & d.l. ſi viua matre,
quoniam vt ſatisfecit Peregrin. poſt alios, ea
iura non procedunt vbi de grauamine indu-
cendo ageretur, vel & ſecũdo; procedere ar-
gumentum contrarium negatiuè, teſtator nõ
relinquit proximiori veluti filiæ, ergo nec
etiam nepti, prout etiam ſic ſoluit argumen-
tum Menoch.conſ.204. num.36. lib.3. deſ-
tructo enim principio cenſentur deſtructa
226 conſequentia; & quia † negatiua eſt quædam
priuatio a qua ad habitũ non datur regreſſus
l. manumiſsiones vbi omnes ff. de iuſti: &
iur. affirmatiuè non ſic procedit contraria ra-
tio, pater grauauit filium ergo etiam nepotẽ
minus dilectum, cum multa accidere poſsint
quæ hanc elidant præſumptionem, quod filiũ
vti prodigum vel minus curioſum in conſer-
uanda hæreditate agnoſceret; & ſic in ſimi-
libus huic caſibus.

227 Alij vero † tertiam delegentes ſentẽtiam
concordarunt cõtrarias opiniones dicentes;
quod vel ſubſtitutus eſt extraneus, vel cog-
natus & tunc ſecunda opinio procedat, vel
fuit agnatus, & eo in caſu procedat prior, vt
ſcilicet fiat extenſio de caſu ad caſum, nec
minus dilectus melioris ſit conditionis quã
magis dilectus Deci.conſ.370.num.2. ſic in-
telligens tex. in l.cum acutiſsimi C.de fidei-
com.& in l.cum auus de condi. & demonſt.
& l.1. de con. inſer. Socin. Gozadin. Pinel.
Dida.& Grat. quos refert Ludo.Molin.dict.
cap.5.num.52. verſic. Et quamuis, vbi dixit
communem hanc concordiam quamquã ego
an communis ſit dubitem.

228 Verius † igitur eſſe exiſtimauerim vel in
fideicommiſsis vel primogenijs argumentũ
non procedere, niſi vbi ratio agnationis ex-
preſſa fuiſſet, aut nõ alia quam ipſa ſola red-
di poſſet; quod & rectè conſiderat Molin.
ſuperius num.52. verſicu. Hæc autem; ratio
enim expreſſa efficit vt de caſu ad caſum, &
de perſona ad perſonam extenſio fiat, vt
multis citatis ſcripſi hac quæſtione in verſic.
Limitatur extenſio vt non vindicet: vbi vero
habita non fuiſſet, procedere ſecũda opinio
poteſt, vt etiam ſatis aperte innuit Deci.cõ-
ſil.370.num.2.& 3. Molin. in d.loco.& præ-
ter Molin. idem cẽſuit Marza.d.conſ.8. poſt
Deci.& Curt. ab eo citatos; ſequitur Petra.
d.quæſtio.5.num.66. verſic. Et quod ex idẽ-
titate rationis, &c. Neq. officit ratio illa, qua
vtuntur Crauet. Menoch. & Peregrin. quod
vbi agitur de grauaminibus inducendis, tan-
quam quid odioſum, argumentum non pro-
cedat, reſpondit enim & rectè Marzar. dict.
conſi. & Petra. d. quæſtio. in extenſione vbi
expreſſa fuit agnationis ratio, nullum verſa-
ri odium, ſed fauorem; qui etiam reſpondit
ad tex. in d.l. ſi viua matre; procedere vbi
verba conueniunt ſaltim impropriè, ſecus
aliter, vt poſt Ruin.conſ.178. num.22.lib.3.
Cæphal.conſ.383. nu.14.lib.3. ſequitur idẽ
Petra.d.quæſtione nu.67.& hæc mihi verior
opinio videtur.

229 Ideo † (hoc obiter dixerim in ſuperiorũ
comprobationem) in illa quæſtione an filij
poſiti in conditione cenſeantur poſiti in diſ-
poſitione & vocati, quamquam multi exiſti-
mauerint, coniecturam hanc ſufficere, quo-
ties niſi vocati, dicerentur deterioris condi-
tionis forent proximiores magis dilecti quã
remotiores minꝰ dilecti, vt per Gozadi.cõſ.
64.num.10. fusè, qui alios Gabriel. in cõmu.
conclusio.tit.de fideico. concluſio.4. Achil.
Perſonal. in commenta. de adipiſcenda poſ-
ſeſſ. num. 215. hæc tamen coniectura à ple-
riſq. reijcitur niſi abinteſtato, quoniam ſi
voluiſſet teſtator vt in diſpoſitione poſuit re-
motiores, ſic & poſuiſſet proximiores, vt re-
ſoluunt interpretes in l. Centurio ff. de vul-
ga. Crauet. & Cæphal. quos refert & ſequi-
tur Caual. communem dicens deciſ.25.num.
29. part.3. Petra. tracta. de fideicom. quæſt.9.
num.219.220. nouiſsimè tamen innumeris
relatis contrarium docuit & multis compro-
bauit Ioſeph.de Ruſti. in commen. An filij
poſi. in condi. lib.5.cap.3.nu.1. cum ſequen.
Atque idem fore ſcripſit vbi abſurdum ali-
quod ſequeretur. eod. lib. cap.7.num.4.& 5.
ſed

Digitized by Google

ſed & de ſuperiori quæſtione aliqua ſequenti
limitatione.

230 Quarto ✝ limitatur vbicunq. agnationis
rõe prætermiſſa abſurdum, iniquitas, incon-
ueniens vel diſpoſitio ipſa eluſoria & inuti-
lis redderetur; his enim in caſibus, extenſio
fieret de caſu ad caſum, de perſona ad per-
ſonam ad fœminarum excluſionem: Gene-
rale enim eſt, diſpoſitionem etiam pœnalem
& odioſam de caſu ad caſum extendi, quan-
do ſi non extenderetur eluſoria fieret, iux-
ta gloſam inſignem in capite quamquam in
verbo, aliter facta de vſu. in 6. & illius gloſæ
occaſione idem poſt docuerunt Imol. in l. ſi
vero §. de viro. col. 8. verſic. Fallit ſecundo ff.
ſolut. matrimo. Brun. Iaſſ. & Crauet. quos re-
fert & ſequitur Ludo. Molin. tracta. de Hiſ-
pa. primo. lib. 3. cap. 5. nu. 54. Abſurdi enim
argumentum frequens eſt & in multis caſi-
bus commendatur, vt fuſè diſeruit. Euerar.
231 in Topi. legali: in loco ab abſurdo: In ✝ pro-
poſita igitur ſpecie in fideicommiſſis ad vi-
tandum abſurdum extenſionem fieri ſolere,
in varijs caſibus & factorum ſpeciebus notā-
dis ex Alexan. Anchar. Pau. de Caſtr. Curti.
ſeni. Deci. Zanchi. Manti. Crauet. Hierony.
Gabri. Torniel. & alijs oſtendit Peregrin.
tracta. de fideicom. artic. 11. num. 46. vbi ar-
gumenta & iura, quæ pro hac communi opi-
nione adduci ſolent refert, & his reſpondet,
exiſtimās animaduertēdū ſummopere, quo-
niam argumentum ab abſurdo non ſumitur
niſi reſpectu perſonæ honoratę verum inquit
quod non vocatus, ratione vitandi abſurdi
vocetur, vbi verba quoquomodo ei non ſuf-
fragantur non reperitur in iure cautum ſub-
iungit, quod ideo filius, qui nominatim in te-
ſtamento non fuit inſtitutus, aut exhæreda-
tus habetur pro præterito quoad rumpendū
etiam teſtamentum l. inter cætera de libe. &
poſthum. Ludoui. autem Molin. traditionem
communē admittit vbi agnationis ratio ha-
bita fuit expreſſe vel tacitè.

Nouiſsimè Surd. deciſ. 319. num. 11. ſupe-
riorem traditionem communem admittit
citans Iaſſ. Signo. Areti. Socin. Crauet. Si-
mon. de Præt. Per. Riminal. iuni. & ſe ipſum
conſ. 241. num. 35. 36. lib. 2. Exemplum ab-
ſurdi perhibet in d. deciſione, quando fieret,
remotiores minus dilectos melioris fore
conditionis quam proximiores magis dile-
ctos, maximè quando ſubſtituti perſona non
variatur ſed grauati; Et quoties verba com-
modè extenſionem patiuntur inſpecta ipſo-
rum proprietate, vt in ſpecie illius deciſio-
nis, cæterum in hoc exemplo vbi remotiores
forent magis dilecti etſi magis communem
ſententiam eſſe viderim, ſic minus veram
opinor, vt dixi ſuperiori limitatione cum
Peregrin. Pet. Ludoui. Molin. & Deci. porro.
Petra. ab eo relatus contrarium ſentit etſi
vbi agnationis ratio habita fuiſſet; Quinimo
idem ipſe Surd. in conſi. ſuo ſe ipſo citato,
241. num. 35. aperte hanc extremam ample-
ctitur opinionem, cum loquatur vbi agna-
tionis ratio in illo maioratu Hiſpalen. habi-
ta & ſcripta fuiſſet; quo in caſu ex ratione
ſcripta vt idem illic comprobat & rectè, ex-
tenſio fieri poteſt de perſona ad perſonam;
& in verbis a ſe ſcriptis in d. deciſione hoc
ipſum innuit; vnde à ſuperiori vti magis ve-
232 ra opinione recedendum non videtur, quæ ✝
ſine dubio amplectenda erit in fideicom-
miſſis conuentionalibus, in quibus perſona
extrinſecus ſubintelligenda non eſt l. ſi ita
ſtipulatus §. Griſogonus cum ſimi. de verbo.
obliga. & quidquid in contractibus omitti-
tur pro omiſſo habendum ſit, niſi ratio ex-
preſſa fuiſſet, vt dixi præcedenti quæſtione.
Rurſus ſi in vltimis voluntatibus verior præ-
cedens opinio videtur, in quibus alias latiſ-
ſima ſit interpretatio quanto magis in con-
tractibus.

233 Quinto ✝ limitatur quando qualitas maſ-
culinitatis in aliqua parte orationis adiecta
in qua antea maſculi alicuius perſonæ fuerūt
vocati, poſt omiſſa fuiſſet, vnde ſi prius teſta-
tor vel diſponens vocauerit filios maſculos
certæ perſonæ, & poſt de filijs eorūdem me-
minerit abſq. adiectione maſculinitatis in
eadem oratione, de filijs maſculis diſpoſitio
interpretāda & ſic cenſuit Rub. Peral. Ruin.
& Gabr. quos ſequitur Molin. d. ca. 5. nu. 60.
cuius placet opinio ex his, quæ multis addu-
ctis de repetitione maſculinitatis in eadem
vel diuerſis orationibus, tam in teſtamentis
quam in contractibus dixi ſuperius in verſi.
Quarto ampliatur, cum ſequent. Scribit au-
234 tem ✝ Molin. d. cap. 5. num. 61. idem iudicā-
dum quando aliquis vocatus fuiſſet & illius
filij maſculi, & his deficiētibus Titius & ſui,
hoc enim pro nomine & ſui, qualitas maſcu-
linitatis repetita cenſetur, & conſequenter
agnationis ratio habita ad excluſionem fœ-
235 minarum vt ille ibi: cuius ✝ opinio mihi ad-
modū dubia eſt, nam pronomine ſui, in ma-
teria indifferenre, hęredes omnes etſi extra-
nei fuerint continentur, vt poſt aliquos ab
eo relatos docuit Iaſſ. in d. l. Gallus §. etiam
ſi apparente num. 13. Caſtren. conſ. 374. &
conſ. 404. Alexan. conſ. 26. nu. 5. lib. 5. quan-
doq. etiam veniant hęredes abinteſtato, iux-
ta ſubiectam materiam quemadmodum au-
thoritate Alexan. Deci. Crauet. & aliorū re-
ſoluit Peregrin. tractat. de fidei. articu. 22.
num. 38. fusè Simon. de Præt. in commen. de
interpre. verbo. vltim. volunta. lib. 3. ſolutio.
5. num. 42.

Neq.

Neq. obſtat conſideratio Molin. de repe-
titione eiuſdem qualitatis in eadem oratio-
ne, quia intelligitur vbi in altera parte ora-
tionis non fuit facta expreſsio qualitatis cō-
trariæ vel diuerſæ, quæ ſua natura ex vi, &
proprietate ſerminis poteſt continere maſ-
culos & fœminas, extraneos, & conſangui-
neos, vt ſubiectæ materiæ conuenit: præterea
in hoc caſu variatur perſona ſubſtituti, in
quibus caſib⁹ doctores repetitionem admit-
tentes loqui non videntur, ad hæc in exclu-
ſionem fœminarum quibus omni iure debe-
tur hæreditas qualitatem maſculinitatis re-
petere in diuerſa perſona durum videtur, ex
his; quæ idem Molin. ſcripſit eo. cap. nu. 57.
& quæ ipſe ſupra in verſi. Quarto ampliatur;
quibus in ſimili de prohibita extenſione de
perſona ad perſonam addendus Meno. præ-
ſump. 73. à num. 1. lib. 4. vnde adueniente
caſu cogitandum erit an verè Molin. loqu-
tus fuerit; maximè in contractibus, in quibus
verba preſſe & ſtrictè iuxta propriam ſigni-
ficationem ſunt accipiēda: quæ intelligo niſi
vel agnationis ratio habita fuiſſet, expreſſe,
aut tacitè ex multiplicata ſæpius maſculini-
tate, ex his enim repetitio illa facilè ſuaderi
poſſet.

236 Sexto † limitatur quando diſponens fa-
cta maſculorum vocatione, addit poſt, clau-
ſulam; quod eodem modo & ordine in cæ-
teris ſubſtitutionibus & vocationibus ſucce-
datur; etſi enim in poſt ſequentibus maſcu-
lorum nomen expreſſum non ſit, repetitum
tamen cenſebitur, quia illa verba priora, ſe-
quentia declarant & interpretantur, vt ſcri-
bit idem Molin. d. cap. 5. num. 65.

237 Septimo † limitatur, vbi in prioribus vo-
cationibus fuiſſent vocati maſculi, & poſt fi-
lij, nepotes. & vlteriores, adiectis verbis, ſu-
praſcriptis, vel ſupradictis, aut prædictis, &
his ſimilibus, tunc agnationis ratio & ſi re-
petita non foret maſculinitas expreſſe habi-
ta videretur ad excluſionem fœminarum, nā
ex natura prædictorum verborum, qualitas
prius ſcripta in ſequentibus repetita cenſe-
bitur, vt multis relatis docuit Gabri. in com-
mu. opinio. lib. 3. concluſ. 10. num. 14. tit. de
teſt. & lib. 6. de verbo. ſignifi. concluſ. 6. num.
112. Curti. conſ. 115. num. 21. & eos ſequi-
238 tur Molin. d. cap. 5. num. 64. Rationem † nō
reddit, ſed eam interpretes prodiderūt, quia
verba prædictos, ſupraſcriptos, &c. Eos ſo-
los complectuntur, qui oculis corporis legi
poſſunt l. qui liberos §. hæc verba vbi Barto.
de vulga. Manri. in commen. de coniect. vlti.
volunt. lib. 8. tit. 14. ad finem, Simo. de Præt.
de inter. verbo. vlti. volun. lib. 2. inter 4. dub.
2. ſolu. 2. num. 214. aliosq. multos præter
nunc relatos citat Menoch. conſ. 86. nu. 43.

239 lib. 1. Aptius † autem dici poteſt verba ſu-
periora; præcedentis referre cum omnibus
ſuis qualitatibus reſpondit Caſtren. conſil.
283. num. 5. lib. 1. Ruin. conſ. 206. num. 5.
lib. 5. Socin. iuni. conſ. 102. num. 3. lib. 3. Ro-
lan. conſ. 70. nu. 21. lib. 4. ornat multis Surd.
de eiſdem verbis loquens deciſ. 85. num. 3.
Corne. Curti. Gabri. Alexan. quos citat Me-
noch. præſump. 84. nu. 13. lib. 4.

240 Tertia † coniectura conuentionalis fidei-
commiſsi contingere poteſt, cum diſponens
in donatione vel capitulis matrimonialibus
in conditione poſuit filios maſculos, & vlte-
rius addit ex legitimo & carnali matrimo-
nio conceptos & natos, quibus verbis exclu-
duntur proculdubio legitimati, qui tamen
de iure cōmuni ab inteſtato ſuccederēt; vn-
de vt verba illa verificari poſsint, neceſſe eſt
affirmare vocatos fuiſſe, vt multis adductis
reſpondit Soci. iuni. conſ. 145. num. 37. li. 3.
& in terminis donationis conſuluit Tiber.
Decian. d. conſ. 41. nu. 29. lib. 1. verſi. Tertia
coniectura. Quæ maxime procedunt quādo,
cum excluſione legitimatorum, excluſit etiā
diſponens monaſterium; nulla enim alia ra-
tione hæc feciſſe credendum eſt, quam vt fa-
miliæ ſuæ & agnationi proſpiceret, quæ per
monaſterium, quod alias loco filij habetur,
conſeruari nō poteſt, ſic Decia. d. conſ. n. 31.
32. 33. qui inibi num. 34. adiungit alterā ra-
tionem, quia cum loquamur in donatione, &
241 ſucceſsione ex contractu; ſuccedit † regula,
quod in contractibus appellatione filiorum
non veniunt filij ficti vt legitimati & mo-
naſterium, nam in his propria verborum ſig-
nificatio attenditur non impropria & lata,
vt in terminis dixit Specula. Bal. Salice. An-
char. Anto. de Butri. Iaſ. Alberi. & Rip. quos
citat & ſequitur idem Decian. d. reſpon. nu.
34. 35. Nico. Boeri. deciſ. 354. num. 5. vnde
cum agnatio & familia per maſculos conſer-
uari tantum poſsit vt millies dixi, & ex ver-
bis, qui diſponens dixit non alia ratio, quam
conſeruandæ agnationis dari poſsit pro ex-
preſſa habenda eſt, vt de hac ipſa coniectura
loquens, licet poſt contrarium teneat Menoc.
num. 102. in d. conſ. 85. lib. 1. eandem ſequi-
tur idem Menoch. ſibi contrarius loquens in
terminis ſubſtitutionis factæ in donatione
celebrata in capitulis matrimonialib⁹ conſi.
325. num. 10. lib. 4. Eandem coniecturā am-
plexus fuit Alexan. Rauden. tracta. de ana-
log. in reperto. in verbo, clauſulam quia vo-
lo bona, &c. Ad finem, verſicu. Item & vlti-
mo: Et hæc eadem ſatis aperte innuit Mar-
za. in Epito. de fideico. num. 44. & 45.

242 Hæc demum † coniectura recipitur, & in
illa quæſtione an filij poſiti in cōditione vo-
cati cenſeantur, vbi enim in conditione po-
ſiti

Digitized by Google

ſiti fuere filij ſub qualitate legitimi matri-
monij vocati cenſebantur & legitimatos ex-
cludent, & conſequenter legitimati minimè
ſubſtitutum ſic ex magis communi Decij.
Bertran. Pariſi. Riminal. Tiber. Decian. Mā-
ti. Simon. de Præt. Bere. & Rota. Roma. Io-
ſeph. de Ruſti. in commen. An filij poſi. in
condi. lib. 3. cap. 3. à num. 1. Menoch. dict.
conſil. 320. num. 10, 11. Et præter relatos à
Ioſeph. de Ruſti. Aretin. Rolan. Socin. iuni.
Manfrend. Riminal. quos refert & ſequitur
Caualca. deciſ. 5. num. 10. & 11. part. 3. latiſ-
ſimè Menoch. lib. præſump. 4. præſump. 69.
num. 21. Et his non relatis, alios plures ad-
ducens Petra. tractat. de fideico. quæſtio. 9.
num. 201. hanc ipſam opinionem authorita-
te Noni. Menoch. Riminal. Decian. Manti.
Beret. Simo. de Præt. Crauet. Honden. Ruin.
Magon. Ioſeph. de Ruſti. communem dixit
& in ſuo Senatu Mantuano canonizatam, &
in Rota Romana & Florentina, Surd. deciſ.
162. à num. 1. vbi pulchrè & erudite paucis
hanc reſoluit quæſtionem.

Hinc Barto. docuit in l. cum auus de con-
ditio. & demonſtra. quod licet alias conditio
ſi ſine filijs contineat etiam fœminas filias
& ex fœminis genitos l. Lucius ff. de hæredi.
inſtit. iuncta. l. 1. C. de condi. inſert. text. in
cap. Raynaldus ext. de teſtam. l. iuſta de ver-
bo. ſignifi. cum multis ad hoc inſtitutum coa-
ceruatis per Peregrin. tractat. de fideicom.
articu. 28. n. 36. & non relatus ab eo Petra.
tractat. de fideicom. quæſtio. 9. num. 164. qui
Socin. Grat. & alios memorat communem
dicens: ſi tamen additum fuiſſet, maſculis;
fœminæ excluderentur Barto. ſequuti ſunt.
Imo. Paul. de Caſtr. Socin. Deci. Pariſi. So-
cin. iunior. & alij quos idem Peregrin. ſequi-
tur d. articu. num. 38. quid quod nedum vbi
teſtator expreſſe monaſterium excluſit, ſed
& vbi in neceſſariam conſequentiam expreſ-
ſorum illud ſuccedere prohibuit, nuſquam
loco filij habetur, vt innumeris ad hoc inſ-
titutum adductis reſoluit Peregrin. d. artic.
num. 70. Verum Menoch. d. conſ. 85. qui vt
ſæpius dixi in eodem caſu aduerſus Decian.
reſpondit, num. 162. ſatisfacit huic conie-
cturæ dicens agnationis rationem & illius
fauorem ſolum attendi in caſibus expreſsis
per diſponentem non in alijs, quare defecta
ſemel conditione cæteræ omnes euaneſcunt,
vt ex Socin. ſeniore & iuniore Alexand. Cæ-
243 phal. & Ruin. adduxit. Ego † vero hanc ſo-
lam coniecturam in fœminarum excluſio-
nem minime admitterem vna cum Menoch.
niſi in caſibus per diſponentem expreſsis,
vel vbi agnationis ratio expreſsim data fuiſ-
ſet vt ſola ipſa argui poſſet, quas ex alijs ſu-
perius recenſui; numquam enim in dubio
qualitas maſculinitatis repetita cenſetur ad
excluſionem fœminarum & iuris communis
correctionem, aut tertij præiudicium, vt poſt
Ludo. Molin. lib. 3. de Hiſpa. primo. cap. 5.
num. 57. in ſuperioribus ſcripſi latè.

244 Quarta † coniectura quando donans vel
contrahens donatarios & eorum deſcenden-
tes grauauit vt nullo vmquam tempore poſ-
ſent donata bona vendere aut alio quauis ti-
tulo alienare; cum enim grauati fuerint deſ-
cendentes omnes vocare & honorare, etiam
ſi alias in conditione poſiti forent; ex tradi-
tione Barto. in l. Centurio ff. de vulga. quem
ſequuti ſunt multi poſt eum quos memorat
ibidem Iaſſon. num. 56. Galiau. nu. 77. Rip.
poſt alios plures num. 166. & 169. maximè
procedit Barto. traditio quando addita fue-
re verba perpetuo, numquam, & his ſimilia,
vt ex Corne. Socin. Ruin. Gozadi. Curti. Pa-
riſi. Alexand. de Neuo. & Alban. reſpondit
Tiber. Decian. d. reſponſ. 41. num. 35. 36.
lib. 1. Socin. ſenior. Corne. Crauet. Curti. Pa-
riſi. Alban. Gozadi. Pariſi. & alij quos me-
morat Menoch. conſil. 85. num. 11. lib. 1. qui
245 omnes † concludunt quod vbi deſcenden-
tes omnes & liberi prohibiti ſunt nullo vm-
quam tempore alienare, cenſentur omnes
vocati, & inuicem ſubſtituti, nam cum eos
onerauerit vocaſſe videtur: hanc etiam opi-
nionem nouiſsimè relato tantum Alba. &
Rolan. ſequitur Petr. tractat. de fidei. quæſt.
9. num. 206. & in facta prohibitione in capi-
tulis matrimonialibus, ſequitur Menoch. d.
conſ. 325. num. 12. lib. 4. poſt Socin. Grat. Curt.
& alios ab eo relatos.

Declaranda tamen eſt notabiliter tribus
modis communis hæc ſententia. Primo vt
non procedat in excluſionem fœminarum,
niſi addita fuiſſent prohibitionis alienatio-
nis alia verba quibus diſponens alienatio-
nem ſe vetare diceret, vt bona perpetuo in
agnatione & familia permanerent reſpon-
dit egregie Caſtren. conſil. 343. quia ex al-
legationibus colum. 1. lib. 1. quem ſequuti
fuere multi relati à Menoch. conſil. 117. nu.
18. lib. 2. conſil. 434. num. 3. lib. 5. idem Me-
noch. præſumpt. 68. num. 18. lib. 4. & non
memorati Menoch. idem cenſuit Petra. tra-
ctat. de fideico. quæſt. 9. num. 206. idem Me-
noch. conſ. 85. num. 105.

Secundo declaratur vt probatio aliena-
tionis non extendat fideicommiſſum, ſed di-
ſtinguatur ad vocationem tantum perſona-
rum expreſſarum. Rationem reddiderunt
interpretes quod prohibitio ipſa ſit voca-
tionis & ſubſtitutionis neceſſaria & nequit
in plus extendi quam principalis diſpoſitio
loquatur, nec ad alias perſonas quam expreſ-
ſas, vt authoritate Alexand. Ruin. Auchar.
Deci.

Deci. Alexan. de Neuo. Alban. Veggi. Cæ-
pha. Gozadi. Crauet. Gabri. & aliorum eru-
dite reſpondit Menochi. conſil. 376. num.
49. libr. 4. idem Menoch. præſ. 68. num. 20.
lib. 4. & relatis nonnullis Caualca. deciſ. 16.
num. 50.

246 Tertio † declaratur vt ea quidem proba-
tio operetur in caſum contrauentionis tan-
tum non in caſum mortis, etiam ſi dictum
fuiſſet, quod bona ſua remanerent perpetuo
in maſculos deſcendentes; ſic authoritate
Alexan. Deci. Socin. ſenior. Ruin. Corne.
Gozadi. Crauet. Alban. Alexan. de Neuo.
Rub. Cæphal. & aliorum conſuluit Menoch.
dict. conſ. 85. num. 103. 104. Quinimo quod
fortius eſt etſi prohibito alienationis veſtita
247 fuiſſet, & adiecta cauſa † quia vult bona per-
petuo in agnatione & familia conſeruari, ad-
huc in hac ſpecie non cenſeretur inductum
purum & abſolutum fideicommiſſum in ca-
ſum mortis ſed alienationis tantum; quem-
admodum ex Socin. Ruin. Cæphal. Silua. &
alijs reſpondit Menoch. dict. conſil. 85. nu.
103. ad medium: quam etiam opinionem
multi dixere communem & veram, vt au-
thoritate Socin. ſenior. & Socin. iunior. Deci.
Curt. iunior. Riminal. deciſ. Pedemon. Oſaſ.
50. Cæphal. Menoch. Veggi. Burſat. Bolog.
Manti. Alban. Plot. Tiberi. Decian. Siluan.
Beret. & aliorum quos refert, ſcripſit Petra.
tracta. de fideico. quæſt. 5. nu. 41.

248 Contraria † tamen & verior & receptior
eſt, quando generalis ratio prodita fuit ex
qua reſultat fideicommiſſum abſolutum in
caſum alienationis & mortis ex vi cauſæ &
rationis generalis quæ ampliat & extendit
diſpoſitionem, iuxta traditionem Barro. &
aliorum in l. cum pater §. dulciſsimis de leg.
2. & in l. pater filium, §. fundum de legat. 3.
dixi ſuperius in verſicu. Limitatur extenſio,
& in verſicu. Sublimitatur itaque limitatio;
vnde & Menoch. ſibi ipſi contrarius in ter-
minis aliud conſuluit, conſil. 197. num. 18.
lib. 2. qui inibi hac vtitur ratione, quia in-
quit, cum ex vi & intelligentia dictæ ratio-
nis & cauſæ finalis, poſsit vtrumque fidei-
commiſſum elici non eſt quod dicamus, ſo-
lum inductum fuiſſe in caſum alienationis:
& vt conſiderant hanc partem tenentes, con-
ſeruatio bonorum in agnatione & familia
per teſtatorem deſiderata non poſſet niſi ge-
nerali illa ratione obſeruata ſuſtineri, neque
effectum ſortiri, vt ex Deci. Veggi. Aretin.
Manti. Achil. Perſonal. Anchar. iunior. Croc.
Purpura. Alban. Cæphal. Socin. Deci. Plot.
Curti. Ferdinan. Loazi. Alciat. Anguiſol.
Menoch. Rub. Crauet. Rolan. Rub. Bero. &
pluribus alijs reſoluit erudite, Petra. tractat.
de fideicom. quæſtio. 5. numer. 42. 43. cum
alijs & eandem ſententiam veriorem & ma-
gis communem dixit relatis Bertazol. Rota.
Roma. Alban. & alijs Caualcan. deciſio. 16.
num. 17. & num. 21. part. 3. eandem non re-
latis ſuperioribus etſi plures adduxerit ſe-
quitur & communem dixit authoritate Are-
tin. Socin. Deci. Curt. Gozadi. Pariſi. Cron.
Auguſ. Bero. Socin. iuni. Rub. Crauet. Alciat.
Alban. Rolan. Cæphal. Gabriel. Becci. Man-
ti. vbi etiam refert ſic Senatum Mediolani
iudicaſſe Surd. conſil. 96. nu. 17. libr. 1. idem
Surd. deciſ. 123. num. 5. vbi ſcripſit aliena-
tionis prohibitionem factam fauore fami-
liæ realem dici; quinimo adiungit nedum
expreſſam ſufficere rationem conſeruandæ
agnationis ſed & tacitam quæ ex coniectu-
ris colligi poſsit. Et hæc verior & commu-
nior ſententia.

249 Opportune † nunc inueſtigandum num
in fideicommiſsis conuentionalibus de qui-
bus potiſsime loquimur in hoc tractatu, ſub-
ſtitutiones & vocationes cum expreſſa pro-
hibitione alienationis impediant dominij
tranſlationẽ, ad ea quæ ex tex. in l. ſi ita quis
§. ea lege de verb. obliga. noſtrates tradide-
runt; & in l. ea lege C. de condi. ob. cau. & in
l. filius familias §. diui delega. 1. in quo arti-
culo duæ inſpectiones conſiderandæ ſunt.
Prima in fideicommiſſo conuentionali inſti-
tuto in donationibus ſiue antenuptialibus,
vel non ante nuptialibus, ſecunda in fidei-
commiſſo conuentionali inſtituto in alijs
quam donationis contractibus.

250 Primæ † inſpectionis regula ſit, prohibi-
tione alienationis facta in cõtractu donatio-
nis, realem actionem ipſo iure in caſu cõtra-
factionis ſubſtituto quæri, atque ideo rem à
quouis poſſeſſore vindicare poſſe, obtinuit
enim cõmunis & verior opinio, ſubſtitutum
rei vindicatione agere poſſe ad conſequen-
dum bona fideicõmiſſo ſubiecta; ſic autho-
ritate ſpeculato. Deci. Crauet. Tiber. Decias
Crauet. Gabriel. Surd. Meno. Peregr. & alio-
rum, ſcripſi hoc lib. quæſ. 19. ſect. 2. aduerſus
Guid. Pap. Dida. & alios quoſdam contrariũ
ſentientes, etſi prohibitio alienationis veſ-
tita non fuerit adiecta ratione, quia in fami-
lia & agnatione &c. quamquam ea quæ in
vltimis voluntatibus vt operetur cauſa ex-
preſſa requiritur, reſoluit Marcab. conſ. 83.
251 n. 14. Petra. tract. de fideic. quæſ. 4. n. 7. † po-
teſt enim in donationibus quælibet conditio
apponi, dum poſsibilis ſit & honeſta eaque
ſeruari debet l. dictam legem C. de donatio.
ob cauſ. quæ loquitur in terminis noſtris in
donatione ſcilicet propter nuptias, ſpe fu-
turi matrimonij, & in prohibitione facta
in donatione text. in l. ea lege C. illo
titul. l. prima & ſecunda C. de donation.

Ee quæ

Digitized by Google

quæ ſub mod. quinimo eccleſiæ donari po-
teſt cum prohibitione de non alienando, e-
tiam in cauſam redemptionis captiuorũ vel
quamcunque etſi piam cum poſsit quilibet
eam legem in rebus ſuis dicere glo. in l. ſan-
cimus in 1. verſic. Etſi præfatam C. de ſacro.
Eccleſ. §. ſanctiſsimas in authen. de non alie-
nan. gloſ. in cap. verum in verbo debeat re-
uocari vbi Cardina. de condi. appoſi. Al-
beri. Federi. de Sen. Aretin. & Innocen. quos
refert & ſequitur Tiber. Decian. conſil. 31.
num. 60. lib. 1. Petra. etſi obiter tracta. de fi-
deico. quæſt. 4. num. 2. vbi meminit conſilij
Feder. de Senis 189. vbi loquitur de donatio
ne facta cuidam Hoſpitali cũ prædicta pro-
hibitione quare in his & ſimilibus caſibus a-
lienare prohibitus etiam heredem inſtituere
prohibitus cenſetur. Alexan. Iaſſ. & alij om-
nes in d. l. ſi ita quis §. ea lege Decian. dict.
reſpon. 31. num. 59. in quo nullus diſſentit.
Atque adeo efficax eſt prohibitio alienatio-
nis in donatione facta & fideicommiſſum in
ea inductum, quod licet in cæteris contracti-
bus per pactum non impediatur dominij
translatio ſed contraueniens ad intereſſe te-
neatur vt modo dicam, tamen in contractu
donationis ſubſtituto dominium ſine tradi-
tione quæritur, ideo re alienata illico rei
vindicatione agere poteſt, etſi tradita ſibi nõ
fuerit vt relatis innumeris communem dixi
d. quæſ. 19. poſt principium.

Secundæ inſpectionis regula, in alijs con-
tractibus quamquam valeat pactum in rei
noſtræ traditione, ne acceptor rem poſsit
alienare. Sed vt poſt illius mortem ad alium
perueniat, iuxta text. in dict. l. ſi ita quis §.
ea l. & dict. l. ea lege l. fina. C. de rebus alie-
nan. l. final. C. de pact. inter emptorem &
venditorem quia vt ſcripſere interpretes in
citatis iuribus, poteſt quiſquam in rei ſuæ
traditione, quam velit conuentionem dice-
re l. legem C. de pact. l. legem C. de pact.
conuenticum ſit quilibet rei ſuæ moderator
& arbiter l. in re mandata C. mandat. etiam
abutendo l. ſed etſi §. conſuluit de peti. hæ-
redi. cum alijs à me adductis quæſt. 19. poſt
principium.

252 Nequit tamen † qui nunc Dominus eſt
ſibi ipſi, conuentione vel pacto libertatem
adimere vt rei ſuæ alienandi poteſtate ca-
reat, ne vt etiam alienare liceat, poteſt tamẽ
conſtringere ſe, ne alijs rem illam, quam ag-
natis vel certis perſonis vendere poſsit, iux-
ta Bal. Imol. Cuma. Alexan. & Iaſſ. traditio-
nem in l. qui Romæ §. cohæredes de verbo.
obliga. cum alijs coacervatis per Tiraquel.
tract. de retract. in præfatio. num. 15.

253 Plane † ſic initis pactis ne liceat accepto-
re rem à me in eum tranſlatam alienare, ſed
per illius mortem ad alium perueniat, non
tam validum eſt vt poſsit rei aduerſus con-
uentionem alienatæ dominij impedire trãſ-
lationem, vt ab eo poſsit vindicari: tranſit
enim dominium non obſtante conuentione
dict. l. ea lege dict. §. ea l. cap. Raynaldus ex.
de teſtam. quamquam in caſu contrafactio-
nis acceptor ad intereſſe teneatur, rei ſcili-
cet æſtimationem gloſ. vbi alij in d. §. ea le-
ge Barto. in d. l. ea lege cæteri omnes in d.
254 §. diui. † non enim conuentionibus rerum
dominia transferuntur, ſed traditionibus &
vſucapionibus legitimis l. traditionibus C.
de pact. l. ſi ex ſtipulatione ff. de acquir. poſ-
ſeſſ. l. ſi ager ff. de rei. vindi.

255 Propterea † autem acceptor ad intereſſe
cõuenitur, quoniam in obligationibus facti,
non cogitur quiſpiam præciſe facere, vnde
aduerſus nolentem ſuccedit obligatio ad in-
tereſſe l. ſtipulationes non diuiduntur de
verbo. obliga. l. 2. §. item ſi in facto l. ſi ſic ff.
illo. eod. tit. Iaſſ. in d. §. ea lege num. 4. & 20.
Peregri. tract. de fideicõ. artic. 51. num. 72.
256 † quare in caſu contrafactionis non dabitur
actio realis contra adquiſitorem, ſed perſo-
nalis tantum ad intereſſe contra eũ, qui pacti
legem non obſeruauit Barto. in d. §. diui. nu.
4. Iaſſ. & Ripa. nu. 85. Specul. Innocen. Ho-
ſtien. Cardina. Anchar. Panor. & alij numero
plures quos ſequitur & refert Becci. cõſ. 80.
num. 2. Ludo. de Molin. tract. de Hiſpano.
primo. lib. 1. cap. 12. num. 30. vbi multa ex
hac traditione deduxit. Petra. tract. de fidei
co. quæſ. 4. nu. 1. & 2. Surd. deciſ. 154. nu. 11.
Pereg. vbi ſupr. Decia. reſpon. 31. n. 63. li. 1.

257 Differunt † igitur ſupra modum prohi-
bitiones de non alienando, quæ fiunt in con-
tractibus ab his, quæ in vltima voluntate; cũ
illæ dominij tranſlationem non impediant
hæc maxime, nam illico vindicatio datur l.
peto §. fratre delega. 2. d. §. diui vbi omnes
docuerunt Molin. Peregri. Petra. Surd. & alij
258 modo citati. vnde † dixit ſingulariter Iaſſ. in
d. §. ea lege nu. 2. quod in omnibus caſibus, in
quibus ex cõtractu ipſo iure transfertur do-
minium abſque rei traditione, quos notauit
glo. in d. l. ſi ager, in his pactum de non alie-
nando, dominij tranſlationem impedit; &
eo in caſu ſubſtitutus rem aduerſus pactum
alienatam vindicare poterit Bal. & Imol. in
d. §. fratre Ripa. in d. §. diui n. 92. Rolan. cõſ.
62. n. 16. li. 2. Pereg. d. art. 51. n. 73. Per multi
autem caſus recenſentur ab ſcriptoribus, in
quibus etiam ex contractu dominij tranſla-
tio impeditur quos referunt in d. §. diui ſig-
nanter Opizo. in repeti. à n. 149. & in primo-
genijs tradit Molin. d. cap. 12. li. 1. nu. 29. &
30. vſq. ad extremũ capit. Pereg. qui ampliat
& limitat octo modis d. artic. 51. à num. 74.

aliqua

Digitized by Google

aliqua Petra.d.quæſt.4. à num.1.Ripa.Loazes.& alij in d. §. Diui quæ vt extra inſtitutũ tractatus noſtri in quo maximè de donationibus factis in cõtractu matrimonij agimus, omitto.

259 Quinta † coniectura conuentionalis fideicommiſſi ab aliquibus adfertur,cum filij vel deſcendentes fuerunt poſiti in conditione,nam cum in contractibus validum ſit argumentum à contrario ſenſu,quod in his ſumere licet l. inter ſocerum §. cum inter de pact. dotal. propterea in contractibus ex conditionibus diſpoſitio ſumitur l. ſi ita ſtipulatio in princi.de oper.liber.l. pecuniam ff.de reb.cred.vbi Iaſ.num.2.expreſsim ad-

260 notauit, † quod licet in vltimis voluntatibus filij poſiti in conditione non cenſeãtur vocati tamen in contractibus ſecus ex illo tex. ſequitur Iaſſon. Tiberi. Decian.reſponſ.41. num.43.44.lib.1.probat hanc eandem opinionem Riminal.iunior. conſil.632. num.9. lib. 4. Petra. clariſsimè nullo in contrarium relato tractat. de fideicom. quæſtio.9. num. 227.Alciat.reſponſ.2.num.6. lib.8. ſequuntur eandem Bald.Euerar.Paul.de Caſtr. Alciat. & Menoch. conſil. 325. num. 9. lib.4. quos retulit Ioſeph.de Ruſti.in commen.an filij poſi.in condi.lib.1.cap.3.num.6.in verſicu. Tertio ampliatur Meno.relatus à Ruſt. in conſil. 325. num.9. loquitur in vocatione filiorum poſitorum in conditione in donatione facta in capitulis matrimonialibus, vbi & Socin.iunior.citat.Et non relatis ſuperioribus in primogenij loquens & maioratibus vt diſpoſitiue vocati cenſeantur Molin. de Hiſpano.primo.lib.1.cap.6.num.2.

Contrariam opinionem quod filij poſiti in conditione in donationibus vel contractibus non ſint poſiti in diſpoſitione quemadmodum in vltimis voluntatibus,Socin.iunior.conſil.108. num.34.lib.2. Quamquam Tiberi.Decian.dict.conſil.num.ſupra citato negat Socin. tractat. ibi opinionem tenere, nam licet contrarium in ſuo caſu reſpõdeat, tamen id ex alijs fuit quam propter prædictam traditionem Peregrin.ſequitur tracta. de fideicom.articu.28.num.29.30. qui Crauet. citat conſil. 288. qui tamen obiter, & non ex profeſſo id dixit Ioſeph. de Ruſti.in commen.An filij poſi.in condi. lib.1. cap.3. num.6.ſuperius modo relatus,quamquam & idem ipſe cap.2. eod.lib. num.4. in verſicu. Quarto nam in contractibus, videtur ſequi priorem opinionem, ſaltim ipſam non improbat quamquam dubitabilem dicat: Vnde & verior & receptior ſuperior huic con-

261 traria eſt. Conciliauit † autem opiniones idem Ruſti.dict.cap.3.num.6.vt filij in conditione poſiti in contractibus ex coniecturis vocati cenſeantur ſicut in vltimis volũtatibus citat Ruin.conſil.99.num.14. lib.1. Crauet. dicto conſil.288. num.3. Verum hæc conciliatio ſuſtineri non poteſt quoniam inter cõtractus & vltimas voluntates nullam conſtituit differẽtiam, negari autem nequit quin grandis ſit differentia in interpretatione facienda inter vtroſque cum in contractibus ſtricta regulariter fiat, in vltimis voluntatibus minime,niſi vbi ratio interpretationem admitteret, vt reſoluit antecedenti quæſtione; quo etiam loco dixi data paritate contractuum & vltimarum voluntatum, maiorem eſſe debere rationem in contractibus quam in vltimis voluntatibus præterea & ex eo euertitur prædicta conciliatio quoniam in contractibus ideo filij in conditione poſiti vocati cenſentur, quia in his nedum nobis ſed & hæredib' & filijs noſtris cautius proſpicere videmur, quam in vltimis voluntatibus;& propterea vt ſuo loco in quæſtione ſequẽti dicetur, fideicommiſſa vltimarum voluntatum licet pendente conditione ad hæredes non tranſmittantur, in cõtractibus tamen ſecus §.ex conditionali de verb.obliga. inſtit.

Neque obſtant conſiderationes l. inter ſocerũ §.cũ inter de pact.dotal.adductæ per Peregrin.& Ioſeph.de Ruſt.quoniam à multis improbantur vt ipſe ſcripſi inferius quæſ. 40.& quæſt.43.in verſic. Secundus caſus vbi de vero illius §.intellectu egi.

Quare in propoſito caſu exiſtimarem conſtituendo aliquam differentiam inter contractus & vltimas voluntates, quod cum in vltimis voluntatibus filij in conditione poſiti ex receptiori opinione vocati cenſeantur,ex qualibet etſi minima coniectura, dum ex ea elici mens teſtatoris poſsit, voluiſſe filios ad ſucceſsionem vocare, vt authoritate Caſtren.Alexan.Corne.Socin.Curti.iunior. Ruin. Pariſi. Socin.iunior. Ccot.Rip.Grat. Crauet. Purpurat. Marza. Roland. Cæphal. Decian.Riminal.Menoch. Ioſeph. de Ruſti. Zanch.Petr.Ludoui.Molin. Alciat. Vaſqui. Didac.Padill. & Cæphal.docet Surd. deciſ. 162.num.6.idem repetit Surd. conſil. 434. num.19.lib.3. Quæ leuis coniectura exuberans eſſe debet,id totum quemadmodum in coniecturis vltimarum voluntatum diſcernendis,arbitrio recti iudicis relinquendo, vt paſsim noſtri animaduertunt,& ex Socin.ſenior.& Socin.iunior.Curt.Craue.Iuli.Clar. Menoch.Dida. Pariſi. Grat. Zanchi. Petra. Craſſ.Trentaſin.Decian.Porti. Gabri.Theſau.& alijs multis communem teſtãtibus reſoluit idem Surd.d.deciſ.162.num.11.

262 Veruntamen † quoad excluſionem fœminarum ſi de his ageretur hanc coniecturam

nullatenus admitterem, niſi vbi ratio agnationis conſeruandæ expreſſa fuiſſet, vel ex verbis donantis vel contrahentis ea ſola elici poſſet, quemadmodum millies in ſuperioribus dixi in alijs coniecturis; & multis relatis docet Ioſeph. de Ruſt. in commen. An filij poſi. in condi. lib. 3. cap. 5. à num. 1. & alij quos recenſet Menoch. in commen. de præſumpt. lib. 4. præſumpt. 76. num. 70. & in terminis proprijs donationis factæ in contractu matrimonij vt ex dicta ratione ad excluſionem fœminarum vocari cenſeantur in vna Aragonię reſpondit Tiber. Decian. reſpon. 31. nu. 90. lib. 1. qui alios refert.

263 Sexta † conuentionalis fideicommiſſi cõiectura in donatione adfertur à Tibe. Decia. d. conſ. 41. num. 45. eademq; in legatis & fideicõmiſſis particularibus, vbi in rebus certis deſignatis per teſtatorem in vltima volũtate, ſeu in donationibus, vel cæteris contractibus per diſponentem filij fuerunt poſiti in conditione, inde enim efficax coniectura deſumitur quod voluerit eos vocare, rationẽ reddiderunt interpretes, quia fideicommiſſa particularia, cum nutu ſolo relinqui poſsint l. nutu de leg. 3. nam in his non tanta nec talis requiritur expreſsio ſicut in inſtitutionibus & fideicommiſsis vniuerſalibus, conſequenter cenſentur vocati, ſic authoritate Angel. Iaſ. Corne. Purpura. Socin. iuni. & aliorum dixit communem Decian. vbi ſupra nu. 45. hanc ipſam relatis multis alijs dixit receptiſsimam Ioſeph. de Ruſti. in commen. An filij poſi. in conditi. lib. 3. cap. 2. num. 1. & ſequent. Menoch. licet ab ea diſcedere videatur, in commen. de præſum. lib. 4. præſu. 75. num. 61. 62.

264 Plane † ſi de fideicommiſſo abſoluto fauore maſculorum ad fœminarum excluſionẽ ageretur, recipiunt omnes etiam coniecturã vbi bona vniuerſa donata illuſtria forent, dignaq. vt in familia & agnatione remanerent, hæc enim efficiunt vt onus fideicõmiſsi reſtitutionis in omnes deſcendentes repetitum cenſeatur; vnde & concilio Oldradi 21. locum nõ eſſe ex hac coniectura frequentius noſtri prodiderunt Barto. in l. filiusfamilias §. Diui num. 3. vbi Iaſ. in l. lectu. num. 26. de leg. 1. Ripa. num. 4. ſicut in Palatio inſigni, turri, domo, & villis, caſtris, reſponderunt Caſtren. Bald. Iaſ. Ripa. Crauet. Capici. relatis à Menoch. in commen. de præſumpt. lib. 4. præſump. 69. num. 18. & antea præſu. 68. num. 14. idem conſ. 117. num. 19. & 20. lib. 2. conſ. 904. num. 14. lib. 10. & in terminis rerum à Principe donatarum alijs relatis reſoluit Ludo. Molin. lib. 1. de Hiſpa. primog. cap. 11. num. 18.

265 Tanto † magis hæc coniectura recipitur cum bona aliqua particularia inſignia donata fuerunt & ſimul alienari prohibita, ex hac enim particularium rerum donatione affectio etiam particularis diſponentis elicitur, quod ea prædilexerit, & in agnatos ſuos tãtum permanere voluerit: conſuluit Deci. cõſ. 39. num. 4. ad finem poſt Cui. Bal. Salicet. & Iaſſon. in l. voluntas C. de fideico. qui cõſueuerunt ex qualitate rei, prohibitionem alienationis eo ipſo veſtiri à cauſa ſaltim tacita, cum videatur velle, ratione affectionis ad dictas res, vt perpetuo in agnatione & familia permaneant Rub. conſ. 53. col. 2. Curt. iuni. conſ. 43. col. 5. Ruin. conſ. 208. quos citat & ſequitur Rolan. conſ. 23. num. 24. 25. lib. 4. Grat. conſ. 5. num. 19. Loazes in d. §. Diui num. 59. & 60. & nunc relatos ſequitur Alex. Rauden. tracta. de analog. in reperto. in verbo, *Clauſulam quia volo bona, &c.* Statim in principio.

266 Hæc † tamen ſola coniectura vix eſt vt fœminæ poſsint excludi, niſi præter prohibitionem alienationis adiecta fuiſſet ratio generalis conſeruandæ agnationis, vel ſola ipſa reddi poſſet non alia, & quia iuxta communem opinionem de qua ſuperius cenſeretur eo tunc magis inductum fideicommiſſum in caſum tantum alienationis, non in caſum mortis, vt hæc omnia dixi ſupra in quarta coniectura ad quam lectorem reijcio.

267 Septima † coniectura, quando diſponens poſuit in conditione duplici filios maſculos, vt cum dicit, ſi filius meus ſine filijs maſculis deceſſerit, & eorum filij maſculi ſine filijs maſculis, &c. Sic prior docuit Bart. in l. Centurio num. 37. ff. de vulga. & in l. ſi ſic de leg. 3. & in terminis donationis hanc amplectitur coniecturam Tiberi. Decian. d. conſil. 41. num. 46. 47. poſt aliquos ab eo relatos, citat multos Gabriel. in commu. conclu. tit. de fideicom. concluſ. 4. num. 32. innumeros Ioſephus de Ruſti. in commen. An filij poſi. in condi. lib. 5. cap. 2. à num. 1. cum ſequent. plures Zanchi. in l. hæredes mei §. cum ita 7. part. num. 73. ad S. C. Trebel. Menoch. in commen. de præſum. lib. 4. præſum. 76. n. 58. idem Menoch. in citato conſil. 325. num. 10. ad medium lib. 4. Hæc coniectura quoad fœminarum excluſionẽ pendet ab alia, an maſculinitatis repetitio facta per diſponentem cenſeatur efficax ad inducendum fideicõmiſſum fauore maſculorum tantum; & quia de hac dixi ſuperius ad inibi dicta lectorem reijcio. Hoc vnũ addiderim quod hanc coniecturam repetitæ ſæpius maſculinitatis in excluſionem fœminarum in propria materia noſtra ſubſtitutionum donationis factæ in capitulis matrimonialibus ſimul cum adiunctione in fine libr. 10. loquens in

vna

Digitized by Google

vna huius regni donatione de Ducatu Car-
donæ & Comitatu de Prades de qua ſæpius
in ſuperioribus memini.
268 Octaua † coniectura eſt cum donator vel
contrahens realem non perſonalem adijecit
prohibitionem,cum diſpoſuit ne donatarius
res donatas alienare poſſet quia in familia
remanere volebat, ſic in donatione loquens
expedit banc coniecturam poſt Bald. Sali-
cer.Curti.ſenior.Socin. ſenior.& Pariſi.Me-
noch.conſil.85. num. 13.lib. 1. Addit ibi-
dem qnod vbi prohibitio realis eſt perpetuo
durat, quia tranſit de vno in alium in infini-
tum l.peto §.fratre delega.2. Barto.Corne.
Socin. ſenior. Areti. Deci. Rip. & alij quos
269 illic refert num.14.Tunc † vero reale fidei-
commiſſum dici poſſe noſtri exiſtimarunt,
cum nullns ex ſubſtitutis vel vocatis nomi-
natim & in ſpecie grauatus fuit, ſed indefi-
nite & imperſonaliter dicitnr, bona rema-
neant in familia vel ſtent perpetuo in fami-
lia,aut,dicitur;transferantur de vno in alium
ex deſcendentibns & ſic de ſimilibus; nam
tunc quilibet ex deſcendentibus ad quem
bona perueniunt,videtur grauatus alteri re-
ſtituere, vt demum poſt omnes deueniat ad
vltimo ſubſtitutum,vt docuit egregie Bald.
in l. precibns num.29.C.de impube. Salice.
num.36. Curti.conſil.42.num.8.Socin.conſ.
62.num.10. lib.3. Pariſi. conſil.30.num.29.
270 lib.2.Hinc † prohibitionem hanc noſtri non
perſonalem ſed imperſonalem, realem ſeu
in rem ſcriptam vocarunt Crot. conſil. 13.
num.32.Marzar.conſil.10.colnm.2.quos ci-
tat Petra.tracta.de fideicom.quæſt.5.nu.79.
latiſsimè idem Petra.vbi multos,multis etiã
exemplis id ipſum proſequitur erudite eo.
tractat.quęſtio.2. à num.1.cum alijs tota il-
la quæſtio. Eandem perſonalem & realem
diſtinctionem ex Bald.Anchar.Fulgo.Deci.
Ruin.Pariſi.Curti.iuni. Socin. Alban. Bec-
ci.Ruminal.Leoni.Menoch.& alios agnoſcit
Peregrin.tractat. de fideicom. articu.14.nu.
33.34.Caualca.deciſ.16.num.45.46. 3.par.
Surd. conſil.67.num.36.37.lib. 1.& in ter-
minis donationis hanc eandem amplectitur
à nullo relatus Tiberi.Decian.conſil.41.nu.
51.lib.1. Menoch. dict. conſil. 85. num.13.
lib. 1. quamquam poſt in illo caſu negaue-
rit donatorem realem prohibitionem fe-
ciſſe.

Veritas huius articuli in his quæ ad exclu-
ſionem fœminarum pertinent, petenda eſt
ab his quæ in ſuperioribus dixi in verſi. *Sub-
limitatur itaq. limitatio, &c.*

271 Nona † coniectura neque vulgaris ſed fre-
quens admodum, quam in grauiſsimis cau-
ſis villarum & castrorum inſignium pluries
incidiſſe vidi, & in proprijs terminis dona-
tionum filio vel filijs factarum in capitulis
matrimonialibus; quando pater donat fi-
lio caſtra,oppida. vel aliàs res, contempla-
tione matrimonij, cum certis pactis, vin-
culis, conditionibus & ſubſtitutionibus in
quibus non tam apertam agnationis ratio-
nem habuit, quin ex aliquibus contraria
mens donantis poſſet facilè abnegari ſed in
teſtamento antea à ſe confecto cuius nullam
in donatione mentionem habuit, expreſsim
agnationis & familiæ perpetuo proſpexit
maſculos vocando, & fœminas excludendo;
ex eo enim quod antea ſuo teſtamento a-
pertam agnationis conſeruandæ rationem
habuit,& in donatione itidem idem voluiſ-
ſe præſumendum eſt. coniecturam hanc in
donatione loquens docuit Tiberi. Decian.
conſ.41.num.104.verſicu. Prima.nam idem
mouetur ex ſequentibus.

272 Primo, † quia vna ſcriptura, ſiue vnus ac-
tus recipit interpretationem ab alio,& illius
verbis in ipſo actu vel ſcriptura prolatis l.
vxori.§.fin.vbi Barto.delega.3. Alex.conſi.
69.col.1.lib.6.

273 Secundo, † actus qui ex interuallo ſequi-
tur ſumit interpretationem ab actu præce-
denti & ab eo declaratur ſic Andr. Barba.
Alexand.Curt.ſenior.Calcan.Corne.& De-
ci. quos refert Decian.dict.reſponſ.nu.106.
& in ſingulari caſu Corne.in conſ.275.lib.3.
reſpondit, quod licet ſecundum teſtamen-
tum tollat primum, tamen ab eodem de-
claratur & in eiſdem terminis Deci. conſil.
515. num. 5. reſpondit quod ſi teſtator in
primo teſtamento habnit rationem agna-
tionis & familiæ, licet in ſecundo de maſcu-
lis mentionem non fecerit,attamen de maſ-
culis intellexiſſe videtur, ſicut in priori te-
ſtamento reuocato; cum non ſit veriſimilè
quod in his quæ concernunt, conſeruatio-
nem, honorem, & dignitatem ſuæ familiæ,
mutare opinionem vel diſpoſitionem volue-
rit interius ſubtilis & ingenioſa ſi vera eſ-
ſet conſideratio Decij, quam vt dixi amplec-
titur Decian. dict.conſi.idem conſi.3.n.36.
& conſ.37.num.30. lib.1. conſ.34. num.92.
lib.3.ſequutus fuit Craue.conſ.113.nu.fina.
Iaſon.conſ.141.col.2.lib.2. Pariſi.conſ.79.
num.16.lib.2.

274 Tertia † his adiungi ratio poteſt, quia
actus ſecundus recipit declarationem à pri-
mo Angel. in l. ſi quis cum aliter de verbo.
oblig. idem Angel. in l. pacta nouiſsima C.
de pact. Alexand. conſil. 94. lib. 3. num.2.
Surd.deciſ. 288. num. 32. idem conſil.202.
num.35.lib.2.

275 Contrariam † ſententiam aduerſus Decia.
referentis eiſdem terminis tenuit Menoch.
dict.conſil.85.num.110.111.& 112.lib.1.is

inquam reſpondit qualitatem maſculinita-
tis in teſtamento adiectam ſiue etiam agna-
tionis & familiæ rationem in donatione ſe-
quenti non cenſeri repetitam, vritur is ra-
276 tione, † quoniam cum facile ei fuiſſet qua-
litatem repetere & non fecerit, noluiſſe fa-
cere credendum eſt ad text. in l. viri. §. ſin au-
tem C. de cadu. tollen. Socin. ſeni. conſil.
116. colum. 2. verſic. Sed ad iſtam coniectu-
ram libr. 3. Crauet. conſil. 161. num. 8. Ioan.
de Anna. conſil. 22. & in terminis aduerſus
Corne. ſupra relatum cirat Ruin. conſil. 93.
num. 13. libr. 2. eundem conſi. 144. num. 17.
eod. libr. rurſus ſcripſit ibidem Appoſtilla-
tores ad conſilium Decij 515. aſſirmare male
ipſum conſuluiſſe. In hac autem controuerſia
proculdubio amplectenda eſt ſecunda hæc
opinio aduerſus Decian. Deci. Corne. Pariſi.
& alios nunc relatos, quæ maxime conuinci-
tur authoritate Bartol. in l. ſtatius Florus in
principio ff. de iur. fiſci. qui expreſsim do-
cuit, teſtatorem in priori teſtamento fun-
dum legantem & diſponentem quod extra
familiam alienari non poſsit, ſi ſecundum
poſt condiderit teſtamentum, in quo ſimpli-
citer dictum fundum eidem perſonæ reli-
querit, non præſumi voluiſſe qualitatem il-
lam alienarionis extra familiam repetere
voluiſſe, idem reſpondit Alexan. conſil. 70.
lib. 2. Barba. Deci. Ruin. Curti iuni. & Hie-
ro. Gabriel. quos refert & ſequitur idē Me-
nochi. & in eadem facti ſpecie in commen.
de præſump. libr. 4. præſum. 176. a numer. 1.
vbi & poſt num. 7. His addendum quod ſi
qualitas maſculinitatis appoſita in priori
parte teſtamenti & ſeu in aliqua ſubſtitutio-
ne, non cenſetur repetita in ſequentibus vo-
cationibus, maxime vbi diuerſæ ſunt ſubſti-
tutiones & orationes nec ab vno verbo re-
guntur vt ex communi reſolui ſupra in ver-
ſic. *Quarto ampliatur*, quanto magis in di-
uerſis actibus, vel teſtamentis.

277 Accedat † quod in contractibus, vt plu-
ribus dixi, ommiſſum pro ommiſſo habetur
& non fit ſuppletio, cum in contrahentium
fuerit poteſtate legem apertius conſcribere
l. quidquid aſtringendæ de verb. obliga. l.
veteribus ff. de pactis cum dictis in quæſtio.
antecedenti vnde ſi in teſtamentis & vlti-
mis voluntatibus, in quibus latior ſit inter-
pretatio hęc admitti nequeunt, multominus
in contractibus.

278 Demum † nuſquam qualitas quæ in odium
vel excluſionem tertij tendit cenſetur repe-
tita etiam in vno & eodem actu vt poſt Mo-
lin. de Hiſpano. primoge. lib. 3. cap. 5. num.
57. dixi fuſe in ſuperioribus; vnde ad exclu-
ſionem fœminarum protendere agnationis
rationem dictam in teſtamento reuocato,
cum odium ſit pœna, & in detrimentum
vergat filiarum quibus ſicut maſculis paren-
tum hæreditas debetur, & abſurdum & in-
iuſtum omnino videtur. Neque his obſtant
conſiderationes Decian. & contrarium te-
nentium, quoniam pręter ſolutionem præſ-
titam à Menochio d. præſumptione, conſi-
dero & iura & traditiones à Decian. citatas
loqui quando ſecundus actus non tendit ad
auferendum ius, ſaltim ſpe certa quæſitum
his, de quibus agitur, ſicut in noſtro caſu;
cum parentum hæreditas ſic debeatur fœmi-
nis ſicut maſculis l. maximum vitium cum
adductis in ſuperioribus C. de libe. præteri.
l. ſcripto ff. vnde libe. l. nam etſi parentibus
ff. de inofi. teſtamen.

279 Suſtineri † tamen poteſt Deciani opinio
& aliorum in vno caſu, quem Meno. ſcripſit
dict. præſump. num. 9. quando ſcilicet teſta-
tor vel diſponens in ſecundo teſtamento, aut
diſpoſitione diſpoſuiſſet in omnibus quo ad
ſubſtantiam, ſicut diſpoſuerat in primo. Etſi
enim tunc in ſecundo teſtamento ommiſsiſ-
ſet aliquam qualitatem, ea ipſa repetita cen-
ſeretur cum potius vel vitio ſcriptoris, vel
obliuione magis omiſſa videretur; ſicque
poſſe Corne. opinionem in citato ſupra
conſilio ſuſtineri exiſtimat; idem ſcripſit in-
nuere Crauet. dict. conſi. 113. ad finem, quod
tamen mihi non videtur.

Neque etiam placet hæc conſideratio Me-
nochij, niſi declaratur procedere quando te-
ſtator in ſecundo teſtamento expreſsit ſe in
eo ita velle diſponere ſicut in primo tunc
quidem ommiſſo maſculinitatis repetita,
vel agnationis ratio habita etiam diceretur,
atſi ſolum vt Menochi. opinatur diſpoſuit
quoad ſubſtantiā in omnibus ſicut in primo,
nulla præſumeretur repetitio, cum facile ipſi
fuiſſet quemadmodum Menochi. idem in
altero caſu nunc Relato ſcripſit, vt alia ſub-
ſtantialia expreſsit, ita & agnationem vel
maſculinitatem, quæ vti maximi ponderis
eſt, cum per eam conſeruetur familia diſpo-
nentis, quia expreſſa non fuit, neeglecta vi-
detur, ſpeciali enim nota digna videbatur
vt in ſimili I.C. in l. item apud labeonem §.
cum quis ff. de iniu.

280 Rurſus † cum actus ſit diuerſus, eo ipſo
muttatio voluntatis præſumitur, quia res
eſt extra ſtatum antiquum, vt dict. præſump.
num. 7. animaduertit.

Verum cum materia hæc frequens ſit &
vtilis, neque exactè ſatis à noſtratibus ex-
cuſſa, diligenter inſiſtendum erit; vnde in-
ſpectiones ſequentes conſiderandas fore
animaduerto.

281 Prima inſpectio, † relatio contingere po-
teſt vt fiat à contrahentibus aut teſtatore,
per

per dictiones relatiuas quales ſunt dictio-
nes ſicuti, prout, iuxta, ſecundum, quemad-
modum, quæ varijs modis opponi ſolent,
aſſertiuè, demonſtratiuè, cauſatiuè, & reſtri-
ctiuè declarauit Bald. in l. ædita C. de eden.
vbi poſt eum Salicet. Alexand. Purpu. & alij
omnes Maran. diſpu. 2. num. 38. Gram. de-
ciſ. 59. num. 12. Menoch. conſ. 177. num. 26.
lib. 2. vt plurimum ſimilitudinem denotare
Bartol. in extra. ad reprimendum, in verbo,
prout Maria. Socin. conſ. 75. num. 25. lib. 3.
Surd. conſ. 105. num. 33. Cum alios gloſ. cele-
bris in cap. quamuis in verbo prout de latè
Peregri. de fidei. articu. 16. nu. 112. offi. ordi.
lib. 6. Gem. conſ. 29. col. 2.

282 Hanc † omnes conſtituunt regulā ad dig-
noſcendum qualiter iſtæ dictiones ſtent ſimi-
litudinariè vel aliter, nam aut per has dic-
tiones refertur aliquid diuerſum à priori
diſpoſitione, & tunc cenſent ſtare ſimilitu-
dinariè arg. l. prout quiſq. ff. de con. ſimilitu-
do enim in diuerſis eſt l. quod verum ff. de
po. l. ſi idem C. de condi.

283 Quandoque † huiuſmodi dictiones enun-
ciant vnam & eandem diſpoſitionem præ-
teritam, & tunc ponuntur limitatiuè & ſtri-
ctiuè l. ædita C. de eden. Ruin. conſil. 150.
lib. 2. Menoch. d. conſ. 177. vbi vero non ap-
pareret de diſpoſitione relata ponentur cau-
ſaliter cap. Abbate ſanè de ver. ſignifica. &
irritaretur iuxta inſignem diſtinctionē Bart.
in d. extra. ad reprimendum quam ſequuti
ſunt omnes ſupra citati, & præter eos Ro-
ma. conſ. 336. Felin. in cap. 2. de reſ. Maria.
Socin. conſ. 75. num. 25. lib. 3. Peregrin. de
fideicom. articul. 16. numer. 112. qui Be-
re. conſil. 74. numer. 11. 12. & ſeq. alios
ex quibus in varijs caſuum ſpeciebus noſtri
reſponderunt, indultis, priuilegijs, cōtracti-
bus & teſtamentis, & alijs hominum & prin-
cipum conceſsionibus, quæ ad nos non per-
tinent.

284 Diſpoſitio † igitur referens reſtringitur,
limitatur, & declaratur ſic & prout reperi-
tur in diſpoſitione ad quam fit relatio Bart.
in d. l. ædita. num. 7. Alexan. Purpura. Iaſon.
Deci. Maran. Grama. Menoch. & ſupra ad-
ducti Pariſi. conſ. 7. num. 5. lib. 3.

285 Secunda † inſpectio, an huiuſmodi dictio-
nes appoſitæ in teſtamento, vinculis aut ſub-
ſtitutionibus factis in capitulis matrimonia-
libus ſtent ſimilitudinariè, vel verè, ſumma
olim inter Socin. & Deci. contentio fuit,
exiſtimante Decio. ſtare relatiuè relatione
veritatem inducente, Deci. conſ. 362. & con-
ſil. 497. atque ita fieri vt ratione verborum
relatiuorum, quæ adiecta ſunt in donationi-
bus factis in capitulis matrimonialibus, in
quibus vinculantur bona filijs & deſcenden-
tibus ſicut & prout ex tenore vinculorum
paterni vel auiti teſtamenti conſtat, &c. Vel
alijs his ſimilibus verbis relationem indu-
centibus, cenſentur verè & realiter proroga-
ta, vincula illa paterna vt vocati tranſuerſa-
les, quia relatio ſua natura refert verè &
propriè non per ſimilitudinem l. aſſe toto de
hære. inſtitu. & diſpoſitio vel ſententia certa
dicitur etſi ſe referat ad acta, prout hæc &
his ſimilia tradit ſubtiliter Deci. dictis con-
286 ſilijs: Decij † ſententiam amplexi fuere in
vna Aragoniæ Crauet. conſ. 987. num. 95. &
ſequen. Et Beret. conſ. 74. num. 12. cum ante
& poſt. Qui etiam præter Decium ſubtiliter
hanc tuentur ſententiam, rationes autem cū
multæ ſint apud ipſorum conſilia videri po-
terunt.

Ex aduerſo contra Deci. in eadem facti
287 ſpecie reſpondit Socin. iunior. † conſil. 754
lib. 3. & quidem eruditè diſponit ex verbis
relatiuis de quibus & prout, &c. Non fuiſ-
ſe prorogatum verè fideicommiſſum anti-
quum inter perſonas in eo vocatas, ſed ad
ſimilitudinem illius fuiſſe extructum nouum
fideicommiſſum inter deſcendentes diſpo-
nentis; qui etiam multis monetur qui vi-
dendus.

288 Socin. opinionē ratio fortiſsima iuuat, †
quoniam clauſula in tenore inſerta inueſtitu-
ræ, de feudo nouo ad inſtar & ſimilitudinem
antiqui, ſolum prodeſt deſcendentibus inue-
ſtiri non autem vocatis in priori antiqua in-
ueſtitura iuxta receptiorem ſententiam Ol-
dra. conſ. 178. factum tale eſt, cuius opinio-
nem de iure veriorem opinatur relatis qui-
buſdam Perey. de Reno. ſimpli. 4. quæſt. 6.
Alb. conſil. 774. cui ſe ſubſcripſere conſi-
lio Gozadi. Bero. & Armol. Alexan. Rand.
qui fuſius hanc contexuit diſputationem, do-
ctorum conſilia & ſententias tractat. de ana-
log. cap. 34. à nu. 48. 49. cum multis ſequen.
& iterum eodem tractat. & d. cap. num. 86.
& pleriſq. alijs idē in reperto in verbo clau-
ſula, item quod capiat.

Peregrin. nouiſsimè tractat. de fidei-
com. articul. 16. numer. 114. ad finem exi-
ſtimat in dubio Socin. opinionem verio-
rem fore vt magis ſimilitudinem quam ve-
ritatem referre videantur arg. l. & magis de
ſolu.

289 Ego in hac † grauiſsima quæſtione ſic con-
ſiliarem diuerſas tantorum patruum opinio-
nes; vel donans & diſponēs in capitulis ma-
trimonialibus referens ſe ad antiqua vincula
habuit reſpectū ad conſeruationē agnationis
& familiæ, aut non, priori caſu exiſtimo pro-
rogatū fuiſſe antiquū fideicōmiſſum, & voca-
tos tranſuerſales in defectū deſcēdentiū vo-
catorum, quo in caſu procedit Decij, Bene.

& Crauet.opinio,ſin minus,procedat opinio
Socin.& aliorum mouet me ad hanc conci-
290 liationem ratio, quod cum agnationis & †
familiæ ratio habita eſt, ſit latiſsimè inter-
pretandum fideicommiſſum tanquam fauo-
rabile diſponenti & toti familiæ, vt nedum
deſcendentes & tranſuerſales & quotquot
ſunt de agnatione comprehendat cum per
eos omnes conſeruetur familia & agnatio,
vnde vt dixi frequentius creditum fideicom-
miſſa ad agnationem & familiam conſer-
uandā inſtituta fauorabilia eſſe vt poſt mul-
tos reſoluit Mazari. in Epit. fidei. quæſt.1.
Egregie Manti.de coniectu. vltim. volunta.
lib.7.tit.1. num.34. receptam Craſſ. in §. fi-
deicommiſſum quæſt.3. à num.1.Peregri.de
fidei.arti.1.num.23.24. Quemadmodum &
ſtatuta excludentia fœminas propter maſcu-
los dicuntur fauorabilia, vt ex communi re-
ſoluit poſt Brun.& alios idem Peregr.d.art.
1.num.24.ad medium. Ex Hiſpanicis id ip-
ſum de primogenijs loquētes cēſuere Dida.
Couar.lib.3.var.reſolu.cap.5. num.5. Burg.
de Paz.conſ.3.num.92.& ſequen.illius filius
Burg.de Paz.quæſt.2.nu.3.Anto.de Padilla.
in rubr.de fidei.num.4. Xuar. in l. quoniam
in prioribus 11.limi. poſt principium Pinel.
in l.1. 3.par.nu.99.C.de bon.mater. Telli.
in l.27.Taur.nu.20. Dida.Caſtel.in d.l.27.
verbo, *para ſiempre* quos retulit idem Burg.
291 d.quæſt. 2. Atq. ideo † vbi fuit expreſſa ag-
nationis ratio regulariter fiat extenſio in fi-
deicommiſsis & maioratibus,quemadmodū
poſt Caſtren.Roma. Soci.Deci.Ruin.Pariſi.
Curti.Pariſi.Crot.Rip.Crauet.Bero.Rolan.
Cæphal.Riminal. Petram. Eugeni.Bere.re-
ſoluit Peregri. de fideicom.artic.11.nu.34.
& his addendi Raud.in iudi.de analog. ver-
ſicu.*Clauſula,quia volo bona remanere in fa-
milia* Caualca. deciſio. 16. num.42. verſicu.
Quinta eſt quia intentio mea, &c. Ludoui.de
Molin.de Hiſpa.primo.lib.1.cap.5. à nu.1.
Theſau.decif. Pedemon.248.num.4.& paſ-
292 ſim omnes,nec diſſentit aliquis. Atq.ideo †
in dubio fideicommiſſum huiuſmodi iudi-
candum eſt perpetuum & non temporale ad
ea quæ ex multis Molin.dict.cap.5.num.25.
Negari certè non poteſt quin magis familia
conſeruari poſsit vbi & trāſuerſales ſint vo-
cati,quam ſi ſoli deſcēdentes, qui ſæpius de-
ficiunt.

293 Tunc autem † aperte dignoſcemus diſpo-
nentem hunc & ſe ad antiqua vincula refe-
rentem rationem agnationis conſeruandæ
habuiſſe cum in relatis vinculis vel fideicō-
miſſo expreſſa fuit agnationis conſeruandæ
ratio,cuius cōtemplatione relatio facta præ-
ſumitur, cum omnes,nobiliores maximè fa-
miliæ nominis conſeruationem deſiderent
Rom.conſ.29. in cauſa maioriæ Hiſpalenſis
Dida.lib.3.varia.reſolu.cap.5.num.5.Pinel.
in l.1.C.de bon.mater.3.part.num.99.Soci.
Gom.in l.44.Taur.num.42.& 43. Ludo.de
Molin.de Hiſpa. primo.lib.1.cap.4.nu.13.
vbi multa pulchrè non relati ab his Crauet.
conſ.297.num.2.& 3.Simon.de Præt.de in-
ter.vir.lib.1.inter.2.dubio.2.ſolu.5.nu.20.
Manti.de coniect.lib.6.titu.15.num.1.2.&
ſeq.Quinimo addit Molin.d.cap.4.num.43.
eandem affectionem habere cenſeri inſtituē-
tem fideicommiſſum vel maioratū ad tranſ-
294 uerſales † quos vocat vel alios,quemadmo-
dum erga proprios deſcendentes ex doctri-
na Barto.in l.ſi cognatis nu.3.de re.du.Hęc
ſanè ceſſant vbi in vinculis antiquis ad quæ
ſe refert diſponens vel donans nulla agna-
tionis ratio habita eſt,proinde Soci.opinio-
nem in hac ſpecie veriorem paulo vt relatio
ſolum ſtet ſimilitudinarie, neq. cenſeantur
vocati trāſuerſales,& hæc mihi in hac ardua
quæſtione,videtur veritas & tenenda.

295 Secunda inſpectio † cum pater donat filio
in capitulis matrimonialibus ſub pactis,vin-
culis & ſubſtitutionibus à ſe conſtitutis in
ſuo teſtamento vel in poſterum conſtituen-
dis,in quo agnationis habuit rationem,maſ-
culos vocans,excludens fœminas, in hoc ca-
ſu vincula omnia & vocationes expreſsè cē-
ſeātur in donatione,quę poſt vel antea in re-
lata diſpoſitione reperiuntur, natura enim
relationis eſt vere & proprie referre l. aſſe
toto de hęred. inſti.l.ait prætor §.1.de re.iu
di.l.ſi ita ſcripſero ff.de cōdi.& demonſt.vbi
296 Bart. ſcripſit relatū ita † implicitē pro for-
ma deſideretur, & dixit communē poſt Bart.
Bald. Alex.Socin.Clar.Ludo.Zun. Peregri.
de fidei.arti.16.num.113. vbi Baldi dictum
adduxit dicentis,naturam relationis eſſe na-
turā veritatis patentis ex coniunctione dua-
rum ſcripturarum;id ipſum ſenſere alij Cra-
uet.conſ.471.nu.1.conſ.633. nu.9. Moron.
conſ.1.num.13. Decian.reſpon.101. nu.18.
lib.2.Ama.deciſ.49. & in terminis propoſi-
tæ inſpectionis reſpondit idem Decian.reſ-
pon.41.num.119. & 120.lib.1. Meno.conſ.
85.num.20.lib.1.

297 Tertia inſpectio † quando pater donat in
capitulis matrimonialibus filio vel filijs ſub
pactis & vinculis contentis in aliquo teſta-
mento vel diſpoſitione,ad quam ſe refert, ſi
diſpoſitio illa relata non reperitur, hæc au-
tem eſt certa, vincula & omnia contenta in
hac donatione perinde ſuſtinentur, ac ſi diſ-
poſitio relata appareret,non enim facit cō-
ditionem ad tex.in l. eum qui §. Iulianus de
conſ.pecu.vbi Bart.& alij Caſ.conſ.27.li.2.
Crauet.Curt.iuni. Gram. Iaſſ. & Deci.quos
refert Peregri.de fidei.artic.16.nu.111.

Quarta

Digitized by Google

298 Quarta inſpectio, quando † pater donat in capitulis matrimonialibus ſub pactis, & cōditionibus in aliqua alia diſpoſitione cōtentis & reperitur diſpoſitio relata, ſtandum eſt tunc diſpoſitioni referenti & non relatæ l.iam hoc iure vbi Caſtre. num. 7.de vulga. Gabri.conſ.95.num.12.lib.1.Soci.Roman. & alij quos ſequitur Honde. conſ. 78. num. 48.lib.1. Quia relatum vere eſt in referente cum omnibus ſuis qualitatibus laſſe toto de hære. inſti.cum vulga.

299 Cæterum † traditio hæc notanter limitatur quando referens diſpoſitio alio modo referret, tunc certè iuxta terminos relatæ interpretanda foret, Tiberi.Deci. reſpon.62. num.5.& reſpon.95.num.5.lib.2.Amat.deciſ. 49.num.5.& ſequenti.

300 Modificatur † igitur diſpoſitio referens ad terminos relatæ d.l.aſſe toto cap. Abbate ſanè.§.porro. de verb. ſignifi. & poſt multos in dictionibus omnibus relatiuæ naturæ, Pereg.poſt alios ab eo adductos d. artic.16. num.111.verſi. Tertius caſus eſt: vbi quibuſdam exemplis & dictis illuſtrat.

301 Limitat tamen dupliciter. Primo, niſi † conſtaret diſponentem, vel donantem voluiſſe alio modo diſponere quam in diſpoſitione relata continetur, citat Deci. conſil. 125.col.fin. Mens enim in primis diſponentis & ſe ad aliam diſpoſitionē referentis attenda eſt pulchrè Iaſ. & Deci. in l. ſi idem cum eodem §.fin. de iu. om. in. Socin. iuni. Craue.& alij quos ſequitur Menoch. conſil. 115.num.14.lib.2.

302 Secundo limitat Peregrin. † niſi ſequens diſpoſitio foret gratioſa, & refertur ad primam ampliandi gratia, non enim reſtringeretur ad relatum, exemplum cum aliquis donaret ſecundo vt in prima donatione, addita clauſula, *item addens, &c.* Quia talis additio ad diſpoſitionem, vel donationem relatam non reſtringeretur ad terminos illius cum poſsit ſtare de per ſe additamentum hoc, & cenſeantur duæ diſpoſitiones, vt ſingulariter declarauit Ruin.conſil.18.num.5.6.& 7.lib. 2.ſequitur Pereg.d. articu.nu.111.in fine.

303 Quinta inſpectio, † cum diſpoſitio aliqua vel donatio refert diſpoſitionem ad certum tempus, vel locum reſtrictam referens donatio vel diſpoſitio ad idem tempus & locum reſtringenda & modificanda eſt l. 4.§.1.de condi. & demonſ. etiam maxime vbi teſtator vſus fuiſſet dictionibus tunc, eo. caſu & ſimili id quod multis poſt Alex. Deci.Fulgoſi.& alios exemplificat Pereg. de fideico. artic. 29.nu.15.poſt principium. Rationem
304 reddit quoniam † vis & natura relationis eſt vt ſit repetitiua omnium præcedentium ad quæ ſe refert l.item quæritur §.item Iulianus ff.loca.l.1.§. deinde ff.de poſtu. & quia relatio cenſetur facta cum omnibus ſuis qualitatibus Barto. in l. 1. ff. de receptato. vt ille inibi. Et Deci. conſil. 182.num. 3.Cæphal. conſil.259. num.40. conſil.292. num.9.Alciat.conſ.72.num.9.lib.1.Rimi. ſeni.conſil. 29.num.9.& paſsim interpretes.

305 Sexta inſpectio, † vbi diſpoſitio ſeu donatio referens eſt incerta & vaga, nec de diſpoſitione relata apparet inutilis redditur diſpoſitio Barto.in l.ſi ſic §.1. delega.1. Deci. & Gram.quos recenſet Pereg. d. artic. 16. num.111.Natt.conſil. 536.num.138. lib.3. Riminal.iuni.conſi.614.a num.1. Quinimo
306 † etſi appareret de diſpoſitione relata, quæ tamen incerta foret niſi conſtaret diſponentem de certo ſenſiſſe caſu ad quem ſuam tetulit diſpoſitionem referens diſpoſitio inutilis redderetur. Tiraquel. de iu. primogen. quæſ.17.a num.1.Rimi.ſupra & poſt Barto. in d.l.ſi ſic Angel.& Imo.ibi Oſaſ.deciſ.38. num.4.Eugen.conſ.54.a n.1.cum ſequen.

307 Septima † inſpectio vbi à donante in capitulis matrimonialibus fit relatio ad alia vincula, ſubſtitutiones & vocationes incertas ex incertitudine ipſa vitiatur omnino Euge. latiſsimè conſi.54.a num. 1. vt & ſuperius animaduerti intelligendum tamē niſi dicens donantem vel alio modo diſponentem de certis ceſiſſe id probet, quoniam ipſi dicenti incumbit onus probandi ad ea quæ Mazol.conſ.55.num.4. Cranet.conſ. 28.nu. 3.Hond.qui alios conſil.60.num.12. libr.1. Caualcan.deciſ.5.num.13.part.3. Peregrin. de fideico. artic. 11. num. 26. alioquin non probata certitudine periret diſpoſitio ad text. in l.duo ſunt cum vulga. de teſt. tutel.

308 Atque id ipſum † quotiens donans referret ſe ad alia vincula vel ſubſtitutiones contrarias, quæ ſeſe compati non poſſent, quoniam ratione repugnantiæ & contrarietatis relatio nullum poſſet effectum operari l. ſi Titius de con. inſti.l.qui ſoluendo de here. inſti.l. vbi repugnantia de re.iur.Crano.conſil.143. num.4. Socin.iuni. conſ.2. num.12. lib.2.Natt.conſi.119.li.3.Rimi. conſi.614. num.2.& qui ex antiquioribus alios Tiraq. de iu.primog. quæſ. 17.num. 1.& ſequent. Tiber. Decian. reſpon. 64.num. 31. lib.2. idem reſpon.11.num.43.lib.1.

Et idē ſcripſit Decian.quando ſi fieret relatio reſultaret abſurdū reſpō.3.n.29.li.3.

309 Nec † fieri debet relatio ad inſtrumentum quod non valet idem Decian.reſpon.90.nu. 30.lib.3.

Et generaliter proditur nuſquam relationem fieri debere quando repugnaret menti diſponentis Alex.Raud.tracta.de Analo.ca. 34.num.130.

Cœterum

310 Cæterum † animaduertendum quod vbi
daretur contrarietas facta relatione vbi poſ-
ſet conſiliatione aliqua vel interpretatione
iuuari ad ſuſtinendam voluntatem diſponē-
tis fieri deberet latè Peregri. de fideico. ar-
tic.11.num.1.cum ſeq. maxime n.29.Petra.
de fideico.quæſt.12.num.1064.

311 Octaua † inſpectio quando fratres vel cō-
ſanguinei cum de alicuius ſucceſsione con-
trouertunt, conueniunt, vt ipſorū bona ſub-
iacere vinculis, conditionibus & ſubſtitutio-
nibus, ſic & prout in teſtamento alicuius cō-
tinentur; Hæc conuentionis formula valet,
ſicut & ea, quæ ſupra in ſecunda inſpectione
quaſi videantur conditiones illæ denuo in
conuentione appoſitæ ex vi relationis, vt in
312 ſuperioribus; Nam † ſi licet teſtatori habere
relationem ad alterius teſtamentum neq. in
eo caſu dicitur captatoria voluntas, vt dixit
Alexand. conſil. 81. lib. 6. Deci. & alij
multi relati à Pere.tracta.de fidei. artic.33.
num.61.& artic.51.num.37.multo magis id
licebit in modum conuentionis & pacti.

313 Ita fit vt maiori † ratione valeat pactum
inter fratres vel alios deſcendentes, dum in-
uicem de ſuccedendo litigant, quod ſuc-
cedatur ſic & prout in teſtamento patris, aui,
aut alterius ex aſcendentibus: non enim ali-
quid nouum ſtatuunt ſed antiquam ſuccedē-
di rationem excitant, ex neceſsitate præce-
dentis diſpoſitionis: Neque vllam conuen-
tio futuræ ſucceſsionis alioquin improbatæ,
naturam redolet cum ſit ſuper certo genere
bonorum, vt dixit in terminis Alex. conſil.
29.num.8.lib.5.Deci.conſil.63.num. 4.Pa-
riſi.conſi.26.num.82.lib. 2.quos ſequitur &
refert Pereg.de fideicom.artic.51.num.38.
& præter relatos à Peregrin. idem cenſuit
Bartol. Alexan.Pariſi. Natt.& alij relati ab
314 Oſaſc.deciſ.100.nu. 9.& 10. † qui licet poſt
videatur num.26.27.28.tenere contrarium,
loquitur tamen cum per pactum tollebatur
libera teſtandi facultas, quia paſciſcentes nō
alia habebant bona de quibus poſſent teſta-
ri. Rurſus loquitur Oſaſc. vbi deducta in
pactum non fuerant expreſsim ordinata in
teſtamētis anteceſſorum, ſicut in noſtra ſpe-
315 cie, ſic ille ibi num. 28. 29. † Conſequenter
infertur notabiliter non valere pacta matri-
monialia inter maritum, & vxorem, in qui-
bus antiquus ſuccedendo ordo inuertitur, in
fideicōmiſſo vel primogenio inſtitutus: quo-
niam neceſsitas ſuccedendi à primo inſti-
tuente inducta priuatorum pactis tolli non
poteſt, quemadmodum ſcripſit in terminis
maioratus Molin.de Hiſpa.primo. li.1.cap.
8.nu.33.verſi.quæ omnia ſunt notanda.

316 Nona inſpectio, † poſſe quidem in con-
tractu matrimonij filium paſciſci cum ſuis
fratrib⁹. vt in bonis paſcētis ſuccedatur iure
primogenituræ relictis alimentis cæteris fi-
lijs poſt maiorem natis, de conſenſu tamen
patris, & modo pater vſque ad mortem in
eadem voluntate perſeuerauerit ſecundum
communem intellectum l.fin. C. de pact.&
dixit receptam poſt alios idem Molin. de
Hiſpa.primo.lib.2. cap. 3.num.2. vbi ad id
citat Ro.Xua.Mencha.& Dida.

317 Decima † inſpectio valet pactum inter
fratres initum quo inuicem approbant teſ-
tamentum paternum omnino inualidum, in
quo reciprocum fideicommiſſum fuerat in-
ductum, in qua facti ſpecie Reſpondit Deci.
conſil.488.exiſtimauit non valere, quia pa-
ctum futuræ ſucceſsionis reprobatum d.l.fi.
cum ſimi. C. de pact. tū quod fieri nequeat,
vt teſtamentum nullum, probari pactis pri-
uatorum poſsit, ad text. in l.ius publicum ff.
de pact.verum in eadem facti ſpecie cōtra-
rium conſuluit Ruin.conſil.7.num.15.& 16.
& per totum li.3.quoniam huiuſmodi pacta
non de futura ſucceſsione dici poſſunt, cum
ſint ſuper certo genere bonorū, & licet quo
ad quædam particularia ſibi teſtandi facul-
tatem adimere, dum alia remaneant, quibus
teſtari liceat gloſ.& omnes in d.l.fina. C.de
pact.Peregri.ex communi de fideico. artic.
51.num.30.Rurſus neque hoc pactum vale-
bit tamquam approbatiuum teſtamenti pa-
terni nulli, in quo fideicommiſſum fuit inſti-
tutum, ſed valebit tanquam conuentio quæ-
dam gratuita inter fratres vt perſonaliter
obligentur.

318 Atque ideo intulit † erudite idem Ruin.
ibi nō impediri alienationem bonorū poſſe,
ſicut cum per pactum res prohibetur alie-
nari ad ea, quę omnes in l.ſi ita quis §.ea lege
de verb. obli.dixi ſupra verſic. *Differunt igi-
tur ſupra modum,* Ruin. traditionem vti ve-
riorem nullo alio relato ſequitur Pereg. ſu-
pra & ſecundum Ruin.conſilium fuiſſe iudi-
catum in Rota Romana refert Romul. in l.
nemo poteſt num. 238. de lega. 1. & de his
duobus contrarijs conſilijs meminit Zun.in
reſpo.pro vxo.num.292.Sanch.in §.cum ita
l.hæredes mei 4.part.num.81.ad S.C.Tre-
319 belli.Nam † licet actus omnino nullus par-
tium conſenſu iuſtificari non poſsit quātum
ad hoc vt ſicut talis valeat, in vim tamen pa-
cti contrahentes ſe ad inuicem obligare poſ-
ſunt ad illius obſeruationem, niſi & lex con-
uentionem & pactum improbaret gloſ. &
Barto.in l.2.C.communia vtri.iudi. Roma.
Alex. Deci. Socin. quos citat idem Pere. d.
artic.51.num.41.

320 Ex quo ſubſequenter † infertur pactū quo
fratres adinuicem approbant teſtamentum
patris viuentis nullum inualidum eſſe neque

eo

eo confirmari poſſe teſtamentum nullum ex ſe Iaſſ.conſil.82.ad finem lib.3.Deci.conſil. 494. cæterum ſi validum foret teſtamẽtum, approbatio robur & vim ſuperadderet, non tamen tantum poſſet, quia alias pater, vbi vellet mutare poſſet, & ex vltimo non à primo ſucceſsio caperetur ſic ex Deci. & Ruin.deducit idem Pereg.ſupra nu.42.Cæ-
321 terum ad ſuperiora † aduertendum quod in quibus caſibus, approbaretur teſtamentum vel ſcriptura alterius,& valeret approbatio, quamquam in approbante conuẽtione vberiores ſubſtitutiones,vel vocationes fierent, & latius verba ipſa protenderentur, tamen quia approbatio ad aliam ſcripturam vel teſtamentum referretur, menſque ipſa contrahentium eſſet ſolum illud approbare, nõ extenderet, vel ampliaret teſtamentum vltra caſus expreſſos in eo.l.Aurelius §.teſtamento de li.lega.l. Iaſſ. Alexand. Ripa. Crauet. quos memorat idem Peregr. ſupr. num.49. ex vi relationis limitatę quæ limitatum producit effectum vt ille inibi.

322 Nona coniectura † in donationibus accidere ſolet, cum pater donans filio vel filijs pactum apponit,quod filius bona donata in legitimam non accipiat, neue in ipſam imputet, deinde alios ad bona donata vocat: aperta enim ex hac conuentione donatoris mens colligitur voluiſſe bona in tua familia conſeruari, neque alienari, ſed quod in ea maneant perpetuo.

Ratio apertiſsima eſt quoniam ſemota
323 hac conuentione † potuiſſet filius donatarius de bonis donatis deducere ſuam legitimam aduerſus cæteros fideicommiſſarios quamquam trebellianicam minime, ex dictis in quæſtio 19.ad finem; poterat igitur filius legitimam retinere Barto.in l.in quartam nu. 15.ad l.falcidi.Alexan.Ripa.num.89.Picu. num. 113.cum legitimæ onus nullum imponi poſſit quod liberam illius impediat diſpoſitionem l. quoniam in prioribus cum ſi-
324 milibus C. de inoſi. teſtam. † Hanc coniecturam admiſit Deciau.d.reſpon.41.n.107. 108.lib. 1.in donatione loquens ſic in ſimili caſu noſtri ſcripſerunt in ea quæſtione, an filij poſiti in conditione vocari cenſeantur, vt tunc etiam in diſpoſitione ſint cum conſtalias reſtatorem voluiſſe bona ſua intra familiam conſeruari.Car.conſi.59.num.29.li. 2. Grat.conſi.89. num.8.lib. 2.& alios pleroſque refert Gabri.lib.4. Commu. opinio. tit.de fideico. concluſ. 4.num. 27.34. 42.& 54.coniecturam hanc improbauit Menoch. d.conſi.85.a num. 112.ad medium verſi. Nõ obſtat ſeptimum quia etſi in bonis donatis prohibuerit legitimæ detractionem,nõ inde neceſſario infertur voluiſſe bona in familia conſeruari, cum ex alijs cauſis prohibuiſſe ipſam moueri potuerit vt ille in ſuo caſu de-
325 ducit. † Et id confirmari poteſt valide,quod in dubio vbi alia ratio quam conſeruandæ agnationis ne fœminæ excludantur capi poteſt ea ipſa capienda eſt, cum potuerit diſponens multis alijs moueri rationibus ad ſic diſponendum & in dubio præſumitur diſponentem pluribus fuiſſe motum non vna rantum,vt in ſuperioribus latius multorum dixi authoritate; Neque ſequitur,primis donatarijs prohibuit donator legitimã, & in illius perſona inducere voluit fideicõmiſſum, igitur & in cæteris poſt vocatis; cum prohibitionis pactum veluti odioſum, & ex ſui natura ſtricti iuris ad alias perſonas quam expreſſas non extendatur l.ſi vnus §.ante omnia ff.de pact.& prohibitio ad filios directa nepotes non continet §.nos in auth.de reſti. fideico. dixi fusè ſuperius in verſic. *Septimo prohibitio de non alienando*: Idque in teſtamentis & vltimis voluntatibus vt dictus §. loquitur,quanto magis in contractibus. Igitur coniectura hæc recipienda non eſt maxime ad excluſionem fœminarum niſi aliæ multæ concurrerent ipſam adiuuantes.

326 Decima † coniectura & hæc frequentiſsima eſt in his regnis ſaltim citerioris Hiſpaniæ,cum in capitulis matrimonialibus donãs pater adijceret vincula & conditiones vocando ſemper primogenitos,ex eo enim ius quoddam primogenituræ inſtitutum cenſetur;idemq; cum dixit, quod ſuccedatur iure primogenituræ ex his enim verbis & primogenium perpetuum inducitur,ſic authoritate Caſtren.Deci.Pariſi.Bologne. Ludo.Molin. Rodri.Xuar.Burg.de Paz, Telli. Pala.Rub. Pela.Matien.Auendan.Anto.Gomez,Mencha. Aluarad. Celſ. Hug. & aliorum ſcripſi quæſtio.præcedenti in verſ. *Tertio iuuat quod multis rationibus,&c.* Quæ non repeto. Cæ-
327 terum † ad excluſionem fœminarum ſi de ea ageretur non ſufficeret niſi fœminæ excluſæ fuiſſent,& agnationis ratio habita fuiſſet, vt ex communi reſolui in ſuperioribus in verſi.
328 *Tertio extenditur regula* † ratio ea eſt quoniam qualitas primogenituræ ſic cadit in fœmina vti in maſculo vt in facti ſpecie reſpõdit Bald. conſi.275. num.5.& 7.lib. 2.Ioan. Cirie.tract.de primogeni.lib.1.quæſ.20.nu. 2.Panor.conſi. 3.num.3.lib. 2.Celſ. Hugo. conſ.20.num.3.Deci.conſ. 269. ſub num. 1. Siman.de Hiſpa. primo.lib.1. cap. 9. & his non relatis reſoluit apertiſsimè Ludo. Molin.tract.de Hiſpa.primo.lib.3. cap.4.a nu 1.vbi num.4.&c. Subdit quod licet in bonis quæ diuiſionem recipiunt pariter de iure cõmuni maſculi & fœminæ ad ſucceſsionem admittuntur,tamen in bonis primogenituræ

cum

cum indiuidua ſint & vni ſoli tribuenda veniant data paritate gradus, maſculus fœminam excludit etſi fœmina primo nata fuerit, vnde frater minor natu maiorem excludet ſororem, eo vero defficiēte primogenita vocatur vt ille inibi ex vera reſoluit opinione idemq. affore & in Ducatuum, Marchionatuũ, & aliarum regiarum dignitatum (quę vera ſunt primogenia & maioratus) ſucceſſione, ſcripſit, quæ prætereo.

329 Neque prædictis † repugnant ea quæ hoc libro quæſ.13.dixi, dum poſt Guid.Pap. deciſsionē tradidi, inito facto in capitulis matrimonialibus vt primogenito certa caſtra & bona darentur, nata filia & poſt filia maſculo bona non filiæ ſed filio deberi, etſi illa primogenita foret: quoniam in bonis primogenituræ nata paritate gradus ſemper maſculus fœminæ præfertur eo deficiente vti primogenita ſuccedit illa, ex qualitate enim bonorum in hiſce primogenituris ſexus maſculinus fœmineo anteponitur ex veriſimili mente & intentione primogenium inſtituentium, quam rationem in dicta deciſione conſiderauit Guid. Pap. maximè inter nobiles & potentes qui vt plurimum agnationi proſpicere videtur, quæ per maſculos aptius quam per fœminas conſeruatur, vt non ſemel dixi.

330 Vnde † non rectè ſcripſit Pariſi. in vna Aragoniæ conſil. 72.num. 68.lib. 4. qui ſic admiſit coniecturam superiorē in capitulis matrimonialibus de quibus in ſuo caſu agebatur, vt ex ea ſola fœminas voluerit excludi poſſe propter maſculos remotiores quia ſint omnino incapaces vt ille exiſtimat bonorum & primogenitura deſcendentium, cũ verum non ſit, & ex ſuperioribus manifeſtè veris & communibus aduerſentur traditionibus; qui & in eodem conſilio alias adduxit ad fœminarum excluſionem coniecturas quæ in ſuperioribus tractatæ fuere ideo an veræ illæ ſint nec ne ad prædicta recurrendum eſt. Aliæ quoque adduci poſſent ſed cũ relatæ frequentiores ſint, ab his quæ turmatim per noſtros in vltimis voluntatibus agitantur, cũ caſus acciderit perducendæ erunt, quia vt plurimum de vltimis voluntatibus ad contractus niſi diſpar ratio ſit, noſtri argumentantur.

331 Hoc vero animaduerſione dignum exiſtimo, cum de cõiecturis aduerſus excluſionem maxime fœminarum ageretur neceſſarias eſſe debere & vſq. ad vltimum (quod aiũt) concludentes Bald. Pau. de Caſt. & Iaſſo. nu. 8. in l. poteſt ff. de vulga. Alban. conſil. 31.n. 9. Cæphal. conſi. 447. nu. 14. cum enim fideicommiſſarius in ſui probationem, adducat coniecturam mentis præter eum verborum & ipſorum propriam naturam, quæ quidem mens & voluntas occulta eſt, & quæ facile ad vnum & alium ſenſum pertrahi poſsit, concludentem probationem adducere non videtur, vt pulchrè hæc & alia in ornatum deduxit Peregri. tract. de fideico. art. 11. a nu. 34.35.36.37.38. & idem ipſe artic. 28. num. 28. 29. coniecturas ſcribit non à capite hominum eſſe debere ſed quę legum auctoritate adiuuentur, quod ante ipſum paſsim anteriores dixerunt quos ſciens prætereo.

332 Planè in † fideicommiſſorum conuentionalium ſucceſsiue dubitari quandoque contingit an proximitas reſpectu grauati vel grauantis attendenda ſit, quæſtio à multis ad partes multis etiam argumentis tractata; Nouiſsime vero Menoch. in citato ſæpius. conſi. 904. num. 30. lib. 10. contendit vel authorum quoque numero proximitatem non reſpectu vltimi morientis ſed grauantis debere attendi, aduerſus illuſtriſ. Et Excelentiſsi. Duciſſam Cardonæ & Marchioniſſam de Comares, pro qua ipſe fusè reſpondi quo etiam in reſponſo contrariam & veriorem & receptiorē oſtendi, intuſq. in claſſes ſcriptores noſtros diuiſi, Italos, Hiſpanos, Gallos, Menochi. igitur. dict. concilio & numero poſt multos antea ab eo citatos conſil. 124.
333 lib. 2. num. 34. † ex ordine vnum ſupra quadraginta recenſet exiſtimantes proximitatem à teſtatore non agrauato metiendam, eos prætereo cum apud illius conſilium videri poſsint, vt autem nunc id ipſum præſtē quod paucis ab hinc menſibus feci claſſes ipſorumque authores dicto ordine recēſebo, & inter eoſdem Italos eundem Menochium ſibi ipſi contrarium adſcribam, qui apertiſsimè dixit hanc, & veriorem & receptiorem eſſe.

ITALI INTERPRETES.

1 Socin. in l. ſi cognatis nu. 40. de reb. dubi. & in l. hęredes mei §. cum ita num. 21. de reb. dub.
2 Gozadi. conſi. 4. nu. 31. vbi cõmunem dixit.
3 Socin. iuni. conſ. 126. num. 36.
4 Rolan. à Vall. conſil. 100. num. 18. lib. 1. qui latè examinat & de veritate diſputat.
5 Alciat. reſpon. 408. nu. 12. conſ. 610. nu. 4.
6 Auguſti. Bero. in cap. in præſentia num. 413. de probati.
7 Clar. lib. 3. ſententia §. teſtamentum, quæſt. 76. ad finem vbi ſcribit ab hac opinione non eſſe recedendum in iudicando nec conſulendo.
8 Cattulari inter conſilia Porti. conſi. 52. n. 9.
9 Hiero. Torniel. inter conſi. eiuſdem Porti. conſil. 121. num. 13.

Porti.

10 Porti.conſ.12.a num.1.

11 Aymo.Crauet. conſil.67. num.5. vbi Iaſſ.& Ruin.in hanc citat opinionem.

12 Cæphal.conſil.313.num.56.lib.3.conſ.600. num.15.& ibi communem.

13 Patiſi.conſi.40.num.12.& 17.lib.2.

14 Burſat.conſi.157.num. 13.vbi ait hodie receptiorem eſſe, attēdi proximitatem reſpectu grauati & conſ.170.nu.23.lib.2.

15 Ioan.Crot.conſi.134.num.35.lib.2.

16 Tiberi.Decian.reſponſ.26.nu.74. libr.2.& conſ.100.num.11.lib.3.

17 Galas Malaueſi.qui egregie conſ.31.a n.1.

18 Bertazol.conſi.98.num. 27.qui veriorem & magis communem.

19 Mazari.in Epito. fidei.2. part. quæſ. 35.vbi ſic iudicatum in Rota Florentina teſtatur.

20 Ioſeph.de Ruſt.in commen.quand.filij.poſi.in condi.lib.1.cap.1.num.17.

21 Trentaſinq. tract.de ſubſtitu.part.4.cap.12. vbi veriorem dixit,& part.5. cap.9.verſi. Secundus caſus ſic ſe iudicaſſe ait.

22 Craff.conſi.7. nu. 23.vbi magis communem & veram.

23 Gur.iuni,in l.2.n.12.C.de ſucceſsio.ædicto. vbi hanc eſſe veritatem affirmat.

24 Proſper Paſſer.conſi.41.n.5.conſi.92.n.18.

25 Viuii.inter ſuas communes opiniones, opinio 848.

25 Anguizol conſ.79.n.1.conſi.86.nu.2.li.6.

27 Marcabrun.conſi.87.num.2.

28 Thob.Noni.conſ.1.num.46.conſ.41.n.28.

29 Pancirol.qui communem conſi.91.num.16. conſ.129.num.5.

30 Natt.conſi.679.num.12.lib.4.

31 Andre.Gail. quam hic Germanus, obſeruatio.149.lib.2.

32 Pius conſi.96.num.22.120.& 121.

33 Zanchi.in l.hæredes mei §.cum ita 9. part. ſub.num.3.& 4.

34 Alexan.Rauden.tract.de Analo.in illius appendice,part.a nu.18.cum multis ſequentibus vbi latiſsimè defendit.

35 Menochi vt ſupra dixi ſibi ipſi contrarius conſi.106.num.311.lib.2.expreſsim hanc opinionem Socin.ſequendo,magis receptam dicit.

36 Leoni.conſi.77.num.3.

37 Magoni.deciſio Florenti.38.num. 2.part.2. idem deciſ.Lucan.83.num.16.

38 Ioſeph.Ludoui.deciſio.Peruſi.29.nu.34.

39 Caualcan.deciſ.17.num.73. verſic. Tamen contrarium eſt verius idem num. 5. ead. deciſ.part.3.vbi magis communem & veram.

40 Rota. Roma. in nouiſsimè impreſsis cuius ſolius authoritas ſufficeret cum ſit aliarum orbis præceptrix & magiſtra, deciſ. 72.num.1.part.1.hanc ſequitur, maxime vbi diſponens conſiderauit conſeruationem bonorum in familia.

41 Craſſ.li.ſuo ſententi.iur.§.fideicommiſſum, quæſ.18.a num.1.potiſsimè num. 4.hanc ſequitur vbi fuerunt vocati deſcendentes de familia & nomine collectiuo.

42 Simo. de Pret.in commen. de inter verbo. vltima. volun.lib.3. interpre.3. dubio.4. ſolutio.3.num.38.39.40.41.& conſi.161. num.32. vbi ſcripſit quod in quo caſu diſponens ad familiæ conſeruationem proſpexit nullam articulus continet dubitationem, & ibidem teſtatur ſic in iudicijs omnibus practicari & iudicari.

43 M.A.Peregrin.nouiſsimè vir certe doctus & peritus, hanc ſententiam veriorem & magis communem dicit tract.de fideico.artic.20.a num.1.2.3.

44 Angel. Mathea. lib. 2. de via & ratione iur. cap.21.relatus à Peregrin.vbi ſupr.

45 Nicola.Intrigo. tract.de ſubſ.Centu. 3.cap. 78.num.10.

46 Oſaſch.conſi.71.num.16.

Et hi nunc ſoli Itali præter infra memorandos Hiſpanos & Gallos numerum excedunt authorum quos Menoch. in contrariam recenſuit partem.

HISPANI INTERpretes.

47 Ioan. Lup. alias Palati. Rub. idemque olim vir maximæ authoritatis apud Hiſpanos in repe.Rub.de donatio. int. vir. & vxo. §.69.num.3.

48 Vaſqui.Mencha. in tract. de ſucceſsio.creatio.§.26.num.11.& 27.num.4.vbi de intellectu dicti §.in fideicommiſſo multa.

49 Ludoui.Molin.tract.de Hiſpano.primo lib. 3.cap. 9. vbi poſt latiſsimam diſputationem ſcribit, hanc eſſe veram & receptam, neque de ea amplius dubitandum.

50 Ludo.Valaſ.de Auenda.in l.40. Taur. gloſ. 20.23.qui veriorem.

51 Emanu.Xuar.in theſau. recepta. ſententi.in verbo proximitas.

52 Pelaez tract. de Hiſpano. maiorat. 2. part. quæſ. 8.num. 1.vbi latiſsimè comprobat, & veram dicit.

53 Burg.de Paz.conſi.29.num.51.

54 Aluar. Valaſ.tract.de iur. Emphiteo. quæſt. 50.nu.34.vbi communem nec ab ea recedendū,& quod ita lata lex in Luſitania.

55 Ciſuent.in l.73.Tau.num.22.

56 Anto.Gom. deciſ.206. num.27. vbi fusè,& ſecundum hanc decidit.

57 Spin.tract.de teſtam.glo.15.num.128.129.

58 Matien.in l. 8.gloſ.3.tit.11. num.2. libr.5. ordinatio vbi aſſerit hanc opinionem in

Regnis

regnis Hiſpaniarum receptam, neque de ipſa diſputandum.

59 Gutier.in pract.quæſtio.lib.3. quæſt.66.nu. 7.& 8.vbi communem & ab ea in iudicando non eſſe recedendum.

60 Blaſius Flor.qui & ipſe vir doctus videtur in additionibus ad deciſ.Gam.2.ob.nu.23. hanc in practica obſeruari dixit,latius in additio.ad deciſ.7.vbi quoſdam caſus diſtinguit.

61 Cald.Perey.tractat.de noml. Emphi. quæſt. 24. num. 90. vbi de vera & communi teſtatur.

GALLI INTERPRETES.

62 Stepha.Bertran.conſ.300.num.4.lib.3.

63 Tiraquel.tractat.de tetract.lib.1.§.11.gloſ. 1.num.20.

64 Celſ.Hugo.Çelta in hac tamen vrbe Barchinonenſi nobiliſsima educatus,in qua etiã patrocinabatur con.120.

65 Caſſan. in conſuetu. Burgund. Rub. 7.§.7. num.55.

66 [redacted].conſ.1.An alij.

67 Hierony.Lauren.deciſ.Auiny.37.n.3.& 4.

Ex his conſtat verè hanc receptiorem eſſe ſententiam & magis communem;quidquod multi a Menoch. citati pro contraria parte in illis quadraginta ab eo numeratis non loquuntur vbi fideicommiſſum perpetuum fauore agnationis & familiæ inſtructum fuit ſic & Didac. quem ex Hiſpanicis interpretibus in ſuam traxit ſententiam,nnn aduerſatur vbi diſponẽs ad perpetuam familiæ ſucceſsionem reſpexit vt conſtat ex illius verbis in cap.38.ptacti. quæſtio. ſub.num.3. in verſic. Nam ex ea,& paulo inferius num. 5. verſic.Decimo ſic & Petra. tractat.de fideicom.quæſt.11.num.51. in perpetuo fideicõmiſſo hanc ipſam amplectitur.

334 Neq.† reticenda eſt noua quædam & ſubtilis(vt hic ille eſt)opinio Alex.Rauden.qui
poſt communem opinatur d. tracta. de analog.in 1.part.Appendi.nu.55. ſic poſſe contrarias conciliari opiniones; Nam ſi inquit ille altera eſt æquè proximus grauati,& magis proximus grauato,tunc ob duplicitatem iuris præferendus eſt alteri qui æquè proximus tantum eſt grauanti,& minus proximus
335 grauato vt illic latius proſequitur. Placuit †
regijs Senatoribus labor in conſeruandis tot & tantis interpretibus, placuit & Alexand. Rauden. opinio. noua quæ etiam iuri faciebat Excellentiſsimę Duciſſæ quam adhuc nõ viderant nec cæteri aduocati;Repulſæ etiam fuerunt coniecturæ ille Menoch. quas ex capitulis matrimonialibus deducebat, nõ fue-
336 rat expreſſa † agnationis ratio,licet ex quibuſdam coniecturis eliceretur, ad quas cum eſſent in contractu adiectę minime fuerunt conſideratę ad excluſionem D. Duciſſæ fœminæ proximioris ad fauorem D. Galcerandi de Cardona maſculi remotioris,& quia in eiſdem capitulis matrimonialibus vocatæ erant fœminę in deffectum maſculorum,quo in caſu ſolum cenſentur prælati maſculi proximiores fœminis remotioribus vt dixi ſu-
337 pta maximè in Regijs dignitatibus, in quibus ſuccedunt fœminæ in Hiſpania vt aliquando ex contrario noſtro conſilio latius & citato Deo dante apparebit; fuit cauſa grauiſsima & magni ponderis vt dixi quæſtio. præcedenti num.92. valotis ſexaginta vel ſeptuaginta mille aureorum annui redditus & communi voto ſacri Senatus nullo diſſentiente iudicatum ad fauorem D. Duciſſę cõtra D.Galcerandum.

SVMMARIVM.

1 *Spes conditionis adiectæ in capitulis matrimonialibus, an pendente conditione tranſmittantur.*

2 *Tranſmiſsio ſucceſsionis porrogatio dicitur.*

3 *Tranſmiſsio de vno ad alium ſubiectum migrat.*

4 *Conditione pendente in vltimis voluntatibus non fit tranſmiſsio, ſecus in contractibus.*

5 *Tranſmiſsio in cõtractibus regulariter fit pẽdente conditione,*

6 *Tranſmiſsio cur fiat in contractibus pendente conditione & non in vltimis voluntatibus.*

7 *Ius conditionale in contractibus firmum eſt in vltimis voluntatibus imbecille.*

8 *Vaſquij ratio cur in contractibus pendente cõditione fiat tranſmiſsio, & non in vltimis voluntatibus.*

9 *Tranſmiſsio fit in contractibus etiam ſi pactũ foret perſonale.*

10 *Contractus omnes ad hæredes tranſitorij.*

11 *Filijs poſitis in conditione & vocatis in contractu, tranſmiſsionis beneficium competit.*

12 *Tranſmiſsio iuris conditionalis fit in contractibus, vbi ratio agnationis conſeruãda habita fuit.*

13 *Tranſmiſsio iuris conditionalis fit in vltimis voluntatibus ratione conſeruandæ agnationis.*

14 *Tranſmiſsio fit regulariter in contractibus, quando ſequeretur minus dilectum magis dilecto præferri.*

15 *Tranſmiſsio iuris conditionalis fit in contractibus quando fuit appoſitum onus delationis nominis, & armorum.*

16 *Tranſmiſsio iuris conditionalis fit in contractibus, quando reſultaret inæqualitas.*

Tranſ-

Digitized by Google

17 *Tranſmiſsio fit in contractibus pendente conditione etiamſi ageretur de tranſuerſalibus.*
18 *Tranſmiſsio fit in contractibus pendente conditione quando diſponens digreſſus fuit ad plures gradus.*
19 *Tranſmiſsio fit in contractibus pendente conditione etiamſi in pacto adiectū fuiſſet verbum* ſuperſtes vel ſuperſtites.
20 *Tranſmiſsio fit in contractibus pendente conditione, maxime quando agitur de excludendo extraneo.*
21 *Tranſmiſsionis ius fauorabile dicitur, & in dubio iudicandum pro tranſmiſsione.*
22 *Tranſmiſsionis iura à multis odioſa reputātur.*
23 *Conciliatio authoris noua.*
24 *Tranſmiſsionem coniecturæ impediunt.*
25 *Tranſmiſsionem impedit ratio recti ſermonis.*
26 *Tranſmiſsio non impeditur in contractibus quando alias voluntas diſponentis expreſſa vel tacita repugnaret, omiſſa verborum proprietate.*
27 *Tranſmiſsibilia quæcunque fieri poſſunt ex voluntate diſponentium.*
28 *Tranſmiſsio fit in donatione pura, & propter benemerita.*
29 *Donatio contractus inter viuos dicitur.*
30 *Spes donationis conditionalis tranſmittitur.*
31 *Spes donationis inter viuos tranſmittitur.*
32 *Donationis cauſa ceſſante ceſſat donatio.*
33 *Ceſſante cauſa iure iam radicato non ceſſat effectus.*
34 *Ceſſante cauſa non ceſſat effectus perfectus & conſummatus.*
35 *Donatio facta alicui & illius hæredibus tacitam habet conditionem ſi primus donatarius donationem adquirat.*
36 *Donatio quæ ſuſtineri non poteſt in perſonam primi donatarij neque in illius hæredibus.*
37 *Donatio tacita in perſona filiorum & hæredum quando reſultet.*
38 *Alciat. reſponſum 99. declaratur.*
39 *Legatum vel donatio conditionalis omnino ad hæredes tranſmittitur donatarij.*
40 *Cephalus conſilio 212. lib. 3. declaratur.*
41 *Tranſmiſsio fit vt plurimum ad fauorem liberorum tranſmittentis, non extraneorum.*
42 *Donationis puræ, & conditionalis in tranſmiſsionibus differentia.*
43 *Hieroni. Lauren. deciſ. 50. expenditur.*
44 *§. Ex conditionali inſtit. de verbo. obligatio. intellectus.*
45 *Hæredum mentione facta voluntas diſponentis colligitur, vt ad eos tranſmiſsio fiat.*
46 *Menochij conſiderationes ad §. ex conditionali inſtitu. de verbo. obligatio. reprobantur.*
47 *Opinio authoris qualis.*
48 *Donatio pura & ſimplex tacitam habet conditionem ſi donatarius non premoritur.*
49 *Tranſmiſsio ceſſat concurrentibus pluribus ſpecialibus.*
50 *Tranſmiſsio ceſſat vbi qualitas tranſmittentis non reperitur in eo, qui ex iure tranſmiſſo vult ſuccedere.*
51 *Primogenituræ qualitas in maioratibus in cōtractu inſtitutis, an tranſmittatur.*
52 *Spes fideicommiſsi conditionalis tranſmittitur regulariter.*
53 *Nepos excluſo patruo in primogenio ſuccedit ſecundum magis communem.*
54 *Tranſmiſsio impeditur in quauis diſpoſitione vbi diſponens proprijs nominibus ſucceſſores nominauit.*
55 *Expreſsio nominis proprij tollit reſpectum aliorum ſucceſſorum.*
56 *Conſiliatio authoris noua.*
57 *Tranſmiſsio impeditur ex adiectione verborum reſtrictiuorum.*
58 *Tranſmiſsionum iura à voluntate diſponentium pendent.*
59 *Verba reſtrictiua tunc de eo caſu, diſpoſitionem limitant.*
60 *Berengarij Fernan. quæſtio adfertur in materia tranſmiſsionis & quæſtionis ortæ ex capitulis matrimonialibus.*
61 *Berengarij Fernan. opinio reprobatur.*
62 *Filius ex eo ſolo quod primogenitus, cenſetur magis dilectus.*
63 *Filius primogenitus quoad omnia prædilectus cenſetur.*
64 *Tranſmiſsio nunquam fit aduerſus veriſimilem mentem diſponentis.*

QVÆSTIO. XXV.

FIDEICOMMISSI CONVENtionalis tranſmiſsio pendente conditione decedente, quemadmodum fiat, & qua ratione; nec non text. in §. ex conditionali inſt. de verb. obliga. inſigniter declaratur.

1 PROXIMA † ſuperioribus quæſtio explicabitur, an in fideicommiſsis in capitulis matrimonialibus inſtructis, cum ſub cōditione vocatur vnus ex deſcendentibus, & ipſa pendēte moritur, vtrum in poſteros ſuos filios vel extraneos ſpem tranſmittat: vt exactè articulum expliceam,
2 † ſciendum tranſmiſsionem nihil aliud eſſe quam ſucceſsionis portogationem eiuſdem
3 naturæ, & formæ. † Vt dixit Philoſophicè Bal. in l. 3. nu. 5. C. de hæredi. inſtit. quia migrat de vno in aliud ſubiectum neque fit niſi ad hæredes tranſmittentis. Caſtr. in l. ſi quis filium n. 3. C. de inoffi. teſtam. fusè Zanchi. in repetitio. l. hæredes mei §. cum ita 4. par. nu. 188. ad S. C. Trebell. quotuplex autem ſit non

non eſt noſtri inſtituti inquirere, id ſatiſsimè Zanchi. poſt cæteros interpretes docuit in d. §. Socin. inni. & alij in l. cum filiusfamilias
4 de leg. 1. Cæterum † inter teſtamentaria fideicommiſſa, quæ verè & propriè fideicommiſſa dici poſſunt, & conuentionalia, præter aliquas differentias, quas in quæſtio. 19. poſt antiquiores adnotaui, hoc maximè intereſt, quod conditione pendente in teſtamentarijs, ſi fideicommiſſarius moriatur, ad hæredes nec etiam filios ſpem vllam fideicōmiſsi non trāſmittit regulariter l. vni. §. ſin autem aliquid ſub conditione de Cadu. Tollen. d. l. hæredes mei §. cum ita, ad Trebell. niſi ex coniecturis, & alijs quibuſdam caſibus, quos Zanchi. in d. §. cum ita memorat. 4. part. nu. 49. Socin. in d. l. cum filiofamilias & melius in d. §. cum ita Crot. Ruin. & Alciat. in l. 1. de lega. 1. Pela. tract. de maior. Hiſpano. 2. part. in princi. num. 4. & qui egregie vniuerſam materiam amplectitur ſimul & coniecturas Sfort. Odd. in tract. de compen. ſubſti. 6. par. art. 2. a num. 1. vſque ad extremum Mant. de coniectu. vlti. volunta. tit. 11. a nu. 16. multos coaceruat qui & quaſdam recenſet coniecturas Alex. Rauden. in Appendi. tract. de Analo. 1. part. a num. 180. vſque ad num. fina. vt modo alios plures prætercam eandem materiam tractantes, & inter nouiſsimos M. A. Peregrin. tract. de fideicom. artic. 31. a num. 6. vſque ad finem egregie Menochi. conſ. 200. a num. 83. 84. vbi coniecturas refert & non nullas diſſoluit. lib. 2. †
5 In contractibus tamen conuerſo ordine fit regulariter tranſmiſsio §. ex conditionali de verb. obliga. l. quoties C. de donatio. quæ ſub mod. Fab. Ange. Porti. & cæteri in d. §. ex conditionali Pau. de Caſt. in l. 1. ad finem de condi. & demonſ. Panor. conſi. 83. col. 2. Benedict. in cap. Raynūtius verbo & vxorē nu. 62. de teſtam. Zanchi. in d. §. cum ita nu. 318. Crauet. conſi. 127. num. 12. Mencha. in tract. de ſucceſsio. creatio. §. 10. num. 183. & in ſpecie ſubſtitutionis factæ in cōtractu donationis notauit Angel. in d. §. ex conditionali. Menochi. conſi. 325. num. 57. lib. 4. Berenga. Fernan. in ca. vni. de filijs nat. ex matrimo. ad morga. contract. ca. 10. nu. 9. alios inferius recenſebo.

6 Rationem † diuerſitatis inter contractus & vltimas voluntates noſtri prodiderunt quia in contractibus interuenit factum paciſcentium, conſequenter ſtipulantis volentis nedum ſibi ſed & hæredibus ſuis proſpicere, ſic gloſ. in d. §. ex conditionali & in l. ſi vxorem ad finem C. de condi. inſertis probat tex. in l. ſi pactū ff. de probatio. Zanchi. poſt antiquiores in d. §. cum ita 4. par. num. 13. Alciat. in l. ſi is qui pro emptore nu. 137. de vſuca. Alex. Rauden. conſi. 52. nu. 47. li. 1.

7 Secundam † rationem adduxere alij, quoniam in vltimis voluntatibus ideo non fit tranſmiſsio iuris conditionalis in contractibus maximè, quia in illis ius cōditionale ab vnius perſona dependet, idque imbecille, & admodum debile, in contractibus vero firmum eſt & duorum quæſitum conſenſu; hāc poſt cæteros rationem, reddit Menochi. d.
8 conſi. 325. nu. 51. ad finem. † Vaſqui. autem noſter tract. de ſucceſsio. creatio. lib. 1. §. 10. num. 183. nouam prodit rationem, quia inquit in vltimis voluntatibus nulla interuenit acceptatio partium non minus ac ſi inter abſentes pactum fieret, ideo ius nullū quæri potuit, quod tranſmitti poſsit, in contractibus interuenit pactum & acceptatio per quā ius quæritur, quod tranſmitti valet ad text. & gloſ. in l. vxorem C. de condi. inſert. Verum hæc ratio tum & ſecunda etſi alijs verbis conceptæ eædem ſunt cum prima omiſſa itaque tranſmiſsione illa quæ quandoque in vltimis fit voluntatibus ex coniecturis de qua citati à me interpretes in principio quæſtionis, quia ipſa extra inſtitutum eſt tractatus noſtri. Hanc ex contractu quæ ab illis vix tractatur examinare oportebit, & in ordinata multa ex ordine dicere.

Sit igitur regula tranſmiſsionem in ſubſtitutionibus hiſce conditionalibus in donationibus & cæteris contractibus fieri regulariter ad heredes, d. §. ex conditionali vbi gl. & Angel. ex rationibus nunc adductis, ſic Faber. Angel. Porti. Panor. Pau. de Caſt. Benedic. Zanchi. Crot. Crauet. Alexan. Raudē. Menoc. & alij à me relati in principio, quibus nunc addo in terminis ſubſtitutionis cōditionalis in donatione facta preter Angel. in d. §. ex conditionali, & Menochi. d. conſi. 225. loquentem in ſubſtitutione conditionali facta in capitulis matrimonialibus, Surd. deciſ. 144. num. 24. deciſ. 151. num. 8. & in conſi. 247. num. 6. lib. 2. conſi. 403. nu. 2. li. 3.

9 Extenditur † regula primo etiam ſi pactum foret perſonale & in perſonam ſtipulātis conceptum videatur, nam etſi perſonalia pacta perſonas paciſcentium non egrediantur l. iuris gentium §. pactorum l. ſi tibi decem §. pactum vbi Bart. & alij ff. de pact. ta-
10 men † quoniam contractus omnes ad hæredes ſunt tranſitorij iuxta ipſorum regularem naturam etiam ſi de heredibus nihil conueniat l. ſi pactum ff. de probatio. l. veteris C. de con. & comitt. ſtipula. l. viam veritatis C. de locat. Panor. in cap. fina. 1. notab. ex. de arbit. confirmat multis exemplis & iuribus Iaſſ. in l. ſi ſic ſtipulatus num. 14. de verb. obliga. Tiraq. tract. de retract. tit. 2. §. 1. glo. 6. a num. 1. cum innumeris ſequen. ſequitur vt

vt & tranſmiſsio iuris conditionalis fiat vbi pacta perſonalia videntur ex prædicta ratione & text.in d.l. ſi pactum, ſic notabiliter in terminis tranſmiſsionis reſpondit Socin.ſeni.conſil.147.num.14.li.1.& qui eam ſequitur Crauet. conſil. 127.num. 12.& in propria ſpecie in iure conditionali ex vocatione facta in capitulis matrimonialibus Menochi. conſi.325. num.67.libr.4.vbi & Bal.citat.conſi.354.lib.1.cui addendus Beret.conſi.81.num.6.7.8.

11 Secundo † extenditur regula etiam vbi filij illius, qui vocatus eſt in contractu fuiſſent poſiti in conditione, nam & ipſo caſu ad tranſmiſsionem id ſufficit, cum enim filij in conditione ponuntur tranſmiſsioni locus eſt ſic authoritate Bald.in l.1.quæſtio. 4. C. de inſti.& ſubſ. Cuman. in pleriſque illius reſponſis Socin. ſenio. Curti. ſenior. Deci. Gratia. Curti. iunio. Rub. Pariſi. Cranet. Torniel. Natt. Cæphal. Sfor. Oddo. Zanchi. Socin. iuni.& aliorum reſoluit idem Menochi.dict.conſi.725.nu.58. loquens vt modo dixi in filijs poſitis in cõditione in contractu matrimonij,& eos omnes, quos Menochi. citauit, coaceruauit & alios numero plures Ioſeph.de Ruſti. conſi. 1.nu.56.vbi latè defendit.

12 Tertio † multo magis regula procedit vbi conſtat paciſcẽtes habuiſſe reſpectum conſeruandæ agnationis & familiæ, vel quia id expreſſerunt, aut voluntas & illorum intentio ex repetita maſculinitate, & ſeu fœminarum excluſione colligitur ex deductis in antecedenti quæſtione, eo igitur in caſu fit proculdubio tranſmiſsio iuris cõditionalis.

13 † Nam ſi ratione conſeruandę agnationis, & familiæ in vltimis voluntatibus interpretes noſtri tranſmiſsionem huiuſmodi iuris concedunt, quales Deci. Iaſ.Pariſi. Ruin.Crauet.Grati. Curti. ſeni. Rub. Curti. iuni.& alij plerique quos citat & ſequitur Ioſeph. de Ruſti.d.conſil.num.57.58.59.& Meno. quem ille non citauit d.conſil.325.num.61. Zanchi.alios in d.§.cum ita num. 299. Decian.reſpon.88.num.71.lib. 2.Sfort. Odd. tract.de compend.ſubſti. 6.part. arti.2.nu. 15.Alexan.Rauden.in Appen.de Analo.1. par.num.208.209.cum alijs ſequen.quanto magis in contractibus, in quibus vt ſuperius dixi videmur in dubio nobis, & hæredibus noſtris pacto & conuentione proſpicere, Atque ideo hanc coniecturam conſeruandæ agnationis vt ex ea tranſmiſsio fiat reſpondit Meno.d.conſ.325.nu.60.61.li.4.

14 Quarto † extenditur regula vt procedat, quando niſi trãſmiſsio fieret, ſequeretur minus dilectum in ſucceſsione magis dilecto præferri aduerſus præſumptam mentẽ diſponentis l.publius §.1. de condi.& demonſ. in terminis Socin.conſ.6.li.3. Crauet in repetitio.l.cum filio familias 2.par.n.349.de lega.1.Iaſ.Pariſi.& Ruin.quos refert & ſequitur Ioſeph. de Ruſti. in commen. quan. filij poſit. in condi. lib.5. cap.3.nu.4. Zanchi.in d.l.hæredes mei §.cum ita num.333. & eoſdem à Ioſe.de Ruſti. citatos, eo præterito citauit Menoch.d.conſi.325.n. 61.& 62.admittens etiã hunc caſum in iure conditionali pendente ex contractu illo matrimonij.

15 Quinto † extenditur, vt tunc etiam tranſmiſsio fiat cum pacto adiecto in capitulis matrimonialibus conuentum fuit vt vocati nomen & arma deferrent, ex hac enim conditione coniectura ſumitur probabilis voluiſſe diſponentem agnationi proſpicere, & conſequẽter fit eo ipſo tranſmiſsio iuris cõditionalis ita Ruin.Deci.Pariſi.Curt.Rube. Socin.iuni.Boeri.Cæphal.Crauet,Zanch.& alij pleriq. quos refert & ſequitur Menoch. admittens in contractibus hãc coniecturam d.conſ.325.n.63.64.& alios plures erudite recenſuit Alex.Raudẽ.d. p.1.n.208. 209.id ipſum colligitur ex pleriſq. in ſimili caſu adiectis per Ioſe.de Ruſt.d.cõſ.1.n. 59.& 60.

16 Sexto † extenditur vt & tunc tranſmiſsio fiat iuris conditionalis, quando niſi daretur ſumma inter deſcendentes diſponentis inęqualitas reſultaret ſicut vt inferius dicam, tunc impeditur quando inęqualitas daretur, ita Zanchi.in d.§.cũ ita 4.par.n. 384.Ruin. tit.de hæredi.inſtitu.concluſ.5.nu.71.Alex. Raud.d.conſi.52.nu.48.li.1.Meno.d. conſ. 325.num.69.li.4.qui tamen niſi ſolum citat Ruin.

17 Septimo † extenditur concluſio, vt & tũc fiat tranſmiſsio ad tranſuerſales, quando ageretur de ſucceſsione tranſuerſalis, Ruin. Pariſ.Bero.Craue.& Iulius Clar.quos citat & ſequitur idem Meno.d.conſ.325.nu. 68. Alex.Raud.in d.par.1.nu.194.vbi alios.

18 Octauo † extenditur, quando diſponens digreſſus fuiſſet ad plures gradus ſubſtitutionum, hoc in caſu admittunt fere omnes tranſmiſsionem fideicõmiſsi etiam in vltimis voluntatibus Pariſi.Grat.Anchar.Gab. quos ſequitur & refert Ioſeph.de Ruſt.in d. conſi.1.nu.62. Alexan.Anchar. Curti.iuni. Pariſi.Natt.quos citat Menoch.conſi. 200. num.88.lib. 2.& licet is ibi poſt num. 118. contrarium teneat, ſuperior tamen videtur magis communis.

19 Nono † extenditur, etiam ſi in clauſula qua diſponens ſub conditione filios vel nepotes vocauit, adieciſſet verbum *ſuperſtes*, vel *ſuperſtite*. Etſi in vltimis voluntatibus ex adiectione eorum verborum impedia-

Digitized by Google

tur ſecundum multorum opinionem tranſmiſsio, quam etiam plerique communem dixerunt poſt Bald. huius ſententiæ aſſertorem in l. quidam elogio num. 22. C. de iur. delibe. Roma. Alexan. Corne. Socin. Pariſi. Ruin. Manti. Natt. & alij relati à Ioſeph. de Ruſti. dict. conſil. 1. num. 73. 74. 75. vſque ad num. 79. Cuma. Crauet. Deci. Cæpha. Burſar. Tho. Neoni. Pariſi. & Zanchi. quos citat Menochi. conſil. 200. numer. 85. libr. 2. quemquam alij plerique contrarium cenſerint, quos longa ſerie recenſuit idem Ioſeph. de Ruſt. eo. conſil. a num. 79. vbi hanc comprobat & ſequitur latè & erudite Alexan. Rauden. in dict. 1. part. a num. 201. vſque ad num. 206. attamen in contractibus caret articulus dubitatione, etſi enim his verbis reſtringi videatur diſpoſitio & conſequenter tranſmiſsio impediatur quia tamen in conuentionibus etſi perſonalibus hæredis perſona non excluditur, vt dixi multorum authoritate ſuperius in prima extenſione, fit vt adiectione dictorum verborum tranſmiſsio non impediatur ſic in terminis non minus verè quam eleganter de iure conditionali ex capitulis matrimonialibus deſcendente reſpondit Menochi. d. conſil. 325. num. 67. libr. 4.

20 Decimo † extenditur vt magis multo tranſmiſsio fiat quando ageretur de excludendo extraneo, præſumendum enim eſt diſponentem magis deſcendentes & ſuos quam extraneos prædiligere ex l. cum auus de condi. & demonſ. l. cum acutiſsimi C. de fideicom. Neque obſtant ſi quiſquam diceret ex vulgari illa propoſitione quod ſi noluiſſet diſponens dixiſſet ad gloſſ. & text. in l. vni. §. ſin autem ad deficientis C. de cadu. tollen. maxime in contractibus in quibus ommiſſum pro omiſſo habetur neque regulariter fit in his ſuppletio ad eaque fusè ex multis oſtendi quæſtio. 10. reſpondetur enim ex eo ſolo, quod diſponens in conditione poſuit deſcendentes, videtur eos prætuliſſe ſubſtituto extraneo l. Lucius ff. de hæredi. inſtitu. qui tex. ad deciſionem huius articuli aptiſsimus eſt, idque multo magis in contractibus, in quibus in conditione poſiti vocati cenſentur ex magis communi opinione de qua quæſtio. antecedenti verſic. *Quinta coniectura.* Vnde in vltimis voluntatibus in ſuperiori ſpecie communiter tranſmiſsio recipitur Bartol. in dict. §. cum ita ad finem & communem dixit Alexan. in l. ſi pater impuberis num. 3. ff. de vulgar. & in dict. §. cum ita num. 7. & iterum num. 19. poſt Alberi. ibidem in fine Socin. ſeni. num. 13. Acorani in repeti. numer. 33. Bartholo Socin. conſil. 6. libr. 3. latius Socin. iuni. conſil. 141. num. 22. libr. 2. conſil. 158. num. 57. eod. libr. Alciar. in dict. l. Lucius 2. num. 27. poſt Barbati. quem refert ff. de hæredi. inſtitu. Pariſi. conſil. 50. lib. 3. Crauet. conſil. 306. Curti. iuni. conſil. 16. & alij quos refert Alexan. Rauden. in dict. 1. part. Appendi. de Analo. num. 205. & num. 211. Sfor. Odd. tract. de compen. ſubſti. 6. part. artic. 2. num. 10. verſi. *Limitatur quinto* vbi & communem dixit etſi nihil firmet in contractibus tamen vt antea tetigi minorem continet caſus dubitationem, cum eo ipſo vocati videantur ad excluſionem extranei, ponit enim in eſſe conditio in pactis & conuentionibus dict. §. ex conditionali de verbo. obligatio. cum alijs ſupra in regula citatis.

21 Denique † in dubio ſiue loquamur in contractibus aut in vltimis voluntatibus ius tranſmiſsionis fauorabile dicitur, & ideo in dubio iudicandum tranſmiſsionē fieri Aretin. in l. cum filio familias num. 25. delega. 1. Socin. in l. qui duos num. 26. de reb. dubi. Zanchi. in dict. §. cum ita num. 212. Ioſeph. de Ruſt. in d. conſil. 1. num. 135. Menoch. d. conſil. 200. num. 89.

22 Verum † quod ius tranſmiſsionis fauorabile non dicatur neque pro eo in dubio iudicandum, tenuerunt multi quam & communem magis opinor, rationem reddunt, quia eſt ius quoddam ſpeciale aduerſus cōmunes iuris regulas introductum atq. ideo odioſum & conſequenter ſtrictam recipere interpretationem Iaſ. conſi. 201. col. 2. Crauet. in repetitio. d. l. cum filio familias num. 307. 3. part. deleg. 1. idem in conſi. 67. num. 6. Menoch. qui prædictos citat dicto conſi. 200. num. 119. idem eod. conſi. num. 112. & ante eos omnes Bal. conſ. 132. col. 2. verſic. Supereſt videre li. 2. Alciar. Socin. iuni. Crauet. Bero. Benedic. Crot. & Rube. quos citat & ſequitur Alexan. Rauden. conſi. 2. nu.
23 82. lib. 1. Ego † autem in hac controuerſia ſolitus ſum contrarias huiuſmodi opiniones ſic conſiliare vel enim agitur de tranſmiſsione, quæ fit ad deſcendentes, aut de trāſmiſsione in extraneos, priori caſu tranſmiſsionis ius fauorabile dici debet, cū potiſsimè tranſmiſsio inducta ſit, ne quiſquam debito iure naturæ fraudetur vt dixit Salice. in l. 1. num. 6. C. ad l. Iuliam de adulte. Calca. conſ. 82. num. 4. Alex. Raud. conſil. 2. nu. 74. li. 1. & conſ. 21. nu. 74. li. 1. tum quia in hac ſpecie ab vtraq. parte tam diſponentis, qui deſcendentes ſuos diligere præſumitur, vt modo dixi in decima extenſione, quam ex parte deſcendentium, quibus anteceſſorū debetur hæreditas l. nam etſi parentibus cū ſimi. de ino. teſta. fauor vertatur in

ſecundo

ſecundo caſu vbi de tranſmiſsione ad extra-
neos ageretur fauoris ratio ceſſat, proinde
reſtringenda tunc tranſmiſsio quaſi odium
contineat, verum vbicunque tranſmiſsio ex
aliquibus conceditur cauſis vel coniecturis,
non licet cauſas vel coniecturas aliunde ſu-
mere, quam ex diſpoſitione teſtatoris vel
donantis, ſicque communi omnium voto re-
cipitur Bald. in l. vni. num. 10. C. de his qui
ant. apert. tab. Crauet. in dict. l. filio fami-
lias numer. 33 t. delega. 1. Nig. Crot.
Socin. iuni. Curti. iuni. Deci. & alij quorum
communem dixit ſententiam Sforti. Odd.
tract. de compen. ſubſtitu. 6. part. artic. 2. nu-
mer. 15. ſic etiam cenſuerunt Bald. Gozadi.
Pariſi. Cornel. Ruin. Crot. Socin. iuni. Natt.
& alij plures quos ſequitur & coaceruat Io-
ſeph. de Ruſt. dict. conſil. 1. numer. 55. & in
commen. quando fillj poſi. in condi. libr. 2.
cap. 1. num. 3. 6. & 10. proinde cum diſpo-
nens tranſmiſsionem fieri voluit omnis du-
bitatio ceſſat Bald. in l. ſi pater num. 4. C.
de inſtit. & ſubſtit. Odd. vbi ſupra num. 15.
Menoch. conſil. 200. num. 103. libr. 2. Hinc
fruſtra de tranſmiſsione ageretur quando a-
deſſet vocatio diſponentis Paul. de Caſtr.
conſil. 164. lib. 1. Corne. conſil. 35. num. 16.
libr. 2. Rub. Socin. & Dida. quos ſequitur
& refert Menochi. conſil. 325. num. 53. lib.
4. alios refert idem Menochi. conſi. 106. nu.
396. libr. 2.

34 Limitanda † nũc regula eſt, primo quando
concurrerent coniecturæ contrariæ quæ trãſ-
miſsionem ex veriſimili mente diſponentis
poſſent impedire, ſicut enim in fideicom-
miſsis inducendis cõiectura fortior alteram
tollit & in quibuſcunque etiam alijs homi-
num diſpoſitionibus id ipſum recipitur l.
diuus ff. de in integrum reſtit. Bald. Marſi.
Socin. Gramma. & alij quos ſequitur Me-
nochi. in commen. de præſump. libr. 3. præſ.
104. numer. 24. ſic coniecturam tranſmiſsio-
nis altera fortior depelleret, vel vbi vnam
tranſmiſsionis duæ vel plures contrariæ la-
befactarent reſpondit Deci. conſil. 369. nu-
mer. 1. & in terminis Menochi. dict. conſil.
325. num. 66. lib. 4.

25 Limitatur † ſecundo quando coniectura-
tæ voluntati diſponentis repugnaret ratio
recti ſermonis, præualet enim rectitudo ſer-
monis & ceſſant coniecturæ vt in ſimili do-
cuit Bartol. in l. fina. num. 2. ff. ad S. C. Tre-
bell. ita reſpondit in noſtris terminis Meno.
conſi. 200. num. 100. 101. lib. 2.

26 Cœterum † animaduertendum eſſe puto,
quoniam etſi illius traditio vera ſit regula-
riter. Vbi tamen alias voluntas diſponen-
tis expreſſa vel tacita repugnaret neque diſ-
poſitio aliter quam impropiando verba ſuſ-
tineri non poſſet, tranſmiſsio fieret, neque
tunc verborum attenderetur proprietas ſed
mens & voluntas cui verba debent deſerui-
re l. 3. C. de libe. præte. l. pater ſeuerinam
§. conditionum verba de condi. & demonſt.
d. l. hæredes mei §. cum ita qui textus lo-
quitur in noſtra met tranſmiſsionis materia
vnde verba ſuperioribus in caſibus aduerſus
mentem diſponentis non attenduntur iuxta
Bartol. receptiſsimam traditionem in l. in
ambiguo de reb. dub. poſt eum Socin. qui ci-
tat text. in l. ſi alij de vſu. lega. Alexand.
Caſtren. Crauet. & plerique quos ſequitur
& refert idem Menochi. in commen. de præ-
27 ſump. libr. 1. quæſt. 26. a num. 3. Vnde † cum
teſtator vel diſponens voluntate ſua poſsit
non tranſmiſsibile efficere, vt modo dixi
in verſic. Proinde cùm diſponens & conuer-
ſo ordine vt non tranſmittatur, quod aliàs
tranſmitteretur, parum de proprietate ver-
borum curandum, dum mens illius ſuſti-
neatur, ſic in terminis tranſmiſsionis reſol-
uit Andr. Gail. obſerua. 132. num. 8. & ſe-
quen. libr. 2.

28 Tertio † limitatur in pura donatione ali-
cui facta propter benemerita affectionem,
vel ſanguinis coniunctionem, in qua nulla
filiorum vel hæredum mentio facta eſt, &
quam noluit effectum ſortiri niſi poſt cer-
tum tempus; in hac ſpecie ſi interim dona-
tarius moreretur nullum ius ad hæredes ſal-
tim extraneos tranſmitteret, maximè ſi re-
uocatio donationis fieret, egregius certè
caſus & quotidianus in quo reſpondit Me-
nochi. conſil. 288. a numer. 46. verſic. Quar-
ta & vltima dubitatio, caſum referam vt
ad illius ſimilitudinem alij decidi poſsint,
contingit Magdalenam quandam annis 25.
minorem ingreſſu monaſterij donaſſe fratri
ſuo ſcutos quatuor centum ſibi à patre cum
alia maiori quantitate relictos, voluit au-
tem donationem effectum ſortiri non poſſe
niſi ſequuta profeſsione actuali. ingreſſa mo-
naſterium ſoror, antequam tamen profeſ-
ſionem emitteret mortuus interim fuit fra-
ter donatarius, ſecuta morte donationem
reuocauit, & ex illis quatuor centum do-
natis fratri ſuo præmortuo ante conditio-
nem profeſsionis partem monaſterio de-
dit, partem vero cuidam conſobrino quæ-
ſitam fuit an ſoror reuocare donationem
potuiſſet; non enim poſſe videbatur nam
29 † cum dicatur donatio contractus inter vi-
uos l. ariſto. ff. de donatio. Alexand. in l iuris
gentiũ nu. 6. de pact. Clar. in §. donatio quæſ.
1. & contractus etſi conditionales tranſmit-
tantur ad hæredes dict. §. ex conditionali
30 cum alijs ſuperius adductis in regula † ſic
ſpes donationis conditionalis in ſuperiori

ſpecie ad hæredes fratris prædefuncti tranſ-
miſſa cenſetur, conſequenter reuocari non
potuit vt in ſimili ſpecie reſpondit Alciat.
reſpon. 99. num. 22.

31 Secundo † id ipſum comprobatur quia &
ſpes donationis factæ inter viuos tranſmit-
titur ad hæredes donatarij præmorientis l.
ſi quis argentum §. fina. C. de donatio. Bald.
conſil. 194. viſa donatione libr. 4. Iaſſo. &
Bertran. quos ſequutus eſt Rolan. conſil. 77.
numer. 12. libr. 1. Menochi. dicto. conſil.
388. num. 51.

32 His † non obſtantibus contrarium con-
ſuluit; motus ex ſequentibus. Primo quo-
niam ceſſante cauſa donationis ceſſare vide-
tur donatio, ſicut dicitur vulgo ceſſante cau-
ſa legati ceſſare legatū l. Titia §. vſuras de
legat. 2. cæterum cauſa donationis factæ fra-
tri fuit affectio quæ ceſſauit fratre mortuo,
ceſſare in conſequentiam donatio videtur.
33 Debilis † certè ratio, quoniam ceſſante cau-
ſa non ceſſat effectus quando ius fuit ſemel
redicatum l. ſi poſt mortem §. 1. l. non puta-
uit §. ſed etſi poſt mortem ff. de bono. poſ-
34 ſeſsi. con. tabu. Neq. † itidem ceſſat quando
effectus cauſæ ſemel fuit perfectus & con-
ſummatus, l. fina. ff. vnd. libe. l. inter ſtipulan-
tem §. ſacram vbi Iaſſo. 4. nota. de verb.
obliga. vt hæc & alia multa in ornatum ad-
fert Tiraquel. tract. de ceſſan. cau. limita.
11. & 12. vnde cum donatio ſemel fuerit
perfecta etſi affectionis ratio ceſſet, effe-
ctus tamen & ius donationis ceſſare non
debet.

35 Secundo † mouetur, quoniam facta do-
natione alicui & illius hæredibus, intelligi-
tur tamen vt ita demum hæredes conſequi
bona donata valeant, dum donatarius ipſe
primus donationem acquirat, quare ſi dona-
tio in perſonam primi effectum ſortiri non
poteſt, nec in hęredis perſona ſuſtineri po-
terit l. 2. C. de ino. donatio. vbi Bald. num.
2. idem conſil. 391. libr. 3. Bolog. conſil. 64.
quos refert & ſequitur Alciat. reſpon. 99.
num. 17. & Alciat. ſequitur Menochi. dict.
36 conſil. 388. num. 47. Hæc † itidem ratio fa-
cile vitari poteſt, quoniam vbi donatio ſu-
ſtineri non poteſt in perſonam donatarij
quia prohibita à iure nec in perſonam hæ-
redum ſuſtineri poterit, & in his terminis
loquitur text. in dict. l. 2. C. de inof. dona-
tio. vt de donatione inter virum & vxorem
dixit Bald. conſil. 29. lib. 1. conſil. 352. lib. 2.
& donatione per patrem filio facta Deci. cō-
ſil. 659. in fine Pariſi. conſil. 86. num. 48. lib.
3. Alciat. conſil. 442. ad finem Gram. deciſ.
103. Mantua. Sylua & alij relati per eundem
Menochi. conſil. 451. num. 32. libr. 5. at in
hac ſpecie non datur prohibitio aliqua, cum
poſsit libere frater, ſorori, vel alteri fratri
ſuo donare.

37 Tertio † mouetur Meno. quia inquit tunc
demum reſultat tacita donatio in perſonam
filiorum & hæredum ex acquiſitione facta à
patre, quando aliqua mentio facta fuit filio-
rum vel hæredum ſecus in nulla vt dixit te-
nere Bologn. conſi. 64. col. 2. verum in ſu-
periori facti ſpecie nulla facta erat mentio
filiorum nec hæredum fratris donatarij, cum
fuiſſet facta illi donatio ſimpliciter, propte-
rea ad commodum hæredis fratris, donatio-
nis effectus reſultare non poteſt. reſponde-
tur verum non eſſe argumentum & contra
iura expreſſa & communes traditiones, cum
etſi nulla hæredum vel filiorum mentio fiat
& quamquam pacta ipſa perſonaliſsima ſint
& perſonas non egrediantur, etiam addito
verbo ſuperſtes quod limitat & reſtringit
diſpoſitionem adhuc perſona hæredum nuſ-
quam excluditur, dixi multis relatis ex com-
muni ſuperius nona ampliatione.

38 Quarto † adducit reſpōſum Alciati conſi.
99. numer. 24. qui reſpondit donationem a-
licui factam ob illius benemerita & fiduciā
quam de donatario habet; non cenſeri fa-
ctam illius filijs & hæredibus donanti tem-
pore donationis incognitis erga quos affe-
ctionem nullam habet, neq. fiduciam prop-
terea præmoriente donatario, donatio cen-
ſetur reuocata & extincta, Alciat. ſequitur
idem Menoc. non tantum dicto. conſi. 388. n.
49. ſed & conſil. 84. nu. 15. lib. 1. Huic etiam
reſpondetur legatum vel donationem fa-
ctam intuitu & contemplatione alicuius per-
ſonæ extincta perſona caducam effici, dum
deficiat legatum vel donatio ante accepta-
tionem donatarij, ſecus poſt, tūc enim tranſ-
mittitur ad ſuos hęredes, cum iam ſemel
dominus fuerit effectus ſic & Barto. Panor-
mita. & Imol. animaduertit idem Menoch.
conſil. 421. numer. 51. libr. 5. Reſpondetur
39 † ſecundo, quod legatum vel donatio con-
ditionalis ſi cum liberis deceſſerit, nuſquam
bona donata ad donantem reuertuntur, ſed
ad hæredes donatarij transferuntur tanquā
bona hæreditaria niſi aliud expreſsim cau-
tum ſit, tranſmittuntur enim iura & actio-
nes ad hæredes l. ſi pactum de probatio. l.
ſecunda C. de pact. inter emptor. ita in ſpe-
cie reſpondit Crauet. conſil. 15. numer. 6.
qui & ibidem ſcribit quod niſi fiat pactum
prohibitum tranſmiſsionis ſemper fit tranſ-
miſsio.

40 Quinto mouetur † authoritate Cæphal.
conſil. 312. num. 84. 85. lib. 3. docuit quod
donatio poſt mortem donantis facta reddi-
tur nulla ſi tempore quo moritur donans
donatarius non reperitur quia iam deceſsit;
cum

Digitized by Google

cum ceſeatur donatio collata in tempus
inhabile,quo nõ extat donatarius,quod Cæ-
pha.ibi multis probat. Reſpondetur longe
diuerſum eſſe caſum illum à noſtro,cum do-
natio in hac ſpecie non fuerit collata in tẽ-
pus inhabile quamquam dilata ad aliquos
dies poſt ſcilicet profeſsionem ſororis,pro-
inde voluit illico, & moriens ſpem tranſmi-
ſit ad ſuos hæredes. Menochij traditio non
tantum ex adductis ab eo rationibus quę vi-
41 tari poſſunt adiuuatur, ſed † & quia tranſ-
miſsio potiſsimum fit ad fauorem libero-
rum tranſmittentis non hæredum extraneo-
rum iuxta tradita à Corne. conſ.180.colu.2.
lib.4. Nige. in l. 1. num.63. de leg. 1. idem
Menoch.dict.conſil.388.num.55.in fine lib.
4. & fit tranſmiſsio regulariter vbi agitur
de excludendo hærede extraneo; vt multis
oſtendi ſuperius in decima extenſione, vbi
& noue dixi tranſmiſsionem fauorabilem
eſſe vbi agitur de incluſione deſcendentium,
odioſam vbi agitur de admittendo extra-
neo. atque ideo aduerſus eam in dubio iu-
42 dicandum. Magna † rurſus eſt differentia in-
ter puram donationem & conditionalem,
pura enim tranſmitti poteſt, quia ius perfe-
cte fuerit quęſitum & radicatum, & in his
terminis loquitur text. in dict. l. ſi quis ar-
gentum §. final. de donatio. ſecus in condi-
tionali,vt & aduertit Menoch. dicto conſil.
num.52.qui ſic intelligit Bal.Iaſſ. & Rolan.
qui contrarij videbantur.

43 Hinc fruſtra † ſe ipſum fatigare video Hie-
ronym.Lauren.qui deciſio Auinio. 56. dum
hæc quęſtio in Rota illa incidiſſet, cum pa-
ter in capitulis matrimonialibus filio pri-
mogenito ſua caſtra & iuriſdictiones dediſ-
ſet,quod ſi naſceretur filia eidem primoge-
nitæ decem mille libras aſsignabat vt eſſet
ornata,dotata,& ſoluta,(ſic enim ex gallico
idiomate ille in latinum vertit)mortua filia
primogenita poſt patrem antequam nube-
ret,dubitatum fuit an ad matrem ius dictam
quantitatem petendi ab hærede,tranſmiſſe-
rit nec ne, & tandem decidit tranſmiſiſſe,
quia non fuit juxta verba gallica à donato-
re patre prolata in donatione conditio ap-
poſita vel dilata ad tempus nuptiarum ſi
igitur fuit pura donatio & vocatio expreſſa
fruſtra de tranſmiſsione diſputatur, cum ea
tantum locum habeat quando ius quod trãſ-
miſſum dicitur in perſona tranſmittentis ra-
dicatum non fuit plenè & perfectè, at ſecus
eo radicato ex d. l. ſi quis argentum §. fina.
Bald. Roland. & Menoch. quos ille non ci-
tauit.Eo magis quod in dicta deciſione & il-
lius caſu præmortuus fuerat pater donator
ſuperuiuente filia donataria, & in terminis
dictę deciſionis reſoluit eruditiſsimè Me-
noch.conſ.251. à num.28.29. cum ſequent.
multis quę non repeto.

44 Neque officit † text. in dict. §. ex condi-
tionali à quo veritas huius articuli pendet,
cum ex eo probetur ſpem conditionalis cõ-
tractus tranſmitti, & cum donatio contra-
ctus dicatur proinde & ſpem illius ad hære-
des transferri poſſe videtur: nam loquitur in
ſtipulatione & ſic in contractu vltro citro-
que obligatorio in quo vel quibus ex parte
vtriuſque res aliqua interuenit, quo in caſu
procedit text. in dict. §. & illius etiam ra-
tio, præſumendum eos ſuos voluiſſe conſu-
lere hæredibus iuxta gloſam in dict. §. &
dixi ſupra: diuerſum eſt in donatione in qua
ſola volũtas donatis ſpectatur & illius mens
an ſcilicet voluerit donatario ſolo, vel illius
etiam hæredibus. Hæc Menoch. dict. conſi.
45 num. 55. Inde † infert quod ſi aliqua men-
tio hæredum facta eſſet, voluntas donantis
colligi ex eo poſſet, vt etiam hæredibus do-
nate voluerit, proinde fieret tranſmiſsio,
vbi vero nulla hæredum mentio facta foret,
& cauſa quæ mouit donantem ad donandum
ceſſat in hærede donatarij, tranſmiſsionis
locus non erit, cum ceſſet voluntas donan-
tis, à qua facultas pendet tranſmiſsionis:
id tunc contingit: vt explicauit idem Me-
noch. dict. conſil. numer. 46. & numer. 52.
quando donator donauit ob affectionem
quam habebat ad donatarium quæ in illius
hærede non militat, vt in ſuo caſu in quo ſo-
ror donauit fratri ob fiduciam quam de eo
habebat & propter benemerita illius, quæ
46 ceſſant in hærede extraneo. Hucvſque †
Menoch. cuius etſi argutæ ſint conſideratio-
nes ad text. in dict. §. ex conditionali ve-
rè tamen non ſunt ex ſequentibus; Primo,
quoniam ſi vt ille fatetur textus in dicto §.
loquitur in contractibus, prout verè loqui-
tur, nullus certè dari poteſt qui eo ipſo non
ſit ex vtraque parte obligatarius l. labeo §.
conſtructam cum ſimil. de verb. ſignific. in-
de cum fateatur etiam donationem con-
tractum neceſſe eſt vt ex parte vtriuſque ad-
ſit obligatio. Neque officit dicere §. illum
loqui in contractibus in quibus ex parte
vtriuſque interuenit res aliqua, quia ſine le-
ge nec ratione loquitur, neque vllus apud
noſtros eſt qui ſic illius §. ſenſum intellexe-
rit, prout neque intelligi poteſt, cum poſ-
ſit quis ab alio dari quidquam vel fieri ſti-
pulari, vt in l. ſtipulationum §. ſtipulatio au-
tem, cum innumeris illius tituli ff. de verb.
obliga. & tamen ex parte vnius tantum res
vel factum verſatur, in quibus caſibus
iuxta intellectum Menoch. ad dict. §. ex
conditionali, diſpoſitio illius textus non
procederet, id vero ſupra modum cum reſ-

Digitized by Google

47 tringeret quod nullus huc vſque dixit. Dif-
ficilis certè articulus in quo putauerim ali-
ter dici poſſe, aut donatio celebratur in mo-
dum pacti cum ſtipulatione per notarium
facta & ſeu acceptatione donatarij vbi ſti-
pulatio deficit, in hoc caſu præmoriente
donàtario fieret transmiſsio quia militat ra-
tio dicti §.ex conditionali ſuperius ex gloſ.
& interpretibus tradita, aut vero donatio
facta fuit ſimpliciter & non in modum pacti
tunc tranſmiſsio impeditur, vt ſenſit egre-
gie Bartho.Socin.conſil.145.num.14.lib.1.
quem ſequitur Crauet. conſil. 127. num.12.
& idem Menochi. dict. conſil.388. num.55.
li.4. qui etſi diuerſitatis rationem non red-
dant hęc mihi vera videtur. Quando dona-
tio in ſuperiori caſu vbi non in modũ pacti
celebratur, non proprie & vere contractus
dici poteſt iuxta multorum ſententiam quos
recenſui lib.1.

48 Accedat † ſuperioribus quod donatio
pura & ſimplex tacitam in ſe conditionem
continet ſi donatarius non præmoriatur,
vnde ſi effectum non ſortitur in illius per-
ſona minusmulto in perſonis hæredem ad
l.2.C.de ino. donatio. Bald.conſil.391.lib.
3.idem Bal.in d.l.2.num.2.& conſil. 29.vo-
lum.1.conſi.252.lib.2.Bertho.Socin.conſil.
65.col.penul.lib.1.Corne.conſil. 126.num.
3.lib.1.Bologni.conſil.64.col.2.Alciat. reſ-
pon.99.num.17.& conſil.442.in fine Pariſi.
conſil.86.num.48.lib.3.Siluan.conſi. 40.nu.
20.Mantua.conſi.243.li.2.Porti. conſi.112.
num.46.Gramati.deciſio.103.num. 45.De-
ci.egregie in fortiori caſu etiam ſi iuramen-
tum fuiſſet interpoſitum conſil. 240. conſil.
536.idem conſil.659.ad finẽ, quem ſequutus
fuit dicens communem Men.conſi.84.a nu.
10.lib.1.cum igitur hæc ſit donationis vis &
illius propria natura, nihil mirum ſi tranſ-
miſsio non fiat, quę potiſsimè innititur, vt
ſuperius dixi voluntati diſponentis, qui vo-
luntatem ſuam cum iuris diſpoſitione con-
firmare cenſetur ad textum in l.hæredes mei
§.cum ita ad S.C.Trebelli. Et hæc mihi vera
videntur ad §. ex conditionali & huius ma-
teriæ declar_tionem.

49 Quarto limitatur † vbi præter tranſmiſ-
ſionem concurrent alia ſpecialia aduerſus iu-
ris diſpoſitionem, eo enim in caſu ceſſaret
tranſmiſsio ad tex.in l.1.C.de dot. promiſ.
l.ius ſingulare ff. de legi.ſic in terminis trāſ-
miſsionis reſpondit Ruin.conſi.140. nu.14.
lib.2.Bero.conſi.107.num.9.Alex. Rauden.
conſi.2.num.83.lib.1.idem tract. de Analo.
in appen.1.par.num.214. Aduertendum ta-
men quod Ruin. & Berou. loquuntur in
tranſmiſsione fideicommiſsi ex teſtamento
dependẽtis, in quo caſu ſpeciali iure fit trāſ-
miſsio d.l. vni. §. ſin autem aliquid ſub con-
ditio.de cadu.tollen.dixi ſupra in principio
quęſtionis: at in contractibus tranſmiſsio iu-
ris conditionalis non continet aliquid ſpe-
ciale, proinde vt impediretur tranſmiſsio.
vt ſuperiori traditioni locus eſſet, oporteret
vt alia concurrerent, quod non animaduertit
Alex. Rauden. dictis in locis.

50 Quinto limitatur † vbi qualitas tranſmit-
tentis non reperitur in eo qui ex iure tranſ-
miſſo ſuccedere vult, facilius enim aliquid
ceditur quam tranſmittatur l. Grantius ver-
ſic. Itemque filij C. ad l. Iuliam de Adul.
latè Zanch.in d.§.cum ita 4.part.num.475.
ad S.C. Trebellia. at qui ceſsio non fit in
non habentem eaſdem qualitates l. mulier
§.ex aſſe ff.de iur.doti.l. ſeruus ſi hæredi in
verſic. Demonſtratio perſonæ. ff. de ſtat. li-
be. l. nemo tutorum in teſta. tutel. conſe-
51 quenter nec tranſmiſsio: † Ex qua traditio-
ne pendet magnæ & inſignis quæſtionis de-
ciſio, an ſcilicet in ſucceſsionibus, primoge-
nijs & maioratibus in contractu inſtitutis,
qualitas primogenituræ ad filium tranſmit-
tatur in excluſionem patrui; vbi filius pri-
mogenitus decedit viuo patre ad ſtante fra-
tre ſecundogenito. ſi interim moritur pri-
mogenitus relicto filio, an is iure tranſmiſ-
ſionis excludat patruum fratrem ſcilicet pa-
tris ſecundogenitum quoniam ex ſuperiori
traditione videtur nepotem patruum exclu-
dere non poſſe, quia qualitas illa primoge-
nituræ quæ in perſona tranſmittentis ſpe-
ctatur, deficit in eo apud quem tranſmiſsio
fit, non enim nepos primogenitus eſſe po-
teſt: hanc quæſtionem in terminis donatio-
nis factæ in capitulis matrimonialibus mo-
uit Beren. Fernan. in dict. cap. 1. de filijs
nat.ex matrimo.ad morga.contrac. cap.10.
num. 10. Exiſtimauit ibi in fideicommiſsis
conuentionalibus non tantum habere dubi-
tationem quæſtionem, ſicut haberet in fi-
deicommiſſo teſtamentario ageretur; ratio-
52 nem reddit † quoniam ſpes fideicommiſsi
conuentionalis tranſmittitur regulariter d.
§. ex conditionali cum alijs ſupra in regula
citatis porro tranſmittens viuere cenſetur
per filiorum ſuorum exiſtentiam ad textum
in l.finali C. de impube. & paſciſcentes qui
filium primogenitum prædilexere illius
quoque filios prædilexiſſe videntur ad tex-
tum in l.cum acutiſsimi C. de fideicommiſ.
l.cum auus de condi. & demonſ. nouiſsimè
Menoch.in hac conſuluit eadem facti ſpecie
pro nobili Galcerando de Cardona aduer-
ſus illius patruum Ioannem de Cardona ſu-
per Ducato de Cardona, & in donatione etiā
facta in capitulis matrimonialibus reſpon-
ditque pro nepote aduerſus Patruum conſi.
904.num.

Digitized by Google

504. numer. 44. cum alijs ſequent. libr. 10.
53 Et † pro nepote eſt magis communis opi-
nio hodie, vt multorum ille traditione oſ-
tendi illius neque aliorum repetam funda-
menta, quoniam non alia nec vulgaris ma-
gis aut tuta quæſtio eſt vt integri libri de
ea fuerint conſcripti: hæc igitur vera eſt o-
pinio etſi nouiſsimè Surd. multis argumen-
tis contrariam opinionem defendat conſil.
403. a numer. 1. & toto ipſo conſilio libr. 3.
quamquam & ibi contrariam communem
fateatur num. 1. pleriſque ad id relatis inni-
titur ſuperiori rationi, quoniam non po-
teſt tranſmitti qualitas quæ in eo apud quē
tranſmiſsio fit deficit, & alijs etiam argu-
mentis agit quæ facile euelluntur, ſublata
nunc dicta argumentatione, quam ſic ſuſtulit
Berenga. poſt alios antiquiores, quod qua-
litas primogenituræ in contractibus maximè
tranſmittitur ex dict. §. in conditionali, id
ipſum dixit Bartol. in l. is poteſt num. 8. de
acquiren. hæredi. quem ſequuntur Paul. de
Caſtr. Aretin. & Iaſſ. ibidem & ex Ruin. &
Tiraquel. dixit communem Ludouic. Molin.
de Hiſpa. primoge. libr. 3. cap. 6. num. 38. in
quo capite hanc agitauit quæſtionem latiſ-
ſimè & iuxta hanc opinionem reſoluit com-
munem. Vera tamen eſt limitatio in his quę
tranſmitti nequeunt & multis exemplis tra-
didit Alexand. Randen. conſil. 2. a num. 66.
lib. 1. & multorum teſtimonio reſoluit Zan-
chi. in dicto §. cum ita num. 74. Surdus dicto
conſil. 403. num. 45. alios ſciens prætereo.
54 Sexto † limitatur ſingulariter, vbicun-
que diſponens ſiue in teſtamento, vel con-
tractu aut donatione nominaſſet proprijs
nominibus ſucceſſores, ex vi enim nomina-
tionis cenſetur excluſiſſe donator tranſmiſ-
ſionem, ſic in varijs & egregijs caſibus reſ-
ponderunt multi ex noſtris interpretibus
Alexan. conſil. 30. num. 2. 3. libr. 2. Ruin. con-
ſil. 127. num. 7. & conſil. 163. num. 11. lib. 3.
conſil. 144. libr. 2. Pariſi. conſil. 18. num. 65.
66. libr. 2. conſil. 37. num. 45. 49. lib. 2. Bero.
conſil. 107. num. 18. & 23. lib. 2. Porti. conſi.
8. num. 45. Gozadi. conſi. 29. col. penult. So-
cin. iuni. conſi. 14. num. 8. libr. 4. Curti. iuni.
conſil. 69. ad finem Alex. Rauden. conſil. 1.
num. 107. lib. 1. Menoch. latè conſil. 200. nu.
96. libr. 2. vbi num. 97. poſt antiquiores ra-
55 tionem reddit, † quia per expreſsionem
nominis proprij factam à donatore vel diſ-
ponente, non habetur reſpectus ad perſo-
nam ſucceſſoris l. cum ita datur ff. de condi.
& demonſt. cap. quoniam Abbas. cum vulga.
de officio deleg. Quod ille alijs comprobat
ſimilibus rationibus. Sequitur idem Alexan.
Rauden. tract. de Analo. in appen. 1. par. nu.
217. Huic tamen limitationi valide obſtant
ea quę ſuperius ex receptiori tradidi ſen-
tentia in nona extenſione, qua docui nec ex
adiectione verbi *ſuperſtes* vel *ſuperſtites*,
tranſmiſsionem impediri, cum paria ſint a-
liquem ſubſtituere ſi viuit aut ſuperſtes ſit,
vel eum nominare nomine proprio §. 1. inſ-
tit. de excuſa. tuto. §. hoc etiam inſtit. de le-
giti. agnat. ſucceſsio. cum alijs congeſtis per
Ioſeph. de Ruſt. dict. conſil. 1. num. 81. 82. at
tranſmiſsio non impeditur cum quis no-
mine proprio ſubſtituitur, vt idem Ioſeph.
Ruſt. dicto numero docet authoritate Ale-
xandr. in l. qui patri num. 13. de acquir. hæ-
redi. de Zanchi. quem citat in dicto §. cum
ita & idem cenſuerunt Bald. in dict. l. qui-
dam elogio num. 22. C. de iur. deliber. Alex.
& Zanch. quos etiam refert Menoch. dicto
56 conſil. 200. num. 99. libr. 2. Perplexus † arti-
culus eſt & ſecum ſcriptores contrariantur,
quos ſic ſolitus ſum conſiliare; aut enim a-
gitur de nominatione filiorum & deſcen-
dentium, quibus hæreditas & ſucceſsio de-
betur, & in eo caſu exiſtimo expreſsionem
nominis proprij tranſmiſsionem non impe-
dire, cum ſit iuris præſumptio teſtatorem
vel diſponentem iuris diſpoſitionem mini-
me ignorare, quia in deſcendentes filios &
nepotes tranſmiſsio fit, aut nomine proprio
extraneus ſubſtituitur, & tunc impediri
tranſmiſsionem cenſeo, Ratio diuerſitatis
inter vtrumque eſt, quia non tam fauorabi-
lis eſt tranſmiſsio extraneorum vt tranſmiſ-
ſio filiorum & deſcendentium, dixi ſupra in
verſic. Denique in dubio; vel ſecundo & me-
lius dicitur, authoritates ſuperius citatas in
hac ſexta limitatione loqui in tranſmiſsione
fideicommiſsi teſtamentarij ſecus in con-
uentionali in quo regulariter admittitur
tranſmiſsio ex dict. §. in conditionali cum
alijs in regula, adductis & docet Menoch.
d. conſi. 325. num. 67. citatus ſupra in dicta
9. extenſione.
57 Septimo † limitatur quando donator &
diſponens adijeciſſet in vocationibus verba
reſtrictiua, & limitatiua, exemplum & caſus
paucis ab hinc menſibus contigit de quo à fa-
miliari & amiciſsimo meo iuriſperito fui
interrogatus, quidam, filię ſuæ naturali mil-
le aureos, donauit & addit hæc verba, *ſub
talibus tamen pactis firma, & conditioni-
bus & non aliter, quod quandocunque deceſſe-
rit abſque filijs legitimis & naturalibus &
de legitimo & carnali matrimonio procrea-
tis, & ipſi eius filij quandocunque ſine tali-
bus filys, tunc & in his caſibus volo & ſub
huiuſmodi conditione, & vinculo dictam dona-
tionem facio, & nō aliter diſpono, quod dicti
mille aurei reuerti applicari, & reſtitui de-
beant hæredi nominando, & declarando in meo*

teſtamento poſt celebrando. Contingit filiam
naturalem deceſsiſſe acceptata donatione,
ſibi ſuperſtite Eliſabetha filia legitima, &
naturali, quæ obijt nulla relicta ſobole, por-
ro donator condidit ſuum teſtamentum, in
quo hæredem instituit Hieronymam illius
filiam legitimam, & naturalem, cui ſi ſine
liberis deceſſerit quandocunque &c. Subſti-
tuit præfatam donatariam filiam naturalem
&c. tempore quo obijt Eliſabetha donata-
riæ filia, obijt etiam Hieronyma prædicta
hæres instituta à dicto donatore, relicta ta-
men ex ſe filia Suſanna, dubitatum fuit, an
ſpes fideicommiſsi conuentionalis tranſ-
miſſa fuerit ad hæredes dictæ Eliſabethæ.
Et quidem nullam tranſmiſsionem fieri po-
tuiſſe dixi, quia donator apertiſsime tranſ-
miſsionem prohibuiſſe videbatur illis ver-
bis, *tunc & in his caſibus, & illis, non aliter
&c.* Quæ ſanè apertam mentem donatoris
indicabant volentis moriente donataria ſine
filijs, & illius filijs, ſine filijs, quod bona
donata ad hæredem ab eo in teſtamento no-
minandum reuerterentur, quam etiam do-
nationem non aliter ſe facere dixit, vnde
cum caſus euenerit quod Eliſabetha filia ab
eadem relicta deceſſerit, hæc autem obie-
rit nullis relictis filijs, ex vi prædictorum
verborum non aliter, & illis tunc & in his
caſibus &c. dicti mille aurei reuerſi fuere ad
hæreditatem dictæ filiæ legitimæ, naturalis,
hæredis ſcriptæ in teſtamento donatoris, &
licet illa obijſſet, quia tamen illius filij hæ-
redes instituti, & ſubſtituti fuerint ab eodem
donatore vulgariter, pupillariter; & per fi-
deicommiſſum in ſuo teſtamento, perinde
eſt ac ſi prædicta filia heres priori loco inſti-
tuta vixiſſet, quoad impediendam dictam
58 tranſmiſsionem: cum † enim tranſmiſsio
potiſsimè à voluntate pendeat diſponentis,
& tranſmiſsibile vt non tranſmittatur effi-
cere poſsit Gail. obſeruatio. 132. numer. 8.
libr. 2. dixi ſupra. verſic. Proinde cum diſpo-
nens; nihil mirum ſi poſsit teſtator, vel do-
nator ipſam impedire, ſic in terminis reſ-
pondit Menochi. conſil. 200. num. 98. libr.
2. vbi de his, & ſimilibus verbis reſtrictiuis
verba facit: Eo magis quod in contractibus
verba præſſe, & ſtrictè ſint interpretanda ad
textum in l. veteribus de prec. l. quidquid
adſtringendę de verb. obliga.

59 Sanè verba † illa tunc & eo caſu, & his ſi-
milia adeo reſtrictiua ſunt vt & ſubſtitutio-
nes, & vocationes reſtringant, & limitent
nedum in contractibus, in quibus fit ex pro-
pria ipſorum natura ſtricta interpretatio, ſed
etiam in vltimis voluntatibus, in quibus la-
tiſsima, dixi relatis multis quæſtio antece-
denti in verſi. Quinto extenditur.

60 Ex his † & quę in ſuperioribus tradidi,
infertur deciſio quæſtionis propoſitæ à Be-
renga. Fernan. in cap. 1. de filijs nat. ex ma-
trimon. ad morgan. contract. in prælud. cap.
10. num. 9. in verſic. Supereſt; is inquam hanc
proponit quæſtionem, quam difficilem di-
xit, an per pacta matrimonialia ſubſtitutus
tranſmittat ſpem fideicommiſsi conuentio-
nalis ad hæredes extraneos, eos qui non ſunt
de liberis ſubſtituti; exemplum & caſum
hunc propoſuit, filius ſecundo genitus ſub-
ſtiturus præmoritur ſine liberis condito te-
ſtamento, in quo vxorem ſuam hæredem in-
ſtituit, demum filius primogenitus nulla re-
licta ſobole obijt, hærede etiam vxore ſua
inſtituta, quę ex his duabus vxoribus illius
hęreditatem vindicabit; Argumentatur di-
cens videri mentem contrahentium fuiſſe,
vt prior filius liberiorem diſponendi facul-
tatem habeat, quia melioris fuerit condi-
tionis atque ideo vxor prior præferenda.
Demum pro ſecunda vxore ponderat vim
verborum & illorum rigorem pro ſecunda
facere, quoniam filius ſecundo genitus ho-
noratus fuit ſub conditione, nullo tamen
alio grauamine adiecto, vnde impleta con-
ditione diſponere potuit libere ſi ſuperui-
xiſſet, vnde exiſtimat vxorem ſecundam vi
61 tranſmiſsionis priori fore præferendam: †
ſine iure tamen lege, nec authore hanc pro-
dit opinionem, quę tamen vera non eſt ex
62 eiuſdem ratione † quia ſi filius primogeni-
tus prędilectus fuit, data paritate in tranſ-
miſsione itidem prælatus cenſetur, quoniam
à dilectione voluntas dignoſcitur dixit Bal.
conſil. 40. column. 1. verſic. In contrarium
libr. 3. vbi citauit legem ſi viua matre C. de
bon. mater. & in argumen. text. in l. fina. C.
de inſtit. & alia his ſimilia Alexan. Rauden.
63 conſil. 35. num. 99. libr. 1. † & ex eo ſolo
quod filius ſit primogenitus cenſetur in du-
bio magis dilectus, vt fuſè oſtendit Aluar.
de coniectu. men. defunct. libr. 2. cap. 3. §. 3.
numer. 1. pulchrè Hiero. Lauren. deciſio.
Auinio. 56. num. 4. & dilectus nedum quo
ad perſonam, ſed etiam quo ad reliqua, quę
ex prædilectione ſequuntur dilectus cenſe-
tur, iuxta textum inſignem in ll. ſi ita ſcrip-
tum, ff. de libe. & poſthum. in verbis. *Ita
enim ſecundum voluntatem teſtantis filius al-*
64 *tero tanto amplius habebit, quam vxor.* † Se-
cundo & illius etiam improbatur opinio,
quod tranſmiſsio non ſit aduerſus veriſimi-
lem mentem, & voluntatem diſponentis,
dixi ſupra in ſecunda extentione; at qui
veriſimile non eſt patrem donatorem ſi de
caſu cogitaſſet voluiſſe præferre vxorem
ſecundogeniti vxori primogeniti, quam
& ex eo quod vxor fuerit primogeniti dili-
gere

gere magis quam ſecundogeniti cenſetur, conſequenter prior præferenda. Tertio ad excluſionem extranei fit tranſmiſsio vt affirmant relati interpretes in extentione decima, at qui in ſuperiori ſpecie remanet vxor filij primogeniti magis dilecta, proinde in ſecundam nulla fiet tranſmiſsio. Quarto in pari cauſa potior eſt conditio filij primogeniti poſsidentis tritiſsimis iuribus, vnde & præferenda vxor illius: Alia quæ ad tranſmiſsionem ſpectant à citatis à me interpretibus colligi poterunt.

SVMMARIVM.

1 *Primogenitus vocatus in contractu matrimonij etſi ſine liberis deceſſerit grauatus fuerit bona ſecundogenito reſtituere, an ſi filius primogenitus religionem profiteatur, monaſterium ſecundogenitum excludat.*
2 *Conditio ſi ſine liberis adiecta in vltimis voluntatibus monaſterium non excludit.*
3 *Berengarij Fernandi opinio.*
4 *Verba in contractibus proprie intelligenda.*
5 *Text. in §. ſed & hoc in præſenti in auth. de ſanctiſsi. Epiſ. declaratur.*
6 *Peregri. diſtinctio.*
7 *Peregrini diſtinctio improbatur.*
8 *Donatio propter nuptias, & dos quę à patre dantur, contractus gratuiti non dicuntur.*
9 *Monaſterium an ſit loco filij.*
10 *Fictio in contractibus locum non habet.*
11 *Monaſterium in contractibus non habetur loco filij.*
12 *Monaſterium non habetur loco filij vbi verba ſunt intelligenda ad litteram.*
13 *Tiraquelli traditio improbatur.*
14 *Ludouici de Molin. diſtinctio adducitur in ea quæſtione an monachus poſſit primogenium inſtituere.*
15 *Text. in l. ſi vmquam C. de Reuoca. donatio. non procedit in monaſterio.*
16 *Interpretes quam confusè loquuti fuerint in conditione ſi ſine liberis in contractibus appoſita.*
17 *Traditio authoris noua.*
18 *Dos & donatio propter nuptias cauſam continent lucratiuam.*
19 *Dos ex parte viri cauſam continet oneroſam.*
20 *Conditio ſi ſine liberis in contractibus oneroſis per ingreſſum monaſterij non adimpletur.*
21 *In contractibus oneroſis cur conditio ſi ſine liberis per ingreſſum monaſterij non adimpleatur.*
22 *Interpretatio latiſsima fit in teſtamentis, & donationibus.*
23 *Text. in §. ſed & hoc in præſenti in auth. de ſanctiſsi. Epiſ. declaratur.*
24 *Tex. in d. §. ſed & hoc in præſenti in auth. de ſanctiſ. Episco. exorbitat à iure communi.*
25 *Rippæ reſponſum 13. num. 16. & 17. approbatur.*
26 *Monachus durante vita ſua naturali, vel monaſterium loco ipſius, an redditus fideicommiſſi ſuſcipere poſſint.*

QVÆSTIO. XXVI.

CONVENTIONE FACTA in contractu matrimonij, qua primogenitus vocatur, & grauatur ſi ſine liberis decedat bona ſecundogenito reſtituere; An primogenito religionem ingreſſo, monaſterium conditionem ſi ſine liberis faciat defficere, agitatur.

1 HÆC quoque frequens † dubitatio eſt in contractu matrimonij, in quo filius vocatur primogenitus, & ſi ſine liberis obierit ſecundo genito grauetur bona reſtituere, num ſi ille religionem profiteatur excludat monaſterium ſecundo
2 genitum filium; Nam † etſi in vltimis volũtatibus receptior ſit opinio ex adiectione conditionis ſi ſine liberis monaſterium non excludi cum habeatur loco filij, cap. in præſentia de probatio. auth. niſi rogatus C. de fideico. §. ſed & hoc in præſenti in auth. de ſanctiſsi. Epiſco. Barto. in auth. ingreſsi nu. 52. de ſacro. Eccleſi. Bart. Bald. Alber i. Sali. Ange. & alij in auth. niſi rogatus & in auth. ſi qua C. de ſacroſ. Eccleſi. vbi Caſtren. num. 8. latiſsimè Ripa poſt cæteros in §. ſi quis rogatus ad S.C. Trebel. Iaſſ. in l. pactum nu. 3. ff. de pact. Alciat. in l. Gallus §. & quid ſi tantum num. 7. de libe. & poſth. Rub. in l. Titia Seio §. imperator num. 224. delega. 2. Panor. in d. ca. in pręſentia num. 36. Felin. num. 29. Deci. num. 190. vbi & Bero. ad vtramq. agit Alex. Corne. Capra. Bartho. Socin. Calderin. Porti. Guid. Papæ: & alij numero plures, quos egregie coaceruauit regulam conſtituens cum decem limitationibus, & multis etiam coniecturis, quibus voluntas percipitur teſtatoris excludere volentis monaſterium Sfor. Odd. tract. de compen. ſubſtit. part. 6. artic. 6. dubi. 2. a num. 6. cum ſequen. in verſic. Regula igitur eſt, à quo fere omnes nouiſsimi poſt paucis additis eaſdem mutuarunt traditiones, quales Gutier. in pract. Canoni. quęſtio. capi. 32. aliqua Lud. Molin. de Hiſpan. primo. lib. 1. cap. 13. num. 68. & lib. 2. cap. 9. num. 38. & alij plures Michael Craſ. libr. ſuo ſententia. §. fideicommiſſum queſt. 42. a num. 1. & ſubſequen. pręſtitit id ipſum eruditè Menoc. lib. præſump. 4. pręſump.

ſump.83.caſus duos diſtinguens,coniecturas
quc deducens.Prolixe & poſt hos nouiſsimè
Peregrin.tract.dc fideico.arti.28.a num.58.
cum ſequen. multis. Hic caſus non pertinet
ad inſtitutum quæſtionis noſtræ, in qua de
donatione agimus, & ſic contractu inter vi-
uos,quem quotidianum nullus huc vſque ex-
actè explicauit, quod non ſemel admiratus
3. ſum: Hunc † ergo articulum in eiſdem ter-
minis donationis factæ in capitulis matri-
monialibus propoſuit, de quo etiam ſe in
facto conſultum fuiſſe dixit Beren. Fernan.
in d. cap. 1. dc fili. nat. ex matri. ad morga-
na.contract.in prælud.capi.10.num. 10.ver-
ſic. Alia dubitatio, vbi ſcribit,quod etſi mo-
naſterium habeatur loco filij,quia tamen in
contractu matrimonij filius primogenitus
grauatus fuit ſi ſine liberis ſecundo genito
4 reſtituere,& in † cõtractib', in quibus verba
propriè & verè interpretanda ſunt, monaſ-
terium non habetur loco filij citat Bald. in l.
filium in 1. lectu. ff. de his qui ſunt ſui, vel
ali.iur.Iaſſ.in l.pactum inter hæredem ff. de
pact.& in l.quæ de legato de lega.1. proinde
in hac ſpecie monaſterium non faciet defice-
re conditionem illam in fideicommiſſo con-
uentionali adiectam ſi ſine liberis.Hac non
ſatis perpenſa ratione decidit quæſtionem
propoſitam, & in eiſdem terminis donatio-
nis factę in capitulis matrimonialibus & ea-
dem ipſa ratione adducta per Beren.reſpõ-
dit in vna Aragoniæ Rolan.à Vall. conſi.58.
num.60.lib.3.& in eiſdem etiam terminis in
altera eiuſdem Aragoniæ conſuluit addu-
cens eandem rationem Tiber. Decian.reſ-
5 pon.41.num.34.libr.1.Cui † tamen ſenten-
tiæ ex diametro repugnat text.in d.§.ſed &
hoc in præſenti, qui expreſsim loquitur in
donatione facta ſub dicta conditione in cõ-
tractu matrimonij. *Si quis* (ait Iuſtinianus)
*ſub conditione nuptiarum,aut ſuſceptorum fi-
liorum vel dotis, aut antenuptialis donationis
gratia,vel donauerit, vel reliquerit filijs ſuis
aut cuicunque alij perſonæ, vel hæreditatem,
vel legatum, aut ſi initio pure ipſis relinquit,
poſtea vero ſub vna memoratarum conditionũ
ſubſtitutione aut reſtitutione eos prægrauet:
iubemus vt ſi mares aut fœminæ, qui talibus
conditionibus obnoxij ſunt, monaſterium in-
grediantur, aut clerici Diaconiſſæ ve, aut aſ-
cetici fiant, iſtius modi conditiones inualidæ &
pro non ſcriptæ ſint:* huc vſque §.ille.Quo cõ-
ſtat conditionem ſi ſine liberis adiectam in
donatione facta in cõtractu matrimonij de-
ficere per ingreſſum monaſterij. Idipſum cõ-
probat tex.in dict. auth. niſi rogatis, quæ de
prompta fuit a d. §. ſed & hoc in præſenti.
Difficilis articulus ad quem vtinam alij me
priores attendiſſent.

6 Nouiſsimè † M. A. Peregrin. d.artic.28.
num.67.& 68. verſic. Rurſus quia obiter ta-
men conſtituit differentiam inter conditio-
nem ſi ſine liberis adiectam in vltima volũ-
tate, & ſeu contractu gratuito donationis
parificando hos duos ſimul caſus, & condi-
tionem prædictam poſitam in cõtractu one-
roſo,vt duobus caſibus prioribus conditio ſi
ſine liberis deficiat donatario monaſterium
ingrediente, ſecus in extremo; Rationem
ſcripſit, quoniam cum in contractibus verba
ſint propriè interpretanda, & ſtrictè etiam
intelligenda,conditio illa de filijs veris non
fictis qualia monaſteria ſunt, intelligẽda eſt.
citat Anto.de Burri. Bald. Panormi. & Ti-
7 raquel. Verum † neq. hæc opinio arridet,
8 quoniam † donatio propter nuptias, & dos
quæ à patre datur filiæ non dicuntur contra-
ctus gratuiti,cum debeat ſuo in caſu pater fi-
lio donationem facere antenuptialem ſal-
tim vſq. ad concurrentem legitimæ quanti-
tatem: neq. dicatur contractus hic omnino
gratuitus, quia aliàs non valeret inter patrẽ
& filium, cum tamen valeat, quia iure ipſo
naturali, & ciuili impellitur pater donare fi-
lio contemplatione matrimonij, vt potius
debitum naturæ perſoluere, quam volunta-
rie facere credatur, l. Pomponius Philadel-
phus ff.fami.hercif. dixi multorum authori-
tate hoc lib.quæſt.9.id ipſum magis in dote
verificatur,quã patres coguntur filiabus præ-
ſtare l. qui liberos cum ſimi.de Rit.Nuptia.
vnde non recta parificatio videtur de vlti-
mis voluntatibus ad dotes,& donationes ob
nuptiales,de quibus loquitur tex. in d.§.ſed
& hoc in præſenti,nõ enim donationes om-
nino gratuitæ dici poſſunt, ideo donationes
ob cauſã dotis,vel donationis propter nup-
tias non indigent inſinuatione, quia nõ pro-
priè ſunt donationes dixi ex communi hoc
libro quæſtio.21.

9 Tiraquel.porrò in repetitio. † l.ſi vnquã
verbo *ſuſceperit liberos* C.de reuo.donatio.
num.42.43. cum ſequen. eam agitans quæſ-
tionem,an monaſterium cum ſit loco filij ef-
ficiat vt donatio reuocetur per ingredien-
tem, ac ſi filios ſuſcepiſſet iuxta diſpoſitio-
nem d.l.ſi vnquam, opinatur indiſcrimina-
tim & ſine vlla diſtinctione non reuocari do-
nationem per ingreſſum ex tex. in §. illud
iuncta glo.in auth.de mona.in quam ſenten-
tiam citauit Alberi. Aretin. Iaſſon. Capra.
10 Felin. Ripa. & Curti. Mouetur † præcipuè
quia fictio non habet locum in contractibus,
in quibus fit propria & ſtricta interpretatio
iuxta Specul. Bal.& alios,quos recenſet,dixi
11 fusè quæſtio.26.ſubinde infert num.46.in †
contractibus monaſterium non haberi loco
filij, ſed tantum in vltimis voluntatibus ex
ſenten-

ſententia Specul. Ricar. Anto. Salicet. & Iaſſ.
præterea nec in vltimis etiam voluntaribus,
niſi in caſibus in iure expreſsis vt inibi do-
cet, & cæteri omnes à me relati in principio
12 quæſtionis idipſum aſſirmant. Simile † ad-
duci poterat quod ſtante ſtatuto, vel lege
municipali pro vt in Aragonia vt verba ad
litteram & prout iacent debeant intelligi, in
huiuſmodi ſpecie conditio ſi ſine liberis ad-
iecta, nedum in donationibus, & contracti-
bus, ſed etiam in vltimis voluntatibus mo-
naſterium excludet, quoniam dicitur fictus
filius non verus & diſponens, qui ſe cum ſta-
tutis conformare præſumitur de veris filijs
non fictis intellexiſſe cenſetur, quemadmo-
dum in terminis docuit Bald. in cap. in præ-
ſentia num. 18. de probatio. Feli. ibi nu. 66.
Alex. Barba. Iaſſ. & Aemelian. quos refert &
ſequitur Menoch. præſump. 83. nu. 48. lib. 4.
13 Tiraquel. † tamen traditio tam generalis
vera non eſt, quæ expreſsim aduerſatur tex-
tui in d. §. ſed & hoc in præſenti, qui in con-
tractu dotis, & donationis propter nuptias
loquitur, & in alijs relictis ſub conditione ſi
ſine liberis, nam monaſterij fauore nõ ſcrip-
tam voluit haberi conditionem: neque ille
huic §. quidquam reſpondit prout nec reſ-
pondere poteſt, cum loquatur in contracti-
bus: quamquam & in caſu d. l. ſi vmquam il-
lius ſequor & communem opinionem, non
ratione ab eo adducta, quæ ex d. §. confuta-
tur, ſed quia d. §. & d. cap. in præſentia, ſimul
& dicta auth. niſi rogati, ſunt iura exorbitã-
tia à regulis iuris communis, proinde niſi in
caſibus à iure expreſsis non procedunt vt
modo dicebam.
14 Ludo. Molin. † tracta. de Hiſpa. primog.
lib. 2. cap. 9. num. 50. 51. in illa quæſtione an
monachus poſsit primogenium inſtituere,
tres caſus diſtinguit num. 38. *Vel inquit mo-
nachus fecit primogenium antequam monaſte-
rium ingrediatur, vel poſt ingreſſum monaſ-
terij, & ante profeſsionem, vel poſt profeſsio-
nem, demum poſt in verſic. Si autem num. 50.
51. ſubiungit, ſi vero maioratus ex contractu
inſtitutus fuit, dicendum eſt quod ſiue a cogi-
tante de ingreſſu vel ab illo, qui de ingreſſu nõ
cogitabat inſtitutus fuerit, ex ingreſſu mona-*
15 *ſterij non reuocabitur; diſpoſitio † namq. l. ſi
vmquam C. de reuocan. donatio. quæ inquit ex
ſuperuenientia liberorum donationem reuoca-
ri, non procedit in monaſterio, vt notat Alberi.
in d. l. ſi vmquam cuius opinionem ſequutus
fuit Ripa. ibi quæſtio. 34. num. 92. Tiraquel.
qui plura in eadem l. in verbo ſuſceperit libe-
ros num. 37. cum ſequent.* hucvſq. ille, qui il-
lico diſtinguit aliter vt ibi per eum: vnde &
Molin. exiſtimauit in contractibus conditio-
nem ſi ſine liberis non deficere propter in-
greſſum monaſterij; Et tamen vt dixi dicto
§. ſed & hoc in præſenti in cõtractibus loqui-
16 tur: Confuſe † admodum interpretes noſtri
hucvſque loquuti ſunt in his, quæ ad condi-
tionem ſi ſine liberis appoſitam in donatio-
nibus, & contractibus pertinent, nulla vſi di-
ſtinctione inter dotis & donationis propter
nuptias contractum, & inter alios, opinantes
in contractibus cum ſint verba ſtrictè intel-
ligenda conditionem illã non deficere prop-
ter ingreſſum monaſterij bonorum capacis
(ſic enim intelligendi ſunt) in communi. cũ
tamen directo contradicat rex. in d. §. ſed &
hoc in præſenti: & in d. auth. niſi rogatus.
17 Vnde ipſe † præter alios omnes noue ani-
maduerto conſtituendam eſſe differentiam
inter contractus deſcendentes ex cauſa lu-
cratiua, & alios habentes cauſam oneroſam;
18 contractus † dotis, & donationis propter
nuptias, de quibus loquitur rex. in d. §. ſed &
hoc; ex parte filiæ recipientis dotem, & filij
donationem propter nuptias, cauſam conti-
nent lucratiuam l. 1. §. lucratiuas de impo. lu-
cra. de ſcrip. lib. 10. C. & relatis multis id ip-
ſum ſcribit Phanu. de Phanu. in commen. de
19 lucr. dot. glo. 8. à num. 1. licet † ex parte viri
dotem recipientis cauſam oneroſam conti-
nere videatur, quod non ſemel in ſequenti-
bus quæſtionibus animaduertã ſimiliter hæ-
reditates, & legata in teſtamẽto relicta cau-
ſam continent lucratiuam d. §. lucratiuas, &
tam dotis dationem, quam donationem ob
nuptialem, ſimul & hæreditates, & legata re-
licta complectitur d. §. ſed & hoc in præſen-
ti, vnam in his omnibus regulam conſtituens
vt liberorum ſiue nuptiarũ conditio in præ-
dictis caſibus pro non ſcripta habeatur, qui
tamen omnes cauſam continent lucratiuam,
neque id ſine maximo miſterio factum fuiſ-
20 ſe credendum. In † contractibus vero onero-
ſis feudi, Emphiteoſis, & ſimilibus diuerſum
creditur; nam in his conditio ſi ſine liberis
per ingreſſum monaſterii non adimpletur vt
ſcripſerunt Bald. Specul. Anton. de Butri. &
alij, quos citauit Peregrin. d. arti. 28. nu. 68.
& in eiſdem terminis loquitur Iaſſ. in d. l. pa-
ctum inter hæredem & in d. l. quæ delegato,
& cæteri relati à Tiraquel. in d. l. ſi vmquam
21 Afflict. deciſ. 83. num. 13. 14. Differentiæ †
ratio eſt quoniam in contractibus oneroſis ſi
ſine liberis per ingreſſum monaſterij adim-
pleretur, maximum inde præiudicium con-
cedenti feudum vel Emphiteoſim redunda-
ret, quia nuſquam res ad dominum reuerte-
retur, vt conſiderauit obiter & veluti per
tranſitum Peregrin. vbi ſupra num. 68. & cla-
rius infra num. 69. ad medium. Hęc ipſa ra-
tio in contractibus gratuitis, & habentibus
cauſam lucratiuã ceſſat, credit enim ius eum,
qui

Digitized by Google

qui gratis dedit, vel in vltima voluntate reliquit, qualemcunq. euentum liberorum, ſiue veri fuerint filij vel ficti (qualia monaſteria) cogitaſſe : Adeſt enim liberalitas dantis in gratuitis, qui non tam preſſe ad hanc filiorũ differentiam reſpexiſſe videtur vt in contractibus onerosis, in quibus liberalitatis, &
22 gratuitæ conceſsionis ratio ceſſat. Ratio † rationis vera, & genuina eſt, quia in teſtamẽtis, & donationibus fit latiſsima interpretatio, propterea ſiue loquamur in vltimis voluntatibus, ſiue loquamur in datione dotis, vel donationis obnuptialis, de quibus vt dixi loquitur text. in d. §. ſed & hoc in præſenti, appellatione filiorum lato vocabulo monaſterium etſi ficte contineri poteſt, donationes enim latiſsimè interpretandæ ſunt, ſimul cum illarum verbis cap. cum dilecti ex. de donatio. vbi Panormit. & cæteri omnes Angel. Zabarel. Deci. & alij plures relati per Tiberi. Decian. reſpon. 41. num. 113. 114. vbi & exẽplis egregie oſtendit. Vnde quemadmodum in vltimis voluntatibus non dicitur ſine filio, aut hærede (idem enim eſt vt probe poſt antiquiores aduertit Peregri. ſupra num. 67. aduerſus Alciat.) decedere, qui monaſterium ingreſſus eſt d. cap. in præſentia, ſic in donationibus, & gratuitis contractibus.

23 Rurſus † conſiderandum eſt tex. in d. §. ſed & hoc in præſenti non dicere monaſterium haberi loco filij, vel hæredis, vt dixit tex. in d. cap. in præſentia, ſed tantum ſtatuit conditionem pro non adiecta habendam, idque vt interpretes ſuperius relati aduertunt, ne retrahantur á religione accipientes: Quare inaduertenter Tiraquel. Rolan. Tiberi. Decia. & Beren. Fernan. ad probandum in donationibus filijs factis ſub conditione liberorum non venire monaſteria, rationem adiungũt, quia in contractibus appellatione filiorum non veniant filij ficti, quoniam d. §. in donatione loquitur, ſed non eam reddit rationẽ, volens conditionem pro non ſcripta haberi, at pro non ſcripta haberi, vel pro adimpleta, longa eſt differentia vt omnes vident, prior enim ratio priuationem, altera actum, & adimpletum præſupponit, & hæc eſt ipſa veritas.

Vt igitur quæſtionem quam propoſui in principio capitis reſoluam, exiſtimo in donatione facta in capitulis matrimonialibus cum conditione prædicta includi monaſteria, & loca pia iuxta diſpoſitionem tex. in d. §. ſicut & in vltimis voluntatibus; vel quia habetur pro non adiecta vt voluit §. ille: vel quia appellatione liberorum in contractibus, & actibus gratuitis cauſam lucratiuam habentibus, in quibus fit latiſsima interpretatio, veniunt monaſteria, & ſic filij ficti, iuxta diſpoſitionem tex. in d. cap. in præſentia.

Verum in terminis proprijs dictæ quæſtionis noſtræ, in qua fuit vocatus ſecundogenitus ſub conditione ſi ſine liberis primogenitus decederet, opinor veram eſſe ſentẽtiam Berenga. non ex ratione ab eo adducta, quæ ex ſuperioribus manifeſtè conuincitur, ſed quia fuit primogenitus qualitate expreſſa primogenituræ vocatus, & ſi ſine liberis illi ſubſtitutus ſecũdogenitus; & vno ore
24 omnes affirmant, & rectè diſpoſitionem † tã dicti §. ſed & hoc, quam authen. niſi rogati, & cap. in præſentia : fore exorbitantia a regulis iuris communis, & propterea non extendi ad alios caſus vel ſpecies, quam in dictis iurib⁹ expreſſas vt docuit glo. in d. auth. niſi rogatus, & gloſ. in d. cap. in pręſentia, quam poſt multos aute ipſum authores ſequitur Felin. ibi num. 57. ad finem Deci. nu. 62. Ripa. in d. §. ex facto §. ſi quis rogatus num. 37. Fulgoſi. conſil. 53. col. 1. vbi ſcribit ante dicta iura §. ſed & hoc, tex. in d. auth. niſi rogatus & d. cap. in præſentia, conditionem nuptiarum & filiorũ per ingreſſum monaſterij nõ inualidatas fuiſſe, proinde in ſuis terminis recipiendas, vt iurium correctio quantum poſsibile ſit vitetur, iuxta l. præcipimus C. de appellatio. cum vulga. & ſupra citatos interpretes. refert, & ſequitur Peregrin. d. articu. num. 59. & ſequentibus comprobat innumeris, Tiraquel. in d. l. ſi vnquã verbo ſuſceperit liberos nu. 45. 46. Gutier. in d. cap. 32. num. 45. Sfor. Odd. d. articu. 6. Menoch. d. præſump. num. 86. Vnde perperam doctores noſtri quales Bald. Iaſon. Panormit. Anto. Felin. Pariſi. Salice. Pela. Molin. & Pariſi. quos refert, & ſequitur Gutier. d. cap. 32. num. 56. adiungunt ad declarationem d. §. ſed & hoc in pręſenti. quod cũ monaſteria filij ficti dicantur, & fictio niſi in caſibus in d. §. expreſsis locum habeat, proinde extendi ad alios caſus non poterit, nam licet tex. in d. cap. in præſentia id dicat, tex. tamen in d. §. ſed & hoc, non id dicit, ſed tãtum conditionem pro non adiecta haberi vt & id ipſum ſuperius animaduerti.

25 Eandem † ipſam opinionem noſtram, quã cum Berengario in d. ſpecie approbo ex ante dicta ratione quod caſus noſter diuerſus ſit a caſu d. §. ſed & hoc proinde non extendendus ad alios; comprobatur ferè in terminis authoritate Ripæ in reſpon. 13. num. 16. 17. docuit is vocatione facta de ſecundogenito vbi primogenitus caſu aliquo non ſuccedit, ſi filius ſecũdogenitus clericus efficiatur, in hac ſpecie tertiogenitum eſſe admittendum multis ab eo illo reſponſo rationibus adductis; hac pręcipuè quia ex vocatione

ſecun-

ſecundogenti videtur diſponẽs habuiſſe reſpectum ad conſeruationem ſuæ familiæ, & deſcendentium, quæ per clericos; & monachos ſuſtineri non poteſt; quæ conſideratio in his donationibus, quæ fiunt in capitulis matrimonialibus hodiernis temporibus eſt maximi momenti, quia vt plurimum attendunt paſciſcentes ad conſeruationem bonorum in familia, præcipuè vbi donantur caſtra, & loca inſignia, & res magni valoris, digne vt inter deſcendentes cõſeruentur, vt dixi authoritate Guido. Pap. quæſtio. 13. hoc lib. Quare nedum in contractibus; & donationibus familiæ conſeruandæ ratio efficax eſt coniectura ad excluſionem monaſterij, ſed & in vltimis voluntatibus eadem ipſa ab omnibus recipitur, vel quando id expreſsim dixit vel tacitè ſubſtituendo filios filiorum maſculos vt poſt Ripam tradit ſingulariter Sfor. Odd. d. articu. 6. num. 25. 26. verſicu. Prima coniectura eſt. Menoch. d. præſum. 83. num. 45. poſt Rip. Deci. Pariſi. Dida. Padil. & alios ab ipſo citatos. Vnde Didac. lib. reſolu. 1. cap. 19. num. 11. relatus ab eodem Menoch. egregie ſcripſit in tuitionem huius noſtræ opinionis, In conſtitutione primogenituræ rationem monaſterij non haberi cum familiam ob quam primogenituræ inducuntur per monaſterium conſeruari nõ poſsint, ſed omnino extingui.

Quod ſi quiſpiam ſuperiores à nobis adductas conſiderationes non recipiat ſed adhærere vellit rationi Berengar. quia in contractibus ſtricta fiat interpretatio, & ideo in hiſce donationibus non veniant filij ficti vti monaſteria, duos alios in eiſdem terminis donationis factæ in capitulis matrimonialibus authores ſummæ grauitatis ſectatores habebit à nobis, & non alijs relatos Rolan. d. conſ. 58. num. 60. lib. 3. & Tiberi. Decian. reſpon. 41. num. 34. lib. 1. quos citaui in principio quæſtionis, qui ambo in duabus Aragoniæ conſuluerunt.

Coniecturæ autem multæ ab ſcriptoribus recenſentur, quibus monaſteria excludi voluerunt, quas vti egregie digeſtas ab Sfor. Odd. & latius Menoch. d. prælu. alios ſciens prætereo.

26 Extremo † inquiri poſſet an monachus durãte vita ſua naturali, vel monaſterium interim redditus percipere poſsit, & poſsidere, in qua quæſtione conſulendi Barto. Bald. Corne. Didac. Manti. Crot. Ruin. Alexan. & alij, quos citat Peregrin. dicto artic. 28. num. 81. & Ludo. Molin. qui latè tractat. de Hiſpano. primoge. lib. 1. cap. 13. num. 68. cum ſequenti.

SVMMARIVM.

1 *Primogenitus vbi fuit vocatus in capitulis matrimonialibus; cum qualitate habilitatis, de qua habilitate verba ſint intelligenda.*

2 *Eligendi facultate conceſſa, ſuum hæredem in capitulis matrimonialibus, quis, qualis, & quando eligi poſsit remiſsiue.*

QVÆSTIO. XXVII.

VOCATO PRIMOGENITO habili in capitulis matrimonialibus, quæ ſub his verbis habilitas requiratur: Rurſus data in eiſdem eligendi ſuũ hæredem facultate, quis, qualis, & quãdo eligi poſsit remiſsiue.

1 PRIMOGENITVS † ſæpius in capitulis matrimonialib⁹ vocari ſolet dum habilis ſit; inquirendum nunc, quę habilitas ſit, de qua cõtrahẽtes loquuti fuerunt. Nam cum inhabilitas ex defectu corporis tum etiam animi contingere poſsit, vel ex defectu corporis, & animi ſimul, videndum an vnum ex his ſufficiat. Verum quoniam quæſtio hęc, & quæ ad ipſam pertingunt paſsim per ſcriptores adducantur, ne etiam longius quam par ſit tractatus noſter augeatur; videndi ad nauſeam vſque, de hac controuerſia Berenga. in cap. 1. de fili. nat. ex. matri. ad morga. contrac. cap. 10. à num. 13. verſic. Dubitari etiam ſolet. Egregie Ludoui. Molin. de primog. Hiſpan. lib. 1. cap. 13. à num. 1. Pela. tractat. de maio. Hiſpano. 2. par. in prin. cum multis ſequen. Bur. de Paz. quæſtio. 3. à num. 1. vt modo alios prętercam innumeros antiquiores ab his relatos.

2 Vulgaris † itidem quæſtio proponitur, & quæ per omnium manus circumfertur vt integri de ipſa ſint conſcripti tractatus: An facultate eligendi vnum ex filijs conceſſa, poſſit quilibet eligi; quomodo electio facienda, quando, & quemadmodum expiret, cum innumeris ad hoc inſtitutum quæſtionibus: quę non paruum caperent tractatum: Hęc latiſſimè Bartol. vbi poſt eum alij in l. vnum ex familia & in §. ſi de falcidia vbi Segur. de lega. 2. Berenga. in dict. cap. 1. de filijs nat. ex matrimo. cap. 9. à num. 1. latiſsimè Ludoui. Molin. de primoge. Hiſpano. lib. 2. cap. 4. & 5. Pela. de maio. Hiſpa. part. 1. quæſt. 71. & 72.

Aluarad. de coniectu. men. defunc. lib. 2. cap. 2. Simon. de Pręt. de interpre. verbo. vltima. volunta. lib. 3. inter. 3. dubio. 3. ſolu. 3. Menoch. conſil. 158. lib. 2. Surd. conſil. 369. lib. 3.

lib.3.Bur.de Paz.quæſt.3. à num. 49. Alex. Rauden. tractat. de analog. cap. 35. aliqua Cance.lib.3.reſolu.cap.7.num.373.

SVMMARIVM.

1 *Probibitio alienationis in contractu facta impedit ipſam etiã in cauſam dotis, vel donationis propter nuptias.*

2 *Probibitio alienationis facta in vltima volũtate, non compræhendit cauſam dotis, vel donationis propter nuptias. Et quare. Et cur ſecus in contractu.*

3 *Probibita alienari de iure communi, in cauſam dotis, & donationis propter nuptias alienari poſſunt.*

4 *Dotium priuilegijs per quæuis verba, etſi generalia derogatum non cenſetur.*

5 *Clauſula non obſtantibus non tollit priuilegia inſerta in corpore iuris.*

6 *Clauſula non obſtantibus non tollit priuilegia inſerta in corpore iuris, tunc maximè cum fuerunt conceſſa perſonæ aliàs priuilegiatæ.*

7 *Lex generaliter loquens cauſam dotis compræbendit ſpecialiter in illo caſu non priuilegiatam.*

8 *Probibitio alienationis ab ſtatuto facta, dotis cauſam non compræbendit, & quare.*

9 *Statutariæ diſpoſitiones magis accedunt ad naturam vltimarum voluntatum, quam contractuum.*

10 *Viduitatis iura in Aragonia, etiam in bonis vinculatis vindicant.*

11 *Conſtitutionis Regiæ Catbaloniæ incipientis. Hæc noſtra vera declaratio.*

12 *Vxor vidua relicta in Catbalonia, etiam in bonis vinculatis vſumfructum conſequitur.*

13 *Conſtitutiones Regiæ Catbaloniæ, veræ leges dicuntur non autem ſtatuta, & quare.*

14 *Dotis fauore bona inalienabilia, alienari poſſunt.*

15 *Maritus cui beneficium à lege conceditur, deducto ne egeat, an illud ipſum illi detur in rebus vxoris vinculatis, quæſtio noua latè examinatur.*

16 *Beneficium deducto ne egeat competens marito, eſt de appendicibus matrimonij.*

17 *Statuto ſtante quod præmoriente vno ex coniugibus alter certam dotis partem lucretur, ſuperſtes ipſam lucrabitur etiam in bonis vinculatis.*

18 *Fideicõmiſſum reſtituẽdũ deducto ære alieno.*

19 *Maritus, qui promiſsit illico poſt mortẽ vxoris reſtituere dotem, non ideo videtur renũciaſſe beneficio, deducto ne egeat.*

20 *Maritus, & vxor adinuicem paciſci poſſunt de lucrando certam portionem ſuper eorum bonis etiam vinculatis.*

21 *Statuto ſtante quod præmoriente vno ex coniugibus ſuperſtes lucretur certã portionem dotis, lucrabitur ipſam in bonis fideicommiſſo ſubiectis.*

22 *Pactum inter virum, & vxorem de lucranda certa portione in bonis fideicommiſſo ſubiectis, valet, & quomodo id intelligendum.*

23 *Pacta quæ fiunt in contractu matrimonij, ſunt quæ gaudent illius priuilegijs, ſecus ea, quæ poſt, & quare.*

24 *Pacta de dote lucranda an fieri poſsint in bonis feudalibus, & Emphiteoticis.*

25 *Probibitio alienationis, quæ fit in vltima voluntate, non impedit alienationem, quæ in cauſam dotis, vel donationis propter nuptias fit.*

26 *Probibitio alienationis in contractu impedit alienationem, quæ fit ex cauſa dotis, vel donationis propter nuptias ex Accurtij opinione communi.*

27 *Opinio communis gloſ. in l. nulla C. de iu. do. ſuſpecta.*

28 *Mens coniecturata etiam in conuentionibus attendenda.*

29 *Probibitio alienationis in contractu facta nõ differt ab ea quæ in vltima voluntate.*

30 *Probibitio alienationis in contractu facta, & capitulis matrimonialib⁹, ſaltim quoad deſcendẽtes nullam implicat probibitionẽ alienationis, quæ fit ex cauſa dotis, vel donationis propter nuptias.*

31 *Donans in prioribus nuptijs filijs illius matrimonij, ſi mortua vxore poſt nubat, poteſt obligare bona ſecundæ vxori, non obſtante priori donatione.*

QVÆSTIO. XXVIII.

PACTA, VINCVLA, ET FIDEIcommiſſa, quæ fiunt in capitulis matrimonialibus in fauorẽ primogeniti, vel deſcendentium, An impediant dotis, vel donationis propter nuptias conſtitutionem, vel reſtitutionem aduerſus diſpoſitionem tex. in authores quæ C. com. de lega. vtilia multa.

1 GLOSA inſignis † in l. nulla in verbo prohibitum. C. de iu. do. quæ ſupra modum ab antiquis commẽdatur, docuit expreſsim, prohibitionẽ alienationis in cõtractu factam ita alienationem ipſam præſtringere vt nec in cauſam dotis, vel donationis propter nuptias (tantopere à legiſlatoribus priuilegiatam) poſsit alienatio fieri.

2 Huius rei rationem † interpretes noſtri illic, & alibi in locis nunc citandis tradidetunt; Quoniam quòd in cauſam dotis, vel dona.

donationis propter nuptias, alienatio fieri
in vltima voluntate poſsit de rebus fideicõ-
miſſo ſubiectis, iuxta diſpoſitionem text. in
d.auth.res quæ C. com. delega. prouenit ex
coniecturata mente defuncti, quem veriſimi-
le non eſt voluiſſe ſuos deſcendentes innup-
tos remanere; Quaſi videatur diſpoſitionem
ſuam cum iuris communis diſpoſitione con-
iunxiſſe, noluiſſe ſcilicet cœlibatum inſtitue-
rẽ vt liberis melius ciuitatés repleantur. ad
text.vulga. in l.1. ff. ſolut. matrimo. in con-
tractibus ceſſat hæc ratio, cum in illis præ-
ſumpta ſiue coniecturata illorum mens ceſ-
ſet, nam in conuentionibus verba preſſe, &
ſtrictè interpretentur vt ſonant, & quod
omiſſum in illis ſit pro omiſſo habendum
cenſeatur l.veteribus ff. de pact. l. quidquid
aſtringendæ de verbo. obligatio. gloſæ tra-
ditionem ſimul cum relata ratione ſequuti
ſunt Cin. Bald. & Salicet. in d. auth. res quæ
Alexan. in l. filiusfamilias §. diui delega. 1.
vbi Iaſſ. in 1. lectura num. 67. & 69. & in 2.
num. 103. delega. 1. Opiz. num. 34. Crot.
num. 65. Claud. nu. 22. idem Iaſſon. in auth.
res quæ num. 25. & 32. vbi Curti. iunior. nu.
25. Tiraquel. qui alios in tractat. de retract.
quæſt. 61. per totam ex nouiſsimis Peregrin.
tractat. de fideic. articul. 42. num. 58. Hiſpa-
ni. Ioan. Lup. vir eruditiſsimus in repe. rub.
de dona. inte. vir. & vxor. §. 16. à num. 1. cum
ſequent. Loaz. in d. §. diui. num. 33. Padili. in
d. auth. res quæ num. 116. Burg. de Paz. conſi.
9. Ludo. de Molin. tracta. de primog. Hiſpa.
lib. 4. cap. 16. num. 11.

Nullus autem ex noſtris explicite, & lu-
culenter articulum hunc explanauit; vt au-
tem poſthac clariſsimus ſit quatuor inſpe-
ctiones conſiderandas fore animaduerto.

Prima, ad iuris communis diſpoſitionem
pertinet, vtrum lege, & iure communi alie-
nari prohibita, in cauſam dotis, vel dona-
tionis propter nuptias alienari poſsint.

Secunda, quid in ſtatutaria diſpoſitione.

Tertia, quid in vltimis voluntatibus.

Quarta, quid in conuentionibus, & pactis
quibus contrahentes inuicem paciſcuntur de
re aliqua non alienanda, eam vinculo ſubij-
ciendo.

3 Circa primam † inſpectionem vbi iure
communi aliqua prohibentur alienari, vbi
fundus dotalis prohibente lege Iulia, & in
cæteris caſibus quos recenſet gloſ. vbi cæteri
in l. fin. verbo, ſiue lex. C. de reb. alie. non
alienan. nulli dubium eſſe poteſt, præter-
quam in rebus ſacris, alienationem, quæ ex
cauſa dotis, vel donationis propter nuptias
fit, non contineri huiuſmodi legali prohibi-
tione. d. auth. res quæ & in corpore vnde ſu-
mitur, l. mulier §. cum proponeretur ad S.C.
Trebellian. quæ iura licet loquantur in pro-
hibitione alienationis facta per teſtatorem.
Quoad cauſam tamen dotis & donationis
propter nuptias parificantur prohibitio le-
gis, & teſtatoris d. l. fina. C. de re. alien. non
alienan. omnes in d. §. diui. & in d. auth. res
4 quæ. Cum † enim ſit dos ſummopere priui-
legiata, per quæcunque verba à iure ipſo pro-
lata, non cenſetur tali priuilegio derogatum
gloſ. Bart. & alij in l. hæres abſens ff. de iudi.
& in auth. qua in prouincia C. ibi de Crim.
agi. opor. Eſt enim ibi & alibi receptiſsima
5 traditio, per clauſulam. Non † obſtantibus
quibuſcunque priuilegijs, non fore ſublata
priuilegia inſerta in corpore iuris. l. decurio.
vbi Plat. de Silentia. lib. 12. Co. & hanc opi-
nionem poſt Caſtren. & Iaſſon. ab eo rela-
tos, refert communem nouiſsimè Petrã. tra-
ctat. de poteſ. princi. ad finem. ſub rub. de
clau. non obſtan. quid valeat, &c. num. 11.
ſic in terminis noſtris docuit eruditè Ioan.
Lup. in rub. de do. int. vir. & vxor. §. 16. num.
6 10. ad finem. vbi ſingulariter addit, tum †
maximè traditionem procedere quando pri-
uilegium inſertum in corpore iuris, eſt alias
conceſſum perſonæ priuilegiatæ: Quia tunc
per generalem clauſulã derogatoriam pri-
uilegiorum, & cum clauſula, etiam ſi de eis
mentio fieri debeat, &c. Non intelligitur
derogatum priuilegio perſonæ alias priuile-
giatæ: quod dicit ibi aureum, & ſingulare:
Cæterum an verum ſit examinare extra inſ-
titutum tractatus eſt; & repugnat diſpoſitio-
ni. tex. in l. in fraudem §. fina. ff. de teſta. mi-
li. & his, quæ Peregrin. tractat. de fideicom.
7 articul. 42. num. 65. vbi ſcripſit ex † alijs à ſe
relatis, legem generaliter loquentem cau-
ſam dotis comprehendere ſpecialiter non
priuilegiatam in illo caſu: Niſi dicamus Lu-
pi traditionem intelligi, caſu, quo perſona
in illo eodem caſu fuerit priuilegiata.

8 Circa ſecundam † inſpectionem, vbi ſta-
tuto res alienari prohibeatur, exiſtimat om-
nes prohibitione huiuſmodi ſtatutaria non
eos contineri, qui in cauſam dotis vel dona-
tionis propter nuptias alienant: Quia cum
in ſtatuto militet eadem ratio communis li-
berorum, & matrimonij, & ne retardentur
homines à nuptijs, ſine quibus orbis & vrbes
perirent, eadem diſpoſitio vindicare debet.
Sic egregie antiquitus in vna huius Hiſpa-
niæ citerioris decidit Alberi. in 1. part. ſtatu.
quæſtio. 144. Is docuit quod ſtante ſtatuto
Regis Aragoniæ per eundem Regem iura-
to, quod aliqua immobilia Regni per eun-
dem Regem alienari non poſsint, cum ta-
men donaſſet Rex multa oppida, & caſtra,
& poſt illius mortem primogenitus voluiſ-
ſet ipſa recuperare, quod non valuerit do-
natio

natio obſtante ſtatuto,& iuramento, multis oſtendit Alberi. donationem valuiſſe ratione dotis, vel donationis propter nuptias, quę de rebus alienari prohibitis fieri poteſt in dictas cauſas. Aperte innuens diſpoſitionem dict. auth. res quæ procedere etiam in bonis per ſtatutum alienari prohibitis. Hãc Alberi. traditionem extollit vt mirabilem Ioan. Lup. in dict. §. 16. num. 1. ad medium poſt Barba. Ambroſi. & Iaſſon. ab eo relatos, & citatis Bartol. Alberi. & alijs aſſerit communem Opiz. in dict. §. diui. num. 138. 9 vbi Loazi. num. 135. rationem reddunt, † quoniam ſtatuta potius accedunt naturæ vltimarum voluntatum quã contractuum. Ripa. in eodem §. num. 71. Roma. Plot. Hiero. de Tor. Deci. Natt. & Curt. iunior. quos refert & ſequitur nouiſſimè Petr. tractat. de fideicom. quæſt. 8. num. 444. communem dicens. Et relatis Anchar. Curt. ſenior. Rip. Hieron. Loaz. Opizo. & Petra. Peregrim. tractat. de fideicom. articul. 42. num. 65. Tiraql. tractat. de iu. primo. quæſt. 61. à num. 1. & 2. & quibuſdã alijs relatis Portole. olim Ilerdæ condiſcipulus noſter, in Schol. ad Molin. §. viduitas num. 47.

Ex hac receptiſſima traditione non pauca eademq. vtiliſſima inferuntur.

10 Primum, quod cum ex † Aragoniæ legibus vidua relicta ius habeas viduitatis ſuper bonis mariti, vſumfructum ſcilicet, & alia quidam iura, vt per eundem Molin. in dict. verbo. viduitas. Etſi iure communi in rebus alienis, nec vſusfructus, aut ſeruitus conſtitui poſsit, poterit tamen maritus in bonis ſuis, etſi fideicommiſſo ſubiectis viduitatem in capitulis matrimonialibus promittere futuræ vxori fauore dotis & ſeu ſuo in caſu donationis propter nuptias, ne à nubendo homines retrahantur, quod facilè contingeret, ſi ius hoc viduitatis in illo Regno deficeret. Cum ferè in omnibus Regnis tum vlterioris, quam citerioris Hiſpaniæ, caſtra, oppida, dignitates Regię, & Baronię arctiſsimo ſubiaceant fideicommiſſo; atque ita obſeruari in illo Regno teſtatur poſt Molin. Portole. in Scholijs ad eum vbi ſupra num. 47. & in tract. de conſor. cap. 46. num. 1. 20. 22.

11 Secundo infertur † genuina, & notabilis declaratio Regiæ conſtitutionis noſtræ, incipientis, hac noſtra, titu. diſſol. lo. matrimo. quæ vult mortuo marito poſſe vxorem poſſeſsionem conſequi rerum mariti illico, & fructus itidem ſuos facere, donec integre de dotibus ſuis fuerit exoluta, & ſuis iuribus dotalibus; etiam ſi fructus rerum mariti excederent dotem, & licet ex fructibus poſſet ſibi in vno anno ſatisfacere; quam conſtitutionem dixi ego hoc libro quæſt. 36. infra fore aduerſus ius diuinum, & humanum; ſed data illius validitate, & obſeruantia pro vt inconcuſſe obſeruatur; An poterit mulier in bonis mariti vinculatis hoc ipſum conſequi, vt ſcilicet fructus ſuos faciat, qui ad alium poſt mortem mariti ratione fideicommiſsi pertinere debent, quam quæſtionem in ſuis reſolutionibus tetigit Cancer. lib. 1. cap. 9. num. 104.

12 Et licet † videatur mulierem non poſſe, quia in rebus alienis nec ſeruitus, aut vſusfructus conſtitui poſsit, vel deberi quod notiſsimum eſt, & animaduertit idem Portole. vbi ſupra attenta tamen ſuperiori ratione ne matrimonia impediantur, quod facilè cõtingeret, ſi mulieres hoc carerent beneficio, (maximè quod omnia ferè caſtra, oppida, & loca nobilium ſint reſtitutioni obnoxia) tutius eſt aſſirmare mulierem relictam etiam de bonis vinculatis, & reſtitutioni obnoxijs, fructus ſuos facere; Et animaduertit idem Portole. poſt alios practicos Regni Aragoniæ, licet in diuerſo caſu dict. loco num. 47.

13 Secundo † quia ſiue conſtitutiones noſtræ Regię vt ſtatuta conſiderentur, quod non rectè ſenſit Canceri. cum ſint leges, & ius commune in tota hac prouincia, & vt tales condantur à Catholico Rege noſtro cum interuentu incolarum Regni dixi hoc libro, quæſtio. 27. num. 16. Et nunc addo traditionem quã omnes indiſcriminatim ſequuntur, ſtatuta ſcilicet accedere magis ad vltimas voluntates quam ad contractus, dixi ſupra verſicul. Rationem reddentes, &c. Conſtitutiones autem noſtræ Regiæ accedunt magis ad naturam contractuum, quam vltimarum voluntatuum, quia ſunt pactionatæ omnes inter Regem, & populos vt eſt notiſsimum; propterea Rex, niſi de conſenſu populorum nequit eas condere, vel iam factas abrogare. Igitur cum ſint ius commune ſicut de iure communi cauſa dotis ſemper cenſetur excepta illius fauore; ita in hoc caſu, & ſpecie, conſtitutio Regia noſtra bona vinculata comprahendet: id ipſum ſi cõſideremus conſtitutiones noſtras vt ſtatuta ex ſuperius traditis.

14 Tertio † quoniam cum in detrimentum perpetui fideicommiſsi ratione dotis, vel donationis propter nuptias poſsint bona aliqua alienari, & ſubduci. l. mulier §. cum proponeretur ff. ad S.C. Trebellia. & dict. auth. res quæ 1. multo magis fauore eiuſdem dotis licebit mulieri, donec ſibi dos ſoluatur retinere interim bona mariti vinculata: quoniam præiudicium hoc temporale tantum eſt donec ſibi dos ſoluatur, & iura dotalia, atque ideo cum præiudicium ſit temporale minus atten-

Digitized by Google

attendendum, vt in ſpecie viduitatis legum Aragoniæ animaduertit, & rectè idem Portoleſi.vbi ſupra num.49.

His omnibus & aliæ rationes adiungi poſſunt,quas erudite tradit Ioan. Lup. in dict. §.16.Et ita in facti contingentia fuit aliquãdo iudicatum in hoc ſacro Senatu. Neque differentia aliqua conſtituẽda inter dotem & donationem propter nuptias,quoniam ad paria iudicantur d.auth. res quæ C.communia deleg.l. cum multę de donati. ant.nupti. Co.dixi fusè ſectio. 1. quęſt.8.num.244.

15 Tertio infertur † ad reſolutionem quæſtionis,quam hucvſque ab aliquo nec motam, nec tractatam vidi,vt cum de iure communi, & regio noſtro, marito poſt vxoris mortem competat beneficium deducto ne egeat, & ne conueniatur niſi in quantum facere poteſt: vulga.l.ſi maritus cũ latiſsimè ibi per omnes ff.ſolu.matrimo.Quid ſi forſan dos ipſa mulieris vinculata foret,quia in caſtris,oppidis, & rebus prætioſis conſiſteret;An in præiudicium fideicõmiſſarij vti poſsit maritus hoc beneficio. Noua quæſtio de qua paucis ab hine diebus quidam inſignis iuriſperitus huius vrbis me interrogauit, quia ipſam in facto haberet,dicens diligentiſsimè ab eo cõquiſitam,reperire non potuiſſe;cui pollicitus fui me eam plena manu tractaturum.

Videtur igitur maritum tali beneficio gaudere non poſſe; quoniam vt in ſuperioribus ſcripſi,nullum ius, nulla ſeruitus,aut vſusfructus in rebus alienis conſtitui poteſt. At mortuo fideicommiſſario eo ipſo dominium in ſequentem tranſit ipſo iure, cui vtilis rei vindicatio competit l. quoties C. de dona. quæ ſub. mo. Deci. conſil.31.num.61. Menochi.qui alios conſil.58.num.30.Crauet.& alij quos citat Peregrin. tractat. de fideicom. articul.42. num. 61. & articul.1. num. 16. vbi Socin.Bertran.& alios adfert, igitur in præiudicium ſequentis fideicommiſſarij, & vocati, maritus huiuſmodi beneficio gaudere non debet.

Contrariam opinionem ex multis tenen-
16 dam fore arbitror : Primo † legale hoc beneficium à iure communi inductum, reſpicit fauorem matrimonij,& eſt de appendicibus dotis,vnde cum omni iure ſiue communi, & ſtatutario cauſa dotis, & illius fauor exceptus cenſeatur vt ſupra dicebam, ita fiet vt & hoc ipſum beneficium exceptum videatur à dotis reſtitutione.

17 Secundo,ſtante ſtatuto † quod præmoriẽte vno ex coniugibus alter lucretur certam dotis partem, vel donationis propter nuptias, nedum hæc portio debebitur ex bonis liberis,ſed & ex bonis vinculatis,& fideicõmiſſo ſubiectis. ex magis communi de qua infra: vnde magis multo hoc gaudebit beneficio maritus cũ nihil lucretur ex dote, ſed tantum fruatur, ne interim in contemptum prioris coniugij mendicare cogatur: Et cum ſit præiudicium temporale minus conſiderandum vt dixi ſupra in verſ. Tertio quoniã.

Tertio vbi ſolent iniri pacta inter virum, & vxorem de lucranda certa portione dotis in caſu præmorientiæ vnius ex coniugibus, ſuperſtes nedum lucratur in bonis liberis, ſed & in reſtitutioni obnoxijs,ex receptiſsima de qua mox.

Quarto, ſi maritus hoc beneficio priuaretur cum vt dixi dotes, quæ in caſtris, & oppidis conſiſtunt, & alijs rebus immobilibus prætioſis,vt plurimum ſint vinculata ab antiquo, etſi non ſic vinculentur à parentibus cum filias nuptui tradunt in his Regnis,matrimonia impedirentur proculdubio, hoc autem quantum fuerint deteſtati legislatores ex ſuperioribus liquet.

18 Quinto † accedat nõ parum efficax ratio, quia fideicõmiſſum & illius bona reſtituẽda ſunt deducto ære alieno l.ſucceſſorẽ vbi Bal. & alij C.ad l.falcid.atqui lucrũ legale quod cõſequitur maritus poſt mortẽ vxoris detrahitur tamquã æs alienũ cõtractũ obligatione legali ex neceſsitate, quod quidẽ alienũ æs ortũ videtur ordine intellectus iam à principio cõtracti matrimonij,& cõſtitutæ dotis à patre,qui voluiſſe videtur id quod ius ipſum cõmune vel ſtatutariũ loci, cũ quibus voluntatẽ, & diſpoſitionẽ ſuã coniunxiſſe cẽſetur, ad ea quæ omnes in l. hæredes mei §.cũ ita, & alibi ſæpe ff. ad S. C. Trebel.cũ latè à me
19 congeſtis hoc libro, vnde dixit egregie † Surd.deciſ.132.n.22.quod maritus, qui illico poſt mortẽ vxoris promiſit dotẽ reſtituere, non videtur per hanc promiſsionẽ renũtiaſſe beneficio ſuo, ne conueniatur niſi in quantum &c. Bal. in hanc adherens ſententiã.Ruin.& alios.vbi & eodẽ nu. 22. ad inſtitutum noſtrum.poſt Alex.Iaſſ.Imo.Roma. Corn.Deci.Ruin.Alciat. Lup. & Rolan. affirmat,maritum, qui dotem reſtituere promitit poſſe deducere partem ſibi ab ſtatuto delatam. Sicut nec hæres,qui promiſit ſoluere legata, videtur renuntiare quartæ falcidiæ.idem Surd.d.deciſ.nu.21.vbi rationem ex Alciat.& alijs reddit,quod nuſquam promiſſor,neq. alius cenſetur renuntiare in dubio beneficio quod ſibi à lege defertur; aut ſtatuto ꝙ ille inibi latius proſequitur: Hanc rationẽ quã modo ſupra tradidi in terminis & puncto reddit Craue.conſ.186.nu.12. qui cum eandem multis comprobet ſimilibus ad eum lectorem reijcio.

Et eſt maximè conſiderationis quod in noſtro caſu præiudicium ſubſtituti eſt tem-

porale, nec etiam afficit proprietatem ſed vſumfructum tantum.

20 Sexto, & † huc pertinet quod multis, & efficaciſsimis rationibus reſpondit Crauet. dict. conſil. 186. á num. 4. maritum poſſe cum vxore ſua conuenire in capitulis matrimonialibus, de lucranda certa portione dotis, etiam ſi dos ipſa vel maior pars foret fideicommiſſo ſubiecta, vt & nos paulo infrà dicemus. Et hoc fauore dotis, & matrimonij: maiori certé ratione licebit marito gaudere hoc beneficio legali deducto, ne egeat in bonis vxoris etſi fideicommiſſo ſubiectis.

Septimo & vltimo opitulatur quod Portoleſi. docuit tracta. de conſorti. cap. 46. nu. 20. poſſe mulierem tradere viro in dotem bona conſortio ſuppoſita ante ipſorum diuiſionem, & pactum cum marito celebrare, quod ipſa prædecedēte, maritus partem ſuā lucretur, & id ipſum marito cum vxore. authoritate tex. in l. ante diuiſionem. C. de iu. doti. vbi glo. Bal. & Salice. quam opinionem ille inibi latius probat.

Ex quibus mihi probabilis ſit noſtra opinio, in noua hac quæſtione: Maritum hoc legali gaudere beneficio in bonis vxoris etſi vinculo ſuppoſitis. fauore matrimonij, cum proculdubio nulla impedirentur cum viri intelligerent ſe hoc beneficio gaudere nō poſſe in dote vxoris vinculata etſi contrarium fuerit deciſum in hoc Senatu aliquando, ſed minus bene.

Quarto infertur, ſtante ſtatuto, vel lege
21 municipali quod prædecedente vno † ex cōiugibus ſuperſtes certam dotis portionem lucretur, maritum vel vxorem ſuperſtitem hanc conſequi portionem etiam in bonis fideicommiſſo ſubiectis, quod ſcripſi ſed obiter hoc libro. Rationem reddunt interpretes, quia cum vt plurimum bona mariti vel vxoris ſuppoſita ſint fideicommiſſo, niſi lucrum hoc ex bonis vinculatis exigi poſſet, matrimonia & illorum fauor impedirentur in magnum Reipublicæ detrimentum. Huius traditionis author eſt Bald. in dict. auth. res quæ, num. 4. & num. 28. Caſtren. num. 4. Crauet. dict. conſil. 186. num. 4. 7. 16. Phanu. tractat. de lu. dot. gloſ. 10. num. 58. Portoleſi. in dictis commenta. num. 47. ad finem. & tractat. de conſor. cap. 46. num. 20. 21. vbi alios. Roland. tracta. de lu. do. quæſt. 58. á nobis citatus in ſuperiori loco. Sic comparatum eſt, quod ſtante ſtatuto, quo caueatur bona in foranſes alienari non poſſe, fauore tamen dotis id permitti: vt authoritate Anchar. Curt. ſenior. Rip. Opizo. & aliorum ſcribit Peregrin. d. artic. 42. nu. 63.

22 Quinto infertur, † valere pactum inter virum & vxorem in capitulis matrimonialibus cōtractum, in quo vxor cum marito vel, è conuerſo cōueniunt de lucranda certa portione in rebus ipſorum fideicommiſſo ſubiectis: Rationem reddunt interpretes eandem, quam in ſuperioribus ſcripſi: Niſi enim huiuſmodi pacta, & conuentiones concederentur vix mulieres viros nec è contra reperirent; ita facilè matrimonia impedirentur in maximum orbis, & vrbium detrimentum. Bald. conſil. 79. num. 4. lib. 1. conſil. 77. num. 2. lib. 4. & alij plures quos recenſet Ioan. Lup. dict. §. 16. num. 1. & 2. & ſequen. Pechi. tractat. de teſt. coniugu. lib. 1. cap. 6. Ruin. conſil. 179. num. 5. lib. 2. Roland. dict. quæſt. 58. fusè Crauet. dict. conſil. 186. á nu. 4. vbi erudite ſicut ſolet. Petr. tractat. de fideicom. quæſt. 8. num. 353. & 365. Portoleſ. in citatis commenta. num. 48. & tract. de cōſor. cap. 46. num. 20.

Quam illationem ego intelligerem in his locis vbi ſimilia pacta, & conuentiones fieri ſolent, cum ſolita fieri conſideranda ſint. ad tex & quæ omnes ibi in l. certi condictio. §. ſi nummos de re. credi. vbi Iaſſon. & alij l. quod ſi nolit. §. quia aſsidua de edeli. edict. Aliàs videretur pactum in fraudem ſubſtituti, & illius odium, ex his quæ tradit Deci. in conſil. 186. Peregrin. dict. artic. 42. num. 63. verſic. Item limita cum conſuetudo.

Declaranda ſunt autem ſuperiora quibuſdam modis, ne forſan aliqui incauti offendant. Primo intellige ſuperiora, niſi dentur alia bona libera præter fideicommiſſo ſubiecta, ſtantibus enim bonis liberis, nec quarta vigore ſtatuti debita, aut lucrum conuentum in caſu præmorientis alterius ex coniugibus extrahendum non eſſet ex bonis fideicommiſſo ſubiectis, ſed ex liberis: Nam & bona fideicommiſſo ſubiecta, ita demum pro dotibus obligari, & alienari poſſunt, cum deficiunt bona libera. l. pater filium ff. delega. 3. dict. auth. res quæ vbi Caſtren. num. 5. Curt. num. 12. Molin. de Hiſpan. primoge. lib. 4. cap. 7. num. 2. qui alios. Cor. Pariſi. Alexan. Iaſſon. Ioſeph. Ludoui. Bellon. Phanu. & multi quos refert Portoleſi. tractat. de conſor. cap. 46. num. 14. verſicul. Sed hæc reſolutio intelligenda. Et hæc traditio dubitationem nullam recipit.

23 Secundo declaratur † notabiliter, cum pacta, & conuentiones fiunt ante contractum matrimonij, vel in ipſo contractu, ſecus ſi poſt. quoniam cum eo in caſu ceſſet fauor matrimonij, conſequenter, & diſpoſitio in cuius fauorem illud fuit inductum. egregie Portoleſi. dict. cap. 46. num. 22. vbi docuit quod licet fauore matrimonij ſuper bonis conſortij in Aragonia poſsit fieri pactum de lucranda certa portione dotis, tamen poſt

contra-

contractum matrimonium,minime,quia ratio ſauoris ceſſat. quod probat authoritate Molin. Et vera traditio eſt licet nihil adſe-tat Portoleſi. quam & iuribus & traditionibus confirmari hoc libro, quæſtio.6.nu.14. vbi ſcripſi quod pacta,& conuentiones, quæ tolerantur fauore matrimonij aduerſus iuris diſpoſitionem, ita demum vim habent ſi ante contractum, vel in ipſo matrimonio fiant,ſecus ſi poſt.ex tex.in cap.quamuis pactum,in verbis, dum nuptui traderetur, de pact. in 6.

24 Tertio † declarantur ſuperiora ne procedant in bonis feudalibus, & Emphiteoticis, nam in his in præiudicium domini directi huiuſmodi pacta fieri nō poſſent Ioan. Lup.dict.§.16. num. 3. & alij, quos refert Portol. in dictis Schol. num. 48. latius Peregrin.tracta.de fideicom.artic.42.num.63. vbi tamen eleganter limitat, niſi conſuetudo aliter ſe haberet, vel niſi bona illa feudalia, & Emphiteotica redacta forent ad inſtar patrimonialium, quemadmodum in hoc Principatu vt non ſemel dixi.

25 Circa tertiam † inſpectionem cum in vltima voluntate alienatio fieri prohibetur: apertiſsimum eſt ipſa prohibitione cauſam dotis non contineri. text. apertus in dict. auth. res quæ, & dict. §. diui. Et quoniam de materia hac innumeræ prodierunt repetitiones, & tractatus, ne tem toties actam,agam ad communes locos reijcio lectorem.

26 Ad quartam † inſpectionem,non dubium eſt glo.in dict.l.nulla.C.de iu.do.communiter fore approbatam, vt ſcilicet prohibita alienatione in contractu, vel capitulis matrimonialibus alienatio in cauſam dotis, vel donationis propter nuptias fieri non poſsit, ex multis, quos citaui ſupra num. 1. de qua

27 communi † non parum dubito; Si quidem ratio communis, qua ferè omnes qui illam ſequuntur, mouentur, vera non eſt: dum aiunt in contractibus nullam ad mentem,ſeu voluntatem contrahentium rationem habendam eſſe, cum in illis pręſſe verba in-

28 telligenda ſint, & ad litteram: Nam † in conuentionibus non tam verborum, quam mentis contrahentium ratio habenda eſt. quemadmodum ex receptiſsima relatis à me innumeris authoribus,& argumentis oſtendi hoc lib. quæſtio. 20. à num. 1. dum ſcripſi coniecturas in contractibus efficere, vt de vno ad alium caſum, de vna ad aliam perſonam extenſio fieri poſsit, ea non repeto. Et in hac ſpecie Roland.conſil.58.num. 34. qui in vna Aragoniæ ſic reſpondit. Decian. reſponſ.31.num.34. lib.1. alios refert Portol. in dictis Schol. num. 59. dicens ſic per aduocatos eruditiſsimos Aragoniæ reſponſum. hoc idem dixit antea num. 58. vbi citauit Roland. Decian. Bero. & reſponſa quædam eruditiſsima aduocatorum illius Regni, vbi & aſſerit ita fuiſſe non ſemel iudicatum, & rectè vt mihi videtur; Nullam-

29 que † quoad caſum dotis, vel donationis propter nuptias differentiam cōſtituendam, cum idem ipſe matrimonij fauor vtrobique militet. Et non immerito aliqui ab illa

30 communi diceſſerunt: Saltim † communis opinio intelligenda eſt, ne procedat in conuentionibus factis in capitulis matrimonialibus, vbi conuentione coningum alienatio fuit interdicta fauore primogeniti, vel aliorum deſcendentium; In qua ſpecie veriſsimile eſt coniuges contrahentes de poſteris ſuis cogitaſſe, neque ipſos odio habere voluiſſe; & ſic ipſorum intuitu ne innupti remaneant, tacitè voluiſſe vt in cauſam dotis, vel donationis propter nuptias alienatio fieri poſsit, propter dotandi obligationem, quæ tranſit in deſcendentes,vt poſt Caſtren. & Iaſſon. reſoluit Petr. tractat.de fideicom. quæſtio. 8. numer. 444. & alijs relatis idem Portole.dict. loco. numer. 55. 56. & ab hac opinione vti vera, & æqua non eſt diſcedendum ſecundū quam iudicatur in his Regnis.

Alia quæ ad has pertinent conuentiones repetenda ſunt ex his, quæ in ſecunda dixi inſpectione.

Ex his quæſtio quam in facto vidi termi-

31 nari poteſt.Dederat † quidam vir nobiliſsimus in contractu matrimonij bona ſua primogenito dedit is mortua vxore, & relicto primogenito conuolauit ad ſecundas nuptias, & pro ſecuritate dotium vxoris ſecundæ obligauit omnia bona ſua, mortuo ipſo relicta vxore ſecunda ſuperuiuente, dotes, & iura dotalia repetente, quæ in hoc Regno ſolita ſunt dari puellis maritatis, dubitatum fuit an ea conſequi poſsit. Dubitationem faciebat donatio pręcedens in fauorem primogeniti facta, & in contractu matrimonij ex his, quæ in ſuperioribus dixi: Mihi autem contrarium viſum & in terminis reſpondit ferè Celſus noſter conſil.53.& in fortiori caſu ex his, quæ ille pulchre adduxit.

Et vltra dicta ab eo euidenter confirmatur ex eo, quod ſi aliàs diceremus fieret vt prætextu huiuſmodi donationis, vel prohibitionis mariti vxore priori præmortua iterum nubere non poſſent, nullum autem pactum nulla conuentio tantum poteſt, vt nuptiarum impedimento eſſe poſſit, quod multis rationibus & argumentis oſtendi hoc libro quæſtio. 1. maximè num. 33.34. Sed & ſcripſi quæſtione 16.donatione facta in capitulis matrimonialibus ab

Digitized by Google

vxore filijs illius matrimonij, præmortuo marito non obſtante donatione nubere ſecundo poſſe, & relicta legitima filijs prioris matrimonij de reliqua dote diſponere in filios ſecundi matrimonij. id ipſum latius ſcripſi & comprobaui quæſtio. 55. á num. 1.

SECTIO TERTIA.

HVCVSQVE EGIMVS DE fideicommiſsis cõuentionalibus in contractu matrimonij adiectis, ipſorum coniecturis, vinculis, & conditionibus: Verum quoniam varia ſoleat in ipſo contractu matrimonij pacta inſeri, de his nunc agendum.

SVMMARIVM.

1 *Pactum in contractu matrimonij adiectum, vt filius primogenitus vxorem ducere teneatur cum conſilio, vel conſenſu parentum ſub pœna priuationis hæreditatis, an valeat nec ne?*

2 *Voluntas diſponentium obſeruanda.*

3 *Inuitari quis poteſt ad matrimonium contrahendum ſpe lucri.*

4 *Teſtator an iubere poſſit, vt hæres matrimonium contrahat cum conſenſu, vel arbitrio alicuius.*

5 *Pater non tenetur filio niſi ſolam legitimam relinquere.*

6 *Filius grauari poteſt vt contrahat matrimonium de alicuius conſilio, aliàs priuetur hæreditate.*

7 *Filius non tenetur ſequi conſilium ad matrimonium contrahendum, ſed illud requirere, & poſtulare.*

8 *Conditio ſi nupſerit filius cum conſilio Titij, valida.*

9 *Conſilium in contrahendis matrimonijs approbatur.*

10 *Conditio quod filius vel filia teneantur contrahere matrimonium de conſilio, & voluntate parentum valet.*

11 *Conditio adiecta alicui vt de conſilio alterius contrahat matrimonium, non valet in illis caſibus, in quibus tenetur quis præciſe requirere conſilium, & illud ſequi.*

12 *Conditio contrahendi matrimonium cum conſilio alterius, non valet vbi magnum periculum verſaretur in exquirendo conſilio.*

13 *Matrimonium contrahere grauatus de conſilio alterius, perſona mortua poteſt libere contrahere.*

14 *Conditio ſi nupſerit de conſilio Titij poteſtatiua eſt.*

15 *Traditio authoris.*

16 *Pecuniarum numero legato vbi datur in pecunijs incertitudo, ad quid recurrendum.*

17 *Fideicommiſſum ex charitate eius, cui relinquitur declarandum.*

18 *Voluntas diſponentis ex qualitate & perſona legatarij æſtimatur.*

19 *Fideicommiſsi relictum ex ſanguine, & affectione elicitur.*

20 *Teſtator vel diſponens non præſumitur velle alienam ſobolem propriæ anteponere.*

21 *Grauamen appoſitum filio vt contrahat matrimonium de conſilio alicuius, reijcitur de legitima.*

22 *Conditio adiecta filio vt matrimonium contrahat cum voluntate, conſenſu, vel arbitrio alicuius non valet.*

23 *Matrimonium contrahere grauatus cum conſenſu, & voluntate alicuius, etſi conditio huiuſmodi inualida ſit, grauatus tamen vt relictum conſequatur matrimonium cũ aliqua contrahere tenetur.*

24 *Matrimonium contrahere grauatus cum conſenſu, & voluntate alterius ſubſtituta pia cauſa, licet cõditio inualida ſit, propter ſubſtitutionem tamen piæ cauſæ ſuſtinetur.*

25 *Conditio viduitatis, quæ alioquin in legato, vel donatione reijcitur, fauore piæ cauſæ ſuſtinetur.*

26 *Matrimonium contrahere grauatus ſub conditione vt cum certa aliqua muliere contrahat, vel cum aliquibus de certa familia adimplere grauamen tenetur.*

27 *Pœnæ & lucri differentia maxima.*

28 *Pactum de contrahendo matrimonio ſiue in viam conditionis, vel modi adiectum, adimplendum eſt.*

29 *Maioratus vel donatio facta ſub conditione, vt filius, vel alius matrimonium teneatur contrahere cum conſanguinea, vel affine ſub pœna amiſsionis hæreditatis, an valeat.*

30 *Pelaez opinio adducitur in proxima quæſtione.*

31 *Tex. in l. finali de conditio. ſine cau. expenditur.*

32 *Diſpenſatio vbi facile poteſt impetrari, impetranda eſt à grauato.*

33 *Matrimonium contrahere grauatus cum conſanguinea, tenetur proprijs expenſis diſpenſationem impetrare.*

34 *Conditio purificanda eſt à grauato.*

35 *Ludo. de Molin. diſtinctio adfertur.*

36 *Tempus præſens in diſpẽſationibus attẽdendũ.*

37 *Communis diſtinctio a Molina improbatur.*

38 *Conditio, quæ venit ex natura actus habetur pro expreſſa.*

39 *Ludo. Molin. traditio improbatur.*

Conditio

40 *Conditio contrahendi cum cõſanguinea turpis, & inhoneſta eſt.*

41 *Conditio cõtrahendi matrimonium adiectã in teſtamento vt hæres cum aliqua de familia contrahere teneatur, intelligenda eſt in gradu permiſſo à iure canonico.*

42 *Verba cuiuſcumq. diſpoſitionis intelligenda ſunt ſecundum ius commune, non autẽ ſpeciale, quod per diſpenſationem poteſt obtineri.*

43 *Verba maioratuum ſecundum iuris communis diſpoſitionem interpretanda.*

44 *Habilitas requiſita in diſpoſitione requiritur, vt adſit tempore factæ diſpoſitionis.*

45 *Capacitas, vel incapacitas attenditur tempore, quo cedit dies ſubſtitutionis.*

46 *Ludo. de Molin. opinio confutatur.*

47 *Conditio cõtraria diſpoſitioni iuris numquam ſubintelligitur.*

48 *Conditio contrahendi matrimonij cum conſanguinea intra tertium, vel quartum valida eſt.*

49 *Diſpẽſatio, quæ facilè obtineri ſolet, impoſſibilis non reputatur.*

50 *Diſpenſatio in ſecundo gradu difficilis.*

51 *Ludo. de Molin. opinio reijcitur.*

52 *Romanus Ponti. ſine cauſa non diſpenſat.*

53 *Teſtatoris voluntas, quæ peccatum inducit reijcienda.*

54 *Diſtinctio Ludo. de Molin. reprobatur.*

55 *Opinio authoris noua.*

56 *Diſpenſationum cauſæ iuſtæ in paucis reperiuntur.*

57 *Conditionis impoſſibilis differentia inter vltimas voluntates, & contractus.*

58 *Conditio nubendi Titio virgini impoſita, vbi virgo alteri nubit de parentum voluntate, non amittitur relictum.*

59 *Virginalis pudoris non eſt maritum eligere.*

60 *Mulier de voluntate parentum cõtrahens matrimonium extra territorium, non incidit in pœnam ſtatuti.*

61 *Mulier contrahens matrimonium intra annũ luctus de voluntate parentum, nullam incurrit infamiam.*

62 *Traditio communis ſubuertitur.*

63 *Tex. in l. liberorum §. fina. ff. de his, qui notan. infa. declaratur.*

64 *Conditio contrahendi matrimonium de conſilio aliquorum quomodo ſuſtineatur.*

65 *Conditio adiecta filijs ne matrimoniũ contrahant cum certo genere perſonarum valet.*

66 *Conditio adiecta filio, vel filiæ ne matrimonium contrahant cum infecti generis perſonis, an valeat.*

67 *Legatum mulieri ſub conditione ſi Titio nupſerit vbi Titius indignus eſt, mulier commodo legati non priuatur.*

68 *Nuptiæ indignæ iudicantur vbi ij, qui contrahere debent, citra notam infamiæ contrahere non poſſunt.*

69 *Pelaez opinio improbatur.*

70 *Contrahere matrimonium iuſſus cum aliqua perſona vbi ea recuſat contrahere, an amitatur relictum vel donatum.*

71 *Matrimonium contrahere iuſſus cum certa perſona ſub pœna priuationis hæreditatis, quæ primo recuſauit, & poſtea pœnitentia ducta contrahere vult, an ſit locus pœnitentiæ, & ad finem capitis adducitur conſilium authoris integrum in hac ſpecie.*

72 *Acoſtæ & Molinæ traditio ſubuertitur.*

73 *Matrimonium cõtrahere recuſantis ius in ſequentem tranſit.*

74 *Eligere debens variare non poteſt in contractu, ſecus in vltima voluntate.*

75 *Mora purgari re non integra non poteſt.*

76 *Moræ purgatio nõ admittitur ad actionem ſemel deperditam recuperandam.*

77 *Voluntas diſponentis ſufficit vt adimpleatur eo tempore quoad exequutionem deduci poteſt.*

78 *Matrimonium contrahere iuſſus minor, vtrũ aduerſus conditionem non adimpletam reſtitutionem petere poſſit.*

79 *Pelaez opinio reijcitur.*

80 *Tex. in l. 3. in §. etſi hæres ſic ff. de mino. declaratur.*

81 *Minor matrimonium contrahere iuſſus cum certa perſona ſub pœna priuationis maioratus, an poſſit moram purgare reſtitutione petita.*

82 *Minor an poſſit reſtitui aduerſus ſpretum teſtatoris præceptum.*

83 *Matrimonium contrahere iuſſus minor cum certa muliere, ſi cum altera matrimonium contrahat, & ea mortua velit denuo alterã in vxorem ducere, an audiatur.*

84 *Minor non reſtituitur aduerſus voluntatem diſponentis, cui contrauenit.*

85 *Matrimonium cum ſeia contrahere iuſſus, ſi legitime requiſita contrahere nolit, vtrum pœnitentia ducta poſt poſſit interpellare grauatum vt cum ea contrahat, & adfertur in fine conſilium authoris.*

86 *Mora vltima nocet.*

87 *Baldi & Saliceti opinio.*

88 *Pelaez opinio qualis.*

89 *Authoris conſultatio in caſu ſingulari in quo neptis grauata fuit matrimonium contrahere cum viro eiuſdem familiæ, & nominis, quæ virum illum requiſiuit vt cum ea contraheret, ille noluit ipſa autem matrimonium contraxit cum alio, quo mortuo cum vir ille prior, cum qua grauata erat neptis matrimonium contrahere ipſam interpellaſſet vt ſecum nuberet, & illa noluiſſet, an neptis hæreditate priuanda ſit.*

QVÆSTIO XXIX.

PACTVM IN CONTRACTV matrimonij adiectum vt filius primogenitus vxorem ducere teneatur cum conſilio vel conſenſu parentum ſuorum, vel ſi vnus ex his mortuus foret de conſilio ſuperſtitis ſub pœna priuationis hæreditatis alteri, quem elegerint filio deferendæ, cuius ſit effectus.

1 ACCIDISSE † in hoc Senatu quęſtionem audio, an filius primogenitus, cui hæreditas in capitulis matrimonialibus donata fuit adiecta conditione vt matrimonium, niſi de conſenſu parentum ſuorum, vel alterius ex his, qui ſuperſtes foret, contrahere poſſet ſub pœna priuationis hæreditatis, ſi vxorē duxerit irrequiſito conſilio, vel conſenſu an hæreditate poſsit priuare: quã poſuit Cancer. lib. 3. cap. 7. num. 170. Quæſtio certè quotidiana: in qua videtur conditionē veluti honeſtã minimè fore reijciēdam, pri-
2 mum † enim (quod vulgo dicitur) locum obtinet volūtas diſponentiũ, à qua recedere nō licet l. in cōditionibus primũ locũ l. pater ſeuerinam de condi. & demonſt.

3 Secundo † quoniam poteſt quis inuitari ad matrimonium contrahendum ſpe lucri iuxta text. inſignem à noſtris ſæpius commendatũ in l. Titio §. 1. ff. de condi. & demonſt. l. cum ità legatum §. videamus illo eodem titulo, quē ſingularem dixit Pala. Rub. in ca. per veſtras nota. 3. §. 21. de donatio. int. vir. & vxor. col. 2. concinit & tex. in l. 1. vbi Bal. Angel. & cæteri C. de inſti. & ſubſti. Iaſſ. in l. 2. num. 4. illo eod. titu. l. dictam C. de condi. ob cau. Dida. in Epito. de ſponſa. 2. part. cap. 3. §. 3. num. 5. 6.

4 Tertio † in terminis quæſtionis noſtræ exiſtimarunt multi teſtatorem iubentem hæredem ſuum contrahere matrimonium cũ cōſenſu, vel arbitrio alicuius adhibita priuationis hęreditatis pœna in caſum contrafactionis, priuari proculdubio hæredem hæreditate, niſi pareat voluntati teſtatoris, ſic citati interpretes in d. l. 1. C. de inſtit. & ſubſti. & in d. §. 1. l. Titio & in ſpecie Oldradi conſ. 16. Aretin. in l. ſi ita ſtipulatus fuero teſiſti §. ſi tibi nupſero de verbo. oblig. Pala. Rub. vbi ſupra Dida. in Epito. ad 4. 2. part. cap. 3. §. 3. num. 7. Et hanc opinionem aſſerit magis cōmunem, incaute tamen cum non ſit, Pelaez tracta. de maio. Hiſpa. 1. part. quæſt. 50. n. 1. ad medium.

5 Quarto † facit, nam pater non tenetur filio niſi ſolam relinquere legitimã, quod vero extra ipſam eſt, ſibi liberum remanet, & alienare in quamuis perſonam poteſt §. 1. in auth. de trien. & ſemiſ. & in auth. vt li. ma. & auiæ in princi. cum enim reliquum extra dictam legitimam filijs non debeatur ob id rei ſuæ legem, pactum, vel cōditionem adijcere poteſt, pro vt ſibi placuerit argum. l. in re mandata C. mandati l. traditionibus C. de pact. ornat Beccl. in conſ. 101. num. 25.
6 & † in terminis noſtris donationis ſub hac ipſa conditione, vt nubat de conſenſu, & voluntate parētum, vel aliorum reſpondit nouiſsimè Surd. conſ. 215. num. 17. 18. cum ſequent. lib. 2.

In hac igitur controuerſia duos caſus conſiderant interpretes noſtri, primus vbi pater, vel alius donauit ſub conditione vt filius duceret vxorem de conſilio ſuo, vel alterius ex coniugibus: Secundus vbi donatum fuit ſub conditione vt matrimonium contraheret cum conſenſu, & voluntate parentum, vel alterutrius ex his, aut tertij: In priori caſu receptiſsima traditio eſt, filium non obſequentem priuandum eſſe hæreditate: Rationem reddiderunt, quoniam matrimonium in hac ſpecie non impeditur, neque illius etiam libertas, atque ideo cum conſilij conditio adiecta honeſta ſit reijcienda non eſt tamquam matrimonij impeditiua: Ratio-
7 nem † rationis reddunt, quia non tenetur in hoc caſu filius conſilium ſequi, ſed illud tantum requirere, & poſtulare. l. cum pater §. mando delega. 2. cap. cum olim de arbit. l. Theopompus ff. de dot. pręleg. Surd. deciſio. 229. num. 18. pro vt & in noſtra ipſa quæſtione adnotarunt interpretes in l. turpia de lega. 1. vbi Iaſſon. nota. 3. Panormita. Anna. Deci. Oldra. & Paul. de Caſtr. quos refert, & ſequitur Crauer. conſil. 1. num. 3. ad medium Barto. Panormita. Alexand. Gregor. Lop. Rodri. Suar. Socin. iunior. Eman. Acoſ. & alij, eos citat Pelaez tracta. de maio. Hiſpan. part. 1. quęſtio. 50. num. 5. ad finem. Vnde in prædicta ſpecie filium contrahentem omni hæreditatis donatæ, vel relictæ commodo priuandum eſſe cenſent omnes Cyn. Paul. de Caſtr. Alexan. Iaſſon. Anna. Felin. Palat. Rubę. Rodri. Xuar. Deci. Guiller. Benedic. & Crauet. quorum & communem dixit traditionem Ludoui. Molin. tractat. de Hiſpano. primog. lib. 2. cap. 13. num. 36. Pela. in dict. quęſtio. 50. num. 5. & 6. Crauet. dict. conſil. 1. à quo cæteri traditiones mutuarunt Eman. Acoſ. in l. cum tale §. ſi arbitratu ampli. vltima à num. 2. cum ſequent. multis de conditio. & demonſtra. Et non relatis ſuperioribus præter duos Guiller. Benedict. & Crauet. probauit eandem opinionem Menoch. conſil. 69. nu. 29. lib. 1.

Vbi

Digitized by Google

8 Vbi † expreſsim reſpondit conditionem ſi nupſerit cum conſilio alicuius reijciendã nõ eſſe, proinde validam,& aduerſantem priuandum commodo hæreditatis:latius ſequitur,& comprobat idem Menoch. conſ. 322. nu.42.lib.4. vbi Cyn.Caſtren.Angel.Anna. Anchar.Felin.Ruin.Deci. Pala. Rub.Bcae. 9 & Crauet. refert, quia † inquit conſilium in contrahendis matrimonijs lex permitit l. Theopompus ff. de do. prælega. vbi gloſ.& alij l. viduæ. C. de nupti. Neque ſubdit ille impedit matrimonij libertatem cum cõtrahere volens requirere tantum conſilium,ſed non ſequi teneatur;ad ea quæ Bart.& cæteri in l.1.§.ſi plures de exercitor. actio.cui etiã opinioni, & Theologos adhærere affirmat, & alios multos refert illuſtriſsi.Cardſ. Manti.de coniectu.vltim.voluuta.lib.11.titu.18. num.9.ad medium.

10 Extenditur † ſingulariter opinio communis vt,procedat etiam ſi dictum fuiſſet à donatore, vel diſponente quod filius, vel filia contrahere matrimonium tenerentur de cõſilio & voluntate parentum, vel alterius ex his,aut tertij::etſi enim videatur diſponentẽ duo copulatiue voluiſſe,conſilium ſcilicet,& conſenſum,& vbi conſenſus, & voluntas alterius requiritur conditio adiecta,veluti impeditiua matrimonij reijciẽda ſit iuxta magis communem ſententiam, de quã mox dicam;tamen cum diuerſa ſint conſilium,& voluntas,& poſsit donatarius conſilium exquirere;voluntatem tamen non ſequi; & in ſeparatis, & diuerſis vitiato vno alterum non vitietur l.1.§.penulti.vbi Bart.& cæteri omnes ff.de verbo.obliga.tum etiam vno ex ſeparatis ſublato,alterum non tollatur, l.ſi domus de ſerui.vrba. prædior. cap.ex tuarum ex.de auth. & verſ. Pall. cum ſimilibus vulga.ita fiet vt commodo donatæ hæreditatis, vel alterius rei donatarius ex his verbis non priuetur dum conſilium requirat, & adimpleat quod iure iubente adimplere tenetur. l.in teſtamento ita.quidam in fine de condi. & demonſtr.cum alijs ad hoc inſtitutum adductis per Crauet. in d. conſ.1. num.4.&.5. qui hanc egregiã prodidit traditionẽ ab alio nullo,quem viderim in dicta ſpecie traditã.

11 Declaratur † communis ſententia in his caſibus, in quibus, qui alterius conſilium requirere tenetur,& illud ſequi obligatur;quos notarunt Barto. & alij in l. 1. §.ſi plures de exercito.actio.Panormit. & canoniſtæ in ca. ex parte de conſti.& in cap.cum in veteri de electio. Deci.poſt antiquiores in cap. ſi pro debilitate à n.9.de offi.delega.in his conditio hæc rijcienda erit, quoniam impeditiua eſſet matrimonij ſicut illa, qua cum alterius conſenſu,vel arbitrio matrimonium cõtrahi iubetur, ſic limitarunt prædictam communẽ ſententiam Rodri.Xuar.in l.2.tit. *de los caſamientos* lib.3.col.2.& Ludo. Molin.d.cap. 13.num.38.

12 Secundo † declaratur ex eiuſdẽ Moli. traditione loco citato nu.39.vbi in requirendo cõſilio magnũ verſaretur periculũ,ferè enim ſublata ex hoc videretur matrimonij libertas Panor.in ca.ex parte nu.4.ext. de conſtitu.ornat exemplis Feli.ibidẽ nu. 1. periculũ autẽ vt ibi Moli.docuit in promptu eſſe debet,non enim à volũtate diſponẽtis ex quauis vel leuiſsima ſuſpicione recedi debet.

13 Tertio † declaratur,quando mortua foret perſona cõſulenda eo in caſu liber remaneret is,cui donata fuit res ſub conditione requirendi illius conſilij : Quam declarationẽ admittit Moli.in maioratibus Hiſpanorũ,*quia* inquit,*pactus in vim modi quam cõditionis relinquuntur, ideo cum modus non ſuſpendat defectu perſonæ, à qua conſilium petendum erat non deficit vocatio:tamen quia (ait ille) non eſt veriſimile voluiſſe inſtituentem maioratum adimere voluiſſe vocato, ſi de huiuſmodi caſu cogitaſſet.*

Cuius tamen opinioni repugnat tex. in d. l.cum tale §.ſi arbitratu de conditio. & demonſtr.quo tex.aperte probatur,decedente perſona, cuius arbitratu nuptiæ erant celebrandæ non ceſſare legatum, nam adiecta conditio nulla eſt,& pro nõ ſcripta habetur: à contrario igitur ſenſu,ſi valida fuiſſet,qualis hæc, legatũ ceſſaret, vt in his terminis argumentatur Alex.in d.l.turpia nu.7.de leg.1. vbi Iaſ.nu.4.inferens inde quod mortuo illo cuius conſilio matrimoniũ erat celebrandum conditio deficiens,& conſequenter extinctum eſt legatũ.probat Alex. ſententiam Feli.in d.ca.ex parte n.1.Deci.n.4.de cõſti. Rodri.Xuar.in d.l.2.col.1. Ruin.conſ.126. num.6.lib.2.

14 Quare in hoc articulo animaduertit † Mãti.in cõment.de coniec. vlti.volun.li.11.tit. 18.n.11.verſ.Sed ego conſidero,conditionẽ hanc ſi nupſerit de cõſilio N. fore poteſtatiuã,in his caſibus ſaltim,in quibus,quis conſiliũ tantum requirere,& non ſequi tenetur, proinde cũ poteſtatiua ſit cũ per legatarium ſiue donatariũ nõ ſteterit quominus impleatur,pro adimpleta debet haberi quoad illius cõmodũ:Non enim vbi poteſtatiua eſt,defectus videtur cõditione,qui ipſi parere nõ poteſt,& volũtas tũc diſponẽtis nõ aliter adimpleri debet quã vbi fieri poteſt l.quę ſub cõditione §.quoties de cõdi.inſtitu.Caſtren.in l.in teſtamẽto 2.ad finẽ de cõdi.& demonſt. cũ alijs ad hoc inſtitutũ rectè cõſideratis per Manti.in loco nunc citato cuius nõ diſplicet opinio.

15 Verum † ego aliud ſentio defectum huiuſmodi conditionis propter mortem illius, à quo conſilium requirendum eſt an debeatur nec ne ſic donatum, vel relictum à coniecturis pendere, veluti ſi eſſet filius is, cui ſub dicta conditione relictum fuit, aut donatum, coniectura inde ſumitur ex affectione & ſanguinis proximitate noluiſſe patrẽ filio adimere donatas res, vel relictas cũ culpa ipſius argui non poſsit, & idem iudicarem in alijs omnibus caſibus, in quibus ſimilis affectio, aut neceſsitudo poſſet militare, cum taliter donata magis contemplatione perſonæ donata videantur Bart. in l. pater filium §. Tuſ-
16 culanus in fine de lega. 3. Hinc † ſi numerus pecuniarum legatus ſit nec de quibus teſtator ſenſerit appareat, ex affectione legantis illius neceſsitudine, dignitate, & charitate colligi de quibus cenſerit poteſt l. ſi ſeruus
17 plurium §. fina. de lega. 1. Ex † charitate etiã eius cui fideicommiſſum relinquitur, modus ſtatuendus eſt l. cum alimenta ff. de alimen. lega. & dixit glo. in l. ille à quo §. ſi de teſtamento ad S.C. Trebel. voluntatis intentionẽ ex affectione, & charitate colligendã, l. quidam ita illo eod. titu.

18 Accedat † quod & ex qualitate, & perſonæ legatarij vel donatarij eſtimari affectio, & voluntas diſponentis debet, ita vt in noſtra ſpecie propter defectum illius conditionis abſq. culpa donatarij donatio deficere non cenſeatur argu. l. filius ff. de donatio. Tiraq. qui alios recenſet tract. de nobili. cap. 37. nu. 36. Natt. conſ. 616. nu. 19. conducit tex. egregius in l. plenam, in verbis, *Aliquando enim largius cum vſurario agendum eſt pro dignitate illius, cui vſus relictus eſt*. ff. de vſu. & ha-
19 bita. idemq. † eſt in legatis & cæteris diſpoſitionibus vt ex qualitate eius, cui quid relinquitur voluntas diſponentis attendenda ſit Bal. in l. 1. quæſt. 4. C. de verbo. ſignifi. Alex. conſ. 100. nu. 12. li. 4. Pau. de Caſt. conſ. 383. nu. 3. lib. 1. idem Alex. conſ. 169. nu. 4. lib. 4. Atq. proprius ad caſum noſtrum accedendo, ex coniunctione, & ſanguine maximè elicitur. Angel. conſ. 28. nu. 2. Anchar. conſ. 237. nu. 2. Soci. ſeni. conſ. 26. nu. 4. li. 4. Potiſsimè hæc in filijs vindicant, cũ tutiſsimũ ſit amorẽ nullum paternum minime vincere l. iſti quidem ff. quod met. cau. cũ pater pro filio optimum pro liberis ſuis cõſilium capiat l. nec
20 in ea ff. de adul. Et † hæc eſt omnium potior coniectura, qua præſumitur noluiſſe teſtatorem, vel diſponentem alienam ſucceſsionem propriæ anteponere ad tex. in l. cum acutiſſimi C. de fideico. l. cum auus de conditio. & demonſt. vt huic præſumptioni etiã aduerſus verborum proprietatẽ ſit inhærendũ d. l. cum auus. Et ex hac ipſa coniectura præſumitur plus dictum licet minus ſcriptum, d. l. cum auus. Et dixit pulchrè Bal. conſ. 40. nu. 1. 2. lib. 3. quod dubia ſubſtitutio ſemper in fauorem liberorum interpretanda eſt.

21 Quarto † declaratur vt etſi conditio valear, cum conſilium non obliget, tamen de legitima debita hæc ſicut alia, quæuis reijcienda eſſet, non enim legitima grauamen, onus, vel conditionem recipit inuito eo, cui debetur ad tex. in l. omnimodo, in l. quoniam in prioribus C. de inofi. teſtam. quamquam quoad reſiduum cum liberum ſit parẽtum patrimonium §. 1. in auth. de trien. & ſemiſ. cum alijs à me citatis ſupra in verſic. Quarto facit, cõditio ſuſtinetur, ita in noſtris terminis poſt Bald. & Gabri. ab eo relatos reſoluit idem Mant. d. titu. 18. nu. 12. 13. 14. Surd. egregie conſ. 215. à nu. 17. cum multis ſequen. lib. 2. qui alios refert.

22 Secundus † caſus ab interpretibus noſtris traditus eſt, quando donator, vel diſponens conditionem adijecit, qua voluit filium vel filiam matrimonium contrahere cum voluntate, conſenſu, vel arbitrio ſuo, vel alterius, in hoc articulo crebrius noſtrates prodiderunt conditionem reijci, tamquam impeditiuam matrimonij propterea donatariũ res donatas conſequi, ac ſi conditio non fuiſſet appoſita ex tex. in d. l. cum tale §. ſi arbitratu, alias incipit reſcriptum de condi. & demonſt. l. filię eod. titu. vbiq. Bart. & Bartolo. Socin. idem Bart. & Paul. de Caſt. in d. l. turpia §. 1. de lega. 1. Iaſſon. ibidem num. 3. & 5. Deci. in l. fœminæ nu. 38. de reg. iur. Fulgo. conſ. 61. nu. 6. Pau. de Caſt. conſ. 300. num. 1. lib. 1. egregie multis adductis fundamentis Eman. Acoſ. in d. §. ſi arbitratu amplia. vltima à nu. 2. cum ſequent. Ludo. Molin. tract. de Hiſpan. primog. lib. 2. ca. 13. nu. 35. verſi. In primo caſu, qui tamen non alium quam Eman. citat Manti. in commen. de coniectu. vlti. volun. lib. 1 1. tit. 18. nu. 8. Pelaez. tracta. de maio. Hiſpa. par. 1. quæſt. 50. num. 4. & 5. Simo. de Præt. in commen. de inter. verb. vltima. volun. lib. 2. inter. 2. dubita. 2. ſolutio. 2. n. 107. 108. vbi Corne. Caſtren. Anna. Angel. Areti. Bolog. & Crauet. d. conſ. 1. citat & ſequitur Dida. in Epito. ad 4. 2. par. cap. 3. §. 8. nu. 3. vbi Oldrad. Pala. Rube. & alios contrarium ſentientes declarat.

23 Communis † hæc opinio, à qua ferè nullus diſſentit, notandis quibuſdam modis declaranda eſt. Primo non teneri parere conditioni, cui ſic hęreditas, vel legatum relictum eſt, dum tamen matrimonium contrahat cũ alia, vel ſi fœmina foret cum aliquo alio viro, etſi enim conditio reijciatur, matrimonium tamen cum effectu vt legatum conſequatur, vel hæreditatem, vel ſi donatarius foret, res donatas,

natas,contrahere debet,ſic ſtatuit I. C. in l. quæ ſub cõditione §.quoties ff.de condi.inſ. qui rex.licet in proprijs terminis quæſtionis non loquatur, ad eam tamen omnes interpretes illius legis diſpoſitionem extendunt & rectè,ita Paul.de Caſtr. in d. l. turpia §.1. num.2.Alex.num.7.vbi & antiquiores alios idem ſenſiſſe ſcribit Manti. d.tit.18.num.8. ad fin.

24 Secundo † declaratur vbicunq. fuiſſet in quæſtione ſuperiori ſubſtituta pia cauſa, quo in caſu conditio illa, *ſi contraxerit matrimonium de voluntate,vel arbitrio parentum, vel aliorum*, non reijcitur, alioquin niſi adimpleatur locus erit ſubſtitutioni,vel vocationi factæ de pia cauſa in donatione vel altera diſpoſitione, cenſent omnes inferius citandi moti authoritate tex.in l.Titio vſusfruct⁹ §. fina.de cõdi.& demõſt. quemadmodũ enim inibi fauor libertaris præfertur fauori nuptiarum,ſic fauor religionis,nuptiarum fauori præferendus eſt ad tex. in l. ſunt perſonæ cum ſimi.de religi.& ſump.fun.Bart.in d.§. fin.vbi Alberi.de Roſa.Imol.& Pau.de Caſ. dixitq.Alberi.determinaſſe Guiller.de Cun. Rom.in auth.ſimiliter num.52.C.ad l.falci. Aretin.conſ.67.num.2.Manti.d.tit.18.n.9. Hieronym.Gabri.conſ.131.nu.11.12. quo-

25 niam † & vbi conditio viduitatis in legato, vel donatione adijcitur, quæ reijci ſolet l. quoties l.ſed ſi hoc §.fin.cum l.ſequen.l.cum tale §.reſcriptum de condi.& demonſ.auth. cui relictum de indic.vidui.tollen.vbi tamẽ indefectũ conditionis fuit ſubſtituta pia cauſa non reijcitur,& indefectum cauſa pia vocatur Guil.Paul.de Caſt.Bart. & alij in d.§. fina. l. Tirio vſusfructus alij quos refert & ſequitur Tiraquel.in tractat.de piæ cau.privileg. 18.

26 Tertio † declaratur vbi fuiſſet donatum vel relictũm ſub conditione vt donatarius contrahere matrimonium teneretur cũ certa aliqua, & deſignata muliere, vel cum aliquibus de aliqua familia,vel generatione,nõ enim talis conditio reijcitur, quia non impedit libertatem matrimonij,& licet ſpe lucri quamquam ad contrahendum matrimonium impellere,quo priuatur niſi pareat cõditioni l.Titio centum §.1.l. cum ita legatũ §.videamus de condi. & demonſt.l.2.de inſti.& ſubſti.C.cap.de illis ex.de ſponſa. etſi enim id in modum pœnæ fieri non poſsit d. ca.gemma de ſponſ.d.l.Titia de verbo.obliga. d. l. Titio centum §. 1. de condi.& de-

27 monſt.quia † tamen longe diuerſa inter lucrum, & pœnam differentia eſt, quod lucri cauſa datur adimplẽdum eſt, pœna vero vbi conſtituta fuit nulla redditur ſic docuit Bart. in l.ſi quis in teſtamẽto de condi.inſtit.Iaſſ. in l. 1.nu.4.C.de inſtitu.& ſubſti. Grat.conſ. 108.num.9.lib.2.Oldrad. Guiler. Benedic. Alciat.Rolan.Aretin.qui in diuerſis cauſarũ ſpeciebus ſic reſponderunt quos refert & ſequitur Manti.d.titu.18.à num.1.vſq.ad 4. & præter relatos à Manti. idem cenſuit Dida.in Epito.ad 4. 2.part. cap.3.§.3.num.6. & 7.Emanu.Acoſ. in d.§.ſi arbitratu limi.6. num.1.Bart.Oldrad. Guiller. Benedic.Rodri.Xuar.Felin.Alciat. Socin.iuni. quos citat & ſequitur Ludo.Molin. de Hiſpan.primog.lib.2.cap.13. à num.1.Pelaez d.queſt. 50. à num.1. cum alijs. Et non relatis ſuperioribus nouiſsimè eandem probauit nonnullis rationibus Surd.conſ.215.n.16.18.19.

28 lib.2. Intellexerunt † citati interpreres maximè Oldrad.d.con.16. Pala.Rub. Dida. & Molin.traditionem, ſiue pactum de contrahendo matrimonio ſit in viam conditionis, ſiue in viam modi, in vtroque etenim caſu conditio adimplenda eſt;cum honeſtè poſsit adimpleri alioquin data, vel impoſsibilitate,aut inhoneſtate conditionis de implemẽto illius quærendum non eſt l. cum ita legatum §.videamus de condi.& demonſt.l.2.C. de indic.vidui.tollen.Molin.d.cap.13.nu.5. Pela.d.q.50.num.1.ad finem; vbi num.2. ex

29 † ea infert ad illius quæſtionis reſolutionẽ, qua quæritur an maioratus inſtitutus (idẽ & nos in donatione dicimus)ſub conditione vt filius,vel alius matrimonium contrahat cum conſanguinea vel affine, ſub pœna amiſsionis rerum donatarum, vel maioratus ſi non contraxerit, debeat rebus ipſis donatis priuari.

30 Pelaez igitur † in maioratu loquens dictâ quæſtione 50.num.2. verſicu. Attendendum concludit filium,maioratum non amittere ſi matrimonium cum conſanguinea non contrahar, ductus authoritate legis vlterioris Hiſpaniæ quam inibi refert. Idemq. de iure

31 communi eſſe exiſtimat ex † tex.in l.fina.ff. de condi.ſine.cau.quo in textu probatur eũ, qui dotẽ dedit pro futuro matrimonio contrahendo inter conſanguineos poſſe quod dedit repetere, nam cauſa ſequi non poteſt cum ſit interdictum matrimonium. Limitat

32 † tamen ibidem niſi diſpenſatio facilè poſſet impetrari per filium,vel grauatum,tenetur enim tunc filius, vel donatarius diſpenſationem ſolicitè poſtulare,& impetrare ne a commodo inſtitutionis maioratus, vel donationis cadat argum.tex.in l.apud Iulianũ, alias idem Iulianus delega.1. vbi poſt Barr. Aretin.Alex.& Iaſſon.conducit tex.in argumentum in l.in iure ciuili de conditi. & demonſt.& in l.in iure ciuili de regu.iur.Tiraq. & Eman.Acoſ. relati ab eodem Pela.vbi ſu-

33 pra num. 2. ad finem † quo in loco num.3. eleganter

elegantet ſcripſit grauatum hæredem teneri
impetrare hanc diſpenſationem ſuis expen-
ſis l. Iulianus §. offerri in argumentum illius
34 tex. de actio. emp. † Et quæ in ſimili tradi-
dit Tiraq. tract. de retract. lib. 1. §. 1. glo. 17.
num. 4. ſed magis facit, quod conditio adim-
pleri debeat per grauatum, quæ impleri nõ
dicitur, niſi per eum purificetur l. ſi quis ſub
conditione dandorum ff. ſi quis omiſ. cau. te-
ſta. iuncto text. in l. qui hæredi §. fin. de con-
di. & demonſ. vnde tũ purificanda ſit ab eo,
illius expenſis proprijs cum ipſi incumbat
fieri debet.

35 Vt autem † ad articulum reuertamus Lu-
doui. Molin. de Hiſpa. primo. libr. 2. cap. 13.
num. 6. cum dixiſſet, conditionem de contra-
hendo matrimonio cum conſanguinea intra
quartum gradum videri inutilem, quia hone-
ſtè in vxorem ducere conſanguineam non
poſsit propterea ea conditio reijcitur l. cum
ita legatum §. videamus de condi. & demõſ.
gloſ. in l. 2. vbi Bald. Angel. Salice. & alij C.
de inſtitu. & in l. vter ex fratribus verbo cõ-
ſobrinam ff. de condi. inſtitu. vbi Bart. & Al-
ber. Sigiſm. conſi. 16. a nu. 1. Tandem ſic di-
ſtinguit, cuius tamen oblongam & verboſam
diſtinctionem paucis præſtringam: *Aut enim
(inquit) maioratus ſucceſſori factum fuit præ-
ceptum ſimpliciter de contrahendo matrimo-
nio cum conſanguinea, aut fuit factum de con-
trahendo eum ea, præcedente diſpenſatione Ro-
ma. Pontificis; Priori caſu conditio huiuſmodi
vel præceptum vt impoſsibile de iure iudicã-
dum eſt, cum inter dictas perſonas matrimo-
nium contrahi non poſsit, propterea talis reij-
citur conditio l. continuus §. cum quis de verbo.
oblig.* 1. Dixi fusè libr. 2. differenc. 2. vbi me de
hac quæſtione latius tractaturum dixi. *Nam
etſi* (addit ille) *ex diſpenſatione Roma. Pon-
36 tificis ea conditio purificari poſsit, quia † ta-
men tempus præſens attendendum eſt d. §. cum
quis, vbi omnes adnotarũt interpretes, & Ema.
Acoſt. in Selec. interpre. lib. 1. cap. 8. num. 14.
ita fiet vt conditio huiuſmodi omnino reijcien-
da ſit, quoniam ſecundum ſtatum præſentem
37 matrimonium contrahi non poteſt.* † Com-
munem hanc huius diſtinctionis partem im-
probat Molin. dicto loco, *quia inquit is, qui
matrimonium cum conſanguinea contrahere
aliquem vult, neceſſario præſuponit vt id fiat
eo modo, quo fieri poteſt, præcedente ſcilicet diſ-
38 penſatione & hæc † conditio tacite ineſſe vi-
detur ex natura actus, adeo vt pro expreſſa
habenda ſit etſi omiſſa fuerit ad text. in l. 1. l.
conditiones extrinſecus de condi. & demonſt.
cum veriſimile non ſit diſponentem vel dona-
torem de matrimonio abſque diſpenſatione Ro-
ma. Pontificis non cogitaſſe.*
39 Molin. † improbatio aduerſus communẽ
40 nullius eſt momenti, cum negari nequeat, †
quin hæc cõditio turpis ſit, & inhoneſta quia
nuptiæ huiuſmodi improbatæ ſint de iure
canonico cap. non debet cum ſimi. de conſi.
& affin. & ſenſit expreſsim gloſ. in d. l. 2. C.
de inſtitu. & in l. vter ex fratribus verbo cõ-
ſobrinam de con. inſtitu. Bellaper. Cin. Al-
beri. Bald. Salice. Sigiſmun. & alij quos re-
41 fert & ſequitur Manti. d. titul. 18. num. 6. †
Qui inibi infert quod conditio adiecta in te-
ſtamento, vel alia diſpoſitione vt hæres vel
alius contrahat cum aliqua de familia, debet
intelligi in gradu permiſſo in iure canonico,
etſi diſpenſatio poſſet facile obtineri; ratio-
42 nem reddit † quia verba teſtamenti, vel al-
terius actus debent intelligi ſecundum ius
commune non ſpeciale quod per diſpenſa-
tionem poteſt obtineri l. fina. C. de his qui
veni. Ætatis impe. & in terminis reſpondit
Curti. iuni. conſi. 54. nu. 13. 14. lib. 1. Manti.
vbi. ſup. nu. 6. ad fin. ita fit vt cum conditio
impleri non poſsit iuxta iuris cõmunis diſ-
poſitionẽ, conſequenter talis conditio reij-
43 cienda ſit: Porro idem Molin. † docuit ver-
ba maioratuum intelligenda fore iuxta iuris
communis. diſpoſitionem ad text. & ibi om-
nes in l. hęredes mei. §. cum ita ad S. C. Tre-
bell. lib. de Hiſpano. primoge. 1. cap. 14. nu.
21. ſi ſecundum iuris diſpoſitionem, ſequitur
conditionem veluti turpem reijciendam,
quoniam eo iure matrimonium improbatur.
44 His † accedit quod habilitas requiſita in
diſpoſitione requiritur vt adſit tẽpore factæ
diſpoſitionis, iuxta text. egregium in l. ſi fi-
lius familias vbi Barto. gloſ. & alij omnes de
verbo. obliga. ſicque initium, non quod poſt
ſequi poteſt attenditur d. l. ſi filius familias
gloſ. celebris, quæ ſimiles citat textus in ca.
dudum in principio de Electio. Coſm. in
pract. Sanè. titul. de collatio. cap. 1. §. item
45 circa verba legatorum. † Et capacitas vel
incapacitas, vt quiſquam ſuccedere vel non
ſuccedere poſsit exigitur eo tempore quo
cedit dies ſubſtitutionis ſeu vocationis, neq.
ſufficit ſi poſtea ſuperueniat l. ſi quis cũ ha-
beret ff. de ſuis & legiti. hæredi. l. 1. §. ſi quis
proximior ff. vnd. cogna. Socin. Curti. iuni.
Pariſi. Ruin. Gozadi. Rub. Crauet. Bertran.
& alij plerique quos alibi idem Molin. re-
fert & ſequitur de Hiſpa. primo. lib. 1. cap.
13. num. 33. 34. cum tribus ſequent. vnde cũ
tempore factæ vocationis per inſtitutorem
maioratus, vel donatariũ, aut alium quemli-
bet diſponentem habilitas nulla inter iuſſos
cõtrahere matrimonium detur, & illud tem-
pus ſit expectandum, turpiſque ſit diſpoſi-
tio, ideo reijcienda erit.
46 Neque † verum eſt dicere prout Molin.
ait quod ſubintelligitur tacita conditio, *ſi
Roma.*

Digitized by Google

Rom. Pontifex diſpenſauerit, quoniam ſine
lege, ratione, nec authoritate loquitur; qui e-
nim fieri poteſt vt talis conditio ſubintelli-
gatur ſi verba diſponentis ſecundum pręſen-
tem ſtatum interpretanda ſunt vt Acoſ. cum
communi rectè ſenſit: tum quod verba ſint
intelligenda non de iure ſingulari, ſed ſecũ-
dum ius commune vt Manti. poſt alios conſi-
derat. Tum & tertio vt ipſe dixi capacitas,
vel incapacitas attendenda eſt de tempore,
quod diſpoſitio effectum ſortiri poteſt, nec
curatur, etſi poſt incapax, capax fieri aliquo
modo poteſt.

47 Præterea † nec verum etiam eſt in huiuſ-
modi præcepto ſubintelligi conditionem ſi
Papa diſpenſauerit, quoniam nuſquam con-
ditio contraria diſpoſitioni iuris ſubintelli-
gi poteſt aliquo in caſu, ſed ea, quæ vel præ-
ter diſpoſitionem ſit iuris cõmunis, aut quæ
ex actu à iure approbato ſecundum naturæ,
aut legum ſtatuta ſubintelligi poteſt, ſic in-
telliguntur iura ab eo citata in l. 1. l. condi-
tiones, quæ extrinſecus de condi. & demonſ.
& alia innumera de conditione ſubintelle-
cta loquentia, quæ vnicum complerent tra-
ctatum; vnde à communi opinione receden-
dum non eſt.

48 Secũdus † diſtinctionis caſus à Molin. re-
latus eſt. *vel* (inquit) *factum fuit præceptum
de contrahendo matrimonium inter conſangui-
neos, præcedente tamen diſpenſatione Roma.
Pontificis, & tunc iterum ſubdiſtinguit aut
enim impedimentum conſanguinitatis intra
tertium, & quartũ gradum ſubſiſtit, vel intra
ſecundum, ſi intra tertium & quartum condi-
tio inquit reijcienda non eſt ſed pœnitus ob-
ſeruanda cum ipſa poſsibilis ſit, neque de facto
aut iure impoſsibilis: ſolent enim in dies Ro-
mani Pontifices in tertio & quarto facile diſ-
49 penſare: proinde purificanda eſt cõditio, † quæ
etſi a Principis conceſsione dependeat, quia ta-
men facile obtineri ſolet adimplenda eſt, ad
text. in l. apud Iulianum §. conſtat delega. 1.
l. intercidit de condi. & demonſ. l. quidam rele-
gatus vbi Soci. de reb. dubi. l. 1. §. permittitur
de aqua. quoti. & Deci. Cagno. Socin. iuni. A-
coſt. Dida. & alij quos refert idem Molin. d.
cap. 13. num. 8. 9. 10. vbi & num. 11. idem aſ-
50 ſeve ſcripſit authoritate Dida. & Acoſ. † vbi
impedimentum conſiſteret intra ſecundũ gra-
dum, quia licet in eo gradu difficillime diſpen-
ſare ſoleant Roma. Pontifices, quia tamen nõ
in iure ſed in facto difficultas verſatur cum
poſsit Papa etiam in ſecundo gradu diſpenſare,
proinde reijcienda non erit, & inibi reſpondet
ad tex. qui contrarius videtur in l. cum hæres
§. 1. ff. de ſtatulibero.*

51 Hanc † ego diſtinctionis partem impro-
baui lib. 2. differen. 2. quia impoſsibilia ea
etiam dicuntur, quæ difficillimè cum magnis
expenſis, & laboribus fiunt l. nepos proculo
cum alijs à me ibi citatis de verbo. ſignific.
vbi Crauet. Rebuf. Alciat. Menochi. & alios
adduxi. Tum & ſecundo cum ea conditio
ſecundum præſentem ſtatum conſideranda
ſit vt ſuperius dixi, quo tempore purificari
propter iuris prohibitionem non poteſt,
conſequenter vti turpis, inhoneſta, vel im-
52 poſsibilis reijcienda erit; † Tertio magis
facit quod in dicta differentia 2. conſideraui,
quod Roma. Pontifices etſi poſsint in his
gradibus, qui de iure diuino prohibiti non
ſunt, diſpenſare, & etiam ſine cauſa, iuxta
magis communem, & veram Theologorum,
& Canoniſtarũ opinionem; tamẽ nec Roma.
Pontifex ſic ſine cauſa diſpenſans tutus eſſet
in foro conſcientiæ, quia peccaret, tum & is,
qui diſpẽſationem etiam ſine cauſa obtine-
ret ipſa vtendo mortaliter itidem pecca-
ret iuxta receptiorem opinionẽ de qua Di-
dac. egregie in Epito. de ſponſa. 2. part. cap.
6. §. 9. a num. 7. cum ſequen. vbi multos in
hanc recenſet ſententiam; quamquam actus
valeret, & filij ex eo matrimonio legitimi
forent, vt ille ibi. Inde ſequitur quod cum
conditio adiecta maioratui, vel donationi
ſub conditione ſi Papa diſpenſauerit, ne-
queat niſi ex iuſta cauſa concedi citra pecca-
ti incurſum; & non in omnibus iuſta cauſa
contrahendi in gradibus prohibitis reperia-
tur, conditio vti peccati occaſionem tribuẽs
reijcienda erit l. conuenire cum alijs a gloſ.
Barti. & cæteris adductis ff. de pact. dotal.

53 Nec † quis tenetur voluntati teſtatoris pa-
rere, quæ peccatum induceret, quę veluti im-
poſsibilis a iure reputatur, & contra bonos
mores §. ſi impoſsibilis inſtit. de inuti. ſtipu.
l. conditiones, quæ contra bonos mores de
condi. inſti. l. conditiones, quæ contra ædicta
illo eod. titul. gloſ. 1. vbi alij in d. §. ſi im-
poſsibilis.

54 Subiungit † idem Molin. d. cap. num. 12.
alteram diſtinctionis partem, aut poſt ſacrũ
concilium Tridentinum conditio huiuſmodi
adijcitur, & contrahere matrimonium iuſsi
attinent ſibi adinuicem in ſecundo conſan-
guinitatis gradu in diſpenſabili ſecundum
præſatum concilium cap. 5. ſeſsio. 24. de re-
forma. matrimo. tunc conditio reijcienda
erit, quoniam dicto iure diſpenſandi facultas
pręcluſa eſt, & talis conditio de iure, & facto
impoſsibilis iudicatur proinde reijcienda:
Hanc etiam diſtinctionem improbaui dicta
differentia 2. quoniam non ideo quod ſacrũ
concilium id ſtatuerit Roma. Pontificibus
diſpenſandi facultatem interdicere potuit,
qui ſupra concilium ſunt, proinde in dies
poſt concilium diſpenſatos vidi multos & in-

numeros

numeros in ſecundo gradu, qui nedum non maximi principes erant, ſed neq. admodum nobiles, nec diuites.

55 Proinde † ex ſuperioribus in hanc deuenio ſingularem opinionem vt credam quod etſi donans, vel diſponens dederit ſub conditione ſi Papa diſpenſauerit ſiue in 2.3. vel 4. gradu, nihil enim quo ad me id refert ex ſuperius traditis, niſi adijciat cauſam iuſtã, quę ad id Roma. Pontificem, & contrahentes ad petendam diſpenſationem inducere poteſt, & tutos etiam in cõſcientia reddere, veluti turpis reijcienda ſit. Nec dixerit quiſpiam hanc conditionem tacite ineſſe, & expreſſionem eorum, quę inſunt parum, vel nihil operari l.3. de lega. 1. l.3. C. de fideiuſſo. cum ſimilibus multis, quoniam verum non eſt in hoc caſu talẽ ſubintelligi cauſam, quoniam & ea ſubſiſtente poteſt Roma. Pontifex denegare diſpenſationem: rurſus & ſine cauſa poſsit ſi vult ipſam concedere. Et vidimus multos Pontifices ita pios, & rigidos (qualis Pius Quintus erat) & ſacrotum Canonum, & conciliorum ſummos obſeruatores, qui noluerunt neque etiam ex cauſa diſpenſare. Porro expreſsio eorum, quę tacite inſunt fortius operatur, & regulæ d. l. 3. de legá. 1. & d. l. 3. C. de fideiuſſo. procedunt quando exprimitur id, quod tacite ineſt ex neceſsitate quemadmodum Bart. & alij ibidem declarant Manti. de coniectu. vltima. volũt. lib. 7. tit. 12. nu. 14. cum ſæpius vt ille ait mutetur rei effectus, licet id expreſſerit diſponens, quod tacite inerat dixit text. in l. ſi inter § fin. de condi. & demonſ. l. ſi ita expreſſum illo eod. titul. de condi. & demonſ. in hac ſpecie de neceſsitate non ineſt; nam in arbitrio, & libera Pontificis maximi voluntate diſpenſandi facultas reſidet.

56 At hæ † cauſæ iuſtæ ad obtinendam diſpenſationem in paucis reperiuntur, hodie enim (proh dolor) pro delectu ſibi cauſas confingunt ad huiuſmodi diſpẽſationes obtinendas, ſeipſos non alios fallentes in ſummum animarum ſuarum (quas diuitijs & æternæ fœlicitati præferunt) diſpendium, vana quadam, vel conſeruandæ agnationis, vel alterius cauſæ iniuſtæ occaſione arrepta: ipſi viderint dum Deus Optim. Maxi. rationem requiret villicationis. Quare ſi iuſta exprimitur per donantem vel aliter diſponentem cauſa iuſta etiam conditio, iuſtumque præceptum iudicabitur: qua ſubmota, è conuerſo iniuſtum, & de eo iudicandum id ipſum, quod de conditione adiecta á diſponẽte, vel donante purè, & ſimpliciter volẽti vt donatarius matrimonium contrahat cũ conſanguinea, cuius volũtas vt ex cõmuni ſupra reſolui aduerſus Molin. reijciẽda eſt omnino.

57 Ex his ſequitur † vt in quibus caſibus cõditio in contractibus vti turpis, & veluti impoſsibilis reijcitur, in eiſdem ipſis infringat diſpoſitionem. Hæc enim inter contractus, & vltimas voluntates differentia eſt, vt in vltimis voluntatibus conditiones huiuſmodi reijciantur, & veluti non appoſitæ actus legati vel inſtitutionis ſuſtineatur fauore vltimarum voluntatum d. § impoſsibilis inſtitu. de hæred. inſtitu. l. obtinuit de condi. & demonſ. in contractibus, qui non tam fauorabiles ſunt non reijciuntur, ſed omnino contractum vitiant d. § ſi impoſsibilis inſtit. de inuti ſtipu. l. non ſolum de actio. & obliga. cum alijs pleriſque concordantibus citatis per eundem Molin. lib. de primo. Hiſpa. a. cap. 12. num. 36. cum duobus ſequen. & rurſus cap. 13. num. 19. vbi communem dixit licet aliqui contrarium dixerint.

58 Ex ſuperioribus † multa ſingularia inferuntur. Primo quod licet conditio ſi Titius cõtraxerit matrimonium cum certa perſona adiecta in donatione, adimpleri neceſſe debeat: cum honeſta ſit nec liberam contrahẽdi matrimonium facultatem præcindat d. l. cum ita legatum verſic. Videamus & in d. l. Titio centum § 1. de condi. & demonſ. vt in principio dixi quęſtionis, tamen conditio ſi nupſerit, adiecta mulieri vt nubat tertio, ſi virgo alteri nupſerit de conſenſu, & voluntate parentum, non amittit donata, vel re-
59 licta, † quoniam virginitatis pudoris non eſt eligere maritum, cum electio parentibus á filia Virgine danda ſit cap. honorentur 32. quæſt. 2. proinde cum inhoneſtum foret aduerſus patris voluntatem alteri nubere, atq. á patris voluntate diſcedere, vbi patre renuente filia conditioni non paruit rebus donatis, vel relictis priuari non debet: ſic egregie reſpondit Stepha. Bertran. conſil. 148. proponitur in facto lib. 1. Dida. in Epit. de ſponſa. vbi Bertran. ſequitur cap. 3. § 3. nu. 2. & dixit notatu digniſsimum illuſtriſsimus Cardi. Manti. in commen. de coniectu. vltim. volunt. lib. 11. tit. 18. num. 46.

60 Quibus † concinit ſingulare Bal. reſponſum, conſi. 357. nulla mulier lib. 1. quod ſtante ſtatuto vt mulier nulla poſsit contrahere matrimonium extra communẽ iuriſdictionem Mediolani etſi nupta fuerit; quod nequeat ſuccedere alicui de iuriſdictione Mediolani, nupta ipſa extra iuriſdictionem ſuccedere non poteſt, verum ſi nupſerit cum cõſenſu, & voluntate parentum ſuccedet vtiq. propter ſuperiorem rationem, & quia metu reuerentiali potius coacta, quã ſponte nupta dici poſsit ad text. in l. 1. § quæ onerandæ cum ſimilibus ff. qua reru. actio. non det. cõducit text. in l. liberorum § fina. ff. de his, qui [illegible] notan.

61 hotan.infa.quo in text. † probatur,mulierẽ,
quæ intra annum luctus matrimonium contraxit, quæ ipſo iure infamis efficitur, ſi tamen nupſerit de voluntate parẽtum nullam incurrit infamiam:proinde conditio adiecta in capitulis matrimonialibus virgini,quæ alteri nupſit iuſſu frarentum etſi deficiat, non tamẽ propterea donatis rebus fruſtrabitur.

62 Hæc † tamen etſi communis traditio periculoſa eſt,nullo enim iure probatur neque text.in d.cap. honorantur, à quo potiſsimè ſuam citati ſuperius interpretes ſententiam ducunt aliquid facit, loquitur enim ſecundũ legem honeſtatis non neceſsitatis, cum eo iure ex communi ſententia poſſent filij,& filiæ inuitis etiam parentibus matrimonium contrahere iuxta communem de qua lib. 1.

Idque iure nouiſsimo S.C.Tridentini nullam recipit, aut recipere dubitationem poteſt, quo ſtatutum fuit aſſerere contrarium hæreticum eſſe,vt d.lib. ſcripſi durum igitur eſſet vt cum matrimonium iure ipſo libere, & licite cõtrahi poſsit, quod propter ſolam parentum voluntatem donans, vel relinquẽs ſub tali conditione, voluntate ſua fruſtratus remaneret, cũ vt & ſupradixi liceat præmijs ad matrimonium inuitare.

Rurſus inde fere ſemper voluntates relinquentium deficerent, hoc enim colore nuſquam filię talibus nuberent, & adiectas conditiones licitas, & honeſtas eluderẽt aduerſus iuris diſpoſitionem, quando commodo legali vel donationis priuari non poſſent;ſępius etiam parentes cum filiabus colluderẽt dum alios in viros filiarum ſuarum optarẽt, quaſque cum relictis,vel donatis ab alio ſub dicta conditione dotarent, quod ingens fo-
63 ret malum,& peſsimi exempli.Neq. † facit text.in d.l.liberorum §.fina.cum in eo text. remittat infamię maculam lex propter reuerentialem parentum metum, infamiæ inquam nutam,à lege ipſa inflictam, quia mitius agitur cum lege quam cum homine l. celſus ff. de recep. arbi. cum alijs congeſtis per Surd. conſil.97. num.9.libr. 1.in noſtra ſpecie de voluntate teſtatorum, vel contrahentium infringenda agitur, quorum vota voluntatem,& conditiones in rebus ſuis adiectas leges ipſi obſeruandas fore omnino ſtatuerint, ne totus confundatur reipublicæ ſtatus,dixi in principio quæſtionis.

64 Secũdo † infertur reſolutio alterius caſus cum in capitulis matrimonialibus parentes bona filijs donant, & eorum ſucceſſoribus, ea lege vt ij teneantur de conſilio aut voluntate parentum ſuorum, fratrum, conſanguineorum,vel tutorum, aut curatorum matrimonium cõtrahere; Nam vel dictum id fuit per verba conſilium tantum importãtia,aut voluntatem, in primo caſu conſilium petendum & conditio matrimonij minimè impeditiua adimplẽda eſt.Secundo vero minimè, iuxta ſuperiorem reſolutionem, & expreſſim Ludo.Molin.d. cap.13.num.35.36. vbi & obiectis reſpondit; & nouiſsimè multis comprobat, ſimul & hanc ipſam opinionem tenentes adduxit Meno. conſi. 69.num. 29. lib.1.& conſi.322.num.42.lib.4.Pela. tract. de maio.Hiſpa.1.par.quæſ.50.num.4.quam citati interpretes communem dixerunt.

65 Tertio ſequitur, † & eam valere conditionem adiectam in donationibus factis in capitulis matrimonialibus (quod non ſemel accidit) qua iuſſum fuit filios primogenitos vel alios in poſterum ſucceſſores ne cũ certo genere, vel certa familia perſonarum contraherent,aut cum fœminis infecti generis, & improbaræ æſtimationis, ſub pœnam priuationis; non enim in hac ſpecie impeditur libertas matrimonij etſi aliquantulum reſtringatur l.hoc modo de condi.& demonſ.l. hoc genus illo eod.titul. (& honeſta conditio iudicatur, cum infectus ſtipes vniuerſam deturpet familiam l.fin.ff.de ſta. libero. ſequitur ex alijs idem Molin.d.cap.13.nu. 28.

66 Quarto † ſequitur reſolutio alterius quæſtionis,quam Molin. d. cap. intactam relinquit,an ſcilicet donatio, vel maioratus inſtitutus ſub conditione vt filius, vel filia contrahant matrimonium cum aliquo infecti, & deturpati generis,& familiæ,niſi pareat donatione, vel maioratu priuandus ſit. quam quęſtionem mouit Pela. d.quæſ.50.num.10. opinatur filium non parentem, minimè maioratu priuari poſſe ex text.in l. cum ita le-
67 gatum de condi. & demonſ. † quo in text. probatur legatum mulieri ſub conditione ſi filio nupſerit, vbi Titius indignus fuerit, mulierem nubere recuſantem legati commodo non priuari,quia tacita ineſt conditio ſi condigne nubere poſsit, conducit text. in l.reprehendenda C.de inſti.& ſubſti. Et vt rectè animaduertit Manti. in hanc quæſtione d. titu.18. num.5. per hanc conditionem, qua mulier Titio nubere iubetur, omnibus alijs nubere prohibetur; ita fit vt cum Titius indignus eſt,tale legatum eſt, quale ſi dictum fuiſſet,ſi nemini nupſerit, vnde cũ hæc reijciatur proculdubio ſic & ſuperior Barto. in d.l.cum ita legatum,& in d.l. reprehendenda,Socin.in l.quoties num.1.cum ſequen.de
68 condi. & demonſ. † vbi & indignas declarant eas eſſe nuptias cum ij, qui contrahere iubentur non id efficere poſſunt citra infamiam iuxta ritum,& mores ciuitatũ, in quibus contrahere matrimonium iuſsi ſunt ad tex.in l.at ſi quis §. hæc actio ff. de religi. & ſump.fune.Acoſt.in d. §. ſi arbitratu, ornat

alijs

alijs in hanc opinionem adductis Pelaez d.
69 quæſt.50.num.10.cuius † tamen traditio in
eo quod affirmat,contrahere iuſſum cum in-
fami,& indigno,minime priuari maioratu ſi
non pareat, vera non eſt aut ſaltim declarã-
da iuxta traditam à nobis, & ferè omnibus
communem ſententiam, qua dixi ſuperius,
conditionem turpem, & inhoneſtam in ma-
ioratibus inter viuos,& ſeu contractibus ad-
iectam actum omnino infringere, & irrita-
re,licet in vltimis voluntatibus ipſarum fa-
uore aliud ſit, reijcitur enim in his turpis &
impoſsibilis perinde ac ſi adiecta non fuiſ-
ſet,& hæres vel legatarius purè res hæredi-
tarias,vel legatum legatarius conſequitur;in
his terminis loquuutur iura ante citata ſe-
cus in maioratibus, vel donationibus inter
viuos factis,quę omnino pereunt iuxta verã,
& communem Ludo.Molin.& aliorum ſen-
tentiam de qua ſuperius.

70 Quarto † ſequitur & alterius quæſtionis
decilio,cum pater vel alius in contractu ma-
trimonij vel in altera diſpoſitione adijecit
conditionem licitam, & honeſtam vt cũ cer-
ta contrahat filius, vel filia perſona matri-
monium,vbi is,vel ea,cum qua matrimoniũ
contrahendum eſt nolit, vtrum conditio ha-
beatur pro adimpleta; & haberi æquiſsimũ
eſt cum per contrahere debentem non ſtete-
rit l.1.C.de inſti.& ſubſti.vbi Barto.Angel.
Bal.Salicet.Alex.Iaſ.Deci. Rationem red-
diderunt,quoniam & conditio pro adimple-
ta habetur etiam quando ex facto tertij im-
peditur, ex cuius voluntate pendet imple-
mentum d.l.1.& nullus diſſentit Ludo. Mo-
lin.d.cap.13.num.14.Pela.d.quęſt.50.n.17.
quibus accedit in tuitionem tex. egregius in
l.hæc conditio filię & tex.in l.conditionem,
quæ in futurum ff.de condi.& demõſt. l.vter
ex frrtribus l. ſequen. de condi. inſtitu. l. ſi
poſt diem §.item ſi qua ff.quan.dies leg. ce-
dit.quod quemadmodum in vltimis volun-
tatibus acciplendum ſit tradit erudite Man-
ti.d.tit.18. à num.37.

71 Quinto † infertur ad hanc controuerſiæ
deciſionem, cum retentis eiſdem terminis
pater dedit filio, vel filiæ vt cum certa per-
ſona matrimonium contraheret, ſi grauatus
matrimonium contrahere recuſauit, poſt
pœnitentia ductus vellit,an poſsit. Exiſtima-
uit Acoſt.in d.§.ſi arbitratu limita.6.num.9.
requiſitum per ſuccedentẽ in maioratu gra-
uatum, & reſpondentem ſe nolle contrahe-
re eo ipſo ſucceſsione priuatum, & ſequenti
deferri ex tex. in d. l. parer ſeuerinam in
principio de condi. & demonſt.in quo tex.
conditio illa *ſi non nupſerit* interpretatur id-
eſt *ſi noluerit*,& quoniam(addit Molin.nunc
citandus) *ſucceſsio maioratus in pendenti eſſe
nõ debet aduerſus tritiſsimas iuris regul is.* Sic
ille d.cap.13.num.18.

72 Hęc tamen † Acoſt.& Molin.traditio om-
nino diſplicet, niſi in caſu, quo idem maio-
ratus inſtitutor,vel donator vt in ſpecie quę-
ſtionis propoſitæ loquamur ipſo facto pri-
uaſſet maioratu, vel donatione renuentem
contrahere matrimonium, & alteri appli-
caſſet, voluntas illius proculdubio ſeruanda
73 eſſet,ex † eo enim ius ſequenti vocato quæ-
ſitum fuit, quo priuari ob grauati pœniten-
tiam non debet cap. quamvis de reſcrip. in
6.Etſi enim aliquando variatio licita ſit,poſt
tamen ius alteri quæſitum non permittitur
glo. in cap. nolti de electio. & alios plures
in hanc recenſet opinionem Tiraq. in l.bo-
ues §.hoc ſermone limi. 23. nu.5. de verbo.
74 ſignifica.Sic † etiam licet is, cui electio co-
miſſa eſt poſsit variare, & alium eligere ex
facultate in vltima voluntate conceſſa,ſi ta-
men in contractu ſecus, quoniam valet ele-
ctio,& ius illico quæritur neq.ab ipſo poteſt
reuocari l. ſerui electione vbi Barto. & cæ-
teri delega.1.l.apud Aufidium de optio. le-
ga.declarat ex communi idem Moli.de Hiſ-
75 pan.primoge.lib.2.cap.4. num.37.38. Et †
quia mora purgari re non integra non poſ-
ſit l.illud cum ſimil.ff.de peri.& commo. rei
76 vendi. Neq. † ad actionem ſemel deperdi-
tam recuperandam moræ purgatio permit-
titur l.ſi ita quis §.ſeia vbi interpretes de ver
bo. obliga. Quod ſi donator vel maioratus
inſtitutor priuationis pœnam non adijecit,
cenſeo poſſe poſt requiſitionem pœnitere,
77 & matrimonium contrahere, ſufficit † ete-
nim voluntatem adimplere diſponentis re-
integra, & eo tempore quoad exequutionẽ
deduci poteſt,vt rectè vna cum alijs conſide-
rationibus præter nũc adductas animaduer-
tit Pelaez d.quæſt.50.num.13. vbi num.14.
maiori ratione id obtinere ſcripſit quando
is, cui grauamen hoc de contrahendo ma-
trimonium iniunctum fuit, eſſet minor an-
nis 25. poſſet enim reſtitutionem poſtulare
aduerſus conditionem non completam l. 3.
§.etſi hæres ſic ff. de mino.idem Pela. dicto
78 tracta.part.2.quæſt.4. illa.8. Cuius † tamen
in hoc vltimo ſententiam probare non poſ-
ſum,nam cum iure ordinario id fieri poſsit,
ad reſtitutionem in integrum recurrendum
non eſt.declarat Sfor.Oddo.tracta.de reſti-
tu.in inte.part.1.quæſt.17.artic.16. nu.119.
& dixit eleganter Oſaſ. minorem non egere
reſtitutione aduerſus donationẽ cauſa mor-
tis, cum poſsit ipſam ad libitũ reuocare de-
ciſio.120.num.13.

79 Neque † facit tex. in d.§. etſi hæres ſic,
quoniam in eo tex. filius intra centum dies
emancipari debuit, & eum certiorare patrẽ
vt id

vt id faceret pretermiſerit intra dictos dies,
poſſe poſt eos reſtitutionem minorem pe-
tere voluit text.in propoſita quæſtione nul-
lum fuit adiectum certũ tempus intra quod
filius matrimonium contrahere deberet.
80 Vnde egregia † & quotidiana dubitatio
incidit à nemine in hac materia pertractata;
ſi minor maioratus conditioni de contrahẽ-
do cum aliqua intra certũ tempus ſub pœna
priuationis maioratus non paruit, an is poſ-
ſit moram purgare reſtitutione in integrum
ſaltim petita, ſi ſemel requiſitus ſe nolle di-
81 xerit: † quæſtio hæc ab alia pendet, an mi-
nor reſtituatur aduerſus ſpretum præceptum
teſtatoris, vel alterius diſponentis, & pœ-
nam incurſam ipſo iure ex eiuſdem diſpo-
nentis ordinatione.
82 In qua quæſtione † duas eſſe video diuer-
ſas opiniones, quidam affirmant reſtituen-
dum. Anguizol conſi.5. num.5. libr.3. exiſti-
mauit non eſſe reſtituendũ minorẽ ſi omiſe-
rit implere voluntatẽ teſtatoris; nullo iure,
aut ratione motus; contrariam tamen opi-
nionem tenuerunt Bald. in l. pupillorum nu.
5. C. de repud. hæredi. Alex. ibidem ad finẽ.
Roma. ſingulari 94. Euerar. Ruin. Riminal.
Iaco. de ſanct. Georgi. Acoſ. & alij quorum
communem dixit, & veram opinionem, quã
& is ſequitur Sfor. Odd. tract. de in intre.
reſtitu. part.2. quæſ.82. artic.6. num.62. vnde
ſi in noſtra ſpecie Minor vel intra tempus
certum à diſponente præfixum non contra-
xerit matrimonium, aut legitimè requiſitus
vt id faceret vbi tempus appoſitum nõ fuit,
contrahere prætermiſerit, poterit proculdu-
bio moram purgare re integra adhuc, & de-
nuo contrahere.
83 Quam † tamen traditionem ſic intelligo
vt poſsit minor reſtitui retẽto ſuperiori the-
mate, ſecus vbi minor, qui aliquam in vxo-
rem ducere iuſſus erat, cum alia cõtraxiſſet,
& defuncta ipſa, eandem, quam iuſſus fuerat
in vxorem accipere denuo ducere vellet, nõ
enim reſtituẽdus videtur, cum deficiens cõ-
ditio cenſeatur l. hęc conditio de condi. &
demonſ. l. hoc genus vbi gloſ. eod. illo titul.
vbi & interpretes docuerunt. Acoſ. in dict.
§. ſi arbitratu lini.6. num.3. Ludo. Molin. d.
cap.13. num.16. quamquam ij non in termi-
nis reſtitutionis loquantur neque alius vllus:
vera tamen traditio eſt, ex prædicta ra-
tione; tum & quia in prædicto caſu nedum
minor omittendo aduerſus præceptum te-
ſtatoris, vel diſponentis egit, ſed & commit-
tendo, quod durius eſt pœnam aduerſus diſ-
ponentis voluntatem incurrẽdo; & licet vo-
luerint multi in committendo minorem ad-
uerſus pœnam per teſtatorem adiectam in
caſu contrafactionis reſtitui poſſe, quales
Deci. Areti. Ruin. quos ſequitur idem Sfor.
84 Odd. vbi ſupra † communis tamen & recep-
tior eſt minorem dum ipſe ſciat voluntatem
diſponentis contrauenientem non reſtitui,
quam opinionem idem Odd. communem
fatetur d. arti. a num.57. quæ maiori ratione
in maioratibus, & ſucceſsionibus, quæ in do-
nationibus factis in capitulis matrimoniali-
bus deferuntur, recipienda eſt, quia in pen-
denti eſſe non debent vt ad aliud inſtitutum
Molin. animaduertit d. cap. num. 16. in fine.
85 † Sexto infertur deciſio alterius quæſtionis,
ſuperiori contrariæ, quando teſtator, vel diſ-
ponens donator, iuſsit filium cum ſeya con-
trahere, ipſa autem legitime requiſita vt cõ-
traheret, noluit, verum pœnitentia ducta
poſsit iuxta præceptum diſponẽtis eum no-
lentem cogere vt cum ipſa contrahat, diffi-
cilis quæſtio, in qua interpretes noſtri in di-
uerſas obierunt ſententias. Nã Pet. de Bella.
& Cyn. in d. l. 1. de inſtitu. & ſubſtitu. eo. exi-
ſtimarunt non poſſe hæredem legatarium,
vel donatarium, de quo nos loquimur, con-
ſequi relicta, vel donata, niſi impleat volun-
86 tatem teſtatoris; ea adducti ratione, † quod
mora extrema cuilibet ſit nociua vt dixit
text. in l. illud ff. de peri. & commo. rei ven-
di. & tex. in l. fina. ad finem ff. quo legato l.
celſus cum ſimili. ff. de Arbi. eandem opi-
nionem tenuit Fulgo. in d. l. 1. C. de inſtitu.
motus ex tex. in d. l. 1. quia in tex. probatur,
requiri ad hoc vt conditio habeatur pro im-
pleta, quod non ſolum filius Altili nolit cõ-
trahere matrimonium, ſed etiam quod per
ſuam contradictionem matrimonium impe-
diatur, & conſequenter quod contradicendo
perſeuerauerit, ita vt nuſquam amplius ma-
trimonium contrahi poſsit.
87 Bald. autem † in eadem l. 1, num.3. & Sa-
licet. num.5. contrariam docuerunt, ſufficere
ſi ſemel noluerit ad hoc vt talis conditio ha-
beatur pro adimpleta l. in teſtamento 2. ff.
de conditio. & demonſ. Rationem reddunt
quia tantũ operatur fictio in caſu ficto, quan-
tum veritas in caſu vero l. vni. in principio
C. de rei vxo. §. per acceptilationem cum ſi-
milibus, inſti. quib. mod. tollit. oblig. eandem
Bal. & Salice. opinionem ſequitur Alex. in
d. l. 1. num.8. Curti. Deci. & Iaſ. qui num. 8.
communem dixit eandem dixit communem
Pela. d. quæſtio.50. num.13. Imol. in d. l. in
teſtamento 2. conciliat opiniones contra-
rias dicens, quod aut legatarius conſequutus
fuit legatum, & procedat opinio Bal. & Sa-
lice. vt tamquam impleta conditione poſsit
retinere, aut non fuit conſequutus, & hęres
poſsit eo in caſu excipere ſi legatum peta-
tur, quia præſtare non tenetur niſi matrimo-
nium cum effectu contrahatur; Rationem
reddit

Digitized by Google

reddit quia in legato conditionali facto in teſtamento mora purgari poteſt, quoad inducendam exceptionem l. 1. de pen. lega. l. cui fundus vbi Bart. de condi. & demonſt.

Socin. vero in d. l. in teſtamento quatuor caſus diſtinguit quos ad longum refert, & ſequitur Manri. d. ritul. 18. num. 40. 41. cum ſequen. ſed vix ſuperiora ad maioratum & donationem factam in capitulis matrimonialibus adiungi poſſunt.

88 Pela. † autem d. quæſtio. 50. numer. 13. in eiſdem fere terminis noſtris mouit quæſtionem, & exiſtimat prius ad voluntatem inſtituentis maioratum recurrendum eſſe, vt ſi ipſo iure poſt requiſitionem voluerit vt maioratus ad alium tranſeat, non ſit locus pœnitentiæ, ſi vero talis deficiat voluntas, & res integra ſit locus dabitur pœnitentiæ; quam potiſsimè opinionem ſuam procedere dixit, cum filius vel filia, is ve, qui contrahere iubetur, minor eſt, petita enim reſtitutione in integrum facile obtinere, & volūtatem poterit adimplere diſponentis: cuius non diſplicet opinio, ex his quæ de reſtitutione in integrū petenda in caſum omiſsionis aduerſus voluntatem diſponētis dixi ſuperius, quæ proculdubio vera, & amplectenda ſunt cum caſus occurret. Et quoniam in eleganti caſu ſuperioribus ſimili conſului ad longum conſilium hic inſerere volui.

DVBIA A SACRO data Senatu eodem ordine reſoluuntur.

IN FAVOREM ILLVSTRIVM dominorum de MontCortes, &c.

PRIMVM DVBIVM.

VTRVM pactum per Ioannem Saçirera ſeniorem appoſitum in capitulis matrimonialibus inter Ioannē Saçirera filium dicti Ioannis ſenioris, & Magdalenæ de Alētorn firmatis, quod caſu quo dictus Ioannes filius decederet ſine filijs maſculis, filia quæ ſuccederet in bonis donatis, in defectu maſculorum, teneatur matrimonium cōtrahere, ſub pœna amiſsionis, & priuationis bonorū donatorum, cum vno ex filijs, vel deſcendētibus per rectam lineam maſculinam Bernardi Ioannis de Saçireta, domini, qui dicitur de Sāguim de la Plana, vel Philippi Clementis Saçirera, domini qui dicitur del mas Caluo: quaſi cum cæteris alijs matrimonium contrahi prohibitum videatur, validum ſit nec ne.

Primi dubij Reſponſum.

INueſtiganda iam dubiorum veritas, & quę vtriuſque partium contendentium potiora foueāt iura. Aduerſantes multa adſerunt quę partem hanc proſternere videantur. Poſt hęc autem ſcripta id dicturum ſpero neminem. Nam licet videatur quēlibet diſponere poſſe, vt filius vel filia intra familiam nubat, ſi ſecus fecerit hæreditate priuetur, & ita validam fuiſſe conditionem de qua tractatur. Aduertendum tamen pactum, conditionem, ſeu grauamen nullius eſſe efficaciæ, ex quo filiæ fuerunt grauatæ, vt matrimonium contraherent cum filijs conſobrini illarum aui, vt ex eiſdem capitulis matrimonialibus apparet, ibi (ab fills de Bernat Ioan Saçirera de Sanguim coſi meu, ò de Phelip Saçirera del mas Caluo coſi meu,) & ſic in caſu quo nuptiæ iure pontificio prohibitæ ſint. Conſobrini enim ij appellantur qui ex duobus fratribus, vel ſororibus procreati ſunt. §. quarto gradu inſt. de gradi. aff. At in hoc ipſo caſu reijcitur conditio, maxime non adiecta clauſula quę inſeri ſæpius ſolet (obtenta prius à Romano Pontifice diſpenſatione) quæ non legitur in dictis capitulis: negari enim non poteſt, huiuſmodi nuptias pluſquam prohibitas eſſe ca. non debet de conſang. & affini. gloſ. in l. 2. vet. voluerit C. de inſtit. & ſubſ. Concil. Trid. ſeſ. 24. de Reformatione cap. 5. in fine. Belleſin. Alb. Bald. & Salicetus quos ſequitur. Ioſredus conſil. 16. num. 1. & 2. Mantic. de coniec. vltim. volun. libr. 11. tit. 18. num. 6. vbi hæc verba.

Et ſic iſta conditio non poteſt, nec debet in dicto gradu prohibito operari effectū, quia iſta verba ſunt intelligenda ſecundum ius cōmune, non ſpeciale, quod per diſpenſationem obtineri poſsit, l. vlti. C. de ijs qui veniam ætat. impetra. & in terminis conſuluit Curtius iuni. in conſi. 54. num. 13. & 14. tum quia iſta conditio non poterat aliter quam per diſpenſationem Romani Pontificis adimpleri, quo in caſu habetur pro non appoſita, quod dicit eſſe menti tenendum Iacobinus de ſancto Georgio in l. 1. C. de inſ. & ſubſ. ſub. condi. factis num. 12. allegans notata in l. Iulianum. §. fin. ff. de lega. 1. quæ eſt 40. in ordine & alias incipit Africanus, fac. text. in l. continuus, §. cum quis. ff. de verb. obli. vbi gl. verb. relictæ, & ibi Bart. nu. 2. Caſtr. nu. 3. Iaſſ. num. 8. & ſequen. & nihil refert quod poſsit à Papa obtineri, & ſimiles diſpenſationes concedi ſoleant quia ad hoc vt conditio habeatur pro non ſcripta, ſufficit quod pendeat à voluntate Romani Pontificis, quid quod, & quod per ſolum principem explicari poteſt,

poteſt, impoſsibile quodammodo dicitur, Abb. in ca. fin. in fine de cleri. perc. & dato, non proprie, & ex ſtricta interpretatione, cum ſoleat concedi, ſit poſsibile; dicitur tamen quaſi impoſſibile, & reuera dicitur impoſsibile, factu, & valde difficile, quo in caſu æquiparantur impoſſibile, & multum difficile l. cum hæres, §. 1. vbi Alberi. ff. de ſtat. homi. & ideo diſpoſitum in vno, habet locum in alio. ex Felin. in cap. accepimus de fid. inſtr. Hucuſque Mantic.

Neque ad inſtitutum reticenda authoritas, Sim. de Pret. viri in primis eruditi, etſi ſtilo obſcuri, is de interpretatione vltimarum voluntatum libr. 4. dubitatione 12. dubio. 1. num. 6. 7. & 8. 2. tom. fol. 443. hæc ipſa verba ad inſtitutum.

Item & ſecundo teſtator reſtringens ſe ad perſonas certi loci, vel certæ familiæ, valide præcipit filiæ, vel neptiæ ne nubat forenſibus, & alicui, qui non ſit oriundus & ciuis ſui municipij, vel qui non ſit de tali caſata, & familia, dummodo ibidem honeſte nubere poſsit, l. cum ita legatum ſit & l. hoc modo. de conditio. & demonſtratio. l. prima & ſecunda C. de inſtitu. & ſubſt. tu. & l. 1. de ys, quæ pr. nom. adeo quod hæc nubendo non euitaret pœnam amiſſionis relictorum, & ſpreti præcepti, teſtatoris, ſi nuberet vni effecto ciui, vel de familia reſcripto principis, vel alicui ciuili, & legali modo, vt latè in vtramque partem arguendo probat, & concludit Fulgoſ. dict. conſil. 61. Domina Catherina, ex inde incidimus in aliã reſolutionem, quod ſi in municipio, vel in familia non reperiatur aliquis, cui talis mulier nubere honeſte & commode poſsit, quia omnes vel ſunt nuptijs ſuis indigni, vel ſunt conſanguinei, in gradu prohibitio ad contrahendum ſecum matrimonium, tunc impune poſſet alijs nubere, reiecta conditione, & præcepto huius modi, vti matrimonij impeditiuo, dicta l. cum ita legatum & dicta l. hoc modo cum allegat. & in terminis Abb. conſil. 65. & primo columna tertia, in principio lib. ſecundo, Ioannis Bapt ſ. Plot inter concilia matrimonialia conſilio. 87. num. 9. & 18. Nec habenda eſſet Ratio, quod poſſet obtineri à Summo Pontifice diſpenſatio contrahend. matrimonium cum cõſanguineo aliquo, aliàs digno: quia conditionis huiuſmodi, & præcepti verba ſunt intelligenda naturaliter, & non ciuiliter, nec ficte, & diſpenſatiuo modo l. ſi ita quis in teſtamento, §. ſi. 1. delegat. ſecund. cum concordant. ibi in gl. & ibi Bart. & alij, & Bart. & Bald. in l. fin. C. de his qui ven. æta. Deci. conſil. 541. colum. tertia num. 13. verſic. Secundo dato, & num. 14. & in ſpecie Curt. iuni. conſil. 54. column. quarta, & ſequent. num. 13. 14. illud enim reputatur impoſsibile, quod non poteſt obtineri niſi per viam diſpenſationis, not. Gemi. in cap. gratia colum. penul. num. nono de reſcript. in ſexto, & Ioann. Bap. Plot. dicto conſil. 87. numer. decimo inter concil. matrim. Hucuſque Simon de Pretis.

Ex his primi prodit veritas dubij, potuiſſe Ioannis filiam, quæ in bonis ſucceſsit patris, cuilibet nubere, quod adiecta conditio de nubendo conſanguineis, veluti impoſſibilis, difficilis, & pro non adiecta habeatur.

Secundum Dubium.

VTRVM ex diſpoſitione & tenore prædictorum capitulorũ matrimonialium dictorum Ioãnis & Magdalenæ, reſultet fideicommiſſum perpetuum, in fauorem filiorum, & deſcendentium Bernardi Ioannis de Saçirera, & Philipi Clementis, in caſu contrauentionis, quod dicta filia dictorum Ioannis, & Magdalenę recuſauerit contrahere matrimonium, cũ aliquo ex filijs, vel deſcendentibus per rectam lineam maſculinam prædictorum Bernardi Ioannis, & Philipi Clementis.

Dubij ſecundi Reſponſum.

NON in huiuſmodi dubij ſolutione immorandum admodum, neq. exquirenda nũc illius veritas eſt: animaduertere enim æquiſsimos velim iudices, non hunc eueniſſe caſum. Porro cum facti ſpeciem (vt Iuſtinianus dixit) ius ſequatur, & altera nunc ventiletur. Oleum & operam me perdere exiſtimauerim, ſi iuris diſpoſitionem adiungã: facti autem ſeries, & controuerſia, hæc eſt. An cum Philippus Saçirera, quem in caſu nuptiarum, ſub pœna priuationis hæreditatis; Eliſabetha vt cum eo contraheret, interpellare tenebatur, requiſitus noluerit, primo ſublato matrimonio; in ſecundo id ipſum facere mulier teneretur, & cum non fecerit; propterea hæreditate priuetur, vt in tertio dubio. Sanè hic caſus per donatorem prouiſus non fuit, ne dicam cogitatus, ad iuris igitur diſpoſitionem aduolandum eſt vti ommiſſus.

Tertium Dubium.

VTRVM dictum fideicommiſſum cenſeatur iniunctum prædictæ filiæ dictorum Ioannis, & Magdalenę, non ſolum quoad primum matrimonium, verum etiam ſi matrimonium ſolutum ſit, quoad ſecundum, & omnia quæcumque matrimonia: Ita, quod conditio prædicta nubendi cum vno ex dictis Saçireres, intelligatur, non ſolum de primis nuptijs, verum etiam de ſecundis, & vlterioribus nuptijs.

Dubij Tertij Solutio.

DVBIVM, ſcopus eſt litis, & controuerſię, quem quiuis pertigerit, is obtinebit: ex eo leges, iura, & traditiones omnes clariſsimi, & intricatiſsimi dubij pendent: vt igitur veritas prodeat, veluti à tenebris vindicata, quæ partem alteram iuuare videntur, adſeram, noſtra demum tandem priora diluentur.

Primo accedat in tuitionem inſigne, & famigeratum Oldradi conſilium 16. is magna reſpondit authoritate, grauatam mercatori niſi nuberet filiam, pœna ademptionis legati adiecta, ipſo priuandam, etſi prius mercatori nupſerit, dum in ſecundo nobili nupta fuiſſet coniugio: contrafeciſſe enim paternæ voluntati videtur, quæ cum poſſet mercatori nubere, alterum delegerit, Oldradi reſponſum ſequuti ſunt ferè omnes, qui ad hęc vſque tempora peruenerunt. Aretin. Felin. Guill. Benedict. Palat. Rube. Rodrig. Xuar. Didac. Emanu. Acoſta Alciat. ipſos recenſuit. Ludoui. de Molin. tractat. de primoge. Hiſpano. lib. 2. cap. 13. num. 3. & 4. Pela. de maio. Hiſpa. part. 1. quæſt. 50. num. 1. ad medium: potuit autem ſecundo nubere Eliſabetha Sacirera Philippo Sacirera, qui priori eam repudiauerat connubio: proinde veluti ab indigna hæreditatem auferendam:

Secundo iuuat celebris traditio Petri de Peralta, is in l. vnum ex familia §. ſed ſi fundum. numer. 31. 32. deleg. 2. authoritate Oldradi dict. conſil. 16. ſcriptum reliquit, grauatam filiam in maioratu, vel melioratione, nubere in familia, & cognatione teſtatoris; pœna adiecta, in eam incidiſſe; quæ etſi prius in cognatione nupſiſſet, in poſterioribus id facere nuptijs prætermiſit: prohibitiua enim conditio fuit, & perpetua: ſic iudicatum affirmans idipſum, in hac ſpecie: iuſſa enim neptis fuit, ne alijs quam ex cognatione ſua nubere pœna adiecta poſsit.

Tertio vrgere videtur gloſ. inſignis in l. hoc genus ff. de conditio. & demonſtratio. docuit conditionem negatiuè conceptam, ſi non nupſerit, non ad primas tantum, ſed ad ſecundas, & poſteriores transferri: ideoque de primis nuptijs. I. C. dixit in l. Boues. §. hoc ſermone de verbo. ſignifi. in affirmatiua dumtaxat, non prohibitiua, vel negatiua vindicare; quemadmodum authoritate Alber. Oldrad. Salicet. Caſtr. Signorol. Roma. Bal. Cal. Deci. & aliorum, ſcripſit Tiraquell. in eod. §. hoc ſermone limita. 7. à numer. 1. qui prolixus, non igitur conditio nubendi prohibitiua Eliſabethæ Sacirera adiecta priori fuit connubio extincta: quando & in ſecundo nubere in familia teneretur.

Quarto iuuat in eiſdem terminis, & conſilio, Oldradi traditio celebris Simonis de Prætis, tractatu de interpretatione vltimarum voluntatum lib. 4. dubio. 1. numer. 9. fol. 443. vbi hæc ipſa verba: *Teſtator & tertio perſonarum generalitatem reſtringens; poteſt iubere filia, quod matrimonium non contrahat, niſi cum mercatoribus, & ſi contrafecerit, eam priuare hæreditate, & ſolum legitimam relinquere poteſt, ita non metu pœnæ, perdendi de proprio, ſed non conſequendi lucrum valet hoc præceptum vt in ſpecie tradit Oldrad. conſilio decimo ſexto, thema tale eſt, Titius habens. colum. ſecunda; in prima quæſtio. comprobat Iaſſon. in l. Titia; in principio. columna quarta verſicul. Capio gloſ. de verbo. obliga. & concord. Felin. Guill. Bened. & Deci. allegando Aym. conſilio 80. numer. 11. & quia tale præceptum verbis negatiuis eſt conceptum, mortuo primo marito, ex mercatoribus accepto, iſta mulier ſecundo, & ſemper nubere volens; non poſſet nubere niſi mercatoribus, vt per Oldrad. in dict. conſil. 16. colum. 2. in prima quæſtio. ad fin. ſequitur Felin. in cap. fina. colum. fina. in penulti. fallen. de pa. & treug. ampliando firmat Tiraquell. in l. Boues. §. hoc ſermone in 7. limita. numer. 1. & ſequent. & hoc propter vim ſermonis negatiui vt ibi per eum & Deci. conſil. 3. numer. quarto, conſil. 581. numer. 8. in l. 1. numer. 14. C. de pact. Huc vſque ille.*

Quinto, ne quiſpiam putet nocuiſſe Philippo Sacirera repudium, à ſe miſſum Eliſabethæ Sacirera, cum ab ea & tutoribus interpellatus eſt, aui diſpoſitioni parentibus, vt cum ea contraheret, quę nubilis foret ætatis, ſuperioribus adijcitur, locum fuiſſe pœnitentiæ, quando Philippus Sacirera nolentem in ſecundis nuptijs, pœnitentia ductus interpellauit, vel quia, vt antea dixi, conditio negatiua foret; aut quia pœnitere potuerit, vt in eiſdem terminis docuerunt Petrus de Bell. & Cyn. in l. 1. C. de inſti. & ſubſti. ſcripſerunt ij duo iuſſum cum aliqua contrahere matrimonium, priuationis legati, vel hæreditatis pœna adiecta, etſi primo ſe nolle dixerit, poſſe tamen re integra pœnitere, & vxorem ducere, ne relicti vtilitate fruſtetur quia vltima mora nocet.

Sexto quia ex verbis donationis ob nuptialium conuentionum conſtat, voluiſſe donatorem, bona & hæreditatem in fœminam neptem peruenire, dum, conſanguineis nuberet ſuis, & non aliter, nec alio modo: atqui verba illa non aliter, nec alio modo

do præciſa ſunt, & formam inducunt, Peregrin. conſilio 3. numer. 86. Rota Roma. in noui. deciſio. 199. num. 4. lib. 2. Caualca. deciſ. 41. num. 15. part. 1. Alexan. Rauden. conſil. 46. num. 4. libr. 1. & his non relatis Viui. Deci. 335. num. 6. part. 1. cæterum non reſeruata forma, actus omnino perit, notiſſimis iuribus. Sic fiet vt non nubendo Eliſabeta Saçirera Philippo ab vniuerſa hæreditate priuata cenſeatur.

Septimo fuit dolo inductus Philippus Saçirera à fratre, & illius conſanguineis, vt matrimonio renunciaret, & illius connubium remitteret, dolus autem, & fraus fratris, & conſanguineorum, contractum irritat l. ſi quis cum aliter de verbo. obliga. l. dolo vel metu C. de inuti. ſtipu. & tollit dolus cõſenſum, vt omnes tradiderunt in l. 2. C. de reſcin. vendi.

Sed cum hæc quæ alioquin omnium oculos claudere videbantur, minime aduerſentur, aliud iudicandum eſſe putauerim, id vel ſole Lucidius oſtendam, diuina prius adiutus ope, qua vtinam æquiſsimorum iudicum, & mea ſimul mens illuſtretur. Vt igitur exordiar, principio aduerſantium depellam errorem, qui nullo iure, lege, vel authoritate ducti, exiſtimant, conditionem ab auo Ioanne Saçirera ſeniore donatore adiectam neptibus ſucceſſuris, cum ad eas hæreditas perueniret, negatiuam fore exiſtimant, vt hoc colore diſpoſitionem l. Boues §. hoc ſermone, dum nupta erit, & ea quæ de primis nuptijs ſignificantur, de verbo. ſignifi. ſubterfugiant.

Quid quod etſi negatiua foret, impletam fuiſſe quod noluerit vxorem ducere Philippus Eliſabetam Saçirera in prioribus nuptijs ſecundo loco multis oſtendam.

Verba prioris clauſulæ hæc ad literam. *E ſi per ventura tals fills, è deſcendentes maſcles, (com dit es) no ſobreuiuran al dit donatari, o ſobreuiuran, è apres tots moriran, ſens ſemblants fills maſcles (com dit es) empero ſobreuiuran a ell filla, o filles de legitim, è carnal matrimoni procreades, en tal cas, ſuccehiſcan en los Caſtells, è coſes donades, aquella de les dites filles, que lo donatari voldra, o elegira, axi empero, è ab tal pacte e condicio, è no altrament, que la dita filla del dit donatari que en dites coſes, en dit cas ſuccehira, haje, e ſia tinguda de contractar, è conſumar matrimoni, ab algu dels fills, de legitim y carnal matrimoni, deſcendents de moſſen Bernat Ioã Saçirera, fill major de moſſen Alamany Saçirera, ſenyor de Sant Guim de la Plana, Vegueria de Ceruera, coſi meu, o ab fill illegitim y natural, o altre deſcendent per linea maſculina de moſſen Phelip Climent Saçirera, ſeñor del mas Caluo del Camp de Tarragona, coſi meu. E ſi tal matrimoni la dita filla del dit donatari, que ſuccehira en les dites coſes donades, no voldra, o no pora, contractar, è per copula carnal conſumar, en tal cas les dites coſes donades peruinguen, è tornen, è vol lo dit donador peruenir è tornar, al fill maſcle, è per linea recta maſculina deſcendent, que lo dit matrimoni, volgues, è pogues contractar, del dit Bernat Ioan Saçirera. E en defalliment de aquell, al fill maſcle, o, deſcendent de dit Phelip Saçirera ſeñor del mas Caluo, y en defalliment de tots, los damunt dits, les dites coſes donades vol per pacte, peruenir, è tornar al pus propinch maſcle legitim, y natural, de ſon llinatje, de cognom, y armes, de Saçirera.* Hæc ſanè de nubendo conditio tota affirmatiuis verbis concepta eſt, nec vllus inficiari id poteſt, cum affirmatiua affirmando, negatiua negando, concipiatur, vt in ſpecie dixit text. vbi gloſ. in l. hoc genus. (Hoc inquit) genus legati ſi Titia non nupſerit, &c. de condi. & demonſt. iuris notiſsimos prætereo terminos. Nec inſtet aduerſarius, cum altera clauſula poſt ſuperiorem adiecta incipiente.

Car ſens que dites fembres no contractaſſen matrimoni, ab home de ſon cognom, y armes, prohibeix, y poſa pacte, que ſuccehir no puguen en res, de la preſent donatio, ans vol, y mana, que en tals caſos, &c. Verba hæc cum negatiua ſint, negari certè non poteſt, ſicut ſuperioris clauſulæ affirmatiua. At etſi verum dixerim verba tamen negatiua poſt priorem clauſulam affirmatiuam integram, & ſua oratione concluſam, non immutant vim, vel naturam prioris affirmatiuæ: indicandæ enim voluntatis, diſponentis gratia adiecta videntur: dixit egregie Bald. in l. ſi cui legetur, num. 1. & in l. quidam in principio de lega. 1. Paul. de Caſtr. conſil. 339. numer. 3. Natta. conſil. 54. num. 6. & eos refert & ſequitur eruditiſsimus Surdus conſil. 179. num. 6. Rurſus verba acceſſoria, quæ in conſequentiam prioris veniunt diſpoſitionis, non immutant vim, & naturam illius, iux. gloſſ. commendatam in Clemen. 1. de preben. Alexan. in l. qui Romæ, §. duo fratres, vbi Ripa, num. 45. de verb. obliga. Dec. conſil. 413. ad finem Becci. conſi. 111. num. 25. Simon de Pre. in tract. de inter verb. vlt. volun. li. 4. inter 1. dub. 7. nu. 33. idem Surd. dic. conſ. nu. 5. Iaſ. in l. ius ciuile nu. 8. ff. de iuſ. & iur. Natt. conſ. 263. nu. 13. Imol. in l. peto. §. fratre de leg. 2. Feli. in ca. licet col. 3. de offi. ordinarij. Sic efficitur vt illa extrema verba, quæ negatiuè concepta videntur, prioris affirmatiuæ vim minime tollant. Quoniam quæ verba, vel clauſulæ in executiuis inferun-

tur, demonſtrationis gratia, magis quam nouæ diſpoſitionis ſtatuendę adiecta cenſentur. Crauet. conſil. 25. num. 2. Oſaſc. deciſ. 164. num. 1. 2. 3. 4. Menoch. conſi. 61. num. 28. lib. 1. Surd. conſil. 45. num. 6. lib. 1.

Quid quod impleta fuit nubendi conditio iniuncta Eliſabetæ Saçirera, ex repudio Philippi, & eiuſdem renunciatione; ſiue in contractibus, ſiue in vltimis voluntatibus, in quibus de vno ad alium valere argumentum promiſcue teſtatur I. C. in l. ſeruum filij, §. cum qui chirographum cum vulga. de lega. 3. conſequenter purificata conditione locum non fore pœnitentiæ, cœlebris extat. & inſignis Cæſarum Seueri, & Antonini conſtitutio famigerata in l. 1. C. de inſtitu. & ſubſt. illius hæc verba. *Cum autem maternum, ea conditione filiam tuam instituiſſe proponas, ſi Antilli filio nupſiſſet, non prius eam hæredem exiſtere, quam conditioni paruerit, aut Antilli filio recuſante matrimonium impeditum fuerit, manifeſtum eſt.* Hæc conſtitutionis verba, quæ tā aperte noſtram dirimūt ſpeciē, vt non alijs egere videamur argumētis, recuſauit Philippus Saçirera, Eliſabethē Saçirera purificata igitur cōditio eſt: id ipſum probat in eadē ſpecie tex. in l. vter ex fratribus, in verbis, *quia illa nubere* voloerit, ff. de condi. inſtit. l. Titio. §. ante nuptias, in verbis, quod ſi nollet eam vxorem ducere. ff. de condi. & demonſ. Et cum caſus hic de quo diſceptatur à nullo hucvſque fuerit exacte extricatus, quid de eo & vero, l. primæ C. de inſti. dict. l. Titio §. ante nuptias l. vter ex fratribus (nunc paulo ante à me adductis) ſenſu, ex probatiſsimis authoribus, ſimul in tuitionem huius partis ſequentia profero.

Secundo igitur adducitur Bartoli (in eiſdem terminis, & in contractu,) traditio conſi. 122. a num. 1. cuius quanta ſit authoritas in dirimendis controuerſijs omnes nouerint. Is dicto conſilio reſpondit, eum qui confeſſus fuerat, ſe centum florennos dotis nomine habuiſſe, pro matrimonio contrahendo, inter Titium & Bertam, ſic enim ille caſum effingit, illeque pecuniam promiſiſſet reſtituere Bertæ, ſi matrimonium contraheret, vel contrahi contigerit cum dicto Titio (ſunt hæc eadem ipſa Barto. verba ad litteram contigit Bertam Titium interpellaſſe, vt ſecum contraheret, qui expreſſe dixit, ſe nolle contrahere: nunc ille conuenitur, ex illa ſtipulatione, dubitatur an extiterit conditio dictæ ſtipulationis, iſtius quæſtionis dubium, videtur originem trahere, ex l. ita. ſtipulatus de verb. obliga. quæ dicit, quod ſtipulatio concepta ſub conditione de non dando, vel faciendo, committitur, cum deſijt poſſe dari &c. Huc vſque Bartolus loquens, & in conditione negatiua, qui demum tutiſsimis iuribus & rationibus reſoluit conditionem adimpletam, ex Titij Repudio, ueque locum eſſe pœnitentiæ, expreſsim ad finem docuit, cuius ad noſtram facti ſpeciem, & caſum terminantem traditio ſola ſufficit.

Bartolum nullus hucvſque improbanit, quinimo probarunt omnes, & illius eiuſdem conſilium ſecuti ſunt viri duo eruditiſsimi antiquior vnus Campei. tract. de dot. part. 1. quæſtio. 43. ex nouiſsimis Eman. Acoſt. in l. cum tale lim. 6. numer. 11. de condi. & demonſ.

Tertio adſtipulatur conſilium Crauet. 893. libr. 6. qui in hac ipſa facti reſpondit ſpecie, ſubſtitutus quidam fuit poſt mortem vxoris ſuæ, quam hæredem inſtituerat ciuis Tridentinus, & ſub conditione, vt vxorem illius vice matris haberet, tum vt vnam ex neptibus eiuſdem vxoris, in coniugem acciperet, quod ſi nollet (ponderanda oratio negatiua, & prohibitiua) alterum ad hæreditatem vocauit. Quæſitum fuit, an tum ſubſtitutus alteram in vxorem duxiſſet purificata cōditio negatiua foret, & multis decidit (eſt enim conſilium deciſiuum) impletam conditionem, neq. pœnitentiam ſufficere ſubſtituti, qui cum vxore ſua mortua, eam quam repudiauerat, in coniugem accipere polliceretur, neque oblationem hanc, illi prodeſſe oſtendit, & cum multæ ſint illius rationes, & iura, quę adfert, non repeto.

Quarto concinnit traditio Campei. trac. de dot. part. 1. quæſt. 43. qui fere in eadem Bartoli ſpecie, reſpondit dict. conſil. 122. is enim ipſa quæſtione docet eum qui centum apud ſe haberet pro dote Semproniæ ſi cum Seyo matrimonium contraheret, & vbi non nuberet Sempronia eidem ipſi eadem centum reſtituere promiſsit, cum Sempronia Seyum interpellaſſet, vt ſecum matrimonium contraheret, & noluiſſet, quæſitum, an impleta conditio foret, & Sempronia centum petere poſſet, & ad vtramque partem argumentatus, tandem multis concludit deberi, impletamque conditionem ex repudio Sey. & centum Sempronię debita ex text. in dict. l. 1. C. de condi. inſtit. in verbis, recuſante, &c. & text. in l. vter ex fratribus in verbis, quia illa nubere noluerit, ff. de condi. inſtitu. l. Titio. §. ante nuptias, in verbis, quod ſi nollet, eam in vxorem ducere de condi. & demonſ. vbi, & in eodem loco, obiectis reſpondet, idem eſſe affirmans in contractibus, ac in vltimis voluntatibus.

Quinto

Digitized by Google

Quinto Opitulatur conſilium Roma. 486. a num.1.is reſpondit in hac facti ſpecie, Antonina Paſchuæ conſanguineæ centum donauerat, ſub conditione vt nepoti quidam nuberet ſuo, morte præuentus nepos non paſchuam in vxorem duxit. quæſitum fuit an centum Paſchua conſequeretur ac ſi purificata conditio foret. Reſpondit purificatam conditionem ex dict. l. 1. C. de condi. inſtitu. quam illic nedum in contractibus, ſed etiam in vltimis voluntatibus vindicare aſſirmat.

Sexto communi & receptiſsima traditione receptum eſt in terminis quæſtionis de qua agitur, legatum mulieri factum, ſub conditione ſi alicui nubat, & non aliter, interpellante virum muliere, vt ſecum ille nubat, & nollit, poſt vero mutata voluntate, vxorem ipſam velit, tunc autem mulier recuſet, conſequi legatum mulierem, quia purificata ab initio conditio fuit, & impune mulierem, ſemel repudiatam, cum alio contrahere matrimonium poſſe: qui idem ipſe caſus noſter eſt, ſic authoritate text. in dict. l. 1. C. de inſt. & ſubſt. docuerunt Bald. Salicet. Caſtren. & Alexand. qui eoſdem recenſet, & ſequitur ibi. num. 8. & dixit communem Iaſſo. num. 8. ad medium verſic. Quid autem eſſet, &c. hanc eandem ſententiam in eadem ſpecie repetit communem Pela. tract. de maio. Hiſpa. 1. par. quæſt. 50. num. 13. in maioratu loquens, ſubditque hanc opinionem veram eſſe, & in iudicijs amplectandam.

Septimo in eadem facti ſpecie docuit Ludoui. de Molin. tract. de Hiſpa. primo. li. 2. ca. 13. nu. 14. Grauatum in maioratu vel primogenio contrahere matrimonium cũ certa muliere, quæ illius (interpellata legitime) nuptias recuſet, ad primogenium veluti impleta conditione admitti. conditio enim hęc mixta cuius à facto tertij pendet implementum eo recuſante adimpleta cenſetur, ex dict. l. 1. C. de inſti. quam opinionem ex Bal. Caſtrenſe, Alexandro, Iaſ. & Deci. communem teſtatur. Addit rurſus num. 18. pœnitentiæ locum non eſſe vbi is qui ſemel connubium recuſauit, poſt vellet, ex l. pater Seuerinam de condi. & demonſ. id ipſum opinatur quando primogenium in cõtractu fuiſſet inſtitutum num. 26. Qui hanc inſignem prodidit rationem, quia inquit nunquam cõditionis defectus vitiat diſpoſitionem, quãdo veriſsimiliter diſponens, legatum vel hęreditatem, deffecta conditione, foret relicturus, l. cum tale, §. falſam cauſam, in verbis. Si probetur alias legaturum non fuiſſe, &c. de condi. & demonſ. gloſſ. in l. quæ ſub conditione §. quoties in verbo deffectus, ff. de condi. inſtit. & in dict. l. 1. C. de inſtitu. & gloſas communes & receptas ibidem ſcribit, non enim in pendenti primogenia vel fideicommiſſa ſtant, ne diſponentis pereat voluntas, vnde cum nolente Philippo Saçirera ius alijs fuiſſet quęſitum, ijque ſuo etiam renunciauerint iuri, purificata iam conditione, ius Eliſabetæ Sacitera quæſitum eſt, a qua reuocati non poteſt. Et fuiſſe vocatos, tranſlatumque ius de vno in alios, aperte conſtat ex verbis donationis, ibi, *peruinguen, è tornen, è vol dit donador, &c.*

Octauo vir ſubtilis & doctus Acoſta, hanc in tuitionem huius partis traditionem prodidit, in l. tale pactum, §. ſi arbitratu lim. 6. num. 4. de condi. & demonſ. illius ad literam verba adferam, vt ipſa eadem pro roſtris æquiſsimi habeant Senatores quoniam duplici à me fine adducuntur, vt mox dixero, *Ait is hæc: in quo articulo ſine cõtrouerſia probandum erit, quod principaliter Bald. docuit in d. l. 1. in fin. C. de inſti. & ſubſ. quod ſi Seya voluit Titio nubere, Titius autem noluit, deinde Titius vult, Seya vero recuſat, poteſt dubitari, an conditio omnimodo habeatur pro impleta: Sed merito affirmat, illud extra omnem dubitationis aleam futurum, quod ſi Titius medio tempore, aliam accepit in vxorem, & ea mortua, vellet matrimonium contrahere cum Seya, non ei tenebitur nubere arg. dict. l. matrimonij. Quæ ſententia habet æquitatem, nam cum de bono & æquo in hac ſpecie tractetur, argu. l. ſi ſeruum §. ſequitur, de verbo. oblig. vbi Alex. meminit huius, Baldi ſententiæ, iniquum eſſet, & teſtantis ſententiæ non accomodaretur, priuari mulierem lucro, eius cõditionis, quæ pro impleta haberetur, prætextu matrimonij, quod aſſerretur iam effectum, vilius argu. d. l. matrimonij ff. qui & à quib. proinde quia res non eſſet integra nec in eodem ſtatu mulier non eſſet oneranda, ſecundum veterum traditionem quas Alberi. retulit in dic. l. 1. in fine. Hucuſque Acoſta.* Ex cuius dictis quinque præcipue elicio tutiſsimas aſſertiones.

Prima ex ſolo repudio diti impletam conditionem. Quæ communis concluſio eſt, ex his quæ ſuperius, ſexto, & ſeptimo argumento.

Secunda, in hac ſpecie, ex bono, & æquo agi, ne nimia ſubtilitate hominum pereant diſpoſitiones, dict. l. ſi ſeruum, §. ſequitur: & dixit Roman. quem refert Petra. tract. de fideico. quęſ. 12. nu. 1047. ſubtilitates nimias à Iudicibus reijciendas.

Tertia iniquum fore, mulierem priuari lucro, vel hæreditate relicta, prætextu matrimonij quod denuo offertur villius effectum: Hæc acutiſsimi viri verba, placet pauliſper interpratari: Non obſcure

innuit, repudiatam ſemel à viro virginem, atque illius ſpretum matrimonium, non niſi in ſummum fieri dedecus poſſe, iterum eundem pro viro interpellare, iniuriam enim quodammodo virgini, quæ maximè æqueſtris foret ordinis, vt in hoc caſu, infert vir, qui illius ſpernit connubium, atque ideo ſecundum matrimonium vilius eſſe Acoſta putat l. matrimonij. ff. qui. & aqui. quo in text. ſecundæ nuptiæ, vt viliores, non ſicut primæ eodem potiuntur priuilegio, idipſum nunc in vſu eſt, vt omnes viderint. Quid quod cũ niſi, cum dedecore Eliſabeta Sacirera, Philippo Sacirera nubere poſſet, iuſte illius refutauit matrimonium, & priorem compenſauit iniuriam. Nam vt in ijs terminis noſtrates docuerunt iuſſam nubere alicui, ſi id niſi inhoneſte, & cum dedecore poſsit, matrimonium non male recuſat, neque lucri propterea vtilitate priuabitur, cum id ex veriſimili mente relinquentis facere deſinat l. in coniunctionibus de re. iud. ſemper in coniunctionibus non ſolum quod licet, conſiderandum eſt, ſed quod honeſtum ſit: Nec enim fieri id poſſe IurisConſulti putauerunt, quod niſi cum dedecore fieri poteſt l. in eadem. ff. ex quib. cau. maio. vt hæc & alia adiungit, ſimilia. Pela. tract. de maio. Hiſpa. 1. par. q. 50. num. 11. nam & verecundiæ, & ruboris ratio habenda eſt. Crau. conſ. 5. num. 82.

Quarta, poſt repudium, & dictam voluntatem, qua vir interpellatus ſe nolle aliquam vxorem, dixit rem non integram eſſe, nec in eodem ſtatu. proinde nec locum pœnitentię, ad tex. vbi poſt Bartolum omnes in l. iure gentium ff. de pact.

Quinta, veriſsimilem in ijs mentem diſponentis conſiderandam, qui vbi caſum præuidiſſet, quid diſpoſiturus foret donator, conijciendum ſit: cui autem etſi vel hebeti, aut ruſtico non veriſsimile fiet, Ioannem Sacirera donatorem vbi ſciuiſſet, neptem ſuam chariſsimam, ab ijs quos deſiderabat matrimonium cum ea contrahere, repudium habituram id ipſum, quod neptis Philippo præſtitit, Sacirera in ſecundis nuptijs, tacturum fuiſſe? Verba enim etſi præciſa à veriſsimili, vt mox dixero, diſponentis voluntate interpretantur. hæc enim in omnibus dominatur actibus, & diſpoſitionibus, & veriſsimile, vti expreſsim diſpoſitum ſequendum l. Titius, §. Lucius de libe. & poſthu. gloſ. in l. tale pactum §. fin. de pact. in fideicommiſsis, maioratibus, & quibuſcunq. diſpoſitionibus Molin. de primoge. Hiſpan. lib. 4. cap. 4. nu. 6. vt alios ommiſerim innumeros, plures, qui de veriſimili mente fere integros inſtruxerunt tractatus. Hæc de verbis ſingularibus Eman. Acoſt.

Nono, traditio in terminis Simonis de Præt. tractat. de inter. ver. vltim. volunta. tom. 2. libr. 4. numer. 69. fol. 441. poſtquam in ſuperioribus dixiſſet, filiam nubere iuſſam in familia, non ſemel, ſed & pluries, id facturam oportere, priori mortuo marito, quia actus ſucceſsiuus ſit, & conditio perpetuo duratura, ſubijcit hæc verba. *Rurſus & hoc intellige, ſi aliquis non reperiatur in familia, vel patria, cui puella hæc commode, honeſte, & bene, nubere poſſit. alioquin cuilibet alij nubere poterit; reiecta tali conditione, per text. in l. pluribus à directo, & contrario ſenſu, in l. cum ita legatum ſit, & in l. hoc modo de conditio. & demonſt. aut habita dicta conditione pro impleta, cum per eam ſtare non poſsit, quominus impleatur per regulam l. iure ciuili de condi. & demonſt. & l. ſi Titio in principio de leg. 1. l. Lucius. §. quisquis primo de leg. 2. & ibi glo. l. ſi peculium. §. is cui de ſtatu. lib. l. inter de condi. & demonſt. & ibi glo. in ſpecie Ioan. Bapt. Plot. conſ. 87. num. 9. & 18. inter concilia matrimonialia. Aut ipſa puella eſt habita demum pro libera, & exempta à tali onere, & conditione, prout eſt, ille, qui tenetur reſtituere fideicommiſſum illis de familia, & nullus reperitur, cui poſsit reſtituere. l. cum pater. §. libertis in fin. l. qui ſolidum. §. penulti. de leg. 2. cum concordantibus per glo. ibi. &c. Hæc Simon de Præt.* cuius traditione iuſtiſsima huius partis exceptio defluit, & ex ea tres aptiſsimæ concluſiones excipiuntur. *Prima puellam ſic in familia grauatam nubere, quæ non honeſte; licite, vel commode nubere illis nequeat, ſpreta conditione nubere alijs poſſe: non autem licite vel honeſte nubere illa dicitur, quæ conſanguineo nubere grauata eſt, ex eiuſdem traditione ſupra adducta. Secunda, conditionem tunc impletam eo ipſo fuiſſe, cum per eam non ſteterit, quod nubere noluerit: Tertia, ab onere nubendi liberatam eam dici, quæ in eum modum nubere grauata eſt, proinde minime, nubendo, priuari relicta hæreditate non poſſe.*

Decimo, ſuccurrit inceſſanter reſponſum Ploti. conſil. 87. inter conſilia matri. virginem quæ grauata fuerat nubere in familia, ſub pœna amiſsionis hæreditatis, reſpondit potuiſſe ſpreta conditione alij nubere, cum puella nubere niſi inhoneſte non poſſet alicui de familia. Quia conſanguinei erant, addidit ille, puellam diſpenſationem Rom. Pont. expectare non teneri, etſi facile Rom. Pont. diſpenſationem cóceſſurus fuiſſet: præclarum hoc concilium, & celebre, multis, maximiſque adiutum ab eo iuribus, & rationibus. Vt iuſti perlegant iudices. Supplex orauerim, dirimit enim, & facti

noſtri

Digitized by Google

noſtri ſpeciem, etſi Eliſabet Saçitera minime conſobrinum ſuum Philippum Saçitera, vt ſecum nuberer, interpellaſſet, neque ille ſua renunciarione geminata faculratem huic dediſſet aliter nubendi. Quia poterat ſpteta condirione nubendi conſobrino, alirer nubere abſque pœnæ incurſu, amiſsionis hæreditatis.

Vndecimo, cum ad meas perueniſſet manus, conſilia viri eruditiſsimi Morotij, primi in ſacro, & eruditiſsimo Senatu Pedemõtano, nunc præſidis, à quo veluti ab Equo Troyano peritiſsimi ſcaturiunt iuris authores, perlegiſſemque aliqua in eiſdẽ ipſis concilium reperi 97. in quo eadem cum noſtro caſu ſpecies adfertur, multa Morotius argumenta, & rationes, adduxit à me prætermiſſas, quamquam ego vrgentiora artulerim quæque ille non vidit.

Vir ergo erudiriſsimus in hac reſpondit inter illuſtriſsimos Barones facti ſpecie, Mãfredus Solarius Baro, filiam ſuam vnicam inſtituit, ſi filios ipſe maſculos non haberet, & adueniente caſu, inſtiturionis, in ipſius perſona filiæ, grauauit ijs verbis. *Nel qual caſo, eſſendo richieſta, debbatuor per marito, vno de la famiglia di caſa Solara, cioè delle quatro Caſtellate, Macello, Moretta, Villanoua, & Moncſtarolo. che almeno habbia iuriſdictione in vno di detti luogi, E maritandoſi in altro, fuori di detta famiglia, in tal caſo, la priua della general inſtitutione inſtituendola ſolamente, in ſcudi ſeimillia, & in luogo ſuo, inſtituendo li ſigniori, &c.* Aperriſsima ſunt verba hæc vt rraducere ipſa, in latinam linguam opus non ſit. Hæc filia mortuo patre adhuc pupilla hæreditatem adiuit, & iam pubes facta, nupſit illuſtriſsimo Philiberto Sabaudię anrhoritate ſereniſsimi Ducis Sabaudiæ & tutorum ſuorum, cum igitur ipſa ſpreto mãdato patris, & pœna priuarionis, alteri nupſiſſet, & aduerſus ipſam vocati ad hæreditatem agerent, quæſitum fuit an priuanda hæreditate foret. quia aduerſus ſpretum patris & teſtatoris præceptum. Et cum mulra, hinc inde, pro vrraque parre, ſubtiliter adduxiſſet, concludit tandem priuandam non fore iuſteque ſpreto parris præcepto, alteri nupſiſſe. multas adfert rationes. Duas tantũ afferam cum alias in eodem ipſo reſponſo Æquiſsimi ſint Iudices inſpecturi.

Primo, animaduertit iuſſam fuiſſe filiã grauatam nubere incertis perſonis, ex quatuor à ſe vocatis familijs, à quib⁹ requireretur (quemadmodum in noſtra ſpecie vbi fuerunr vocatę familiæ tres, de Saçireres diuerſæ, dominique caſtrorum diuerſi.) At hæc incerritudo (air ille) viriat conditionem ipſam nubendi, quia continet incertitudinem perſonæ, quæ ipſam requiſitura fuiſſet, & conſequenrer arbitrium, & voluntatem illius, cui nubere cogeretur, in hac autem requiſitione libera adeſt voluntas, & arbitrium, & ſicut voluntas, & arbitrium de matrimonio reijciuntur, l. cum tale. §. ſi arbitratu de condi. & demonſ. cum multis hinc ſimilibus ab adductis dicto conſi. a num. 5. 6. & 7. cum ſequenri. ita ſanè, & huiuſmodi conditio nubendi incertæ perſonæ.

Rurſus, & rectè quidem animaduertit eo, conſil. num. 19. ex hac incertitudine maximum martimonijs impedimenrum inferri, conſequenter fauore matrimonij, reijciendam, quod expreſsim authoritate Crauet. & aliorum probat.

Alteram adducit rationem, quæ & maxime noſtro adiungitur facto. duxiſſe ibi. minorem filiam matrimonium, nulla vocatorũ ſpectata requiſitione, authoritate tutorum, & ſereniſsimi Ducis Sabaudiæ, ex quo illud ibi intulit. Nullum in hac filia minore dolum poſſe conſiderari. proinde priuari hæreditate non poſſe vt is latiſsimè ibidem a num. 23. 24. & ſeq. Quis autem non videt & in noſtra ſpecie adeſſe tutorum authoritatem cuilibet nubendi, ſicut in illo caſu, ducale decretum? Quæ à me latius & efficacius ponderara fuere? Sed & ille Mororij caſus difficilis eſt, noſter facilis, cum in illo nulla per mulierem facta requiſitio fuerit vocatis, vt ſecum nuberent. in noſtro interpellatio valida. in illo voluerunt conrrahere matrimonium vocati, in iſto vocatus bis, ſe authentico documento ſe nolle cum ea contrahere affirmauit.

Duodecimo, his addiderim eruditiſsimum Surd. qui tract. de alimen. titul. 5. quæſtio. 4. num. 24. 25. 26. noſtram attingit facti ſpeciem, atque eandem ipſam luculenter declarat, aduerſus anteceſſorem actoris, qui cum ſemel ſe nolle ipſam in vxorem ducere dixiſſet, poſt vidua effecta voluit, non enim pœnitentiæ locus eſſe poteſt. Verba Surdi ſunt hæc ipſa numer. 25. verſic. & viderur idem eſſe.

Et videtur idem eſſe, quia conditio quæ ſemel defecit non poteſt reuiuiſcere l. fin. C. de inſtit. & ſubſ. Vbi quod ſemel eſt, repudiatum, non conceditur reintegrari, ad idem eſt tex. in l. 1. §. proinde. ff. ſi quid in frau. pa. glo. magna in princi. Verbo, vel deficit in mora in l. 1. C. de inſ. & ſubſ. vbi DD. inferunt, quod ſi mulier, cui legatũ eſt, ſub conditione, ſi nupſerit Titio, recuſet ſemel nubere, non habebit legatũ; ſi deinde mutata voluntate dixit velle nubere, Titio, & hoc Caſtren. ibi nu. 4. dicit notabile quia conditio ſemel deficiens non reuiuiſcit, & dicit Iaſ. quod in conditionibus implendis non

purgatur mora & Deci.num.7.ſubdit quod nõ purgatur, etiam in continenti, & comprobaui latè concilio.157.nu. 19. Hucuſque Surd.

Quoniam autem ex ſolutione obiectorũ, quæ in tuitionem alterius partis priori ſede locauimus, aſtris fulgentibus lucidius ius huius partis digredietur, ad eorum diſſolutionem recurrendum eſt.

Non obſtat primum, in 3.dictum dubio; negari enim poteſt, conditionem neptibus adiectam ab auo, ne alijs quam conſobrinis nuberent, valuiſſe: atque ideo ſi noluiſſent, hæreditate non poſſe priuari. vt ex receptiori reſoluimus ſupra, maxime non adiecta conditione, quæ in noſtro defficit caſu, ſi ſcilicet Roma. Ponti. diſpenſauerit, vt idem Molin. fatetur. at voluit Eliſabeta Saçirera nubere Philippo aduerſario, & alijs omnibus, qui ea cum coniungi connubio poſſent, nullus autem voluit. Quidam hæreditatem male creditorum onuſtam dicebant, alij non eam pertingebant ætatem, quæ coniugali copulæ apta foret, vt ex proceſſu conſtat, nullam igitur incurrit pœnam quæ id fecit, quod potuit, l.cum ita legatum. §.videamus de condi.& demonſt. fusè Ludouic. de Molin.in commen.de primo Hiſpa.cap.13.lib. 2.num.5.6. Nec enim impoſsibilia obligare quemquam poſſunt, vt in iuris regula eſt.

Reſpondetur ſecundo, potuiſſe Eliſabetham, ſpreta conditione nubendi conſobrinis, alijs nubere, quia iniuſta conditio erat incerta, & nulla, vt ex communi animaduerti ſupra.

Secundi obiecti de Oldradi conſil.16.ſolutio exquirenda eſt, videtur enim omnium oculos claudere, nullamque tutam ſolutionem admittere, quæ facilis eſt, vt cum ex eodem ipſo victoriam aduerſans putet reportare necem ab eodem iuſte, & citra cauillum conſequetur, atque ideo non iniuria celſus admonuit in l. in ciuile. ff. de legi. inciuile fore niſi tota lege perſpecta, reſpondere: Oldra.dict. conſi.16. quatuor ſibi propoſita dubia fuiſſe ſcribit. primum, an iuſſa filia ne alio quam mercatori nuberet, poſsit nobili alteri ve viro coniungi, citra pœnam: ſecundum an ſi cum non poſsit, alteri nubat, atq; ideo contigerit ipſam exhæredationem incurrere, num ex ſubſtitutione admitti poſsit: tertium, cui bona quæ in pœnam amittit filia, obueniant: quartum, (quod noſtro conuenit inſtituto, & caſum terminat) ſi non poſsit filia nubere alteri, quam mercatori, quo, ipſa vt id poſsit remedio conſulendum. Oldrad.verba, in hoc quarto dubio hæc ſunt ad literam num.6.

Super quarto vero, & vltimo, quo quæritur quale poſsit ſuper prædictis remedium adhiberi, videtur dicendum, quod ſi ij, quos ſpes prædicti emolumenti percipiendi cõtingit, matrimonio conſentirent, eſſet mulier tuta, quantum ad ipſos, vt C. de fideicom. l.quoties. ff. de lega.1. l.nihil proponit, §.1. & in Auth̃en.de Rapto. mulie. circa fin. vel ſi iudex ordinarius vocatis ijs quorum intereſt, & quas proxima ſpes emolumenti contingit, vt. ff.de ven. inſp.l.1. §.penul. ibi denunciari oportet, &c. etſi cui plusquam per l. falcidiam l.1. §.1.cum dicitur, pronuntiaret præceptum ipſum, & tamquam repugnans vtilitati publicæ, & commodo mulieris, non debere de neceſsitate ſeruari, ſed poſſe impune contemni, vt. ff.de exceſ. tuto. l. qui teſtamento & ff. de iur. omni. iudi. l.ſi quis id quod §.doli, potiſsimè cum ſit mulier, & agat de damno vitando, vt. ff.de iur. & fact.igno.l.error cum ſimilibus. Hucuſq. Oldradi.

Ex illius celebri traditione duæ prodeunt ſolutiones contrarij argumenti. Prima, tunc prohibitiuam, vel negatiuam de non nubendo conditionem ad ſecundas non poſſe nuptias protendi, neque in primis deperire, vt affirmatiua ex dicto, §. hoc ſermone, non id vindicare, cum ij in quorum fauorem conditiones adiectæ ſunt, renunciant, poteſt enim quiſque id facere, ex his quæ adducit iuribus Oldra. d.l. quoties, C.de fideicom. l.nihil proponit §.1.de legã. 1.§. finã.in Authen.de rapto. porro ſemel renunciantibus, non datur amplius regreſſus, l. quæritur §.ſi venditor. ff. de ædili. edict. l. generaliter C.de non numer.pec.Craue.Becci.Cephal. Menochi. quos refert & ſequitur Surdus deciſ.51.num.11.12.idem Surdus deciſio.106. numer. 19.Viui. deciſio.316.numer.1.& 2. part.1. & dixit gloſ. inſignis neque à Surdo, vel nunc citatis relata, in cap. ſuſceptum de reſcrip.in 6. eum qui ſemel renunciauit, quo ad res renunciatas pro mortuo haberi. Placet autem in Oldradi traditione confirmanda, multa adiungere, quæ ſpeciem noſtram Lucido dirimunt. Etſi ſolius ſufficeret Oldradi authoritas.

Tanta igitur renunciationis vis eſt, maxime cum ad modum pacti conſtruitur, vt renunciatio verè donatio ſit, & renuncians ius ſuum donare ei cui renunciat cenſeatur l.profectitia, §.1.ff. de iur. dot.l.ſi nuptam. ff. de fun. dota. Afflict. deciſ. 350. numer. 11.12.Surdus deciſio.14.num.1.& 2.Quando autem renunciatio vim pacti ſuſtineat, libet vnicum Peregrini inſigne & ſingulare fragmentum ad verbum enarrare, quoniam omnia ab eo dicta, quæ communibus adſtipulantur traditionibus, in noſtro viudicant caſu.

Is igitur tract.de fidei.art.52.nu.11.verſi.

limitatur

limitatur communis hæc concluſio, ſcripſit hæc ipſa verba. Limitatur communis hæc concluſio, quando renuntiatio quoquomodo tranſiret in pactum, nam ſicut pactum perimeret ius futurum; in pacto deductum vt ſtatim dicam, ſic quoque renuntiatio vim pacti ſortita, veluti quia facta fuiſſet, parte præſente, & acceptante, vel etiam tacente, nam ob eius commodũ, videretur aſſenſiſſe; & acceptaſſe l. tale pactum in principio ff. de pact. l. qui patitur. ff. manda. vel etiam ſi fuiſſet facta in iudicio in præſentia iudicis l. in plurium. ff. de adq. hæred. l. 1. ff. de cura Bon. dan. nam iudicis præſentia facium partis abſentis ſuplet l. ſi ob cauſam. C. de Euic. ſic Bart. in d. l. 1. colum. 2. poſt Iaco. de Areti. ſequuntur Bald. num. 6. & poſteriores omnes Ang. & Alex. num. 18. in l. qui Romæ de verbo. oblig. idem Alex. conſ. 13. nu. 9. in 5. vt quia facta fuiſſet à præſente præſenti. Illud tamen dictum de renuntiatione facta in iudicio, declarauit Pau. de Caſtr. num. 6. iudice acceptante, nomine abſentis, & fuit ante eum declaratio Bart. in l. poſtquam liti col. fin. C. eo: ſequuntur Alex. ibi Iaſ. col. 2. vbi in id adducit Cy. in Authen. ſacramenta puberum C. ſi aduer. vendi. & idem Iaſ. in d. l. 1. num. 16. vbi ſub num. 17. aliam tradit limitationem poſt Raph. & Alex. ab eo relatos; ſcilicet cum renuntiatio fuiſſet iuramento vallata, nam iuramentum operatur; vt ius abſenti quæratur. vbi Bald. docuit in d. l. pactum. q. 9. C. de collat. Et fallentiam, & hanc communem, dixit Curt. iun. in d. l. 1. num. 44. Vbi hanc intelligit vbi iuramentum interpoſitum, fuit ſuper iure de futuro: nam ſuper iure de præſenti non trahitur ad ius de futuro Alex. conſ. 189. col. 4. li. 2. eam quoque probarũt Clau. & Rippa nu. 1. qui illam tuentur à Decij obiectionibus, & rectè. Alia limitatio, vbi renuntiatio facta fuit aliquo nomine abſentis hæredis, recipiente, qui poſtea ratificaſſet, acceptationem, & renuntiã, antequam fideicommiſſarius renuntiam factã reuocaret, præſertim notario interueniente: Soci. iuni. conſ. 109. n. 2. & 3. & idem vbi per epiſtolam facta fuiſſet renuntia, ad hæredem directam & per eum acceptatam ad tex. in l. conſenſu. ff. de actio. & oblig. Hucvſque Peregrin. Ex cuius celebri traditione ſequitur, renuntiationem, quæ vim pacti ſuſtinet, reuocari nullo iure poſſe: tunc autem id contingit, cum iudicis præſentia authoratur, vel cum in iudicio renuntiatio fit, vel cum parte præſente, & acceptante, aut cum iuramento renuntiatio ſtabilitur. Omnia in hac vindicãt ſpecie. iudicis præſentia, Vicarij Barchinonæ, & Vicarij Ceruariæ, qui renuntiationibus partis aduerſæ inhærendo, facultatem huic dederunt, vt nubere cui vis poſſet. Renuntiatio ſecundo, in iudicio facta fuit, duplici in id poteſtate miſſa ab vrbe valentina, à dicto Philippo Sacirera fratri ſuo, & ambæ in curia Barchinonæ Vicarij, & Ceruariæ oblatę. Quarum vi, decretum nubendi liberum huic parti datum eſt. Tertio acceptauit renuntiationes pars hæc, expræſsim, & ad ſui cõmodum, eaſdẽ ipſas in iudicio produxit. Quarto iuramento renuntiationes ſtabilitæ ſunt, idque ſufficit, vt Peregri. rectè animaduertit, & pręter eũ tũc renuntiatio vim pacti habet, cum in ſcriptis, ſicut hic, facta eſt, Rip. ex cõmuni, in l. 1. num. 19. C. de pact. His opitulatur deciſ. Vincen. de Fran. 81. nu. 5. par. 1. Renũtiationem iuratam nullo poſſe iure infringi id ipſum ſcripſit Caualca. deciſ. 13. nu. 11. part. 4. Accedat ſuperioribus, fuiſſe geminatam, duobus ad id ipſum miſsis ex ciuitate Valentiæ mandatis, renuntiationem, at geminatio fortius agit in omni actu, & contractu, ad l. Balliſta ad S. C. Trebelli. Ornat multis Oſaſ. deciſ. 39. num. 16. Et in terminis geminatæ renuntiationis, vt ea dolum, & quamuis ſimulationis, & fraudis (quam pars altera deduxit) ſuſpitionem excludat, tum, & læſionis quærelam Crauet. poſt Panormit. Caſtren. Deci. & alios ab eo adductos conſi. 54. nu. 7. fusè Rolan. à Vall. conſ. 59. nu. 31. 32. 33. vbi eruditè lib. 1.

Non obſtat tertium ex traditione Pet. de Peralt. in l. vnum ex familia. §. ſed ſi fundum num. 31. de leg. 2. quoniam is expreſsim mouetur, authoritate Oldr. dict. conſ. 16. Vnde iuxta præſcriptam illius traditionem, intelligendus eſt, vt filia grauata matrimonium contrahere, in familia; adiecta pœna amiſſionis primogenij niſi id fecerit, poſsit in aliena nubere, dum ij, in quorum fauorem pœna adiecta eſt, conſentiant, & iuri ſuo renuncient, ex ijsque idem Oldra. ſenſijt, & quæ ſupra nunc adducta fuerunt.

Quarta nunc argumentario diluenda eſt, ex glo. in l. hoc genus de condi. & demonſt. cum conditio negatiua, vel prohibitiua nuptiarum, ad ſecundas, & vlteriores protendatur: obiecti enim ſolutio non difficilis eſt, ab eodem tradita Oldrado, cum conditioni renunciant ij, in quorum commodum per diſponentem adiecta conditio eſt. nulla enim mulieri culpa imputari poteſt, quæ nubere voluit, & non potuit, ab eo repudiata qui nubendi illi iuſſum à teſtatore habuit. Renuntiauit, & bis Philippus Sacirera matrimonio, non igitur de alio, quam de ſeipſo conqueratur qui cum ſponte id fecerit, poſt coacte in eadem conuentione perſiſtere cogitur l. ſicut ab initio: cum vulga. de actio. Tiraquel. in eodem. §. limitatio 23. à num. 1.

Secundo vere, genuine, &, implacabiliter reſpondetur, conditionem nõ nubendi prohibitiuam,

Digitized by Google

hibitiuam, ad vlteriores extendi, reſpectu aliorum de familia, ſi qui ſuper ſint, ſecus reſpectu renunciantis, vt per Simonem de Pręt. Oldradum, & alios proximè adductos.

Tertio ingenuè reſpondetur, conditionẽ illam nubendi dicto Philippo Sacirera, adimpletam fuiſſe, illius voluntate, facto, & renunciatione. ſ. Geminata, cum nõ aliud magis adimplementum proſit conditionis, quã illius voluntas, & factum, in cuius fauorem conditio appoſita eſt: eo enim ipſo perfecta eſt, & impleta. l. legatum C. de condi. inſert. Simon. de Pręt. de inter. ver. vlti. vol. lib. 1. ſolu. 14. num. 34. fol. 78. *Cuius hæc verba. Secundo intellige non procedere, quãdo ſtaret per eum, in cuius perſona debet impleri conditio. Quia habetur pro impleta. l. iure ciuili de condi. & demonſt. vel ille in cuius perſona eſſet cõditio implenda conſentiret alio. modo eam impleri vel haberi pro impleta l. legatum. C. de conditio. inſert. Bal. in d. l. finali ad l. falcidiã. tradit. Socinus in d. l. Iulianus col. 2. 3. notab. Iaſſ. in di. §. & quid ſi tantum col. 7. verſi. Limita dupliciter. Hæc Simon de Pratis.*

Quinta ratio ex ordine diſſoluenda, ab authoritate Cy. & Pet. de Bellaper. in d. l. C. de inſtit. & ſubſtitu. qui affirmauerunt, locũ eſſe illi pœnitẽtiæ, qui prius nolle dixit vxorem ducere, ſi ſecundo velit: in primis Cy. & Pet. communi omnium calculo reprobãtur, vt ipſos Bal. improbauit Caſtr. Cor. Alexan. Iaſſ. Deci. in d. l. 1. Acoſta Pela. Molin. & alij quos ſeriatim recenſui ſupra in ſexto argumento.

Secundo, etſi non vera, aut receptior, ita planè interpretanda opinio, vbi renunciatio ſimplex foret, non acceptata, aut quæ vim pacti ſuſtineret, hæc enim ſicuti pactum irretractabilis eſt, dixi ſuperius in verſ. Tanta renunciationis, & ex toties adducto Oldrad. Conſilio ſatis conſtat, neque aliquis diſſentit.

Non oberit ſextum, verba enim non aliter, nec alio modo: etſi præciſa, & formam inducant, à veriſsimili tamen mente diſponẽtis declarationem recipiunt, vt multis oſtendit Crauet. conſ. 3. à num. 12. vbi & ſcripſit, mentem ex ratione, & cauſa expreſſa colligi, à qua verba præciſa interpretantur. Mens autem, & ratio donatoris noſtri, hæc fuit, filiam nubere conſanguineis, vt ſic tam filiæ, quam conſanguineis conſultum foret, at cũ nec pars altera neptem in vxorem voluerit, neque alij ex cõſanguineis, donatoris & aui, mens aperta eſt, qui ſi de hoc ipſo cogitaſſet caſu, & interrogatus fuiſſet, reſpondiſſet pro nepte prædicta ne alienam ſobolem propriæ præferre voluiſſet (abſit enim tantum, & tam magnum abſurdum) dixerimus, ad ea quæ omnes ex cod. tex. in l. cum auus, de condi. & demonſt. l. cum acutiſsimi. C. de fideicommiſ. id ipſum de verbis præciſis multorum authoritate reſpondit Roland. conſ. 61. nu. 56. lib. 2. & in eiſdem terminis de eiſdem verbis, Non aliter, neç alio modo, poſt Deci. conſ. 281. reſpondit idem Rolan. eod. conſi. num. 47. Ad hæc etſi formam ea verba inducerent, quando ipſa adhiberi non potuit ob repudium dicti Philippi, ommiſsio tunc formæ, non irritat actum. nulla enim culpa imputari ei poteſt, qui cum velit formam adimplere, id efficere alterius culpa nequid. Crauet. qui exempla adfert, conſ. 12. num. 2. nulla igitur aduerſans partem hanc culpa redargnere poteſt, quæ cum eum in virum acciuerit, iuſſu aui donatoris, noluerit autem & renunciauerit, formam adimplere Eliſabeta Sacirera non potuit. Ijs opitulatur receptiſsima omnium traditio, eam in dubio accipiendam interpretationem, aut ſenſum verborum, qui filiabus, & neptibus fauet, in excluſionem maſculorum remotiorum, quoniã ijs, non illis, parentum debetur hæreditas, tum quod fœminarũ excluſio propter maſculos remotiores, pœnam ſimul, & odiũ continet, ſiue in contractibus loquamur, aut in vltimis voluntatibus, vt innumeris adductis docuit Ludo. de Molin. lib. 3. de Hiſpan. primoge. cap. 4. num. 1. idem cap. 5. eod. lib. cũ enim fœminis diuino iure, naturali, & cæſareo parentum debeatur hæreditas, l. maximũ vitium cum vulg. C. de libe. præter. eas ſubintellecta interpretatione excludere, pœnã, odium, ſimul, & exhæredationis ſpeciẽ continet, quemadmodum inſigne ex Bart. Bald. Caſ. Alex. Iaſſon. Corn. & alijs multis tradit Alex. Raud. tract. de analog. cap. 15. à num. 287. vſque ad num. 301.

Extremum non obſtat, etſi enim in eo veluti in tutiſsima arce ſimul cum Oldradi cõſilio, aduerſans totam reponat ſpem, tantum abeſt, vt ab eo victoriam, & minus quam ex conſilio Oldradi reportet, cum potius ex ijs duobus magis interitum conſequatur, imprimis verum non eſt dolum fratri ſuo impingi poſſe ad commodum huius partis, ipſi extraneę. Quis enim etſi tã reſupinus, vecors aut incircumſpectus dixerit, velle fratrem, alterum decipere fratrem, vt extraneo conſulat, in fratris detrimentum, cui ex naturali voto, proſpicere, commoda quærere, & recta dare conſilia, præſumendum ſit? Vt ferè nullam præſumptio contrariam admittat probationem? Craue. conſ. 319. num. 6. conſ. 44. nu. 4. Menoch. lib. pręſump. 5. pręſum. 3. num. 23. vbi num. 23. appoſite adiungit, nec dolum præſumi, in eo qui ſuo iure quidquam facit frater enim hic quem Philippus doloſum, & decep-

Digitized by Google

deceptorem dixit, id ipſum quod ille præſtitit, renunciauit enim matrimonio ſuo, & liberorum,eiuſdem nomine, vt ex proceſſu conſtat. Nullus igitur credat hunc, Philippũ fratrem vt renunciaret matrimonio decepiſſe,cum eandem ſibi, & filijs prius legem dixerit, quia damnoſum matrimonium putabat. Neque doloſus dici poteſt, is qui damnum vitat. idem Menoch.ex aliorum traditione d.pręſump.num.19.cui addendus Rolan.conſ.11.num.60.lib.3.

Ex ijs non obſcure ſequitur,neque dolum impingi poſſe Ioanoto Calders,cui vna cum fratre ſuo aduerſans dolum obijcit, neque enim hic lucrum recepit ab hac parte, aut commodum,vt doloſè ſuaſiſſe aduerſario,ne matrimonium contraheret,videatur.

Sed etſi aperte ex facto dolo ſcilicet, & ſuaſionibus fratris,& dicti Caldes, pars aduerſans impedita fuiſſet, vt is probare in proceſſu tentauit, nihil deterius egit, vt eo ſolo ſuam inanem actionem aduerſus hanc partem direxerit, ad quam vti extremam adnotationem, Senatores æquiſsimos animaduertere velim, ſola enim ad victoriam ſufficit,ipſam autem non ab extraneis locis, vel ſimilibus,ſed in eiſdem terminis,& facti quęſtione deduxerim.

Doloſa igitur perſuaſio pluſquam violenta coactio dicitur l. 3. §. ſi quis volentem ff. de lib.homin.exhib.l.1. §.perſuadere ff. de ſer.corr.gloſ.in cap.certo.12. quęſt.1. atqui vbi legatum fuit fœminæ,ſi Titio nuberet,& niſi id faceret,priuationis fuit pœna adiecta, ſi tertij, facto non mulieris, impeditus ille fuit,ne contraheret,conditio veluti iam defecta habetur l.inde Neratius.§.idem Iulianus.ff.ad l.Aquil.gloſ.inſignis à Bart. Bald. Caſtr. Alex. Iaſſ.Deci. & omnibus probata in d.l.1.C.de inſtit.Hæc enim cõditio mixta,quæ & ab alio pendet,tertij impedimento repulſa, deficere conditionem facit gloſ. in d.l.1.

Intellexere omnes traditionem, vbi tertius, qui matrimonio contrahendo impedimentum dedit,ſoluendo eſt,vt in noſtra ſpecie,ſiue de fratre quæramus Franciſco Sacirera, ſiue de Caldeſio de Segur, domino de Segur, & aliorum locorum. Sanè vbi is qui impedimentum intulit, ſoluendo non eſſet, conditio non vti defecta, ſed pro adimpleta habenda eſſet,ne filia nubere grauara abſq. illius culpa hæreditatis relictę emolumento priuaretur, quod abſurdum certè, & inhumanum foret,aduerſus commune parentum votum. Et hanc ipſam ad verbum gloſam,& receptiſsimas traditiones, nunc adductas, probat Ludoui.de Molin.de Hiſpan.primo. lib.2.cap.13.num.20.21. & num.27. Igitur aduerſus d.fratrem, & Ianotum Caldes de Segur pars altera agat,deceptores vt ait, & ſuaſores, ne cum Eliſabeta Sacirera matrimonium contraheret. Porro vt finiam,dolus tertij non infringit contractum, bona fide à contrahentibus celebratum. declarat ſingulariter Bart.num.3.in l.eleganter poſt gloſ. ibi,& antiquiores alios,ff.de do.malo. Et dixit Gabri.conſ.19.num.41. ad medium lib. 1.dolum tertij regulariter contractum minimè infringere,non enim alteri, per alterum (vt in regula iuris eſt) iniqua poteſt conditio inferri, vt modo alios præterea innumeros, id ipſum ſentientes. Vnde non male,nec abſurde,huius antiquiores cauſæ, & partis patroni,dum pars altera dolum exciperet,& ſe dolo, & falſis ſuaſionibus inductam probare conaretur,replicarunt de dolo actionem,nõ in Eliſabetham Sacitera virginem & iuuenculam,quæ nullius doli particeps fuit,quæq. ex renunciatione legitima aduerſantis,alteri nupſit,inſtituendam, ſed aduerſus doloſum fratrem, & conſobrinum vt ſuos pœnæ authores teneant.

Quartum Dubium.

VTRVM caſu quo ex diſpoſitione prædictorum capitulorum matrimonialiũ, in dicto contrauentionis caſu reſultet fideicommiſſum in fauorem dictorum Sacireras, dictum fideicommiſſum propter contractum ſecundi matrimonij per dictam Eliſabetham de Sacirera filiam dictorum coniugum, Ioãnis, & Magdalenæ; contra voluntatem Philippi de Sacireta, filij dicti Bernardi Ioannis, cum Alexio de Hoſpital, dictum fideicommiſſum in fauorem dicti Philippi volentis,& interpellantis cũ dicta Eliſabetha matrimonium contrahere; habuerit locum in dicti Philippi fauorem.

Dubij Quarti Solutio.

HVIC fuit Reſponſum in Superiori Tertio.

Quintum Dubium.

VTRVM conſtet per dictum Philippum de Sacirera fuiſſe renunciatum fideicommiſſo, in dictis capitulis matrimonialibus appoſito, in caſu quo filia Ioãnis,& Magdalenæ non contraxerit matrimonium, cum aliquo ex filijs,vel deſcẽdentibus, dictorum Bernardi Ioannis,& Philippi Clementis, & vtrum obſtet Ioſepho, & Franciſco Sacireras agentibus prædicta renunciatio.

Dubij Quinti Solutio.

PHILIPPVS Sacirera non aliter hæreditatem,niſi matrimonium contraheret

cum

cùm Eliſabetha , conſequi poterat: patere enim conditioni tenebatur, ea autem illius renunciatione ſublata, & veluti defecta, libera hæreditas Eliſabethæ fuit l. 1. C. de inſtit. & ſub. l. vter ex fratribus. ff. de condit. inſtitut. l. Titio. §. ante nuptias. ff. de condi. & demonſt. quæ iura in idipſum adducta in tertio dubio expendimus, caſum terminantia. Sed & conſilium Oldradi ad litteram eodē dubio ad latum idem probat, cum alijs inibi exaratis.

Renunciationē vero nunc agentibus obeſſe quis vnquam poterit dubitare? cum pactum fuerit, & iuramento ſtabilitum, acceptatione Eliſabethe expreſſe authoratum, & cum non ex propria perſona, ſed Philippi actores intendant, vt ex libello & petitione conſtat ipſorum? Porro pacta ad hæredes, & contra hæredes tranſeunt, neque aliud in iure toto vel tritum magis, aut notum ſciri poteſt Brocardicum. Ad hæc renunciatio ipſa vim habet donationis, vt dixerunt multi: & magis communem auſus fuit dicere Beroius conſ. 51. lib. 1. vt in iure radicato, & quæſito inſinuatio requiratur.

Sed & animaduertendum ampliſsimam illam renunciationis à Philippo factę formulam, ſimul cum pacto de non petendo contextam fuiſſe: cuius clauſulę, inter alios quos gloſ. in §. præterea debitor inſtit. de exceptioni. recenſet effectus, hic eſt vnus potiſsimus, vt naturaliter nuſquam petere obliger, & obſtet agenti exceptio perpetua: ſicuti enim negatiua conditio (vt in tertio dubio dicebam) obligat perpetuo, & pluſquā affirmatiua, ſic negatiua clauſula de nō petendo: atque ideo pacta inuiolabilia permanent: vt ex multis reſoluit Tiraquel. in dict. §. hoc ſermone limitatio. 7. à num. 1. fiet igitur vt pactum de non petendo, non ad primas tantum, ſed ad ſecundas & vlteriores protendatur nuptias.

Sextum Dubium.

VTRVM licentia conceſſa per Philippum de Sacirera, dictæ Eliſabethæ de Sacirera, contrahendi matrimonium cum Frācisco de Caſſador, obſtet dictis Ioſepho, & Franciſco, ius & cauſam à dicto Philippo habentibus, agētibus cōtra coniuges Marchs & Altarriba, ad recuperationem bonorum donatorum per dictum Ioannem antiquiorem, in dictis capitulis matrimonialibus contentorum, in vim prædicti prætenſi fideicōmiſsi.

Dubij Sexti Reſponſum.

FVIT Reſponſum in Tertio & Quinto Dubio.

89 Alia autem † quæ circa prædictam quæſtionem contingere poſſunt in cōditione vel modo contrahendi matrimonij cum aliqua tractarunt fusè Acoſt. & Molin. in locis ſupra citatis & eruditiſsimè illuſtriſs. Cardinalis Manti. d. titu. 18. & titu. 19. ſequenti vbi & de conditione negatiua ſi non nupſerit egit.

SVMMARIVM.

1 *Pactum de lucrando dote vel donatione propter nuptias reſpectiuè factum à coniugibus in capitulis matrimonialibus, an ſit validū.*
2 *Pacta de ſuccedendo reprobata.*
3 *Donationes mutuæ inter coniuges reprobatæ.*
4 *Teſtandi facultas hominibus ex priuilegio cōceſſa.*
5 *Pacta reciproca de ſuccedendo inter coniuges valent.*
6 *Reciproci actus ſuſtinentur, quia aliàs inualidi forent.*
7 *Pacta de ſuccedendo inter coniuges, votū captandæ mortis non inducunt.*
8 *Pactum de lucrando donationem propter nuptias cōtractū à muliere minore validū eſt.*
9 *Pactum de lucrando dotem etiam dote non ſoluta effectum ſortitur.*
10 *Dos ex ſola promiſſione conſtituitur.*
11 *Stipulatio de lucranda dote, in dote tantū promiſſa locum habet.*
12 *Maritus fructus dotis nō lucratur, niſi rebus tantum ſibi traditis.*
13 *Pactum de lucrando dotem, vel donationem propter nuptias, etiam in vxore nondū traducta vim habeat.*
14 *Statuta ſtrictam recipiunt interpretationem.*
15 *Traductio mulieris ad domum, non pertinet ad ſubſtantiam matrimonij.*
16 *Conſtitutiones huius Principatus Cathaloniæ non verè ſtatuta dici poſſunt.*
17 *Mulier minor ſeptennio licet traducta, non lucratur donationem propter nuptias in vim pacti.*
18 *Diſpoſitio quæuis de perſonis loquens, de habilibus intelligenda eſt.*
19 *Maritus impotens, & frigidus in vim pacti dotem non lucratur, licet vxorem traduxerit.*
20 *Mulier ante copulam inuito marito religionē ingredi poteſt.*
21 *Maritus in vim pacti de lucrando dotem poſt mortem vxoris, lucratur ipſam ea ingrediente religionem.*
22 *Maritus, vel mulier reſpectiuè in vim pacti non lucrantur dotem vel donationem propter nuptias, niſi matrimonio contracto in facie Eccleſiæ iuxta formā S.C. Tridentini.*
23 *Statuto ſtante quod maritus, vel mulier reſpectiuè lucrari dotem vel donationem propter nuptias*

Digitized by Google

nuptias non poſsint niſi copula ſubſequuta; eo in caſu ſola deſpenſatio per verba de præſenti,vel traductio non ſufficeret.

24 *Pacta de lucranda dote; & donatione propter nuptias in ſecundis nuptijs recipiuntur,etiã vbi alter haberet filios ex priori matrimonio.*

25 *Pacta de lucranda dote; vel donatione propter nuptias valent etiã quoad augmentũ dotis.*

26 *Augmẽti,& ſortis principalis idẽ eſt indiciũ.*

27 *Pacta de lucranda dote,vel donatione propter nuptias tam ex teſtamento quam abinteſtato locum habent.*

28 *Pacta de lucranda dote, vel donatione propter nuptias non habent locum in matrimonio putatiuo.*

29 *Iura de dote loquentia in dote etiam putatiuã procedunt.*

30 *Statuto ſtante quod bona viri,& mulieris conſtante matrimonio quæſita communicentur, etiam ea communicanda ſunt,quæ in matrimonio putatiuo lucrata fuerunt.*

31 *Bona conſtante matrimonio putatiuo adquiſita ſecundum magis communem opinionem communicanda non ſunt.*

32 *Pacta inter virũ & vxorem de inuicem ſuccedendo,æqualia eſſe debent.*

QVÆSTIO XXX.

PACTVM INTER CONIVGEŠ de lucranda dote,vel donatione propter nuptias altero præmoriente, An validum.

1 DVBITATVM † aliquãdo apud veteres fuit an pactum inter cõiuges contractum vt eorum ſuperſtes præmorientis dotem, vel donationẽ propter nuptias lucretur validum ſit,non enim valere poſſe videtur,
2 quoniam vt iuris tritiſsima † regula vult, pacta hæc de ſuccedendo vnum alteri ſunt omnino improbata,l.licet l.pactũ quod dotali l.fina.C. de pact.vbi ſcribẽtes omnes & in l.ſtipulatio hoc modo concepta vbi cæteri de verbo.oblig.dixi queſtio.2.& 3.quia tollunt liberam teſtandi facultatem, & votum captandæ mortis inducunt vt ibi & in dictis iuribus dicitur; ita fiet vt pactum hoc cum illis idem,non valere videatur.Secundo
3 † & altera ratione improbari videtur quod inter coniuges mutuæ donationes inutiles ſint,ne mutuo amore ſeipſos ſpolient, titulis digeſtorum,& codicis de dona. inter vir. & vxor. & in decretal.vnde nullo iure huiuſmodi pacta,quæ donationem redolent ſuſtineri poſſunt.

4 Tertio ſpetiali legis † beneficio hominibus indultum eſt vt de rebus ſuis diſponere poſsint eo tempore,quo domini eſſe nõ poſſunt,niſi ſub certa forma, ideſt teſtamento, & ſolemni voluntate extrema à lege approbata l.in tempus ff.de hæredi.inſti.omnes in l.1.C.de ſacroſ.Eccleſi. Alciat. in l. pactum quod dotali C.de pact.fuſè Vaſq.tracta. de ſucceſsi.creatio.§.2.in princi.& §.11.nu.40. qui communem dicit inde pactum de futura ſucceſsione improbari ſolet d.l.fina. l. ex eo C. de inuti. ſtipula. l. cum donationis C.de tranſactio.Proinde nec inter virum,& vxorẽ valere Imperator ſtatuit in l.hæreditas C.de pact.conuent. *Hæreditas* (inquit lex) *extraneis teſtamento datur; cum igitur affirmes dotali inſtrumento pactum interpoſitum eſſe vice teſtamenti,vt poſt mortem vxoris bona eius ad te peruenirent,quæ dotis titulo tibi non ſunt obligata, intelligis te nulla actione conuenire poſſe hæredes ſeu ſucceſſores eius vt tibi reſtituantur,quæ nullo modo debentur.* Hucvſque lex, quæ aperte pacta de ſuccedendo inter virum & vxorem improbat.

5 Contraria † tamen opinio, & verior &
6 receptior eſt.valere ſcilicet pacta † reciproca inter maritum, & vxorem de ſuccedendo adinuicem cum & inter alias perſonas pacta huiuſmodi reciproca valida ſint Cyn. Bald. Pau.de Caſ.Sali.& omnes in l. ſi pater puellæ C.de inof.teſtam.vbi & Iaſſ.poſt cæteros, idem in l.ex hoc iure num.55.de iuſti.& iur. vbi multa ſuſtineri ratione huiuſmodi reciprocationis docet alias non valitura gloſ.in l. licet C. de pact. & in l. 1. ff.de donat.int. vir. & vxor. Oldrad. conſ.139.vbi de pacto reciproco inter duos fratres facto de inuicẽ ſuccedendo loquitur Alexan.& Iaſſ.in d.l.fina.C.de pact.Ange.conſ.179. Roma.conſil. 26.col. 1.& in terminis quæſtionis noſtræ Oldrad.dicto conſ.5.Calder.conſ.1.ſub tit. de donatio.Dueny.in regulis litt. C. regula incipiente,conuertio facta inter maritum,& vxorem Nicol.Boeri.in conſ.Bituri.tit.de conſue.matrimo.§.1.verſicu. Sed quęro de quæſtione Pechi.tracta.de teſt.coniu.lib.1. cap.8.à num.1.Caſſ.in conſue. Burgun.rub. 4.§.7.glo.conſtant leur.nu.6. Rolan.à Val. conſ.62.lib.1.num.6.cum ſequent. Barbo. qui niſi duos citat in l.ſi ante num.10.ff.ſolu. matri.Surd.tracta.de alimen.tit.7.quęſ.18. num.5.Ioan.Philip.conſ.48.num.12.Oſaſc. deciſ.Pedem.100.num.19.vbi egregie declarat Maſſue.in pract.titu.de ſocie.num.5. verſic.Item licet.Et hęc pacta in Cathalonia vocantur *agermanaments*,alios ſciens prætereo; ij omnes mouẽtur tex.in l.quod autem §.ſi vir ff.de donatio.int.vir.& vxo.quo præfata opinio euidentiſsimè probatur l. inter

ſocerum

ſocerum §.cum inter ff.de pact.dotal. l. be-
bius eod.titu.

Neq. obſtant præfatæ rationes, quibus
multipliciter noſtri ſatisfaciunt, ſed vna hæc
ſufficiet, prefatum inter virũ,& vxorem pa-
ctum de ſuccedendo reciprocum à iure fore
approbatum,idq.valere ſtatim vbi factũ eſt,
vnde etſi cæteræ donationes,& pacta de ſuc-
cedendo improbata ſint de his ad ſpeciem
quæſtionis noſtræ arguendum non eſt argu.
l.quod vero contra cum ſequen.duabus ff.de
legib.ſic reſpondent Pechi. & Oſaſc. ſupra.
7 Rurſus † neq. huiuſmodi pactis inducitur vo
tum captandæ mortis, nec impeditur libera
teſtandi facultas cum illico valeant, nec bo-
norum omnium pactum ſit vt ſuperiora,& in
his mutuis liberalitatibus nihil damni bo-
norum vè diminutionis alterutri parti adfer-
tur,cum compenſatio quędam fieri dicatur:
tantumq. adſit quãtum abeſt,vt nemo in hoc
caſu lædi dicatur. d. §. ſi vir.Neq. obſtat di-
cta l.hæreditas C. de pact. conuen.nam non
loquitur in pacto reciproco vt eſt hoc de
quo agimus ſed & tripliciter ſatisfaciũt ob-
iectis Oſaſc.& Pechi.ſupra.

8 Extende † communem opinionem vt &
valeat hoc pactum cõtractum à muliere mi-
nore viginti quinq. annorum l.1. vbi Bal. in
2. notabi. C. ſi aduerſus don. ſic ex Angel.
Areti. Socio. Bolog. & alijs docet Boeri.in
conſuetu.Bituri.titu. de conſuetu.matrimo.
§.1.ad finem verſic. Et etiam profecto valet
Guil.de Cun.in l.ingenuum ff. de ſta. homi.
Barto.in l.2.quęſt.22. C. quæ ſit lon.conſue.
Alexan.conſ.65.col.2.lib.6. Rochi.de Cur.
Roma.Pau.de Caſt.Bal. & alij quos citat &
ſequitur Rolan. à Vall.tracta.de lucra.dot.
quæſt.44.num.12.Caualca.tracta.de tuto.&
curato. num.159. etſi ij loquantur in termi-
nis ſtatuti de lucro dotis conſequendo, ra-
tionem reddiderunt ſupra citati authores
quoniam propter incertitudinẽ mulier mi-
nor lędi non dicitur cum poſsit vir præmori,
& totam illius ſubſtantiam lucrari conſequẽ-
ter validum.

9 Secundo † extenditur regula prædicta,vt
& pactum ſuperius effectum ſortiatur in do-
te promiſſa etſi ipſa ſoluta non ſit;vnde ſi al-
ter cõiugum nondum facta numeratione vel
ſolutione moriatur, ſuperſtes ex pacto lucrũ
dotis,vel donationis propter nuptias conſe-
qui poteſt; quia dos nedum dicitur illa quæ
tradita fuit, & numerata marito, ſed & ea,
quæ tantum promiſſa licet nondum ſoluta,
10 cum † ex ſola promiſsione dos conſtituatur
l.cum poſt §.ſed is de quo, vbi glo.in verbo
habet dotem ff.de admi. tuto. l. aſsiduis C.
qui potiores in pigno. habean. l.vni. §. ſicut
enim C.de rei.vxo.actio.l.de diuiſione ff.ſo-
lut.matrimo.vbi Iaſſon.num.8. Barto.antea
in l.nihil intereſt num. 1. ff. rei. amota. om-
nes in rubri.ff.ſolut.matrimo.alios citat Af-
flict.deciſio.61.num.2. Alexan. communem
dicens in l.ſi donaturus §. fina. ff. de condic.
cau.dat.cau.non ſequut.num.7.Iaſſ.num.14.
Rolan. à Vall.tracta.de lucra. dot. quæſt.5.
à num. 1. vbi latiſsimè ad vtramq. partem
diſerit, & magis receptam aſſirmat multos
citans in hanc ſententiam. Andre. Gail.li.2.
obſeruatio.obſeruatione 79.à nu.1.deciſio.
Pedemon.21. à num.1.vbi ad vtramq. par-
tem diſputat.licet Menoch. conſ.338.num.
30. aduerſus communem vt dixi infra quæſt.
43.in verſic.Admittunt autem omnes.Iuua-
11 ri † quoq. hæc communis opinio.ea ratione
poteſt quod ſtipulatio de lucranda dote non
tantum in dote data vindicet ſed & in dote
promiſſa l.ex morte §.hoc tamen C.de pact.
conuent.glo.in l.vni.§.accedat verbo fecerit
C.de rei.vxo.actio.Iaſſ.in rub. ff. ſolut. ma-
12 trimo.num.23.Andr. † Gail. dicta obſerua-
tio.num.7.qui inibi num. 9. animaduerten-
dum eſſe voluit prædicta non procedere in
prædijs, vel alijs rebus in dotem datis, qua-
rum dominiũ ex ſola promiſsione non tranſ-
fertur in maritum, niſi interueniente tradi-
tione;vnde niſi ſequuta traditio fuerit mari-
tus in vim huius pacti dotem lucrari non po-
terit l.de diuiſione vbi Bal. Imol. & cæteri
ff.ſolut.matrimo.l.dotale §.1. ff. de fun.do-
tal.glo.in l.1.verbo vniuerſe ff.pro dote vbi
Iaſſ. num. 5. ſcripſit ita omnes tenere; inde
idem Gail. præfata obſeruatione num. 10.
ſubinſert, maritum qui fructus dotis ex re
dotali lucratur l.dotis fructus ff.de iur. doti.
l.plerumq.§.ſi ſerui in fine l.pro oneribus C.
de iur. dot. non tamẽ eos lucrabitur niſi tra-
ditio præceſſerit, cũ res dotalis ex ſola pro-
miſsione non dicatur, niſi traditio,qua do-
minium quæritur interuenerit d.l.de diuiſio-
ne;cum nec dos quoad dominij translatio-
nem maiori priuilegio fruatur quam cæteri
contractus,vt poſt Iaſſon.in d.l.de diuiſione
Gail.tradit ſupra.

13 Tertio † ampliatur communis regula vt
procedat etiam nedum in vxore traducta,
ſed etiam in ſponſa deſponſata per verba
de præſenti nondum traducta hæc enim mo-
riente marito donationem propter nuptias
lucrabitur in vim huiuſmodi pacti, & è con-
trario maritus ſponſæ dotem; grauis eſt &
antiqua quæſtio hęc in materia ſtatuti de do-
te lucrãda an ſponſam per verba de præſenti
deſponſatam contineat.

Quam diſputationem decem hinc inde ad-
ductis argumentis proſequitur eruditè vt ſo-
let Rolan.tract.de lucro dotis quæſtio.106.
num.1.qui multos etiam affirmatiuam,alios
nega-

negatiuam tenentes refert nouiſsimè Gail.
lib. obſeruatio. 2. obſeruatio. 80. à num. 1.
eandem ſuſcitauit quæſtionem Viuij. deciſi.
330.num.15.& antea num.12. lib. 2. in qua
Barto. opinio communiter recipitur affir-
mantis locum habere in l. nihil ff. re. amot.
poſt gloſ. quæ idem docuit in §. nuptias in
auth. de nup. Rip.in rub. ff. ſolut.matrimo
num.67.& huius opinionis communis mul-
tos refert Tiraq.in l. ſi vnquam verbo do-
natione largitus num.222.C.de reuo.dona-
tio.quam Rolan. & Gail. communem dixe-
runt inibi ; ij tamen loquuntur in terminis
ſtatuti non in ſpecie noſtra, in qua de pacto
agimus : Vnde operepretium eſt videre an
quæ rationes efficiunt vt ſtatutum deſponſa-
tos comprehendat, an eędem vindicent, &
locum habeant in hoc caſu: Et quidem verius
eſt vt deſponſatos pactum comprehendat.
14 Primo † quia ſi ſtatutum quod alias ſtrictam
recipit interpretationem l.3.§.hæc verba ff.
de nego. geſ. l. labeo §. idem Tubero ff.de
ſupel.lega.Rolan.d.quæſt.106. nu.24. Gail.
dict. obſeruatione num.2.attenta communi
Barto.opinione in d.l.nihil.ff.rer.amot. cō-
prehendit etiam deſponſatam,maiori ratio-
ne pactum hoc comprehendet : Ratio hæc
eſt, quoniam huiuſmodi pacta reciproca &
viciſsitudinatia de lucrando dotem,vel do-
nationem propter nuptias ſunt veluti pars
contractus,& fauorabilia ſicut ipſum matri-
monium Guid.Pap.deciſ.145. quem ad hoc
inſtitutum cum multis alijs retuli in præfa.
huius lib.3.& alios addidi queſt. 2. verſicul.
Quinto loco adducitur,& queſt.3.verſic.Ex-
tende regulam primo: Ita efficitur vt pactū
reciprocum de ſuccedendo in matrimonio
adiectum ſuſtineatur etſi reliqua improben-
tur vt in ſpecie huius pacti animaduertit
Ioan.Philip.reſpon.48.num.16.Pechi.tract.
de teſta.coniu.lib.1. cap.8. num.2.& 3. Se-
15 cundo † quoniam traductio ad domum, vel
concubitus non pertinent ad ſubſtantiā ma-
trimonij,ſed ſolus conſenſus in facie Eccle-
ſię præſtitus vt ſæpius hoc dixi tractatu ſig-
nanter lib.1.cap.3.vbi multorum authorita-
te id docui,& conſtat ex S. Tridentino Con-
cilio de reforma.matrimo.ſeſsio.24. cap.1.
ibi, *mutuo conſenſu intellecto,&c.* Vnde cum
is ſolus matrimonium efficiat de copula ſeu
traductione curandum non eſt.

16 Ex his † conſtat ſuſpectam admodum fo-
re traditionem Cancerij, qui in ſuis reſolu-
tionibus lib.2.cap.1. nu.156. opinatur vxo-
tis appellatione non contineri ſponſam de
præſenti, quia id cōmunibus aduerſatur tra-
ditionibus maximè in fauorabilib⁹:eſt enim
perfectum matrimonium ante copulam, &
traductionem, vnde Ioan. Coraſi. quem in
ſuam ſententiā adducit in l. qui liberos nu.
10.ff.de Rit.Nup.malè loquitur nec verum
dicit,ſed & traditio Rodri.Xuar.in l.9.titu.
de los pleytos. nu.19. quam in terminis dixit
nihil omnino facit, quia ſecundum leges il-
lius regni loquitur, quæ traditionem, & co-
habitationem volunt expreſsim, vt ibi ad-
notauit Xuar. & alij multi poſt eum. & pro
omnibus ſufficiat Matien.in l.2.glo.1.n.41.
tit.9.lib.5. vbi expreſsim ait quod licet de
iure cōmuni appellatione vxoris veniat ſpō-
ſa de præſenti,maximè in fauorabilibus, ta-
men ſecundum leges illas vlterioris Hiſpa-
niæ minimè citat Montal.Dida.Seg. Didac.
Caſtell. Dida. Coua. Ciſuent. Pala. Rub.&
alios;& nouiſsimè idem ſcribit ex eiſdem le-
gibus Ioan.Garci.in tract.*de acqueſt.cōiugal.*
num.52.ad medium.Et ex legibus Portuga-
liæ requiri etiam cohabitationem & tradu-
ctionem teſtatur Gam.deciſio. 187. dicam
inferius quæſt.64. ſed & in eo peccare vide-
tur idem Cance.qui dixerit leges huius vaſ-
tiſsimi principatus leges eſſe municipales,
ſeu ſtatuta cum enim ſint leges Regiæ cum
debitis promulgatæ à Catholicis Regibus
ſolemnitatibus,non vere ſtatuta municipalia
dici poſſunt,ſed ius commune,vt reſoluit, &
rectè eruditiſsimus ſimul & doctiſsimus Ca-
rol.Moline.in conſu.Pariſien. in præfatio. à
num.106. cum ſequent. & de legibus Regni
Caſtellę & vlterioris Hiſpanię Matien. in l.
1.glo.5.num.2.tit.1.lib.5.& his non relatis,
multos tamen alios adferens de legibus &
foris Aragonum loquens Portol.olim Iler-
dæ condiſcipulus in Schol.ad Molin.in §.to-
tus.num.13.ius enim municipale preſuppo-
nit aliud commune, atqui ius commune in
hoc principatu, nec alijs Regnis Hiſpaniæ
non ligat,cum non ſubſit Imperio Rex noſ-
ter;ita fiet vt latam conſtitutiones noſtræ nō
ſtrictam recipiant interpretationem,ſed hęc
nunc pretereo latius aliquando de his dictu-
rus. Et quoniam Angel.in §. fuerat de actio.
num.24.ad vtramq.diſputat, Rolan. Alexan.
Gail. & alij ab his relati nun alias adferam
rationes : Cæterum communis hęc opinio
quibuſdam modis declaranda erit in quibus
17 habere locum non poteſt: Primo † in mino-
re ſeptennio, deſponſata per verba de præ-
ſenti licet traducta, quoniam cum ſponſalia
huiuſmodi iuris interpretatione in ſponſa-
lia de futuro reſoluantur ob defectum iudi-
cij,quo ætas illa caret cap.1.§.1.de deſpon.
impu.lib.6.vbi Domi. Fran. & alij quos lō-
ga ſerie recenſui hoc tract.lib.1.compa.11.
verſic.Declara tertio vt procedat,& ſit nul-
lum matrimonium Azpil.conſ.8.tit.de ſpō-
ſa.num.1.& 2.ideo pactum hoc ſimiles per-
ſonas per verba de præſenti deſponſatas nō

com-

compræhendet,ſic poſt Angel.in d.§. fuerat,
Alex.& alios docet Gail. dict.obſeruatione
num. 11. qui nullam reddit rationem; quæ
18 hæc eſſe poteſt, quia † diſpoſitio omnis de
perſonis loquens de habilibus eſt interpre-
tanda l.1.vbi omnes C.de ſacro.Eccleſi. vn-
de etſi pactum hoc iure firmetur inter per-
ſonas habiles, & qui matrimonium contra-
here poſſunt & conſequenter lucro promiſſo
vbi caſus continget gaudere poſsint,inhabi-
les tamen & qui nulliter agunt minimè.Atq.
ideo ipſe exiſtimo idem cenſendum in om-
nibus alijs caſibus, in quibus matrimonium
inter certas perſonas contrahi non poteſt,
quales furioſi,ebrij,mentecapti, conſangui-
nei,de quibus ſuis in locis lib.1.dixi.Quoniã
eadẽ ratio ſcilicet defectus iudicij, vel ma-
trimonij interdictum perpetuum efficit vt
matrimonium nullum ſit, proinde nullum
iuris effectum producere poteſt,vt in termi-
nis proprijs noſtræ quęſtionis docent Bal.&
Salicet. per illum tex. in l.1.C.de conditio.
ob cau.Hippol.ſingu.129.Caſſa.Soar.& alij
quos ſequitur Gamma deciſio. 89. num. 2.
1.par.
19 Secundo † declara communem traditio-
nem vt non procedat in marito impotenti,
& natura frigido,is enim non lucrabitur do-
tem licet vxorem in domum traduxerit; ſi-
militer nec mulier ita arcta vt virum cog-
noſcere nequeat non lucrabitur donationem
propter nuptias:ſic ſingulariter reſoluit Iaſſ.
conſil. 58. in fine lib. 1. quem ad id citauit
Gail. d.obſeruatione num. 12. addidit Iaſſ.
illic ita fuiſſe iudicatum & cõfirmatam ſen-
tentiam Rolan.tracta.de lucro.dot.quæſtio.
104. qui eleganter diſtinguit ibi videndus.
20 Secus † autem erit vbi mulier poſt diſpen-
ſationem per verba de præſenti contractam
vellet inuito marito ante copulam religio-
nem ingredi, quæ cum id poſsit cap.ex pu-
blico de conuer. coniuga. & millies id dixi
21 lib. 1. lucraretur † tamen maritus hoc caſu
dotem, ſimiliter mulier donationem prop-
ter nuptias vbi vir religionem ingredi vel-
let:ſatisfactum enim pacto eſt & vere mari-
tus,& vxor erant,conſequenter lucrum con-
ſequi poſſunt Boeri.deciſ.22.nu.39. Saray.
in additio.ad Matheſil.ſingu.74.n.22. Gail.
d.obſerua.num.11. ad medium,& poſt lon-
gam diſputationem eandem opinionem ſe-
quitur Rolan.tract.de lucro. dot. quæſt.95.
22 à num.1. cum ſequent. Intellige † prædicta
omnia vbi matrimonium fuit contractum
in facie Eccleſiæ legitime ſeruata forma S.
Concilij Trident.coram parrocho, & duo-
bus teſtibus,quoniam hoc tantum verum,&
legitimum hodie dicitur matrimonium iux-
ta diſpoſitionem cap.1. de reforma. matri-
mo.Concilij Tridenti.ſeſsio.24.in his locis
in quibus fuit publicatum & receptatum; in
alijs autem ſtandum eſſet diſpoſitioni iuris
communis ad ea, quæ Azpil. conſ.9.num.1.
titu. de ſponſa. & conſ.21.num.2.eod.titul.
23 Tertio † declara vbi lex municipalis, vel
ſtatutum copulam exigeret tunc matrimo-
nium per verba de præſenti non ſufficeret
nec etiam ſola traductio mulieris ad domũ
viri,ſic decidit Gam. deciſ. 187. Alciat.reſ-
pon.6.lib.8.à num.1.cum ſequent. Atzeb.in
l.2.titu.9.num.2. lib.5. Garci. in tractat.de
acqueſ. mulie.num.56.
24 Quarto † principaliter extenditur tradi-
tio ſuperior, qua pacta hæc reciproca valere
dixi, vt procedant etiam ſtantibus filijs; ſi
igitur paſciſcantur coniuges de lucrãdo do-
tem, & donationẽ propter nuptias vno mo-
riente etiam extantibus filijs valet,& tenet.
l.2.vbi glo. in verbo interuenit & alij ff. de
pact.dotali.Paul.de Caſt.in l.2.ff.ſolut. ma-
trimo.vbi Alexan.Iaſſ. Socin. & poſteriores
Ruin.conſ.101.num.4.lib.1.& hos ſequitur
Rolan.tracta.de lucran.doti.quæſt.87.nu.4.
vbi & in terminis ſtatuti deferẽtis huiuſmo-
di lucra idem eſſe docet,vbi & obiectis qui-
buſdam reſpondit.Pala.Rub.in repe.rub.de
donatio.int.vir.& vxor.§.54. ad finem Ful-
25 go.conſ.203.col.1. idem † Rolan.conſ.62.
num.6. lib. 1. vbi verè & eruditè idem eſſe
ſcribit in donatione propter nuptias: *Sicut
enim* (ait ille) *valet pactum pro marito vbi
mulier ante eum decedit cum liberis, ſic in fa-
uorem vxoris vbi maritus prædecederet, lu-
craretur enim tunc ipſa donationem propter
nuptias*; citat in terminis Salice. in auth. ſed
etſi quis C. de ſecundis nuptijs, qui & alia
ratione confirmat num.5.quia dos & dona-
tio propter nuptias æquales omnino in lu-
cris eſſe debent authen.ęqualitas C.de pact.
conuen.vt ille ibi latius.
26 Accedat † vltra eum quod in fortioribus
terminis docuit Baldus in authen. in dona-
tione C.de ſecun. nupti. & in l.hac ędictali,
nu.3.& in §.his illud,eiuſdem legis nu. 1. in
2.lectura eod.tit. quẽ ſequutus fuit Ripa in
l.fœminæ nu. 29. Et Bertran.in d.l.hac ædi-
ctali num.32.illo titu.de nupti.ſcilicet vale-
re etiam pactum huiuſmodi in ſecundis con-
tractum,vbi alter ex coniugibus filios habe-
bat prioris matrimonij; quam ſententiã ſe-
quutus fuit idem Bertran. conſ. 292. lib. 3.
Roma. & alij quos refert & ſequitur Boeri.
deciſ.185.num.10.Ioan. Philip. reſpon.48.
num.17.18. vbi poſt alios reſpondit d.l. hac
ædictali, quæ in contrarium facere videba-
tur vt ipſa in his, quæ titulo lucratiuo dan-
tur,vel relinquuntur maritis loquatur,non in
his,quæ oneroſa vt hæc eſt, de qua diſputa-
mus.

mus. Secundo text. in dict. l. hac ædictali vel l. fœmina non loquuntur in pacto reciproco quale hoc, in his enim, & ſimilibus illa iura non procedunt. ex traditis per Bald. in dict. auth. in donatione & à cæteris nunc citatis; & eodem modo reſpondet Rolan. non relatus à Philip. dict. quæſtio. 87. nu. 5.

27 Extenditur ✝ quinto præfata regula, vt pacta hæc valeant nedum quoad dotem ipſam, vel donationem propter nuptias ſed etiam quoad augmentum dotis, vel donationis propter nuptias poſt contractum matrimonium additum; quod fieri poſſe aperte probat text. in l. ſi conſtante. vbi omnes ff. ſolut. matrimo. Pariſi. conſil. 126. à num. 1. lib. 1. Vnde quemadmodũ ſuperuiuens lucrabitur dotem, vel donationem, ſic & augmentum l. ſi proprietati ff. de iur. doti. vbi dotis augmentum, dicitur dos eadem, & non noua, ibique id ipſum Bald. aduotauit. Rationem

28 ✝ noſtri prodiderunt quia de augmento dotis idem quod de principali dote iudicandum eſt l. inter ſocerum §. penul. ff. de pact. dotali. Iaſſon. in rubri. ff. ſolut. matrimo. ad finem, & conſil. 171. colum. 5. lib. 4. conſert text. ſingularis in l. etiam C. de iur. doti. licet enim ſtipulatio ſtricti iuris dicatur, & ſtrictè ſit interpretanda l. quicquid aſtringendæ de verbo. obliga. vbi tamen dos in ſtipulationem deducitur, in conſequentiam licet dictum non ſit augmentum deductum cenſetur eo. text. in d. l. etiam quem celebrem, & mirandum dixit Iaſſon. in dict. tub. ad finem. Et in terminis pacti de quo loquitur ſic reſpondit Panormita. Paul. de Caſtr. Campe. & alij multi, quos probat, & ſequitur Roland. à Vall. tractat. de lucro. dot. quæſtio. 100. à num. 15. vbi & communem dixit neq. in iudicando ab ea recedendum, vbi à num. 1. hanc opinionem alijs confirmat argumentis nouiſſimè Caualca. tractat. de tuto. & curato. num. 160. 161. vnde quæ de augmento dotis dixi infra quæſt. 52. verſ. Non obſtant quatuor illa vbi fusè.

29 Extenditur ✝ ſexto ſiue vxor, vel maritus reſpectiuè moriantur abinteſtato, vel ex teſtamento alijs hæredibus inſtitutis, vtroque enim caſu ſuperſtes lucrum conſequitur in vim pacti argu. text. in auth. præterea C. vnd. vir & vxor iunctis his, quæ communiter noſtri tradiderunt in eo text. nam quarta debita ex diſpoſitione illius text. coniugi inopi, locum habet tam abinteſtato, quam ex teſtamento, ſicque aduerſus voluntatem morientis; ita pacto efficietur vt ſiue moriens ex teſtamento, vel abinteſtato deceſſerit, ſuperſtes lucrum conſequatur; ſic in terminis ſtatuti deferentis lucra dotium ſuperſtiti reſoluit Paul. de Caſtr. conſil. 82. lib. 1. & in l. ſi cum dotem ff. ſolut. matrimo. Cuma. Fulgoſi. Ruin. & alij quos ſequitur Rolan. d. tract. quæſt. 82. num. 10. 11. 12. cum ſequen.

30 Declaratur ✝ nunc præfata regula vt non procedat in matrimonio putatiuo ſi igitur exiſtimantes maritus, & vxor nullum aſſore impedimẽtum cõtraxerint in gradu prohibito, ſi poſt detegatur, & ex his moriatur vnus, ſuperſtes alterius dotem vel donationem non lucrabitur: hæc eſt ardua controuerſia in qua contrarium tenuerunt aliqui, quales ex antiquioribus Cyn. & Alberi. in l. ſi ante nuptias ff. ſolut. matrimo. quos refert Tiraquel. in ll. connubiali. gloſ. 8. num. 264. & alij quidam, qui multis mouentur argumentis & rationibus, effectus matrimonij putatiui recenſentes, ex quibus ſingulis vnum producunt pro hac parte argumentum. Ego autem niſi duas adferam rationes, quæ & ad inſtitutum tractatus noſtri maximè conferunt.

Prima quoniam, quæ iura de dote loquuntur eadem in dote putatiua procedunt l. ſi cum dotem §. fina. ff. ſolut. matrimo. vbi Bartol. & poſteriores omnes docent, inferendo, priuilegium prælationis tacitæ hypothecæ, quod datur mulieri ex l. aſſiduis C. qui potio. locum habet & in dote putatiua, quam dixit communem opinionem Sali. ibi & eum ſequuti ſunt innumeri, quos longa ſerie refert Tiraquel. in ll. connubia. gloſ. 8. num. 253. 254. 255. Rolan. in tracta. de lucro. dot. quæſt. 97. num. 1. 2. qui inibi num. 3. ſcripſit authoritate Sali. & Bal. in l. 1. C. de condi. ob cau. quod ſi ex forma ſtatuti inſtrumenta habent exequutionem paratam eodem modo habebit inſtrumentum dotis putatiuæ vbi Bald. Nouell. citat Barba. Palat. Rube. & alios quoſdam, & alios recenſet Tiraquel. d. glo. 8. num. 257. vbi regulam prodidit generalem, omnia verę dotis priuilegia putatiuæ doti competere.

Secunda ratio, quoniã ſtante ſtatuto, quod bona viri & mulieris conſtante matrimonio quæſita communicentur, nedum in vim huiuſmodi ſtatuti communicabũtur bona quæſita conſtante vero, & legitimo matrimonio, ſed etiam putatiuo Panor. in cap. 2. per illũ tex. de donatio. inter vir. & vxor. iuncta gloſ. ibidem quem ſequitur Cardin. Palat. Rub. in rubr. de donatio. int. vir. & vxor. §. 36. à nu. 1. cum ſequent. alios Tiraq. d. glo. 8. num. 270. Rolan. tract. de lu. dot. quæſt. 47. num. 1. 2. 3. Caſſa. in cõſue. Burgun. rubr. 4. §. 2. n. 4. & 5. in d. ſingu. 129. ex Hiſpanicis ſcriptorib⁹ pręter ſupra memoratũ Pala. Rub. Rodri. Xua. in interpre. tit. *delas ganãcias*, ſtatim in principio Ant. Gom. in l. 50. Tau. n. 77. Did. Perez

Digitized by Google

in l.4.titu.4.lib.5.ordinatio.Azeued.in l.2. nu.4.titu.9.lib.5.recompil.Ioan.Gar.tract. de coniuga.acqueſ.num.159. Matien.in l.2. glo.1.nu.6.tit.9.lib.5.Dida.Couar.in Epit. de ſponſali.2.par.cap.7.§.1. nu.8. & nouiſſime relatis paucis Gamma. deciſ.89. nu.1. & deciſ. 176. num. 1. & 2. qui hoc idem in ſingulari caſu decidit fortiſsima ſanè hæc extrema ratio cui vix eſt vt poſsit rectè reſponderi.

31 Contrariam ✝ opinionem tenuerunt innumeri vt merito hâc communem multi dixerint in caſu ſtatuti deferentis lucrũ dotis, vel donationis propter nuptias ſuperſtiti vt ſtante matrimonio putatiuo viuens decedẽtis dotem non lucretur: quæ opinio non obſcure probatur ex tex.in dict.l.1.C.de condi. ob.cau.vbi Bal.Salice.& poſteriores Marſil. ſingu.129.Caſſa.in conſue.Burgun.rub.4. §. 2.nu.3.4.& ſequen.alios plures refert Tiraquel.in ll.connubia.glo.8.nu.237.238. Rolan.d.quæſt.97.num.13.qui etiam alios eiuſdem ſententiæ communis recenſet. Gamm. d.deciſio.89.num.2. Matien.qui expreſsim in pacto loquitur in d.glo.1. nu.6. ad mediũ alios prætereo. Rationem diuerſitatis inter eum caſum, in quo bona viri, & vxoris conſtante matrimonio acquiſita in mãtrimonio putatiuo conferuntur, vt in vltimo argumẽto pro parte contraria adducto ex communi opinione dixi, non tamen lucrum dotis, vel donationis propter nuptias acquiritur, hanc interpretes crebrius prodiderunt, quod in priori ſpecie conſideratur labor, & communis coniugum induſtria in acquirendo, quæ ratio ſic militat in matrimonio putatiuo, ſicut in vero: at in caſu ſtatuti vel pacti ſecus, cum matrimonium ſit cauſa finalis lucrandi dotem, vel donationem propter nuptias; Et hanc rationem poſt alios reddit Dida.Couar.d.§.1.num.8.poſt Palat. Rube. & eandem aduerſus Caſſa. & Nouel. ſequitur Rodri.Xuar.d.titul. *de las ganancias* num. 5. & 6.Matien.d.gloſ.1.num.6. Gam. d.deciſ. 89. num. 2. & hac ratione diuerſitatis tollitur tertium argumentum extremo adductũ: Duæ priores rationes tolluntur facile ſi conſideremus in illis caſibus agi de fauore mulieris vt ipſa facilius dotem conſequatur, neve ipſam amittat, quibus in caſibus priuilegia veræ doti competentia etiam in dote putatiua locum habent Ripa. nu.62. in rub. ff.ſolu.matrimo.Rolan.in d.queſt.97.nu.19. in quo nullus diſſentit.

32 Declara ✝ ſecundo regulam vt procedat in pactis reciprocis de ſuccedendo æqualibus, ideſt cum vir, & vxor adinuicem conueniunt de ſucceſsione æquali, & eiuſdem valoris, ſecus ſi vxor habens decem millia cum viro paciſceretur, qui non haberet niſi mille vel duo millia, in eo enim quod alter alterius bona & ſubſtantiam excederet cenſeretur donare pure; & ſimpliciter alteri quod iure interdicitur, conſequenter non valeret Roma.conſil.517.Aretin.conſil.2. Iaſſon. & Palar. Rube. quos refert & ſequitur Oſaſc. deciſ.100.num.19. & probat text. egregius in l.ex annuo ff. de donatio.int.vir.& vxor. argu.text.in l. ex mente l. leonis & in auth. æqualitas C.de pact.conuen. Petr.de Bellapet.Sali.Roma.Aretin.Socin.Deci.Ruin.& alij quos longa ſerie refert Tiraq.in l.ſi vmquã in verbo donatione largit⁹ n.122.C.de reuo.donatio.vbi num.123.limitat communem opinionem quando in modico exceſſu reperiretur inæqualitas, quia parum & nihil æquipatentur quod ille latius proſequitur. Et ita fuiſſe in ſuperiori ſpecie iudicatum in hoc Senatu vidi.

SVMMARIVM.

1 *Pactum à fratre factum in capitulis matrimonialibus dum ſororem nuptui tradit cum dotem ſibi reddi poſt mortẽ illius ſtipulatur, an valeat in præiudicium ſororis.*
2 *Vincentij de Fran.opinio.*
3 *Frater hæres inſtitutus nequit dotem minuere à patre relictam ſuæ ſorori.*
4 *Vincentij de Fran.diſtinctiones.*
5 *Vincentij de Fran.traditio dubia.*
6 *Filia poteſt conſentire patri vt ſibi appropiet dotis actionem.*
7 *Dos proprium matrimonium mulieris.*
8 *Tex.in l.cum maritus in §. fina.de pact. dotali.declaratur.*
9 *Patri tantum conceditur dotem ſibi reddi ſtipulari poſt mortem filiæ.*
10 *Luc.de Pen.opinio reprobatur.*

QVÆSTIO. XXXI.

PACTVM A FRATRE FACTVM in capitulis matrimonialibus cum ſororem nuptui tradit, quo dotem ſibi reddi poſt mortem illius ſtipulatur; an in præiudicium ſororis teſtantis, & alium quam fratrem hæredem inſtituentis valeat.

1 EX facto ✝ accidiſſe quæſtionem hâc refert Vincen.de Fran.Catholici, & potentiſsimi Hiſpaniarum Regis noſtri conſiliarius eruditiſsimus apud Neapolita-
2 num Senatum, is ✝ deciſio.196. 1.part.hanc

refert

refert facti ſpeciẽ. Frater quidam ſororem
nuptui tradidit, quæ tempore, quo capitula
matrimonialia fuerunt celebrata cum viro
conuenit quod ea ſine liberis decedente,
maritus certam dotis partem lucraretur,
quodque dos reuerteretur vnde exiuit; contigit vxorem prædeceſsiſſe ſine liberis, quæ
maritum hæredem inſtituit, frater vindicat
dotem in vim pacti, quæſitum illic fuit an id
poſſet: & poſſe videbatur ratione pactionis
ſtipulatę inter fratrem, & ſororem in contractu matrimonij; in contrarium ſecundum
eum adducta fuit doctrina quædam Luc. de
Pen. in l. 1. col. antepe. verſicul. Hæc faciunt
ad quæſtionem de imponen. lucra. deſcriptio. lib. 11. cuius meminit Afflict. in conſil.
reg. fratribus 2. quæſtio. qui nihil concludens
remittit ſe ad Luc. de Pen. in dict. l. 1. reſol-
3 uit Luc. † de Pen. quod vbi ſoror dotatur
de bonis proprijs fratris pactum tenet, &
valet ad fauorem illius adeo vt ſoror teſtari non potuerit, at ſecus vbi donata fuiſſet
de bonis cõmunib⁹ ipſorum patris, eo enim
caſu & teſtari ſoror potuit, & libere diſponere: Ad id poſt Afflict. Vincen. adduxit
traditionem Bald. in l. auia col. 2. verſicul.
Et ex hoc dicto gloſ. C. de iur. doti. is docuit ibi, quod cum pater filiæ ſuæ dotem in
teſtamento relinquit, maſculo hærede inſtituto nequit frater pactum de dote ſibi reſtituenda apponere ſorori, nam ius teſtamenti minueret, & debitum naturale: Tandem
4 idem Vincen. duas † in hoc caſu diſtinctiones adfert alteram Lucæ de Pen. in dict. l. alteram Neapoda. vetuſtiſsimi conſuetudinũ
illius Regni interpretis.

Diſtinctio prior Luc. de Pen. hæc eſt, vt ſi
mulier eſſet diues, & frater pauper, & familia oneratus, vt tunc præſumatur ſororem
donaſſe fratri, ſicque non poſsit teſtari vel
diſponere: Aut ſoror erat pauper nulla habens bona, & frater diues, in hoc caſu inquit
Lu. non præſumitur donatio, & ideo ſoror
teſtari, & diſponere poterit. tutius autem
eſſe opinatur primam amplecti opinionem.
Et rectè dicit quoniam diſtinctio huiuſmodi nullius propoſiti eſt, vt ad confutandã
ipſam immorari non oporteat.

Altera Neapoda. diſtinctio eſt, quod aut
mulier permiſit fratrem ſtipulari animo donandi interviuos vel cauſa mortis cum (inquit) ſit facta mentio mortis: primo caſu
teſtari non poterit, ſecundo ſic, ex quibus
reſoluit ille dict. deciſio. in ſuo caſu, ſiue amplectatur opinio. Lu. de Pen. ſiue Neapoda.
quod potuit ſoror maritum hæredem inſtituere, quia fuerat dotata ſoror de bonis matris pro certa ſumma, & renunciauit bonis
5 paternis: Ego † autem de hac deciſione dubito quoniam nullo iure prohibitum video
non poſſe ſororem fratri ſic conſentire, & in
hunc modum paciſci: Nam aut dotatur poſt
mortem patris de bonis paternis, ex his,
quæ illius legitimæ portionem pertingunt,
quo in caſu cum ius integre ſibi fuerit quæſitum, potuit de rebus diſponere, & paciſci
eo modo quo placuit; quando pactum hoc
nec doti, nec ſibi ipſi præiudicium cum vlterius nubere poſsit adfert, ad ea, quę dixi hoc
libro quęſtio. 1. intelligendo, dum dolus, aut
6 deceptio abſit vt ibi ſcripſi; Sic † & filia poteſt conſentire patri vt ſibi appropiet dotis actionem l. quoties l. poſt dotem l. penul.
§. ſi veſtræ ff. ſolut. matrimo. Et licet text. in
l. 2. de pact. dota. & tex. in l. quamuis C. eod.
titul. videantur contrarium innuere, procedunt in ſua diſpoſitione ne detrimentum
marito inferatur Iaſon. in l. quæ dotis, qui
in hunc modum eas intelligit numer. 2. vbi
Claudi. num. 2. ff. ſolut. matrimo. & ratio illa
ne mulier remaneat indotata generalis non
eſt, ſed particularis in caſu dictorum iurium,
7 ita efficitur vt mulier in dote, quæ † ſuum
eſt proprium patrimonium poſsit legem,
quam vellit apponere Menochi. qui refert
prędicta lib. præſump. 3. præſump. 10. num.
20. quinimo quod magis eſt vbi mulier ad
ſtipulandum dotem extraneum adhibet incertum caſum, in alium videtur eidem donate Barto. in l. quæ dotis num. 3. Iaſon.
num. 11. quos refert, & ſequitur idem Menoch. dict. præſump. num. 17.
8 Accedat † in terminis text. in l. cum maritus §. fina. ff. de pact. dotali. vbi mulier de
dote, quam dedit pacta eſt vt ſi in matrimonio deceſsiſſet, fratri eius redderetur, is ſtipulatus etiam fuit dotem in eum caſum: decedens mulier res dotales marito legauit, &
ex dotalibus ſeruis, quoſdam manumiſit,
quæſitum fuit an maritus earum rerum nomine, quas legauit mulier, & ſeruorum,
quos manumiſit fratri teneatur, & reſpondit text. maritum teneri, quia acquiſitum
alteri ſtipulatione alienari non poteſt; ſic
in propoſita ſpecie poſt adquiſitum ſtipulatione ius fratri volente & conſentiente
ſorore, non potuit ſoror maritum hęredem
inſtituere vel eidem aliquid legare: Cæterum à præfata ſententia recedendum non
eſt quoniam text. in dict. §. fina. qui vrgere videtur communiter intelligitur vbi
conſtabat de animo donandi vt dicam ſuſè infra quæſtio. 44. quo loci intellectum §.
explicabimus.

Et maximè hæc procedunt quando in ſimili pacto appoſitum fuiſſet iuramentum vt
ſemper ſolet cap. quamuis pactũ cũ latè tra-
9 ditis ibi per oẽs de pact. in 6. Et † licet patri

tantum concedatur dotem ſoluto matrimonio ſtipulari vt ad eum reuertatur l. quoties l. penulti. §. fina. ff. ſolut.matrimo. l.auia l. cum à ſocero C.de iur. doti. l. vni. §.videamus C.de rei.vxo.actio. cum ſimilibus multis, & in teſtamento id efficere nequeat, quia cum loco legitimæ ſuccedat, non poteſt ei onus vel grauamen aliquod imponere maximè vbi ab ſtatuto excluſa fuiſſet à ſucceſſione vt per Deci. Pariſi. Rodri. Xuar. quos refert, & ſequitur Caual. tractat. de tuto. & curato. num. 251. Et ratio differentiæ inter vtrumq. caſum eſt, quod vbi inter viuos pater dotem filiæ tradit, & conſequenter legitimam, cum in vita filijs aſsignare eam non teneatur; cum in hoc filia honoretur, in alio grauatur vt pater poſsit hanc ſibi reddi ſtipulari, ad ea quæ Barto. in l. Titio centum §. Titio genero num. 6. de condi. & demonſt. vbi Imol. Pau. de Caſtr. & alij Iaſſ. in l. quoniam in prioribus limi. 4. C. de inofi. teſtamen. & alijs, quos refert & ſequitur Rodri. Xuar. in eadem l. ampliatio. 15. Mencha. tractat. de ſucceſsio. creatio. §. 10. num. 265. Vnde ſiue de bonis communibus, ſiue de proprijs, & aliunde quæſitis ſoror ſeipſam nuptui tradat hoc pactū de dote fratri reddenda imponere volente ſorore tamquam in rebus ſuis poterit.

10 Non etiam † placet dictum aliud eiuſdem Lu. de Pen. affirmantis quod vbi pactum valet in fauorem fratris non poterit ſoror teſtari, & fratrem conuentione fraudare: quia aut ſoror nihil aliud in bonis habebat quam dotem ipſam, neque aliquid in euentum deficiētium liberorum ſibi aliquid ad teſtandum reſeruauit, & hoc caſu nulla erit conuentio, quia cum ſit donatio vniuerſalis nullo retento inutilis eſt ad ea, quę omnes in l. fina. C. de pact. & in l. ſtipulatio hoc modo concepta de verbo. obligatio. cum alijs. Vnde aut intelligendus erit Luc. de Pen. facta aliqua reſeruatione, aut malè loquitur, cum nullis pactis, & conuentionibus teſtandi facultas nedum adimi, ſed nec reſtringi poſsit, dixi poſt alios quæſtio. 2. & 3. ſed & Bald. ſupra relatus in dict. l. auia intelligendus eſt quando frater cogere vellet ſororem ad pactum de reſtituenda ſibi dote poſt illius mortem, quod non poteſt, quia cum nec pater ipſe vt antea dixi grauamen hoc imponere non potuiſſet, minus multo frater poſt patris mortem: Atqui ipſa volente, & ſponte cōſentiente non negat Baldus, & poſt hæc ſcripta video Menoch. deciſionem Vincen. approbare lib. præſump. 3. præſu. 10. num. 24.

(·.·)

SVMMARIVM.

1 *Pacta dotalia inter coniuges contracta de inuicem ſuccedendo an ſint inſinuanda nec ne?*

2 *Statuta Italiæ de lucranda dote, an lucri cauſa, an vero ſolatij introducta fuerint.*

3 *Marit⁹, & vxor nō debēt ad imparia iudicari.*

4 *Cauſa finalis lucri in caſu ſtatuti de lucrando dotem, matrimonium eſt.*

5 *Maritus propter onera matrimonij fruct⁹ ſuos facit.*

6 *Lucrum dotis etiam in ſponſa de præſenti locum habent.*

7 *Lucrum dotis conſequitur maritus, etiā ſi matrimonium momento tantum durauerit.*

8 *Tex. in l. cū quis de dote prælegata declaratur.*

9 *Mediata cauſa pro immediata qñ ſumatur.*

10 *Lucrum in ſtatutis de lucranda dote in ſolatiū datur.*

11 *Lucrum dotis vel donationis propter nuptias, ex cauſa lucratiua deſcendit.*

12 *Lucrum dotis quod defertur ſub ſola mortis commemoratione, ſicuti vera donatio inſinuatione indiget.*

13 *Donationes reciproca, & viciſſitudinaria nō gratuita dicuntur.*

QVÆSTIO. XXXII.

PACTA DOTALIA DE INVIcem ſuccedendo, vel dotem aut donationē propter nuptias lucrādo, cū donationes ſint, An inſinuatione egeant nec ne?

NEceſſe eſt † poſtquā pacta hæc
1 de ſuccedēdo reciproca inter virū, & vxorē valent vt dixi quæſ. 19. inueſtigare modo an inſinuatione egeant, cū donationes ſint mutuæ, ſimiliter, & pacta de lucrāda dote vel donatione propter nuptias: Et in his differt quæſtio præſens ab ea, quā in calce quæſtionis tertiæ ſcripſi, illa enim de inſinuatione agit donationis factæ à patre in capitulis matrimonialibus filio vel filijs, hæc de his, quæ
2 inuicē inter cōiuges: Quæſtio † noſtra ab altera pēdet, an pacta huiuſmodi dicātur ꝓcedere ex cauſa lucratiua, vel oneroſa, quoniam ſi ex lucratiua, inſinuatione egēt, ſin min⁹ ſec⁹: In quo articulo apud veteres tres fuiſſe opiniones video, quando de ſtatuto agitur, quo apud Italię loca plerūq. maritis certa dotis ſumma in lucrum præmoriente vxore conceditur: Quidā enim crediderunt Italiæ ſtatuta non lucri cauſa id maritis conceſsiſſe, ſed in ſolatiū vxoris præmortuæ vt lucro hoc qualecunq. ſit mœror & mariti ſuperſtitis triſtitia aliqualiter mitigaretur, in qua opinione fuit Bal. Nouel. tracta. de do. 6. part. ſpeciali 37. ad finē ad inſtar legis, quæ matri ex Tertuliano

tuliano S.C.filio præmorienti ſucceſsionem
dedit inſtit. ad Tertuli. l. vere ſuccurſum ff.
de iur. doti. opinio hæc ab omnibus repro-
batur teſte Decio conſ.67.ad finem:Quoniã
ſi ſtatuta Italiæ hac ratione mota fuiſſent,
quemadmodum lucrum marito detulerunt,
ſic & vxori in ſolatiũ præmortui mariti;non
3 † enim debent maritus, & vxor ad imparia
iudicari cap.gaudemus de diuor. l.penul. &
fina.C.de donatio.an.nupt.ca.fina. de dona.
4 poſt.diuor. reſti. Secunda † fuit opinio Bal.
in auth.ex teſtamento C.de collatio.exiſti-
mãtis cauſam finalem,& immediatam huius
lucri eſſe matrimonium:mouentur text.in l.
cũ quis ff.de dot.prælег. in verbis illis: *Quia
matrimonij cauſa id lucratus eſt*:atq.ita illius
tex.authoritate douit Roma.in l.ſi cum do-
tem §.trãſgrediamur ff.ſolut.matrimo.Bal.
Nouel.vbi ſupra Pau.de Caſt.in l.ſi donatu-
rus §.fina.ff.de condi.ob.cau.Deci.in l.in eo
de regu.iur.Iaſſ.conſ.58.lib.1.col.1. Barto.
Socin. conſ.32. ad finem lib.3. & conſ.223.
lib.2. eandem ſequitur Boeri.deciſ.185.nu.
5 10.qui & hanc communem dicit. Neq. † in-
ſtet quiſpiam lucrum hoc dari propter onera
matrimonij vt ſtatim in ſequenti tertia opi-
nione dicam,iuxta gloſæ traditionem in l.ſi
donaturus §.fina.ff.de con.cau.dat.& conſe-
quenter ex cauſa onerosa, & non lucratiua
oriri:Reſpondent Iaſſon.& Deci. ſupra poſt
antiquiores, maritum fructus dotis ſuos fa-
cere propter onera matrimonij,ideo non il-
lud eſſe lucrum, at hoc quod ex ſtatuto de-
fertur vel pacto, merum lucrum eſt,quod in
recompenſationem onerum matrimonij nõ
datur:Duobus argumentis eorum ſententiã
6 probare nituntur. Primum † quia lucrũ do-
tis conſequitur maritus, etiam in ſponſa de
præſenti antequam traducatur ad domum
mariti ſi interim moriatur; Et tamen ante-
quam ducatur illius maritus nondum ſuſti-
net onera matrimonij Bart.in l.nihil ff. rer.
amota.dixi latè ſupra quæſt.19.verſi.Tertio
ampliatur vbi Bartoli traditionem multorũ
comprobaui authoritate. Ex hac ratione ſe-
quitur quod huiuſmodi lucrum nõ defertur
7 propter onera matrimonij.Secundum † quo
mouētur quia inquiunt, & lucrum dotis ma-
ritus cõſequitur etſi matrimonium niſi mo-
mento durauerit; antequam aliqua maritus
ſuſtineat onera ex ſententia Bal.in l.nõ tan-
tùm C.de leg.Et animaduertit Socin.d.conſ.
227.quod immediata cauſa lucri eſt matri-
monium non vero onera matrimonij; Et li-
cet ratio ſumptuum & expenſarum conſide-
retur,tamen cum ſit remota & non proxima
ſicut matrimonium, attenditur cauſa proxi-
ma & non remota qualis onerum illius.
Hæc ſecunda opinio frequentius damna-
tur ſicut prima licet Boeri. d.deciſio. com-
munẽ (neſcio an rectè) dixerit; Neq. oberit
8 tex. † in d.l. cum quis ff. de dot.prælega. in
illis, quæ ſupra ſcripſi verbis, quoniam reſ-
pondit Tiraq.infra citandus cauſam,de qua
meminit ille text.exponi poſſe pro cauſa nõ
omnino immediata, ſed pro mediata non
tamen multum remota; quæ fere æquiualet
cauſę immediatę. l. vxori quis ff. de aur. &
argen.lega.quam ad hoc expendit Barto.in
l.ambitioſa ad medium ff.de decre.ab ordi.
facien.Addit Tiraquel.maximè Barto. tra-
ditionem procedere quãdo huiuſmodi cau-
ſa mediata talis eſt, quod ſine ea cauſa im-
mediata effectum ſuum producere non poſ-
9 ſet:quemadmodum in hac ſpecie,eo † enim
caſu mediata pro immediata iudicatur Bar-
to.in l.ſed ſi plures §. in arrogato ff. de vul-
ga.Secundo reſpondet Tiraquel.quod licet
matrimonium ſit cauſa proxima, & imme-
diata huius lucri prouenientis ex ſtatuto, vel
pacto hoc conceſſo vt ibi opinantur,non ſta-
tim ſequitur, quod onera matrimonij non
ſunt lucri cauſa æquè proxima:quoniam vnũ
aliud non excludit; quin potius ita vnum al-
teri adhæret vt neutrum de per ſe ſtare poſ-
ſit Deci.d.conſ.67.ad finem verſi. Non ob-
ſtat.text. Atq. ſic his duobus modis reſpon-
dit Tiraq.qui multa erudite, & egregie ad-
ducit in l. ſi vmquam verbo donatione lar-
gitus num.235.& nu. 236. cum ante & poſt
ſequen.C. de reuo. donatio.ſequitur Tira-
quellum Roland.tract. de lucro.do.quæſt.4.
num.13.verſi.Non obſtat ſecundo latiſsimè,
& docte Surd.tracta. de alimen.tit.9. quæſt.
10 19.num.4.5. Neq. extremo † loco oberunt
authoritates illę doctorum contrarium affir-
mantium: quoniam alij plures numero con-
trarium cenſuerunt paſsim communem ma-
gis,& veriorem dicentes,à qua in iudicando
recedi non poſſe dixerunt; Quinimo vt Ti-
raq. & Rolan. ſupra animaduertunt, multi
ex ſupra citatis ſibi ipſi contrarij ſententiam
mutarunt,quales Iaſſ. Deci.Pau.de Caſt.exi-
ſtimãtes onera matrimonij cauſam fore im-
mediatam lucri deferẽdi,& proximã; Hanc
ergo opinionem renuere glo.ſupra relata in
d.l.ſi donaturus in verbo dumtaxat,quã ini-
bi dixere receptiſsimã Alex.& Iaſſ.Bar.trac.
de duo.frat.quęſ.5.Areti.qui cõmunẽ in l.ſi
ante nuptias ad finẽ ff.ſolut.matri. Sali.Ro-
ma.Fulgo.Cuma. & innumeri ex veteribus,
quos lõga ſerie refert, & ſequitur Tiraq. in
d.l.ſi vnquã in verbo donatione largitus nu.
219.& antea nu. 217. vbi plures agregat cũ
ſequent.multis vbi latiſsimè hunc diſputa-
uit in vtramque partem articulum & alios
ſuperaddit Roland. dict.tractat.de luc.dot.
quęſt.4.num.9.& 10. nouiſsimè eandem ſe-

Ii 3 quitur,

quitur,& communem dixit Oſaſc.deciſ. Pe-
demon.21.num.17.18.Caualca.in tracta.de
turor.& curato.num.159.qui & communem
Surd.tractat.de alimen.titu.1. quæſt.42.nu.
34.& titul.9. quæſtio.19. num.5. & titul.8.
priuile.69. num.1. Et licet promiſcuè ſupra
citati authores præcipuè Tiraquel.& Rolan.
nullam inter ſtatura prædicta Italiæ,& pacta
de lucranda dote conſtituant differentiam,
& de vno ad aliud argumententur: Animad-
uertendum tamen quod eorum, & commu-
nis opinionis rationes quæſtioni noſtræ ad-
iungi non poſſunt,quoniam Italiæ ſtatuta ſo-
lum deferunt lucrum dotis marito ſuperſti-
ti,non autem vxori vt ſcribit Roland. dict.
quæſt.4.num.4. nos loquimur in pacto pro-
miſcuè celebrato vt quiſque ex coniugibus
prior decedat is alterius dotem vel donatio-
nem lucretur: poſſet autem argumentum de
ſtatuto ad pactum extendi quando conuen-
tio fuiſſet inter coniuges inita de lucrando
dotem tantum ex parte viri, non ſic ſi ex
parte mulieris donationem propter nuptias.
Quare in noſtro caſu opinor onera matri-
monij non eſſe cauſam proximam, & imme-
diatam lucrandi dotem: Ratio ea mihi vi-
detur, quoniam eadem cauſa ex parte vxo-
ris militare deberet cum ſint correlatiua,&
ita diſpoſitum in vno & in alium cenſeatur l.
1.cum vulga.de Cupreſſ. lib.11. Co. præte-
rea cum vir, & vxor vt ſemel dixi ſuperius
non debeant ad imparia iudicari cap. gau-
demus de diuor.l.penul.& fina. C.de dona-
tio.an.nup.ſi cauſa proxima reſpectu mari-
ti forent onera matrimonij. reſpectu lucri
vxoris idem,at hoc abſurdum eſt, neque di-
ci poteſt. Tertio cum ſint vna,& eadem res
maritus, & vxor: *Erunt* inquit Deus Opti.
Maxi. inprin. Geneſi. *duo in carne vna* cap.
hęc imago. 33. quæſt. 5. & vnum & idem ſit
pactum reciprocum non debet diuerſa cau-
ſa, aut iure cenſeri l. eum; qui ædes de vſu-
fruc. cum vulga. Erit igitur cauſa lucri in ſi-
mili pacto (vt opinor) ſolatium deperditi
coniugis,quod efficit vt ſuperſtes lucrum hoc
11 conſequatur: conſequenter † cauſa lucratiua
non onerosa, quia ſolatium nullam onero-
ſam cauſam implicat: Quod ſi in caſu ſtatuti,
vel pacti, quibus vir dotem præmoriente
vxore lucratur, & non vxor donationem
propter nuptias, viro moriente prius, exiſ-
timarunt Socin.Iaſſon.Deci.& alij relati ſu-
pra in 2. opinione, quam dixit communem
Boeri.quod cauſa eſt lucrum, quanto magis
vbi pactum quale noſtrum reciprocum eſt,
cui applicari onerum, & expenſarum cauſa,
quas maritus ſuſtinet propter matrimoniũ,
non poteſt, cum & mulier, quæ in his non
onerarur, mariti donationem propter nup-
tias lucretur: Ex his inferri poſſet reſolutio
quæſtionis propoſitæ, quia cum ex cauſa lu-
cratiua coniuges lucrum conſequantur, non
onerosa, inſinuatio neceſſaria ſit. Confert
text. inſignis in §. illud quoque in auth. vt
fiat. filij in verbis: *Si vero dotalium pacta,&*
horum euentus parti viri concedant actionem
dotis, aut etiam eius partis, nullam iubemus
eum habere actionem, ſi non donationem inſi-
nuauit. Et ita ex illo text. id ipſum deducit
Angel.in ſommario,& in text.mulierem ob
defectum inſinuationis donationis propter
nuptias lædi non poſſe, at virum non inſi-
nuato pacto de dotem lucrando,dotem con-
ſequi non poſſe glo.in auth.vt ſponſ.largi.in
princi.verbo apud virum.Cyn.Oldra.Odo-
fre.Bal.Sali.Alberi.de Roſa. & alij in auth.
eo decurſum C.de donatio.an.nup.eandem
opinionem tenuere Anto.de Canario.tract.
de inſinua.quæſtio.5.& 6.2.part. & idipſum
in caſu ſtatuti docuit Cana. vbi ſupra Azo.
Cyn.& Bald. in l. fina. C.de iur.doti.idem
Canar.quæſt.39. quos refert Tiraquel. in d.
l. ſi vnquam in verbo donatione largitus
num. 220. ad finem eandem opinionem ſe-
quitur Rolan.tracta.de lucro.doti.quæſt.53.
num. 2. etiam in terminis ſtatuti, quod for-
12 tius eſt: Qui † tamen reſtringit & limitat vt
procedat quando in vim ſtatuti lucrum de-
fertur marito ſub ſola mortis commemora-
tione, ſecus ſi ob onera matrimonij; nam
cum eo caſu non foret ſimplex donatio, ſed
ob cauſam & impropria, inſinuatione non
egeret l. fina. in princi. C. de iur. doti. cum
alijs ab eo ibi citatis, & dixi ipſe ſupra in
principio remiſsiuè. Quæ declaratio Rolan-
di veriſsima eſt,atque ſecundum ipſam quæ
modo dixi declaranda ſunt, vt tunc demum
procedant quando ſub mortis commemora-
tione pactum inducitur; aliàs ſi ob cauſam,
quia vnus alteri hoc conceſsit vt eo præmo-
riente alter dotem, vel donationem propter
nuptias lucretur, & alter ſimiliter ob eam
cauſam; idem cum eo obſeruari voluerit
quoniam ob dictam cauſam foret inductum
pactum reciprocum, vel ob aliam etiam, ni-
hil enim refert dum cauſa adſit, inſinuatio-
ne pactum non indigere dict. l. fina. de iur.
doti. l. Aquilius Regulus vbi Barto. Roma.
& Imol.ff.de donatio. Alexan. qui commu-
nem conſil.83. lib.2. & conſil.113.ad finem
lib.6. Ruin.conſi.126.col.4.lib.1.Rolan.d.
quæſt.53.num.5.His adde innumeros, quos
refert Tiraq.in d.l.ſi vnquam in verbo do-
natione largitus à nu.109.cũ & poſt ſequen.
13 latiſsimè † docens donationes reciprocas,&
viciſcitudinarias non gratuitas dici poſſe,
ſed ob cauſam. Proinde idem Tiraquel. di-
cto verbo num. 228. de pacto lucrandæ do-
tis

tis loquens an inſinnatione indigeat, ab ea dicit pendere quæſtione an pactum gratuitum ſit nec ne. Et quoniam vt plurimum pacta reciproca, de quibus agimus ob cauſam fiunt, ideo nulla egere inſinuatione arbitror, quemadmodum nec donatio, quæ filio fit á patre contemplatione matrimonij dixi quæſtio.3.in fine, & in terminis noſtris præter ſupra citatos Hierony. Gabri.conſ.158. num.4. lib. 2. Decian. reſpon.31. num.69. lib.1.& his non relatis Barbo.in l.2.1.part. num.164.ff.ſolut.matrimo.

SVMMARIVM.

1 *Pacta de lucranda dote, vel donatione propter nuptias, an natiuitate filiorum reuocentur.*
2 *Dos, quæ obuenit marito ex pacto poſt mortem vxoris, ex cauſa lucratiua prouenit.*
3 *Tex. in l. cum vir ff. de iur. do. declaratur.*
4 *Maritus lucrum dotis conſequitur, etſi matrimonium momento durauerit.*
5 *Conditio ſi ſine liberis deficit etſi poſthumus momento viuat.*
6 *Ratio vnica vbi datur pro expreſſa habẽda eſt.*
7 *Maritus lucrum dotis conſequitur, etſi mulier traducta non fuerit.*
8 *Pacta de lucranda dote, vel donatione propter nuptias filiorum natiuitate non reuocantur.*
9 *Lucra omnia filijs prioris matrimonij reſeruantur.*
10 *Donationes factæ ab vxoribus viris natiuitate filiorum non reuocantur.*
11 *Pacta de lucranda dote, vel donatione propter nuptias reciproca, onerosa dicuntur.*
12 *Donationes non reuocantur ex diſpoſitione l. ſi vmquam, quando donator potuit de liberis cogitare.*
13 *Donatio ob cauſam non reuocatur ex diſpoſitione l. ſi vmquam.*
14 *Lucrum dotis, vel donationis propter nuptias qualiter conſideretur.*
15 *Lucrum dotis, vel donationis propter nuptias ceſſantibus matrimonij oneribus, vere lucrũ dici poteſt.*
16 *Dotis augmentum eodem iure, quo dos ipſe iudicatur.*
17 *Lucrum dotis ex cauſa lucratiua deſcendit.*
18 *Lucrum quod à damno, & onere digreditur, nõ rectè lucrum poteſt iudicari.*
19 *Dotis titulus dicitur onerosus quoad virum.*

QVÆSTIO. XXXIII.

PACTA DE LVCRANDA DOTE, vel donatione propter nuptias, An filiorum natiuitate reuocentur ex diſpoſitione l. ſi vmquam.

1 FREQVENS † quæſtio eſt an pacta de lucrãdo dotem, vel donationem propter nuptias, quæ vt non ſemel dixi donationes cenſentur, natiuitate filiorum reuocentur beneficio l. ſi vmquam C. de reuocan. donatio. Et exiſtimarunt quidam reuocari, quales Socin. in l. 2. vbi Herculan. poſt eum ff. ſolutio. matrimo. Multis mouentur rationibus ex his tãtum tres vel qua-
2 tuor adducam. Prima † quia dos obueniens marito non ex cauſa onerosa in hac ſpecie illi obuenire videtur ſed ex lucratiua; atque ideo leges quæ verbo. proprietatem colunt l. non aliter de lega. 3. l. qui liberis §. hæc verba cum ſimilibus ff. de vulgari. lucri titu-
3 lo marito obuenire dotem dicunt † l. cum vir, verbis illis, *ſi tota dos mariti lucro ceſſerit* ff. de vſuca. l. Titia in verbis, *contentus in retentionem lucri dotis cæteris rebus*, ff. de iur. doti. l. ſi ab hoſtibus §. fin. verbo, lucrifacere ff. ſolut. matrimo. l. quoniam §. ad hæc in verbo lucra C. de ſecun. nupt. & alia multa iura cum his conformia adiungit Tiraquel. in d. l. ſi vmquam in verbo donatione largitus numer. 120. C. de reuo. donatio. cum igitur in modum lucri maritus dotem conſequatur & ſit mera donatio non dubium eſt quin ex illius legis beneficio reuocari poſsit.
4 Secundo † maritus in vim ſtatuti, aut pacti lucrum hoc percipit, etſi nulla onera ſuſtinuerit, quod contingit cum matrimonium momento tantum durauit Bald. & Angel. in l. non tantum vbi Corn. poſt eos C. de lega. Paul. de Caſtr. & Iaſſon. in l. ſi donaturus ff. de condi. ob. cau. Carre. Cott. in memorabi. verbo ſtatuto Mediolani cauetur. Socin. conſil. 223. lib. 2. alios memorat Tiraq. vbi ſupra num. 221. idem Iaſſon. conſil. 135. ad finem lib. 1. Calca. conſil. 31. col. 2. ad finem Deci. in cap. de cauſis de offic. de leg. idem conſil. 577. ad finem Brun. tract. de ſtatu. exclu. fœmi. 6. artic. princi. 4. mem. queſt. 21. Rolan. qui alios tracta. de luc. dot. quæſt. 49. num. 11. Rip. in d. l. ſi vmquam quæſt. 38. à nu. 1. Curt. iuni. in l. vinũ nu. 6. de reb. credi. Paris. conſ. 127. col. 1. lib. 1. l. 2. C. de poſth.
5 heredi. inſti. quo † tex. probatur ſufficere ſi poſthumus momẽto viuat; hoc enim momẽtũ efficit vt teſtamentũ irritetur; ea enim, quę vel momento tantum durant ſuos produ. ũt iuris effectus d. l. 2. l. cũ ſponſus §. fina. ff. de publica. vt hęc & his ſimilia Rolan. adiungit d. quæſ. 49. à nu. 1. cũ ſequent. Ita fiet vt cum ratio ſtatuti, vel pacti, quæ maritis lucra huiuſmodi tribuit ſint onera matrimonij vt dixi ex cõmuni ſententia in quæſtio. præcedẽti
6 neq; alia ratio aſsignari poſsit, cũ † vnica ſit

pro expreſſa habenda erit, ad glo. quam ibi
ſequuntur omnes in l. quamuis C. de fideico.
quare ceſſante cauſa lucri ceſſare ſtatutum,
vel pactum debent ca. cum ceſſante de apel-
latio. l. adigere §. quamuis de iur. patro. ceſ-
ſat autem ratio ex eo quod maritus vbi ma-
trimonium momento tantum durauit, nulla
potuit adhuc onera ſuſtinere: Conſequenter
ſequitur lucrum dotis marito ex cauſa lucra-
tiua competere non oneroſa, & ideo reuo-
cari filiorum natiuitate poſſe.

7 Tertio † quoniam ex vera gloſ. traditio-
ne in §. nuptias, in authen. de nup. Barto. in
l. nihil. ff. re. amota. Tiraquel. Rolan. Andr.
Gail. & aliorum, quos recenſui quæſt. 19. in
tertia ampliatione, ſtatuto vel pacto, de quo
agitur locus eſt etiam ſi mulier ad viri domũ
traducta non fuerit, & ſic eo tempore quo
nullas maritus expenſas, vel onera potuit
ſuſtinere.

Quarto idem eſt vbi mulier à viro nondũ
cognita fuit, cum ſufficiant verba de præſen-
ti vt vir lucrum conſequatur ex ſententia
Bald. communiter recepta in l. Deo nobis
vbi Paul. de Caſtr. & Fulgo. C. de Epiſcop.
& cleri. latiſsimè Tiraq. vbi ſupra num. 223.
qui alios multos, & alios plures adiũgit Ro-
lan. tracta. de lucro. doti. quæſt. 106. num. 18.
in qua quæſtione ad vtramq. hunc examinat
articulum, vbi dicto numero ex Bertran. &
alijs dixit communem neq. ab ea in iudicã-
do vel conſulendo recedi debere. Gam. de-
ciſio. 187. dixi quæſt. 19. verſicu. Tertio am-
plia. Cum igitur in hac ſpecie nec maritus
aliqua onera ſupportauerit, & dotis lucrum
nihilominus conſequatur, euidenter appa-
ret pactum hoc filiorum natiuitate reuocari
debere.

8 Contrariam † opinionem tenuerunt alij
multi, non ſcilicet reuocari filiorum natiui-
tate quibuſdam rationibus. Prima, quia per
huiuſmodi pactum non infertur niſi modicũ
præiudiciũ liberis: Nam aut pater non tran-
ſit ad ſecundas nuptias, & eo in caſu iuris
præſumptione dos hæc filijs obueniet patri
ſucceſſuris ſimul cum reliqua hereditate, quã
ſecundum ius naturæ & noſtrum liberis non
alijs relinquere debet l. ſcripto vnde. libe. l.
9 cum ratio. de bon. damna. Aut † vero tranſit,
& tunc ex iuris diſpoſitione lucrum filijs
prioris matrimonij reſeruare cogitur. l. hac
edictali C. de ſe. nupti. l. fœminæ eod. titu.
quam rationem reddidit Alex. cõſ. 162. col.
10 2. lib. 6. quo † loci ſcribit, nec donationes
factas ab vxoribus viris ſuis natiuitate filio-
rũ reuocari, de quo dixit eſſe caſum expreſ-
ſum in §. dotes in auth. de nup. & in l. 1. C. ſi
dos. conſ. matrimo. & hanc ipſam rationem
approbauit Tiraq. in d. l. ſi vnquam in verbo
libertis num. 111. C. de reuo. donatio. & in
11 verbo donatione largitus num. 216. Altera †
ratio eſt, quoniam pactum hoc non eſt gra-
tuitum, ſed oneroſum in recompenſationem
ſcilicet onerũ matrimonij l. 1. §. ſi vero iun-
cta glo. in verbo ad lucrũ C. de impo. lucra.
de ſcrip. lib. 11. Co. cum alijs multis quos
congeſsi. quæſt. præcedenti in verſic. Neque
extremo loco oberunt. quibus nunc addo
Surd. fusè diſſerentem tracta. de alimen. tit.
9. quæſt. 19. num. 45. & ſequen. conſequenter
cum niſi gratuitæ, & ſimplices donationes ea
lege ob natiuitatem filiorum reuocẽtur, pa-
ctum ex cauſa oneroſa proueniens non reuo-
cabitur.

12 Tertia quoq. † ratio adiungi poteſt, quo-
niam cum mulier in contractu matrimonij
pactum fecerit, & ſic eo tempore, quo de
liberis potuit cogitare, propterea non reuo-
cabitur, ad ea, quæ idem Tiraq. in d. l. ſi vn-
quam in præfatione num. 69. & in d. verbo
donatione largitus num. 188.

13 Quarta ſit † ratio quod pactum huiuſmodi
eſt factum ob cauſam, videlicet propter ma-
trimonium, cum forſan vir non alias contra-
xiſſet niſi eo pacto adiecto, at in donatione
ob cauſam non eſt locus beneficio d. l. ſi vn-
quam vt fusè illic ſuper eodem verbo oſten-
dit Tiraq. à num. 109. cum poſt ſequen. mul-
tis. dixi quęſt. 3. in fine, & quæſt. 21. & latius
quęſt. 19. vnde in terminis proprijs quæſtio-
nis de qua agimus præter Alex. d. conſ. 162.
idem tenuit ante Alex. Paul. de Caſtr. in l. 2.
ff. ſolut. matrimo. motus text. in d. l. 1. C. ſi
dos. conſ. matri. vbi eundem ſequũtur Alex.
Iaſ. Socin. conſ. 147. col. 5. lib. 1. Ruin. conſ.
131. lib. 3. Rip. in d. l. ſi vnquam 22. quæſt.
Tiraq. in d. verbo donatione largitus num.
238. Deci. conſ. 181. num. fina. Gozadin.
conſ. 81. num. 13. Pariſi. conſ. 26. num. 62.
Menoch. conſ. 195. num. 47. lib. 2. & alios
communem, nec ab ea in iudicando, & con-
ſulendo recedendum dixit Rolan. tracta. de
lucro. doti. quæſt. 87. num. 5. verſic. Non ob-
ſtat, & nouiſsimè non relatis ſuperioribus
Barbo. in d. l. 2. ſolut. matrimo. in princi. nu.
164. & in l. ſi ab hoſtibus num. 11. eo. titu.
Et aduertendum quod cum hæc opinio pro-
cedat ſtante ſtatuto, vel pacto de lucrando
dotem maritum, multo magis in quæſtione
noſtra, vbi pacta fuerunt reciproca inuicem,
quoniam non donationes ſunt gratuitæ, ſed
reciprocæ ob cauſam ex his, quę paulo ſupe-
rius dixi remiſsiue.

Non obſtant quatuor illa argumenta pro
14 altera parte adducta: nõ primum † illud, quo
dicitur apud iura noſtra, quę proprietatem
amant, lucrum id quod quiſque hoc pacto
conſequitur nominari, nam improprie lucrũ
appel-

Digitized by Google

appellatur, vt Roma. ſcripſit in l. ſi donatu-
rus ff.de condi.ob.cau.nam & fructus dotis,
qui propter onera matrimonij ſuſtinenda
marito dantur l.pro oneribus C.de iur. do-
ti.l.1. §. cumq. ex ſtipulatu verſic. Fœtus C.
de rei.vxo.actio.lucri cauſa ſibi obuenire di-
cuntur d.l.pro oneribus,& d.§.cumq.ex ſti-
pulatu: Neq. oberit illud de verborum pro-
prietate, quoniam plerumq. verba impro-
piantur à legiſlatoribus ipſis vt materiæ ſub-
iectæ facilius deſeruiant l.heredibus §.fin.ff.
ad S.C.Trebel. l.quibus diebus §. dominus
vbi Soci.nu.4.de condi.& demõſt.alios Me-
no.de præſu.lib.4.præſu.139.nu.11.12.Ali-
15 ter † reſpondet Iaſ.in d.l.ſi donaturus,lucrũ
dici habito reſpectu ad tempus pręſens,quo
delatũ eſt vxoris morte,ceſſantibus iam ma-
trimonij onerib⁹;at habito reſpectu ad præ-
terita onera lucrum dici nequit: ſubdit Ti-
raq.ſupra n.226.quod cum ſępius matrimo-
nij onera intollerabilia ſint, neq. ad ea ſup-
portanda plerumq. dotis fructus ſufficiant,
idcirco pacto huiuſmodi de dotẽ lucrãdo ſi-
16 bi mariti proſpiciunt,veluti † quodã additã-
mento,& veluti dotis augmento,quod eiuſ-
dem naturæ,& conditionis eſſe cẽſetur qua-
le dos data eſt,atq.ideo de vno quod de alio
idem iudicandum l.etiam C. de iur.doti.l.ſi
conſtante C.de donatio.an.nup.auth. æqua-
litas in verbis augmentum quoq. C. de pact.
conuen.l.inter ſocerum §.cum inter de pact.
dotali.in verbis additamenti cauſa §.aliud §.
dedimus in auth.de æqual.dot. Bal. & Sali.
in d.auth.equalitas Barr. Alex.Iaſ.Rip.Par-
pa.& poſteriores in rubr.ff.ſolu.matrimo.&
alios plures adiungit Tiraq.dicto verbo nu.
226.ad medium,& in ſpecie Surd. poſt Spe-
cula.Aretin.Rube.Rip.Cœpha.& Menoch.
ab eo relatos conſ.196.nu.20.lib.2. egregie
Menoch. de augmento diſputans conſ. 26.
num.18.& conſ.34.lib.1. Surd.deciſ.88.nu.
10. 11.
17 Quare † licet maritus lucretur in recõpen-
ſationẽ onerũ matrimonij fructus dotis di-
ctis iuribus & glo.in d.l.ſi donaturus §. fina.
conſequenter videatur quod maritus retinet
fructus dotis ex cauſa oneroſa, non tamẽ ſic
dotẽ, quã hæredibus vxoris reſtituere tene-
tur;vnde ſi ex ſtatuto vir illã cõſequitur pro-
prie vbi lucrũ nulla antecedente cauſa one-
roſa ipſam acquirit,vt cenſit Angel. in §. aſ-
criptio in auth.de nup. tamen Angel. loqui-
tur attenta diſpoſitione iuris cõmunis, non
vbi viget ſtatutum,vel pactum,quibus adſtã-
tibus propter augendam ſummam illã one-
rum compenſationem, cum à matrimonio,
& dote data originem ſumpſerit etſi aliquo
18 reſpectu lucroſa cauſa dici poſsit,quia † ta-
men ab origine oneroſa digreditur, & quæ
ab ea ſequuntur damnoſa, & oneroſa iure
dicuntur gloſ.celebris in l.ſi duo verbo ſcire
potuit ff.de acquir. hæredi.quæ egregie do-
cuit,quod vbi lucrum trahit originẽ à dam-
no de eo idem, quod de damno iudicamus;
quam gloſam Imol.& Roma.ibi ſingularem
dixerunt, & eandem commendant Alex. &
Iaſ.in l.iuris ignorantia C. qui admitt. Iaſ.
in l.ſi emancipata in princi.C. de iur. & fac.
igno. & in l. Necennius de re. iudica. Deci.
conſ.402.col.4.Socin.conſ.5.col.3.Roland.
tractat. de luc.dot.quæſt.4.num.16. Tiraq.
in d.verbo.donatione largitur n.218. Surd.
tracta.de alimen.titu.9. quæſtio.19. num.6.
19 Atqui † dos à qua pactum deſluit dicitur ti-
tulus oneroſus,quoad virum d. l. pro oneri-
bus l.ex promiſsione de actio. & obliga. l.
apud Celſum §.ſed etſi mulier ff.de dol.ex-
ceptio.Vnde & conuentio oneroſa dici de-
bet Oſaſ.deciſ.Pedemon.21.num.18.Meno.
tract.de præſu.pręſu.167.nu.38.lib.4. Præ-
terea lucrũ dotis originẽ habet à matrimo-
nio,quod dicitur oneroſus cõtract⁹ vt ſupra:
principium autem ſpectandum eſt,ſic in ter-
minis dotis & illius lucri ſcribit Crot. in l.
omnes populi nu.132.de iuſ. & iur. Meno.
conſ.240.n.29.& 33.lib.3.dixi aliqua quęſ.
19.verſ. Extenditur quinto. Cæterum inſti-
tuto quæſtionis propoſitæ non tam conuenit
ratio hæc, quam alia ſupra reddita, ſcilicet
quod huiuſmodi pacta, de quib⁹ diſputo re-
ciproca ſunt ex parte vtriuſque coniugis &
ideo ob cauſam, in quibus d.l.ſi vmquã diſ-
poſitio non procedit.

Non obſtat ſecunda ratio,tertia,nec quar-
ta,quibus vna ſolutione reſpondetur,& cum
matrimonium momẽto durauit, & licet mu-
lier ad viri domum traducta non fuerit, &
vbi nondum cognita eſt, nam & in his caſi-
bus, mariti antea expenſas facere ſolent, in
veſtibus, iocalibus atque his ſimilibus, quæ
ad ornatum pertinent muliebrem; ceſſanti-
bus autem his vere ſtatuti lucro locus non
eſſet.ſic declarauit Roland. quæſtio.4. num.
17. 18. tractat.de luc.dot.Cæterum in pro-
poſita à nobis quæſtione extra dubium res
eſt, quoniam reciprocæ donationes, vel pa-
cta, nullum ad onera matrimonij reſpec-
tum habent vt millies dixi, ideoque quili-
bet ex his præmoriens alterius partem lu-
crabitur.

SVMMARIVM.

1 *Pacta dotalia in matrimonio dicta,an in aug-
mento dotis, vel donationis propter nuptias
repetita intelligantur.*
2 *Pacta, & conuentiones dotales in donatione
propter nuptias repetitæ videntur.*

Donatio

3 *Donatio propter nuptias abuſiue dotis augmentum appellatur.*

4 *Donatio propter nuptias, & dotis augmentum diuerſa.*

5 *Interpretatio ſtricta ſit in contractibus.*

6 *Caſus omiſſus in cõtractib⁹ ſuppleri nõ debet.*

7 *Extentio non ſit in contractibus de vno ad alium caſum, etſi maior ratio ſit in vno, quam in alio.*

8 *Caſus omiſſus pro excluſo habendus in contractibus.*

9 *Onus in priori contractu adiectum in ſecundo repetitum non cenſetur.*

10 *Pactum redimendi in primo poſitum contractu in ſecundo repetitum non videtur.*

11 *Onus, vel qualitas prioris contractus, in ſecundo repetita non cenſetur.*

12 *Onus vel qualitas in vna parte contractus in altera repetita non videtur.*

13 *Nattæ conſilia 253. num. 7. & conſil. 571. nu. 9. adferuntur.*

14 *Nattæ opinio inſignis, an in dote dicta in augmento repetita cenſeantur.*

15 *Mulier, quæ eandem dotem, quam priori dederat viro, ſecundo conſtituit, an etiam dotis augmentum.*

16 *Surdi conſilium 397. nu. 15. li. 3. adducitur.*

17 *Augmentum dotis illius ſequella non eſt.*

18 *Donatio propter nuptias niſi expreſſim à muliere petita, conuenta tacite non videtur.*

19 *Bald. opinio inſignis exiſtimantis pacta in dote dicta tacite in donatione propter nuptias fore repetita.*

20 *Dos, & donatio propter nuptias pari paſſu ambulant.*

21 *Donatio propter nuptias etſi à viro proficiſcatur, contemplatione tamen dotis fit.*

22 *Donatio propter nuptias occaſione matrimonij, & dotis deſcendit.*

23 *Donatio propter nuptias, dotis ſequela.*

24 *Statuta de dote lucranda, in dotis augmento locum habent.*

25 *Dos, & donatio propter nuptias non fere inter ſe differunt.*

26 *Cauſa cauſæ eſt cauſa cauſati.*

27 *Donatio propter nuptias iuxta dotis naturam regulanda.*

28 *Contractus etſi iuris ſtricti, à mente tamen cõtrahentium extenduntur.*

29 *Mens paciſcentium in contractibus attẽdenda.*

30 *Dicta in principali, & in acceſſorio repetita cenſentur.*

31 *Tex. in l. ſi ventri §. fina. de priuile. credi. declaratur.*

32 *Pacta omnia in vno inſerta contractu, pars contractus dicuntur.*

33 *Donatio propter nuptias dotis gratia adiecta cenſetur.*

34 *Authoris opinio qualis.*

QVÆSTIO XXXIIII.

PACTA DOTALIA IN MAtrimonio dicta, an in augmento dotis, vel donatione propter nuptias repetita intelligantur.

1 TRACTATVM vidi, † quod
frequenter contingit, an ſcilicet
pacta dotalia in contractu matrimonij
inter virum & vxorem
celebrata qualiacunque ſint, hęc
ipſa in donatione propter nuptias, dotis
augmento, & his ſimilibus repetita intelligantur
cum conſtante matrimonio donatio
propter nuptias fieri poſsit l. ſi conſtante C.
de donatio. an. nup. Hanc quęſtionem mouit
Bald. in l. cum multa C. de donatio. an. nup.
Qui ex eo text. adnotauit quod pacta ſuper
dote celebrata reperita intelliguntur in donatione
propter nuptias: Bald. refert, & ſequitur
Rolan. a Val. conſi. 62. num. 8. & 9. li.
1. cœterum cum quotidiana quæſtio ſit diligenter
excutienda erit. dixi de hac, obiter
2 ſupra. quæſt. 8. num. 247. Pręmittendum † tamen
pro huius quęſtionis declaratione, quod
licet abuſiue loquendo multi ex noſtris donationem
propter nuptias augmentum dotis
nominent, & in pleriſque etiam regionibus,
& locis vt in hac & alijs Hiſpaniæ vrbi-
3 bus, & prouincijs: vere † tamen, & proprie
iuxta iuris communis diſpoſitionem aliud
eſt donatio propter nuptias, aliud augmentum
dotis; ſic declarauit Campei. tract. de
dot. 1. part. quæſt. 61. a num. 1. is docuit do-
4 nationem † propter nuptias fieri ex parte
viri, verum augmentum dotis fieri ex parte
vxoris. quare ſi maritus dotem vxoris augeat,
non vere & proprie dotis augmentum,
ſed donatio dicetur propter nuptias, cum
augmentum ex parte vxoris fiat, & non viri,
ſic ęgregie declarauit Natt. conſi. 253. num.
7. & 8. libr. 2. Alban. conſi. 22. & conſi. 68.
Crauet. conſi. 185. in principio, Surd. conſil.
195. num. 19. ad medium lib. 2.
5 Videtur † autem primo aſpectu pacta in
dote dicta, in donatione propter nuptias
ſubſequuta, vel augmento reperita non cenſeri.
Primo quia cum ſimus in contractibus,
in quibus ſtricta fieri debet interpretatio l.
quidquid aſtringendæ de ver. obliga. l. veteribus
cum ſimilibus C. de Pact. Surd. deciſio.
6 272. num. 3. Quod † omiſſum eſt pro omiſſo
habendum cenſetur, neque fit extentio de
vno caſu ad alium d. l. quidquid aſtringendę
l. ſi extraneus de con. ob. cau. l. ſi cum dotem
in princi. ff. ſolut. matrimo. qui text. in dote
loquitur vbi Alex. num. 14. Claud. num. 12.

Barto.

Barto.in l.ſi conſtante num. 53.ſolut. matri.
Oſaſ.deciſio.pedemon.24.num.48. etiam ſi
non poſsimus diuinare, quare caſus fuerit
omiſſus Alexan.Iaſſ.Socin.& Deci: quos re-
fert & ſequitur eruditiſsimus Gabri.conſil.
7 95.num. 17. lib.2. † licet ſit maior ratio in
vno, quam in alio: præcipue vbi materia o-
dioſa foret Cin.in l. quod fauore C.de legi.
Crauet.conſi.416.num. 15.& alios Ludoui.
Molin.tract.de primo.Hiſpa.li.1.cap.4.nu.
8 3. Denique † caſus omiſſus pro excluſo ha-
betur dixit Bald.conſil. 299. lib.2. Alexan.
conſi.46.num.4.lib.2.Surd.deciſi.283.num.
6.quoniam cum contrahentibus facile fuiſ-
ſet exprimere, videntur noluiſſe quod non
dixerunt cap.ad audientiam de Deci.cap.in-
ter corporalia de tranſ. prælato.l. vni. §. ſin
autem ad deficientis C.de cadu.tollen. Cæ-
pha.qui alios conſil.26.num.11.Becci.conſi.
1.num.14.

9 Secundo † accedit quod maxima autho-
ritate docuit Caſtren.conſi. 347.num. 1.lib.
2.is ſcripſit ibi, exceptionem vel onus in
primo contractu adiectum, in ſecundo non
cenſeri repetitum,maxime vbi ſecundus cõ-
tractus ex interuallo fieret l. per retentio-
nem C.de vſur.vbi caſum eſſe ait.

10 Tertio facit † celebris traditio Alexan.
conſi.122.num.2.& 3.lib.2. qui ex facto in-
terrogatus an pactum redimendi, vel retro-
uendendi appoſitum in primo contractu ſit
in ſecundo repetitum, diſtinguit, vel inquit
fuit appoſitum in præfationibus contractus,
ſeu in continenti in ipſo contractu, & eo in
caſu cum dicta in præfationibus cenſeantur
in ſequentibus repetita, pactum redimendi
itidem repetitum cenſebitur; At ſi ex inter-
uallo fuiſſet aliud pactum interpoſitum re-
petitum iudicari non debet,ex text. in l. itē
quia in fine ff. de pact. & l. Titia §. idem reſ-
pondit de verb. obliga.iuncta d.l.per reten-
tionem C. de vſu. Alexan. ſequitur Cagnō.
in l.2.num.196. C.de pact.in emp.Menoch.
conſi.288.num.23.lib.3.& lib.præſ. 2. præſ.
84.num.12.vbi is ab Alexandri conſi.& tra-
ditione regulam tradit generalem,nuſquam
onus,vel qualitatem adductam in prima cõ-
uentione cenſeri in ſecunda repetitā, vbi ſit
ex interuallo,niſi id expreſsim diceretur.

11 Quarto † iuuat Barto. traditio in l. præ-
tor. §. eritque differentia ff. vi bono. rapto.
quod numquam qualitas, conditio, aut onus
poſitum in vna parte contractus cenſetur in
alia repetitum, niſi vbi vna oratio eſt, & ab
vno verbo tota contrahentium voluntas re-
gitur ex l.1.iuncta l. 3.§. quod ait prætor ff.
de incen. Ruin.idem Bart.in l.Scius §.Gayo.
ff.de fun.inſtruc.Barto.Socin.conſi. 48.num.
5.lib.1.conſi.63.num.14.lib.3. Paris.conſi.
18.num.23.lib. 2.Gabri. conſi.98. num.16.
li. 1.Cœphal.conſi. 637.num. 31.32. libr.2.
Beret.conſi.29.num. 18.Celſ. Hugo.conſil.
120.num.52. nouiſsimè relatis paucis Pere-
12 gri.conſi. 44.nu.6. vnde cū in eodem † con-
tractu vbi diuerſa ſunt capita, conditio in
vno ex his poſita in alio repetita non cen-
ſeatur;quanto magis vbi diuerſi ſunt contra-
ctus,conſequenter pacta poſita in matrimo-
nio,vel dote, non cenſentur repetita in do-
natione propter nuptias, vel dotis augmen-
to: maximè vbi ſeorſum in diuerſo cōtractu
augmentum vel donatio propter nuptias fa-
cta fuiſſent, vt indies ſit.

13 Quinto iuuat † quod reſpondit Natt. d.
conſi.253.num.7.& conſi.571.num.9.is ait,
14 quod † vbi dos additur à marito, & non à
muliere proprie dicitur donatio propter
nuptias non dotis augmentum, tunc vero
dicta in dote repetita intelliguntur in aug-
mento cum augmentum à muliere fit, ſecus
ſi a viro ita intelligit tex.in l.etiam C.de iur.
doti.ſubinde infert iura omnia volentia idē
iudicandū de augmento dotis quod de ipſa
dote, intelligēda fore vt modo dixi de aug-
mento,quod fit à muliere,vel illius parte,nō
de eo quod à viro: ſic itidem intellexit text.
in d.l.cum multæ C.de donatio.an.nup.& in
§.eſt & aliud de donatio.inſtit. Natt. ſequu-
tus fuit idem Surd.dict.conſil.196. num.20.
21.22.lib.2.

15 Sexto † reſpondit Natt. dict. conſi. quod
etſi mulier præſumatur dare in dotem ma-
rito ſuo eandem quantitatem, quam primo
dederat,& augmentum dotis,quod additum
fuit,non tamē cenſetur donare ſecundo viro
augmentum factum à priori marito, quia il-
lud donatio dicitur propter nuptias pro-
prie,non dotis augmentum, vel ſequela ſe-
quitur Surd.dict.conſi.196.num.22.

16 Septimo † accedat authoritas eiuſdem
Surd.conſi. 397.a num. 15. lib. 3. is in facti
ſpecie ſimili Nattæ conſilio reſpondit dotē
ſecundo viro eandem cenſeri traditam, quā
mulier primo attulit, verum cum ea dote
donationem propter nuptias,quam à primo
habuerat marito non venire; mouetur ex
pluribus; primo quia nulla id lege cautum
reperitur; ſecundo quia vel conſideratur ra-
tio propter quam dos data primo præſumi-
tur data ſecundo,quod ſcilicet iam conſtitu-
ta priori,cenſetur in dubio alteri, & hæc ra-
tio verificari in donatione propter nuptias
non poteſt,quia nuſquam ſuit dos, vel con-
ſideratur altera ratio,quam poſuit text.in l.
diuus ff.de iur.doti.quod ſcilicet non ſit ve-
riſimile voluiſſe mulierem indoratam acce-
dere ad ſecundum maritum, & hæc non in-
fert neceſſario vt vna cum dote dare volue-
rit

tit donationẽ propter nuptias, cum mulieri
ſatis ſit ſi primã dotem alteri traditam ma-
17 rito adduxerit. Tertio † quia huiuſmodi
augmentum non eſt ſequela dotis nec ab ea
pendet, neque etiam dicta in dote cenſentur
in ea repetita, cum ſint diuerſa, & ſeparata,
quod ille latiſsimè proſequitur à num. 16.
ad finem in verſic. Non obſtat igitur cuius
non refero dicta.

18 Octauo † ſuperiora aſtruit authoritas Pe-
træ tract. de fidei. quæſt. 8. num. 360. vbi ait
expreſsim donationem propter nuptias niſi
petita ſit à muliere non cenſeri tacite con-
uentam fuiſſe pro ſimili dotis quantitate,
proinde poſt mortem mulierem eam petere
non poſſe. Vbi Afflict. & alios citat, conſe-
quenter videtur dicta in dote non cenſeri
in donatione propter nuptias repetita.

19 Contraria † tamen cum Bald. opinio te-
nenda eſt, probat eam tex. in cap. fina. de do-
na. int. vir. & vxo. tex. in auth. æqualitas C.
de pact. conue. quam tenuit & Angel. in §. 1.
num. 4. in auth. de æqua. doti. Campe. tract.
de dot. quæſt. 61. Cuma. conſi. 26. vbi egre-
gie reſpondit mulierem, quæ in dotem de-
derat tria millia aureorum, cum pacta fuiſſet
de duobus mille pro contra dote lucranda
mortuo marito, tacite etiam conueniſſe vi-
deri de lucranda eadem dotis portione per
maritum, præmoriente ipſa. Rolan. tract. de
lucran. dot. quæſt. 10. num. 5. idem Roland.
fusè poſt multos ab eo relatos dict. conſil.
62. num. 8. & 9. Socin. in l. cum fuerit col. 3.
de reb. dubi. pulchrè Becci. conſi. 43. nu. 18.
is ſcribit pactum de lucranda donationis
parte, trahi ad lucrum dotis eiuſdem quan-
titatis, Salicet. poſt gloſ. in l. leonis C. de
pact. conuen. Anto. Gomez in l. 50. Taur. nu.
11. verſi. Secundus: quinimo vbi lucrum do-
tis defertur ab ſtatuto ſic & donationis prop
ter nuptias Rolan. dict. conſi. 62. Salice. in
dict. auth. dos data quæſt. 5. Bello. conſi. 17.
num. 3. Becci. dict. conſil. num. 18. vnde male
ſenſit Petra. tract. de fideico. num. 358. non
lucrari vxorem donationem propter nup-
tias licet vir ex pacto lucretur dotem, quia
20 verum non eſt, & contra communem. † Sed
& idem Surd. deciſio. 214. num. 9. poſt mul-
tos docet pari paſſu ambulare dotem, & do-
nationem propter nuptias; & ideo cogi ma-
ritum donationem facere propter nuptias
mulieri, quinimo ſcribit ibi exiſtimare mul-
tos ipſo iure factam cenſeri à viro etſi nihil
dictum ſit.

21 Ratio † quidem eſt quoniam etſi donatio
propter nuptias à viro procedat, negari ta-
men nequit quin contemplatione dotis, &
contracti matrimonij fiat: niſi enim matri-
monium, & dos forent neque donatio prop-
ter nuptias, dict. auth. æqualitas C. de pact.
conuen. atq. ideo eiuſdem naturæ, & condi-
22 tionis. † Proinde donatio propter nuptias
dicitur ob cauſam matrimonij facta Deci. &
Rip. relati à Surd. conſi. 164. num. 37. li. 2.
23 qualis † dos eſt in omnibus, & idem iudicã-
dum l. etiam C. de iur. doti. l. ſi conſtante C.
de dona. ant. nup. auth. æqualitas in verbis,
augmentum quoque C. de pact. conuen. l. in-
ter ſocerum §. cum inter in verbis addita-
menti cauſa de pact. dotali. aliud §. dedimus
in auth. de æqua. doti. Bald. & Salice. in d.
auth. æquali. Alex. Iaſ. Rip. & Surd. quos
citaui antecedenti quæſtione in verſi. Subdit
Tiraquellus. Et his addendus extremus &
nouiſsimus M. A. Peregrin. tract. de fideico.
artic. 42. num. 84. vbi poſt Pau. de Caſt. Bal.
Cæphal. Ruin. & alios ab ipſo relatos docuit
augmentum dotis veluti ſequelam eſſe &
quid acceſſorium ad dotem proinde ſubdu-
cendum eſſe de fideicommiſſo ſicut dos ipſa
ſubduceretur dum conſtet augmentum fa-
ctum fuiſſe; & præter eum idem ſenſit Cra-
uet. conſi. 462. num. 32. Theſau. deciſ. 183.
num. 4. ad finem.

24 Concinit † ſuperioribus quod ſtatutum
de dote lucranda locum habet, & in augmẽ-
to. fusè Rolan. tract. de lucr. dot. quæſt. 100.
poſt. Campe. & Pariſi. quos citat, quoniam
additamentum ſuperadditum nouam dotẽ
non facit, l. ſi proprietati vbi Bald. C. de iur.
doti. & priuilegium itidem prælationis, vt
hæc & alia coacervat Tiraq. tract. de retrac.
conſan. §. 1. gloſ. 7. num. 19.

25 Sic & text. † in d. l. cum multæ verſic. Si
igitur C. de donatio. an. nup. dixit quod dos,
& donatio propter nuptias non fere differũt
in ſubſtãtia; ita fit quod donatio licet à viro
proueniat, videtur tamen ab vxore deſcen-
dere, quoniam dando dotem cogit maritum
ad eidem ſimilem faciendam donationem
propter nuptias d. auth. dos data C. de do-
natio. an. nup. qui maritus vt id faciat condi-
ctione ex dict. auth. cõueniri poteſt, iuxta gl.
1. ibi communiter receptã ab Odofre. Bal.
Angel. Barto. illic, Afflict. deciſio. 242. vbi
Vrcil. ad eum Oſaſ. deciſ. pedemon. 21. nu.
21. Surd. deciſ. 214. nu. 8. vnde optimo quidẽ
iure affirmari poteſt huiuſmodi donationẽ
26 propter nuptias ab vxore proceſſiſſe, † quæ
cauſam dedit illi, dando dotem viro ſuo; ex
vulgari regula quod quidquid eſt cauſa cauſę
eſt cauſa cauſati Barto. in l. 4. §. actor num. 2.
de re. iudi. Oſaſ. deciſi. 167. nu. 25.

27 Extremo † donatio propter nuptias in
eſſe producta eiuſdem eſt naturæ cum dote,
& ſecundum ipſam regulatur, cum in effectu
& ſubſtantia non differant dict. l. cum multæ,
& ſtatutum in vno, & in alio ſtatutum cen-
ſetur

ſetur dict. l. ex morte l. leonis C. de pact. conuen. Natt. conſil. 258. num. 8. Bello. dict. conſi. 17. num. 2. Becci. dict. conſi. 43. nu. 18. Afflic. deciſi. 154. Vincen. de Fran. deciſ. 182. num. 2. 3. 4. dixi ſup. quæſ. 8. num. 244.

28 Non obſtant † rationes ſupra in contrarium adductæ, quoniam etſi in contractibus fiat ſtricta interpretatio, & quod omiſſum eſt pro omiſſo haberi debeat, id verum eſt niſi ex mente contrahentium aliud deprehendi
29 poſſit: † in contractibus enim etiam mens paciſcentium potius, quam verba conſiderātur l. fina. C. quę res Pigno. obli. poſſ. l. iuris gentium §. pactorum ff. de pact. l. ſemper in ſtipulationibus vbi gloſ. & Deci. num. 1. de regu. iur. cum & aliquando contractus non a verbis ſed ab intentione contrahentium iudicentur l. ſi vno. ff. loca. l. 2. C. commu. de lega. Curti. ſeni. conſi. 75. col. 4. Deci. conſil. 48. num. 2. vnde etiam in pactis & conuentionibus fit extenſio de vno caſu ad aliũ eandem rationem habentem ex traditione Panor. in cap. cum dilecta num. 6. de confir. vti. vel inuti. Alex. conſi. 130. num. 5. libr. 4. Iaſſ. in l. Titius §. Lucius nu. 1. de libe. & poſthu. & his ſimilia multa congeſſit Pariſi. conſ. 72. num. 50. lib. 4. conſi. 32. num. 57. lib. 1.

30 Non obſtant † tres extremę rationes, quoniam vna eis ſolutione reſpondetur, nõ procedere quando ſequens contractus fit contẽplatione præcedentis, & eſt illius pars, portio & additamentum vt ſuperius dixi: tunc dicta in primo cenſentur in ſecundo dona-
31 tionis propter nuptias repetita: † Adſtipulatur his text. in l. ſi ventri §. fin. ff. de priuile. credito. vbi voluit quod vbi plura capitula poſita ſunt in vno contractu, tunc vnum cenſetur alterius contemplatione poſitum, & docuit Barto. conſil. 61. ex l. penul. §. mulier ff. ſolut. matrimo. fusè Becci. in conſi. 45. nu.
32 32. Porro † quemadmodum pacta omnia in vno contractu inſerta dicuntur pars contractus l. fundi partem de con. emp. l. iuriſgentium §. quinimo ff. de pact. l. ſi venditor ff. de ſer. expor. l. penul. ff. de hære. vel actio. vendi. & cenſentur pars pretij Bald. in d. l. fundi partem Becci. conſi. 45. num. 32. Bello. d. conſi. 27. num. 11. Corne. conſi. 12. num. 1. li. 3. Iaſſ. conſi. 111. lib. 4. Alciat. reſpon. 149. qui alios citat. Sic cum pactum de quo agimus vnum & idem cenſeatur cum pacto dotis præcedenti, & illius pars, & additamentum, nihilmirum ſi in præcedenti dicta in ſe-
33 quenti repetita intelligantur; † cenſetur enim donatio hæc propter nuptias contemplatione matrimonij, & illius dotis appoſita. Vnde dixit ſingulariter Bald. in auth. dos data num. 2. C. de donatio. an. nup. quod ſicuti maritus non lucratur dotem, qui non ſuſtinet onera matrimonij quemadmodum ſuo loco dicam, ita mulier non lucratur donationẽ propter nuptias ſi onera dotis dandæ non ſuſtineat, quem ſequitur & refert Surd. tract. de Alimen. tit. 8. priui. 69. num. 1. de hac quæſtione latius dicetur quæſ. 40. vbi ſimilis caſus declarabitur.

Neq. obſtant authoritates Natt. & Surd. in conſilijs pro aduerſa parte citatis; quoniam in illis caſibus proinde donatio propter nuptias dotem non ſequitur veluti quid acceſſorium ad eam, & vt eiuſdem naturæ, quia de donatione propter nuptias agebatur inter alios, & in diuerſo contractu; nihil igitur mirum ſi dotem non ſequatur; ſecus vbi de eiſdem coniugibus ageretur, & in eodem matrimonio, in quo caſu communis loquitur opinio, iura etiam & authoritates per nos citatæ. Et vt rectè conſiderat Surd. d. conſi. 357. num. 19. verſi. Nec me mouet, donatio propter nuptias eiuſdem eſt naturæ cum dote quo ad æqualitatem pactorum, & diſpoſitionis, vt ſcilicet diſpoſita in dote ad fauorem illius, & in donatione propter nuptias, quia correlatiua ſunt, & in his diſpoſitum in vno, & alio diſpoſitum cenſetur, l. fin. cum vulga. C. de indic. vidui. tollen. cœterũ ceſſante correlatione non idem eſt in donatione propter nuptias quod in dote, quia nõ habet eadem priuilegia quemadmodum illic Surd. oſtendit, quæ non repeto. Non obſtat vltimo authoritas Petræ in d. loco quoniam reſpondetur dupliciter: primo multos fuiſſe in opinione quod dote data illico ſimilis quantitatis donatio propter nuptias conſtituta cenſeatur, etſi nihil dictum fuit, Surd. dict. deciſio. 214. idem Surd. poſt multos à ſe relatos conſi. 154. num. 23. lib. 2. dixi ſup. quæſt. 1. vbi conciliaui opiniones num. 9. Secundo reſpondetur quod etſi altera opinio verior eſſet, & magis communis, quam communem dixit Clar. in §. donatio quæſt. 11. nu. 2. etſi dubitẽ ipſe an ſit cõmunis non officit, nam cum ſit in poteſtate vxoris maritum cogere vt donationem faciat ex his, quæ ſupra dixi, cum poſſit facere, perinde æſtimãda eſt ac ſi donationem propter nuptias haberet, qui enim facere poteſt vt habeat, & non facit iudicandus eſt ac ſi haberet. l. qui poteſt facere de reg. iur. cum alijs egregie ad hoc inſtitutũ cumulatis per Surd. tract. de Alimen. titul. 5. quæſt. 15. num. 19. & 20. idem Surd. conſil. 8. nu. 25. lib. 1. vnde ſi non facit ſibi imputet, hoc ſufficit vt dum conſtituta ſit, dotis naturam aſſumit & ſecundum eam regulatur.

34 Igitur † vt reſoluamus quæſtionem, aut agitur de augmento dotis vero & proprio quale illud quod à muliere vel ab alio ex parte

parte illius additur doti,& hic articulus nullam continet dubitationem; non enim cenſetur tale augmentum quid ad ipſa dote ſeparatum ſed vnum & idem.dict. l. etiam C. de iur.doti.cum alijs multis ſuperius citatis & declarat poſt Specul.Fulgoſi.Aret. Neuiza.Cœphal.& alios multos Menochi.conſil. 93.num.12.libr. 1. Surd.dict.conſi. 397.nu. 17. lib.3. proinde in dote dicta & in eo repetita cenſentur:hincque dote data ſecundo viro, cenſetur & datum augmentum illius vt Natt. Surd. & alij in citatis conſilijs exiſtimant & rectè.

Aut vero loquimur in augmento dotis id eſt donatione propter nuptias, quæ nō recte augmentum appellatur dotis,& ea in ſpecie vel agitur de correlatione pactorum,& conuentionum vel non; priori caſu dicta in vno ex his,in altero repetita cenſentur,in ſecundo vero minime, atque hęc vera ſunt & ex communibus & receptiſsimis traditionibus accepta.

SVMMARIVM.

1 *Pactum in capitulis matrimonialibus contractum quo vxor,vel maritus filijs ex eo matrimonio certam portionem reſeruarunt, an mortuis filijs nepotibus ex illis remanentibus, commodum reſeruationis pertineat nec ne.*

2 *Extentio non fit de caſu ad caſum in contractibus.*

3 *Filij in primo gradu conſtituuntur.*

4 *Appellatione filiorum improprie nepotes continentur.*

5 *Appellatione liberorum quando nepotes contineantur.*

6 *Appellatione filiorum cum certa qualitate non continentur nepotes.*

7 *Conditio ſi ſine liberis ex ſuo corpore natis, non deficit exiſtentibus nepotibus ex filio.*

8 *Conditio in forma ſpecifica adimplenda.*

9 *Conditio in forma ſpecifica adimplenda in omni caſu,& in omni tempore.*

10 *Mulier tranſiens ad ſecundas nuptias quemadmodum tenetur reſeruare lucra filijs prioris matrimonij, ſic & nepotibus.*

11 *Coniunx non poteſt plus ſecundo viro relinquere quam vni ex nepotibus ex filio.*

12 *Text.in l.hac edictali C.de ſecun.nupti.in nepotibus locum habet.*

13 *Pactum contrahentium in dubio animo nouādi appoſitum non cenſetur.*

14 *Pactum de reſeruanda certa portione filijs, vxorum amore inductum videtur.*

15 *Affectio maior ad nepotes quam ad filios.*

16 *Statuto ſtante quod vxore ſine liberis ex ſe natis præmortua, maritus certam dotis partem lucretur decedente vxore relictis nepotibus maritus ab eis excluditur.*

17 *Liberorum appellatione regulariter nepotes continentur.*

18 *Liberorum appellatione in fauorabilibus nepotes continentur.*

19 *Dictio ex.cauſam proximam deſignat.*

20 *Immediatum illud dicitur quod per rerum naturam vnum,& idem eſt.*

21 *Filius portio eſt paterni corporis.*

22 *Pau. Caſtren.dicta egregia.*

23 *Liberorum appellatione ſecundum magis communem opinionem in fauorabilibus nepotes continentur.*

24 *Surdi deciſio. 73. adducitur, idemque author laudatur.*

25 *Statuto ſtante, quo lucrum dotis marito reſeruatur moriente vxor ſine filijs, vbi nepotes relinquuntur maritus excluditur.*

QVÆSTIO XXXV.

PACTVM IN MATRIMONIJ contractu celebratum, quo vxor vel maritus filijs ex eo matrimonio communibus certam portionem reſeruarunt, an mortuis filijs remanentibus ex his nepotibus, ad eos pertinere commodum reſeruationis debeat, non vulgaris quæſtio.

1 VSVFREQVENS quæſtio † eſt an pactum in capitulis matrimonialibus contractum, quo vxor certam filijs illius matrimonij portionem reſeruauit vbi extarent, vtrum mortuis filijs remanentibus ex his nepotibus, portio ad eos pertinere debeat: id tunc contingere poteſt cum vel eadem ipſa vxor alium hæredem inſtituit, aut etiam maritus, exiſtimantes eam portionē quo ad eos liberam eſſe debere cum conditio defecerit: neque pactum de filijs loquens ad nepotes extendatur.

2 Primo igitur videtur † poſſe libere vxorem non extantibus filijs etſi relictis nepotibus in ea portione alium hæredem inſtituere (quæ de vxore dico eadem de marito intelligenda) quoniam in pactis non fit extentio de vno caſu ad alium, nec de vna ad aliam perſonam, cum ſint ſtricti iuris; & quod eſt omiſſum habeatur pro omiſſo, vt multorum authoritate oſtendi præcedēti quæſtio. poſt principium verſi. Videtur autem primo aſpectu.

3 Secundo quia † cum pactum de filijs fuerit conceptum, & ij in primo deſcendentiū ſunt gradu l. 1. §. primo gradu ff. de gradi.

athui.

Digitized by Google

affini.in princi.inſtit.eod.titu.de his cenſiſſe
contrahentes intelligēdum: Et aliud eſt no-
men filij.aliud nepotis vt dixerunt Bart. Al-
ciat. & Rebuf. in l. liberorum de verbo.ſig-
4 nifi. Rurſus † nec proprietatis effectus ſub
filij nomine nepotes poſsit continere l.
quod ſi nepotes de teſ.tute. l. 1. §. quæritur
de ven.inſpi.l.Gallus §.1. & §. inſtituens de
libe.& poſthu.§.fin. cum ſimilibus inſtit.qui
teſta.tuto.dari poſſ.

5 Tertio † confert Barto. traditio inſignis
in d.l.liberorum de verbo.ſignifi. docuit ibi
quod licet quandoq. liberorum appellatio-
6 ne nepotes contineantur, tamen † vbi cum
aliqua qualitate proferuntur quæ non con-
uenit nepotibus, eo tunc appellatione libe-
rorum nepotes non continentur, Bartol. ſe-
quuti ſunt ferè omnes Deci.conſ.353. ad fi-
nem Ruin.conſ.13.col.2.lib.1. Rolan.tract.
de lucr.dot. quæſt.56. num.1. Surd.deciſio.
72. num. 3. vnde cum in hac ſpecie de filijs
communibus pactum fuerit conceptum, &
hęc qualitas nepotibus non conueniat, ad
portionem admittendi non erunt.

7 Quarto facit † einſdem Barto.traditio in
conſ.133.lib.1.qui ferè in terminis quęſtio-
nis noſtrę docuit, quod ſtante ſtatuto, quo ca-
uetur, quod vxore præmoriente ſine filijs ex
eo matrimonio, maritus lucretur certam do-
tis partem; hoc ſtatuto minimè includi ne-
potes, quoniam cum ſtatutum de filijs loqua-
tur & cum ea qualitate ad nepotes extendi
non debet. tum & hāc etiam rationem red-
dit: quoniam dictio ex. denotat cauſam pro-
ximam, & immediatam l.non dubium C.de-
lega.Barto.in l.1.§. ex incendio ff.de incen.
ruin. & naufra. quæ in nepotibus non repe-
ritur Barto.ſequuti ſunt Socin. Pariſi. & alij
quos refert Surd.d.deciſ.nu.4.& ante ipſum
Rolan.d.quæſt.56.num.6.

Quinto ſuperioribus adſtipulatur ſingula-
ris doctrina Angel.in l.1.C. de condi. inſer.
vbi ſcripſit quod illa conditio ſi deceſſerit
ſine filijs ex ſuo corpore natis, non deficit
exiſtentibus nepotibus ex filio, propter ſu-
periorem rationem: ſequūtur Angel. Salice.
in auth.ſed etſi quis in fine C.de ſecun.nup.
Guid.Pap.deciſio.353.Alciat.conſ.31.num.
16.& conſi.ſequent.conſ.50.num.12. & cōſ.
68.num.8.lib.9. Bero. conſ.122.lib.2. Cæ-
phal.conſ.107.num.16. Rolan.conſ.43.li.4.
Bello.conſ.50.num.5.latiſsimè qui hanc de-
fendit opinionem Decian. reſpon.47. num.
10.lib.3.Rimi.iuni. conſ.75. num.43. idem
conſ.358.num.232.Odd.conſ.9.num.2.

8 Sexto, † cum in pacto dictum fuerit vt
filijs ea portio reſeruaretur, euidenter conſ-
tat filios in conditione poſitos fuiſſe, quę de-
bet in forma ſpecifica impleri l.qui hæredi.
l. mæuius de condi. & demonſt.at vbi filij in
conditione ponuntur nepotes eorū non ve-
niunt appellatione docet Ruin. conſil. 127.
nu.1.conſ.131.nu.3. lib.2. Et ratio eſt quo-
niam vt maximè ad inſtitutum dixit Corne.
conſ.40. col.5. lib. 3. vbi conditio non fuit
impleta, tunc caſus dicitur omiſſus; ſequitur
Crauet.conſ.678.num.4.& dixit Soci. conſ.
9 32.num.18.lib.1. quod † hæc regula proce-
dit in canone, in iudice, in omni ſuperiore, in
appellante & impetrante: & fuſè Tiraquel.
tracta.de primoge.quæſt.40.num.194. ſcri-
bit, quod obtinet in lege, canone, ſtatuto, cō-
ſuetudine, teſtatore, contrahente, principe,
iudice, arbitro, arbitratore, & actore, vbi ſin-
gulos proſequitur caſus notanda adferens.

Contraria tamen ſententia tenenda eſt nō
obſtantibus prædictis ex multis, quibus tu-
tiſsimè contraria hęc opinio defenditur. Pri-
10 mo, † quia mulier tranſiens ad ſecūdas nup-
tias quemadmodum iure cogēte tenetur re-
ſeruare, quæ habuit à primo viro filijs illius
matrimonij, ſic & tenetur nepotib⁹ ex filio,
vel filijs præmortuis. Bal.conſ.140.ad finem
lib.2.Bertran. conſ.166.lib.1. Rip. in l.fœ-
11 minæ num.8.C.de ſecun.nup.Neq. † etiam
poteſt plus ſecundo viro relinquere, quam
12 vni ex nepotibus ex filio cum tex. † in l.hac
edictali quæ de filio loquitur, procedat etiā
in nepote, vt notauit Cyn. ibi.6. quęſt. Ber-
tran.ibidem poſt Azo. Angel.& alios ab eo
relatos, Ripa.num.8. Surd. deciſio.73.num.
10. 11. qui inibi rectè argumentatur, quod
cum ita ſe res habeat de iure communi pa-
ctum de quo loquimur vtique eodem modo
interpretandum erit, vt ſcilicet cum iure cō-
cordet, & illius diſpoſitioni cōueniat ad no-
tata per Barto. in l. hæredes mei §. cum ita
13 ad S.C.Trebel.Nam † vt ille ibi ſubdit, pa-
ctum contrahentium in dubio non cenſetur
appoſitum animo nouādi diſpoſitionem le-
galem, quia vbi cum ea concurrere poteſt,
neq. illi contrariatur, non efficit vt prouiſio
legis deficiat ex Cyn. in l.2. 6. quęſt.de iur.
emphi.Gozadi.conſ.74.num.11. Surd.dict.
deciſio.num.12.13. idem conſ.34. num.34.
lib.1.quemadmodum igitur in prædictis ca-
ſibus nepotes à lege vocantur, ſic & in vim
huiuſmodi pacti vocati iudicantur.

14 Secundo † pactum hoc à coniugibus cele-
bratum amore filiorum inductum fuit, &
eorum affectione, at nedum par affectio eſt
ad nepotes ſicut ad filios, ſed & maior: cum
proprium ſit amoris deſcendere ardentius
in nepotes, & deſcendentes d. l. liberorum
de verbo.ſignifi.Curti.& Caſſana. quos citat
15 Surd.d.deciſio. num.6. vnde † cum par imo
maior ratio habeat locum in nepotibus, in
filijs dicta in nepotibus repetita videbūtur,
argu-

Digitized by Google

argumento à maioritate, aut ſaltim idemptitate rationis l. illud ad l. Aqui. l. à Titio de verbo. obliga. etſi contrahentes de hoc caſu cogitaſſent idem veriſimiliter ſtatuiſſent gl. in l. tale pactum §. fin. vbi omnes de pact. cõſequenter caſus omiſſus pro expreſſo haberi debet, vt ad dictam glo. multa his ſimilia adiungit Tiraq. in l. ſi vnquam verbo donatione, num. 56. Surd. vbi ſup. nu. 8. vbi & Oſaſ. refert in deciſio. pedemon. 64. ad finem dicentem eandem nepotibus charitatem deberi quæ filijs debetur.

16 Tertio, † ſtante ſtatuto quod vxore ſine liberis ex ſe natis præmortua maritus certam dotis partem lucretur, decedente ſine filijs, ſed nepote vel nepotibus relictis, ſic excluditur per nepotes maritus, ac ſi filij ſuperuiuerent, quia ſtatutum de filijs loquens etiam nepotes cenſetur continere. Roma. conſi. 329. qui in hoc caſu conſuluit, tres in comprobationem ſuę ſententiæ rationes adferens, quas omnes reaſſumit & comprobat Rolan. tract. de luc. dot. quæſ. 56. à num. 7. cum ſequen. Roman. ſequuti ſunt Ruin. conſil. 63. col. 2. libr. 3.

17 Quarto † quoniam appellatione liberorum nepotes continentur regulariter, & in conditione poſiti filij, nepotes etiam comprehenduntur. Barto. in d. l. liberorum; quinimo fortius ibidem docuit, quod ſtante ſtatuto, quod fœminæ extantibus filijs non ſuccedant, habet locum etiam quando ſupereſt nepos ex filio premortuo, cum ſubrogetur loco filij §. cum filius de here. quæ ab inteſt. defe. & ſubrogatum ſapit naturam eius in cuius locum ſubrogatur l. ſi eum §. qui iniuriarum cum vulga. ff. ſi quis cautio. Camp. tract. de dot. 5. par. quæſt. 62. & Phanu. tract. de luc. dot. gloſ. 5. num. 31. qui in terminis huius ſtatuti loquuntur. Cum igitur in ſtatutis quæ alias ſtrictam recipiunt interpretationem, filiorum appellatione nepotes contineantur, maxime id ipſum in pactis locum vindicabit, in quibus fit extentio ex veriſimili mente contrahentium de vno caſu ad alium, vt ſcripſi multis relatis quæſt. 23. verſic. Neque obſtant quatuor ille rationes: vbi maxime id procedere dixi quando militat eadem ratio.

18 Quinto † appellatione liberorum ſaltim in fauorabilibus continẽtur nepotes ex magis communi & recepta ſententia Barto. in dict. l. liberorum ſiue dictum ſit per teſtatorem aut ſtatutum, ex filijs natis, vel ex eo matrimonio, aduerſus ea, quę in quarto fundamento contrario dixi ponderando dictionem, *ex*, quæ cauſam proximam & immediatam deſignat probat ſuperiorem ſententiã, tex. in l. Lucius ff. de hæred. inſtit. vbi id notant Angel. & Imol. Corne. conſi. 97. col. 5.
libr. 1. Rolan. dict. quęſt. 56. num. 16. quo loci
Bald. Ruin. & alios adfert. & rationem quam
19 Bald. pulchram reddidit, † quoniam etſi
dictio ex: cauſam proximam & immediatam
deſignet, nepos tamen non remotus dici poteſt, cum ſanguinis paterni continuatio in eo
20 ſit, † & immediatum dicitur quidquid per
rerum naturam vnum & idem eſt l. cum acutiſsimi C. de fideico. §. ei vero qui cum his ſimilibus inſtit. de inuti. ſtipu. vnde egregie
Ruin. dixit conſi. 35. col. 7. lib. 1. conſil. 115.
col. 6. & 7. lib. 3. appellatione filiorum ex
ſuo corpore natorum venire nepotes tam ex
filio quam filia, attenta traditione celebri
21 Pau. de Caſ. conſil. 161. vbi ait † filium portionem eſſe paterni corporis, quę transfuſa
eſt in generatione filij; ex text. in l. cum ſimus ad finem de agri. & cenſi. li. 11. Co. quę
portio licet conuerſa ſit in nouum hominem
ptopter nouam animam, *Negari tamen* (ait
ille) *nequit quin vera caro ſit & patris corpus,
quod formam pubet creationi filij, ſicut mater
materiam; Et cum forma det eſſe rei & ſubſtantiam l. labeo §. inſulam de acquir. rer. domi. licet reſiduum corporis, quod apud patrem
remanſit tamquam radix extinctum ſit, portiuncula tamen illa exigua, quæ in filij generatione apud eum fuit transfuſa extincta nõ eſt,
ſed potius aucta noua anima infuſa, quæ viuit, proinde habito reſpectu ad corpus dici poteſt corpus, & caro filij, vere corpus, & caro
patris.* Exemplum ſubdit, *veluti ſi quis ex radice vitis, palmitem præſcinderet, & plantaret, radicemque mitteret, poſt vitis ſiccaretur,
& deperiret, radix enim illa nouæ vitis animæ
loco habetur l. adeo §. fina. l. qua ratione in
princ. de acquir. rer. domini. & vna eadem vitis cũ priore mortua haberetur renouata hac,
& radice noua adiecta gloſ. in l. obligationum
fere §. placet de actio. & obliga. licet alio reſpectu propter nouam animam, id eſt nouam radicem dicitur vitis noua l. ſed ſi ex meis §. arbor de acquir. rer. domi.* Ideo inquit Paul. de
Caſt. ex his rationibus nepos ex filio facit
deficere conditionem ſi ſine liberis ex ſuo
22 corpore deſcendentibus: Quæ Pau. † de Caſ.
egregia, & moralia verba referre ideo volui
vt omnibus notiſsima perpetua memoria
commendentur.

23 Pro regula † igitur fere ab omnibus traditum eſt filiorũ appellatione nepotes contineri in fauorabilibus, & hæc eſt magis cõmunis opinio, quam tenuerunt Bart. Pau. de Caſt. Bald. Ruin. & Rolan. ſupr. citati, & præter eos, Anchar. in cap. 1. col. 25. de conſtitu. Alexan. in l. ex facto §. fin. col. 1. ad Trebel. Alciat. in l. non eſt ſine liberis de verbo. ſignifi. Curti. in auth. præterea col. 3. C. vnde

vir

vir.& vxo.Rip.in dict.l.ex facto §. ſi quis ita col. 2.ad trebel. vbi atteſtatur de communi: eandem dicit communem Rolan.dict.quæſ. 56.nu. 19.& 20. Campe.in tract. de dot.5. par.62.quæſt.vbi eleganter. Phanu. tract.de lu.dot. glo.5. nu.31. Iaſſ.qui & communem referens. Ancha. Oldrad. Butti. Cat.Roma. Alex.& Socin.in l.Gallus §. inſtituens num. 23. de libet. & poſthu: ſequitur conſulendo Ruin.conſi.144.num.5.& 6.libr.2.ex nouiſſimis Manti.tract.de coniect.vlti. volun.lib. 11.tit.8.num.20.Rimi.iuni.conſi.604.num. 26.Socin.iuni. conſi.114. libr.1. conſi.146. libr. 2. vbi ſic iudicatum dicit. & ex Decio Bertran.Marian. Caſſan.Ruin. Gerar.Curt. iuni.Hiero.Gabri. Anto.Gabri. Zanch.Pariſi.Cæphal.Meno. Onden. Odd.& alijs recentioribus communem repetit Peregrin. tract.de fideico. arti. 22. num.61. & paucis relatis Surd.d.deciſio.73.num.18.19.20.

24 Sexto † ſuffragatur fere in terminis deciſio eiuſdem doctiſsimi Surd. d. deciſio. 73. in cuius caſu quidam cum vxore ſua in contractu matrimonij ita conuenerat *vt aurei quadringenti ſibi in dotis augmentum donati ad communes peruenirent filios ſi extarent mortua vxore*: mortis vxoris tempore nulli extiterunt filij ſed nepotes ex eis, vxoris hęredes petebant aureos illos quadringentos: ex aduerſo nepotes opponebant ad eos prędictam quãtitatem expectare vigore pacti; tandem cõmuni illius Senatus deciſum fuiſſe teſtatur voto, nullum ius hæredibus vxoris competere in dicta quãtitate; quinimo eam adiudicandam fore, & eſſe nepotibus ex filijs, qui patris locum ſuſtineant, & vna & eadem perſona cenſeantur; cum in fauorabilibus appellatione filiorũ nepotes contineantur, aliquibus rationibus ſupra ſcriptis.

25 Septimo † in terminis ſtatuti quo lucrum dotis marito reſeruatur moriente vxore ſine filijs ex cõmuni cõiugio natis, in eandẽ opinionẽ inclinat Rolan.trac. de luc.dot.quæſ. 56.a nu.1.cũ ſeq. vbi in finalibus verbis addit hanc opinionem tenendã eſſe omnino.

Non obſtant in contrarium adducta, non primum quoniam, & in contractibus fit extentio de vno caſu ad alium ex maioritate rationis vt multis oſtendi quæſti.præcedenti verſi. Non obſtant quatuor illa. Sed & Reſpondet Surd.dic.deciſio.num.7.quod à maioritate rationis licita eſt extentio in noſtro caſu, in quo eadem ratio affectionis, quæ militat in filijs, magis multo in nepotibus; quod ſi contrahentes de hoc caſu interrogati fuiſſent idem reſpondiſſent ad gloſ.in d. l. tale pactum ff.de pact.

Non obſtat ſecundum, quoniam quoad iuris effectum nomen filiorum idem eſt cum nomine nepotum, quia ſub eorum nomine nepotes continentur maxime in fauorabilibus vt ſupra dixi: præcipue vbi ſubiecta materia, & veriſimilis contrahentium mens id vult, vt in ſecundo argumento pro hac parte adducto conſtat.

Neque tertium facit, nam & qualitas quæ in noſtra ſpecie filij fuerunt vocati nepotibus conuenit, qui veluti pars & portio quædam viſcerum patris ſint vt ſupra in 4. & 5. argumento huius partis. Non facit quartum, ſumptum ex traditione Barto.conſi. 133.li. 1.quoniam idem Barto.expreſſim tenet cõtrariam ſententiam in d ct.l. liberorum. vbi in terminis docuit, quod appellatione filiorum ex ſe natorum, veniunt nepotes, neque (addit) debet fieri vis in dictione exponderata per eum in d.conſi. Et Angel.& Imol. relati in quinta ratione huius partis idẽ affirmant ex tex. in d.l.lucius de hęred. inſtit.

Quinto reſpondetur, Angel. & omnes à me relatos in eo, loqui aduerſus communem traditionem, vt animaduertit Rolan.d.quęſ. 56.num.25.& conſtat aperte ex his, quos citaui in quinto pro hac parte, quos non iterum repeto.

Sexto reſpondetur eam etiam opinionem communi refragari ſententiæ, oſtendit poſt Manti.Surd.dict. deciſio.num. 19.& 20.qui & aliter reſpondet ibi videndus.

SVMMARIVM.

1 *Conuentione celebrata in capitulis matrimonialibus de lucrando dotem, vel partem illius, an ſi poſt maritus integram dotem reſtituere vxori promiſerit, pacti lucro renunciaſſe videatur.*

2 *Grauatus reſtituere hæreditatem totam, poteſt nihilominus quartas detrahere.*

3 *Teſtatoris verba de tota & integra hæreditate reſtituenda, detractionem trebellianicæ non impediunt.*

4 *Text. in l. ſi quis ad declinandam C.de Epiſ. & cleri.expenditur.*

5 *Tex.in l.2.§.ad filiorum.C.quando & quibus lib.10.Cod.declaratur.*

6 *Probibitio quartarum expreſſe fieri debet.*

7 *Lex vel ſtatutũ, quod aliquid expreſſim fieri vult per coniecturas fieri non debet.*

8 *Verba, quæ quartarũ detractionẽ impedire poſſunt, prohibitionẽ neceſſario inferre debent.*

9 *Maritus vbi totam dotem reſtituere tenetur, impenſas retinere poteſt.*

10 *Legata integra ſoluere promittens, detractioni falcidiæ renunciaſſe videtur.*

11 *Tex.in l.decem de fideico.liberta.adducitur.*

12 *Verba hæc integrum, vel totum, ſignificãt eam rem, cui nihil deeſt.*

13 *Quarta parrochialis integra ſoluenda.*

14 *Beneficium habens ne conueniatur vltra quam*

facere poſſit, ſi totũ vel integrũ debitũ reſti
tuere promittit, beneficio renũciaſſe videtur.

15 *Teſtator iubendo totã hæreditatẽ reſtitui, cen-*
ſetur trebellianicam prohibuiſſe.

16 *Cõmunis opinio qualis in citata quæſtione.*

17 *Tex. in d. l. ſi quis ad declinandam ſecundo lo-*
co declaratur.

18 *Tex. in d. l. 2. §. ad filiorum iterum & ſecundo*
interpretatur.

19 *Expreſſum dicitur quod ex cõiecturis apparet.*

20 *Expreſſum dicitur quod ex mente contrahen-*
tium deducitur.

21 *Verba, quibus tota, & integra dos reſtitui pro-*
mittitur, coniecturam inducunt de integra
dote reſtituenda.

22 *Expreſſũ dicitur ꝙ ex verbis expreſſis elicitur*

23 *Impenſa funeris æs alienum dicitur.*

24 *Maritus integrã dotẽ ſoluere promittẽs ſoluto*
matrimonio, poteſt funeris impẽſã retinere.

25 *Promiſſio per maritum facta de reddenda in-*
tegra dote funeris impenſas ab eo factas
impedit, vbi ex certa ſcientia facta fuit.

26 *Legato à viro vxori facto de dotib⁹ ſuis, remiſ*
ſum videtur pactũ de portione dotis lucrãda.

QVÆSTIO XXXVI.

POST PACTVM INITVM,
quo morte vxoris vir dotem vel certam
partem illius lucratur, ſi poſt vxori in-
tegram dotem reſtituere promiſerit, an
lucri pacto renunciaſſe videatur.

1 VXORVM amore † plerumq.
mariti ſuperati multa eis conce-
dunt quæ difficilima alioquin fo-
rent, vnde nõ ſemel accidiſſe vi-
deo, cũ vel ſtatuto aut pacto ma
ritus dotẽ vel illius partem aliquã lucratur, ſi
poſt vxori vel illius hæredibus integrã dotẽ
reſtituere promiſit, an his verbis dotis lucro
renũciaſſe videatur; & nõ renũciaſſe videtur.

2 Primo † quia grauatus reſtituere, cuiquam
totam hæreditatem poteſt nihilominus de-
trahere quartã trebellianicã de iure debitã l.
ſi totã l. lucius §. hæres inſtitutus l. nã quod
§. fin. cũ l. ſeq. l. ita tamẽ §. trebellianum ff. ad
Senat. C. Trebel. l. 1. §. inde Neratius eo. tit.

3 Secundo † iuuat celebris doctrina Bar. in
l. Centurio col. 7. ff. de vulga. affirmantis, ad-
iectis his verbis à teſtatore, totam & integrã
hæreditatem reſtitui volo, non cenſeri pro-
hibitam detractionem quartæ trebellianicæ
Barto. ſequutus fuit Barba. conſi. 24. libr. 1.
Bar. Soci. conſ. 14. in fine & conſ. 33. col. 6. li.
1. Bertran. con. 158. vltimo dubio li. 3. & di-
cit cõmunẽ Crot. in l. nemo poteſt de lega. 3.
Atq. idem in falcidia quod his verbis pro-
hibita non cenſeatur affirmarunt Angel. in l.
2. §. ad filiorũ C. quando & quibus li. 10. Bar-
ba. dict. conſi. 24. Iaſſ. conſi. 84. col. 9. li. 1.

4 Tertio iuuat † text. in l. ſi quis ad decli-
nandam C. de Epiſ. & Cler. quo text. proba-
tur quod ſi teſtator grauauit hæredem ero-
gare totam hęreditatem in redemptionem
captiuorum, non tamen ex hoc dicitur pro-
hibitus hęres deducere quartam falcidiam
niſi teſtator directo inſtituiſſet hęredes cap-
tiuos: verba ergo illa totam vel integram
dotem, non efficient quin non poſsit mari-
tus lucrum conuentum deducere cui ius pa-
ctione ſua ſibi fuerat ante quęſitum.

5 Quarto † confert text. in l. 2. §. ad filiorũ
C. quan. & qui. li. 10. C. vbi quarta quæ cu-
rialibus relinqui debet, non cenſetur prohi-
bita ex ſolis verbis totum vel integrum pa-
trimonium, niſi adiecta ſint alia quibus pro-
hibentis clarior appareat voluntas; qualia
ſunt ea quæ text. ille poſuit, hæc ſcilicet, in-
tegrum nullaq. parte diminutum dominium
habere debet. cũ alioqnin hęc extrema ver-
ba ſuperflua forent, nullæ autem leges ſine
effectu ſtare poſſunt glo. in l. 1. ff. quod met.
cau. Deci. conſi. 48. num. 2. Crauet. conſi. 86.
num. 11. Socin. iuni. conſi. 6. nu. 51. lib. 1.

6 Quinto † quod fortius cæteris aſtringit,
quoniam prohibitio quartæ falcidiæ vel tre-
bellianicæ expreſsim fieri debet §. ſi vero
expreſsim in auth. de hęre. & falci. auth. ſed
7 cum teſtator C. ad l. falcidi. At vbi † lex mã-
dat aliquid expreſsim fieri, id exprimi de-
bet verbis particularibus vel ſingularibus nõ
autem per coniecturas gloſ. inſignis in cap.
Inquiſitores de hęre. libr. 6. facit text. in l.
item apud labeonem §. 1. de iniur. *Quæ enim*
ait text. particulari nota digna ſunt niſi ſpe-
cialiter adnotentur videntur neglecta. Sed
verba ſupraſcripta reſtituas totam, aut inte-
gram hæreditatem, non ſunt verba expreſſa,
quę ſignificent prohibitionem detractionis
quartæ trebellianicæ conſequenter in noſtra
ſpecie lucrum dotis ſtipulatum remiſſum il-
8 lis verbis non cenſebitur. Et debent † verba
neceſſario inferre prohibitionem hanc Pau.
de Caſ. in auth. ſed cum teſtator num. 2. ad
l. falcidi. vbi Corne. col. 1. refert huius opi-
nionis multos Gabriel. lib. 4. com. titul. de
Trebelli. con. 2. num. 3. Manti. de coniectu.
vltim. volunt. li. 7. tit. 12. n. 10. Meno. conſil.
374. n. 35. li. 4. & alios multos memorat Pe-
regrin. tract. de fideicom. artic. 3. num. 88.

9 Sexto & vltimo † (alia enim multa, quæ
adduci poſſent prætereo) obijci poteſt tra-
ditio glo. in l. Neratius ff. de religi. & ſump.
fune. quã ibi Bal. ſequitur, ſenſit gl. quod vbi
maritus tenetur reſtituere totam dotẽ, quod
eo in caſu poteſt deducere iuſtam retentio-
nem puta impenſas funeris & his ſimilia &
præter Bald. gloſſ. doctrinam commendat
Barba. dict. conſ. 24. colum. 3. li. 1. Cremen.
inter

inter ſua ſingularia ſingu.24.Curti.iuni.in l. præcibus num.64.C.de impu.Rip. tract.de Peſt.tit.de reme.præſer.nu. 135.vnde idem in ſpecie noſtra vt iuſta lucri retentio minime impediatur ex verbis ſupra relatis.

Contraria tamen ſententia tenenda eſt vt his verbis renunciaſſe lucro pacto quæſito
10 maritus cenſeatur: † Primo quoniam ſi quiſpiam promittat ſoluere tota vel integra legata, cenſetur in conſequentiam detractioni falcidiæ renunciaſſe l.fina.C.ad l.falcid.cum autem validum ſit argumentum de contractibus ad vltimas voluntates vt millies dixi hoc tractatu l.ſeruum filij §. eum qui chyrographum de lega.1.ſicut in vltimis voluntatibus verba illa impediunt detractionẽ falcidiæ, ſic in hac ſpecie lucri dotis cõmodum.

11 Secundo opitulatur † text. in l. decem de fidei.liberta.vbi gloſ.in caſibus in quibus de iure ff. licita erat prohibitio detractionis falcidiæ in legatis, vbi teſtator in teſtamento diſponebat, *quod legatum integrum præſtaretur*; his ſanè verbis videbatur teſtator falcidiam prohibere, neq. conſtituit tex.ille differentiam an dictum ſit integrum legatum vel totum. Nec dicat quiſpiam id factum fuiſſe fauore libertatis ob quam permiſſum eſt teſtatori prohibere detractionem falcidiæ, nam non hic agitur de poteſtate teſtatoris ſed de illius tantum voluntate exquirenda per verba ab eo expreſſa.

12 Tertio † manifeſte hanc ſecũdam opinionem tutatur, quod ſecundum proprietatem, & genuinam ſignificationem horum verborum *Integrum vel totum* id ſignificatur cui nihil de eſt, quod nec diminutum, vel mutilum ſit l. Titia, in verbis *integra legata* ff. ad l.falcid.l.falcidia, in verbis, *integræ portionis* eod.tit.concinit text.in cap. grauis de reſti. ſpoliato.iunctis his quæ ibi Bal.& cęteri docuerunt; nam cum dixiſſet text.quod ſpoliatus debet integre reſtitui, addit Bald. & cæteri, vſque ad vltimum quadrantem: ſimilis
13 † eſt huic tex.in Clemen.dudum §.huiuſmodi de Specul.nam quarta quæ parochiali debetur integre idest ſine diminutione ſolui debet tex.gloſ.& poſteriores in cap.tua.nobiſ. cap. aliquibus de decimis. quibus probatur decimas integre ſoluendas eſſe; docuerunt gloſſ.& cęteri, idest ſine diminutione vel expenſarum detractione: vnde cum à proprietate ſermonis recedi non poſſit maxime in contractibus vt dixi multorum authoritate hoc libro quæſ.23.in principio, nihil mirum ſi his verbis maritus dotis lucro, & pacto illius renunciaſſe cenſeatur.

14 Quarto † nõ mediocriter iuuerit, quod habens beneficium ne conuenatur vltra quam facere poſſit, & talis ſit, qui poſſit huic beneficio renunciare, ſi reſtituere promiſerit totũ vel integrum debitũ, huic eo ipſo renũciaſſe beneficio videtur Bal.in l.quod nomine de condi.inde.Pala. Rub.in repe.cap.per veſtras §.12.n.16.de do.in.vir.& vxo.Alex. conſ.133.n.1.li.5.Ruin.conſ.152.col.3.li.3.

15 Quinto † vbi teſtator iuſsit *integrã vel totam* hęreditatem reſtitui, his verbis cenſetur omnino detractionem trebellianicæ prohibuiſſe ac ſi expreſsim id iuſſiſſet, aduerſus dicta pro contraria parte ſup. in ſecũdo argumento glo.in d.l.decem de fidei.liberta.vbi Ange.& Plumbi.Aretin.& Alex.in l. centurio de vulga.vbi Galiau.in repetitio.n.402. Cyn.Bal.Angel.Pau.de Caſtr.Salice. Imol. Roma.Aret.Guid.Pap.Alex.Corne.Iaſ.Galiau.Claud.Ripa.Bertrau.Caſſa. Pala. Rub. Pariſi.Ruin.quos refert & ſequitur Gabr. li. 4.conclu.tit.de trebellia.conclu.5.a num.1. cum ſequen.addit Petram. Crauet. Neuiza. Nat.& alios quoſdã Meno.conſ. 374.nu.14. & li.præſum.4.præſ. 198.n.14.qui poſt alios à ſe relatos d.conſ. & præſũptione magis cõmunem,& veram dixit:eandem communem Rol.trac.de luc.dot.quæſ.38.nu. 15.Tiber. Decia.reſponſ.57.nu.36.li.1.Iul. Clar.in §. teſtamentum quæſ.62. verſic. Sed numquid Craſ.in §.trabellianica quæſ. 8.num.4.& 5. Manti.de coniect.vltim.vol.li.7.tit.12.a nu. 1.Zanch.in l.hæredes mei §.cum ita nu.461. ad S.C.Trebel.nouiſsime Peregri. tract.de fidei.arti.3. nu.88.89. 90.91.qui omnes de magis communi. Cæterum in hoc articulo Trebellianicæ præ cæteris videndus Meno. d.conſi.374. quoniam cum de caſu hoc conſultus fuiſſet egregie à num.1.pro communi reſpondit, in vtramq. diſputando: hodie igitur hæc opinio tam in iudicando quam etiam conſulendo recipitur: Quare cum ea verba impedire poſsint trebellianicam, eodem modo,& lucrum dotis.

16 Sexto † in terminis quæſtionis noſtræ ſtate pacto, vel ſtatuto de lucrando dotẽ ſic tenuerunt Bal.in l.quod in nomine ff. de cond. inde Alex.in l.ſi cum dotem in fine ff. ſolut. matrimo.& conſi.133.num.3.lib.5.Iaſ.in l. poſt dotem nu.34.50.matri. Deci.in l.1.nu. 76.C.de ſen. quæ pro eo.quod. intereſ.pro. Alex.idem conſi. 5.col. penul.lib. 3. vbi ait communem Deci.conſ.195.col.2.vbi repetit communem Iaſ. conſi.90. li.3.& ex Barba.Ruin.Pala.Rub.Rip. & alijs communem & veram dicit Rolan.tract.de luc.dot.quęſ. 38.nu.9. Addit Gozadi. Marſili. Tiraquel. Boer.Ruin.& alios Meno.d.conſ.374.n.13. nouiſsime relatis paucis eandem ſequitur, Surd.deciſio.274.& conſi. 164.num. 14.lib. 2.num.4.5.atque etiam Pereg.vbi ſup.num. 89.in extremis verbis. idem Surd. tract. de

ali. titul.2.quæſt.15.num.230.Et in eiſdem
terminis noſtris idem Menochi. quem poſt
hæc ſcripta vidi conſil. 496. citaui alios ad
hoc inſtitutum ſup.quæſt. 8.num. 229.& ſe-
quen.num.61.lib.5. Exaratis his ſupereſt ad
contraria reſpondere: Non itaquę obſtant
leges illæ primo argumento allegatę,quibus
totam reſtituere hæreditatem grauatus, po-
teſt nihilominus Trebellianicam retinere:
quoniam procedunt de iure ff. quo nequibat
prohiberi falcidię, nec trebellianicæ detra-
ctio:& rationem illius tẽporis aſsignat Iuſti.
in §.ſed quia.de fideico.hæredi.& ſic ea iura
intelligunt Barto.& cæteri in citatis iuribus:
& animaduertunt Alex.Barba. Ruin. & alij
quos refert Rolan.tract.de lu.dot. quæſ.38.
num.14.Menochi. d.conſi. 374.nu. 2.3. Pe-
regrin.d.arti.3.nom.83.verſi. Ego in re hac;
& in hoc nullus contradicit: At cũ iure nouo
poſsit teſtator trebellianicam prohibere,ni-
hil mirum,ſi his verbis prohibuiſſe illius de-
tractionem cenſeatur. Inde ex eiſdem ipſis
verbis lucrum etiam dotis remiſſum.

Non obſtat ſecundum,quoniam ex relatis
modo conſtat communem opinionem eſſe
in contrarium.nedum antiquorũ, ſed & mo-
dernorum quos citaui in 5.pro hac parte ad-
ducto.

17 Non tertium † de l.ſi quis ad declinandã
quoniam ea legis verba,*Cum deſideret totam
ſuam ſubſtantiam &c.* Non ſunt verba teſta-
toris,ſed legiſlatoris,qui hoc tantum innue-
re voluit, quod quando teſtator ita vult diſ-
ponere vt ipſius bona ſine detractione falci-
diæ erogentur in redemptionem captiuo-
rum opus vt ipſosmet captiuos hæredes in-
ſtituat,quam etſi incertam inſtitutionem Iu-
ſtinianus valere voluit;non igitur ibi aliquid
dicit de horum verborum ſignificatione,to-
tam vel integram hæreditatem reſtituat: ſic
reſpondit poſt alios Meno.d.conſi.num. 18.
Reſpondet ſecundo,& hæc magis placet, il-
lius legis tempore Iuſtinianũ adhuc non pro-
hibuiſſe detractionem falcidiæ, vel trebel-
lianicæ, cũ nouiſsimis iuribus authenticorũ
id ſtatuerit d.auth.ſed cum teſtator dict.§.ſi
vero expreſsim,vnde illa ſumpta fuit.

18 Neque quartum, † de l. 2. §.ad filiorum,
quan.& quib.quar.pars lib.10.quia vere illa
verba, *nullaque parte diminutum, &c.* Fue-
runt ad maiorem declarationem poſita,non
vt ſignificent, quod verbum illud totum per
ſe ſolum non eſt potens ad impediendã de-
tractionem trebellianicę: ideo text.proceſ-
ſit vlterius declarando,vt ſimili reſponſione
vtuntur Bart.in l.hoc ædicto.§. quærentibus
in fine de publica.& vectiga. Soci.Iaſſ. Go-
mez.& Deci.relati per Meno.d.conſ.nu.23.

19 Quintum † non facit, quod magis vrget:
nam & id dicitur expreſſum quod ex conie-
cturis apparet,docet Ange.in d.§.ſi vero ex-
preſsim, Afflict.deciſio.44.n.15. Cor.Alex.
Iaſ.Crauet.& alij quos refert Meno.d.conſ.
374.nu.26.27.28.Vbi quibuſdam exemplis
20 pulchrè Angeli traditionem illuſtrat. † Ali-
ter reſponderi quoque poteſt,quod non di-
citur tacitum ſed expreſſum id quod ex mẽ-
te contrahentium deprehenditur l. prætor
in princi.& glo.in verbo expreſſum ff.de no.
ope.nuncia.vbi Bar.Bal.Angel.Imo. Roma.
Alex. Iaſ.& alij Tiraq. in ll. connubialibus
glo.7.nu.162.Meno. conſi.95.nu. 31.Petra.
21 tract.de fidei.quæſ.15.nu.154.155. † At ex
mente contrahentium in hac ſpecie conſtat,
ex vi verborum,totam vel integram dotem,
quę idem volunt, ac ſine diminutione l. no-
men filiarum §.fina.de lega.3.l.1.§. cum di-
citur ff.ſi cui plus quam per l.falcidiam l.de-
cem.de fideico. liber.l.fina. C.ad l. falcidi.
l.2.C.quan.& quib.quar.lib.10.conſequen-
ter in pacto quæſtionis de qua agimus poſi-
22 ta,lucrum dotis impedient.† Secundo & ex-
preſſum in iure noſtro dicitur quod ſequitur
ex verbis expreſsis Bart.in l.ſi fideiuſſor. §.
meminiſſe.de lega. 1. ex text. in l. vxore §.
agri plagam.de lega.3. Angel.Imol. Roma.
Alex.Iaſſ.Ruin.Bero.quos citat, & ſequitur
Surd.conſi.143.nu.20.idem Surd.conſ.294.
num.21. Zanch.in l.hæredes mei §. cum ita
par.4.nu.210.ad trebel. Tiraq.d. gloſ.7.nu.
179. Et expreſſum dicitur quod virtualiter
ſequitur ex verbis Craue. conſi. 149. nu.11.
Cæphal. conſi.152.nu. 76.cum igitur ex di-
ctis verbis expreſsis *totam vel integram do-
tem, &c.* Sequatur dotem diminutam dari
debere ſatis expreſſum dicetur pactum.

Non obſtat vltimum de glo.in d. l.nera-
tius,cui Rolan.& Meno. ſatisfaciunt multi-
23 pliciter,vera † autẽ ſolutio eſt:impẽſam fu-
neris æs alienum fore reſpectu dotis vxoris,
atq. ideo quicunq. hanc expenſam facit po-
teſt eam ex dote mulieris repetere, ad quẽ-
cunq. ea dos perueniat l.in eum eod. tit. de
reli.& ſump. fune. impenſa autẽ funeris vbi
dos apud virum remanſura non eſt,non per-
tinet ad eum l.ſic pro rata illo eod. tit. cum
24 l.ſequen. † Ita ſit vt cum maritus integram
dotẽ ſoluere promittit ſoluto matrimonio,
poſsit impenſam funeris,non obſtante pro-
miſsione retinere, quã etiam quilibet alius
deduceret d.l.in eum & l.at ſi quis §.interdũ
eod. tit. Neq. imputari poteſt marito pro-
miſsio illa dotis integræ reddendę; quẽ ve-
riſimile non eſt eo tunc de impenſa funeris,
quę ad eum non pertinebat cogitaſſe. Rur-
ſus in ſpecie noſtra nihil vir reſtituendo do-
tem mulieri de ſuo amittit,ſed lucrũ non ca-
pit,in cõtrario ſi impenſas funeris perderet

maxime;

maxime;at inter hæc maxima eſt differentia l.fina.in fine C.de codicil.

25 Declarauit † Bald.in dict.l.quod nomine regulam, & communem traditionem non procedere, vbi promiſsio per maritum facta; fuiſſet facta ex certa ſcientia, ſecus ſi per errorem, quem ſequuntur Angel. Imol. Alexan. Pala. Rub. Deci. & alij quos citat Roland.dict.quæſtio.num.15.

26 Neque † diſsimile cum maritus conuenit cum vxore in cõtractu matrimonij vt ſoluto matrimonio filijs communibus extantibus dos remaneat pænes hæredes mariti, ſi teſtamento condito vir leget vxori dotes ſuas, cenſetur vir tacite remiſiſſe vxori pactum atque ab eo recedere, l. 1. reſponſo. 1. ff.de do. prælega. gloſſ.in §. ſed ſi vxori. gloſ. 1. vbi Areti. inſti.de lega. Et reſpondit nouiſſime & egregie Surd.conſi.113.num.30.lib. 1.qui omnino videndus.

SVMMARIVM.

1 *Pactum in matrimonio conuentum de certa dotis portione lucranda ſtantibus filijs primi matrimonij, An intelligatur detracta prius per filios legitima, ardua diſputatio.*

2 *Quæſtio ſuperior ex Theſauri deciſione Cæſarea indiget conſtitutione.*

3 *Quæſtio prædicta ob illius ſummam difficultatem, ſæpius indeciſa remanſit.*

4 *Text.in l.hac ædictali C.de ſecun.nup. declaratur.*

5 *Imputatur in legitimam quod ex diſpoſitione legis vel ſtatuti percipitur.*

6 *Lucrum quod reuocatur ex diſpoſitione dict.l. hac ædictali non computatur in legitimam.*

7 *Filius quod ex pactis dotalibus conſequitur non imputat in legitimam.*

8 *Legitima nunquam cenſetur excluſa a l. vel ſtatuto niſi expreſsim fuerit dictum.*

9 *Text.in dict.l.hac ædictali in verſi.Ita tamen declaratur.*

10 *Legitima iure naturæ debita; & beneficium d. l.hac ædictali ſimul concurrunt, incommodum filiorum.*

11 *Beneficium d.l. hac ædictali pænale, ſimul cum alio rei perſecutorio concurrunt.*

12 *Text.in l.quoties ff.de actio. & obliga. interpretatur.*

13 *Maritus vbi ex lucro dotis quidquam conſequitur, intelligitur reſeruata filijs legitima ex priori matrimonio.*

14 *Text.in dict. l. hac ædictali iterum expenditur.*

15 *Lucrum quod filij conſequuntur ex diſpoſitione d.l.hac ædictali contra voluntatem parentum capiunt.*

16 *Bertrandi diſtinctio in d.l.hac ædictali.*

17 *Bertran. diſtinctio reprobatur.*

18 *Stante ſtatuto, vel pacto de dando vſufructum vitrico omnium bonorum de toto tempore vitæ ſuæ, intelligendum eſt ſalua filijs legitima.*

19 *Legato vſufructu bonorum patri, vel matri non continetur legitima.*

20 *Legitima integra relinqui debet in proprietate, & vſufructu.*

QVÆSTIO. XXXVII.

PACTO IN MATRIMONIO conuento de certa dotis portione lucranda, ſtantibus filijs primi matrimonij, An intelligatur detracta prius per filios legitima perplexa diſputatio.

1 THESAVRVS vir certe †
doctus deciſi. pedemon. 184.in
terminis ſtatuti, & pacti de lucrãda certa dotis portione extãtibus filijs prioris matrimonij, quæſtionem arduam poſt veteres excitauit, an pactũ hoc intelligatur detracta prius legitima per filios prioris matrimonij an vero detracto primum lucro per maritum: vtilitas maxima eſt: quoniam ſi prius detrahit lucrum maritus, filij prioris matrimonij minorem conſequentur legitimam, è conuerſo vbi filij detrahent ante maritum, is etiam non tantam lucri partem conſequetur ſicut conſequeretur ſi legitima de medio
2 non abduceretur: Grauis † vt dixi quęſtio,
quæ vt Theſau.ait d.deciſio.in princi.*Cæſa-*
3 *rea indiget conſtitutione:* † ſed & refert Ma-
ſuer.in addi.ad Papien.titu.de for.libel.quo agi.ad do.res in verbo dictæ dominæ, quod cum quæſtio hæc in Senatu illo Pedemontano tractaretur, nihil propter illius difficultatem fuiſſe deciſum ſed cauſam conuentione partium concordatam: Addit Theſaurus ſępius eo in Senatu, illo conſiliario exiſtente quæſtionem hanc accidiſſe, neque quidquã fuiſſe deciſum propter vota hinc inde inter Senatores diuerſa.

4 Videtur igitur † non poſſe filios legitimam prius detrahere ſtãte huiuſmodi pacto ex text. in l.hac ædictali. in verbis, *ſingulis æquas partes habentibus*, & in verbis. *Ita tamen quod quarta pars; &c.* C.de ſecun. nupt. iuncta gloſſa in verbo diuidi, ſenſit enim ibi expreſsim gloſſa quod vbi vxor dedit ſecundo viro centum quæ in bonis habebat, & marito lucrum dotis ipſa præmoriente conceſsit; quod filij ex primo matrimonio tantum conſequentur vt ij vna cum marito æquales ſint; conſequenter innuit

quod legitima filiorum confunditur in parte
illa pertingente filios : vt ſit ſenſus voluiſſe
Iuſtinianum in eo text. in dote æquales fore
partes diſtribuendas inter filios, & ſecun-
dum maritum, gloſam ſequuntur illic Cyn.
Iacob. de Rauen. Sali. in 2. queſtio. Anchar.
conſi. 101. col. 1. vbi ait opinionem hanc eſſe
de iure veriorem. Et præter citatos eandem
tenuerunt Angel. Caſtren. Hoſtien. Ioann.
Andre. Cuma. Anna. Boeri. & alij quos refe-
runt Rolan. tract. de luc. dot. quæſt. 27. Maſ-
ſuer. vbi ſup. Thæſau. d. deciſ. num. 2. Rolan.
conſi. 62. lib. 3. & veriorem & magis com-
munem Burſat. conſi. 211. num. 7.

5 Secundo † eadem opinio iuuatur quoniã
quod percipitur ex diſpoſitione legis, vel
ſtatuti id computatur in legitimam iure na-
turæ debitam gloſ. Bal. & cœteri in l. quam-
quam C. ad l. falcidi. Deci. Alexan. & alij
quos refert Crauet. conſi. 194. nu. 1. in fine.
At lucrum hoc percipitur ex diſpoſitione d.
l. hac ædictali, igitur in legitimam ſibi im-
putari debet: quod ſi ita eſt, vbi filius præter
hanc portionem legitimam haberet præci-
puam, duas ex eodem patrimonio deduceret
partes, quod abſurdum videretur : his dua-
bus rationibus exiſtimarunt ſupra citati au-
thores filiò imputandam portionem quã ca-
pit ex diſpoſitione d. l. hac ædictali.

6 Contrariam † ſententiam tenuerunt alij
multi, & maioris authoritatis; quod prẹter
legitimam filius æqualem cum marito por-
tionem habere debeat gloſſ. in §. optime in
auth. de Nup. in verbo quippe, quæ apertiſ-
ſimè id docuit, Barto. in l. 1. C. de ino. doti.
docens, lucrum quod reuocatur per diſpoſi-
tionem d. l. hac ædictali non computari in le-
gitimam, quia querella inoficioſæ dotis da-
tur ad retractandum lucrum dotis vſque ad
legitimam debitam filijs; remedium d. l.
hac ædictali datur vt in reſiduo filij primi
matrimonij ad æqualitatẽ cum victrico re-
ducantur. Bart. ibi ſequuntur Bal. & Pau. de
Caſt. qui ibi ſubiungit ordinem hunc ſeruari
oportere; vt primo petatur legitima per
querellam inoficioſæ dotis, quæ ante omnia
deducenda eſt; poſt reſiduum æqualiter inter
filiũ, aut filios prioris matrimonij, & victri-
cum erit diuidendum: Addit etiam quod ab
hac opinione temerarium foret recedere in
conſulendo, prout verè ſic conſuluit conſil.
173. & conſi. 348. li. 2. & conſil. 462. eo. Prac.
Papien. titul. de for. libel. quo vxor agit ad
dot. reſtituen. ver. dictæ dominę vbi Maſſue.
ad eum Anchar. conſi. 101. Cuma. conſ. 108.
Fulgo. conſi. 88. & 97. Socin. conſi. 35. ad fi-
nem lib. 4. vbi dicit quod cum pro hac parte
ſit authoritas Bart. & Bald. qui fuerunt iuris
illuminatores non eſt ab ea recedendũ. Ber-
tran. qui communem conſi. 869. li. 1. Rip. in
l. in quartam nu. 219. ad l. falcidiam Rolan.
qui & alios plures citat cõmunem repetens
tract. de luc. dot. queſ. 27. num. 5. Deci. conſi.
246. col. 2. Cuch. in tract. de legiti. Rub. quæ
in legi. ſint. imp. verbo. ex ſubſtantia num. 2.
receptiſsimam etiam Craſſ. in §. legitima n.
5. Crauet. egregie d. conſi. 194. a num. 1. &
per totum, qui in hoc caſu reſpondit pro cõ-
muni Auguſ. Bero. quæſ. 119. a num. 1. vbi
diſputat Phann. in tract. de luc. dot. in verbo
ſuperſtitibus liberis num. 43. vbi refert ſic
apud rotam Romanam referẽte Mohedano
iudicatum Nenizan. conſil. 84. num. 20. Fu-
magi. Alfan. Fabian. Rube. Vaſq. Coraſi.
quos refert & ſequitur Theſau. dict. deciſi.
num. 4. & 5. & inibi dixit ita Senatum illum
Pedemontan. iudicaſſe nedum ſemel; ſed
pluries : Et quod ita etiam affirmabat Pu-
teus Rotam Romanam iudicaſſe : ſubdit ex-
tremo quod de hac quæſtione in illo Senatu
non eſt amplius dubitandum. Anton. Gabr.
qui Ruin. Bero. Boeri. & alios memorat lib.
commu. 3. tit. de ſecun. nup. concluſi. 4. num.
61. verſic. Contrarium quod imo. Pechi. tra-
ctat. de teſta. coniunc. libr. 2. cap. 18. num. 3.
quibus addo nouiſsimè non tamen relato
Theſauro nec alijs idem ſentire Surd. de-
ciſio. 169. num. 5. rationemque reddit poſt
omnes ſupra citatos, quia quæ non obueniũt
ex ſubſtanria patris, aut matris, ſed aliunde
ex lucro legis vel ſtatuti, quod hæc non im-
putantur in legitimam ſed vt præcipua ha-
bentur, idque dicit in terminis noſtris dict.
l. hac ædictali idem ſcripſit Craſſ. vbi ſupra
7 Vaſqui. & alij: vnde † & idem Vaſq. tracta.
de ſucceſsio. creatio. lib. 3. §. 30. num. 233.
docuit ex Coraſi. & Rip. quos ibi memorat,
quod filius vbi aliquid capit ex pactis dota-
libus non tenetur in illius legitimam impu-
8 tare. Secundo † hanc partem tuetur altera
ratio. quod nunquam lex, ſtatutum, vel pa-
ctum excludit legitimam, niſi expreſſe de
ea faciat mentionem l. ſi quando §. & gene-
raliter C. de inoffi. teſtament. vbi Guillerm.
Cunc. Bald. Angel. Alberi. Salice. Caſtren. &
Iaſſo. num. 5. qui eos memorat omnes Cu-
man. conſil. 188. Fulgo. conſil. 84. column. 2.
Guid. Pap. deciſio. 93. a num. 1. Alexan. con-
ſil. 8. num. 22. lib. 3. conſil. 89. num. 13. libr.
4. Deci. conſil. 392. num. 4. conſil. 525. num.
4. Pariſi. conſil. 1. num. 103. conſil. 9. & conſi.
26. num. 93. lib. 3. Boeri. deciſio. 14. num. 6.
Gramma. deciſio. 102. num. 88. Tiraquel.
tract. de iur. primo. quæſt. 55. num. 6. Ruin.
conſi. 97. nu. 2. lib. 1. Crauet. conſil. 312. nu.
fin. Rub. conſi. 43. nu. 11. Ioſep. Ludo. deciſi.
Luca. 28. nu. 18. cum ſequent. multis The-
ſau. dict. deciſ. 184. nu. 3. vnde cum expreſſe
filij

filij à legitima non fuerint excluſi in d. l.hac
ædictali, ab illius integra portionis petitio-
ne excluſi nun cenſentur.
9 Tertio † hanc ipſam ſententiam compro-
bat idem ille text. in l.hac ædictali in ver-
bis, *ita tamen vt quarta pars, quæ eiſdem li-
beris debetur ex legibus, nullo modo minua-
tur.* ex text.in dict.§.optimè in verbis, *Quip-
pe dudum quarta, nunc autem tertia aut media
ſecundum noſtram legem portione omnino fi-
lijs relinquenda, aut danda, niſi rurſus ingra-
10 titudines ratio contradicat:* Ex † quibus ver-
bis deducit Accurtius debitum naturale le-
gitimæ, & beneficium dict.l.hac ædictali ſi-
mul cōcurrere in filiorum commodum poſ-
ſe, neque vnum impedire aliud, cum ex di-
uerſis principijs proficiſcantur; legitima à
iure naturæ: ſecundum hoc, ex delicto (ſi
delictum poteſt nominari) tranſeuntis ad ſe-
11 cundas nuptias; *Vnde* † (ait) *tamquam vnum
pœnale & aliud, rei perſequutorium ſe ſe non
impediunt.* l. ſi pro fure §. furti de condic.
furti.l.ſi pignore §.cum furti ff.de furt. con-
12 fert text. † in l. quoties ff. de actio. & obli-
ga. vbi ſi lex nouam introducit obligatio-
nem, niſi nominatim ſtatuerit vt ſola ipſa
actione vtamur, veteres eo nomine itidem
actiones nobis competunt, quæ ſublatæ non
cenſentur: quod etiam argumentum addu-
xit Rolan.dict.quęſt.num.4.proinde cum vt
dixi legitima à iure naturali defluat l. cum
ratio cum ſimilibus de bon.dam.hoc de quo
agimus à principali cōſtitutione, vnum aliud
non excludit.
13 Quarto † facit, quia vbi ex lucro dotis
maritus quidquam ex pacto conſequuturus
eſt intelligitur reſeruata ſemper legitima fi-
lijs prioris matrimonij iuxta formam dict.l.
hac ędictali vt authoritate Caſtren. Cuma.
Decij Riminal. & Theſau. reſpondit Surd.
conſ.401.num.8.lib.3.
14 Non † obſtant duo priora argumenta qui-
bus in principio citati authores contrariam
probarunt: Imprimis text.in dict.l.hac ędi-
ctali in precitatis locis, quoniā ea Iuſtinia-
ni verba non aliud volunt quam oſtendere
æqualitatem ſeruari debere inter liberos
primi matrimonij, & maritum, cui vxor re-
linquit, non autem excludit legitimam fi-
lijs altero iure naturæ ſcilicet debitam, cu-
ius alioquin expreſſa mentio neceſſaria erat
dict.l.ſi quando §.& generaliter: Atque hunc
ſenſum oſtendunt verba eiuſdem legis ſupra
in tertio pro hac parte adducto argumento
ponderata in verſic. Ita tamen & in d. §.op-
time in verſic. Quippe.
Sed neque gloſ. quæ allegatur in contra-
rium in dict. l. hac ædictali in verbo diuidi,
quam pro contraria aduerſantes adducunt,
ſic intelligenda eſt vt credunt; quoniam eam
prior Fulgo. in citato conſ. 97. ſic interpre-
tatur, vt ſolum notet inter filios primi con-
iugij, & ſecundi æqualitatem quoad lucrum
dict.l.hac ædictali; de legitima nullum ver-
bum; Et probabilius eſt ſic eam declarate
ne ſibi ipſi contradicat, cum contrarium do-
cuerit in dict.§.optimè: & idem conſiderauit
Pau.de Caſtr.in d.conſ.462.Rolan.d.quæſt.
27.num.7.& alij citati interpretes.
Non obſtat ſecundum argumentum quo-
niam verum eſt ea, quæ ex diſpoſitione le-
gis, vel ſtatuti percipiuntur in legitimam
imputari, cæterum id intelligendum quando
quod capitur non eſt aduerſus expreſſam vo-
luntatem teſtatoris, prout eſt Trebellianica
15 expreſſe non prohibita, & huic ſimilia: At †
quod filij capiunt primi matrimonij ex diſ-
poſitione d.l.hac ędictali, id capiunt contra
voluntatem patris expreſſam, & in eius odiū
propter tranſitum ad ſecundas nuptias: Ita
fit vt quod in illius odium ſtatuitur in fauo-
rem retorqueri non poſsit: ſic erudirè reſ-
pondit poſt Anna. Corne. & Deci. Crauet.
dict.conſil.194.nu.3.& 4. Rolan.dict.quæſt.
num.8.
16 Neque ſilentio † prætereunda eſt diſtin-
ctio quædam Bertran. in dict. l.hac ædictali
num.25.Crauet.conſ.524.num.4.Decij. Ia-
cobi & aliorum, quos citat Theſau. dict.de-
ciſio.nu.6. dicentium, contrarias haſce opi-
niones poſſe hoc modo conciliari; & prior
opinio procedat quando vigeret ſtatutum,
vel conſuetudo, quæ hanc dotis portionem
marito tribueret: Altera magis communis
vbi ex pacto lucrum deferretur. Rationem
reddunt diuerſitatis quoniam vbi maritus
lucrum in vim ſtatuti percipit, id capit ex
diſpoſitione legis municipalis abſque vllo
vxoris facto, conſequenter ratio odij ſecun-
do nubentis mulieris, quę cauſam dedit diſ-
poſitionis d.l.hac ædictali ceſſat.
Secundo caſu vbi ex pacto, lucrum facto
vxoris, & illius voluntate deſcendit, in cuius
odium lex ei reſiſtit, propterea prioris ma-
17 trimonij filij vocantur: Hanc † tamen diſtin-
ctionem imprubant Caſſa. Cuma. Deci. quos
refert Theſau.d.deciſio.num.7.dicens quod
ſiue loquamur in ſtatuto, vel pacto idem ſit
iudicādum, & quod hanc diſtinctionē noluit
admittere Senatus ille veluti contrariā com-
munibus traditionibus, & licet nullā reddat
rationē hæc mihi probabilis videtur, quod
ſiue loquamur in pacto ſiue ſtatuto vbiq. ra-
tio odij militat, etſi enim ſtatutum lucrum
hoc deferat maritis propter onera matri-
monij vt ex cōmuni reſolui hoc lib.quęſ.21.
tū non ideo ſequitur ſecundas nuptias odio-
ſas non eſſe, vnde cum tales ſint ratio, quæ in

pacto vindicat, eadem in ſtatuti diſpoſitio-
ne militabit.
18 Extende † communem traditionem, etiã
ſi ſtatutum, vel conſuetudo victrico daret v-
ſumfructum omnium bonorum toto tem-
pore vitæ ſua, vel cum pacto conuẽtum fuiſ-
ſet vt præmoriente vxore vir toto illius vitę
tempore vſumfructum potiretur, conſeque-
tur enim filius legitimam ſtatim, non ſpe-
ctata victrici morte, quia in ea grauamen
nullum, vel onus imponi poteſt, neque etiam
dilatio l. quoniam in prioribus cum vulga.
19 C. de inoffi. teſtam. Huic † ſimile eſt quod
legato vſufructu omnium bonorum, etſi pa-
tri vel matri, non tamen cenſetur compre-
hẽſa legitima, ſed exceptuata pænitus rema-
net: ſic ducuit idem Theſau. dict. deciſio.
num. 8. & 9. Bartoli authoritate in l. vxori
ff. de vſufr. lega. citat etiam Deci. conſi. 418.
num. 2. conſi. 485. num. 14. conſi. 590. num.
5. & licet dubiam eſſe dicant opinionem ta-
men ſecundum ipſam iudicaſſe Senatum il-
lum refert. quæ ſententia expreſsim iuua-
tur tex. in §. prohibemus in authen. de trien.
& ſemiſ. in auth. nouiſsima C. de inoffi. teſta.
quibus quidem iuribus communis opinio
20 defenditur: integra † enim legitima relin-
qui debet in proprietate, & vſufructu. Et
hanc opinionem dixit communem Socin.
conſil. 107. num. 7. libr. 1. pro qua iudica-
tum fuiſſe affirmat: Alexan. conſi. 29. num.
2. lib. 4. Iaſſo. in auth. nouiſsima num. 44. C.
de inoffi. teſtam. Rodri. Xuar. in l. quoniam
in priori. (vbi & communem dicit) amplia-
tione. 3. num. 2. C. de inof. teſt. & eſſe expe-
ditam ſentẽtiam hodie affirmat Vazq. trac.
de ſucceſsio. creatio. libr. 1. §. 10. num. 454.
& libr. 2. §. 20. num. 288. Theſau. idem de-
ciſio. 127. num. 3. & 4. Craſſ. in §. legitima
quæſt. 39. num. 23. Boeri. deciſio. 113. num.
2. Pariſi. conſil. 94. num. 37. conſil. 96. num.
30. lib. 2. Eandem communem, & veram ex
Corn. Ruin. & alijs dixit Caualca. tract. de
vſufruct. mulier. nu. 95. limitat autem com-
munem opinionem de qua ſupra Theſau. d.
deciſ. vbi extaret ſtatutum de lucranda ęqua-
liter dote inter victricum, & filios prioris
matrimonij, ſed quia extra propoſitum quæ-
ſtionis inſtitutæ prætereo.

SVMMARIVM.

1 *Pactum de lucrando dotem, an ad iocalia ex-*
tendatur.
2 *Iocalia quæ extra dotem dantur ſunt acceſſo-*
ria ad dotem.
3 *Dotis additamentum naturam dotis ſequi-*
tur.
4 *Statuto ſtante, quod filia poſsit de bonis ſuis*
teſtari, extenditur ad iocalia.
5 *Bona quæ extra dotem dantur, ſunt de appen-*
dicibus dotis.
6 *Donatio ſicut valet inter patrem, & filium*
ex cauſa dotis, ſic etiam reſpectu ioca-
lium.
7 *Dotis appellatione non ſolum venit dos ipſa,*
ſed etiam iocalia.
8 *Dos admodum priuilegiata.*
9 *Poteſt fieri per pactum id, quod per ſtatutum,*
quando pactum probibitum non eſt.
10 *Statuta de lucranda dote ſunt iuris communis*
correctoria.
11 *Statuta de lucranda dote pœnalia iudican-*
tur.
12 *Interpratatio ſtricta ſit in pactis.*
13 *Dos datur propter onera matrimonij.*
14 *Maritus rerum dotalium dominus.*
15 *Dotis additamentum ſequitur naturam do-*
tis.
16 *Iocalia intuitu ſponſæ donantur.*
17 *Data contemplatione alterius ei quæruntur,*
cuius contemplatione donata fuerunt.
18 *Donata ſponſæ à conſanguineis mariti, con-*
templatione illius donata cenſentur.
19 *Coniectura vbi alia quam donationis capi po-*
teſt, ea capienda eſt.
20 *Iocalia ex communi conſuetudine ſolent dari*
à parentibus cum filias nuptus tradunt.
21 *Iocalia donata non cenſentur.*
22 *Iocalia reſpectu mulieris dos appellari poſ-*
ſunt.
23 *Theſauri diſtinctio inter contrarias opinio-*
nes:
23 *Theſauri conſiliatio reprobatur.*

QVÆSTIO XXXVIII.

PACTVM DE LVCRANDA dote in contractu matrimonij celebratum, an ad iocalia, & alia præter dotem ſponſæ data extendatur, vt ea maritus lucretur.

1 ANCEPS † & dubia quæſtio
olim fuit, ſtante ſtatuto de dote
per maritum lucranda, an ſicut
dotem ſic iocalia, & alia in or-
natum ſponſæ data maritus lu-
cretur; quam quæſtionem diſputauit Rolan.
tract. de lucr. dot. quæſtio. 50. & Theſau.
poſt deciſio. pedemont. 195. Cœterum ij
loquuntur in terminis ſtatuti: quæſtio noſ-
tra in pacto, quam in hac ſpecie nullus quem
ego viderim tractauit: videtur igitur prima
facie defendi poſſe, quod ſicut maritus lucra
tur dotem ſic & iocalia.
2 Primo † quoniam iocalia, & alia his ſimi-
lia,

Digitized by Google

lia,quæ extra dotem dantur marito vt acceſ-
ſoria,& veluti dotis additamenta dantur,cum
ſi non darentur, tanto minor dos foret, vt
conſiderauit Pau.de Caſtr. in l. cum pater §.
pater filiæ num.2. de lega. 2. Alex.conſ.27.
nu.10.lib.5.conſ.117.nu.23. Theſau.d.de-
ciſ.155.num.4.5. His adde quod Picus in l.
in quartam num.182.ad l.falcid.dixit,quod
ſicut dos imputatur filiæ in legitimam ſic &
acceſſoria illius veluti iocalia,veſtes & his ſi-
milia quæ dicuntur de appendicibus dotis,
quem refert & ſequitur Surd.deciſ.119.n.2.
3 dixi latius infra quæſt.47.num.41. At † ad-
ditamentum dotis ſequitur dotem,& eodem
iure,quo dos cenſetur,dixit Papinianus in l.
inter ſocerum §. cum inter de pact. dotal.l.
etiam C.de iur.doti. & multorum relatione
dixi hoc libro quæſt.22.in verſic.Subdit Ti-
raquel.ſupra & quæſt.23.verſic.Contrarium
tamen in fine,vbi Menoch.Surd.& alios ad-
didi. Cum igitur iocalia acceſſoria ſint ad
dotem pactum de dote lucranda ad iocalia
ipſa extendetur.

4 Secundo † ſtante ſtatuto quod filia poſſit
de bonis teſtari, intelligitur etiam & de ac-
ceſſorijs qualia veſtes, annuli, iocalia & his
ſimilia reſpondit ex proxima adducta ratio-
ne Anna. conſ.36. Theſau. d. deciſ. num.5.
verſic. Secundo facit: ſubiungit Rolan.dict.
quæſt.50.num.4. hoc argumentum in tuitio-
nem huius ſecundi,quoniam inquit, aut vo-
lumus dicere quod hæc ſint pars dotis,& idẽ
tunc quod de dote iudicandum l. fundi par-
tem in ſin. de condi. emp. l. quæ de tota de
rei.vindi.aut dicimus iocalia fore appendi-
ces dotis, & tunc idem l.ſi quis hæres inſti-
tutus ff.de acqui.hæredi. aut volumus dicere
quod ſint additamentum dotis, & idem etiã
hoc caſu dict. l. inter ſocerum §.cum inter
de pact. dotali. omni itaque caſu acceſſoria
ad dotem eodem iure , quo dos cenſeri de-
bent.

5 Tertio † facit traditio Alex.conſ.27.col.
penult.lib.5.quem citauit Rolan.d.quæſt.&
poſt Theſau. vbi dixit,iocalia,& bona para-
fernalia , quæ dantur per patrem filiæ tem-
pore nuptiarum,& cauſa matrimonij,ſecun-
dum communem conſuetudinem ſunt de ap-
pendicibus,& acceſſorijs dotis,& de his idẽ,
quod de dote iudicatur.

6 Quarto † confert traditio Paul.Caſtr.in l.
cum pater §.pater filijs de lega.2. vbi docuit
quod ſicut valet donatio inter patrem, & fi-
lium cauſa dotis l.Pomponius Philadelphus
ff. fami. hercif. ſic & valet donatio reſpectu
iocalium.

7 Quinto † argumentatur Theſau.quod ap-
pellatione dotis venit non ſolum dos, quæ
in pecunia conſiſtit, ſed & alia ſponſæ orna-
menta,quæ quoad ipſam dos dicuntur l. 2. §.
dotes ff. de ſun.inſtruc.

8 Sexto idem † Theſau.ſic,dos priuilegiata
admodum eſt, & reputatur proprium patri-
monium mulieris , & in eius alienatione lex
magis ſtrictè procedit, quam in cæteris reb⁹
non dotalibus tot.titu.ff.& C.de fun.dot.in-
de ille argumentatur,quod ſi ſtatutum vellit
marito mortua vxore dotem illius lucro ce-
dere,quæ tam priuilegiata eſt , multo magis
idem in bonis extra dotem datis, quod ar-
gumentum etſi in terminis ſit ſtatuti ad pa-
ctum etiam lucrandæ dotis extendi poteſt,
9 quando (vt non ſemel dixi) valeat † argu-
mentum de pacto ad ſtatutum,& econuerſo,
quando poteſt per pactum fieri id,quod per
ſtatutum ad ea quæ Euerar.in Topi.lega.lo-
co 89. à num.1. vnde cum poſſit fieri pactũ
de dote lucranda niſi in certis caſibus vt di-
xi hoc libro quæſt.19.verſic.Contraria tamẽ
opinio,& quæſt.precedenti in verſic.Neque
ſilentio prætereunda, rectè argumentum de
ſtatuto ad pactum duci poteſt.

His adducti rationibus hanc tenuerunt
opinionẽ in ſtatuto loquentes Paul.de Caſt.
Alex. Anna. Floria. Phanu.Curti.iuni. quos
referunt,& ſequuntur Rolan. d.quæſt.50. &
Theſau.citata deciſio.vbi & magis commu-
nem dicit.

Contrariam opinionem retentis terminis
ſtatuti tenuerunt Socin.conſ.93.nu.6.lib.1.
Cagno.in l.cum principalibus vbi ita iudica-
10 tum Vercellis ſcribit. Mouentur † citati in-
terpretes,quoniam ſtatutum hoc eſt iuris cõ-
munis correctorium cum dos vxore mortua
ad eam,illiusvè filios , aut ad patrẽ qui eam
dedit redire debeat l. dos à patre C.ſolut.
matrimo. l.vbi adhuc C. de iur. doti. neque
mortua vxore maritus ex dote ſecundum iu-
ris diſpoſitionem quidquam poſſit lucrari
Capi.nuper de dona.int.vir.& vxor. Et dici-
11 tur † pœnale quia minuit patrimonium mu-
lieris l.3.de dam.infec. auſertq. facultatem
vxori diſponendi de rebus ſuis,conſequen-
ter nedum exorbitans, ſed odioſum , vt hæc
& ſimilia cumulat Rolan. tractat. de lu.dor.
quęſt.2. à num.1.vnde vti exorbitans,corre-
ctorium,& odioſum ſtrictè quãtum fieri po-
teſt interpretandum eſt l. 3. §. hęc verba de
nego.geſ. l. cõſtitutionibus cum ſimilibus ff.
ad munici.

12 His adde † in terminis quęſtionis noſtræ
pacti ſcilicet, quod tanto magis prędicta ra-
tio locum vindicabit , cum pactum hoc de
dote lucranda ſit ſaltim pręter iuris diſpoſi-
tionem,& in pactis ſtricta debeat fieri inter-
pretatio,vt in his quod omiſſũ eſt pro omiſ-
ſo habendum ſit,nec ſuppleri poſſit vt mul-
torum teſtimonio dixi hoc lib. quęſt. 23. in
princi.

Digitized by Google

princi. conſequenter pactum, vel ſtatutum
de dote lucranda ad iocalia extendi non
poteſt.

13 Secundo † dos datur propter onera ma-
trimonij ſuſtinenda l. pro oneribus C. de iur.
doti. & ſicut ſtatuta, & pacta de lucranda do-
te videntur ſacta vt oneribus matrimonij
ſubueniatur facilius, vt ex multis docui hoc
lib. quæſt. 22. in verſic. Subdit Tiraq. reliqua
quæ extra dotem, ita dãtur vt in totum vxo-
ris ſint, quæ nec oneribus debeant deſeruire
matrimonij l. ſi ego §. penul. ff. de iur. doti.

14 Tertio maritus † rerum dotalium dicitur
dominus l. doce ancillam C. de rei vindica.
in cæteris nec vſumfructum quidem habet l.
penul. C. de pact. conuen. d. l. ſi ego §. penul.
Deci. conſ. 321. num. 3. latiſsimè proſequi-
tur Theſau. deciſ. 187. & ex multis reſoluit
Caualca. tracta. de vſufruc. muli. relic. n. 206.
Surd. deciſ. 192. num. 1. Quare à dote ad io-
calia, & cætera bona paraphernalia nõ rectè
procedit argumentum. Et hæc opinio mihi
verior videtur magis æqua & conformis diſ-
poſitioni iuris communis; Tum quia contra-
ria tollit facultatem ſi non in toto in parte
tamen vxori vt de ſuo non poſsit patrimo-
nio diſponere. Vnde non oberunt contrariæ
rationes, quarum diſſolutione clariſsimè hęc
opinio iuſtificabitur.

Non obſtat prior, in qua totam vim fa-
ciunt contrariam tenentes quod ſcilicet io-
calia, veſtes, & paraphernalia ſunt veluti do-
tis datæ additamentum d. l. inter locerũ §. cũ
15 inter de pact. dota. Et † additamẽtum ſequi-
tur dotem, & vno cum illo iure cẽſetur. Reſ-
pondetur tex. in d. §. cum inter non loqui niſi
de dotis additamento, veluti augmento, do-
natione propter nuptias, & ſimilibus quę do-
tem reſpiciũt; nos in iocalibus, & parapher-
nis, quæ nullum ad dotem datam reſpectum
habent; quoniam in ornatum vxoris dantur
intuitu matrimonij, non autem dotis, quæ
ſunt lõge diuerſa; cum poſsit matrimonium
ſtare ſine dote vt non ſemel in hoc tractatu
dixi poſt interpretes in rubr. & l. 1. ff. ſolut.
16 matrimo. Dantur † autem intuitu ſponſæ, &
non dotis vt ipſa ornatior, & decora magis
incedat, vt dixit Angel. conſ. 139. & noſtri
omnes indiferenter. Caſtren. Fulgo. Angel.
Alexan. & alij quos retulit Rolan. conſ. 10.
num. 12. lib. 1. Surd. deciſ. 166. num. 27. vnde
cum ſolius ſponſæ intuitu data ſint ipſi ſoli
17 quæruntur non marito, ex generali † regula
ab omnibus inconcuſſe approbata, quod ali-
cui data contemplatione alterius, ei quærũ-
tur cuius contemplatione donata fuerunt, ex
traditione Barto. in l. ſed ſi plures §. in arro-
gato ff. de vulga. quem ibi tota interpretum
caterua probat & ſequitur latiſsimè Meno.
lib. 3. præſump. præſump. 28. à num. 1. Surd.
deciſ. 322. Inde ſecundum hanc regulam etſi
fuiſſent data marito, adhuc cum contempla-
tione illius vxoris data ſint, ipſi, non marito
quærerentur: vnde fere in terminis docue-
18 runt † Alex. & Imol. in d. §. in arrogato quod
donata ſponſæ à conſanguineis mariti, cum
data cenſeantur contemplatione illius, & nõ
vxoris, debentur marito, & illius hæredibus,
quos ſequitur Palar. Rube. in rubr. de dona.
int. vir. & vxor. §. 45. num. 1. Ruin. conſ. 196.
num. 6. Cœpha. conſ. 105. num. 33. Menoch.
qui alios lib. pręſump. 3. præſump. 28. nu. 9.
Surd. deciſ. 322. num. 51. in fine. Conuerſo
igitur donata à patre, vel conſanguineis ſpõ-
ſo cum contemplatione ſua, & non mariti
data ſint ipſi ſoli debentur.

19 Accedit his † quod vbi alia coniectura,
quam donationis capi poteſt, ea eſt ſumenda
Bal. conſ. 189. in fine lib. 2. ex l. eleganter §.
qui reprobos de pigno. actio. l. ſi cum aurum
de ſolu. Deci. conſ. 380. num. 4. & his alios
multos ſuperaddunt Menoch. de arbi. iud.
quæſt. lib. 2. caſu. 88. à num. 1. idem lib. præ-
ſump. 3. præſump. 12. num. 11. & pręſum. 71.
num. 2. egregie Surd. tracta. de alimen. tit. 6.
quęſt. 1. à nu. 4. cum ſequen. multis. at in hac
ſpecie manifeſta eſt coniectura, ſcilicet vt
mulier ornata magis incedat & decora, igi-
tur non cenſentur marito iocalia donata.
20 Rurſus † ex probata ab omnibus gentibus
conſuetudine ſolent parentes dum nuptui
filias tradunt annulos eis, gemmas, vel alia
iocalia dare, vt ſine verecundia, & rubore
fœlicius maritus ſpectantibus omnibus or-
natam ſponſam accipiat; cum itaq. id ea de
cauſa fiat, donatio marito facta vna cũ dote
non præſumetur, quia veluti neceſsitate co-
gente id fit, & in neceſsitatibus nemo libe-
ralis exiſtit l. rem legatam cum ſimilibus de
21 alimen. lega. Sic † in terminis iocalium tra-
ditorum ab ſponſo ſeu illius patre, aut con-
ſanguineis ſponſę, vt donata illi non cen-
ſeantur, reſponderunt Roman. Pau. Caſtren.
Angel. & alij, quos refert, & ſequitur Surd.
deciſ. 166. num. 27. 28. Neq. illa conſidera-
tio à me adducta iuuat, quod ſicut dos impu-
tatur filiæ in legitimam ſic iocalia, quoniam
id ex eo eſt, quia ex ſubſtantia paterna pro-
cedunt, proinde ea omnia, quæ inde oriun-
tur imputantur l. certum C. fami. herciſ.

Neq. obſtat ſecundum, quoniam authori-
tas Annaniæ probabilis eſt non neceſſaria; tũ
& quia ideo illic ſtatutum compræhẽdit io-
calia, quoniam agitur de fauore mulieris, vt
ſic tam de dote, quam eius appendicijs poſ-
ſit teſtari; at in noſtra ſpecie agitur de odio,
& coarctanda etiam libera teſtandi de bonis
omnibus facultate vt ſupra dixi.

Non

Digitized by Google

Non tertium,quoniam etſi iocalia de appendicijs dicantur, non ideo ſequitur vt eiſdem regulis ſubijciantur, quibus dos ipſa maxime in pactis,& ſtatutis, in quibus ſtricta fieri interpretatio debet: Rurſus non valet argumentum,maritus lucratur dotē ergo & iocalia dotis, cum longe diuerſa ſit inter dotem,& iocalia ratio;quia dos marito traditur; iocalia mulieri ornatus gratia vt ſupra. neque valet argumentum de maiori ad minus affirmatiue vbi ratio diuerſitatis, vel differentiæ reperitur; id tunc contingit quādo maius,& minus, principale, vel acceſſorium diuerſæ ſunt conditionis l. ſolemus §. latrunculator de ludi. ff. notauit Deci. in l. non debet num.5.& 6.verſi.Non obſtat cap. fina.de regu.iur.& num.8.verſic. Vltimo fallit de regu.iur.vbi Cagno.poſt eum, vnde cū iocalia diuerſam habeant rationem, quam dos,ius etiam diuerſum conſtitui debet.

Neque quartum obſtat, nam etſi valeat donatio inter patrem,& filium reſpectu iocalium,vt valet reſpectu dotis, non inde ſequitur maritus ex pacto, vel ſtatuto lucratur dotem, ergo & iocalia agitur enim in priori caſu de fauore matrimonij,& filiæ nubendę, ideo donatio ad acceſſoria extenditur;nulla enim diuerſitatis ratio,quæ id impediat cōſiderari poteſt,in noſtra ſpecie ſecus.

22 Non quintum, ✝ quod appellatione dotis veniat tiedom pecunia numerata, ſed etiam iocalia,quæ quo ad ipſam vt ille ait dos dicuntur. Reſpondetur eiuſdē Theſauri verba ſecum ſolutionem adferre.iocalia enim quo ad mulierem dos ſunt, igitur quo ad virum minime.Neq. text.ille quem citat in d. l. 2. §.dotes de fun. inſtruct. probat id ad quod ipſum allegat. ſenſus enim illius text. eſt quod ſicut dotes nuptijs,ſic inſtrumenta prædijs attribuuntur vt illis deſeruiant: ſic in l. amici §.fideiuſſores ff.de fideiuſ. vbi eadem dicendi phraſi loquitur l.C.& in l.Seye §.1. & §.prædia de fun.inſtruc.

Non obſtat extrema Theſauri ratio, quoniam vt non ſemel ſupra animaduertit maxima inter dotem, & iocalia differentię ratio eſt.ideo nec valet argumētatio, ſtatutum defert lucrum dotis marito, ergo & iocalia eiuſdem vxoris; tum quia odioſum ſit ſtatutum vel pactum, tum & ſtrictè interpretandum,quia aduerſus iuris diſpoſitionem;tum quia ſaltim in parte liberam aufert teſtandi facultatem,tum quia minuit mulieris patrimonium, tum quia iocalia intuitu propriæ ipſius perſonæ dantur non mariti:vt non iniuria idem Theſaurus dixerit poſt ſupra ab eo adductas rationes,negari non poſſe, quin dubius ſit admodum articulus,& difficilis,& quod Senatus ille vbi caſus occurrebat, du-

23 bitabat admodum: ✝ vnde idem ipſe ſic cōſiliari poſſe duas inuicem contrarias opiniones ſcribit : *Nam inquit aut iocalia & ea, quæ dātur ſponſæ aſcendunt ad valorem dotis, vel vltra, & tunc cum maior, aut æqualis ſit ſumma acceſſorij; ſtatutum de dote lucranda non continebit iocalia & hoc modo procedat cōtra communem opinio; aut vero minoris ſint valoris,& eo in caſu lucrando dotem maritus in vim ſtatuti lucrabitur, etiam iocalia veluti acceſſoria ad eam,& ſic intelligatur communis ſententia*,quod eſſe dicit de mente Socin.cōſil.91.ſup. citato & Phanucij in trac.de luc. dot.gloſ. dotis & confedorum num. 1. (qui tamen hoc non dicunt nec ſentiunt) vt mihi videtur:Nihilominus ſecundum hanc diſtinctionem aſſerit iudicaſſe Senatum illum , &

24 per tres ſententias conformes : ✝ Mihi diſtinctio Theſauri non placet, nam quod ſint iocalia maioris vel minoris ęſtimationis,quā dos,non facit differre ſpecie , neque id iuris mutat effectum l. fina. ff. de fun. inſtruct. l. ſchapham de euictio. Cœpha. conſi. 300.nu. 11.Natt.conſi.402.num.16. quod ſi iocalia non dantur niſi intuitu perſonæ vxoris,& illius cōtemplatione propter matrimonium, & non propter dotem; qui fieri poterit vt ſtatutum,vel pactum de lucro dotis ad iocalia poſſit extendi vnde in caſu propoſitæ quæſtionis, in qua de pacto agimus proculdubio hæc noſtra opinio tenenda videtur, maxime quod vt ſuo loco dicemus mulier poſt dotem conſtitutam tradens viro alia bona,cenſetur illi non in dotis additamentum ſed vt parafernalia tradere. Circa hanc quæſtionem vide dicta infra quæſt. 57. vbi ſimilis caſus adfertur.

SVMMARIVM.

1 Pactum à genero factum cum ſocero ſuo quod donec dos ſoluatur certum quid pro intereſſe detur an valeat necne.

2 Erubeſcendum ſine lege.

3 Text.in cap.ſalubriter de vſur.ad pactum extendi non poteſt.

4 Pignoris fructus gener ſuos facit.

5 Text.in cap.ſalubriter declaratur.

6 Genero licet paciſci cum ſocero, quod donec dos ſoluatur , certum quid ſibi detur pro centenario.

7 Text. in cap. ſalubriter de vſur. vindicat in omni caſu eandem rationem habente.

8 Genero licet paciſci de certa quātitate ſibi loco intereſſe ſoluenda.

9 Intereſſe conuentum à genero certum eſt, & debitum,licet quantitas ſit incerta.

10 Extentio nō dicitur fieri de caſu ad caſum vbi ratio ſcripta eſt.

Genero

11 Genero licet penſionem recipere certam ex dote iuxta communem ſententiam.

12 Gener poteſt conuenire de certo intereſſe ratione dotis, etſi mercator non ſit.

13 Maritus poteſt de certo intereſſe conuenire ratione dotis, nedum cum ſocero, ſed & cum alio quouis extraneo.

14 Maritus, qui non ſuſtinet onera matrimonij non poteſt de intereſſe aliquo conuenire cum ſocero.

15 Maritus, qui vxori alimenta non præſtat, nequit de intereſſe conuenire cum ſocero.

16 Lucrum dotis, quod ab ſtatuto maritis defertur, propter onera matrimonij datur.

17 Tex. in l. pater ff. de dol. mal. met. ve excep. declaratur.

18 Vſuræ etſi de iure non debeantur, ſi tamen ex certa ſcientia promittantur, donari vidētur.

19 Maritus, qui ſocero dotis ſoluendæ dilationem concedit, interim vſuras petere non poteſt.

20 Mora ceſſante, vſuræ, & intereſſe ceſſant.

21 Maritus data dilatione ſoluendæ dotis, ſi expreſſim paciſcatur de intereſſe, iuſte illud petere poteſt.

22 Maritus poteſt conuenire de intereſſe cum ſocero ob dotem non ſolutam, dum intereſſe nō excedat iuſtam taxationem legalem.

23 Maritus vbi intereſſe non eſt taxatum per legem, vel conſuetudinem, poteſt de probabili intereſſe conuenire cum ſocero.

24 Mulier vidua relicta an poſſit paciſci cum hæredibus mariti, quod donec dos ſoluatur ſibi aliquid detur pro intereſſe.

25 Mulier mortuo viro ex Iaſſonis ſententia cōuenire poteſt cum hæredibus mariti, quod donec dos ſoluatur ſibi aliquid detur pro intereſſe.

26 Maritus, & vxor correlatiua.

27 Pactum de ſoluendo aliquid pro intereſſe niſi in caſibus à iure expreſſis, vſurarium eſt.

28 Tex. in d. cap. ſalubriter iterum declaratur.

29 Dotis priuilegia mortuo marito ceſſant.

30 Mulier poſt mortem mariti capere non poteſt pro intereſſe ab hæredibus mariti etiam ſpōte offerentibus.

31 Prohibitus accipere, nec ab vltro offerente id poteſt.

32 Illicitum quod ſui natura eſt, pacto licitum fieri non poteſt.

33 Vſuras, vel intereſſe teſtator relinquere non poteſt.

34 Pœnæ nomine aliquid in pactum deduci non poteſt, vt ſic per indirectum vſuræ ſoluantur.

35 Vſuræ, vel intereſſe etiam proprijs cauſis non admittuntur.

36 Diſpoſitum in vno ex correlatiuis, quando diuerſa ratio militat, in altero diſpoſitum non cenſetur.

37 Mulier non poteſt petere intereſſe non ſolutæ dotis, etiam ſupra textu alimentorum.

38 Promiſſio illicita iudicatur, & vſuraria, vbi ante aduenientem caſum quid certum promittitur.

39 Mulier poteſt paciſci in cōtractu matrimonij cum viro, vt poſt illius mortem ſibi liceat bona mariti retinere propria authoritate donec dos ſoluatur.

40 Mulier poteſt propria authoritate bona mariti retinere in ſecuritate ſuarum dotium.

41 Mulier nequit paciſci cum viro, quod eo mortuo rerum illius fructus ſuos faciat, neve eos in ſortem imputare teneatur.

42 Pactum quod fructus non imputentur in ſortem vſurarium.

43 Creditor etſi poſſit fructus rei pignoratæ percipere, in ſortem tamē eos imputare tenetur.

44 Vidua fructus etiam ſub colore alimentorum ex rebus mariti lucrari non poteſt.

45 Viduæ, qua cautela fructus in ſortem imputare non teneantur.

46 Fructus ſortem extenuant ab eo, qui illos percipit iure pignoris.

47 Maritus poſt mortem vxoris fructus in ſortē imputare tenetur.

48 Mulier, quæ vti creditrix bona mariti poſſidet, non poſſidet vti domina, ideo fructus imputare tenetur.

49 Fructus ex poſſeſſione debentur.

50 Debitor ſuum alere creditorem non tenetur.

51 Maritus nequit in ſuo teſtamēto legare vxori vt quamdiu ſibi dos ſoluatur aliquid detur pro intereſſe.

52 Vſura nedum in mutuo, ſed & in alijs contractibus virtualiter reperitur.

53 Teſtator nequit mandare hæredi quod ſoluat aliquid annuum donec integras dotes exoluerit.

54 Teſtator poteſt hæredi præcipere vt quid certū det legatario, donec legatū exoluat ex ſententia Surdi.

55 Legatarius petere poteſt intereſſe legati relicti per teſtatorem, quando in poteſtate ſua non eſt legatum petere.

56 Legatum à teſtatore relictū de exoluendis per hæredem ſingulis menſibus certis quantitatibus, valet.

57 Alciati opinio qualis.

58 Vſura non committitur in eo, qui liberali animo oblatum recipit.

59 Data ſponte citra labem vſuræ recipere licet.

60 Vidua recipiens aliquid annuum à teſtatore relictum, non ab hærede, ſed à teſtatore capit.

61 Tex. in l. profectitia §. ſi quis certam ff. de iur. doti. declaratur.

62 Euētus poſterior à primordio tituli formatur.

63 Teſtator de bonis ſuis libere diſponit.

64 Vſura lucrum eſt mutui ex pacto debitum.

Lega-

Digitized by Google

65 *Legatum teſtatoris annuum nullam inducit vſuram.*

66 *Tex.in l.3.§.fin.de annu. lega. interpretatur.*

67 *Tex. in l. 3. §.fina. de annu. legatis nouiter declaratur.*

68 *Legatum annuũ à teſtatore relictũ donec certa quantitas exoluatur, alternatiuũ cenſetur.*

69 *Vidua poteſt paciſci cum hæredibus mariti vt donec ſibi dos ſoluatur, aliquid detur pro alimentis,in caſibus, in quibus poteſt poſt annum petere intereſſe dotis non ſolutæ.*

70 *Pactum vſurarium non eſt quando deducitur id,quod de iure communi debetur.*

71 *Statutum, vel conſuetudo, quæ taxat viduæ aliquid pro alimentis donec dotes ſoluantur, valent.*

72 *Statutum, vel conſuetudo, quæ taxant viduæ aliqua pro alimentis donec dos ſoluatur, ſecundum multorum opinionem non valet.*

73 *Iuri canonico ſtandum in materia peccati.*

74 *Conciliatio Dida.Couar.*

75 *Conſtitutio regia huius principatus, quæ fructus integri omnium bonorum mariti dantur viduæ donec dos ſoluatur,iniuſta,& inualida.*

76 *Conſtitutio regia huius principatus, quæ fructus omnes rerum mariti pro dotibus retinentur abſq. vlla obligatione imputandi eos in ſortem,defendi nullo iure poteſt.*

77 *Conſtitutio regia huius principatus iuri diuino,canonico,& humano aduerſatur.*

78 *Pactum à genero initum cum ſocero ſuo vt pro pecunia quam in domum ſoceri deferebat,& quam tenebatur in domus refectione expendere,vel prædiorum cultura, adiecta conditione,quod ſoluto matrimonio morte vxoris teneretur ſocer, vel vxoris hæredes dictam pecuniam reſtituere illico,ſin minus aliquid pro intereſſe exoluere,an valeat nec ne?*

79 *Maritus negotiari ſolitus propter moram admiſſam intereſſe petere poteſt.*

80 *Conuentiones iniuſtæ,& vſurariæ nec in vim iuramenti roborantur.*

81 *Iuramentum obligat præciſe,& compenſationem impedit.*

82 *Iuramenti abſolutio peti poteſt ab eo cõtractu, qui infringi poteſt.*

83 *Iuramentum quoad illius obſeruantiam, ad hæredes non tranſit.*

QVÆSTIO. XXXIX.

PACTVM IN MATRIMONII contractu celebratum, quod non ſoluta dote, interim certa portio pro intereſſe genero detur ad rationẽ alicuius quantitatis pro centenario valet: & celebris quæſtio traditur.

1 CVM ſæpius † ob defectum pecuniæ pater nequeat filię integram dotis promiſſæ quantitatem illico genero ſuo dare, paciſcuntur inuicem vt quid certũ
interim detur,donec dos ſoluatur pro oneribus matrimonij ſuſtinendis:Pactiooem hanc
non minime nominis authores illicitam, &
vſurariam fore crediderunt,quales Ioan.Andre.Anto.de Butr.Cardin.Ioan.de Lignian.
& Ambro. de Vigna. in cap. ſalubriter de
vſur.Lauten.de Rodol.in tract.de vſu.2.par.
quæſt.53. Alexan.conſ.27. lib.4.conſ.74. &
conſ.141.num.6. lib.5. Anchar. conſil.150.
num.4. Socin.conſ.88. num.18. conſil.130.
num.10. lib.4. vbi communem dixit Deci.
conſ.119.col.penul. Cagno.in l.vni.num.5.
C.de ſen.quæ pro eo.quod iote.Pala.Rube.
io cap.per veſtras 6. nota. §. 8. ext.de dona.
int.vir.& vxor. Craue.conſ.189.num.4.5.6.
Cotta. in memora. verbo dos ſoluto matrimonio Roman.cõſ.517.Ioan.de Imol.Paul.
de Caſtr.& Alex. qui commuoem reperit in
l.in inſulam §.vſuras ff. ſolu.matrimo. Flor.
tracta.de in litem iuran. §. 11. num.17. vbi
etiam communem aſſirmat ex Theologis
Archi.Floren.in Sum. part.2.titu.1.§.7.nu.
27.Cæphal.Grat.& Beto. conſ.178. nu.22.
23.lib.1.quos ad id refert Caual. deciſ.35.
numer. 21. 1.part. Cæterum quibus citati
authores rationibus ſuam tueantur opinionem exquirere oportet, qui tribus potiſſi-
2 mis mouentur. Prima † quoniam nullo iure
probatur tale fieri pactum poſſe vnde illud,
erubeſcimus ſi ſine lege loquamur l. illam C.
3 de collatio.Addunt † illi quod tex.in ca. ſalubriter de vſur.qui diſpooit inter ſocerum,
4 & generum pactum valere, quo † ſocer fructus rei pignori genero datæ interim largitur,donec dos ipſa ſoluatur, ad pactum, de
quo agimus extendi non poſſe,cum enim ſimus in exorbitãribus,& odioſis, qualia vſuræ & intereſſe de vno ad alium caſum extẽſio fieri non debet l.ſi vero §.de viro ff.ſolu.
matrimo.cap.quæ à iure de reg.iur.in 6.
5 Secundo, † argumentari à diſpoſitione d.
cap.ſalubriter ad caſum hunc nequit,quoniã
6 diſpar vtriuſq. ratio eſt, ideo enim illic † licuit generum cum ſocero paciſci vt interim
donec dos ſolueretur fructus pignoris ſuos
faceret,quoniam fructus incerti ſunt, propterea ratione incertitudinis pactum tolleratur,at in hac ſpecie,quod datur à ſocero,& à
genero accipitur, certum quid eſt, interque
ſumma eſt differentia.

Tertio & ex hoc argumento ratio altera
differentiæ prodit,quoniam in caſu d. ca. ſalubriter.res pignori data fructifera erat, &
apta producere fructus, quia erant prædia
frugi-

frugifera,in noſtra ſpecie ſecus qnoniam pe-
cunia non parit pecuniam neq. id poteſt ci-
tra labem ſimoniæ.

Quarto ſi aliqua ratione iuſtificari contra-
ctus hic poſſet,onerum caoſa,quæ matrimo-
nium ferre ſecum ſolet,id fieret eo quod nõ
poſſet aliter diſpendio mariti ſubueniri, at
huic incommodo ſuccurri poteſt dando pe-
cuniam doralem mercatori,vt ex lucri parte
onera matrimonij poſſet hoc medio ſuſtine-
re, vt in cap. per veſtras de dona. int.vir. &
vxor. Non igitur licet ſic paciſci cum pactũ
vſurariam ſapiat prauitatem. His adducti
argumentis opinantur præſati interpretes
pactum nullum,& vſurarium eſſe.

Contrariam ſententiã tenuerunt alij mul-
ti nnmero plures, & maioris authoritatis,
quos recenſere oportet vt ex eorum dinu-
meratione aperte cõſtet magis communem
hanc eſſe ſententiam,& veriorem;quam do-
cuerunt Panor.nnm.3. & Io.de Anna.in eo-
dem cap.ſalubriter Calde. Anchar. & Paul.
de Elcaze.& dixit communem Alex. conſil.
31.col.2.lib.6.Cor.conſ.vltimo col.4.lib.2.
Bal.Nonel. tractat. de dot. part.7. 3.ſpecia
poſt principium vbi dixit ita communiter
teneri,Campe.tracta.de dot.part.2.quęſ.6.
col.2. Ruin. conſ.224.num.14.lib.1.Rub.
conſ.108.num.2:Deci.in cap.cum venerabi-
lis num.18.de exceptio.Ioan. Baptiſt. Lup.
tracta.de vſur.commen.1.§.4. nnm.75. vbi
ab hac opinione non eſſe recedendum dixit
Dida.varia.reſolu.lib.3.cap.1.num.3. verſi.
Quarto hinc poterit:Alexan.Imol. Paul.de
Caſtr.in d.§.vſuras l.inſnlam ff.ſolut. matri-
mo.qui inaduertenter à Ploto pro contraria
parte allegantur Fann.tract.de pigno.5.par.
5.mem.nu.16.Ruin.ſupra citatus conſ.104.
num.10.lib.4. Roma.conſ.517.nu.4. Rimi.
ſeni.conſ.318. lib.2. Anchar. Rigien.quæſt.
33.num.4.5.& ſic practicari per Italiam to-
tam affirmat Corne.conſ.164. littera B. C.
lib. 3. & æqoam dixit Bal. conſ. 94. lib.1.
Mando.ad Roma.in d. conſ.517.nu.5. Vi-
ui.inter ſuas communes opinio.1048.Capi.
deciſ.65.Caual.deciſ.35.num.21.vbi & ma-
gis communem 1.part. Ioſeph.Ludo. deciſ.
Luca.21.num.37.& nouiſsimè his non rela-
tis Surd.tractat. de alimen.titu.1.qnæſt.42.
num.23.24.Caball.ſiue is ſit Molin.tractat.
de commer. & vſu. quæſt. 74. num. 523. ex
Theologis eandẽ probarunt Conrad.Adria.
Gabri. Ioan. Maior. & Alma. quos retulit
Dida. d.cap.1. Et præter eos eidem ſe ſub-
ſcripſere ſententiæ Domi. de Sot. de ius.&
iur.lib.6.quæſt.1.artic.2. Sylueſt. in ſumma
verbo vſura 3.§.3. Azpil.cui in hac materia
conſciẽtiæ fides tota adhiberi poteſt,in Ma-
nu.Confeſſo.cap.17.nu.213.verſic.Secundũ
poſſe maritum Villag.tracta.de vſur. qnæſt.
22.conclu.9.Angleſi.in 4.ſententia.quęſt.de
con.mut.artic.2.difficul.6.concluſio.2.Gra-
phi.in deciſio.ſuis lib.2.cap.106.nu.3. Mo-
7 uentur † præſati authores authoritate tex.in
d.cap.ſalubriter, quo ſi conceditur marito
paciſci vt ei liceat rei pignoratæ fructus lu-
crari donec ſoluitur dos, id idẽ in hac quæſ-
tione ab idemtitate rationis licebit, cũ nul-
la exacta differentiæ ratio inter vtrumq. ca-
ſum dari poſsit, quinimo eadem pro ſup-
portandis oneribus matrimonij, quæ ſic in
vno, ac in alio caſu militat vt Dida. d. cap.
poſt cęteros animaduertit.

8 Secundo † vt licet genero paciſci de fru-
ctibus pignoratæ ſibi rei percipiendis pro
oneribus matrimonij ſuſtinendis donec dos
ſoluatur dict.cap.ſalubriter. ſic licet certam
quantitatem loco intereſſe accipere & de ea
recipienda conuenire quia vſurę ſiue intereſ-
ſe vicem fructuum ſuſtinent l.vſuræ vicem ff.
de vſur. & cedũt marito ſicut cedunt fructus
l.ſi quis pro vxore §. ſi vxor ff. de donatio.
int.vir.& vxor.

9 Tertio † intereſſe conuentum certum eſt
& debitum licet quantitas ſit incerta, idcir-
co pactum ſecundum iuris diſpoſitionem fa-
ctum cenſetur ca. cum dilecti de conſue. quo
argumento vtitur Surd. d.quæſt.num.26. in
fine: Neq. obſtant rationes illæ contrarię,
quibus ſic reſpondetur.

Primæ, ſententiam communem probari
ex d.cap.ſalubriter ab illius ratione cũ certa
iuris regula ſit; quod vbi eadem eſt ratio &
diſpoſitio l.illud ad l.Aquil. cum ſimilibus;
10 Et † ab idemtitate rationis licita eſt exten-
ſio de vno ad alium caſum etiam in corre-
ctorijs, exorbitantibus, & odioſis maximè
vbi ratio in l.ſcripta eſt,quia hoc in caſu non
dicitur extenſio,ſed compræhenſio vt dixe-
re Bal.Alex.& Iaſſ.in auth.quas actiones de
ſacroſ.Eccleſi.atq.ideo vt dixi etiam in cor-
rectorijs,& pœnalibus licita eſt.Caſtren.Pa-
riſi.Ruin.Rolan.Curti.inni.Crauet.Natt.&
alij multi quos refert & ſequitur Surd. de-
ciſ.62.num.25.26. at ratio reperitur ſcripta
in d. cap. ſalnbriter, propter onera matri-
monij ſuſtinenda,ergo ab ea ratione ad pa-
ctum de quo agimus argumentare licebit.

11 Neq. obſtat † ſecunda ratio deſumpta ab
incertitudine, quoniam, & in re pignorata
pro dote poteſt contingere certitudo,veluti
in penſionibus pecuniarijs, quæ recipiuntur
à genero de re pignorata pro dote, & tamen
fatentur omnes hoc licere in d.cap. ſalubri-
ter. Secundo reſpondetur quod licet fructus
rei pignoratæ non ſint certi omnino, tamen
coniecturaliter poteſt vtrumq. eſſe certum,
& hoc ſufficit vt dixit poſt antiquiores Di-
da.d.

da.d.cap.1.& ex Theologis omnès infra relati.Præter alios reſpondeo poſſe (quod in dies contingit) mutari valorem monetę maiorem in minorem, & conſequenter non rectè dici poſſe taxatum intereſſe pro centenario eſſe omnino certum.

Non obſtat tertia ratio quod pecunia nõ parit pecuniam, quia & poſſeſsiones multæ reperiuntur nõ fructiferæ,niſi ipſe induſtria, & opera viri fructum darent:Sic pecunia niſi induſtria,& opera non parit pecuniam, hanc præſtat ſocer dum eam retinet,& cum ea lucratur, vt ex illius lucro taxatum intereſſe genero pręſtet. Rurſus ſiue pecunia ſit frugifera,vel non ſit hoc non conſideratur in dict. cap.ſalubriter,ſed id ſolum an maritus ſuſtineat onera matrimonij.Sic notant pręcitati interpretes in d.cap.ſalubriter Dida.Azpil. & Theologi.infrà citandi. Non obſtat quartum argumentum,cui reſpondetur, non eſſe conſultum genero dando pecuniam mercatori,niſi cum magno ſortis periculo, ſicut cũ ſalua ſorte quidquam recipit:ſecundo (quod ſæpius contingit) non ſemper ſoceri ad manus pecuniam pro dote promiſſam habent, vel ſi habeant, ipſa indigent, vt præſtet his magis quid certum quotannis dare, quam maximam quantitatem vna vice exoluere, atq.ita non procedit argumentatio.

12 Extenditur † primo, ſiue gener,qui in páctum deducit hoc intereſſe ſit mercator ſolitus negotiari aut non ſit, nihil enim refert, cum matrimonij onera ſic ſuſtineat is,qui nõ eſt mercator,ſicut qui ſolit⁹ eſt mercari. Anto.de Butr. & alij quos citat & ſequitur Dida.vbi ſupra num.3.& dixit communem.Ioſeph.Ludo.d.deciſio.nu.40.43. & 44. Surd. d.quæſt.42.num.8.

13 Secundo † extende communem opinionem, vt & poſsit maritus mercator ſolitus negotiari in pactum hoc intereſſe deducere, ſiue dos fuerit à patre promiſſa, ſiue ab extraneo,qui dotare non tenetur l.fina. §.præterea ſecundum intellectum Bart.& gloſ.ibi C.de iur.doti.Dida.qui aliquos citat in dict. cap.1.nu.3.verſ.Hinc primo apparet.Corn. Fortun.& alij quos Surd. d.quæſt.42.nu.30. Ioſeph.Ludo.d.deciſ.num.42.Ratio eá eſt, quoniam, & maritus ſimiliter matrimonij onera ſuſtinet;& cum ratio d.cap.ſalubriter ſic militet in extraneo dotáte,ſicut in patre, & ſocero, idem ius conſtitui debet; Et licet d.cap.ſalubriter in ſocero loquatur, id ideo quia ſic caſus contingit, neq. alias perſonas excluſit.

14 Declaratur † primo communis opinio vt procedat in marito, qui ſuſtinet onera mamatrimonij,ſi enim non is,ſed ſocer,aut extraneus ea ſupportaret, nequiret ſimile pactum inire; quod ſi faceret,foret nullum, & vſurarium: quia cum hoc permittatur ratione onerum matrimonij d.ca.ſalubriter, ceſſante ratione text.& illius diſpoſitio cap.cũ ceſſante de appella.l.adigere §. quamuis de iur. patro. ſicuti & deficiente onere deficit præſtatio,quæ fit propter onus l.generaliter
15 §. 1. de ſacro. Eccleſi. Vnde † in terminis,
maritus, qui nulla ſuſtinet matrimonij onera,neq. vſuras,aut alimenta petere poteſt l. in inſulam §.vſuras ff. ſolu. matrimo. Ex quo text.Bald.& Imol. docuerunt maritum non poſſe dotis vſuras conſequi,qui vxorem non alit.glo. Barto. & alij in l. ſi ab hoſtibus §. ſi vit vxorem ff.ſolu. matri. Plòt.d.§.11.nu.4. Panormit. Marſi. Palat.Rube.Corne.Lara. quos citat & ſequitur Surd. d.quæſt. 42. nu.
16 30.31.cum ſequen.Sic † enim & lucrum do-
tis, quod ab ſtatuto defertur propter onera matrimonij maritis conceditur iuxta gloſ. inſignem in l. ſi donaturus verbo dumtaxat ff.de dona.ob.cau.quam multorum authoritate communem dixi hoc libro quæſtio. 21. verſicul. Neq. extremo loco oberunt:vbi & Surd.in proxime citato loco allegaui. Ean-
17 dem † opinionem probat text. in l. pater ff.
de do.ma.me.ve.exceptio. vbi pater qui filiam,& illius alit familiam, quam ipſe nuptui tradiderat, non tenetur ad vſuras dotis tardius ſolutæ vbi per errorem illas promiſerit; Et licet à contrario ſenſu videatur ſupradictæ declarationi contrariari, quod ſcilicet pater ſi per errorem eas non promittit ad eas præſtandas teneatur,quod argumentũ regulariter validum eſt l.1.§.huius cum vulga.de offic.eius, tamen vt & ſenſit Surd. ſu-
18 pra num.40.41. † text. ille in vſuris promiſ-
ſis loquitur, quæ etſi de iure non debeantur ſi tamen ex certa ſcientia promittantur donari videntur l. cuius per errorem de reg. iur. ſuſtulit & aliud obiectum Surd. ibi qui videndus.probat & eandem ſentẽtiam text. in d.§.vſuras d.l.in inſulam & text.in l.cum poſt diuortium §. in domum ff. de iur.doti. ex Theologis eandem ſententiam tenuerũt Sot.Angl.& Villagu. in locis paulo ante citatis Graphi.d.cap.106.num.1.

19 Declara † ſecundo, quando poſt pactum initum de recipiendo aliquid pro intereſſe maritus dilationem ſoluendę dotis dediſſet; quoniam data dilatione in conſequentiam videtur voluiſſe vt interim intereſſe conquieſceret.Nam & in ſimili vbi maritus concedit dilationem dotis ſolutioni,nequit pro eo tempore alimenta, vel intereſſe petere, cum durante termino ſocer vel qui dotem promiſit non dicatur in mora ſoluendi.l.lecta §.ſed cum ſortis de reb.credi. gloſ.in l.ſi cum exceptione §.quatenus verbo triplici ff.

quod

Digitized by Google

20 quod me.cau.vnde ✝ ceſſante mora vſurarū,
vel intereſſe petito ceſſat, quæ propter mo-
ram conceditur.d.cap. ſalubriter vbi Panor.
num.3.Anton. de Butri.Annan.l.in inſulam
§.vſuras ff.ſolut.matrimo.vbi Imol. Alex. &
cæteri Deci.Socin. Ambro. Anto. de Butri.
quos citat & ſequitur Plot.tractat.de in litt.
iur.§.11.num.14.Surd.d.quæſt.42.num.52.
& præter eos Dida.d.cap.1.num.3.verſicul.
Quinto eodem qui & alios ad id refert Io-
ſeph.Ludo.d.deciſ.21.n.44. 45. Pala. Rub.
in d.cap.per veſtras 6.nota. §.8.nu.3.verſic.
Octauo infertur Surd.qui fusè hāc compro-
bat d. quæſt.42.nu.53.54.55.56.57. Azpil.
in d.cap.17.num.213.Ex Theologis Domi.
de Sot.de iur.& iuſt.lib.6.quæſt.1.artic.2.in
reſponſione ad 2. Gabri. Medin. Conrad.
Syluelt.Adrian.Caieta. S.Tho. quos refert
Villag.in dict.quęſt. 22. concluſio.1.quam-
21 quam ✝ ſecus foret vbi gener promiſſa dote
libere dilationem dediſſet ſocero, hoc ex-
preſsim pacto vt interim pendente dilatio-
ne ſibi certum intereſſe daretur, quod ſatis
probatur ex d.cap.ſalubriter, & quamquam
aliqui diſſentiant exiſtimantes id fieri non
poſſe,quales Rube.conſ.108. à num.1. Cra-
uet.conſ.189. nu.7. contraria tamen opinio
verior eſt,cum vt animaduertit Dida. ſupra
iuſtiori de cauſa habet locum perceptio fru-
ctuum, alteriusve quantitatis loco intereſſe
quando libera ex pacto facultas datur debi-
tori fruendæ dotis,quam ſi creditori licitum
foret eam quocunq. die petere,atq.in hanc
opinionem adducit Panorm.in d. cap. ſalu-
briter Imo.Roma.Caro. Molin. & Conrad.
idem cenſuerunt Sot. & Villag.in locis pro-
ximè relatis Lup.in tract.de vſur. commen.
1.§.4.nu.75.vbi citauit Bal. Nouel. Fortun.
& Cagnol. ſequitur eandem Ioſeph. Ludo.
d.deciſio.21.num.42. Alex.conſ.31.num.3.
& 4.lib. 6. & dixit magis communem idem
Alex.in d.§.vſuras, & hanc ſequitur Caual.
deciſio.35. num.21. 1.part. qui alios recen-
ſet & cōmunē dicit. Et quibuſdā relatis huic
adhęret Cancer.lib.3.reſol.ca.7.n.58.& 59.
22 Tertio ✝ declaratur vt procedat in pacto
in quo intereſſe promittitur certum à lege,
ſtatuto, vel conſuetudine taxatum, ſecus vbi
illud excederet in quantitate, quoniam eſſet
pactum nullum, & vſurarium licet verè ma-
ritus ſublato pacto poſſet agere via ordina-
ria ad id, quod plus ſibi intereſt ratione dāni
emergentis, vel lucri ceſſantis ſi pecunias ad
manum habuiſſet, & foret mercator & talis
perſona, quæ ſolita erat negotiari, ſic in ter-
minis cum Deci. Rimin. ſeniore, Neguzan.
Cagnol.Crauet.Pariſi.concludit Caualca.d.
deciſio.35.num.23.Atq. ita fore intelligen-
dum Plot.Anchar.Cœphal.Alex. & Crauet.
docet ibidem num.20.Surd.d.quæſt.num.8.
23 & 9.quare ✝ ſi nullum à lege vel ſtatuto in-
tereſſe taxatum fuiſſet, tunc liceret de inte-
reſſe certo, & probabili conuenire, licet ali-
qualiter excederet onera matrimonij, non
tamen in magna quantitate, & ita etiā ſenſit
Surd.d.quæſt.42.num.26.aperte num.77.
24 Et cū ✝ de marito loquuti fuerim⁹ viden-
dū nūc de vxore, an paciſci poſsit matrimo-
nio ſoluto morte viri vbi dos nō reſtituitur
vt vſuras dotis nō ſolutę cōſequatur in quo
tres articuli ad propoſitū tractatus ſtatuēdi
ſūt. Prim⁹ eſt an mulier in cōtractu matrimo
nij conuenire poſsit vt ſoluto matrimonio
morte viri nō exoluta dote ſibi aliquid inte-
rim loco intereſſe, vel alimētorū debeatur.
Secundus lacta conuentione per mulierē
de ingrediendo poſt mortem viri propria
authoritate bona illius ſibi pro dotib⁹ hyp-
pothecata, & eadem ipſa retinendi pro ſecu-
ritate ſua, vtque interim donec dos ſoluitur
fructus percipiat & ſuos faciat, an id poſsit.
Tertius eſt, cum poſt mortem mariti pa-
ciſcitur cum illius hæredibus, vt interim do-
nec dos exoluitur ſibi loco intereſſe quid
certum detur.
25 Circa primum ✝ articulum Iaſſ. conſil.92.
num.23.lib.1.aperte reſpondit poſſe mulie-
rem in contractu matrimonij conuenire vt
ſoluto matrimonio morte viri donec dos ſi-
bi exoluatur quid certum detur loco intereſ-
ſe; in ſuam ſententiam citauit Lauren. Ro-
dolph.in tracta.de vſur.quæſt.65. Mouentur
citati duo interpretes ex eo quod videtur in
hoc caſu deberi dos loco pœnæ, quæ tamē in
cōuentionibus licite exigitur. iuxta glo. Bal.
Salice. Angel. & omnes alios in l.cum alle-
gas C.de vſur.Subdit Iaſ.illic, quod licet in-
tereſſe extra rem regulariter peti non poſ-
ſit, quando tamen promiſſum eſt vtiq. Barto.
in l.ſi pœnam de verbo.obliga. & in d.l.cum
allegas. Alexan. poſt Annani. idem cenſuit
conſ.200. num.7. lib.6. & ſuperiorem poſt
Iaſſ. & Alex. opinionē ſequitur Rube. ſupra
Alexan. conſ.108. ad finem expreſsim Bal.
Nouel.tracta.de dot.priui.22.Campe.tract.
de dot.3.part.quęſtio.195. vbi atteſtatur de
communi opinione.
26 Adducuntur ✝ ſecundo ratione præcipua,
quia cum maritus, & vxor ſint correlatiua,
& diſpoſitum in vno in alio diſpoſitum cen-
ſeatur, ad text.in terminis in l.fina.C.de in-
dic. vidui. tollen. vbi ſtatutum in viro idem
in vxore, & è contrario poſsit maritus in cō-
tractu matrimonij conuenire, vt non ſoluta
dote interim aliquid detur pro intereſſe iux
ta text.in dict. cap. ſalubriter, & dicta in ſu-
perioribus; conſequenter hoc ipſum cenſetur
permiſſum in vxore.

Contraria

Conttaria tamen ſententia & verior,& re-
ceptior eſt; cuius opinionis cum mulra ſint
argnmenta duo tantum referam præcipua:
27 Primum † quia conuentio eſt vſuraria, nullo
enim in caſu paciſci licet vr quidquam vltra
ſorrem detur niſi in caſibus á iure expreſsis
qualis hic non reperitur; atque ideo illicita
omnino: Cæterum non fuiſſe á iure hunc ca-
ſum expreſſum euidenter apparet;etſi ex ali-
28 quo tex.id colligi poſſet, maximè † ex diſ-
poſitione tex.in d.cap.ſalubriter, ille autem
diuerſam habet in marito rationem quia ſu-
ſtinet onera matrimonij, hæc ceſſat ratio in
29 muliere;eo † maximè quod ſoluto matrimo-
nio deſinit eſſe dos,& priuilegia propter ma
trimonium conceſſa ceſſant; vt in terminis
docuerunt Hoſtien.Inno.Andre. Panormit.
& alij in d. cap. ſalubriter Surd. conſ. 194.
num.15.lib.3.
30 . Secunda † ratio,quoniã ex poſt facto mor-
te mariti ſequura non liceret mulieri aliquid
accipere vltra dotem etiam ab hæredibus
31 mariti ſponte offerentibus;quia † prohibi-
tus recipere nec ab vltro offerente id poteſt,
iuxta traditionem Barto. in l.inuitus §.quid
cuiq.de regu. iur. & in l.ſiquis pro eo de fi-
dei.in terminis Cæphal.conſ.133.lib.1.ideo
32 † pacti adiectio quod ex ſe illicitum eſt,lici-
tum facere non poteſt;nec quod vſura eſt vt
deſinat eſſe vſura,decidit tex.in l.rogaſti §.ſi
tibi de reb.cred.l.3.§.fina.de annu.lega.quo
33 † tex. aperte probatur non poſſe teſtatorem
ſua ordinatione efficere vt aliquid detur vl-
tra ſortem;vnde cum nec in vltima volunta-
te fieri per teſtatorem poſsit,nec per contra-
hentes,ad tex. in l.ſeruũ filij §.eum qui chi-
rographnm delega. 1. l. quæ de legato cum
vulga.eod.titu.vnde Bart.in d.l.3.§. fina.de
annu. lega. docuit nequire teſtatorẽ aliquid
relinquere pro vſuris illicitis idem Barto.in
l.2.ff.de his quę pœn.nomi.relinquun.& Bar
tolum ſequuti ſunt Anchar.Alex.Rolan.Cæ-
pha.Anna.Socin.Palat.Rube.Campe.Areti.
Iaſſ.Dida.Alcia. & alij plures quos refert &
ſequitnr Surd.tracta.de alimen.titu.1.quæſ.
45.num.21.22.23.vbi & nu. 25. & aliorum
authoritate idem eſſe dixit in ſtatuto,vel le-
ge municipali quę id permitteret,eſſet enim
lex iniuſta,& iniqua.

Vnde quod ſimilis conuentio vſuraria ſit,
& nullo iure ſuſtineatur tenuere Dyn. Cyn.
Bald.Anchar.Alex.Math.de Afflict.Aretin.
Angel.Neguzan.Ruin.Iaſſon.Socin.quos ci-
rat,ſequitur & commnnem dixit opinionem
Cæpha.d.conſ.133.nu.130.lib.1.Surd.dict.
conſ.194.num.14.idem Surd.tracta. de ali-
men.d.quæſt.45.num.17.
34 . Ex his duo † illa priora tolluntur contra-
ria;primum non obſtat, non enim licet loco
pœnæ adijcere quidquam vt per indirectum
conſequatur, id quod directo conſequi non
poſſet fraudando legem,atque ideo nomine
pœnæ, vel alimentorum promiſsio facta iu-
35 dicatur vſuraria, vt † nec propria cauſa, vel
pro alendis pauperibus id poſsit tolerari.
Anchar.cõſ.150.num.5. Alex.Dida.Rolan.
Ruin.& alij plures quos recẽſet Surd.d.trac.
de alimen.quæſ.45.n.15.vbi egregie docet.
36 . Secunda † non obſtat ratio,nam diſpoſitũ
in vno ex correlatiuis in alio vbi diuerſa ra-
tio militat diſpoſitum non cenſetur l. cura-
torem vbi glo.Cyn.& cęteri omnes C.de in-
ter matrimo.Iaſſ.in l.tranſigere poſt princi.
C.de tranſacti.Euerar.in Topi.lega.cap.76.
verſi. Præmiſſa tamẽ limita.Ratio diuerſita-
tis ſuperius adducta fuit, non enim ſuſtinet
vxor onera matrimonij vt maritus.
37 Rurſus † vt & aliud explodã aduerſantiũ
cauillum,neq. poſſet mulier cõuenire vt da-
rentur alimenta vel aliud vti intereſſe damni
emergentis, quoniam & ſecluſo pacto id in
caſu occurrẽti poſſet mulier petere,dum ta-
men vere intereſſe probaretur. Sic poſt re-
latos ſupra Cæphal.d.conſ.133.n.134.135.
Alex.Iaſſ.Bald.Campe. Natt. Dida.Plot.&
alij relati ab eodẽ Surd.d.conſ.194. nu.19.
& 20. idem tract. de alimen.d.quæſt.45.nu.
38 27.28.conuenire † vero ante caſum nõ licet,
quia ꝓmiſsio illicita eſt:quidquid enim pro-
mittitur vltra ſortẽ per dinumerationẽ tem-
porũ vſurariũ eſt.vt ex Alex.conſ.61.nu.11.
Afflict.deciſ.284.nu.3. & alijs multis docet
Surd.d.quæſt.45.num.15.
39 Ad ſecundũ † articulũ. Etſi poſsit in con-
tractu matrimonij mulier conuenire cũ ma-
rito vt illi⁹ morte ſoluto matrimonio poſsit
propria authoritate ingredi poſſeſsionẽ bo-
norũ mariti,& eandẽ retinere, cũ ſimile pa-
ctũ ſit in omnibus nedũ in muliere ipſa ap-
probatũ regulariter l.3.vbi Cyn.Bal.Salice.
& cæteri C. de pigno. l. penul. C.de pigno.
actio.dixi relatis multis tract.de priuata ſin-
gulorũ poteſtate,& iuriſdictione li.1.quæſt.
4.quemadmodũ, & idipſum poſſunt ſuis in
caſibus Iudex & teſtator id efficere iuxta ibi-
40 dẽ á me tradita ſequen.queſt. Et † expreſsim
in pacto á muliere inito cũ viro de ingrediẽ
do poſſeſsionẽ pro dotis ſui ſecuritate dixi
eod.trac.li.3.caſu.30.vbi ſcripſi multorũ au-
thoritate poſſe mulierẽ ſoluto matrimonio
etiã ſecluſo pacto,& cõuẽtione retinere pro
pria authoritate bona mariti ſui veluti ſibi ꝓ
dotib⁹ tacitè hypothecata,& obligata, quia
temeritas & audacia per leges cõſiderata in-
uadẽdi alteri⁹ bona ꝓpria authoritate;ceſſat
in hoc caſu,cũ pignori ſuo incũbat tũ,& quia
in vita mariti poſsidebat ſaltim iure familia
ritatis, quã poſt mortem nõ de nouo appræ-

hendere, ſed magis continuare dicitur Bal.
in l.penul.C.de pigno.actio. Barr. in l.filio
familias ff.ſolu.matrimo. Marſil.in l.vni.nu.
218. C.de rap. virgi. Socin.conſ.158.lib.3.
Afflict.deciſ.92.num.19.ſic tamen & pro vt
declarat Gramma. voto. 136. nu.4.& voto.
114.cum latius illic à me traditis, qui vtilis
& ſingularis tractatus Deo adiuuante cito
41 ædetur: Tamen † paciſci non poteſt citra in-
curſum vſurariæ prauitatis vt fructus ſuos fa-
ciat, nevè eos in ſortem imputare teneatur.
42 Primo quia † nullum apud Pontifices diſ-
crimen conſtituitur inter pactum, quo vſuræ
promittuntur, nec inter pactũ, quod fructus
non imputentur in ſortẽ ca.1.ca.quia fruſtra
ca.cõqueſtus de vſuris l.ſi ea lege C.de vſur.
tenetur enim qui iure pignoris retinet cõpu-
tare fructus in ſortẽ l.ſi dominũ vbi Bal.Sa-
lice.& cæteri C.de pigno. vnde Panor.in d.
43 ca.1.de vſur. nu.2. docuit † expreſsim quod
etſi creditor vti poſsit fructibus rei pigno-
ratæ; eos tamen tenetur computare in ſortẽ.
ſic etiã idem Panor.de hoc loquens pacto in
muliere vidua vbi Inno.Hoſtien.& alij in d.
ca.ſalubriter: aperte Ruin.conſ.25.n.3.li.2.
44 is reſpondit † quod etſi mulier vidua fructus
lucretur nomine alimentorũ, id non poteſt,
quia vſurariũ Cuma.conſ.19. Bertran.conſi.
241.li.4.Guid.Pap.ſing.502. Archi.Floren.
Ancharra.Lauren.de Rodol.Rub. & Negu-
zan.quos citat, & ſequitur communẽ dicens
Surd.d.conſ.194.nu.14.dixit etiã communẽ
Cæphal. d.conſ.133. nu.130. & alijs citatis
Caual.tract.de vſur.muli.relic.nu.207.idem
Surd.tract.de alimen.art.1.quæſt.45.nu.18.
nouiſsimè Alex.Soci.Deci. & Afflict.citatis
ſenſit idem Peregr.conſ.100.nu.13.ſubditq.
quod licet mulier id paciſci non poſſet, po-
teſt tamen iuſtè illud exigere ob retardatam
ſolutionem authoritate Alex.Deci. Crauet.
Rub.& aliorum.Non enim vt antea dixi cõ-
uentione fieri licitũ poteſt quod illicitũ eſt;
nec curatur quo nomine fiat pactũ ſiue pœnę
aut alimentorũ ratione, vt poſt cæteros ani-
maduertit Surd. d.quæſt.45.nu.15.16. quia
res non debẽt eſſe ſubiectę ſermoni, ſed ſer-
mo rebus.ca.intelligẽtia de verbo.ſigni.pro-
bat & Dida.lib.reſo.3.ca.1.nu.3.verſ. Sep-
timo ab eadẽ ratione:& innumeros in eandẽ
cõmunem recenſuit Rolan. conſ.45. nu.30.
lib. 2. Rebuf. in l.vni.nu.615.C.de ſen.quæ
ſine cer.quan.proferun.Cæphal.d.conſ.133.
nu.130. 131. vbi & obiectis quibuſdam reſ-
pondet. & authoritatibus aliquorũ qui con-
45 trarium affirmaſſe videntur: Cautelam † ve-
ro vt vidua fructus in ſortem imputare non
teneatur ex veterũ authoritate ſcripſit Ca-
ual.ſupra is videndus.
46 Altera ratio † cõmunis opinionis eſt, quo-
niam fructus ſemper extenuant ſortẽ ab eo,
qui illos percipit iure pignoris, & hypothe-
cæ l.1.C.de pig.actio.l.2. C.de pact.pigno.
ca.cũ contra de pigno.ca.ad noſtrã nu.1. ex.
47 de iur.iuran.ita † vt & maritus poſt mortem
vxoris id facere teneatur: cõſuluit Ruin.cõſ.
53.nu.23.lib.2.conſ.136.num.2. & 3.lib.4.
Iaſſ.conſ.92.nu.3.lib.1. Oſaſ.deciſ. Pedem.
115.n.11.Bertran.Cæphal. Natt.Bal.Alex.
Bero.quos refert & ſequitur Surd. d. conſil.
194.nu.10.vbi egregie loquitur, rationẽque
48 reddit poſt veteres, quoniam † etſi mulier
vti creditrix poſsideat non tamen poſsidet
vti domina.l.ſi ſeruus depoſit' §.1. ff.de no-
xa.actio.& poſsidet nomine debitoris l.pig-
nori ff.de vſucapio.quare cũ non debitor ve-
re ſed creditor poſsideat ad eum fructus iu-
49 re dominij pertinent: quia † ex poſſeſsione
debentur Bart.vbi cæteri ſcripſerunt in l.3.
§.ex contrario ff.de acquir. poſſeſsio. Natt.
conſ.535.nu.5. Bero.conſ.210.nu.19.lib.3.
50 Tertia † ſuperiorib' ratio adiungi poteſt,
quoniã nullo vnquã iure deciſum reperitur
vt debitor ſuũ debeat alere creditorẽ, aut ei
quidquã dare donec ſoluit debitũ; etſi enim
bona ſint ꝓ dotib' obligata atq. etiã acceſſo
rijs ad ipſam dotem, & conſequenter fructus
in conſequentiã venire videantur, tamen id
de acceſſorijs legitimis nõ de illicitis intel-
ligendũ eſt; porro licet hęredes non ſoluant,
cum tamen poſsit vidua iudicialiter petere,
ſi id non facit ſibi imputare debet non alijs.
Ideo quidquid percipit ex fructibus tenetur
imputare, iuxta tradita ab omnibus in d. ca.
ſalubriter, & ex noſtris Barto.& cæteri quot
quot ſunt in d.l.in inſulam §. vſuras ff.ſolut.
matrimo. Panor.Anchar. Caſtren.Alex.Cu-
man.Lau.de Rodol.Roman.Ange.Rube.Pa
riſi. Ioan. Baptiſt. & alij quos refert & pro-
bat Surd.d.quæſ.45. num.13.
51 Extenditur † cõmunis opinio vt procedat
etiã vbi maritus mulieris, ſuo teſtamento le-
garet vxori certũ quid loco intereſſe donec
ſibi dos ab illius hæredibus ſolueretur, qui
caſus quotidianus eſt nec frequenter admo-
dum tractatus: Quare in hac ſpecie videtur
52 relictum illicitum, & vſurarium: Etſi † enim
niſi in mutuo vſura cõſiderari non poſsit, vir-
tualiter tamen vt aiunt Theologi vſura co-
mittitur, nã breui manu dos data mulieri vi-
detur, & à muliere hæredi, cõſequenter mu-
tuata; vt fere in his terminis decidit text. in
l.3.§.ſciendum & in l. mulier ff. de donatio.
53 int.vir.& vxor. Ita † fit vt teſtator quemad-
modum ſuperius dixi nequeat efficere vt in-
terim donec legatũ ſoluitur per hęredẽ lega
tario teneatur hęres certũ quid dare loco in-
tereſſe l.3.§.fin.vbi Bart. ff.de annu.lega.cũ
ſit vſura vbicũq. quãtitas ſolui debet per di-
nume-

numerationem temporum pro retardata ſolutione capitalis, etſi id foret ſub nomine pœnę vt & ſuperius animaduerti,& poſt Bartol.in d.l.3.§.fina. de annu. lega. idem docuerunt alij omnes quales Bal.in l.cum allegas C.de vſur. Anchar. conſil. 93. num.3. is inibi expreſsim reſpondit non poſſe teſtatorem mandare hæredi, quod ſoluat vxori quidquam annuũ donec integras dotes exoluerit,& in eiſdẽ terminis de vxore,cui certa quantitas fuit legata conſuluit Socin.conſil. 56.viſo teſtamento lib.3. nu.2.3. & ſequen. credens ſimiliter vſurarium legatum Alex. conſil.74.num.6.lib.6. Lancel. Deci. in d.l. 3.§.fina.vbi ſcripſit ſic fuiſſe Papię iudicatũ; Et in teſtatore hæredi præcipiente vt quid annuum det donec legatum ſoluat legatario, ſubſcripſerunt huic opinioni innumeri, quales Aretin.Barbati.Socin.Iaſſon. Purpura.Ctot.Rebuf.Bertran.Crauet.Palat.Rub. Rolan.Cagno.Alciat.quos refert & ſequitur Surd.dict. quæſt. 45. num.21.22.23.24. vbi & communem dixit.Eandem dixit communem idem Surd.conſ.23. nu.3. in fine lib.1. Rolan. qui fusè diſerit conſ.55.nu.21.lib.2.

54 Contrariam ✝ opinionem quod imo poſſit teſtator hęredi iubere vt quid certum det donec integre legatario legatum exoluerit, tenuit nouiſsimè Surd.conſ.23.à num.1.per totum lib. 1. exiſtimat citra vſuræ labẽ poſſe teſtatorem hæredi præcipere, vt certum quid ſoluat donec integrum legatum legatario exoluerit;quam ✝ opinionem tunc ma-

55 xime procedere exiſtimat; cum non eſt in facultate legatarij petere legatum principale,quod tunc contingit quando certum terminum præſtituit hæredi intra quem ſoluat, ita quod non eſt in poteſtate legatarij petere legatum interim, cui nulla poteſt culpa imputari ſi illud non petit: Hæc opinio fuit Socin.in l.3. num.7.de his, quæ pœn.nomi. relinqu.vbi ſcripſit ſe pro legatario aduerſus hæredem conſuluiſſe,& ſuo conſilio ſubſcripſiſſe Cacialup.addit hanc ipſam opinionem dici Florentię agitatam, & controuerſam poſt Romæ canonizatam fuiſſe, & pro ea iudicatum. idem repetit idem Socin. in

56 conſ.41.lib.4. Eandem ✝ ſequitur Rip. in l. nemo poteſt num.23.delega.1. ex doctrina Bal.in l.1.verſicul. Tertio quęritur C.de his quę pœnæ nomine relinq. vbi docuit valere legatum à teſtatore factum vbi relinquit decem ſingulis menſibus;ſequitur Cagno. in l. curabit num.14.C.de actio.emp. Et nullam continere dubitationem caſum hunc quando non eſt in poteſtate legatarij petere legatũ ſcripſit Caballi.tract.de vſur. quæſt.73. nu.483. qui antea tractatus erat Carol. Moliu.poſt correctus & emendatus prodijt nomine Caballi.is in d.nu.483.verſi.Et hic eſt ſecundus caſus, ait hanc facti ſpeciẽ nullam cõtinere dubitationẽ qui ibi à nu.481.verſi. Septuageſimo tertio quæro, hunc articulum ſubtiliter latè & eruditè explicauit, docens indiſtinctè in omni caſu ſiue ſit in poteſtate legatarij ſiue non exigendi legatũ relictũ do-

57 nec ſoluatur,citra vſurã exigi & peti poſſe: ✝ Alciat.vero.lib.paradaxo.5.cap.fina.nouam prodit ſententiam exiſtimans,quod aut teſtator expreſsit illud annuũ ſoluendum pro vſuris & tunc ſit vſura, quaſi nõ poſsit id aduerſus iuris interdictũ diſponere;aut vero id non expreſsit & tun. nõ ſit vſura ſed valeat diſpoſitio,ſic intelligens tex.in d.l. 3.§.fina. de Ann.legat.cuius tamen Caro. Molin.improbat diſtinctionem d. loco nu.484.de cuius veritate quoniã extra inſtitutum noſtrum non diſputo. Tamẽ ad propoſitũ in Surdi & aliorũ ſententia quam cõcedo libenter, nulla mihi in hac ſpecie vſura admitti videtur, quando teſtator iuſsit hæredi quidquã annuũ vxori dare donec dotẽ ſoluat: Ex multis quæ poſt Moline, & nunc ſupra citatos authores adducit argumẽtis Surd.d.conſ.à nu.3.verſ. Quibus non obſtantibus:nã cum legatum ſit

58 donatio §.1.inſtit. de legat.& ✝ vſuram non committat qui liberali animo oblatum recipit cap.ſicut Epiſcopum 1.quæſt.2.quinimo nec vſura iudicatur etſi in mutuo loquemur (in quo tamen diuerſa ratio eſt vt mox

59 dicã)quoniã ✝ licet recipere ſponte & liberali animo donatũ ratione mutui,etſi intentione ſecundaria quod fortius eſt quiſquam mutuet alteri vt inde aliquid recipiat, dum principali intẽtione id faciat vt proximo indigẽti ſubueniat, iuxta cõmunẽ canoniſtarũ & Theologorũ de qua Dida. d.cap. nu.2.& in regula peccatum 2.pat. regul.1. ad finem Domi. de Sot. Turrecrem. S. Thom. Adria. Caietan.Medin. Azpilcue. Sylueſt. Conrad. & alij plures quos citat & ſequitur Villagut.in tract. de vſur.queſt.17.n.6. ad mediũ in prima concluſione: vnde cũ in hac ſpecie vidua ex legato mariti ſponte facto liberaliter recipiat,& ſimus extra cauſam mutui cõſequenter nulla poteſt vſura conſiderari.

60 Accedat ✝ ſecũdo φ vidua legatũ recipit nõ à legatario ſed à teſtatore, qui onus hoc hęredi impoſuit vt rectè animaduertit Surd.

61 d.conſ.23.nu.4.ex tex.in ✝ l.profectitia §. ſi quis certã q.de iur.doti. vbi ſi quid donatur patri vt det filio nõ cẽſetur acquiſitũ à patre quoad effectũ vt reputetur profectitiũ, & in l. vnũ ex familia §. ſi de falcidia & §.ſi duos cũ glo.in verbo hæreditario delega.2.quorũ iuriũ authoritate Surd.ibi poſt Caſtren.cõſ. 442.num.2.reſpondit, iuſtitutum hæredem ab eo qui tenebatur ſibi relinquere nõ videri

Ll 2 ea

ea bona habere ab inſtituente ſed à primo
62 qui hæredẽ grauauit, quia † à primordio tituli
poſterior formatur euentus l. 1. de imp.
lucra.deſcrip.lib.10.Cod.cum alijs in ornatum
adductis per eundem Surd. conſ. 255.
num. 11.12.& conſ.112.ad finem.

63 Rurſus † cum poſsit teſtator de rebus ſuis
libere diſponere vel in vita aut in morte etiã
abutendo l. ſed etſi lege §. conſuluit de petiti.
hæredi. & libera quoq. ſit vnicuiq. rerum
ſuarum adminiſtratio l. ne vſque adeo
ff. ſi quis à paren. fue. manumiſ. maximè in
teſtamentis & vltimis voluntatibus, ex verbis
legis 12.tabularum, quibus ampliſsima
teſtandi & legandi facultas datur: vti quiſq.
legaſſet ita (inquit) ius eſto l.verbis legis de
verbo.ſignifi.l.1.C.de ſanc. Eccleſi. poſsitq.
maritus vniuerſam ſubſtantiam ſuam vxori
relinquere dempta legitima filijs debita ſi
filios haberet; quid mirum ſi poſsit quid annuum
legare vxori donec dotes ſoluantur,
cum & hæres ſi nolit hæreditatem repudiare
id valeat.

64 Tertio † vſura diffinitur à Panor. in rub.
de vſur. quod vſura eſt lucrum mutui ex pacto
debitũ vel exactum, & licet poſt & ante
cum cæteri aliter diffiniant, omnes tamen
in diffinitione conueniunt vt vſura nõ aliter
quam ex pacto contrahatur & in mutuo, vel
vbi mutuum virtualiter poteſt conſiderari.
Panormit.vbi ſupra Hoſtien. in ſumma titu.
de vſur. §. quid ſit vſura Innocen.& alij in d.
rub.de vſur.Azo.in ſumma eo.tit. ex Theologis
Medi. in Codice de reb. per vſur. acquiſi.quæſt.11
Azpilcue. in commen.de vſur.
num. 6. Domi. de Sot. de iuſt. & iur. lib.6.
quæſt. 1. articul. 1. Ioan.Baptiſt. Geminia.
tractat.de vſur.§.1. num. 14. S. Thom.2. 2.
quæſt.78.articul.1.Didac.dict.cap.num.2.vt
modo alios præteream innumeros id ipſum
docentes; debet igitur adeſſe pactum & inter
duos, cum quid ab vno datur, & ab altero
65 recipitur; Cæterum in † legato annuo nõ
adeſt pactum vllum, nec quidquam datur ab
hærede, vel percipitur ab vxore legataria,
nam id voluntas ſolius teſtatoris perficit, cui
ſic legare placuit; nam in vltimis voluntatibus
voluntas teſtatoris totum facit, vt ait
Vlpian. in l. ex facto proponebatur, verſicu.
Rerum autem Italiarum de hęred.inſtit.cum
alijs ad hoc inſtitutum cumulatis per Math.
de Math.tracta.de num.teſti. cap.3.à nu.36.
37.cum ſequen.

Quarto cum vt dixi legatum à marito factum
ex mœra liberalitate procedat, vt vxori
legauit quid annuum maritus donec dotes
exoluantur, ſic potuit integras omnes ſummas
annuales conſeruare multorum annorũ,
& eidem vxori legare; vnde ex his & alijs
multis à Carol.Molin.& Surd.adductis, quæ
apud eos videri poſſunt ne ipſa tranſcribere
iterum videar, exiſtimo legatum valere vt
non immerito dixerit Barto.Socin.ſupra ſic
fuiſſe Romæ iudicatum.

Neq. obſtant duo præcipua fundamenta,
quibus communis opinio innititur; primum
ſcilicet videri breui manu quantitatem legatam,
à legatario in hæredem tranſiſſe; quoniã
legatarius non annuum recipit legatum ab
hęrede ſed à teſtatore, qui huiuſmodi onus
hæredi impoſuit, vt rectè animaduertit
Surd.d.conſ.nu.4.ad medium, & conſtat id
verum eſſe, ex ſuperius adductis.

66 Non & † ſecundum ex d.l.3.§.fina.de annu.
lega.qui tex.hanc immiſsit confuſionem
in hac quæſtione: nam præter ſolutionẽ Molin.
67 lin.in d.quæſtio.licet † huic textui Surd.non
ſatisfaciat, reſpondetur efficaciter nihil omnino
ad inſtitutũ facere, quoniã loquitur in
teſtatore legante vſuras, ideſt quid annuum
ſub nomine vſurarum: in quo tex. quæſitum
an valeret legatum; dubitationem faciebat
quod nequeat teſtator quidquam aduerſus
iuris diſpoſitionem ſtatuere, vel relinquere
l.nemo poteſt delegã. 3.cum ſimil. vnde cum
vſuræ reprobatę eſſent de iure ciuili, quę excederent
legitimam, & præſcriptam à legib⁹
quantitatem, conſequenter nec legatum valere
videbatur. Decidit IurisConſultus valere
legatum dum vſuræ iuſtæ ſint, inde elicitur,
quod ſi quid annuũ legaſſet nullo vſurarum
nomine adiecto valuiſſet omnino etſi
exceſſiſſet legitimum modum vſurarum, ſed
quia vſuras memorauit teſtator improbatas,
mediam eligẽs textus ille viam voluit vt reprobæ
nõ debeantur, iuſtæ vtiq. cum debeat
voluntas teſtantium inquantum poſsit ſuſtineri
& conſeruari; & hic eſt verus, & genuinus
illius §. ſenſus, quem præſenſit Alciat. d.
cap.& malè per Molin. improbatur: in caſu
noſtro nihil ſub nomine vſurarum relictum,
ſed legatum interim quid annuũ donec do-
68 tes exoluantur. Præterea † cum ſit in facultate
hæredis ſoluere illico, & ſe ab annua
præſtatione exonerare videtur legatum alternatiuum,
& cum non poſsit vtrumq. peti,
cõſequẽter valet, vt in terminis dixit Bal. in
l. 1. verſi. Tertio quæritur C.de his quæ pœ.
nomi.relinq.vbi ſcripſit valere legatum nec
vſurarium fore, cum teſtator relinquit mille,
vel decem ſingulis menſibus, quem referũt,
& ſequuntur Molin.& Surd.ſupra Dida.dict.
cap. 1. in extremis verbis.

69 Ad tertium † articulum ſit illius hæc concluſio,
poſſe viduam paciſci cum hęredibus
mariti occaſione dilatę ſolutionis ab ea,
vt interim ſibi aliquid annuũ exoluatur pro
alimentis, dum id fiat in caſibus, in quibus
poteſt

Digitized by Google

poteſt vidua poſt annum conſequi intereſſe
dotis non ſolutæ,quos refert Surd. dict.tra-
ctat.de alimen.artic.1.quæſtio.45.à num.1.
his igitur in caſibus valet conuentio nec vſu-
70 raria iudicabitur, quoniam † deducitur in
pactum id,quod de iure communi debetur;
ſic Panormita.in dict.cap.ſalubriter num.6.
Socin. conſil.176.num.4. lib.2. Dida.dict.
cap.1.num.4.vbi Cardin.Bal.Caſtren. Pala.
Rube.& Crauet.citat,pro vt verè id reſpon-
dit Crauet.conſil.189.num.7.Felin.Gozad.
Anton. Syluest. Tabien. quos refert, & ſe-
quitur Ioan. Baptiſt. Lup. tractat.de vſur.
commen.1.§.4.num.91. Surd. dict.quæſtio.
45.num.74.75. & 76. idem ſcribit magnus
conſcientiæ caſuum magiſter Azpilcue. in
Manua.Confeſſo.cap.17.num.213.Syluest.
in verbo vſura 3.§.6.Angleſi.ſupra.4.ſenten.
quæſt.de cont.mut.arti.2. difficul.6. conclu.
1.& 2.Villag.tract.de vſur.queſt.22.conclu.
12.Graph.deciſio.ſuis lib.2.ca.106.num.4.

71 Atque etiam † procedit ſuperior traditio
vbicunque ſtatutum, vel conſuetudo aliquid
certum taxaret vxori pro alimentis interim
dum dotes exoluuntur: valeret enim pactū,
quo idem deducitur in conuentionem,quod
a lege municipali,vel conſuetudine taxatur:
nam & ſtatutum huiuſmodi, validum eſt ſiue
talis conſuetudo. Bald. in l. fin. §.prӕterea
num.5.C.de iur.domi.impetran.Cardi.An-
na.Imol.& alij quos recenſet Dida. dict.ca.
1. num. 4. verſicul. Octauo hinc colligitur.
Alexan.conſil.63.col.2.lib.3.conſi.31.num.
7.lib.4. Cœpol.conſil.ciuili 15.Ruin.conſil.
224.num.14.lib.1. Molin. de vſur. d.quæſt.
num.527.Corne.conſil.fina.lib.2. Alios re-
fert Surd.dict.quæſt.42.num.25. Cagnol.in
l.curabit num.16.de actio.emp. Pala.Rube.
in d.cap.per veſtras §. 24. num.3.de dona-
tio.inter vir.& vxor.Crauet.conſ.189.num.
5.li.1.Anguizol.Cæphal.Cœpol. Ruin.quos
refert & ſequitur Caualca.deciſio.35.nu.27.
1.part. Graphi. deciſio. ſuis lib.2.cap.106.
num.4. Azpilcue.in commen.de vſu.nu.68.
Specu.Bald.Alexan.Socin.Felin. Deci. Ne-
guzan. & multi, quorum communem refert
Menoch.tract.de retinen. poſſeſsio.reme.3.
num.179.

72 Contrariam † ſententiam quod non ſta-
tuto, vel conſuetudine induci poſsit vt quid
annuum detur,tenuerunt Angel. in l.diuor-
73 tio.ff.ſolu. matri. quoniam † non poteſt lex
ciuilis vſuras inducere, cum in materia pec-
cati qualis hęc ſtandū ſit iuri canonico:Rur-
ſus cum nec marito vſuræ debeantur ſoluto
iam matrimonio,quia nō ſuſtinet onera ma-
trimonij vt in ſuperioribus dixi, nec deberi
debent viduæ ſoluto matrimonio; atq. ideo
hanc opinionem quod tale ſtatutum, vel cō-
ſuetudo non valeat tenuerunt Iaco.Butrica.
Socin.Iaſ.& alij quos memorat Surd. & ſe-
quitur d.queſt.45.num.25.ad medium quam
communem dixit Ioan.de Lign. Panorm. &
Imol.cum alijs quibuſdam relatis à Dida.d.
cap.1.nu.3.verſi. Septimo ab eadē ratione.

74 Conciliantur † autem à Dida.ſuperiori in
loco contrariæ huiuſmodi opiniones poſt
alios eo antiquiores idem affirmantes, vbi
ſtatutum; vel conſuetudo quid annuum tri-
buit mulieri viduæ, quod ad iuſtam quanti-
tatem intereſſe ipſi poſſet adiudicari, veluti
ad rationem quinq.vel vltra pro centenario
dotis mulieris iuxta morē regionis; alioquin
ſi integros fructus,aut aliud quippiā,quod in
maxima excederet quantitate dotium red-
ditus minimè,iniuſtum enim eſſet ſtatutum,
& omnino iniquum; quā etiam conciliatio-
nem admittit idem Surd.poſt Caro.Molin.
d.quæſt.45.num.77.in finalibus verbis. Atq.
eandem ipſam conciliationem admittit in
ſimili,& pulchro caſu Menoch. tracta.de re-
tin.poſſeſsio.remed.3.nu.179.vſq. ad num.
75 184,vnde † certè non video quomodo con-
ſtitutio noſtra Regia; qua fructus integri ad-
iudicantur mulieri poſt mortem viri omniū
bonorum,quos nedum retinet ſed & ſuos fa-
cit,defendi aliqua ratione poſsit,nulla habi-
ta diſtinctione an fructus æquiualeant reddi-
tib9,vel intereſſe iuſtis, quæ dos parere poſ-
76 ſet; Et † quod deterius eſt nedū fructus ſuos
facit, ſed neq. in ſortem imputare tenetur;
quo vt præcipuos retinet, etſi fructus ingen-
77 tes forent,& dos exigua;id enim † aduerſa-
tur iuri diuino, canonico, & humano, nam
neq. ad pias cauſas,neq. ad vſus pauperum,
aut alio quouis titulo permitti id poteſt:
quemadmodum latè ex communi reſoluit
poſt veteres Dida. vbi ſupra Surd. d. quæſt.
45.num.14.& 25.& 76.77. Menoch. d.re-
med.num.182. idem Surd.conſ.194.nu.13.
lib.2.vbi latius.

78 Ex his † quæ modo, & ſuperius etiā dixi,
reſpōdi paucis ab hinc diebus nō fore iuſtā
conuentionem in contractu matrimonij ini-
tā inter ſocerum, & generū,qua conuentum
fuit vt gener certā pecunię quantitatē,quam
habebat teneretur in domū ſoceri deferre,
& in refectione, & prædiorū cultura expen-
dere,adiecta conditione quod ſoluto matri-
monio morte vxoris teneretur ſocer vel vxo-
ris hæredes pecuniā reſtituere illico, ſin mi-
nus interim ſibi certū quid annuatim pro in-
tereſſe ſolueretur;cū enim ceſſent onera ma-
trimonij morte vxoris conſequenter vſuræ
vel intereſſe;Etſi id interdictum eſt in vxore
ſoluto matrimonio morte viri ex commu-
ni, de qua ſuperius in primo articulo, mul-
to magis in viro prohibitum cenſebitur,

quoniam viro debentur vſuræ, vel intereſſe
ob cauſam extrinſecam ideſt propter onera
matrimonij, vxori autem debentur ob cau-
ſam intrinſecam, quia eſt domina dotis &
ea frui debet l. vbi adhuc C.de iur. doti. vt
hæc & alia ad inſtitutum animaduertit Surd.
dict.quæſtio.45.num.7.& 8.& ſic fuit in hoc
Senatu iudicatum. Pegueta deciſione. 129.
à num.1.Et in ſimili idem ſenſit Cancer.lib.
3.reſolu.cap.7.num.43.44.quod tamen in-
telligendum eſt vt intereſſe nequeat pete-
79 re in vim pacti, poſſet † autem maritus ma-
ximè ſi ſolitus foret negotiari propter mo-
ram admiſſam conſequi intereſſe,dum de eo
vere conſtaret ad ea,quæ Dida. dict.ca.poſt
Panormita. & antiquiores, fusè Surd. dict.
quæſt.45.num.27.28.Et idem vbi fuiſſet de-
ductum intereſſe in pacto, quod veriſimili-
ter iuſtum pertingeret damnum, nam & eo
caſu valeret conuentio Surd.vbi id generale
eſſe nedum in marito, ſed in omnibus dixit
d.quæſt.45. num.76.

80 Cæterum † in his caſibus, in quibus con-
uentiones huiuſmodi non valere dixi, ad-
dendum nunc, nec in vim iuramenti vbi iu-
ratæ forent poſſe ſuſtineri:quoniam vſurarię
ſunt, & iniuſtæ: & licet qui iurauit vſuras
exoluere Deo iuramentum reddere cogatur
cap.debitores de iur.iuran.vbi Panormit.&
cæteri omnes ex eo tex.docuerunt;dict.de-
ciſio.129.num.3.atq; ideo niſi prius ſoluat,
vel abſolutionem à iuramento conſequatur
contractum illicitum dicere non poſsit. d.
cap. debitores, parito tamen iuramento, &
agere,& repetere poterit eod.tex.

81 Quinimo † licet prædictis in conuentio-
nibus dictum tantum fuiſſet vt mulier, vel
vidua mortuo marito fructus in ſortem im-
putare non teneatur atque pactum iuratum
foret, & conſequenter ratione iuramenti
agens ad compenſationem, vel imputatio-
nem audiri nequeat, quia iuramentum obli-
gat pręciſe,& ideo compenſationem vel im-
putationem impedit.ca.ad noſtram vbi glo.
& Panormit.num.2.ex.de iur.iuran. & rela-
tis multis Oſaſc.deciſione Pedemon.92.nu.
26. & 33. vbi communem dixit Neguzan.
Rolan.Narr.& alij quos refert Surd.d.conſ.
194.num.8.& 9.ad finem.

82 Tamen † intelligenda communis opinio
eſt, vbi alias contractus illicitus non eſt vel
vſurarius, eo enim in caſu petita abſolutio-
ne cum iuramentum non validet cōtractum
reprobum, & imputatio & compenſatio
obijci poterit, vt in citatis locis interpretes
docent:maximè Surd.d.conſ.num.23.

83 Præterea † cum iuramentum in hoc &
huic ſimilibus caſibus non firmet contrac-
tum, ſed tantum obliget iurantem ad ob-
ſeruantiam iuramenti, mortuo principali
hæres libere contrauenire poterit etiā abſq;
abſolutione: quoniam iuramentum quoad
illius obſeruantiam ad hæredes non tranſit,
quemadmodum authoritate Barto. Bald.
Fabri. Panormita. Angel. Caſtren. Iaſſon.
Imol. Calde. Ruin. Alexan. Socin. Decij.
Alban.Gabriel.& aliorum,quorum pulchra
ad hoc inſtitutum dicta coaceruauit Surd. d.
conſ. à num.23.cum ſequen.idem Surd. de-
ciſio.159.num.11.

SVMMARIVM.

1 *Pactum in matrimonio contractum inter generum, & ſocerum, quo ſocer alimenta filiæ, & genero dare promiſit, vbi tempus appoſitum non fuit an de perpetuis alimentis promiſſio intelligatur.*
2 *Promiſſio indiffinita ad annos 15. reſtringitur.*
3 *Grammaticus ſibi ipſi contrarius.*
4 *Habitationis legatum perpetuum eſt.*
5 *Legatum alimentorum durante vita legatarij debetur.*
6 *Alimenta ſimpliciter relicta, ad vitam debentur illius, cui relicta ſunt.*
7 *Alimentorum fauore alimenta tota vita legatarij debentur.*
8 *Oratio indefinita æquipollet vniuerſali.*
9 *Alimentorū fauore ſtatutum vt perpetua ſint, etiam in his caſibus, in quibus indefinita nō æquipollet vniuerſali.*

QVÆSTIO XXXX.

PACTVM IN CONTRACTV matrimonij inter generum & ſocerum, quo ſocer genero & filiæ alimenta dare promiſit; ſi tempus expreſſum non ſit? An de perpetuis alimentis intelligatur.

1 NON † ſemel accidit ſocerū ge-
nero & filiæ in contractu matri-
monij promittere alimenta &
habitationem aut vnum ex his,
neq. de tempore ſit mentio ali-
qua;dubitari cōtingit an promiſsio hæc per-
2 petua ſit nec ne:Nam † videtur promiſsionē
ſolū ad annos quindecim reſtringēdā eſſe ex
l.ſi quis argentū §.ſin autē donator C.de do-
natio.Quo loci Iuſtinianus iuxta glo.intelle-
ctū ibi alimētorū indiffinite promiſſorū æſ-
timationem ad annos quindecim reſtringit:
Atq;ita in terminis noſtræ quæſtionis in ſo-
ceri loquēs ꝓmiſsione videtur ſentire Grā-
ma.deciſ.102. nu.12.13. qui & ad id citauit
Afflict. deciſ.24.& affirmat ꝙ hoc cōmuni-
ter

ter tenent doctores in dict.§.ſin autem;& in eandem ipſam reincedit Lata. in l. ſi quis á liberis §. non tantum num.62.ff.de libe. agnoſ. reducens ibi doctrinam Gramma. ad terminos computationis l. hæreditatum ff. ad l.falcidi.

3 Cæterum † idem Gramma. ſibi ipſi contrarius in eiſdem terminis deciſio.101.num. 56. aliter docet, promiſsionem ſcilicet alimentorum á ſocero factam eſſe perpetuam indicandam ad vitam ſcilicet eorum, quibus promittuntur, argumentando de vltimis voluntatibus ad contractus & è contra l. pactum inter hæredem ff.de pact. l. ſeruum filij §. eum qui chirographum delega.1. Euetat.loco 17. á num.10.cum ſequent. In † vl-
4 tima autem voluntate conſtat legatum habitationis fore perpetuum l. ſi habitatio §. vtrum ff.de vſu.& habita. vbi gloſ. docet &
5 alij: Rurſus † idem in legato alimentorum, quod ita interpretandum eſt vt intelligatur durante vita legatarij, l. cum hi. §. modus, in verbis conſtat enim alimenta cum vita finiri, de tranſactio. l. firmio ad finem ff. quan. dies lega. ced. confert text. in l. cum quidam & in l. annua in fine in verbis, Non eſt veriſsimile teſtatorem de vno anno ſenſiſſe ſed perpetuo deberi ff. de annu. lega. quæ iura citauit idem Gram. dict. deciſio. 101. num. 56. Vnde cum ſic reperiatur deciſum in vltimis voluntatibus, idem in con-
6 tractibus indicandum erit. Præterea † alimenta ſimpliciter relicta ad vitam debentur eius ſcilicet cui relinquuntur l.1.l.cato ff. de alimen.& ciba.lega.

Hanc ipſam ſententiam docuit glo.in l.1. C.de lega. quem inibi ceteri ſequūtur,& ex-
7 tremo Iaſſ.nu.9. dicentes † ſpeciale eſſe fauore alimentorum, vt ſimpliciter relictis alimentis, relicta ad vitam cenſeantur. Sed & Corne.eandem opinionem tuetur conſ.311.
8 lib.1.ad finem;nam † inquit, indefinita ęquipollet vniuerſali l. ſi pluribus de lega.1.cap. quia circa cū vulga. de priui.nedū in vltimis voluntatibus,ſed & in cōtractibus glo.in ca. vt circa de electio.in 6. fusè Tiraq. qui multos de more recenſet in tract.de retract.§.1.
9 glo.13.n.1.cū ſequen.His † addo quod multo magis regula hæc vindicat quando de fauore alimētorū agitur, etiā in caſibus in quibus non ſolet æquipollere ex doctrina Bart. in l.quidā hæredē nu.1. ff.de tri. vin. oleoq. lega.Propter hanc rationē & Surd.tracta.de alimen.tit.5.quæſt.1.nu.12.13.14.hāc eandem ſequitur opinionem quam communem dixit & Pechi. tractat. de teſt. coniug.lib.5. cap.25.num.4.ad medium vbi & Panormit. citat conſ.78.lib.1.vnde ab hac extrema recedendum non eſt.

SVMMARIVM.

1 *Pactum in matrimonio contractum inter ſocerum, & generum ne is vxorem ſuam alere teneatur, an validum ſit nec ne.*

2 *Maritus conuenire poteſt cum vxore vel ſocero ne ad alimenta teneatur, quamdiu dos ſibi non ſoluitur.*

3 *Maritus non tenetur alere vxorem quamdiu ſibi dos non ſoluitur.*

4 *Pactum inter virum & vxorem valet, vt fructus dotis dotem augeant, & interim mulier ſeipſam alere teneatur.*

5 *Donatio reciproca inter virum & vxorem valida.*

6 *Maritus cum vxore conuenire poteſt vt fructus dotis percipiat & ſeipſam alat.*

7 *Alimentorum onus dotem ſequitur.*

8 *Pactum inter virum & vxorem vt vxor ſe ipſam alat licet maritus dotis fructus percipiat, ex opinione Nouelli validum.*

9 *Pactum contra ſubſtantiam contractus dotalis nullum.*

10 *Onera obſequialia maritus vxori præſtat.*

11 *Pacta inter virum & vxorem ne vnus alteri onera obſequialia præſtare teneatur, nulla.*

12 *Pactum inter virum & vxorem quod vir dotem habeat ſed fructus non lucretur, teneaturque ad onera matrimonij, inualidum eſt.*

13 *Bal.Nouel.opinio reprobatur.*

14 *Matrimonium ſocietas dicitur diuinæ & humanæ domus.*

15 *Societas nulla eſt in qua vnus lucrum, damnum vero ſentire non vult.*

16 *Pactum delinquendi occaſionem tribuens nullum eſt.*

17 *Vxor maiora marito obſequia præſtare tenetur, quam vir vxori.*

18 *Surd. opinio noua.*

19 *Pacta ſeruanda.*

20 *Pacto & conuentione veniunt multa quæ alioquin ex natura contractus non venirent.*

21 *Pentio in contractu locationis ob vim maiorē remittitur.*

22 *Euictio debetur ſecundum naturam contractus venditionis.*

23 *Conuentio omnis aduerſus naturam contractus valida.*

24 *Matrimonialis contractus ſubſtantia non eſt, quod maritus vxori alimenta miniſtret.*

25 *Pacta in continenti appoſita pars contractus cenſentur.*

26 *Maritus vxorem indotatam alere tenetur.*

27 *Vxor indotata conuenire cum marito poteſt vt ſeipſam alat.*

28 *Alendi neceſſitas quæ marito incumbit circa vxorem ſuam, eſt de iure poſitiuo.*

29 *Pactum mariti quod mulier ſe ipſam alere teneatur, ſi tamẽ aliũde nõ habeat, nullũ eſt.*
30 *Pacta aduerſus leges nulla.*
31 *Dictio negatiua præpoſita verbo poteſt, tollit omnem potentiam.*
32 *Pacta dotalia in detrimentum mulierũ nulla.*
33 *Maritus tacita quadam ratione vxorem alere tenetur.*
34 *Maritus vxorem quam in ſuo tenet obſequio, etſi ei dotem ſoluere recuſet, alere tenetur.*
35 *Alimenta ei debentur, quem in noſtro tenemus obſequio.*
36 *Mulierum induſtria tenuis.*
37 *Alimenta quæ vxori debentur naturali ratione dictante dantur.*
38 *Alimenta quæ vxori debentur multiplici ex cauſa ei conceduntur.*
39 *Mulieribus vagari turpe.*
40 *Mulier vaga eo ipſo meretrix præſumitur.*
41 *Mulieres pro alijs poſtulare prohibentur.*
42 *Lex ad delinquendum inuitare non debet.*
43 *Pactum delinquendi occaſionem tribuens iniuſtum.*

QVÆSTIO. XXXXI.

PACTVM IN CONTRCTV MAtrimonij à genero initum cum ſocero ſuo ne vxorem alere teneatur, An valeat nec ne dote per eum recepta; caſus multi declarantur.

1 ETSI pactum † à genero factũ
in capitulis matrimonialibus vt
ſocer vel vxor quamdiu dotem
retinent, alimenta vxori miniſ-
trare non teneatur validum ſit,
quoniam cũ maritus dotis fructus qui prop-
ter onera matrimonij dantur l. pro oneri-
bus & l. dotis fructus C. de iur. doti. cap. ſa-
lubriter de vſu. l. de diuiſione ff. ſolu. matri-
mo. nou lucretur, nihil mirum ſi pacto ab ip-
ſo onere alendi vxorem ſe eximere poſsit.
quemadmodum in marito cum vxore ſic pa-
ciſcente decidit Vlpian. in l. ſi conuenerit in
fine ff. de pact. dotali. *Et quid* (ait text. ille)
*dicemus ſi tale pactum conuentum interue-
nit: vt maritus fructus in dotem conuerte-
ret, & mulier ſe ſuosq. alere teneretur ve; &
vniuerſa onera ſua expediret, quare non di-
cam conuentionem valere.* vbi gloſ. in ver-
bo valere; quæ & conſimilem citat text. in l.
ſi quis pro vxore §. ſi vxor ff. de donario. int.
vir. & vxor. ad idem text. in l. fina. ff. de in
rem verſicul. Specul. titu. qui filij ſint legi. §.
1. num. 28. Nouel. in repeti. l. ſi conſtante
num. 52. ff. ſolu. matrimo. idem tractat. de
dot. part. 2. num. 12. Campe. eod. tractat.
part. 2. quæſt. 6. num. 1. ſic & Natt. conſ. 547.
num. 11. Surd. tracta. de alimen. titu. 7. quæſ.
2 18. num. 2. Eodem † modo valet pactum
reſpectu ſoceri vt is filiam alimẽtare quam-
diu dotem retinet teneatur. l. fina. 1. reſpon.
ff. de dot. exceptio. l. penul. & fina. ff. de in
rem verſicu. Nouell. Spec. & Surd. vbi ſupra
ſed quoniam hic articulus dubius eſt ideo
ſequentes caſus conſiderare oportet.
3 Primus † eſt vbi gener cum ſocero vel
vxore paciſcitur vt quamdiu ipſi, vel eorum
vnus dotem retinet; minime ad alimenta
teneatur; & caſus hic non habet dubitatio-
nem vt modo dixi ſuperius. Ratio eſt quo-
niam & id in pactum deducitur quod alias
de iure licet; Non enim compelli maritus
poteſt vxorem alere, quæ ſibi dotem dare
denegat promiſſam gloſ. in verbo onera in
§. fina. in auth. de non eligen. ſecu. nuben. ex
eod. text. Cyn. & Salicer. in l. quod in vxo-
rem de Nego. geſ. vbi poſt Caſ. & Alexan. l.
fina. vbi & Bald. & Paul. de Caſtr. C. ad S.C.
Velleia. Iaſſon. l. ſi donaturus §. 1. num. 3. ff.
de donatio. ob. cau. Guid. Pap. deciſio. 439.
Boeri. deciſio. 22. Socin. Natt. Dida. Corne.
Cort. Ioan. Andre. Butri. Vital. Palat. Rube.
& alij plures quos citat Surd. tractat. de ali-
men. titu. 7. quæſt. 17. num. 1. 2. & ſeq.
4 Secundus † caſus eſt vbi conuenit quod
fructus dotis, qui pro oneribus matrimonij
deſeruire debent dotem augeant, & ſe ip-
ſam mulier alere promittit; hoc pactum va-
lere certum eſt; quoniam reſpectu oneris
alendi recipit mulier commodum vt fructus
dotis ſuæ cedant in augmentum dotis: hic
eſt verus intellectus dict. l. ſi conuenerit de
5 pact. dotali. cenſetur † enim donatio hæc
reciproca, quæ inter virum & vxorem valet.
Cyn. & Bald. in l. ſi pater puellæ C. de inoffi.
teſtam. vbi Caſ. Salicet. & Iaſſon. num. 2. di-
xi fusè hoc lib. quæſt. 19. à num. 1. vbi mul-
tos in hanc adduxi opinionem: ſic intellexe-
runt d. l. ſi conuenerit Nouel. Camp. Surd. &
alij ſupra relati.
6 Tertius eſt † quando maritus cum vxore
cõuenit quod ipſa dotis fructus recipiat, ſed
quod ſeipſam alat, cum non videatur quid-
quam donari à marito vel vxore alteri, ſed
compenſari magis d. l. ſi quis vxori ad finem
ff. de dona. int. vir. & vxor. l. mutus §. manen-
7 te ff. de iur. doti. Ratio † eſt quoniam dos
pænes quemcunque ſit onus alimentorum
annexum habet, & ibi eſſe debet vbi ſunt
onera l. is qui Stichum §. ibi dos ff. de iur.
doti. l. ſi maritus l. ſi filia §. 1. ff. fami. hercif.
l. fina. ff. de dot. excep. Campe. dict. queſt. 6.
Natt. d. conſil. 547. num. 11. Surd. dict. queſt.
num. 6. 7.
8 Quartus † caſus eſt quando maritus cum
vxore

Digitized by Google

vxore paciſcitur vt ſe ipſam alat quamquam
is fructus dotis percipiat, & hic caſus conti-
net dubitationem, nam Nouel. vbi ſupr. vi-
detur ſentire quod tale pactum valet,& idẽ
annuit in dict.l.ſi conſtante num.52. contra-
riam ſententiam docent cæteri omnès Bald.
in l.pactum quod dotali ad finem C. de col-
latio.Vital. tract. clauſula. titul.an alimen.
renuncia.poſſ. colum.6. verſi.An valeat pa-
ctum qui alios refert,Surd.dict.quæſ. num.
9 3. † nam pactum ſimile eſt contra ſubſtan-
tiam cõtractus dotis,quæ ideo datur vt one-
ribus deſeruiat matrimonij,& propterea va-
lere non poteſt l.cum præcario ff.de præcar.
l. vbi ita donatur ff. de donatio. cau. mort.
Neque iura à Nouell. citata in contrarium
obſtant,quoniam ea ſuam habent rationem,
& ex quatuor ſupra adductis caſibus facilem
recipiunt ſolutionem : non enim alia adfert
quam in illis adducta ; ſed & ridiculum eſt
quod is ſcribit, inquirendo rationem cur hoc
pactum valet,dum dicit hoc ideo, quia prę-
10 ter † alimenta alia multa onera ſubire ma-
ritus cogitur obſequialia l. ſi cum dotem §.
ſin autem ff.ſolu.matrim. adeo quod difficile
(inquit) ſit poſte maritum ſupportare tot &
11 tanta §.quia vero in auth. vt mulier. debi. †
Inde concludit quod licet pactum valeat quo
maritus ſe eximit ab onere alendi licet fru-
ctus recipiat, non tamen valeret quod vir nõ
teneatur ſubire cætera onera obſequialia
quæ ſecum matrimonium adfert reſpectu
vxoris, & vice verſa mulier erga virũ ſuum;
veluti inſeruiendo , operando, in domo co-
habitando, quia inquit id eſſet contra ſubſ-
tantialia matrimonij & indiuiduam vitæ cõ-
12 ſuetudinem. Similiter † ſubdit non valeret
pactum quod vir habeat dotem, ſed fructus
non lucretur & dotem augeant,& nihilomi-
nus teneatur ad onera matrimonij , eſſet
enim contra ſubſtantialia dotis.hæc Nouel.
13 qui non recte loquitur : Imprimis † in eo
quod aſſirmat valere pactum, quo conuenit
vt vxor ſe ipſam alat licet is fructus dotis
recipiat, quoniã huiuſmodi conuentio nulla
eſt omnino vt ex Bal.Vital.& Surd.dixi ſu-
perius.Ad hæc & pręter eos, manifeſtè illius
14 opinio infringitur, quod † tale pactum ad-
uerſatur mattimonio,quod diuinæ & huma-
næ domus ſocietatem continet. in princi.
Inſtit.de Patri.poteſt. Et ab ſponſalibus ad
ſocietatem argumentatur Roma. Pontifex
in ca.2.de ſponſa.l.1.de rit.nuptia. Et in ſo-
cietate viuere vir & vxor dicuntur in ca.cum
ſocietas 27. quæſ. 2.dixi lib. 1. compara.5.
15 vnde † ſicut ſocietas illa nulla eſt, in qua ex
vna parte lucrum ſocius conſequitur & dam-
num minime quæ leonina appellatur l.ſi non
fuerint §.Ariſto. ff.pro Socio. & contra na-
turam l.ſecundum naturam de reg. iur. ſic in
hac ſpecie ſocietas viri cum vxore dum fru-
ctus vult lucrari dotis , neque onera ſubire
matrimonij leonine agere & contra natu-
ram videtur.

16 Secundo † eadẽ opinio confutatur , quo-
niam ſi valeret pactum mulier non haberet
vnde ſe aleret, conſequenter daretur ſibi oc-
caſio manifeſta delinquendi & adulterandi,
at ſimilia pacta quę delinquendi occaſionem
tribuere poſſunt, ſunt inualida de iure l. cõ-
uenire ff.de pact. dotali. l. ſi vnus §. illud ff.
de pac. l. quidam decedens de admi. tuto.
cum ſimi.multis, Neque dicere vt is , quod
præter onera matrimonij maritus obſequia-
lia opera vxori præſtare tenetur aliquid eſt;
17 quoniam † longe maiora vxor præſtat, cui
hoc incumbit erga maritum, magis quã ma-
rito erga vxorem , cum is ſit dominus & ca-
put mulieris , & ei reuerentia ab vxore de-
beatur l.1.§.cum autem C.de rei.vxo.actio.
l.alia cauſa §.fina.ff.ſolu.matrim. cum innu-
meris ad hoc inſtitutum agregatis per Tira-
quel.in ll.connubia.l.1.a num.2.Meno. lib.
præſump.3.præſ.51. num.33.quod ſi ad alia
reſpiciamus, pregnatus, partus immenſi do-
loris in quibus multæ pereunt , labores nu-
triendi & inſantes lactandi, opera domeſti-
ca,& alia multa, nulla certe comparatio eſt.
Rurſus dum Nouel. affirmat non valere pa-
ctum quo conueniſſet vt maritus fructus do-
tis ſuos nõ faceret & nihilominus onera ma-
trimonij ſuſtineret, ſui ipſius opinionem cõ-
fundit; quoniam ſi huiuſmodi pactum reſpe-
ctu viri non valet, minus multo valere debet
reſpectu vxoris, quoties ſit pactum à marito
de lucrando fructus cum hoc quod vxor ſe
ipſam alere teneatur,& tamẽ idem Nouell.
ſupra relatus contrarium affirmat; quod ſi il-
lius ſententia in marito vera eſt,& in vxore,
cum dictum in vno in alio dictum cenſeatur
ex natura correlatiuorum l.1.de cupreſſ.lib.
18 10.Cod. † Quare Surd.dict.quæſt. num.11.
verſi.Reſtringendo igitur noue opinatur va-
lere pactum, dum mulier habeat aliunde, ex
quibus ſeipſam alere poſsit , ſi tamen pactũ
fiat ante matrimonium, id autem multis ra-
tionibus oſtendere conatur.

19 Prima † quia pacta ſunt ſeruanda , nihil
enim magis congruum quam pacta ſeruare l.
1.de pact.l.1.de conſtitu.pecuni. & licet de
natura contractus dotalis vxor ſe ipſam ale-
re non teneatur , non tamen inde ſequitur,
quin nequeat pactum contrarium iniri , cum
20 † multa non veniant ex natura contractus
quę tamen ex pacto veniunt Bal.Angel.Sa-
lic. & Fulgo. in l.1. C. commo. comprobat
21 locationis exemplo ; in locatione † etſi de
illius natura ſit quod ob vim maiorẽ remit-
tatur

catur pentio,poteſt tamen fieri in contrariũ
pactum & valet l.1.verſic. In quo cuncta vbi
Iaſſ.C.de iur. Emphi. Porti.conſi. 143.num.
13.14.Becci.conſi.94. num.29. Addit idem
22 ſimile aliud: † licet euictio debeatur ſecun-
dum naturam contractus venditionis l. ſi in
venditione ff.de Euictio.tamen ex pacto re-
mitti poteſt l.emptorem §.fina. vbi gloſ. de
actio.emp. Caballi.tract.de Euictio. §.2.nu.
23 13. † ſubdit extremo, valere omne pactum
aduerſus naturam contractus, licet aduerſus
ſubſtantiam minime gloſ. Barto.& alij in l.
pacta conuenta de con.emp. vbi Bart. ad id
Caſt. Deci. Beren. Natt. Neuiz.& Menochi.
citat,& alios plures citaui lib. 2. differen. 3.
poſt principium. Vbi & eundem Surd. hoc
24 in loco adduxi. De ſubſtantia † autem ma-
trimonij vel dotalis (ait ille) contractus nõ
eſt quod maritus miniſtret alimenta vxori,
illud enim de ſubſtantia dicitur, quod ſi ex-
preſſum ſit contractum infringit. Deci. in l.
cum quid num. 4. de reb. credi. Beren. in l.
pacta conuenta cap. 1. num. 3. præfatio. 3. ff.
de con.emptio. at ſi exprimatur quod mari-
tus alat vxorem, iam id à lege pro expreſſo
habetur, ergo non eſt de ſubſtantia contra-
ctus dotalis vel matrimonij.

25 Secunda † Surd.ratio, vbi à principio cõ-
uenit quod vxor ſe ipſam alat, & præter id
certam dotem conſtituat, tunc dos tanto vi-
detur amplior, quia pacta appoſita cenſen-
tur pars contractus l. fundi partem de con.
emptio. l. iuriſgentium §. quinimo de pact.
citat Bello. Corn. Alciat.& Iaſſo. poterat in
terminis proprijs pacti dotalis citare mul-
tos quos recenſui hoc lib. quęſtio. 2.& 3. &
quæſt. 23. verſic. Contrariam tamen. Tum
quia & maritus præter onus alendi alia etiã
ſuſtinet vt poſt Angel. Campe. & Pala. Rub
oſtendit Rolan.tract.de luc.dot.quæſ. 4.nu.
17.& quæſ. 106.num.38.

26 Tertia † Surdi ratio, ſicuti maritus, qui
duxit vxorem indotatam, eam alere tene-
tur l. quod ſi nulla de religi. & ſump. fune.
Cyn. Barto. Bald. Roma. Alex. Iaſſ. Guid.&
alij quos refert idem Surd. tract. de ali-
men.titul.7.quęſ.19.a num. 1. ita poteſt pa-
ctũ fieri quod dotata alat ſe ipſam. Et que-
27 madmodum † vxor nullam dotem tradens
conuenire cũ marito poteſt quod ipſam alat
l.inter ſocerum §.conuenit de pact. dota.ſic
inter coniuges conueniri poteſt quod vxor
dote ſoluta ſe ipſam alat.

28 Quarta Surd.ratio, † alendi (inquit) ne-
ceſsitas quæ marito incumbit eſt de iure po-
ſitiuo l.dotis fructus de iur.doti.pactum au-
tem contra ius ciuile poſitiuum eſt validum
l. 1. de pact.& hoc eſt quod vulgo dici ſolet
pactum legem tollere, & vbi adeſt pactũ in-
telligitur receſſum à iure cõmuni vt aliquid
operetur l.ſi quando de leg.1.Hæc ſunt qua-
29 tuor Surd.rationes fere ad verbum relatæ: †
tandem idem fatetur quod ſi mulier non ha-
beret aliunde ex quibus poſſet vltra dotem
ſe ipſam alere quod eo caſu pactum eſſet
nullum & inualidum: Cum tamen quatuor il-
lius fundamenta directo tendant ad probã-
dum pactum hoc valere omnino, ſiue habeat
vnde ſe alat mulier præter dotem ſiue non;
vnde cũ vera non ſint è medio tollenda ſunt.

Primæ rationi reſpondetur pacta ſeruan-
da eſſe etſi contra naturam ſint contractus
30 inter paciſcentes initi; vera argumentatio †
niſi lex pactum reprobet vel delinquendi
occaſionem tribuat ſic expreſsim de pactis
inter virum & vxorem initis reſpondit Pau.
in l. conueniri ff. de pact dotali. conueniri
(inquit text.) non poteſt, nec illa quidem
pacta ſeruanda ſunt, ne ob res donatas vel
amotas agatur, quia altero pacto ad furan-
dum mulieres inuitantur: altero ius ciuile
impugnatur: etſi conuenerit ne ob impenſas
neceſſarias ageretur, tale pactum non eſt ſer-
uandum, quia tales impenſæ dotem ipſo iure
minuunt: huc vſque Pau. qui directo Surdi
rationi contrariatur; cum & illic de natura-
libus contractus agatur, ſed quia mulier ad
delinquendum inuitaretur, vel quia ius ciuile
impugnaretur, noluit talia pacta valere: Id
quod & aperte extrema conuentio de quæ
illic de impenſis neceſſarijs non ſoluendis,
oſtendit, cum ipſa ſit contra naturam contra-
ctus dotalis,& tamen valere eã noluit. Pon-
deranda ſunt rurſus verba illius l. in princi-
31 pio *conueniri non poteſt*, &c. † negatiua
enim dicto illa verbo poteſt præpoſita tollit
omnem potentiam & facultatem cõtrahen-
di ad ea quæ glo.& cæteri ex eo text. ibi do-
cuerunt in ca. 1. de reg.iur. & in l.nemo po-
teſt de lega.1.

32 Rurſus † pacta dotalia quę iura dotium
vel mulierum minuunt omnino à iure repro-
bantur: tantus eſt fauor mulierum & dotis vt
facilius nubant,& ciuitates repleant; conuer
ſo ea, quę illis fauent tenaciter obſeruanda
vt multis relatis ſcripſi hoc lib.quæſ.1. quos
non repeto. ita fiet vt pactum hoc contra na-
turam contractus initum nullum ſit.

Non obſtat ſecunda ratio, quod dos ma-
ior cenſetur ſtante tali pacto, quoniam iura
non conſiderant dotis maioritatem vbi ea-
dem maioritas in detrimentum vergeret
mulieris ſicut in noſtro caſu; vnde ſcripſi d.
quæſ. 1. in principio valere pacta dotalia quę
in commodum tendunt mulierum, alia mi-
nime: Neque dicere vt ille, quod alias præſ-
tat maritus vxori operas ſaltim obſequiales
præter alimenta: quæ fuit conſideratio Bal.

Nouell.

Nouell. quam ſupra reprobani & rectè; quoniam longe maiora mulieres viris præſtare debent vt ibi: Adhæc ex obſequialibus operis mulier alimenta ex quibus viuat percipere non poteſt; & præſtat magis vt muliet ex dotis fructibus à marito alatur, quam vt obſequialia recipiat onera nullius æſtimationis: Præterea conſideratio vniuerſalis non eſt, quid enim vbi dos nulla data fuit; ſane & hoc caſu inuicẽ obſequia præſtari debent.

Neque obſtat tertia ratio Surdi, quoniam non rectè argumentatur, valet pactum quod vir vxorem alere teneatur etſi dote careat, ergo èconuerſo valet pactũ quo vxor ſeipſam alere promittit; quoniam vtriuſque caſus diſpar ratio eſt; valet enim in priori caſu pactum quia id in eo deducitur, quod à iure in eſt, cum eo ipſo quod vir vxorẽ ducit eam alere etſi dote careat teneatur dict. l. quod ſi nulla de religi. & ſumpt. fune. larè idem Sur. eod. tract. titul. 7. quæſ. 19. in princi. & dixi ſup. Rurſus & pactum ob id valet quod fauorabile ſit mulieri; ſecus vbi damnoſum vt

33 ſuperius. Non enim ſolum ✝ tenetur alere vxorem maritus indotatam, ſed & dotatam,

34 quam in obſequio tenet, etſi ✝ dotem ei ſol-

35 uere recuſet, ratione naturali dictante, qua ✝ cogimur ei alimẽta præbere quem in noſtro tenemus obſequio l. in rebus §. poſſunt ff. cõmo. l. ſerui §. quas impẽſas ff. de Ædeli. edic. l. ſed, etſi quid §. ſufficienter ff. de vſufruct. Gramma. deciſio. 103. nu. 25. Benicas. tract. de pauper. 8. prin. quæſ. 2. ſpecial. contract. num. 4. Neque text. in d. §. conuenit probat id ad quod eum Surd. citat, cum in alijs terminis loquatur, in vxore ſcilicet, quæ pacta fuit quocunque vellet per prouinciam ambulare ſumptibus mariti. Rurſus diſpar eſt

36 ratio in vxore ✝ quoniam mulierum induſtria ad lucrandum tenuis eſt, quæ tantum viris debent operari ſcribit Menochi. lib. præſump. 3. præſ. 51. num. 4.

37 Non obſtat extrema ✝ argumentatio nam alendi neceſsitas, qua maritus vxorem alere tenetur licet ſit inducta de iure poſitiuo, tamen ratione naturali dictante fuit à lege decreta: & propterea debet dici iuris naturalis, quemadmodum poſt S. Thom. & alios ab eo relatos ſcripſit erudite, & ſubtiliter Sarmien. tract. de reddi. Eccleſiaſ. 4. part. ca. 2. & 5. idem lib. 2. ſelecta. cap. fina. quem citaui cum alijs lib. 1. comparatio. 19. verſi. Et

38 poteſt Romanus Pontifex. ✝ Ratio autem naturalis non vna tantum eſt ſed multiplex. prima quia afforet ſocietas hæc leonina vt vnus damnum, alter lucrum conſequeretur. Secunda quia inuitaret mulierem ad delinquendum. Tertia quia naturali ratione impellimur eis miniſtrare alimenta perſonis, quas in noſtro detinemus obſequio. quas ſupra rationes reddidi. Addo quartam quia dos eſt proprium patrimonium mulieris, & iuri naturę concinit vt quiſque ex ſuo viuat patrimonio, l. 3. §. ſed vtrum ff. de minori. Præterea dato quod eſſet (cum non ſit) inducta alendi neceſsitas à iure poſitiuo, potuit ex cauſa ius ipſum contraria pacta infringere l. non dubium C. de legi. l. pacta quæ contra de Pact. d. l. conueniri cum ſimilibus.

39 Demum ✝ conſiderandum quam turpe foret vxoribus ſe ipſas alere, cum id non poſſent niſi vagando, & alienas domos frequen-

40 tando ✝ eo enim ipſo mulier, quæ id agit meretrix præſumitur Angel. in l. ſi qua illuſtris C. ad S. C. Orficia. quem refert Tiraq.

41 in ll. connubiali. l. 10. nu. 34. ✝ Vnde meriro ipſis prohibitum fuit ne pro alijs poſtulent, ne contra pudicitiam ſerui congruentẽ alienis cauſis vel negocijs ſe immiſceant eundo vndiq. l. 1. §. ſexum ff. de poſthu. ideo nec ferẽdi teſtimonij cauſa in iudicium venire coguntur capi. mulieres ex. de iudi. vt & alia his ſimilia adiungit idem Tiraq. vbi ſupr. a nu. 30. 31. Meno. li. præſ. 3. præſ. 10. num. 11. quare à priori ſententia recedendũ non eſt. Et ex his, quę dixi conſtat non multum laborandũ eſſe vt laborat Surd. in inquirenda ratione, cur pactum de quo ſupra non valet, is enim a n. 7. verſi. Querendũ igitur cum 4. ſequen. ſtrenue laborat in ea reddenda: & tandem non inuenit: vera igitur ratio ueq. vna tantum ea eſt quam paulo ante docui, quia vxor ad delinquendũ inuitaretur, & hæc mi-

42 chi ipſa veritas videtur. ✝ Nam ſicut nec lex valet, quæ ad delinquendum inuitaret ca. ex parte vbi Panor. 2. notabi. & in cap. fina. de conſue. & cap. flagitia 22. queſ. 7. lariſsimẽ Crauet. conſi. 137. nu. 2. Rimi. iuni. in l. 1. nu.

43 21. & n. 196. ff. quod quiſq. iur. ✝ multo minus pactum valere debet. Nihil enim magis legiſlatores cogitarunt quam delinquendi occaſionem amputare l. 1. §. fina. ff. quem. ſerui. amit. l. 1. in princi. ff. Naur. Caupo. ſtabu. cano. emendari 1. quæſt. 1.

SVMMARIVM.

1 *Maritus qui alimenta vxori denegat, an lucro dotis ex pacto debito ſit priuandus.*

2 *Pacta ſeruanda.*

3 *Alendi neceſsitas, quæ marito incumbit reſpectu vxoris à iure poſitiuo deſcendit.*

4 *Pacta à iure gentium deſcendunt.*

5 *Lucrum dotis marito ob ontra matrimonij defertur.*

6 *Maritus recuſans alere vxorem, quæ ob id moritur, lucrum dotis amittit.*

7 *Pactũ ſeruare nõ videtur is, qui aliquid comittit propter quod pacto renunciare videatur.*

Maritus

8 *Maritus lucrum dotis amittit ſi vxori denegat alimenta, etſi minime moriatur.*
9 *Gaudere bonis non debet is, qui illius perſonam ſpernit, euius ſucceſſionem ſperat.*
10 *Vnum ſi remanet ex duobus, quæ obſtant ſuſtinere diſpoſitionem facit.*
11 *Maritus lucro dotis priuatur vbi vxorem expellit ſine iuſta cauſa.*
12 *Maritus vxorem expellens aduerſus pietatis officium agit.*
13 *Maritus expellens vxorem tenetur ei dotem conſignare.*
14 *Maritus vxorẽ occidens omni lucro priuatur.*
15 *Diſtinctio communis.*
16 *Diſtinctio communis à Surdo improbatur.*
17 *Pœnalis diſpoſitio odioſa, extenditur tamen ex identitate rationis.*
18 *Maritus vxori infirmæ medicum, & medecinas denegans lucro dotis priuatur.*
19 *Alimenta cui debentur & medecinæ etiam.*
20 *Maritus vxori infirmæ medecinas denegans alimenta negare videtur.*
21 *Vxor ob medicinas denegatas non ex vi morbi ſed ex dicta cauſa mortua præſumitur.*
22 *Maritus imperitum medicum vxori infirmæ adhibens, an lucro dotis priuetur.*
23 *Vxoris hæredes, cui denegata fuerunt alimenta intenſionem habent fundatam aduerſus maritum, vbi expulſa fuit à domo.*
24 *Maritus occidens vxorẽ omni lucro priuatur.*
25 *Maritus propria authoritate in vxorem ius dicere non poteſt.*
26 *Maritus occidens vxorem etiam in caſu licito lucro dotis priuatur.*
27 *Paciſcentes triſtem euentum cogitaſſe non videntur.*
28 *Conuentio partium vltra ipſarum intenſionẽ extendi non debet.*
29 *Obligatione in generali, non venit id quod veriſimiliter concedi non debuit.*
30 *Surdi opinio aduerſus communem.*
31 *Contrahẽtes cogitaſſe præſumũtur quæ a duorum pendent voluntate.*
32 *Surdi traditio reprobatur.*
33 *Maritus negans vxori alimenta in his caſibus, in quibus id poteſt lucrum dotis non amittit.*
34 *Maritus qui non ſuſtinet onera matrimonij lege permittente, lucrum dotis non amittit.*
35 *Maritus ſi poſt denegata alimenta & eiectã vxorem, ſecum ea reconciliauerit, lucrum dotis non amittit.*
36 *Filius exhæredatus à patre ex cauſa, ſi poſtea ſecum pater reconciliauerit, non nocet exhæredatio.*
37 *Rolandi declaratio celebris.*
38 *Maritus qui onera matrimonij non ſuſtinet, quia vxorem à domo expulit, an fructus dotis eidem vxori reſtituere teneatur.*
39 *Maritus fructus receptos reſtituere vxori nõ tenetur.*
40 *Fructus reſtituendi ab eo qui ſine titulo rem poſſidet.*
41 *Paul. Caſtr. conſideratio euerſa.*

QVÆSTIO. XXXXII.

PACTO VBI VIR DOTEM VEL aliquam illius partem lucratur, vbi vxori denegat alimenta; An dotis lucro ſe ipſum faciat indignum.

1 QVONIAM de † alimentis vxori debitis præcedenti quæſtio. dixi, proxima illi altera eſt, an vir, qui ex pacto dotem vel partem lucratur ſi deneget vxori alimenta & interim moriatur, an ea dotis pars ex pacto dotali ſibi quæratur nec ne: Videtur enim quod cum ex pacto ius ſibi fuerit quæſitum ab eo niſi contrario conſenſu tolli poſsit. cap. 1. de regu. iur. ex. l. nihil tam naturale de regu. iur. l. ſi vnus §. pactus
2 ne peteret cum ſimilibus de pact. Neque † aliud magis legi naturę cõſentaneum quam conuentiones ſeruare l. 1. §. ſi conueniat ff. de po. cap. 1. §. ſi id. Quæ fuit prima cauſa bene. amitt. Et dixit Bald. in rubr. de conſti. in princi. quod verba hæc pacta ſeruabo, proceſſerunt de ore Dei Opti. Max. Becci. conſ. 45. num. 25. Et in noſtris terminis de pactis dotalibus tex. in l. lege ff. de pact. conuen. vbi dixit I.C. quod contractus à conuentione legem accipiunt. Sic quemadmodum cõduntur contraria conuentione diſſoluuntur. vt ſupra, & l. 1. ff. de pact. l. 1. de cõſti. princi. Natt. conſ. 384. num. 11.
3 Secundo † quoniam alendi neceſsitas, quę marito incumbit, qua de alimentis tenetur prouidere vxori, deſcendit à iure poſitiuo l. dotis fructus ff. de iur. doti. Rofre. in ſuis antiquis queſtio. Sabbati. queſt. 29. nu. 3. Lancel. Galliau. in conſu. Alexan. verbo ſolidos nu. 42. Surd. tract. de alimen. tit. 7. quæſt. 18.
4 num. 25. Cum † autem pactum ſit de iure naturali l. iuriſgentium vbi omnes ff. de pact. l. cum amplius §. his natura debet de regu. iur. cap. 1. de pact. nequit ius poſitiuum ideſt alendi neceſsitas illo iure inducta, pactum de iure naturali deſcendens infringere; cum iura naturalia immutabilia ſint §. ſed naturalia inſtit. de iur. natu. genti. & ciuil.
5 Bal. tamen in hac † queſtione ſenſit in l. quod in vxorem num. 1. C. de Nego. geſt. dotis lucrum quod marito defertur vel ratione pacti, aut ſtatuti, cum detur propter

onera

onera matrimonij , interque præcipua ſunt
alimenta , ceſſantibus his deficere etiam lu-
cra oportet; quoniam vt vulgo dicitur , ceſ-
ſante cauſa ceſſat effectus cap. cum ceſſante
de appellatio. l. adigere §. quamuis de iur.
patro. dari vero lucra maritis propter one-
ra matrimonij communis eſt gloſ.opinio in
l.ſi donaturus §.1.verbo dumtaxat ff.de con.
cau. dat. in quo articulo multorum authori-
tate hanc dixi receptam hoc libr. quęſ. 21.
verſic.Neque extremo loco. Vnde Caſtren.
in l.ſi ab hoſtibus §.ſi vir num.4.ff. ſolut.ma-
6 trimo. † ſcribit,maritum non lucrari dotem
illius vxoris ſiue ei ex pacto aut ſtatuto de-
beatur;cui ob id quod aliméta negauit vxo-
ri mortua fuerit;quod dixit quotidianum &
menti tenendum , & habuiſſe de facto Flo-
rentiæ ex text. in l.necare de lib. agnos. Et
licet Alex.& Iaſ. ibi contrarium teneant eã
tamen opinionem ſequuti ſunt Pala.Rub.in
in repeti. rub.de don.int. vir. & vxor.§.70.
num.23.poſt Bald.& Cuma. in dict. §. ſi vir
& nouiſsimè Surd.tract. de alimen. titul.8.
priuil. 69.num. 1.ad finem,vbi ſimile addit
donatarij, qui ſi deneget alimenta donatori
priuatur rebus donatis ob ingratitudinem
Boeri.deciſio. 244.nu. 12. Rolan.& Phanu.
quos citat idem Surd.vbi ſup.num. 1.in fine.
7 Non obſtant duæ † proximæ adductæ ratio-
nes in contrarium; quoniam pacta ſeruanda
ſunt niſi ex contrahentibus quiſquam quid-
quam cõmittat,quo à pacto recedere videa-
tur,quod multis comprobari exemplis poſ-
ſet , noſter ſufficiet caſus in quo maritus cui
ex pacto dos & illius lucrum datur vt ſuſti-
neat onera matrimonij ; vbi igitur nollit ſu-
ſtinere à pacto recedere cenſetur & eo ipſo
ſe ipſum priuare , quod ex inferius dicendis
latius patebit. Non obſtat ſecunda quod a-
lendi neceſsitas,qua maritus vxorem alere
tenetur eſt inducta de iure poſitiuo quoniam
ſuadente dictamine & ratione naturali id
fuit ſtatutum , conſequenter huiuſmodi ne-
ceſsitas non rectè tota iuris poſitiui dici po-
teſt,quemadmodum præter omnes declara-
ui præcedenti quæſtione in fine verſic. Non
obſtat extrema.

Extende communem traditionem quibuſ-
8 dam notabilibus modis.Primo † ſiue deceſ-
ſerit mulier propter denegata alimenta ſiue
non deceſſerit : licet enim ſupracitati inter-
pretes videantur ſentire requiri ad hoc vt
maritus lucro priuetur,quod vxor fame fue-
rit mortua,cum moueantur authoritate tex.
in d.l.necare qui in his terminis loquitur,
non tamen tuta argumentatio eſt, non enim
maritus lucro dotis priuatur quia denegat
alimenta vxori , & conſequenter necare vi-
deatur,ſed quia lucrum dotis ei non debetur
qui nollit onera matrimonij ſuſtinere , cum
ob hanc,& non aliam cauſam dotes dentur
l.pro oneribus C.de iur.doti.cum alijs à me
9 citatis. quæſ. pręceden. Rurſus † & ex alio
quoniam expellens perſonam illamq. ſper-
nens,eius bonis gaudere non debet vt dixit
Bal.in l.1.§.ſed ſcimus C.de lati. liber. tol-
len.ſic rectè ſenſit Surd.ſupr. nu. 5.non enim
caſus ille dubium habet vbi vxor prætextu
denegationis alimentorum moreretur,quod
tali in caſu maritus lucro dotis ſit priuandus,
vere enim necare videtur tunc dict.l.necare
Phanu.tract.de luc.dot.gloſ. 14.nu.6. Surd.
vbi ſupr. Rolan. tract.de luc.dot. quæſt.68.
10 num. 7. Præterea † etſi ratio aduerſantium
militaret , cum etiam conſideretur hæc ex-
trema mariti nolentis ſuſtinere onera matri-
monij,licet vna ratio deficeret altera rema-
net,& hoc ſufficit vt diſpoſitio ſuſtineatur §.
affinitatis inſtitu. de Nup. Iaſ. in l.cum filio
num.146. de lega. 1. & quando duo obſtant
ſi aliud remanet illud ſuſtinetur l. ſi quando
C.de inofi.teſtam. Surd.qui exornat. conſil.
50.num. 27.libr. 1.vnde etſi deficeret prior
ratio remanet altera, qua onera matrimonij
non ſuſtinentur.

11 Extende ſecundo † idem eſſe vbi maritus
de domo vxorem expelleret ſine iuſta cauſa,
ſic pulchrè docuit Bal. in l.1.C.de priui.do-
tali.vbi ſcriptum reliquit , teneri virũ vxori
eiectæ à domo fructus dotis reſtituere ; quia
non ſuſtinet onera matrimonij l. ſi ab hoſti-
bus §.fina.ff.ſolut.matrimo.& in ſpecie Ale-
xan.conſil. 78.lib.3. conſi.26. libr.6. Socin.
conſi.64.lib.4.Crauer.conſil.31.nu.6. Neq.
tunc ſuccedet vxori ex capite vnde vir &
vxor iuſta Paul.Caſtr.Alex.& Iaſſo.in l.1.C.
vnde vir. Benedic. in ca. Raynuncius verbo
& vxorem nomine Adelaſiam num. 800.de
teſt.quos citat & ſequitur Matien.in l. 2. gl.
12 1.num.49.titul.9. lib.5. † Et cum defecerit
in pietatis officio,bonę fidei poſſeſſor rerum
dotalium non cenſetur argu.l.1.ff.de his qui
vt indignis. Vnde cum fructus dotis non lu-
cretur multo minus dotem , vel illius partẽ,
cum detur vt dixi propter onera matrimo-
nij.Ioan.Andre. Bal.Caſtr.Pala. Rub.Alex.
Tiraquel. & alij multi relati ab eodem Ma-
13 tien.vbi ſup. num.49. † Quinimo dixit Bal.
in l.fina. C.de ſen.quæ. ſine cer. quan.quod
tunc maritus tenetur conſignare dotẽ vxori,
quia illius proprium patrimoniũ eſt , ex qua
viuere debet.l.3.§.ſed vtrum ff. de mino. &
in hanc ſententiam inclinant Bald. in dict.
l.1.§.ſed ſcimus C.de lati.liber.tollen. Ale-
xan.conſi.122.col.3.libr. 7.idem Alex.in l.
ſi cum dotem §. ſin autem in ſeuiſsimo col.
3. ff. ſolu. matrimo. Socin. Campe. & Pala.
Rub. quos refert Rolan. tract. de luc. dot.
quęſ.

quęſ.68.num.2.Anna.in cap.1. colum. 3.de Infan.& langui.expo. Boeri.deciſio. 224.in fine Phanu. & alij quos Surd. tract. de Alimen.titul. 8.priui.69. num.2.Bald. Ioan.de Anna.Pau.de Caſtr. Alexan. Montal. & alij quos refert & ſequitur Matien.in l.2.gloſ.1. num.51.tit.9.lib.5.

Adde quod cõtrariam opinionem tenuit idem Alex.ſibi contrarius in l. ſi ab hoſtibus §.ſi vir num.3.quem Iaſſ.ſequitur nu.4.idem Alex.in l.2.col.4.ſolut. matrimo.mouentur citati authores quoniam text.in dict. l.ſi ab 14 hoſtibus §.ſi vir † qui diſponit maritum dotis lucro & omni emolumento priuandũ qui vxorem occidit, cum ſit diſpoſitio poenalis & odioſa,extendi nõ debet ad caſum in quo mulier à viro fuit expulſa ſine cauſa neque deceſsit,ex regula odia de regul.iur. confirmat illic Iaſſ.ex traditione Bal. in l.hæreditas ad finem C.de his qui. vt indig. dicentis diſpoſitionem d.§.ſi vir odioſam eſſe & pœnalem,& cum loquatur in viro vxorem occidente, non debet extendi ad caſum in quo maritus vxorem vulneraſſet tantum;pari ratione & quãdo à domo expuliſſet nec deceſſiſſet:ſequuntur Camp.tract.de dot. 5.part. quæſt.4.Pala.Rub.in repeti.rub.de donatio. int.vir.& vxor.§.70. num.32.& ſequen.

15 His † contrarijs ſuperati multi ex noſtris, mediam deligentes opinionem fœdere diſtinctionis contrarias haſce ſententias conciliarunt hoc modo:vt prior communis procedat quando vxor expulſa fuit, & poſt expulſionẽ mortua fame, quo caſu cenſetur occiſa ab eodem marito; ſi vero fuit expulſa licet ſine cauſa,non tamen fuit fame mortua,procedat ſecunda Alexan.& aliorum opinio, ſic conſiliarunt has opiniones Pala. Rub. & Boeri. ſupr. citati Rolan. tract. de luc. dot. quęſt. 68. num. 11.

16 Hæc tamen † diſtinctio merito à Surd.vbi ſup. improbatur quoniã vt dixi cauſa amittendi lucrum non ea eſt quia deneget vxori alimenta, ſed quia non vult onera matrimonij ſuſtinere quemadmodum & ante Surd. ſic reprobauit Phanu.tract.de luc. dot. gloſſ. 14.num.6.

17 Quare Alexan.& Iaſſo. obiectis ſuſtinendo communem licet reſpondeat nullus, ſatisfieri poteſt & rectè ſic;quod † ſcilicet diſpoſitio pœnalis & conſequenter odioſa d.§. ſi vir extendi poteſt ex identitate rationis de vno ad alium caſum, quia vbi vna & eadẽ ratio militat, & eadem iuris diſpoſitio l. illud ad l.aquil.l.à Titio.de verb.obliga. etiã in pœnalibus l. cum mulier vbi id docet idẽ Alexan.ff.ſolut.matrimo.Geminia.in cap. ſi ciuitas §.1. de ſenten. exco. Iaſſo. in l. cum quidam ad finem 5.Fallen.ff.de libe.& poſthu. Deci.in l. factum ſuum §. in pœnalibus 7.Fallen.de regu.iur.& alios adfert Menoc. li.præſump. 5.pręſ.38. num.18.& alios multos adiunxi hoc lib.quæſt. 28.verſic. Tertio intereſſe;vnde cum eadẽ ratio in noſtra ſpecie militet quia maritus nollit onera matrimonij ſuſtinere, ſicut lucro priuatur cũ vxorem occidit, ſic vbi de domo expulit ſine cauſa licet non moriatur. Neque etiam facit Bald.tradit io.in d. l. hęreditas quæ periculoſa admodum eſt vt ex infra dicendis apparebit; tamen ſuſtinẽdo ipſam neceſſario declarãda eſt quando maritus vulneraſſet vxorem,non tamen ei alimenta denegaſſet,& ſic vbi onera matrimonij ſuſtinebat,quia neque eam de domo expuliſſet,aut ſi id fecerit alimenta non denegabat.

18 Tertio † extenditur communis opinio ad eum maritum qui vxori infirmę medicũ vel medicinas morbo conuenientes non adhibuit; quoniam cum humanum corpus infirmitatibus ſæpe vexetur, & ſine medicinis 19 ſuſtineri nequeat,ita † factum vt cui alimẽta debentur, & medicinæ debeantur l. quos nos §.verbum viuere vbi Rebuf.& Alciat.de verbo.ſigni.l.victus eod.tit.Barto.in l.legalis ff.de alimen.& ciba.lega. aſſerit communem Deci.in l.de alimentis nu.3.C.de tranſ. Picus in l. Titia §. ſi Titia cum nuberet nu. 161.de lega.2.Panor.Caſtren. Alex. Corn. Luc. de Pen. Campe. Marſi. Ioan. de Ami. Boeri.& Areti.quos coaceruat Rolan.tract. de luc.dot. quæſ. 64.num.6. Bertran. Ruin. Crauet. Cordub. Soar. Lancel. Galiau. Craſ. Aſcan. Clem. & Tiraq. quos congerit & ſequitur Surd.tract.de Alimen. titul. 4. quæſ. 5.nu.3.& 4.cum ſequen.Meno.lib.præſump. 20 4.præſum.157. num.30. † vnde vbi maritus vxori medicum vel medicinas in infirmitate denegauerit, eidẽ & alimenta cenſetur:conſequenter lucro dotis priuatur gloſ.in d. l. ſi ab hoſtibus §. ſi vir quæ aperte id docuit & Bald. dixit gloſam auream:quia maritus in- 21 dignus dicitur eo lucro. Quid quod † & pręſumi tali in caſu vxorem mortuam fuiſſe nõ ex vi morbi,ſed ob defectum medici & medicamentorum, & poſt gloſ. idem cenſuerũt omnes nunc citati interpretes & præter eos Cordu. in l. ſi quis à liberis §. ſi quis ex his num.29. de libe. agnoſ. Phanu. tract.de luc. dot.gloſ.14.num. 8.Surd. tract.de aliment. 22 tit.8. priui. 69.num. 8.quid † autem dicendum vbi maritus medicum adhibuit ſed imperitum,& quando nõ potuit adhibere, tum & quid vbi fuit præuẽtus,ſingulos huius diſtinctionis caſus proſequitur Cordub.in d.§. ſi quis ex his quos antea explicate tradidit Rolan. d.tract. quæſ.64. quæſ.65.66.67.& 69.qui doctè & eruditè vt ſolet loquitur.

Cæterum

Digitized by Google

Cęterum † in ſupr. adductis caſibus ad.
uertendum eſt vt & probe in practica ani-
maduertit Surd.d. priui.69. nu.6.& 7. quod
hęredes vxoris mortuæ extra domum mari-
ti,quia expulſa, habent fundatam intentio-
nem,probaro quod denegata fuerunt alimē-
ta etiam ſi non probent,quod vxor ſame pe-
rierit,nam præſumitur mortua propter ino-
piam:ſicut cum dicimus quod vxor præſumi-
tur mortua ob medicum non adhibitum, ſe-
cundum gloſ.in d.§.ſi vir quam gloſ.notabi-
lem dixit Pau.de Caſtr. ibi. & menti perpe-
tuo tenendam Alexan.nu.6.Iaſſ.8.Pala.Ru.
be.de dona. int.vit. & vxor. §. 70. num.27.
quos refert Surd.ſuperius.

24 Quarto extenditur † communis opinio vt
multo magis procedat in marito occidente
vxorem, quoniam & eo caſu lucro dotis ſe
ipſum indignum facit nedum in terminis,
ſtatuti deferentis lucrum dotis marito, ſed
& pacti vt nos agimus. Et nedum cum ſine
cauſa legitima occidit, quoniam hic caſus
extra dubitationem eſt,ſed & cum cauſa.ſic
docuerunt Bald. Paul.de Caſ. Imol.Roma.
Aretiu.in dict.§.ſi vir Matheſi.l. notabi. 73.
25 quoniam † non debuit maritus propria au-
thoritate ſibi ius dicere; vnde in pœnam lu-
cro priuandus eſt.l.interdum §.qui furem ff.
de ſur.l.qui iuriſdictioni de iuriſ.omni.Iudi.
l.vni.C.nequis in ſua cau.ſibi.ius dic.Et quā
quam opinio hæc non careat maxima diffi-
cultate, quia qui actum facit lege permittē-
te pœnam non mereatur l.Grachus ad l.Iu-
liam de adul. & contrarium tenuerit Barto.
in dict.§. ſi vir, quē ſequuti ſunt Alex.& Iaſ.
Roland. qui fœdere diſtinctionis contrarias
opiniones conciliat tract. de luc. dot. quęſt.
63.num.6.Surd.dict.priui.69.num. 9.& 10.
omittendo tamen hunc caſum qui ad inſti-
tutum noſtri tractatus non pertinet reducē-
do quæſtionem ad terminos pacti & cōuen-
26 tionis, communi † receptum ſententia eſt
lucrum pacto delatum marito morte vxoris
non poſſe ab eo vindicari vbi occidit vxorē
etiam in caſu licito & permiſſo: & hanc opi-
nionem ſequuti ſunt omnes ſupra relati &
dixit communem Surd.d.priui.69.num.10.
ad medium Campe. Pala. Rub. & alij quos
refert & Phanu.tract.de luc.dot glo. 14.nu.
6.Barboſ.in d.l.ſi ab hoſtibus §.fina.in prin-
27 cipio Rationem † reddit Alex.& poſt illum
cæteri in d.§. ſi vir, quoniam non eſt veriſi-
mile vxorem paciſcendo eo modo de tali &
tam funeſto & triſti euentu cogitaſſe argum.
l.inter ſtipulantem §.ſacram de verb. oblig.
28 & diſpoſitio † quæuis conuentionalis extē-
di non debet vltra partium intentionem l.
nō omnis cum ſimilibus ff.de reb.cred. Ne-
29 que † in obligatione generali venit id quod
veriſimiliter non fuiſſet quiſquam conceſſu-
30 rus l.obligatione generali de pigno. Quæ †
tamen ratio diſplicet Surd.vbi ſupr.quia in-
quir pacta duorum conſenſu perficiuntur,
neque ſufficit quod alter ex contrahentibus
non cogitauerit, nam ſat eſt quod potuit &
31 debuit de tali caſu cogitare: ſubdit † idem
Surd. quod propoſitio illa, qua dicitur mu-
lierem de tali caſu non præſumi cogitaſſe,
intelligitur vbi actus pendet ab vnius tan-
32 tum voluntate,non quādo à duorum: † Cę-
terum hæc Surd. conſideratio ſine lege eſt,
ſine ratione,& ſine authore:Quinimo aduer-
ſatur expreſsim text.in d.l. obligatione ge-
nerali,vbi de pacto duorum agitur & tamen
non veniunt ex veriſimili mente & volunta-
te obligantis ea quæ vnus non fuiſſet ſi cogi-
taſſet obligaturus: ſed & text.in dict. l. non
omnis de reb.credi.in modum regulæ gene-
ralis docet actus agentium nō operari vltra
eorum intentionem:Quare à communi rece-
dendum non eſt.

33 Declaratur nunc † communis opinio &
regula vt non procedat in his caſibus in qui-
bus maritus non tenetur vxori alimēta præ-
ſtare, quoniam tunc lucrum dotis in vim pa-
cti,non obſtante quod onera matrimonij nō
34 ſubſtineat, conſequetur: Nam † non poteſt
imputari marito ſi matrimonij onera non
ſuſtinet vbi ſuſtinere ipſa à lege nō cogitur,
vt pulchre multis oſtendit Becci. conſi. 37.
num. 16.idem ſcribit Surd. dict. priuilegio
69.num.9.Caſus autem io quibus alere vxo-
rem non tenetur multi ſunt eos idem Surd.
recenſet tract.illo.de alimen.tit.7.quæſ.16.
& 17. ad quem lectorem reijcio.

35 Declaratur † ſecundo vbi poſt expulſam
vxorem & denegata alimenta ſe ſe maritus
& vxor reconſiliauerint adinuicem quoniam
ſi poſt vxor moreretur lucrum dotis maritus
conſequi poſſet, ponderari ad id ſolet text.
in l.ſi cum dotem §. ſin autem in ſeuiſsimo
in verſi.pactis,iuncto text. pręcedenti ff.ſo-
lut. matrimo. vbi hanc concluſionem elicit
Imol. in verſic. Vltimo; quem ibi ſequuti
ſunt Alexan.& conſi.123.li. 7.idem Alexan.
in d.§.ſi vir num.3.Roman.in d.§. ſin autem
in ſeuiſsimo Campe. tract. de dot. 5. part.
quæſ.4.in fine Ruin.conſil.131.col.3. lib.4.
Rolan.tract.de luc.dot.quæſ.70.nu.1. Surd.
36 tract.de alimen. priui.69. num.6. ſic † in ſi-
mili vbi filius ex cauſa à patre in teſtamento
fuit exhęredatus,ſi eo viuo egerit pœniten-
tiam, & ſe cum eo reconſiliauerit tacite ex-
hęredatio adempta cenſetur. Barto. in l.3.
§.fina de alimen. lega.quem ſequuntur fere
omnes Iaſ.in auth.non licet vbi Cur.iunior.
num. 8.C.de libe.præteri. Roland.vbi ſupr.
& relatis multis dixit communem Vazq.
tract.

Digitized by Google

tract. de ſucceſsio. creatio. §. 30. num. 193. Craſſ. in §. teſtamentum queſ. 42. num. 11.

37 Declarat † tamen prædictam communem ſingulariter Rolan. dict. quæſ. 70. num. 8. vt non procedat, quando vxor mariti culpa incidiſſet iam in mortalem infirmitatem eo enim in caſu nihil reconciliatio proficeret; ſic mirabiliter docuit Imol. in dict. §. in ſeuiſsimo ſequitur Alex. in dict. §. ſi vir & dict. conſi. 123. & Ruin. d. conſi. 131. quod dictum vt notabile commendat Roland. plurimum dicto loco.

38 Maior autem † ſuperioribus dubitatio adnecti poteſt, an maritus qui onera matrimonij non ſuſtinuit nec vxorem expulſam aluit, qui tamen interim fructus dotis percepit, eos vxori reſtituere teneatur: nam Bald. in rub. C. de priui. dot. docuit reſtituere teneri texr. in l. inſulam §. vſuras ff. ſolut. matrimo. l. fina. ff. de dot. exceptio. Paul. Caſtr. conſil. 192. ad finem contrarium conſuluit; neque

39 † nunc citata iura in contrarium facere dicit, licet enim maritus, qui onera matrimonij non ſuſtinet fructus dotis petere nō poſſit vt illa iura dicunt, tamen receptos non tenetur reſtituere: & ſic citatos textus interpretatur. Sed cum Bald. tenet Palac. Rube. in dict. cap. per veſtras 3. nota. num. 4. verſic. Ego vero reperio is tamen nec rationem vel authoritatem aliquam aduerſus Caſtr. adfert; ſolumque Baldo adheret, quia illius opinio benignior ſit & quæ magis mulierum dotibus & earum iuribus faueat. Quod mihi in dubijs caſibus non diſplicet vt dixi quæſt. 30. in fine. Cæterum iuuari Bald. opinio poteſt, ea ratione, quod cum maritus qui onera matrimonij non ſuſtinet dotē reſtituere teneatur vxori ex qua viuere poſſit cum ſtrillius patrimoniū vt ſuperius dixi, multo magis fructus perceptos quos nullo alio titulo percipere (niſi quia onera matrimonij ſuſti-

40 nebat) potuit: † Et quemadmodum ſine titulo legitimo rem poſsidens eam cum fructibus reſtituere tenetur l. fructus l. & ex diuerſo §. 1. cum ſimilibus de rei vindica. ſic maritus tamquam ſine cauſa nec titulo poſſidens, nedum dotem ſed & fructus illius vxori reſtituere tenetur.

41 Neque obſtat † conſideratio Paul. Caſtr. dicentis, quod vbi agitur ex remedio l. vbi adhuc C. de iur. doti. non poſſunt peti fructus integræ dotis, quia quod ſuppeditat vltra alimenta vxoris, reſiduum marito debet remanere, vt notauit Barto. & alij omnes in l. ſi conſtante ff. ſolu. matrimo. ſiuē pactum interuenerit de lucrando dotem ſiue non Cyn. in dict. l. vbi adhuc vbi Salice. num. 17. Panormi. Corne. & Pala. Rube. quos citat Becci. conſil. 43. num. 19. quoniam diſpar eſt vtriuſque caſus ratio & longe diuerſa; cum in illa ſpecie vxor expulſa non fuerit, ſolum agit vbi maritus ad inopiam vergit vt in tuto ſuum eſſe poſsit patrimonium ad dotis recuperationē & propter nuptias donationem; vt his recuperatis, ſe maritum & filios alere poſsit, ſaluis ſemper remanentibus in cæteris pactis dotalibus dict. l. vbi adhuc: vnde à Baldi opinione recedendum non eſt quam etiam nullo alio relato ſequitur Becci. d. conſi. 43. num. 5. in fine.

SVMMARIVM.

1 *Pactum inter patrem & filium contractum in capitulis matrimonialibus, vt quo caſu filius ab eo recederet dotem ſibi reſtituere teneretur, an ad donationem propter nuptias extendatur.*

2 *Donatio propter nuptias fit ad dotis ſecuritatem.*

3 *Vxor potiora habet iura in rebus propter nuptias datis quam in cæteris rebus mariti.*

4 *Donata propter nuptias ſpecialiter obligata dicuntur vxori.*

5 *Vxoris conſenſus vnus ſufficit in alienatione rerum mariti.*

6 *Maritus res propter nuptias donatas alienare nequit etiam de conſenſu vxoris.*

7 *Donatio propter nuptias fit mulieri in recompenſationem dotis.*

8 *Donatio propter nuptias fit vxori in dotis ſecuritatem.*

9 *Donatio propter nuptias non tranſit in dominium mulieris.*

10 *Vxor non lucratur fructus donationis propter nuptias.*

11 *Filius patrem cogere poteſt ex cauſa iuſta, vt ſibi dotem reſtituat.*

12 *Stipulatio non committitur vbi caſus in ſtipulationem deductus non venit.*

13 *Filius qui ſeorſum à patre ex iuſta cauſa recedit, iudicis officio eum cogit vt dotem reſtituat.*

14 *Pacta in dote dicta in donatione propter nuptias repetita cenſentur.*

15 *Dos & donatio propter nuptias pari paſſu ambulant.*

16 *Æqualitas dotis æqualitatē donationis propter nuptias meretur.*

17 *Pacta in dote & in donatione propter nuptias repetita cenſentur.*

18 *Donatio facta filiæ ſicut valet ratione dotis, ſic & facta filio propter nuptias.*

19 *Vxor vbi agit remedio l. vbi adhuc C. de iur. doti. non tantum recuperat dotem ſed & donationem propter nuptias.*

20 *Beccij traditio reprobatur.*

21 *Dotis ſecuritas dotis ſequella eſt.*

ÆEquitas

22 *Æquitas eadem quæ militat in dote & in donatione propter nuptias.*

QVÆSTIO. XXXXIII.

PACTVM INTER PATREM & filium contractum in matrimonio, quod vbi ab eo filius recederet ſibi dotẽ & illius augmentum reſtitueret: An ad donationem propter nuptias extendi poſſit.

1 QVÆSTIONE 31. † huius
libri in genere docui an pacta ſu
per dote dicta in donarione
propter nuptias repetita intel-
ligantur. Nunc particularis ſe
ſe offert quæſtio, an cum pater dotem do-
nare filio promittit vbi ab eo recederet, ſic
eidem donationẽ propter nuptias reſtituere
teneatur: eadem quæſtio proponitur in ma-
rito qui reſtituere dotem mulieri promiſit
in caſum ſoluti matrimonij:& multa adduxi
dicta quæſt. 31. argumenta ad probandum
pacta in dote dicta ad dotis augmẽtum nec
donationem propter nuptias extendi poſſe
quæ prætereo: Cæterum in noſtra quæſtione
alia itidem adferri poſſunt quibus videatur
promiſsionem hanc à patre factam ad do-
nationem propter nuptias ptotendi non
poſſe.
2 Primo † quia donatio propter nuptias ſo-
lum fit ad dotis ſecuritatem l.fina.in princi-
pio,verſic. Quia quaſi antipherna &c. C. de
dona.an.nup.gloſ.in §.eſt & aliud inſtitu. de
dona. gloſ. in verbo percipiat in §. fina. in
auth.de nõ elig.ſecun.nuben.Panor.& Imol.
in cap.peruenit ex.de emptio.& vendi.Caſ.
in l.mulier §. cum proponeretur num. 3. ad
S. C. Trebel.Pariſi.conſil.126.num.6. libr.
3. Coraſi. in l. qui liberos num. 137. de rit.
nuptia. nouiſsimè Petra. tracta. de fidei.
quæſtio. 8. num. 359. ex noſtris Pala. Rub.
in rub. de donat. inter vir. & vxor. §. 17.
num. 2. Gregor. Lopez in l. 23. verbo *gene-
ralmente* titul. 11. part. 4. Gomez in l. 50.
Taur.num. 11. Telli. in l. 29. num. 5. Bae-
ça trac.de non melio.ca.7.nu.5.& cap.8.nu.
25. Matien.in l.1.tit.6.gloſ.8.num.8.in fine
Auen.in d.l. 29.in princip. nu. 1.& potiora
3 † habet mulier iura in rebus propter nup-
tias datis,quam in cæteris rebus mariti, quæ
licet ſint tacite obligare pro dotis reſtitutio-
4 ne. l. aſsiduis C. qui potio. † donata tamen
propter nuptias proprie & magis particula-
riter obligata dicuntur,vt dixit Pala.Rub.d.
5 §.17.num.3. † atque ideo licet in alienatio-
ne rerum mariti ſufficiat vnicus vxoris con-
ſenſus & iuri etiam hipothecæ poſsit renun-
ciare l.etiam & in auth.ſiue à me ad Velleia.
6 S. C.Codi. † tamen ſecus in alienatione re-
rum propter nuptias donatarum, quas nec
de conſenſu vxoris maritus poteſt alienare
dict.auth.ſiue à me & in corpore vnde ſumi-
tur in auth.vt immobi. bo.an.nup. dona.Pa-
la.Rub.vbi ſupr.
7 Vnde † & dixit Bertran.conſ.1.nu.2.lib.
2.quod donatio propter nuptias ſit vxori in
recompenſationem dotis,& pro illius ſecu-
ritate & veluti pignore & conſil.97. num.1.
conſi.120.nu.4.2.part.3.volumi.
8 Ita fit vt cũ † pro ſola dotis ſecuritate de-
9 tur apud virũ remanet † & nõ tranſit in do-
minium vxoris,ſicut tranſit dos in dominiũ
mariti l.doce ancillam C.de rei vindi.& cẽ-
ſetur potius conſtituta quam tradita Bald.
conſi.224.Fulgo.in l.ſi cum dotem §. tranſ-
grediamur num.4. ſolu.matrim. Pala. Rub.
in dict.rubri.de don.inr.vir.& vxor.§.17.in
principio, qui erudite & docte proſequitur
Becci.conſi. 43. num. 13. vbi ex traditione
eiuſdẽ Palac.Rub.d. §.1. ſubiungit quod li-
cet vir luceretur fructus dotis qui pro one-
ribus matrimonij dantur l.pro oneribus C.
10 de iur.doti.dixi fusè quæſ. 30. & 31. † vxor
tamen nõ lucratur fructus donationis prop-
ter nuptias ſecundum glo.in §. illud quoque
in auth.de nou eligen.ſecun.nuben. quæ ra-
tionem reddit, quia alias reperiretur quod
fructus dotis non deſeruirent oneribus ma-
trimonij contra d.l.pro oneribus: cæterum
hæc ratio (vt hoc obiter dicam) vera non
videtur ex his,quæ ſcripſi ſupr.quæſ.30.ver-
ſic. Quartus caſus, vbi recenſui multos affir-
mantes valere pactum inter virum & vxorẽ
in quo ſe ipſam alere promittit,licet vir fru-
ctus dotis recipiat. Verius igitur dicitur
quod ideo non lucratur fructus donationis
propter nuptias, quia non ad hoc datur ſed
ad dotis tantum ſecuritatem vt ſupra.
11 Secundo videtur † promiſsionem patris
prædictam, ad dictam donationem extendi
non poſſe ex alio, quod etſi vera ſit opinio
aſſerentium poſſe filium patrem cogere vbi
cum eo propter ſummam ſæuitiam aut no-
uercales contentiones & rixas vel alijs iuſ-
tis de cauſis habitare non poteſt, vt ſibi do-
tem reſtituat, cũ dos apud eum eſſe debeat,
qui onera ſuſtinet matrimonij, vt reſoluit
ex antiquioribus Dyn.conſi. 12. Imol. in l.
2.§. tranſgrediamur ad finem ff. ſolut. ma-
trimoni.vbi Angel. & Alexan. num. 9. poſt
Paulum de Caſtr. ab eo relatũ Campe. tra-
ctat.de dor.parr.3. quæſ.16. Boeri. deciſio.
195.num. 4. & 5. Paul. de Caſtr. in l. 2. C.
fami. herciſ.Nouel.tract.de dor.par. 6.pri-
uile.36.in fine Crot.in l.2. nu.44. ſo.matri.

& in l.ſi conſtante nu. 82.eod. tit. vbi Rip.
nu.27. Auguſ. Bero.conſi.52.num. 14.lib.2.
Anchar.conſ.238.Natt.conſi.496.num.9.&
dixit communem Bero.conſi.129. li.3.& d.
conſ.52.Becci.conſi.43.nu.6.ad finem Surd.
nullo alio pręter Becci.relato, tract. de ali-
men.tit.5.quæſ.1.num.67. cum duobus ſeq.
vbi quod nedum dotem ſed & fructus reſti-
tuere tenetur;cũ tamen dos in pręd:cto caſu
reſtitui filio debeat propter onera matri-
monij ſuſtinenda, ratio hæc in donatione
propter nuptias conſiderari non poteſt,quia
non conſtituitur niſi ad dotis ſecuritatem,
ceſſante igitur ratione, & diſpoſitio ceſſa-
re debet, cap. cum ceſſante cum alijs de
appella.

12 Tertio, † caſus donationis reſtituendæ
nondum venit,vnde nec ſtipulatio locum ha-
bere poteſt vt conſuluit in his terminis Al-
ciat.conſi.317.

13 Quarto † vbi filius ſeorſum à patre ex iuſ-
ta cauſa degere vult, dotem à patre condi-
ctione ex lege, ſeu iudicis officio implorato
ex æquitate petere poteſt non aliter. Barto.
in d.l.ſi conſtante 8.quæſ.2.quęſ. principali
ex text.in l. ſi is qui §. 1. ff. de iur. doti.fusè
Becci.d.conſ.43.a nu.1.cum ſequen.multis.
Atqui cõdictio huiuſmodi vxori competere
non poteſt ſed marito ſecundum Bartol. in
loco nunc citato, marito autem competere
nequit quoniam nulla ei promiſsio facta eſt:
Neque vxor eandem petere poteſt,cum cõſ-
tituta ſit non vt illius fructus lucretur ipſa,
ſed vt dotem ſecuriorem habeat vt dixi ſup.
ita fiet vt nullo modo locus eſſe videatur reſ-
titutioni dictæ donationis: vt modo præte-
ream quatuor illa, aut quinque argumenta
quæ etiam adduci in contrarium poſſent à
me deducta d.quæſ.31.quę prætereo.

His non obſtãtibus contraria ſentẽtia ve-
rior eſt, patrem cogi his caſibus tam do-
tem quam donationem propter nuptias reſ-
tituere.

14 Primo quia vt † d.quęſ. 31. ſcripſi pacta
in dote In donatione propter nuptias repe-
tita cenſentur,quæ non refero:ſed adiungen-
15 dũ illis,quod † dos & donatio propter nup-
tias pari paſſu ambulant, quoniam dos data
donationem propter nuptias poſtulat,auth.
16 dos data C.de don.an.nup. Et † dotis æqua-
litas donationis propter nuptias æqualita-
tem meretur. auth. æqualitas C. de pact.
conuen. §.1. & toto tituſ. de æquali. dot. in
nouel. Quid quod & dote conſtituta eo ipſo
donatio propter nuptias conſtituta cenſe-
tur. gloſ.& interpretes in dict.auth. dos da-
ta Campe. quæſt. 61. tráct. de dot. 1. part.
17 Becci.dict.conſil.43.num.18. Denique † in
omnibus & per omnia aſsimilantur vt in vno
ſtatutum vel conuentum in altero itidem re-
petitum tacite intelligatur; vt multis citatis
ſcripſi dict. quęſ. 31. quibus nunc addo Me-
nochj.tract.de præſump.lib.3.prę ſ.29.num.
18 74. 75. 76. vbi † illic docet quod ſicut va-
let donatio à patre facta filiæ fauore dotis,
ſic valet donatio facta filio propter nuptias.
quia inquit donatio propter nuptias doti
exequata eſt Roland. conſil. 62.num. 8.lib.
1.& Surd.nouiſsimè deciſio. 214. num. 8.&
9.vbi ex multis ſcribit, cenſeri ipſo iure fa-
ctam donationem propter nuptias data do-
te etſi nihil dictum ſit de ea; conſequenter
inquit ſi dos augetur conſtante matrimo-
nio, & donatio propter nuptias, quia pari
paſſu ambulant.

19 Secundo † confirmatur ex his quę multo-
rum ſcripſi authoritate præcedenti quæſtio.
ad finem,quod vbi agitur remedio l. vbi ad-
huc C.de iur.doti.vxor non tantum recupe-
rat dotem,ſed & donationem propter nup-
tias, vt ſe maritum & filios alere poſsit;
quod & probat ille text. expreſsim: vnde
cũ fructus donationis propter nuptias one-
ribus matrimonij in ea ſpecie deſeruire de-
beant, ſic in noſtra vbi filius ob iuſtam cau-
ſam, vel in vim pacti, ſeorſum à patre vult
habitare; cum eadẽ æquitatis ratio militet.
quo argumento in caſu quæſtionis propoſitæ
20 vſus fuit Becci.dict.conſi.43.nu.19. Quod †
tamen non ſatis tutum eſt,quoniam caſus eſt
ſpecialis dict.l.vbi maritus vergit ad inopiá
& paupertatem, vnde ceſſante paupertate
ceſſat priuilegium propter paupertatem cõ-
ceſſum.cap.2.vbi Zabarel.Anto. Anchar.&
poſteriores de Cuſto. Euchariſ.glo.in l.ſolet,
verbo quam curator vbi Barto. ff.de Tutel.
& in l.1.§.nũciatio ff.de no.ope.nuncia. Ti-
raq.tract.de ceſſ.cau.nu.184.in præfa. Viui.
deciſ.443.nu.23.Ioſeph. Ludo.deciſ.43.nu.
10.in Peruſinis, Et in noſtra quæſtione receſ-
ſus non eſt ob inopiam vel paupertatem,
conſequenter adiungi diſpoſitio illius text.
non poteſt.

Tertio in terminis quæſtionis ſic reſpon-
dit Becci.d.conſ. 43.a nu.10.verſi. Nunc ſe
offert, vbi eiuſdẽ opinionis citat Veronen.
caute.115.in fine,& Boeri.deciſ.195.in fine
quibus addẽdi Crem.Neuizan.Natt.Alban.
& Rolan. quos citat & ſequitur Surd. conſi.
164.nu.14.li.2.vbi & communem traditio-
nem extendit etiam ſi extarent filij,& mari-
tus in vim pacti dotem reſtituere teneretur,
21 quod ibi latè proſequitur: Quorum † probo
opinionẽ ex eo quod donatio propter nup-
tias eſt veluti ſequella quędam & additamẽ-
tum ad dotem, vt ſcripſi d.quęſ.31.ideo do-
tem ſequi debet: Rurſus conſidero, dona-
tionem prædictam fieri ad dotis ſecurita-
tem

Digitized by Google

tem vt ſuperius animaduerti, maior autem ſecuritas erit vxori ſi iſlius maritus cum quo viuere debet eam ſecũ teneat, quam ſi apud ſocerum remaneat; & nedum ſecuritas ſed vtilitas, quia manente donatione prædicta apud ſocerum nullos illius fructus conſequitur, ea vero recuperata fruuntur ambo fructibus & vtilitatem capiunt, vnde tamquam fauorabilis mulieribus & earum iuribus tenenda hæc opinio eſt.

Non obſtant ſup. adductæ rationes. quibus etſi in ſuo caſu reſpondeat Becci. d. conſ. mihi tamen non ſatisfaciunt: quare primæ reſpondetur, donationem propter nuptias fieri ob dotis ſecuritatem, verum quidem, ſed cũ hæc ſecuritas ſit veluti dotis ſequela ſtatutum in dote & in donatione propter nuptias ſtatutum cenſetur, ex his quæ ſup. & alijs quę d. quęſ. 31. dixi: Accedat quod cum ſint ęquiparata d. auth. dos data C. de dona. an. nup. & d. auth. æqualitas C. de pact. conuen. & dixerunt Becci. Meno. & Surd. ſup. relati, diſpoſitum in vno in alio tacite diſpoſitum videtur glo. in ca. ſi poſtquam verbo prouiſione de electio. in 6. Iaſſ. in l. ſi conſtante num. 32. ff. ſolu. matrimo. docent omnes ex illo tex. in l. 1. de lega. 1. Non obſtat ſecundum cui eodem modo reſpondetur, quod vbi filio dos reſtituitur & donatio propter nuptias reſtitui debet in conſequentiam, quę & aliquo caſu ad ſuſtinenda onera matrimonij deſeruire poteſt vbi maritus ad inopiam vergeret. dict. l. vbi adhuc.

Non obeſt tertium, nam caſus ſatis euenire dicitur quãdo reſtituitur dos filio quam donatio propter nuptias concomitatur veluti acceſſoria ad dotem.

22 Non denique extrema ratio facit, quoniã huic rectè reſpondit Becci. citato conſil. nu. 23. verſi. Non † obſtat, quod eadem æquitas quę militat in dote, & in donatione propter nuptias, quæ aliquando pro oneribus matrimonij poſsit deſeruire marito ad inopiam vergente vt ille latius proſequitur: Addo ipſe quod licet promiſsio marito facta non ſit cum ſolum de dote pactio inita fuerit, tamen quia in dote dicta in donatione propter nuptias repetita intelliguntur, promittendo pater dotem reſtituere & donationẽ illam in conſequentiam promiſit. hæc quæ de patre dixi ad maritum protrahenda ſunt qui dotem vxori reſtituere promiſit in omnem euentum etiam extantibus filijs vt ex communi deducit Surd. d. conſ. 164. nu. 14.

SVMMARIVM.

1 *Pactum in capitulis matrimonialibus contractum quod vxore ſine liberis decedente maritus certam datæ dotis portionem lucretur, an mora mulieris in non ſoluendo comiſſa, ipſa interim moriente maritus dictam portionem lucretur.*

2 *Argumentum de pacto ad ſtatutum validum.*

3 *Interpretatio ſtricta ſit in pactis ſicut & in ſtatutis.*

4 *Statutum in dote data loquens in dote confeſſata locum habet.*

5 *Mora debitoris creditori nocere non debet.*

6 *Mora interueniente conditio dicitur adimpleta.*

7 *Solutio perfecta dicitur quo ad eum qui ipſam impedit.*

8 *Mora committitur in dote per lapſum diei.*

9 *Interpellatio expreſſa vel tacita requiritur vt mora committatur.*

10 *Vſuræ dotales ex mora irregulari debentur.*

11 *Maritus portionem dotis non lucratur vbi mora nulla imputari mulieri poteſt quia dotem non ſoluit.*

12 *Actionem qui habet rem habere videtur.*

13 *Mariti negligentia vxori nocere non debet.*

14 *Alimenta vxori non debentur vbi dos nõ ſoluitur, ſiue dos fuerit promiſſa ab ea ſiue ab alio.*

15 *Vxor quæ dotis partem ſoluit, pro rata donationem propter nuptias lucratur.*

16 *Dos mulieri promiſſa ipſius contemplatione & non alterius promiſſa cenſetur.*

QVÆSTIO. XXXXIIII.

PACTVM IN CAPITVLIS matrimonialibus contractum, quod vxore ſine liberis decedente maritus certam datæ dotis portionem conſequatur: An mora mulieris in non ſoluendo comiſſa, ipſa interim moriente maritus dictam portionem lucretur.

1 NON ſperrenda † quæſtio ſequitur, an pactum inter maritum & vxorem conuentum vt ea ſine liberis prædecedente maritus datæ dotis aliquã portionem lucretur: num ſi dos data non ſit culpa mulieris, quæ in mora fuit, an nihilominus maritus portionem lucretur, ac ſi data fuiſſet. Videtur enim non eam poſſe lucrari maritum.

2 Primo † quia validum eſt argumentum de pacto ad ſtatutum & conſuetudinem l. fina. vbi Barto. id docuit poſt Bal. Salice. Angel. & poſteriores C. de fideiuſſo. Euerard. loco.

89.in topicis ſuis Iaſ.in l.fina.nu.3.ff. qui ſa-
tiſ.cogan.Surd.tract.de alimen.tit.1. quęſt.
42.nu.29.Gail.li.2.obſerua.78.nu. 3.& ob-
ſeruatio. 80.nu. 13.vbi loquitur in terminis
noſtris de pactis dotalibus & dotium lucris.
At in terminis ſtatuti deferẽtis lucrum ma-
rito dotis datę vel receptæ, ex communi &
magis recepta opinione is non conſequitur
lucrum prædictum vbi dos non fuit recepta
vel data realiter, cum verba ſtatutorum ſint
ſtricte interpręranda,& ideo niſi in data do-
te non poſſunt verificari §.penul.in auth. de
non eligen.ſe.ouben.Barto.in l. iubemus §.
ſanè de ſacro.Eccleſ.Bal.in l.fina.C.de dot.
promiſ.Paul.de Caſ. in d.l.iubemus, & in l.
ſi mulier de condi.inſtitu.idem in l. peculiũ
eſt, per illum tex. in verbis, *re enim & non
verbis peculium augendum eſt*, ff. de penul.
idem Pau.de Caſt. Alex.& Iaſ. in l.ſi dona-
turus §.1.de cond.cau.dat. vbi Alexan. hanc
aſſerit communem. Et ex Aretin.Matheſil.
Tiraq.Ruin.& alijs repetit communem Ro-
lan.tract.de luc. dot. quæſ.6.num.4. decidit
Guid.Pap.deciſ.274.nu.1.cum ſeq.Benedi.
in cap.Raynuncius,verbo & vxorem nu. 62.
de teſta.Boeri. deciſio.22.Anton. Capi.de-
3 ciſ. 176. vnde † cum ius hoc ſeruetur in ca-
ſu ſtatuti,& itidem in pacto ſeruandum cum
in pactis ſicut in ſtatutis ſtricta debeat fieri
interpretatio, & quod in his omittitur pro
omiſſo habendum ſit. l. quidquid ſtringendæ
de verbo. obliga. l. quæritur de ſtat. homi.l.
hoc legatum de lega. 3.l. 3.de nego. geſt.&
neque ſit extentio de vno caſu ad alium,l. ſi
extraneus de con.ob.cau. l.ſi cum dotem in
princi.ff.ſolu. matrimo.etiam in dotę vt tex.
hic extremo relatus decidit vbi Alex. num.
14.Oſaſ.deciſ. 24.nu. 48. & alij multi quos
longa ſerie recenſui hoc li.quæſ. 31.in prin-
cipio.ſic fiet vt cum pactum dotale de dote
data loquatur vbi data non fuit, effectus pa-
cti ceſſabit.

Contraria tamen ſententia verior eſt,quã
tenuit expreſsim Bald.in ſtatuto loquens in
4 conſ.333.li. 4.qui egregie † reſpondit quod
ſtatutum loquens in dote data, habet locum
in dote confeſſata data mora debitoris. idẽ
Bal.in l.fina.col.1.C.de do.promiſ. vbi ra-
5 tionem reddit, † *ne inquit mora debitoris
noceat creditori* contra l. iniquiſsimum ff. de
iur.& fac.igno.idem Bal.conſi.467.li.4.reſ-
pondit ſtatutum de lucro dotis perceptæ lo-
quens, habere etiã locum in dote promiſſa,
data mora vxoris: Barto. itidem conſi. 131.
cõſuluit ſtatutum ciuitatis Eugubij quo cau-
tum fuit vt vir tertiam partem dotis receptę
lucretur,quod lucrabitur etiam tertiam par-
tem dotis promiſſæ vbi mulier in mora fuit
6 dotem ſoluendi, † quoniam data mora per-
inde eſt ac ſi dos ſoluta foret,& conditio ſta-
tuti dicitur adimpleta l.labeo ſcribit ſi mihi
bibliothecam de contrac.empt.l.in exequu-
tione §.fina.de verb.obli.& ait eſſe gloſ.ex-
preſſam in §.penul.in auth.de non eligen.ſe.
7 nubeo.in gloſ.magna † cum ille per quẽ ſtat
quominus ſolutio habeatur pro perfecta,
perfecte fieri quoad iuris diſpoſitionem cẽ-
ſeatur etiam vbi vere & realiter requiritur,
quando per moroſum ſtat quominus fiat;
eſſet enim aliter melioris conditionis mo-
roſus debitor quam qui diligens in ſoluẽdo
fuiſſet contra diſpoſitionem tex.in l.non ſo-
lum ff.de noxa.actio.l. ſeruus ff. quod vi aut
clam & hanc poſt Angel. & alios ab eo rela-
tos aſſerit communem Alex. in l. ſi donatu-
rus §.fina.ff.de condi.cau.dat. & poſt Areti.
Alex.Crot.Afflic.Boer.Ruin.& Capi.refert
communem & veram Roland.tract. de luc.
dot.quęſ.7.nu.3.vbi & alijs eandem opinio-
nem probat rationibus. Eandem ſeotentiam
ſequitur Phanu.in commen.de luc.dot.verb.
reſtituenda,nu.35.Surd.tract.de alimen.tit.
1.quæſ.42.nu. 55.idem Surd.qui alijs com-
probat exemplis eodem trac.tit.1.quęſ.32.
num.17.18.19. cum igitur eadem ipſa ratio
quam ſupra citati interpretes in ſtatuto ad-
duxerunt,ſcilicet odium moroſæ vxoris do-
tis debitricis militet & in pacto, ius idem
conſtituendum fore cenſeo.
8 Cæterum † quando mora dicatur comiſſa
inquirere oportet, an eo ipſo quod maritus
incipit ſuſtinere onera matrimonij, vel poſt
lapſum diei ad ſolutionem dotis præfixę: &
Bart.d.conſ.131.in terminis dicti ſtatuti re-
ſoluit morã committi per lapſum diei doti
præfixę; non cum incipit onera matrimonij
ſuſtinere. Latius id ipſum proſequitur Paul.
de Caſ.in l.iubemus §.ſane C.de ſacr.Eccl.
Soci.in l.de diuiſione 2.col.ff. ſolu. matrim.
9 requiritur † ergo iuxta ſup.citatos authores
interpellatio expreſſa,vel tacita per lapſum
diei ad ſolutionem ſtatutæ:hoc ipſum ſenſit
glo.in d.l.de diuiſione quatenus docuit mo-
ram irregularem non ſufficere quoad defe-
rendum lucrum dotis ſtatuti, ſed regularem
oportere ſequuntur Iaſſo.Crot.Ruin.& alij
quos refert Rolan.trac.de luc.dot.q.8.nu.1.
ad finem,vbi addit ab hac opinione tamquã
magis cõmuni & vera non eſſe recedendum.
Phanu.in cõmen.de lu.dot.verbo reſtituẽda
n.37.Surd.trac.de alimen.tit.1.q.42.n.134.
10 quãquam † fateantur ſup. relati interpretes
quoad vſuras dotales ſeu intereſſe ſufficere
moram hanc irregularem, quamquam aliqui
diſſentiant vt refert Surd.d. quęſ.nu.133.
11 Declara † prædictam cõmunem opinionẽ
vt non procedat quando alius pro vxore do-
tem promiſiſſet pater, conſanguinei, vel af-
fines,

fines, nam eo in caſu data mora in non ſoluendo dotem, cum nulla vxori culpa tribui poſſet, conſequenter nec in mora diceretur, quo ad hoc vt maritus lucrari dotem vel illius portionem poſſet in vim pacti vel ſtatuti: ne mora vel delictũ alterius vxoris patrimonio noceat, ſic reſpondit Corne. conſil. 145.col.4.li.2.Boeri.deciſ.22. quem refert & ſequitur Ranchi.in additio.ad Guid.Pap. deciſ.274.quæ declaratio valde notanda eſt ſi tamen vera, Corne.mouetur duabus rationibus quas & Ranchi. adfert eo non citato.
12 Prima ✝ quoniam cum maritus actionem habeat contra patrem vel fratres dotem promittẽtes videtur dotẽ ipſam habere l. nemo videtur de iu.iur.reſti.l.rem in bonis de acquir.rer.domi.l.qui actionem de re. iur.Se-
13 cunda, ✝ quia negligentia mariti circa dotis exactionem non debet vxori nocere, cum vt in regula iuris eſt culpa ſua ſibi nõ alteri nociua eſſe debeat: Cæterum duæ hæc rationes fragiles ſunt, nam primę reſpondetur, multo minus eſſe actionem habere quam rem l.minus eſt de reg.iur. Rurſus propoſitio illa intelligenda eſt vt non vere rem habeat, qui actionem habet ſed ficte vt declarant Deci. nu.4.& poſt cum Cagno.in d. l. qui actionẽ; & procederet hæc ratio ſi vera eſſet vbi vxor ſola promiſiſſet. Secundæ reſpondetur neminem cogi agere ſi nollit vt declarant omnes citati authores, vnde nulla marito culpa tribui poteſt.

Cõtrariam igitur opinionẽ tenuerunt multi, quod etſi dos non ab vxore promiſſa ſit adhuc ſit locus ſtatuto, vel pacto, & eadem ipſa moroſa dicatur.Bald.in l.quod in vxorẽ
14 nu.10.de nego.geſt. Co. is ibi docuit ✝ alimenta non eſſe præſtãda vxori, ſiue dos fuerit promiſſa ab ea ſiue à patre vel alio quam diu marito non ſoluitur ſequitur illic Caſtr. nu.4. Alex.n.3.Salice.in fine Guid. Pap.deciſ.439.in principio Pala.Rub. in c.per veſtras notabi.3.de dona.int.vir.& vxo.Dida. in Epito.de ſponſa.p.2.ca.7.n.2.Ruin.conſ. 144. nu.16.Surd.tract.de alimen.tit.7.quæſ. 17.nu.34.quo loci & Natt. citat conſi. 258.
15 in principio ✝ dicentem vxorem quæ ſoluit partem dotis, lucrari donationem propter nuptias tantũ pro rata dotis ſolutę, ſiue fuiſſet à patre vel extraneo promiſſa ſiue à ſe ipſa; & hanc opinionem dixit habere plures authores Surd.ibidem verſi. Quod ſi placet; Rationem huius traditionis reddidit Salice.
16 vbi ſup. quoniam ✝ ſiue dos ab vxore promittatur, ſiue à patre vel extraneo, ſemper datur contemplatione vxoris & vt illius ſit proprium patrimonium, vnde cum ſua ſit, moroſa vxor diceretur etſi ad alium onus ſoluendi ſpectet.

SVMMARIVM.

1 *Pactum legis comiſſoriæ in matrimonij contractu adiectum an fauore dotis vel mulieris admittatur.*
2 *Pactum legis comiſſoriæ dupliciter concipitur.*
3 *Pactum legis comiſſoriæ proprie fit, cum contractus in futurum euentum eſt ipſo iure reſoluendus.*
4 *Pactum legis comiſſoriæ improprie fit, quando per verba obliqua & inflexa concipitur.*
5 *Pactum legis comiſſoriæ fieri dicitur quandocunque conſtat de animo creditoris volentis vt lapſo die ſolutionis res ſibi in ſolutum remaneat.*
6 *Pactum legis comiſſoriæ in pignoribus reprobatum.*
7 *Pactum quo debitor promittit vendere vel in ſolutum dare reprobatur.*
8 *Pactum legis comiſſoriæ in venditionibus licitum.*
9 *Decipere ſe ipſos in venditionibus licet vſque ad dimidiam iuſti precij.*
10 *Dotis fauor multiplex in iure.*
11 *Pactum alias vſurarium fauore dotis ſuſtinetur.*
12 *Pactum legis comiſſoriæ in pignoribus cur reprobetur.*
13 *Exceptio non numeratæ dotis maritis confitẽtibus datur.*
14 *Pactum legis comiſſoriæ quod tendit in vtilitatem alterius quam creditoris valet.*
15 *Pactum legis comiſſoriæ fauore dotis ex aliquorum ſententia ſuſtinetur.*
16 *Text.in l.quamuis ff.de ſolutio.declaratur.*
17 *Communis diſtinctio reiecta.*
18 *Ratio communis improbatur.*
19 *Dotis fauore, quæ ſpecialiter reprobata fuerunt a lege, non ſuſtinentur.*
20 *Viri vt plurimum vxores ſuas decipere ſolent.*
21 *Tempus præſens ſpectatur, ad contractum licitum iudicandum.*
22 *Pactum legis comiſſoriæ iuratum an valeat.*

QVÆSTIO. XXXXV.

PACTVM LEGIS COMISSOriæ nec fauore quidem dotis vel mulieris in matrimonij contractu adiectum valet, & quando ſuſtineatur vtiliter declaratur.

1 NON admodum ✝ facilis quęſtio eſt, an in contractu matrimonij initum pactum legis comiſſoriæ valeat necne: & cũ quæſtio hæc frequens ſit, nec per noſtros explicite ſa-

tis tractata diligenter nunc excutienda
erit : Ne aurem † per terminos igno-
2 tos procedamus, ſciendum pactum legis co-
miſſoriæ dupliciter cõcipi poſſe vere & pro-
prie,tum & improprie: Proprie † concipitur
3 cum contractus in futurum euentum eſt ipſo
iure reſoluendus: veluti quando dicitur , niſi
integrum prætium ſolueris intra quindecim,
res ſit inempta l.4.ff.de l.commiſſo.Conna.
in cõmen.iur.ciuil.li.7.ca.9.Riminal.conſil.
285.nu.75.Neguiſan.tract.de pigno.4.part.
4 num.1. & 2.cum ſequen. † Improprie con-
cipitur quando ſit per verba obliqua & infle-
xa,veluti ſi dixerim ſi intra menſem non lu-
ero pignus poſsis illud pro te capere;vel ce-
det ſi volueris in commodum tuum:hoc di-
citur pactum l.commiſſoriæ improprium.ſic
docuit Neguſan.d.loco.vbi diſcrimen etiam
& differentias inter proprium, & impropriũ
conſtituit.Sed neq. ſufficit quod ſimpliciter
dicatur actum fore ipſo iure nullum,niſi ver-
ba formaliter ſecundum pactum l. comiſſo-
riæ concipiãtur vt poſt Ruin.conſil.32.num.
15.lib.1.docuit Seraphi.tract.de vitor. iura.
priuileg.131.ad finem.

5 Demum † pactum l. comiſſoriæ dicitur,
quandocunque conſtat de animo creditoris
volentis vt lapſo die ſolutionis res ſibi in ſo-
lutum remaneat tranſlato in eum dominio
glo.in l.1.C.de pact.pigno.glo.in cap.1.vbi
Bal.nu.3.de feud.dat.in.vim.l.comiſſo. Pa-
nol. in cap. ſignificante.vbi poſt eum omnes
de pigno.Neguſan.in d.part. 4.in principio
Iaſſo. in l. qui Romę num.24. de verb. ob-
liga.Gabri.conſi.74.num.26.libr. 1.Medic.
trac.de acquir. poſſeſsi.1. part.gloſ. 2.num.
338.

6 Pactum vero † l. comiſſoriæ eſt omni
iure improbatum in pignoribus l.fina.C.de
pact.pigno.ca.ſignificante de pigno.ſiue fue-
rit proprie vel improprie cõceptum l. 1.vbi
Barto.Bal.Angel. Sali.& poſteriores C.de
pact.pigno.Neguſ.qui hanc conſtituit regu-
lam tract.de pigno.4.part. nu.2.fusè Tiraq.
tract.de retract.conuentio. in fine num.118.
7 Bero.conſi.204.num.14.lib.1.Hinc † illud,
vt & pactum l.comiſſoriæ inutile ſit,quando
quiſpiam nedũ paciſcitur quod pignus emp-
tum ſit,vel in ſolutum datum , ſed & vbi de-
bitor promittit vẽdere vel in ſolutum dare.
gloſ.1.in d.l.1.C.de pact.pigno.Barto. Bal.
Angel.& Tiraq.ſup.citati.Dida.varia.reſol.
li.3.ca.2.n.8.Lup.in cõmen.de vſur.cõmen.
8 2.n.13.in † venditionis autem contractu tali
pactum non improbatur ; ratio enim quæ in
pignoris conuentione militat,in venditione
ceſſat;ea eſt in pignore quoniam pignus mi-
nori prætio ſemper concedi ſolet , in emp-
tione iuſtũ fere ſemper pretium intercedit.

Tum in pignoris conuentione ſi hoc liceret
pactũ, ob ſpem ingentis lucri nullus mutua-
9 ret niſi eo pacto adiecto. Tertio † quoniam
ratio quæ in venditione obtinet vt liceat ſe
ſe inuicem decipere vſq. ad dimidiam iuſti
prætij l.2.C.de reſcind. vendi.in mutuo vel
pignore,illicita eſt ob turpem vſurarum ſuſ-
pitionem.Quæ in venditione ceſſat. ſic gloſ.
cenſit in venditione loquens in rubr. ff. de l.
comiſſo.Hoſt.Panor.& cæteri in c.ſignifi.de
pigno.Bart.Bald.Sali.& alij in l.comiſſoriæ
C.de pact.inter emp.& vendit. compo. Ti-
raq. qui alios multos citat. tract.de retract.
conuen.in fine n.122.Neguſ.tract.de pig.4.
p.in princi.Dida.d.ca.2.nu.8.Crauet.conſi.
145.nu.18.Burſat.conſ.320.nu. 114. Gabr.
conſi.74.nu.23.li.1.Seraphi.trac.de vi.iura.
priui.131.nu.1.Lup.cõme.2.de vſur.nu.16.
Decian.reſpon.2.nu.187. li.1.multos caſus
adiungit & declarat erudite Meno. tract. de
adipiſ.poſſeſ.reme. 5.n.39.Ioan.Bapriſ.Aſ-
ſini. tract.de executio.cap.336.num.1.& ſe-
quen.aliqua.Surd.deciſio. 248.a nu.1. Vin-
cen.de Fran.deciſ.355.nu.3.par.2.

Cæterum an pactum l. comiſſoriæ fauore
dotis ſuſtineatur inquirendum eſt; quã quæ-
ſtionem pauci ex ſupra relatis tractarunt.
10 Videtur imprimis † valere fauore dotis &
mulierum quibus innumera fuerunt conceſſa
priuilegia,quę noſtri recenſent in l. 1. ff. ſo-
lut.matrimo.& paſsim vbique.

11 Addo quod † ſi fauore dotis licet paciſci
aduerſus regulas iuris communis quod inte-
rim donec dos ſoluitur certum quid impen-
datur marito annuatim loco intereſſe,vt mul
tis docui hoc libro quæſ.28.neq. huiuſmodi
pactum quod in cæteris vſurarium foret , in
contractu matrimonij improbatur. ca.ſalu-
briter de vſur.cum alijs à me dicta quæſtio.
adductis:certè & licere deber in pignore ea-
dem ratione: vt enim in ſuperiori vſurarum
ſuſpitio tollitur quia maritus ſuſtinet onera
matrimonij , eadem ratio efficere debet vt
in hac ſpecie pactum vſurarium dici non
poſsit.

12 Tertiò ſuaderi † hæc opinio poteſt,quia ra-
tio potiſsima vt modo dixi qua moti fuerũt
legiſlatores ad improbandũ pactũ l. comiſſo
riæ in pignoribus eſt,quoniam debitores pe-
cunijs indigentes , faciles ſe præſtabant ad
conſentiendum tali pacto,ex quo reſultabat
ipſis maximũ commodũ & læſio grauiſsima
debitoribus qui poſtea in termino redimere
pignus non poterant , cũ vt plurimũ ſemper
detur pignus valens plus debito continebat
igitur magnã iniquitatem: At hæc ratio ceſ-
ſat in dotis promiſsione, cum vt plurimum
magis mariti pactis adhærebant fauorabili-
bus & magis vtilibus vxoribus quã ſibi, dixit
Cyn.

Cyn.poſt Petrum de Bella.porti.in l.in con-
13 tractibus C. de non nume. pecu. Et ideo †
iura ſtatuerunt propter hanc rationem, vt vi
ris facile confitentibus dotis numeratio-
nem, exceptio non numeratæ dotis detur. vt
Cyn. ibi. Quam etiam rationẽ conſiderauit
Bal.Nouel.tract.de dot.p.6.priui.54. nu.3.
14 Quarto † pactum l.cõmiſſoriæ quod ten-
dit in vtilitatem alterius quã creditoris va-
let l.fina.in prin.ff.de cont.empt. Nouel.d.
priui.54.in fine Dida. poſt multos ab eo re-
latos d.ca. 2. num. 7.& 8.Meno. d.reme.5.
num.40.verſic.Primus caſus. & alij multi ex
ſupra citatis quos prætereo. At pactum hoc
tendit magis ad vtilitatem vxoris quam vi-
ri, ad quam tandem dos eſt reuerſura, igitur
validum cenſendum.

Quinto loco adducitur tex. in l. ita conſ-
tante ff.de iu. do. quem adducit in hanc ſen-
tentiam Bal.in cap. 1.num. 4.de ſeu. dot.in
vi. l. commiſſo.

15 Extremo † prefatam ſententiam tenuerũt
Bal.in d.ca.1.nu.4.de ſeu.da.in.vi. l.cõmiſ.
quem ſequitur ibi Afflic.num.5. Bal.Nouel.
tract. de dot. dicto priuilegio 54. Caballi.
tract.de vſur.queſ.54. nu.374. Lup.in com-
men.2.de vſur.num.19.quos ſequitur & re-
fert Surd.deciſio.248. nu.13.in fine. ij qui-
dem fatentur fauore dotis ſaltim dãdæ ma-
rito pactum hoc ſuſtineri, quam quã omnes
ſup.adductas rationes non adferant.

Contrariam opinionem tenuit Neguſan.
tract.de pigno.4.par.in princi. nu.2. Sebaſ.
Medi.tract.de acquir.poſſeſsio.1.part.gloſ.
2.num. 238.vt nec fauore dotis dandæ ma-
16 rito valeat.ex † text.in l.quamuis ff.de ſolu-
tio.quo in tex. aperte deciditur non valere
pactum l.cõmiſſoriæ dotis fauore, vnde vult
tex.vt poſsit vir offerre pecuniam pro dote
non obſtante huiuſmodi pacto. Ad hunc tex.
dupliciter reſpõderi poteſt. Primo ſecundũ
glo. Bart.& aliorum intellectum ibi magis
communem, in eo text.fuiſſe pactum illud l.
comiſſoriæ celebratum ex internallo poſt
habitam dotem & non à principio, quo caſu
licet valeret ad retinendum, ſi creditor pig-
nus poſsideret iuxta tex.in l. Titius ff.de ac-
quir.poſſeſ. & l.2. C.de pact. pigno. tamen
ad agendum non prodeſt creditori d.ct. l.
quamuis;& ita intellexerunt eam vt dixi.gl.
Barto. & communiter doctores quos refert
& ſequitur Meno.d.reme.5.num. 42. verſic.
Tertius caſus.vbi ex Alexan.Panormi.Guid.
Rip.Neguſan.Neuiz.Dida.& alijs commu-
nem dixit;quibus addo.Corne. conſil. 256.
lib.1.Seraphi.tract. de viri. iuramen. priui.
131.num.3.ad medium;quamquam & ab ea
diſſentire quoſdam referat Menochi. Se-
cundo Reſpondetur text. loqui in dotis reſ-
titutione quæ fit vxori marito mortuo, ca-
ſus noſter in donatione quæ fauorabilior eſt,
& in ea deficiunt rationes infirmantes pa-
ctum l. commiſſoriæ vt dixi ſuperius. Cæte-
rum aduerte; vt & ante me aduertit Nouel.
d.priui.54.dicere text.in dict.l.quamuis lo-
qui de pacto ex interuallo facto fore diuina-
17 re admodum ad illum text. Addo † quod
communis illa ratio interpretum diſtinguen-
tium inter donationem & reſtitutionem do-
tis videtur falſa;cũ dotis reſtitutio ſicut con-
18 ſtitutio pariter ſit priuilegiata, vnde † & diſ-
poſitio tex. in auth. res quæ, C. commu. de
lega. in conſtitutione dotis loquens ad reſ-
titutionem ab omnibus extenditur, ſecundũ
glo. communiter receptam in dict. auth. res
quæ, quam dixit communem Anna.conſ.61.
eam ſequitur Bart. ibi Iaſ.nu.29. Curti.iuni.
nu.11.Et communem Padill.ibi.nu.47. Dida.
li.3.reſo. cap.6.nu.10. Molin.qui multos, de
primo.Hiſpa.li.4.cap.6.nu. 7.Craſ. in §.fi-
deicommiſſum queſ.57.nu.4. & magis com-
munem alijs adductis Surd. deciſi. 62.nu.1.
Pereg.tract.de fideico.arti.42.nu. 81.vbi in-
numeros refert.Petra.tract.de fidei. quæſ.8.
nu.330.& nu.349.vbi & communem. Vnde
ſi quiſpiam in contrariam ſententiam ire cu-
piat rationibus à me adductis facile reſpon-
dere poterit.

19 Non prima † officit, quoniam dotis fauor
non tantum poteſt vt quæ ſpecialiter à lege
reprobata ſunt illius cauſa valeant, niſi ex-
preſsim id lex induceret & exprimeret ad
notata per omnes in d.l.1.ff.ſolu. matrimo.
nullibi autem legitur dotis fauore valere pa-
ctum l.comiſſoriæ.

Neq. ſecundum quoniã quod certum quid
pro intereſſe datur donec dos ſoluitur à iure
ſit approbatũ, id factum fuit vt facilius ma-
riti poſſent ſupportare onera matrimonij d.
ca.ſalubriter.& potuit hoc ex cauſa prædicta
ius ſtatuere, at ratio onerum matrimonij ni-
hil facit ad caſum de quo agimus, quoniam
ſine cedat inſolutum res data in dotem, vel
non quomodocunque maritus poteſt lucrari
interim fructus dotis vel intereſſe, vbi in pe-
cunia data fuiſſet. Pręterea id expreſsim à
iure fuit ſtatutum; in hac ſpecie nullibi lici-
tũ pactũ l.comiſſoriæ legitur dotis fauore.

Non tertia;quoniam & multi alij ſunt non
tam faciles vt credit Cyn.vt votis & mulie-
rum conuentionibus & voluntati obſequan-
tur;id eo tempore eſſe potuit, nunc conuer-
ſo ordine agitur in quo iniquitas & malitia
20 abundat, † cum non aliud quærant viri quã
mulieres decipere, vnde ſicut maritis ſubue-
nerunt aliquando, ſic mulieribus deceptis &
leſis Afflic. deciſ.21.nu.13.& deciſ. 283.nu.
1.Caualca.tract.de tuto. & curato num.157.

158.cum ſequen. Becci. conſi. 42. Surd. deciſio. 287. num. 8.& ſuo loco dicetur.

Quarta etiam ratio non obſtat, quoniam quod pactum tendat in vtilitatem mulieris ad quam poſt modum dos eſt reuerſura; non poteſt conſiderari in hac quęſtione; cum ſepius ex ſtatutis, vel pactis mariti lucrentur
21 dotes, vel aliquas earum portiones; tum † quia an pactum hoc licitum ſit necne tempus præſens ſpectamus non futurum, quod ad iudicem non pertinet l.non quemadmodum vbi docto.ff.de iudi. l.1. §. ſocius ff. de vſur.

Neque quinta ex l. ita conſtante de ſumptum, non enim ille text. quidquam facit; vt conſiderauit Nouel. vbi ſup.non enim dicit quod res illa quæ permutari poteſt, vt ſit in dote loco pecuniæ fuerit res in pignus data pro eadem, quo in caſu dubitari poſſet an valeret conuentio necne: vnde cũ nihil decidat ab ea argumentum ſumi non poteſt. Cæterũ à communi opinione recedendum non eſt.

22 Maior dubitatio † ſequitur an pactum huiuſmodi l.comiſſoriæ iuratum valere debeat vbi appoſitum fuit iuramentũ quando pignus à muliere traditum fuit. Et licet doctores aliquando variauerint, vera tamen & cõmunis reſolutio eſt, vt iuramentum non validet pactum l. comiſſorię, bene tamen efficit, vt interim donec ab eo abſolutio petatur, ſit ſeruandum ita gloſ.fina.in d.cap. ſignificante de pigno. vbi Panor. & Cardinal. Barto. in l. ſi quis pro eo in principio ff. de fidei. Guid.Pap.deciſi. 6.Neguſan. qui alios tract.de pigno.4.par.nu.3.amplia.3. Gabri. conſ.74.nu.23.28.lib.1.& relatis multis dixere communem nouiſsimi Surd.deciſi.268. nu.21.Aſsim.tract.de exequutio.cap.386.a nu.1. Seraphi. tract. de viri. iuramen.priui. 131.a nu.1.Gutier.tract.de iuramen.confirma.cap.33.num.1.& per totum.

SVMMARIVM.

1 *Mulier bona ſua in dotem dare promittens, an bona omnia promiſiſſe videatur.*
2 *Mulier bona ſua dare promittens omnia promiſiſſe videtur.*
3 *Baldi traditio ſingularis.*
4 *Traditio ſine titulo facta quemadmodum dominum transfert in dote.*
5 *Rolan. traditio.*
6 *Pacto ſtãte inter virum & vxorem de lucrãdo certam portionem dotis, maritus de omnibus bonis vxoris eam lucrabitur, etſi dotis conſtitutio indefinita fuerit.*
7 *Verbum, do, dominij tranſlatiuum eſt.*
8 *Ratio communis improbatur.*
9 *Indefinita oratio æquipollet vniuerſali.*
10 *Argumentum validum de dote ad alimenta.*
11 *Dos non minus fauorabilis eſt quam alimenta.*
12 *Oratio indefinita æquipollet vniuerſali in alimentis.*
13 *Mulier quæ viro dixit ſe tradere illi bona ſua in dotem, an omnia bona tradidiſſe videatur.*
14 *Dotis traditio vbi interuenit, cenſetur eo ipſo mulier omnia bona in dotem dediſſe.*
15 *Argumentum de promiſsione dotis ad traditionem validum.*
16 *Bald. Nouelli conſilium.*
17 *Traditio dotis ſimpliciter facta ab vxore, non facit, vt bona omnia in dotem dediſſe videatur.*
18 *Dotis traditio ſimpliciter facta per mulierem vbi vir maxima dote dignus erat, de omnibus bonis facta cenſetur.*
19 *Dos vltra debitum modum dari marito non debet.*
20 *Statuto ſtante de lucro dotis conſequendo per maritũ, illud maritus lucratur in dote ſimpliciter tradita, in qua veniunt bona omnia, vbi maritus tali dote dignus erat.*
21 *Opinio communis reprobatur.*
22 *Authoris opinio.*
23 *Ratio vna vbi militat pro expreſſa habetur.*
24 *Argumentum ab æquiparatis non procedit data ratione differentiæ.*
25 *Matrimonium ſine dote eſſe poteſt.*
26 *Verbum do, tibi bona mea in dotem, & verbum aſsigno tibi me, & bona mea in dotem dominij, tranſlatiua ſunt.*

QVÆSTIO. XXXXVI.

VXOR QVAE IN CONTRActu matrimonij dare bona ſua marito in dotem promiſit: An his ipſis verbis bona ſua omnia in dotem dediſſe videatur.

1 CVM nulla dotis † mentio in contractu matrimonij facta eſt dubitari ſolet, an mulier bona ſua omnia in dotem dediſſe videatur. Quęſtio hæc ad inſtitutũ tractatus noſtri non pertinet, in quo de pactis tantum dotalibus agimus. Hanc autem queſtionem egregiè & accurate certè tractauit nouiſsimè Menochi.lib.præſump.3.præſump.6.a num.1.cui ferè nihil addi vel detrahi poteſt, & poſt eo non relato breuiter tamen Gail lib.obſeruatio.2.obſerua. 82.a nu.1.Viui. deciſ.289.nu.46.& nouiſsimè in hac facti ſpecie erudite quidem reſpondit Surd.conſ.94.nu.1.cum ſequen.lib.1.vbi ad vtranq.partẽ agit & coniecturas ſcribit quibus

bus in dotem mulier bona ſua omnia dediſ-
ſe præſumatur, & in ſingulari caſu idē Surd.
conſ.397. à num.24.lib.3.

2 De hac igitur † nihil dicam cum de nullo
pacto diſputetur: vnde cum paciſcitur vir cũ
vxore, vt ei bona ſua in dotem det, vbi non
omnia dictũ fuit expreſsim, videndũ an cõ-
uentione ſic inita, bona omnia mulier in do-
tē dediſſe marito videatur: quã quæſtionem
etſi quotidianã breuiſsime tetigit Menoch.
vbi ſupra nu.84.85. quæ tamen non modica
indiget diſcutione. Igitur in ſpecie noſtra
vbi mulier cũ marito cõuenit, & ei promiſit
bona ſua dare, omnia dediſſe & in dotē aſsig
naſſe cēſetur. ſic docuit Bal. in l. nulla n.2. C.
de iur. doti. idē Bal. in l. fina. n.10. C. de ſen.
quę ſine cert. quan. profe. Roma. conſ.44. nu.
4. & ante eos omnes Bart. in l. quod autē per
illũ text. de iur. doti. Alex. conſ.144. lib.1.
Rolan. in tract. de luc. dot. quæſt.72. num.1.
Phanu. in cõmmen. de luc. dot. glo.10. n.46.
Meno. d. præſu.6. num.84.

3 Vnde † dixit Bal. ſingulariter in d. l. nulla
& in d. l. fina. quod ſi in inſtrumēto dotali cõ-
tineatur quod N. contraxit matrimonium cũ
Berta & ei Berta dedit bona ſua, quod eo
ipſo his verbis intelligũtur bona omnia Ber
tę data in dotē viro ſuo. citat tex. in d. l. quod
4 autē ff. de iur. doti. quia † inquit traditio ſi-
ne titulo quæ non eſt mera traditio, ſed
translatiua dominij cenſetur facta ex titulo
dotis: Eadem ferè verba repetit Bald. in d.
l. nulla; nam (inquit) ſi Berta dat ſe & ſua vi-
ro nec ſit expreſſus titulus dotis, præſumi-
tur dediſſe bona omnia ſua nomine dotis,
quia vſa fuit mulier verbis ſignificantibus
ius ſcilicet cauſa dotis, & citat eundem text.
in d. l. quod autem. omiſſa ſuppletione glo-
ſæ ibi in verbo datione, quæ diuinatiue vo-
luit quod in eo tex. actum fuerat inter partes
quod eſſet dos.

5 Ex hac Baldi † & communi reſolutione
intulit Rolan. d. quæſt.72. in extremis ver-
bis, ſtante ſtatuto deferēte lucrum dotis ma-
rito, quod & in hac ſpecie illud conſequere-
tur, cum his verbis bona mulieris in dotem
ſint conſtituta: ſimiliter & ad inſtitutum tra-
6 ctatus noſtri infertur, quod † ſtante pacto in-
ter coniuges de lucrando certam portionem
dotis, maritus itidem in hoc caſu lucrabitur,
cum verè dos illis verbis marito data cen-
ſeatur. Cæterum aduerte ad rationem qua
communis mouetur opinio; quia aiunt, vbi
mulier dicit: *do tibi & mea in dotem*; pro-
7 fert vxor verba dominij translatiua; quia †
verbum, *do*, hoc importat iuxta text. in §. ſic
itaq. diſcretis vbi Iaſſon. & cæteri inſtit. de
actio. conſequenter bona omnia in dotem
8 dediſſe videtur: Ratio † hæc etſi placeat quo

ad translationem dominij quia verba vim
habent transferendi illud in maritum, tamē
quod illis verbis cēſeatur dediſſe omnia bo-
na ſua in dotem nõ rectè ſequitur. Neq. etiã
hoc probat text. in d. l. quod autem; vnde
verius mihi videtur aliam cum ſuperiore ta-
9 men adiunctam rationem dari poſſe; quia †
ſermo mulieris promittentis viro in dotem
bona ſua, indiffinitus eſt, at indefinita æqui-
pollet vniuerſali, tam in teſtamētis quam in
contractibus. gloſ. in cap. vt circa de electio.
in 6. l. ſi pluribus vbi Barto. de lega.2. l. ſi ita
relictum eo. titu. Alex. conſ.26. num.4. lib.4.
Tiraquel. tracta. de retract. §.1. glo.13. nu.1.
10 Ruin. conſ.34. num.3. lib.2. Sed † & cum de
dote ad alimenta & è contra validum ſit ar-
gumentum, cum dos detur mulieri loco ali-
mentorum l. vbi adhuc C. de iur. dot. & ſe-
cundum alimenta reguletur, quia in eorum
locum ſufficitur l. filiam §. Titia de condi. &
demonſtra. Surd. tractat. de alimen. titul.1.
11 queſt.10. num.18.19. Vnde † nec dos dici
debet minus fauorabilis quam alimenta, re-
ſoluit idem Surd. illo tracta. titu.1. quæſt.23.
12 num.20. Hinc † ſequitur quod cum & fauore
alimentorum indefinita æquipolleat vniuer-
ſali, etiam in caſibus in quibus aliás nõ æqui-
polleret. Barto. in l. quidam hæredem nu.1.
ff. de triti. vin. & ole. lega. Surd. dict. tracta.
titu.5. quæſt.1. numer.17. Ita fiet vt promiſ-
ſio mulieris promittentis ſua in dotem, de
bonis omnibus intelligenda ſit: Et hęc eſt
vera ratio.

13 Quid † autem vbi mulier non dixit: *do ti-
bi bona mea in dotem*; ſed dixit: *trado tibi
bona mea in dotem*; inſignis difficultas in
qua, vt ex varijs noſtrorũ locis colligere po-
tui, tres eſſe video in hac quæſtione opinio-
nes diuerſas. Prima eorum, qui exiſtimarunt
& in hoc caſu cenſeri bona omnia in dotem
data. Ita Bald. in ca.1. ad finē titu. An mari-
tus ſucce. vxo. in feud. qui expreſsim docuit
14 quod † vbi interuenit traditio dotis, cenſe-
tur eo ipſo mulierem bona omnia dediſſe; &
Baldum fuit ſequutus alter Bal. Nouel. trac.
de dot.6. part. priui.14. num.3. mouetur Bal.
Nouel. duplici ratione. Prima quoniam ſub-
iecta materia hoc poſtulat, ratione imminē-
tis matrimonij, & illius onerum. argu. tex. in
d. l. quod autem de iur. doti. & † argumento
15 ſumpto à promiſsione ad traditionem l. fin.
C. ad l. falci. nam ſi promiſsio fiat inter ſpõ-
ſum & ſponſam de aliqua pecuniæ quantita-
te, ea quidem ex cauſa dotis facta intelligi-
tur, etſi expreſſum non ſit d. l. quod autem l.
tali illo eod. tit. vnde rectè ſequitur quod ſi-
cut promiſsio ex cauſa dotis facta cenſetur,
ſic & traditio: ſic argumētatur Calca. con.11.
col.2. Corne. cõſ.282. nu.36. lib.1. Bal. à quo
hæc

hæc fuit deſumpta ratio in d.ca.1. An marit.
ſucce. vxo. in fine. Addit rurſus & Bal. No-
uel. non obſtare ſi quiſquam obijceret, d.l. ꝙ
autem loqui in ſtipulatione, in qua promiſit
quidã reſtituere certã quantitatẽ pecunię ſo-
luto matrimonio vt inde mirũ nõ ſit, ſi pro-
miſsio ex dotis intelligatur quantitate, cum
alia interpretatio dari nõ poſſet; cum præce-
deret dotis datio: vel (inquit) nõ obſtat ſi di-
ceretur d.l. & text. ſuppleri debere ex eo ꝙ
extrinſecus apparebat, quia ſcilicet cõſtabat
ex cauſa dotis promiſsionem illam emanaſ-
ſe vt illũ tex. poſt Bart. in diſputatio. ſua in-
cipienti: Mulier habens amplũ patrimoniũ,
&c. Alij multi intellexerunt. Nã ait Nouel.
replicando, quod primus intellectus diuinat
ad illũ tex. ſecundus vero nõ conuenit titulo
ſub quo poſitus eſt, contra tex. in l. impera-
tor cũ ſimilibus de in diẽ adiectio. cũ in titu-
lo de iur. doti. non de dotis reſtitutione tra-
ctetur ſed de promiſsione & dotiũ ſtipula-
16 tione: Subijcit † extremo ſe ideo conſuluiſſe
in facto, quod cum mulier tempore cõtracti
matrimonij dixiſſet viro: *trado me & bona
mea tibi*; & poſt vir cum ea longo tempore
ſtetiſſet, quod tunc bona omnia in dotẽ con-
ſtituta fuerunt.

Altera & ſecunda eſt opinio in totũ priori
cõtraria eiuſdẽ Baldi ſibi ipſi (vt ſæpe ſolet)
cõtrarij, affirmat quod per verba ſupraſcrip-
ta nõ cenſetur vxor marito bona ſua omnia
in dotẽ conſtituiſſe in d.l. fin. C. de ſent. quæ
ſine cer. quan. profe. docuit is ibi quod mo-
17 do dixi; Et † inquit quod ſimplex & nuda tra
ditio facta per vxorẽ marito, nõ facit vt bo-
na in dotẽ data cenſeantur, etſi ea præſumi,
poſsit quod tanquã paraphernalia data ſint,
niſi ex coniecturis aliud eliceretur: Et Bal. ſe-
quitur Alex. conſ. 144. lib. 5. col. 2. Mouentur
quoniã nuda traditio nequit dominiũ tranſ-
ferre l. numquã nuda de acquir. rer. domi. cũ
ſimilibus: vnde cum verba apta non ſint, do-
minij tranſlatio ſequi non poteſt.

18 Tertia fuit † opinio exiſtimãtiũ, traditio-
ne facta per vxorẽ præcedentibus verbis ſu-
pra memoratis, vbi tamẽ maritus tali & tãta
dote dignus eſt cenſeri eo ipſo marito bona
omnia in dotem data, ita Bal. dupliciter ſibi
cõtrarius in d.l. nulla C. de iur. doti. docuit
illic, quod vbicunq. vxor marito in aliquib⁹
rebus particularibus certã dotem non conſ-
tituit, vbi tamen is tantã meretur dotẽ quã-
ta vxor habet bona, quod ea in dotẽ conſti-
tuiſſe illis verbis videtur, aliàs ſecus; præſu-
merẽtur enim tunc paraphernalia: rationis
rationẽ reddit quoniam inquit præſumptio
legis non debet adaptari ad id quod non eſt
19 veriſimile nec iuridicũ: Atqui † iuri conſonũ
non eſt quod dos detur marito vltra debitũ
modum, maximè vbi maritata foret minor
annis 25. conſequenter in dotẽ bona omnia
data non viderẽtur: Bal. ſequuti ſunt Roma.
conſ. 44. nu. 4. Alex. conſ. 122. col. 2. li. 7. cõſ.
141. col. 1. eod. lib. Rolan. tracta. de luc. dot.
quæſ. 73. n. 1. 2. & 3. qui & in finalibus verbis
ſcripſit ab hac opinione non eſſe in iudicãdo
recedendũ. Meno. autẽ vbi ſupra nulla facta
diſtinctione an maritus tanta dote dignus ſit
nec ne Bal. Roma. & Rolan. opinionẽ ſequi-
tur quã cõmunem eſſe video inferẽs ibidem
20 Rolan. quod † ſtante ſtatuto lucrũ deferente
marito in dote vel illius portione, quod & in
hac ſpecie illud conſequeretur maritus: Idẽ
& quoad propoſitũ tractatus noſtri eſſe cẽ-
ſeo vbi ex pacto vir dotẽ vel illus portionẽ
foret lucraturus præmoriẽte vxore, vt in hac
ſpecie itidem eam lucrari debeat.

21 Cæterũ † Phanu. tract. de luc. dot. glo. 16.
n. 46. poſt relatos ſupra citatos authores cõ-
munẽ tenentes dicit: quod diſtinctio Rolan.
nec aliorũ diſtinguentiũ inter maritũ tanta
dote dignũ vel non, ſibi non placet: Neq. ra-
22 tionẽ aliquam reddit: Mihi † quoq. omnino
diſplicet, quod enim maritus ſit dignus vel
indignus nihil refert; etſi aliqualẽ præſump-
tionẽ facere poſsit: verũ hæc pręſumptio ve-
ritati cedit, cum dos ab vxore marito datur
per verba quę ſui natura apta nõ ſunt ad do-
minium transferẽdũ, qualia ſuperiora; quod
& fatentur omnes ſupra citati interpretes,
Præterea quod maritus ſit dignus id nõ in-
flectit verborũ proprietatẽ à qua recedendũ
in dubio nõ eſt l. non aliter cũ vulga. de lega.
3. Ad hæc interpretatio illa ſumẽda in dubio
eſt quæ magis fauet mulierib⁹; vt millies hoc
in tractatu dixi: maius autẽ mulieris cõmo-
dum eſt, ſi non omnia bona in dotẽ data cẽ-
ſeantur; ideo in dubio opinio hæc amplexã-
da eſt: quã & ego libenter ſequor vt ſcilicet
ſiue vir dign⁹ ſit vel indign⁹ per verba prędi-
cta bona ſua mulier in dotẽ dediſſe nõ cẽſea
tur. Nec etiã Meno. diſtinguit vt ante dixi.

Tenendo hanc opinionẽ, reiectis duabus
prioribus ad rationes Bal. & Bal. Nouel. ſu-
pra relatas in prima opinione reſpõdetur, ꝙ
argumentũ de promiſsione ad traditionem
nõ valet, quoniã cũ promiſsio ſine cauſa non
teneat l. 2. §. circa ff. de dot. exceptio. & pro
illius validitate ſit iudicãdũ in dubio argu. l.
quoties de reb. dubi. idcirco pronunciatũ ibi
promiſsionem ex cauſa dotis emanaſſe; quo-
23 niã † vbi vna tantum cauſa vel ratio adduci
poteſt, ea pro expreſſa habẽda eſt, iuxta glo.
Barto. Iaſ. & alios ibi in l. quamuis C. de fi-
deico. Oſaſ. deciſ. 21. n. 3. Meno. conſ. 85. nu.
9. Surd. conſ. 240. nu. 14. Atqui ratio hęc ceſ-
ſat in traditione, quoniã potuit fieri ex alia
cauſa veluti adminiſtrationis & curæ, ideo
neceſ-

neceſſario ad cauſam dotis non concludit,
24 ſicut promiſsio:vnde † adſtante ratione dif-
ferentiæ argumentatio ab æquiparatis iuxta
d.l.fina.ad l.falci.non procedit. Neq. etiam
facit conſideratio illa Nouel. qua animad-
uertit,ratione ſubiectę materiæ,propter im-
minens matrimonium, & illius onera facilè
pręſumi poſſe traditionē dotis cauſa de bo-
nis omnibus factam;quia non hoc neceſſario
25 infertur,cum † poſsit eſſe matrimonium ſine
dote,& ad poſitionē vnius non ſequitur po-
ſitio alterius.l.fina.C.de dona. an. nup.l.iu-
bemus C.de repu. Neq. dos venit in matri-
monij conſequentiam,vt probat latè Meno.
lib.præſump.3.præſum.6.num.19. vnde de-
ficit omnino argumentatio Nouelli.
26 Quæ † autem de verbo, *do*, quod dominij
tranſlationem importat dixi ſupra, eadē re-
petenda vbi mulier viro dixiſſet:*aſsigno ti-
bi me & bona mea in dotem*:quoniam & ver-
bum,*aſsigno*, tranſlatiuum dominij eſt.l.do-
tis fructus §.fina.cum l.ſequen.ff.de iur.doti.
fusè Menoch.qui multos conſ. 201. num.6.
lib.3.& d.præſum.6. nu.86. qui ibidem nu.
88.idem eſſe voluit vbi mulier cum marito
conueniſſet ſuę intentionis nō fore dare bo-
na ſua in dotem, niſi prius dotalia inſtrumē-
ta conficerentur,vbi igitur confecta ſunt de-
diſſe in dotem videtur citat Curti.conſ.168.
num.7.

SVMMARIVM.

1 *Pactum in contractu matrimonij, quod poſſit plus relinquere coniunx præmoriens alteri, quam vni, cui minus ex liberis primi matrimonij aduerſus diſpoſitionem l.hac edictali C.de ſecun.nup.non valet.*
2 *Statutum aduerſus diſpoſitionē d.hac edictali C.de ſecun.nup.valet.*
3 *Pactum aduerſus diſpoſitionem l. hac edictali C.de ſecun.nup.non valet.*
4 *Iuramentum aduerſus prohibitionē l. hac edictali C.de ſecun.nup.minime tenet.*
5 *Conſilium Crauete inſigne.*
6 *Pactum quo mulier ea quæ à primo viro titulo lucratiuo conſequuta eſt marito vel filijs ſecundi matrimonij donare promittit nullum.*

QVÆSTIO XXXXVII.

PACTVM IN CONTRACTV matrimonij; quod poſsit plus relinquere coniux præmoriens alteri, quam vni cui minus ex liberis primi matrimonij aduerſus diſpoſitionem l. Hac edictali C.de ſecun.nup.an valeat.

1 QVÆSTIO facilis eſt,nō † enim
licet paciſci vt plus relinqui poſ-
ſit ſecundo coniugi moriente al-
tero, quā vni cui minus ex libe-
ris primi relinquitur matrimo-
nij l.hac edictali in fine C.de ſecun.nup.in ver
bis.*Nō ſit ei licitū nouercæ,vel vitrico,teſta-
mēto,vel ſine ſcriptura,ſeu codicillis hæredita-
tis iure,ſiue legati,ſiue fideicōmiſsi titulo,plus
relinquere nec dotis, aut ante nuptias donatio-
nis,&c.* Vbi id notarūt gl.in verbo diuidi.in
verſ.Itē nota.Bal.Ang.& Salice.Pau.de Caſ.
in l.1.C. de ino.donatio.Alex.cōſ.158.li.5.
Rolan.tract.de luc.dot.quæſ.24.n.1.& nu.8.
Ruin.conſ.64.nu.2.lib.3.Gabri.qui alios nō
tamen nunc relatos citat in commu. li.3. tit.
de ſecun.nup.cōclu.4.nu.9.& 10. Tibe.De-
cian.reſpon.25.nu.36.lib.1.vbi in terminis.
2 Etſi † enim iuxta cōmunem & receptā ma-
gis opinionē valeat ſtatutū aduerſus diſpo-
ſitionē d.l.hac edictali iuxta Bal.& Salice.
ibi Caſtren.& Bal.idē in l.1.C.de ino.doti.
Ruin.d.conſ.64.nu.2.Rolan.d.quęſ.nu.9. &
10.& dixit cōmunem Soci.conſ.52.n.3.li.3.
Deci.in auth.pręterea C.vnde vir & vxo.Pa-
riſi.conſ.91. nu.10.lib. qui cum numeris ſe-
quentibus fusè articulū diſputat. Curti.ſeni.
conſ.78.col.2.Phanu.in commen.de lu.dot.
glo.5.nu.38.Pechi.tract.de teſta.coniuga.li.
3 2.ca.18.nu.9.Gabr.d.concluſ.nu.16.pactū †
tamen aduerſus illius legis prohibitionē va-
lere non poteſt l.nō dubiū C.de legi. l.nemo
4 poteſt delega. 1. Atque adeo vera traditio †
eſt, vt nec iuramento mulieris prohibitio il-
lius legis tolli poſsit; quæ cum in fauorē li-
berorum inducta fuerit nec iure iurādo præ-
ſtito à muliere auferri liberis prouiſio illius
legis poſsit.Bart.in d.l.hac edictali nu.2.vbi
Bal.Salice.& Bertran.nu.18.idem Barto.in
l.cum quis decedens §.Titia delega.3.Deci.
conſ.246.nu.1. Bal.conſ.22. quos citat Pe-
chi.vbi ſupra nu.7.& antea nu.6.Gabr.ſupra
nu.26.Gail. lib. obſeruationū primo obſer.
40.nu.22. qui tamen niſi ſolū Bal.memorat
5 Pechl.ex † Aymo.conſ.142.nu.9. ſingulari-
ter docet, vt ſi forſan filij prioris matrimo-
nij ſub adminiſtratione matris & vitrici exi
ſtentes in minore ętate cōſtituti beneficio d.
legis renunciauerint,licet cū iuramento, ad-
huc renūtiatio non valeat,quā ex duplici ca-
pite,& minoris ætatis, & ratione doli præ-
ſumpti reſcindere poterunt.Cū enim vitri-
cus eorū res protegere debuerit,contrarium
faciēdo, ad prohibitam eos aduerſus legem
pactionem inducens, in dolo videtur argu.
cap. qui contra de regu.iur.quam ſententiam
Crauet. d.conſ.multis comprobat Gabri.d.
6 conſ.nu.43.obiter tamen.Sic † neq. valeret
pactum in muliere ſecundò nubente quod ea

quæ

Digitized by Google

quæ à primo viro titulo lucratiuo conſequuta eſt, vel marito, vel filijs ex ſecundo matrimonio donare promitteret l. fœminę & §. illud C. de ſecun. nup. vbi omnes notarunt.

SVMMARIVM.

1 Diſpoſitio l. hac edictali C. de ſecun. nup. an locum habeat in muliere ſecundo nubente, vbi frater vel extranea perſona mulierē dotat, & ponitur pactum lucrandæ dotis.

2 Promiſsio de dote lucranda facta in ſecundo matrimonio, infirmari poteſt per filios prioris matrimonij.

3 Dos data ab extranea perſona non ſubiacet diſpoſitioni d. l. hac edictali C. de ſecun. nup.

4 Actus prohibitio vel conceſsio conſiderāda eſt reſpectu perſonæ dantis, & illius cui datur.

5 Dos data à patre filiæ in ſecundo matrimonio cum pacto de lucrādo dotem, reuocari poteſt per filios prioris matrimonij ex diſpoſitione d. l. hac edictali C. de ſecun. nup.

QVÆSTIO. XXXXVIII.

PACTO DE LVCRANDO DOTEM vel illius portionem inito in capitulis matrimonialibus, muliere ſecundo nubente, & eidem fratre vel altera extranea perſona dotem dante, num ea conuentione diſpoſitio l. hac edictali C. de ſecun. nup. ſublata cenſeatur.

1 PROXIMA ſuperiori † altera quæſtio eſt, an diſpoſitio l. hac edictali C. de ſecun. nup. locum habeat in muliere ſecundo nubente, vbi frater vel altera extranea perſona mulierē dotat, & pactū addit lucrandæ dotis. Hanc quæſtionē mouit Bal.
2 in eadē ipſa l. hac edictali col. 5. Et licet † videatur quod licet alius quā mulier det dotē ſecundo viro cū pacto de lucrādo, poſſe filios prioris matrimonij promiſsionē reuocare in vim d. l. cū dos à quocunq. data ſit, pro muliere cōſtituta fuerit, proinde idē eſſe videatur ac ſi ipſa met mulier dotē dediſſet; tamē contrariū reſpondiſſe ſe aſſerit: rationē ſub-
3 iungit, quia † dotans poteſt prouidere de reſtitutione dotis ad ipſius liberū arbitrium & voluntatem, paciſcēdo vt vel dos ſibi aut alteri reſtituatur mortua muliere vel etiam ꝙ apud eundem maritum remaneat l. ex morte ff. de pact. dotal. eandem opinionem probauit Salice. in l. ſi ita quis §. ea lege de ver-
4 bo. obliga. nu. 2. & 3. qui † & aliam addit rationem ad Bal. traditionem, quoniam inquit conſideranda eſt ad actus permiſsionem vel prohibitionem, perſona dans, & cui datur, non autem perſona intermedia: ſolumq. nudum miniſterium & ſimplicem exequutionē præbet, vt mulier in hac ſpecie ex l. profectitia §. ſi quis certam ff. de dona. int. vir. & vxor. l. ſed etſi mortis, verſi. Sed ſi proponas ff. de leg. prę. ſt. l. cogi. §. hl. qui ſolidū ad S. C. Trebelli. l. cū dotem de dot. pręleg. l. 1. verſ. Sed ſi legatū ff. ſi quis ali. teſt. prohib. Eandē ſententiam ſequutus fuit Roman. conſ. 219. nu. 10. qui & hac eadem ratione vſus eſt Rolan. tract. de luc. dor. quæſt. 28. à nu. 1. Curtiinni. conſ. 122. nu. 11. vbi tōtā Baldi Theoricam ad verbum refert & ſequitur: Gabr. in commu. tit. de ſecun. nup. conclu. 4. n. 35. qui tamen nullum alium niſi ſolum Bal. citat in d. l. hac edictali eandem ſequitur Surd. conſ.
5 255. nu. 9. & 10. lib. 2. Fatetur † autē Bald. & omnes cū eo ſupra relati contrarium obſeruandum fore in patre ſecundo dotante filiā, quia cum ex debito & naturæ officio teneatur dotare proprias filias l. obligamur §. lege de actio. & obliga. l. qui liberos de Rit. Nupt. & eo in caſu dos à propria filia emanaſſe cenſeatur, quod tunc diſpoſitio d. l. hac edictali vindicaret, non obſtante tali pacto: quæ opinio ab omnibus communiter approbatur. Sed de ea latius dicetur infra quęſ. 56.

SVMMARIVM.

1 Pacto de lucranda dote an poſsit maritus renunciare conſtante matrimonio in fauorem vxoris.

2 Renuntiatio vxori facta per maritum donatio eſt.

3 Renuncians donare videtur.

4 Ius quod in ſpe conſiſtit donari poteſt.

5 Renuntiatio iuris de futuro nulla eſt.

6 Renuntiatio priuatio dicitur.

7 Renuntiari iuri conditionali non poteſt.

8 Tex. in l. ſi liberis de pact. dota. declaratur.

9 Authoris vera traditio.

10 Pacta aliàs inualida, valida efficiuntur, quando res reuertitur ad primeuam naturam.

11 Mulier poteſt expreſſe & etiam tacitè renuntiare beneficio l. vbi adhuc C. de iur. doti.

12 Pacta omnia dotalia permiſſa cenſentur niſi reperiantur prohibita.

13 Renuntiatio mariti quæ confertur in tempus ſoluti matrimonij valet.

14 Conuentione principali ſublata non cenſetur ſublatum pactum in continenti poſitum.

15 Renuntiatio donatio non eſt, vbi renuntiatur ius quærendum nondum radicatum.

16 Renuntiatio iuris quærendi non retractatur ex diſpoſitione l. ſi vnquam C. de reuo. donatio.

17 Renuntiatio donatio non dicitur vbi renuntiatio

Digitized by Google

tio ad commodum renunciantis pertinere poteſt.
18 *Renunciari iuri de futuro in vim pacti poteſt.*
19 *Pacti & renunciationis differentia qualis.*
20 *Tex. in l. ſi liberis ff. de pact. dotal. declaratur.*
21 *Renunciatio lucri dotis per maritum facta an per creditores poſsit retractari.*
22 *Donatio in fraudem creditorum nulla.*
23 *Obligatio cōditionalis creditoribus reſtituēda*
24 *Renunciatio diminutio dicitur patrimonij.*
25 *Fraudis præſumptio ex coniunctione ſanguinis elicitur.*
26 *Renunciatio ex nulla cauſa facta, eo ipſo fraudulenta præſumitur.*
27 *Reſtituere grauatus quidquid ex hæreditate ſupererit, licet poſsit alienare in vita nō tamen in fraudem.*
28 *Alberici traditio inſignis.*
29 *Donatio inter virum & vxorem prohibetur vbi maritus pauperior efficitur, & illius minuitur patrimonium, ſecus ſi lucrum quod adquirere poſſet remittat.*
30 *Tex. in l. qui autem ff. de his quæ in frau. credi. declaratur.*
31 *Debitor legatum repudians per creditores vti in fraudem reuocari non poteſt.*
32 *Legatum vel hæreditatem repudians nō continetur ſub edito de his quæ in fraudem creditorum.*
33 *Alexan. traditio celebris.*
34 *Fideicommiſſum marito iniunctam ab vxore vt reſtituat bona ſua filio poſt mortem ſuā poteſt illico maritus filio reſtituere, etiam in fraudem creditorum.*
35 *Pater illico hæreditatem filio reſtituens nulla retenta quarta creditores fraudare non dicitur.*
36 *Edictum de his quæ in fraudem creditorum ad lucri adquiſitionem non pertinet.*

QVÆSTIO. XXXXIX.

PACTO DE LVCRANDA DOTE vel illius parte contracto inter virum & vxorem, An poſsit maritus renunciare conſtante matrimonio in fauorem mulieris: Et an per mariti creditores veluti in fraudem facta retractari renunciatio poſsit nec ne?

1 VBI inuicem † paciſcuntur maritus & vxor de certa portione vel dote tota lucranda, an maritus poſt poſsit conſtante matrimonio in fauorē mulieris dotis lucro renunciare nō facilis quæſtio eſt: videtur
2 enim non poſſe id maritum. Primo † quoniā
renunciatio huiuſmodi facta per virum vxori
dicitur mera donatio l. cedibus §. 1. ff. de dona.
l. ſi quis delegauerit vbi Barto. ff. de ſolutio. Et qui prohibetur donare & remittere
vel renunciare Bal. & Sali. in l. 1. C. de pact.
Deci. in l. poſtquā liti nu. 15. C. de pact. vbi
Curti. iun. nu. 5. Alex. conſ. 206. lib. 7. Tiraq.
qui innumeros recenſet in l. ſi vnquā, verbo
donatione largitus n. 173. C. de reuo. donatio. & in præfat. nu. 129. Meno. lib. 3. præſu.
3 45. nu. 11. & præſu. 41. nu. 2. lib. 6. vnde † &
qui alteri ius ſuū renunciat, eidē donare cenſetur Bal. in l. quod dotali quæſ. 8. C. de collatio. & alios multos cōgerit Surd. deciſ. 14.
nu. 2. Meno. conſ. 1. nu. 211. & 214. conſ. 80.
nu. 57. lib. 1. Cæterum inter cōiuges donatio
prohibita eſt l. 1. & toto tit. de dona. int. vir.
& vxo. niſi confirmetur morte alterius, præcedente tamē traditione rei donatæ l. Papinianus ff. de dona. int. vir. & vxo. l. penul. C.
de dona. int. vir. & vxor. Renūciatio ergo valere non poteſt: Nec dixerit quiſpiā ius hoc
quod vxori donatur eſſe de futuro & in ſpe
4 conſiſtere: nam † & iuris quod in ſpe eſt valet donatio l. ſpem C. de donatio.
5 Secundo † renūciatio hęc, qua maritus lucrū morte vxoris conſequendū renunciat &
remittit de futuro eſt, at huic iuri renunciari
non poteſt. l. qui pater §. quod quis vbi Deci. & Cagno. de reg. iur. glo. Bart. Bal. & poſteriores in l. 1. C. de pact. & qui multos Surd.
6 con. 70. nu. 10. Nam † cum renunciatio priuatio ſit, & ideo in neceſſariam cōſequentiā
habitū præſupponere debeat. l. fuit ff. de acquir. hęredi. Soci. Corne. & Pariſi. quos citat
Surd. deciſ. 14. nu. 3. habitus autē in eo quod
quis non habet, quale eſt ius de futuro conſiderari nō poſsit; ita fit vt huiuſmodi iuris renunciatio fieri nequeat.
7 Sic & iure † conditionali propter eandē
rationem non renunciatur l. ſi ita ſcriptum §.
ſi ſub cōditione delega. 2. Ius autem vt concludam argumentationem marito in noſtra
ſpecie competens conditionale eſt, ſi ſcilicet
mulier præmoriatur, igitur renunciari non
poterit.
8 Tertio † iuuat tex. ſingularis in l. ſi liberis
ſecundum intellectū glo. ibi ff. de pact. dotali. quo tex. apertiſsimè probatur maritū vxori remittentem pactum de lucranda dote nihil agere, neque remiſsionem valere.
Quarto in terminis ſtatuti de lucro dotis
marito deferendo ſic in terminis quæſtionis
reſpondit Cuma. conſ. 25. ad finem. Cæte-
9 rum † his non obſtantibus contraria opinio
tenenda vti verior ſiue loquamur in terminis
ſtatuti ſiue pacti cōuenti vt in quęſtione propoſita; Et licet interpretes multas, quas mox
ſubijciam rationes adferant; nullus tamen
exactam

Digitized by Google

exactam reddidit:vera autẽ & genuina ratio huius opinionis,quæ renunciationẽ hanc valere voluit hæc eſt:Quoniam paciſcendo denuo maritus cum vxore & eidem renunciando lucrum dotis,efficit vt dos ipſa, ad ſuam reuertatur primæuam naturã,vt ſcilicet proprium ſit mulieris patrimonium de quo ipſa ad libitum poteſt de iure teſtari & liberè diſponere, eſt enim dos propriũ, vt millies dixi hoc in tractatu,patrimonium mulierum l.3.§.ſed vtrum ff. de mino. Et multo magis quando dos ad eam mortuo marito reuertitur ſecundum glo.in l.exactio C.de rei vxo.
10 actio.Et † licet aliàs pacta quodammodo inualidari poſsint,vbi tamen per ea res reuertitur ad ſuam propriam & primæuam naturã facilime ſuſtinentur. Quod cum in omnibus contractibus & pactis procedat l. ſi vnus §. pactus ne peteret ff. de pact. & in dotalibus etiam vindicat d.§.pactus in verſic. Quod & in ſpecie dotis.vnde ferè in terminis noſtris docuerunt poſt Bald.Angel. & alios Alex.& Iaſſ.in d.l.ſi conſtante nu.172. cum ſequen.
11 ff.ſolu. matrimo. Quod † mulier poteſt expreſſe renunciare & etiam tacitè beneficio l. vbi adhuc C.de iur. dot. quoniam per hanc renunciationem res,ideſt dos ipſa reuertitur ad ſuam naturam,quæ durante matrimonio nullam admittit repetitionẽ l.2. ff.ſolu.matri.Quod Iaſſ.multis illic comprobat,ſed de veritate ſuo loco dicetur: Cum igitur in noſtra ſpecie per renunciationẽ mariti de dotis lucro,dos ad mulieris liberam reuertatur diſpoſitionem, nihil mirum ſi valet etiã durante matrimonio conuentio.

12 Secundo † pacta omnia dotalia permiſſa cenſentur niſi expreſsim reperiantur prohibita l.1.§.illud C.de rei vxo.actio.atqui nullibi hæc renũciatio in fauorem vxoris reperitur prohibita, valere igitur debet. Quinimo pacta omnia per quæ mulieris conditio melior efficitur valent regulariter tamquam fauorabilia doti. l. de die l. Attilicinus ff.de pact.dotal.dixi hoc lib.quæſtio.1.hoc autem fauorabile admodum eſt.

13 Tertio † renunciatio hæc confertur in tẽpus ſoluti matrimonij,at hæc pacta iure non improbantur l.ſi cum ſeruum §. fina. cum l. ſequen.ff.de dona.int.vir.& vxor.

Quarto quemadmodum poteſt quis renũciare fauori pro ſe introducto niſi fauor ille publicam reſpiceret vtilitatem l. ſi quis in conſcribendo C.de pact. l.ſi quis in conſcribendo C.de Epiſ. & cleri. ſic etiam beneficio ſtatuti deferentis lucrum dotis marito vt reſoluit poſt Socin.& Pariſi. Rolan.tract. de luc.dot.quæſt.39.nu.13. pariter & pacto vel conuentioni.

Quinto in terminis ſtatuti deferentis lucrum marito tenuerunt plures, quales Alex. in l.ſi ſocer §.Lucius ff.ſolu.matrimo. Deci. in l.in eo.de reg.iur.Palat.Rub. Socin.Paul. de Caſt.Pariſi.Bal.& alij quos refert Rolan. tract.de luc.dot.quæſt.39.nu.16.17.Quod ſi hęc opinio in terminis ſtatuti recipitur multo magis in ſpecie noſtra vbi de lucro ex pacto acquirẽdo agitur, cum pactum illud primum in fauorem ſui,in contractu matrimonij adiectum, poſsit contraria viri voluntate tolli d.§.pactus ne peteret: Nihil enim tam naturale eſt quam eodem modo quidquam diſſoluere quam quo colligatũ eſt; vnde verborum obligatio verbis tollitur, nudi cõſenſus conuentio contrario diſſoluitur l.nihil tã naturale de reg.iur.cap.1.de reg. iur.ex. Et cuius conſenſus in contrahendo requiritur eiuſdẽ in diſſoluendo poſtulatur auth.contra
14 ſi filij C.de repud. Atq. † ideo ſublata conuentione principali ex pacto nõ cenſetur ſublatum pactum in continenti oppoſitum ex defectu conſenſus reſpõdit Corne. cõſ.228. col.penul.lib.3.quẽ citauit Meno.lib.præſu. 3.præſu.143.num.9.Vnde in ſpecie propria pacti nedũ in cõtractu matrimonij celebrati,ſed etiam cõſtante matrimonio quod fortius eſt,vbi maritus vel vxor renunciant tenuit doctiſsimus Rodri.Xuar. in l.1.titu. *de las ganancias* quæſ.2.nu.24.ea vtitur ratione quia vxor renunciando viro pauperior nõ fit ſed tantũ non adquirit l.ſi ſponſus §. ſi quis rogatus l.ſed ſi vir ex lana §.quod ſi vir vxori ff.de dona.int.vir.& vxo.Maſuer.in pract. tit.de ſocieta.§.1.in fine Caſſane.de ſocie.§. 4.glo.penul.Pechi.tract. de teſtam.coniuga. lib.2.ca.1. nu.3.& non relatis ſuperioribus dixit hanc communem aduerſus Greg.Lop. Matien.in l.2.gloſ.1.num.60.in fine titu.9. lib.5.

15 Neq. obſtant in † cõtrarium adductæ rationes: Non prima quod donatio ſit renunciatio quæ inter coniuges prohibita eſt;quoniam rectè reſpondetur donationẽ non eſſe renunciationem vbi quiſquam renunciat ius quærendum nondum radicatum,& ita intelligendus tex.in d. l. edibus §.1.de donatio.
16 Sic † enim & beneficio l. ſi vmquam de reuocandis donatio.non retractatur renunciatio iuris quærendi nondum radicati, vt declarat Rip.in eadẽ l. quæſt.11. fuſius qui pro omnibus Tiraquel.ibidem à nu.173.in verbo donatione largitus.Conſtat autem ius de quo agimus non eſſe radicatum aliquo modo ſpe certa, cum mortis dies mulieris quo maritus lucrum conſequuturus eſt ſit omnino incertus.l.1.de condi.& demonſt.& contingere poteſt vt maritus antea præmoriatur.

17 Adde † ſingulariter quod renũciatio numquam

Digitized by Google

quam donatio dicitur vbi renũciatio ipſa ad commodum renũciantis pertinere poteſt ex aliqua cauſa, vt multis & egregijs exemplis oſtendit Tiraq. in d.l.ſi vmquam, verbo donatione largitus à nu.203. vſq. ad num.209. potuit autem renunciatio mariti, ex multis cauſis illius commodo cedere, ideo non mœra donatio dici iure poteſt. Quinimo in dubio vbi alia quam donationis coniectura capi poteſt, ea capienda eſt vt Tiraq. citato loco docet, prolixius Menoch. lib. præſump. 3. præſu.71. nu.2. & præſump.17. nu.10. eo. lib. alios ſciens prætereo.

18 Non obſtat ✝ ſecundum argumentũ quod renũciari ius de futuro nequeat; nam vulgare hoc dictum nõ ſic generaliter accipiendũ eſt vt non liceat indiſtinctè iuri de futuro renũciare; interpretatur enim vbi renunciatio ſimpliciter fit parte abſente, at in modũ pacti parte præſente licet omnino, aut ſaltim publica ſi pars deſit perſona ſtipulante l. 1. ſecundum verum & communem illius intellectum C. de pact. vbi glo. & Barto. dempto nullo: ſic omnes cæteri docuerunt atq. ideo renuncians hęreditatem cenſetur eam donare ei, in cuius fauorem fit renunciatio, ſi fiat per modum contractus l. profectitia §. 1. de iur. doti. l. ſi nuptam ff. de fun. dota. Affliᴄt. deciſ.350. nu.12. Surd. deciſ.14. nu.1.

19 Rationem diuerſitatis ✝ inter pactum & renunciationẽ eam eſſe voluerunt interpretes ibi, quia in pacto reperitur verbum præſens & futurum, vt cum dicitur promitto nõ petere, &c. In renunciatione vero non reperitur niſi verbum præſentis temporis vt cum dicitur renuncio, &c. Ideo ad futurum non trahitur.

20 Non obſtat ✝ tertiũ de l. ſi liberis de pact. dotal. quoniam ſecundum glo. ibi & aliorum intellectum nihil facit, cum ideo renunciatio non valuerit, quia maritus conſtante matrimonio pactum de dote lucranda inuitus remiſit & inuoluntarie, quia niſi id faceret, vxor ad eum redire nolebat, ideo lex in odiũ mulieris noluit pactum valere poſſe, ne ex illius malitia & iniquitate commodum poſſit reportare: ſecus ſi ſponte in cõtractu matrimonij vel poſt libere renunciaret vir, argu. text. in l. quæris ff. de pact. dotali. quibus iuribus opinio ſuperior manifeſtè probatur.

21 Nunc aliud ✝ inquirendum eſt, an ſcilicet renũciatio huiuſmodi poſſit per mariti creditores veluti fraudulenter facta reuocari: In qua quæſtione decidenda ingenuè laborauit Rolan. tractat. de lucr. dot. quæſtio.40. qui prius tribus adductis rationibus creditorum partem tuetur: poſt contrariam quam tenet quinq. argumentis defendit, ſimul contrarijs reſpondens.

Nos videamus quoniam articulus quotidianus eſt, quæ verior ſit opinio an affirmatiua vel negatiua. Et quidem videtur renũciationem in fauorem vxoris non valere, quo-

22 niã vt dixi ſupra donatio eſt, atqui ✝ in fraudem creditorum donari nequit l. 1. & toto tit. ſi quis in fran. credito. §. item ſi quis in

23 fraudem inſtit. de actio. Accedit his, quod ✝ & obligatio conditionalis reſtituenda eſt in commodum creditorum l. ait prætor §. ſi cõditionalis de his, quæ in frau. credito. vnde licet lucrum dotis debeatur viro ſub conditione ſi vxor prædecedat, conditione tamen purificata reuocari omnino debet.

24 Secundo ✝ renunciatio huiuſmodi dicitur alienatio & diminutio patrimonij, prouenit enim lucrũ ex cauſa oneroſa, proinde de ipſo vt de cauſa oneroſa iudicandum, ad glo. in l. ſi donaturus §. 1. ff. de cond. ob. cau. quæ proprie loquitur in lucro proueniẽte ex pacto, dixi latè hoc lib. queſt.20. verſi. Neq. extremo loco oberunt, vbi multorum authoritate dictam gloſam probaui: cæterum ſi ex cauſa oneroſa in conſequẽtiam de patrimonij diminutione agitur, cum acquiſitum lucrum pro damno reputetur gloſ. in l. 1. §. ſi quis ff. de itin. actuq. priua. Bald. Cyn. & alij quos citat Rolan. d. queſt. nu.5. Hęc ſunt ſed fragiles rationes, quas Rolan. obijecit.

25 Fortius ✝ autem obſtant alia quę is pretęrijt, ſcilicet remiſſionẽ vel renunciationem hanc factam fuiſſe in vxorẽ & ſic in coniunctam perſonã, quæ præſumendæ fraudis coniectura ſufficit in fauorẽ creditorum: cum ex receptiori opinione ſanguinis cõiunctio exiſtente cauſa fraudandi ſola ſufficiat ad inducendam firmiſsimam fraudis præſumendę cõiecturam l. data C. de donat. l. penul. verſi. Faciliorq. ff. de bon. liberto. Bal. in l. ſi quis poſthac nu.2. C. de bon. pręſcrip. & conſ.70. lib.1. Laudunen. poſt Alberi. & alios in trac. de fiſco. concluſ.244. Roma. conſ.367. n.15. Deci. conſ.587. nu.9. & conſ.659. nu.2. Alciat. in l. ſi maior nu.3. C. de tranſactio. Nat. conſ.443. nu.10. lib.2. Craue. conſ.82. nu.5. & alios plures communem dicens recenſet Meno. conſ.226. nu.92.93. lib.3. idem Menoch. conſ.334. num.47. lib.4. Tiber. Decia. reſpon.37. num.9. lib.2. cum igitur cauſa adſit ſcilicet creditorum iura, euidens apparet fraudis ſuſpitio, quare reuocare creditores renunciationem poterunt.

26 Quarto ✝ confirmatur, nam is qui donat vel renunciat nulla ex cauſa ſed ſolo delectu & ſpõte, vbi creditores habet, eo ipſo in ipſorũ fraudẽ hoc facere cenſetur, deficit enim cauſa neceſſaria, qua pręſumi poſſet in ipſius vtilitatẽ factam fuiſſe alienationem ſic egregie docuit Imol. in l. penul. ff. ad S. C. Trebelli.

27 belli. vbi † ſcriptũ reliquit quod grauatus reſtituere quidquid ex hæreditate ſupererit, licet poſsit dũ viuit alienare l. Titius & d. l. penul. ad Trebellia. tamen in fraudem fideicõmiſsi non poteſt; tunc autẽ de fraude conſtare ait, quando nullo vrgẽte neceſsitate ſine aliqua iuſta cauſa id facit. Imolam ſequuti ſunt cęteri Gozadi. conſ. 90. nu. 15. Ruin. cõſ. 163. nu. 3. lib. 3. Alcia. reſpon. 521. n. 13. Meno. d. conſ. 226. nu. 106. cũ ſequen. cui addo eiuſdem ſententiæ Alex. in l. Titius nu. 9. ad Trebellia. Meno. conſ. 334. nu. 63. lib. 4.

His tamen non obſtantibus cõtraria opinio recipienda eſt, quę cũ multis poſsit iuuari rationibus, niſi tres vel quatuor præcipuas
28 adferam. Prima † ſumitur ab authoritate Alberi. in l. qui patrẽ ff. de his quę in frau. credito. vbi in facto ſe habuiſſe & reſpondiſſe ſcribit, quod vbi pater emancipat filium, qui multa habet bona aduentitia, & in præmium emãcipationis eidem mediã vſusfructus partem remittit, quod creditores veluti in fraudem renunciationẽ factam agere nõ poſſunt aduerſus patrem quia etſi remittat de eo ꝙ ſuũ eſſe poteſt, tamen de patrimonio nõ minuit ex l. qui autem 1. citanda de his quæ in frau. credito. ſic fiet vt cũ in noſtra ſpecie de lucro remittendo agatur, non autẽ de aliqua patrimonij diminutione, quod talis renunciatio non poterit reuocari veluti in fraudẽ creditorum facta.

29 Secundo † confert text. in l. cum hic ſtatus §. ſi maritus ff. de dona. int. vir. & vxor. l. ſed etſi vir §. quod legaturus eo. tit. quib⁹ aperte probatur, donationẽ int. vir. & vxor. prohiberi quotiens ea donans maritus pauperior efficitur, & illius minuitur patrimoniũ, ſecus ſi lucrum quod adquiri potuiſſet remittatur.

30 Tertio non parum † iuuat tex. inſignis à cuius deciſione & noſtræ pendet quæſtionis reſolutio in d. l. qui autem ſupra allegata ff. de his quæ in frau. credito. à quo tex. omnes hanc eliciunt cõcluſionem, alienationem ſcilicet in fraudem creditorum ſolum conſiderari circa diminutionem proprij alienantis patrimonij; non autem circa omiſsioné, negligentiam, vel omiſsionem in non adquirẽdo; Sic enim habent verba illius legis ibi, *pertinet enim hoc edictum ad diminuentes patrimonium ſuum, non ad eos qui id agunt ne locupletentur*. hunc textũ miris extollunt laudibus Angel. Iaſ. & alij in d. §. ſi quis in fraudem de actio. inſtit. vbi idẽ Angel. ex eo de-
31 cidit † quod debitor hęreditatem repudians ſeu legatũ ſibi relictum etſi in fraudem creditorũ, non tamẽ poſsit repudiatio per cre-
32 ditores reuocari; quoniã † edictũ illud ad ſolã patrimonij diminutionẽ pertinet: Et his adſtipulatur tex. in l. alienationis verbũ §. 1. de verbo. ſig. vbi qui captam acquirendi vel lucrandi ocaſionem omittit alienare non proprie dicitur; vbi Alcia. & Rebuf. inde argumentantur quod is qui legatũ vel hæreditatẽ repudiat nõ comprahenditur in edicto, quo prætor in fraudem creditorum alienata reuocat.

33 Similem † ſuperioribus doctrinã ſcripſit Alex. ad Bar. in l. patrẽ ff. de his quæ in frau.
34 credito. ꝙ vbi † vxor hæredẽ inſtituit maritũ, & eũ rogat vt poſt mortẽ inſtituat bona ſua filio cõmuni, ꝙ ſi hæres inſtitutus mole creditorũ grauat⁹ eos timeat, põt illico reſtituere hæreditatẽ filio, nec propterea dicetur in fraudẽ creditorũ hoc facere; rationem reddit quia fideicõmiſſum ex præſumpta mẽte teſtatoris nõ præſumitur cõditionale, ſed ad beneplacitũ patris ex tex. quem ad id ſin-
35 gularẽ dicunt in d. l. qui patrẽ: Et † Iaſſ. longe melius ponderans d. l. in d. §. ſi quis in fraudem ſubtilius colligit, quod vbi pater illico hæreditatẽ filio reſtituit, non retenta quarta Trebellianica fidẽ & pietatẽ debitã agnoſcens vt illic text. dicit, non ideo creditores fraudaſſe dicitur: Eodem argumento vtitur Barba. conſ. 60. lib. 2. & in terminis quæſtionis inſtitutæ expreſsim Deci. conſ. 260. à n. 1. cum ſequen. Pariſi. conſ. 127. col. 2. li. 1. Rolan. tract. de luc. dot. quæſt. 40. nu. 13. 14. Zuchar. in rubr. C. qui admit. nu. 121. Cima. in repetitio. l. legatũ nu. 20. & nu. 49. de lega. 1. Cagnol. in l. non fraudantur ad finẽ de reg. iur. egregie Socin. iuni. conſ. 124. nu. 4. li. 3. & his adde eundẽ Soci. Deci. Pariſi. Rolan. & Phanu. quos alijs in locis citat & ſequitur Caual. tract. de vſufruct. mulie. relict. n. 187.

36 Non obſtant ſupra † in contrariũ allegata quoniam ex his, quę nunc dicta ſunt congrua ſolutione reſpondetur; edictũ de his, quæ in fraudem creditorũ ad diminutionem patrimonij pertinere non ad lucri acquiſitionem; proinde niſi lucrũ omnino radicatum fuerit libere negligi & repudiari poteſt. Sed & aliter atq. aliter rationibus in cõtrarium obiectis reſpondent Deci. dict. conſ. & Rolan. d. quęſt. ad quos lectorem reijcio.

SVMMARIVM.

1 *Pacto inito inter virum & vxorẽ quod præmortuo viro veſtes & ornamenta ſibi præcipua forent, an adueniente caſu veſtes & iocalia pretioſa lucro mulieris cedant.*

2 *Conſuetudine ſtante vt Parrocho melior mortui veſtis detur, quæ magis pretioſa eſt, etiã auro vel gemmis contexta debetur.*

3 *Veſtium legato veniunt veſtes auro & gemmis ornatæ.*

4 *Veſtis appellatione venit qualibet veſtis quam pro tali pater familias reputabat.*

Veſtium

Digitized by Google

5 *Veſtium nomine in legato venit aurea, ſerica, & argentea.*

6 *Veſtiũ appellatione venit aurea & argentea, dummodo ſtatuto loci prohibita non ſit.*

7 *Teſtator cẽſetur cõformare voluntatẽ ſuã cum diſpoſitione legis cõmunis & municipalis.*

8 *Argumentum de vltimis voluntatibus ad cõtractus validum.*

9 *Maritus vel illius conſanguinei dantes veſtes pretioſas & iocalia vxori non vt illius ſint perpetua donare videntur.*

10 *Donatio iocalium magni valoris facta per virum vxori morte non confirmatur.*

11 *Veſtes à dominis datæ famulis ſuis ad certum vſum donatæ non videntur perpetuo.*

12 *Mariti vxorũ ambitioni pleruq; obſequũtur.*

13 *Pactum de lucrando dotem per maritum, non extenditur ad iocalia magni valoris.*

14 *Pauperes & ruſtici minus donare præſumuntur, quam diuites.*

15 *Interpretatio latiſsima in teſtamentis.*

16 *Argumentũ de cõtractibus ad vltimas voluntates validũ vbi militat eadem ratio.*

17 *Conſuetudo pacta interpretatur.*

18 *Donare in dubio quis præſumitur ea quæ de cõmuni conſuetudine donari conſueuerunt.*

19 *Donatio iocalium & veſtiũ pretioſarũ præſumitur in marito nobiliſsimo.*

20 *Menochij traditio.*

21 *Menochij traditio ſuſpecta.*

22 *Donatio an gratuita ſit nec ne ex perſonæ qualitate æſtimatur.*

23 *Menochij traditio.*

24 *Opinio communis improbatur.*

25 *Ab aliquibus differentia adducitur inter nobiles, & pauperes.*

26 *Authoris opinio qualis.*

27 *Donatio iocalium non præſumitur quando iocalia dotem excedunt.*

28 *Pactum de dote lucranda ad iocalia non extendi affirmat Theſaurus.*

29 *Maritum ditiſsimum eſſe ſufficiens præſumptio eſt gratuitæ donationis.*

30 *Subdeclaratio Menochij in rebus modicis, & non magni pretij.*

31 *Ignobilis ducens vxorem nobilem præſumitur res etiam pretioſas donare.*

32 *Ad ſumendam coniecturã donationis non perſona donatarij, ſed donantis regulariter, inſpicienda eſt.*

33 *Cũ res data maxima eſt, non præſumitur coniectura rerum pretioſarum.*

34 *Limitatio huius caſus à Menochio adducitur.*

35 *Eadem limitatio ab authore declaratur.*

36 *Quæ veſtes pretioſæ, vel quotidianæ dicantur multi non improbabiliter Iudicis arbitrio relinquunt.*

37 *Veſtes quotidianæ & pretioſæ diuerſæ ſunt in nobilibus & in plebeis.*

38 *Surdus omnes veſtes inter nobiles iudicat quotidianas, nullas feſtiuas.*

39 *Quotidianæ veſtes dicuntur etiam illæ, quæ ſingulis correſpondent temporibus.*

40 *Quotidianæ veſtes dicuntur illæ pretioſæ ſint quibus non ſine dedecore exire in publicum vxor non poſſit.*

41 *Conſuetudo inualuit vt omnes veſtes etiã pretioſiſsimæ apud nobiles, quotidianæ dicãtur.*

42 *Eadem diſtinctio adhibenda eſt in rebus à patre, vel matre filijs, vel filiabus in contractu matrimonij datis.*

43 *Ex coniecturis elicibis contrarium poteſt.*

QVÆSTIO. L.

PACTO INITO IN CONTRACTV matrimonij, quo mulier cõuenit vt præmoriẽte marito veſtes ſibi & ornamenta præcipua forent: An mortuo, veſtes pretioſæ & magni valoris iocalia, illi lucro cedant plena manu declaratur.

1 NEc ſuperioribus † minus frequẽs quæſtio tractãda eſt, vbi in contractu matrimonij mulier paciſcitur vt mortuo marito veſtes, & iocalia illius, lucro cedãt, ſi maritus præmoriatur an tunc veſtes iocalia, & ornamẽta magni valoris à marito vxori tradita, illi debeantur: & deberi etſi pretioſa videtur ex ſequentibus.

2 Primo † quia vbi de cõſuetudine debetur parrocho alicuius Eccleſiæ veſtis melior morientis, dãda eſt ei magis pretioſa, ſiue auro ſiue gẽmis vel vnionibꝰ fuerit cõtexta Aufre. ad Capel. Toloſa. quæſt. 387. vbi & † ſingulariter docuit, ꝙ in legato veſtis, venit veſtis auro & gẽmis ornata citat Bart. in l. ſi ita ff. de aur. & argen. lega. Bald. in l. cum te C. de donatio. an. nup. Ancha. in ca. indicãte de teſtamen. & alios plures ex antiquioribus; nouiſsimè eandem opinionem ſequitur Caual. tract. de vſufruct. mulie. relict. nu. 93.

4 Secũdo † appellatione veſtis venit quælibet indiſtincte quã pro veſte paterfamilias reputabat l. inter veſtẽ vbi Bart. ff. de aur. & argẽ. lega. Bello. conſ. 30. Surd. trac. de alim. tit. 4. q. 2. n. 5. vnde ſi maritus ſericas & pretioſas veſtes vxori tradidit quas vti fœmineas reputabat; mortuo eo vxoris lucro cedent.

5 Tertio veſtis † appellatione in legatis venit aurea, ſerica, & argẽtea, ſi huiuſmodi veſtes teſtator habebat l. veſtis §. 1. ff. de aur. & arg. † modo prohibitæ veſtes ſtatuto loci nõ fuiſſent, tunc enim nõ continerẽtur vt dixit erudite Aufred. ad Capel. Toloſa. in citata queſtio. 387. in fine poſt Bart. in l. quamuis de aur. & argen. lega. Bal. in l. in d. l. cum te verſi. Sed pone ſtatutum C. de donat. an.

 nuptis

nupti.Crem. Pechi. & Socin. quos refert & ſequitur Menoch.prǽſ.lib.4.præſ.161.num.
7 23. 24.vbi poſt ✝ citatos rationem reddit, quoniam teſtator in dubio cenſętur confor mare diſpoſitionem ſuam cum diſpoſitione iuris communis, & etiam municipalis: ad tradita per omnes in eo tex. in l. hęredes mei §. cum ita ad Trebellia. vbi Rip. num. 74. idem Menoch. præſu. 94. num. 16. eo. lib. Quinimo & cum cõſuetudine idem præſump. 31. num.4. lib. 4. vnde cum appellatione veſtis, aurea veniat & pretioſa, conuentione predicta inter maritum & vxorem facta, pretioſæ veſtes contineri videntur.

8 Quarto de ✝ vltimis voluntatibus ad contractus valet argumentatio l. pactum inter hæredem vbi omnes ff. de pact. l. quæ de legato cum ſimi.delega. 1. Euerar. loco 17. Cæterum in vltimis volũtatibus, legatis veſtibus veniunt pretioſæ, idem in contractibus conſequenter.

9 His non ✝ obſtantibus contraria opinio verior eſt. Primo vbi maritus pater, vel conſanguinei mariti, etſi in veſtibus quotidianis vel ornamentis non magni valoris præſumi poſsit donatio, in rebus tamen pretioſis minime: quare defuncto marito vti donata vxor retinere non poteſt, ſed mariti hæredibus reſtituere tenetur; rationem interpretes prodiderunt, quia videntur donata tantum pretioſa vxori vt elegãrior, & honorabilior incedat, non vt illius perpetuo efficiantur: Ita fiet vt morte mariti, etſi regulariter donatio intet virum & vxorem confirmetur.
10 ✝ l. cum hic ſtatus, cũ ſimilibus ff. de dona. int. vir. & vxo. non tamen ſic in hac ſpecie, quia donatum non præſumitur ſed potius commodatum. l. ſi vir ex lana ff. de donat. int.vi.celebris tex.in l.id veſtimentum ff.de pecul.vbi Pomponius hæc verba ſcribit: *Id veſtimentum peculij eſſe incipit, quod ita dedit dominus, vt eo veſtimento perpetuo vti vellet, eoque nomine ei traderet, ne alius vteretur ideoque ab eo eius vſus gratia cuſtodiretur. Sed quod veſtimentum ſeruo dominus dedit vtendum, vt non ſemper, ſed ad certum vſum, certis temporibus eo vteretur, veluti cum ſe ſequeretur, vel cum ſibi cænanti miniſtraret, id veſtimentum non eſſe peculij.* Hucvſque tex. a quo
11 glo. ✝ colligit ibi aduerſus famulos & famulas, yt veſtimenta à dominis data ab eis repetere poſsit: Cõcinit tex. in l. qui cõcubinã de lega. 3. l. in his verbis §. 1. ff. ſolu. matrim. l. ſi vt certo §. interdũ ff. cõmo. vbi Bar. n. 1. idẽ Bart. qui ſuperiorẽ tradidit diſtinctionẽ inter veſtes pretioſas, & viles vxoti traditas a marito in l. penul. §. ſeruis vxoti ff. ſolut. matrim. Ibi quæſt. 47. ad finem pagin. Bar. in l. penul. §. ſeruia vxori num. 3 ff. ſolut. matrimo. Idem Barto. in l. ſi vſusfructus ff. ad l. falci. nu. 1. Bal. num. 3. in d. §. ſeruis vxori. Imol. n. 11. Caſtren. num. 4. Alex. nu. 3. & 4. Angel. in §. fuerat num. 26. de actio. Alex. de Ne. in cap. fin. num. 22. de dona. int. vir. & vxo. Rom. conſil. 146. Barba. conſi. 60. li. 3. Anchar. conſ. 131. & conſil. 181. Alex. in l. ſi is qui quadringenta §. dos legata ff. ad. l. falcid. & conſ. 42. li. 1. cũ ſingul. 64. Bertrãd. Alciat. & Neuizan. quos ſequitur & citat Pechi. de teſta. coniu. lib. 2. cap. 14. num. 4. Boeri. qui ſic ſæpiſsimè iudicatum affirmat in conſuet. Bituricen. titu. de Coſtum. concer. a maxid. rub. 4. in verſ. Et ita dixit communem Iu. Clar. in §. donatio. quæſt. 10.
12 vbi ſubiungit ✝ pulchra verba, ab hac opinione hodie maxime recedendum non eſſe, cum hoc tẽpore infelices mariti ambitioni vxorum obſequentes, plus pro eorum ornamentis expẽdant quam in dotem accipiant, & eſt relata inter communes in 1. tom. verbo, donatio. lib. 4. Meno. qui aliquos caſus conſiderat, poſt Afflict. deciſ. 315. num. 2. & ſeq. de præſump. li. 3. præſ. 24. idem de arbi. Iud. li. 2. caſu 218. a num. 1. Roland. à Vall. conſil. 10. num. 12. lib. 1. Eandem nouiſsime dixit communem Andr. Gail. obſerua. 91. num. 3. li. 2. etſi is per paucos adferat. ſequitur nunc eandem opinionem Surd. tract. de alimen. tit. 4. quæſt. 2. nu. 20. 21. idem in pulchro caſu & eruditiſsime, deciſio. 166. a n. 1. vſque ad finem. Ex Hiſpanicis noſtris Pala. Rub. cuius multi ex ſuperioribus meminerũt in rub. de dona. int. vir. & vxo. §. 6. a n. 3. & §. 11. a n. 1. cum ſeq. multis. Greg. Lop. in l. 23. verbo. pau. titu. 11. par. 4. Anton. Gom. in l. 52. Tau. nu. 4. Arias. in l. 50. Tau. num. 11. Rojas in Epito. ſucce. ca. 33. n. 47. Caſtil. in l. 52. Tau. verbo, ſeu pretioſo: Gam. deciſ. Luſita. 71. n. 4. & deci. 123. n. 1. & 2. Marien. titu. 2. in l. 4. glo. 5. n. 1. li. 5. Qui ex ſuperioribus aliquos citauit. Gutier. in pract. quæſt. lib. 2. quæſt. 19. nu. 2. Atzeb. in l. 4. n. 29. ſup. cita. Angul. de melio. l. 3. glo. 2. n. 77. Auen. de exeq. manda. re. ca. 15. ad finem. Portol. in ſcho. ad Moli. obſerua. 46. etſi is obiter.

Accedat ſuperioribus quod multorum ſcripſi authoritate quæſtion. 27. aduerſus
13 Theſau. ✝ & alios pactum de lucrando dotẽ a marito factum, non extendi ad iocalia magni ſaltim valoris, quoniam pretioſa donata non videantur, conſequenter in vſu conuentionis lucrata non cenſeri.

Non obſtant nunc in cõtrariũ adducta, nõ primũ ab authoritate Aufre. & Caual. quoniã in illa ſpecie de nullo agebatur pacto, aut cõuẽtione, ſicut in noſtro caſu, atq. ideo ſen cõuẽtione nõ pręſumi marirũ voluiſſe magni valoris iocalia vel veſtes, donare vxori argum.

l. cum

14 l.cum de † indebito de proba.Et maxime in
ruſtica & paupere vt rectè animaduertit poſt
Afflict.d.deciſ. Menoch. d. caſu.88. & dict.
præſ.24.num.1.& 2.

Non obſtat ſecundum, quia licet appella-
eione veſtium,veniane etiam pretioſæ in pa-
ctis tamen & conuentiooibus,niſi de pretio-
ſis dictum ſit expreſsim,de quotidianis tan-
tum cenſiſſe maritum credendum, & modici
pretij,non aurē magni valoris,ex illius men-
te præſnmpta.ex tex.in d.l.id veſtimentum.

15 Neq.oberit tertium , in † veſtium legato
venire ſericas & magni valoris, quoniam id
contingit in vltimis voluntatibus, in quibus
fit latiſsima interpretatio l. in teſtamētis cū
volg.de reg.iur. pacta vero, ſtrictiſsimè ſunt
interpretanda. l. quidquid aſtringendæ de
verb.obliga.

16 . Neq. quartum † oberit de vltimis volūta-
tibus ad cōtractus, quoniā vbi eadem ſubeſt
ratio , loc⁹ eſt argumētationi,ſi diuerſa ſecus
Euerard.d.loco.17. vbi mnltis oſtendit exē-
plis:Cæterū longe diuerſa ratio eſt in cōtra-
ctu quam quæ in vleima voluntate,quoniam
vltimę volūtates latiſsimā(vt modo dicebā)
recipiunt interpretationem,ſecus pacta.

Sanè cōmunis opinio in multis caſibus ab
17 interpretib⁹ ſolet declarari.Primus † adſtā-
te conſnetudine de donādis veſtibus pretio-
ſis & iocalibus , quia paciſcendo ſimplieiter
cū vxore de veſtibus & iocalibus cenſeretur
maritus volnntatē ſuam conformaſſe cū cō-
18 ſuetudine:cū donare † præſumatur eum quæ
de cōmuni conſuetudioe donati ſolent mu-
lieribus.l.1.§.officiu ff.de tutel. & in ſpecie
Bal.in ca.inſinuauit de proba.quē refert Ni-
co.Boer. in conſuetud. Bituricen.tit.de coſ-
tum.§.4.verſi. Itē etiā lucratur Pechi.de te-
ſta.coniug.li.2.ca.14.ad finē.Afflict.d.deciſ.
nu.8.Rolan. polchrè d.conſ.10.nu.11.lib.1.
Et Surd.poſt alios à ſe telatos d. deciſ.166.
nu.32.33.34. Qui alios refert ex Hiſpanicis
poſt Bart.Bal.Fulgoſi.Deci.& Iaſſ. quos ci-
tat.Barboſ.in l.quę dotis nu.79. ff.ſolu. ma-
tri.Pala.Rnb.in rub.de dona.int.vir.& vxo.
§.6.in principio.Arias.in l.50. Taur.nu.11.
Gutier.li.2.prac.quęſt.19.num.2. qui alios.

19 Secundus caſus in viro † nobili & diuite,
tradēte iocalia vel veſtes magni pretij vxo-
ri,ea donaſſe cenſetur argu. tex.in cap.1. de
donatio.l.vxori §.fin.vbi glo.delega.3.alte-
ra glo.in l.ſed ſi ego,glo.fin.ff.ad Velleia.S.
C.Pala.Rub.de dona.§.9.num.7.vbi multas
adiungit rationes pulchras.citat multos Ti-
raq.de Nobili.ca.fin.n.47.Meno.d.caſu nu.
49.verſ.Octauns caſus.Craue.& Boeri.quos
citat & ſequitur Barbo.in d.quę dotis n.80.
Azpil.in Manua.Cōfeſ.ca.17.nu.166.Arias.
in d.l.50.nu.16.conſentit Surd.d.deciſ.166.
nu.31.Siluan.con.2.n.22.Guti.in prac.quęſ.
19.n.4.idē quęſ.20.n.1.Salaz.de vſ.& cōſue.

20 c.7.n.9.12.Sublimitat † Meno.hūc caſū quā
do actus qui fit à marito cōuenit donationi
alius ſecus.Sic ille dicto caſu 88.nu.30. eum
ſequitur Maſcar.de proba.concln.555.n.62.

21 Verū hæc declaratio † ſuperflua videtur quo
niā quæſtio propoſita ab eo,& alijs loquitur
de marito tradente vxori nuptiarū tempore
vel paulo ante iocalia & veſtes pretioſas,dn
bitāt interpretes an cōmodatæ magis quam
donatę videantur,& donatas exiſtimāt om-
nes paulo ante relati cū donans maritus no-
bilis ſit & diues.

22 Quoniā ratione † nobilitatis traditio illa
reſoluitur in donationē;qnod apertè probae
tex.in d.ca.1.de dona.verbis illis, *vt uebere
ſe exiſtimet quid ſponte tribuat* . Et quoniam
ad iudicandam magis donationem quā com-
modatū, vel aliam quamlibet gratuitā con-
ceſsionem nobilitatis qualitas attenditur.
ca.etſi quæſtiones de Simo.

23 Sublimitant † ſecūdo quando iocalia vel
veſtes pretioſæ non ſunt magni valoris,ſecus
ſi maximi,atq. ideo declarāt cōmunē ſentē-
tiā vt videatur tātū donaſſe maritus nobilis
& diues res modici valoris,nō maximi. ſicut
viſus eſt docere Barro.in d.l.vxori §.fin.n.1.
Meno.d.caſu 88.n.50.& de præſu.li.3.præſ.
24.ad finē.idē conſ.1. n.225.li.1. Maſcar.d.
conclu.n.63.Pala.Rnb.d.§.11.in prin.& an-
te Meno.& Maſcard.Boeri.d.§.4.verſic. Et
hoc ſi conſtet. Afflict. poſt Bal. d.deciſ.315.
nu.4.Soci.iuni.conſ.79.nu.89.lib.4.Gutier.
in pract.quæſt.19.num.4.

24 Verū hæc † declaratio etſi cōmunis ſuſpe-
cta eſt,quoniā ſi illi fatentur præſumi dona-
tionē ex traditione mariti nobilis & diuitis
qua iocalia & veſtes vxori tradidit, hæc eadē
ratio in prætioſis vindicat,magis quā in vili-
b⁹ & modicę eſtimationis,quia illas quilibet
donat,niſi is vel ruſticus foret aut valde pau-
per,& cū magnis magna conueniant reſtrin-
gere traditionē mariti nobilis & diuitis ad
res viles & modicæ eſtimationis , nobilitati
detrahit & illorū honori; vt igitur aliqua ſit
differētia inter nobiles & ignobiles,diuites
& pauperes,donatio etiam iocaliū vel veſtiū
pretioſarū videtur præſumenda.Nec dixerit
aliquis hanc cōſtitui differētiā inter nobiles
25 diuites,& ignobiles pauperes,ꝙ in his nec †
donatio rerū modicæ eſtimationis pręſuma-
tur vt dixit Pala.Rub.in d.§.9.n.7.ex lex.in
l. ſi duobus §.ſi in coeunda ff.pro ſo. Meno.
dict.præſumpt.24.num.2.quoniam ad igno-
biles & pauperes non pertinet liberalitas,
nec in minimis quid etiam quæ tamen ad
nobiles & diuites ſpectat proinde nec ra-
tio illa differentiæ rectè adiungitur : opinor

Nn 2 tamen

26 tamen ſic † communem opinionem poſſe
declarari, vt cũ inter nobiles multi ſint no-
bilitates gradus,& inter diuites alij alijs po
tentiores ſint in ſimili dixi ſupra nu. 134. ſi
atenta qualitate nobilis, qui pretioſa tradi-
dit vxori, ſecundum illius nobilitatem ma-
gis donata iocalia, vel veſtes cõuenirent no-
biliori, Comiti, Duci, vel Marchioni exiſti-
27 mẽ donata non videri, excedunt enim † tra-
dita qualitatem donantis, atq. ideo donata
non viderentur atq. in hac ſpecie libenter
adhereo opinioni cæterorum, vbi vero pre-
tioſa tradita conuenirent, donata exiſtimo,
quæ opinio etſi noua æqua tamen & cum iu-
re & ratione cõiũcta videtur. Sanè & in alte-
ro caſu admitto communem traditionẽ vbi
à viro nobili & diuite traderẽtur iocalia pre
tioſa vxori ignobili, & vili, quod ſæpius con-
tigiſſe videmus in nobilibus amore captis
ignobilium fœminarum hoc in caſu quoniam
pretioſę veſtes aut iocalia magni valoris nõ
his conueniunt, proinde commodata magis
quam donata viderentur.

Tertius caſus eſt, quando iocalia & veſtes
pretioſę excederent dotis acceptæ quanti-
tatẽ, neq. enim ea videntur donata, quę ma-
ioris ſint ęſtimationis quã quę in dotem re-
cepit. glo. final. in l. ſi vſusfructus ff. ad l. fal-
cid. l. ſicut in fine C. de dona. int. vir. & vxor.
Palat. Rube. in rub. de dona. inter vir. & vxo.
§. 11. num. 9. Conferunt ea quæ Theſau. †
ſcribit deciſio. 195. ad finem in ea quæſt. An
28 pactum † de dote lucranda ad iocalia ex-
tendatur, is reſoluit dicens ſic Senatum il-
lum Pedemon. iudicaſſe pactum & conuen-
tionem illam mariti non extendi ad iocalia
tradita viro per vxorem vbi iocalia excedũt
dotis quantitatem & conſequenter non lu-
crari huiuſmodi iocalia maritũ, cuius tradi-
tionẽ etſi improuauerim quæſt. 27. in noſtra
tamen ſpecie ſuſtineri poteſt, ne præſumatur
donatio, ſumpta coniectura ab eo quia exce-
dunt dotem acceptam, & ſufficit leuiſsima in
excluſionem pręſumptionis donationis.

29 Quartus caſus, † cum maritus ditiſsimus
eſt, ex hac ſola qualitate præſumi poſſe do-
nationem tradidit glo. in d. l. ſed ſi ego Bal.
& Palat. Rube. quos citat Menoch. dict. præ-
ſump. 24. num. 4. Boeri. in d. §. 4. in verſi. Su-
pra relato. Afflict. d. deciſ. 315. nu. 4. Barbo.
in d. l. quæ dotis nu. 80. ff. ſolu. matri.

30 Subdeclarat † Menochi. in rebus modicis
& non magni pretij ſecus in iocalibus mag-
næ eſtimationis, in quibus ex ſola diuitiarum
qualitate non præſumitur donatio: Hinc di-
xit Bal. in cap. iurauit de proba. ſolere legati
in teſtamento, quia donata non videntur ſic
igitur Menoch. & Maſcar. ſupra & alij plures
relati ſupra nu. 20. Et licet ego in eo caſu de
marito nobili donante cõtrarium tenuerim,
in hac tamẽ ſpecie cum eorum opinione cõ-
cendo, niſi mixtim adeſſet nobilitas ſimul &
diuitiæ, & licet ex ſola qualitate nobilitatis
præſumerem donationem rerum pretioſa-
rum, declarando tamen vt ibi declaraui, ta-
men in ſola diuitiarum qualitate minimè, vt
plurimum quanto ditiores homines igno-
biles, magis lucrari, theſaurizando ſolent ſic
exiſtimantes facilius ad nobilitatem poſſe
peruenire, quam non meritis ſed pecunia
redimũt: Et rectè cõſiderauit Surd. d. deciſ.
166. num. 31. poſt Afflict. & alios, ad pręſu-
mendam donationem rerum pretioſarum,
requiri ſimul nobilitatem & diuitias.

31 Quintus caſus, † cũ ignobilis & plebeius
duxit vxorem nobilem eo in caſu & præſu-
mi donationem rerum pretioſarum exiſti-
mauit Pala. Rub. multis ornans in d. §. n. 19.
& §. 10. num. 1.

Declarat Menoch. & alij ſupra citati, vt
procedat caſus in rebus ordinarijs, non in
pretioſis, quę nõ videntur donatę: placet mi-
hi declaratio, quoniam ad ſumendam conie-
32 cturam donationis non † perſona donatarij,
ſed donãtis regulariter inſpicienda eſt. dict.
cap. 1. de dona. d. l. id veſtimentum ff. de pe-
cul. l. ſi vt certo. §. interdũ ff. commo. l. mor-
tis ſuæ cauſa §. 1. ff. de dona. int. vir. & vxor.
quamquam non diſfitear aliquando dona-
tarij qualitatem ſpectari poſſe, quod prudẽ-
tiſsimi iudicis arbitrio relinquendum eſt.

33 Sextus † caſus, cum dos data maxima eſt,
& magni illius redditus, ex eo enim ſumitur
coniectura donationis rerum pretioſarum
quaſi voluerit in compenſationem tantæ do-
tis, pretioſa donaſſe, magis enim videtur ma
ritus debitum perſoluiſſe., quam aliquid li-
beraliter donaſſe. Pala. Rub. in d. rubr. §. 10.
num. 2. verſic. Intelligo de pretioſis. Afflict.
d. deciſio. num. 4. & 8. Pechi. de teſt. coniug.
d. cap. 4. ad finem. Boeri. in d. §. 4. verſic. Vel
34 niſi dos ſit magna: Adhuc † tamen & hũc ca-
ſum limitant & declarant Menoch. & alij ſu-
pra, ne procedat in iocalibus & veſtibus pre-
tioſis, in quibus ex traditione magnæ dotis,
coniectura donationis capi non poteſt, ex ra-
tionibus ſuperius adductis; & ſic fuiſſe iudi-
catum pluries ſcripſit Pala. Rub. ſupra.

Et mihi placet declaratio, quoniam cum
dos deſeruire debeat oneribus matrimonij
quæ innumera ſunt vt dixit Iuſtinianus in §.
quia vero in auth. vt muli. debito. non inde
ad coniecturam donationis recurrẽdum eſt:
35 Admitterem tamen † caſum hunc & quæ in-
terpretes tradiderunt vbi extra dotem an-
te matrimonium vel in eius ſolemnitate
mulier miſiſſet marito prætioſa nam mittẽ-
do poſt in compenſationẽ hoc feciſſe vide-
retur

retur l. 1. de impo. lu. deſ. l. ſi vero non remunerandi. §. idem Papinianus ff. manda. l. penul. §. 1. ff. ſolu. matrim. Roman. quem ſequitur Barba. in d. l. quæ dotis nu. 80. ff. ſolu. matrimo. confirmantur ex his quę latiſsime de remuneratoria dixi donatione ſup. num. 109. cum ſequen.

Neceſſe eſt autem † nunc explicare quæ
36 veſtes quotidianæ dicantur, quæ prætioſę, vel iocalia pretioſa ne donata videantur: Etſi enim id arbitrio iudicãtis multi relinquãt, quorum opinio non diſplicet, Imol. in l. penul. §. ſeruis ff. ſolu. matrimo. Pala. rub. d. §. 11. num. 1. Rolan. d. conſ. 10. num. 17. Anto. Gom. in dict. l. 50. Tau. num. 17. Gutier. d. quæſt. 19. li. 2. num. 6. Marien. in l. 4. titu. 2. glo. 5. num. fina. Azebed. in d. l. 4. num. 29. Spi. de teſt. glo. 18. num. 115. Meno. d. caſu. 218. num. 5. ex aliquibus tamen conijci, quæ quotidianæ, quę feſtiuæ, & quæ prærioſæ:
37 † dicantur, veſtes enim ſericæ etſi pretioſæ, & licet auro textæ vel gemmis apud Barones, Marchiones, & cæteros titulo regio inſignitos, quotidianæ dici poſſunt, diſpar enim in veſtiendo mos eſſe debet, inter nobiles & magis nobiles, inter plebeios & ignobiles. l. 1. C. quæ res ven. no. poſ. Alex. conſ. 42. lib. 5. num. 4. Pala. rub. dicta Rub. §. 11. num. 9. & 10. Menoc. d. caſu. 218. num. 5. Barbo. in dict. l. quæ dotis. num. 73. Gutier. d. quæſt. 19. num. 9. lib. 2. Natt. conſ. 147. num. 11. Surd. pulchre deciſ. 166. nu. 8.
38 ad medium, vbi † ſcriptum relinquit, inter nobiles nullas veſtes dici feſtiuas, *ſed ornamenta omnia eſſe quotidiana prodeunt enim* (inquit) *omnibus diebus ornatiſsimæ, nec patiuntur ſe extra domum videri, niſi ſericis veſtibus, gemmis, auroque & alijs pluribus ornatæ: Quinimo etiam in domo mariti ſerico incedunt veſtitæ. Proinde quidquid eſſet antiquis temporibus, nunc noſtri temporis conſuetudo effecit quod omnes veſtes ſint quotidianæ*: hæc Surd. ibi, qui vere abuſus mulierum noſtri temporis recenſuit, nam id ipſum in omnibus contingit regnis Hiſpaniarum, hac infælici temporis ætate.

Sanè & quotidianæ † veſtes & neceſſariæ
39 illæ etiam dicuntur, quę ſingulis correſpondent temporibus, hyemi, hyemales, leues, æſtati, ſi ſic dignitas expoſtulat vxoris, Salic. in l. ſicut in fine C. de donat. Pala. rub. dict. §. 11. n. 9. Barbo. in d. l. quæ dotis n. 73.

Sic & quotidianę † & neceſſarię diceren-
40 tur quamuis pretioſæ illæ ſine quibus non ſiue dedecore exire in publicũ vxor poſſet pro illius dignitate & honore Bald. in l. penul. §. ſeruis num. 3. ff. ſolut. matrimo. Pala. Rub. d. §. 11. nu. 9. Auenda. tract. de exeq. manda. reg. li. 1, cap. 13. ad finem Azeb. in d. l. 4. num. 29. Gutier. d. quæſt. 19. n. 8. Barbo. in d. l. quæ dotis. num. 73. omnes igitur veſtes quotidianę dicuntur etſi pretioſę quibus mulieres, diebus etiam feſtiuis vtuntur ſicuti poſt Bal. & alios reſoluit Gutier. ſup. num. 8. Auend. & Azebed. & vt dixit Surd.
41 dicta deciſ. 166. num. 8. Hodie † conſuetudo fecit, vt omnes veſtes licet pretioſiſsimæ apud nobiles quotidianę dicantur.

42 Eadẽ † diſtinctio adhibenda in rebus donatis per patrem aut matrem filijs vel filiabus in contractu matrimonij, vt quæ pretioſæ ſint, donatæ non cenſeantur, ſed commodata ſecus in rebus modici valoris, & veſtibus quotidianis, ita fiet vt teneatur filius vel filia conferre ea quaſi ex paterna ſubſtantia deriuata; & in legitimam ſingulare argum. tex. in dict. l. id veſtimentum ff. de pecul. Anto. Gom. in l. 29. Tau. nu. 13. co. 14. cum ſeq. poſt Ripan. & alios Spin. de teſta. gloſ. 18. num. 91. Gutie. lib. 2. pract. quæſt. 20. nu. 1. & 2. & nouiſsime Solo. Paulo. de Mon. Pico. relato. Surd. deciſio. 119. num. 2. dixi nuſlis comprobans ſup. quęſt. 35. a num. 1. cum ſeq. Et eadem diſtinctione in terminis donationis iocalium factæ per patrem vel matrẽ vſi ſunt Azpil. in manua. confeſſ. cap. 17. nu. 166. Angel. in ſum. verbo. peculium. nu. 21. Silueſ. in ſum. in verbo peculium in 2. quæſt. 12. Manuel. in ſum. 1. to. quęſt. 93. num. 4. & hos citauit veluti Theologos Sanch. de matrim. to. 1. lib. 6. quæſt. 25. nu. 34. 35.

43 Quę tamẽ † limitãda ſunt niſi coniectura aliqua donationis argui poſſent: Qua præſumaretur patrem donare voluiſſe, ex his quæ ſup. & animaduertit Sanch. & ſumi poſſunt alia multa ex his quæ Menoch. de præſu. lib. 3. præſu. 36. a n. 1. vſque ad finem vbi quando inter patrem & filium donatio præſumatur coniecturas adfert.

SVMMARIVM.

1 *Pactũ in cõtractu matrimonij celebratũ quod præmoriente ſine liberis vxore maritus dotẽ vel certã illius portionẽ lucretur, an a contrario eiuſdem pacti ſenſu extantibus liberis maritus excluſus cenſeatur.*

2 *Argumentum a contrario ſenſu non ſumitur in pactis.*

3 *Argumẽtũ à cõtrario ſenſu elicitur extẽſiue.*

4 *Extentio in contractibus prohibita.*

5 *Argumentum à contrario ſenſu non ſumitur ex diſpoſitione negatiue concepta.*

6 *Pacta de lucranda dote ſuſtinentur tanquam ex cauſa onerosa prouenientia.*

7 *Argumẽtũ à cõtrario ſenſu nõ ſumitur vbi inductã ad vnũ effectũ diuerſum produceret.*

8 *Argumentum a contrario ſenſu non ſumitur quando eadem ratio militat.*

9 *Argumentum à contrario ſenſu in contracti-
bus ſumitur ex communi ſententia.*

10 *Argumentum à contrario ſenſu ſumitur in
cõtractib⁹, nedũ bonæ fidei ſed ſtricti iuris.*

11 *Data ſub conditione ſub contraria adempta
videntur.*

12 *Data ſub conditione affirmatiua, cõtraria exi-
ſtente relicta non videntur.*

13 *Conditio ſi ſine liberis eis exiſtentibus deficit.*

14 *Extentio in contractibus licita, ex mente con-
trahentium.*

15 *Argumentum a contrario ſenſu in legibus ſta-
tutis & pactis à mẽte diſponentiũ deſcẽdit.*

16 *Argumentum à contrario ſenſu in diſpoſitio-
ne etiam negatiue concepta locum habet.*

17 *Hieronymi Gabrielis opinio.*

18 *Tex. in l. ſi cũ dotẽ ff. ſolu. matri. declaratur.*

19 *Tex. in l. inter ſocerum §. cum inter ff. de
pact. dotal. interpretatur.*

QVÆSTIO. LI.

*PACTO IN CONTRACTV
matrimonij celebrato quod præmorien-
te ſine liberis vxore, maritus dotem vel
certam illius portionem lucretur. An à
contrario eiuſdem pacti ſenſu extanti-
bus liberis maritus excluſus cenſeatur.*

1 AGITATAS † in ſuperiori-
bus quæſtiones video, an inito
pacto in contractu matrimonij
quod premoriente ſine liberis
vxore maritus dotem lucretur,
vel econtra vxor donationem propter nup-
tias, ſi nihil amplius dictum ſit; an conuerſo
ordine, in ſenſum contrarium exiſtentibus
liberis, maritus & vxor reſpectiue excluſi
2 cenſeantur: Nam † videtur in pactis non li-
cere argumentari à contrario ſenſu cum po-
tuerint paciſcentes apertius legem conſcri-
bere, & cum non fecerint ipſis imputãdum
videtur l. veteribus ff. de pact.

3 Secundo † argumentum à contrario ſenſu
elicitur extenſiue, cum dictũ cenſeatur, quod
expreſſum non fuit. glo. celebris, quam mul-
tum commendant Doctores ibi in l. qui te-
ſtamento §. mulier ff. de teſtam. & de ea fe-
ſtum facere Bal. & Pau. de Caſt. ſcribit Eue-
4 rar. in topi. loco. 4. in principio. † Vnde
cum in contractibus extentio prohibita ſit
in quibus ſtricta ſit interpretatio l. quidquid
aſtringendæ de verbo. obliga. l. ſi extraneus
de con. ob. cau. l. ſi cum dotem ff. ſolut. ma-
trimo. vbi Alex. num. 14. & multos recenſet
Molin. de Hiſpa. primo. li. 1. ca. 4. num. 3. &
plures alios adiunxi hoc libro quæſt 23. ſe-
quitur argumentum à contrario ſenſu in pa-
ctis admitti non poſſe.

5 Tertio † nam in propoſita pacti quæſtio-
ne conuentio inter maritum & vxorem vi-
detur negatiue concepta, illis verbis ſi ſine
liberis, &c. At in diſpoſitione vel pacto ne-
gatiue celebrato argumentũ à cõtrario ſen-
ſu non ſumitur Bald. in l. 2. in fine de condi.
incert. ex tex. in l. Titia §. fina. de manu. teſt.
l. ex facto etiã de hære. inſti. Euerar. d. loco.
4. verſi. Et quia ſupra abunde, &c. Alex. conſ.
26. col. 5. Natt. conſ. 551. nu. 11. Caſſa. conſ.
54. n. 44. Cachera. deciſ. Pedemon. 79. n. 28.
Surd. deciſ. 185. n. 24. conſequẽter argumẽtũ
à cõtrario ſẽſu ſumi nõ poteſt in caſu noſtro.

6 Quarto † conuentiones de lucranda dote
ſuſtinentur tamquã ex cauſa onerosa proue-
nientes, vt dixi ſuſe hoc lib. quæſt. 21. in re-
compenſationẽ onerũ quæ maritus ſuſtinnit;
quæ ratio ſic procedit extantibus liberis ſi-
cut non extantibus: vnde ſi licitum foret ar-
gumentũ à contrario ſenſu, ſequeretur quod
ratio illa qua huiuſmodi pacta ſuſtinentur
propter onera matrimonij deficeret extãti-
7 bus liberis: Argumentũ † autem prædictum
vbi inducta ad vnum finem alium operantur
ſumi nequit Purpura. in l. 1. nu. 682. de offi.
eius Cachera. deciſio. Pedemon. 178. nu. 7.

8 Quinto vbi † eadẽ ratio militat nec præ-
dicto argumẽto à contrario ſenſu agi poteſt
glo. in l. cũ prætor verbo videtur ff. de iudi.
Natt. conſ. 126. num. 14. poſt Bal. in l. apud
antiquos C. de furt. Sed extantibus vel non
extantibus liberis militat eadẽ ratio onerũ
matrimonij vt modo dixi, conſequẽter huic
argumentationi locus non eſt.

Sexto hanc opinionem nouiſsime tenet
Peregri. tract. de fidei. art. 28. num. 29. Vbi
male ait ſenſiſſe Iaſſo. Alciat. & alios contra-
rium aſſerentes.

9 His non † obſtantibus cõtraria opinio ve-
rior eſt, & cõmuniter recepta pro qua citari
ſolet text. in terminis proprijs quæſtionis
propoſitæ, in l. inter ſocerũ §. cum inter ff.
de pact. dotal. *Cum inter patrem* (inquit
Papinianus) *puellæ & generum conuenit, vt
in matrimonio ſine liberis defuncta filia,
dos patri reſtituatur: id actũ inter contrahen-
tes intelligi debet, vt liberis ſuperſtitibus fi-
lia defuncta, dos retineatur:* hęc tex. qui cla-
riſsimus eſt ſimilis in l. bebius eod. titu. In
contractibus igitur argumentum à cõtrario
ſuſtinetur: ſimilis tex. in ca. cum Apoſtolica
10 ex. de his quæ fiunt a præla. † Et nedum in
cõtractibus bonæ fidei, ſed etiam ſtricti iu-
ris l. pecuniã; quam ibi ad ponderant Alex.
Iaſſ. & cæteri ff. de reb. credi. Atq; indiffe-
rentes ſic omnes tenuerũt Bal. in l. apud an-
tiquos C. de furt. & in l. vẽditi. C. de Actio.
emp. Alex. Iaſſ. Socin. & poſteriores in d. l.
pecuniam Euerar. d. loco. 4. Deci. in l. 1. ff. de
oſſi.

offi.eius vbi Rimi.n.395.Alex.conſ.46.n.5. lib. 2. Rom. Iaſſ.Corn.Natt. Deci. Affliƈt. Cagno. Purpura. quos citat Rimi. diƈto nu. 395. & Surd. deciſio. 202. num. 11.Et præter eos Rolan. traƈt. de luc. dot. quæſt. 43. num.1.& his non relatis Barbo. in l. ſi cum dorem num. 28. cum ſequen. ff. ſolu. matrim. & doƈtiſsimus & acutiſsimus Ioſeph. de Ruſt.traƈt.an & quan. filij poſi. in condi. lib.1. cap.4. num.8. vbi aliquos refert contrarium affirmantes.

11 Vnde † & in contraƈtibus & paƈtis conditionalibus ſub conditione darum, contraria conditione ademptum cenſetur; quia & in his validum eſt argumentum à contrario ſenſu d.l.pecuniam Barto.in l.1.num. 4. dè condi. & demonſt. Iaſſo. & Purpura. poſt eum num. 682. Rimi. num. 473. in d. l. 1. de offi. eius Euerar.vbi ſup. Surd.d.deciſio.
12 202. num. 11. ad finem. Hinc † vulgaris regula deſcendit datum ſub conditione affirmatiua, contraria exiſtente relictum non videri l. ſi legatum purè ff. de adim. lega. l. aliquando de condi. & demonſ. l. quod purè ff. quan. dies lega. ced. Ruin. Natt. Riminal. & Oſaſ. quos citat Surd. d. deciſ. 202. num. 7. vbi & num. 12. aliud ſubiungit exemplum, quod paciſcentes in vno tantum caſu, cenſentur omnes alios excludere, argumento l. cum prætor de Iudi. l. ſi maritus C.de procura. citat ibi Bart. Corn. Deci. Pariſi. Crauet. Ruin. Tiraq. Rolan. & Becci.

Non obſtant in contrarium adduƈta : primæ rationi reſpondetur non obſcure contrahentes legem dixiſſe, vbi certa conditione vel qualitate tantum expreſſa contraxerunt cum eo in caſu alios omnes caſus excluſiſſe videantur vt modo dixi : Atque ideo
13 † conditio ſi ſine liberis, eis exiſtētibus manifeſta paciſcentium mente defeciſſe cenſetur d. l. inter ſocerum §. cum inter cum cæteris ſuperius citatis.

14 Non obſtat † ſecunda ratio, quoniam etſi argumentum à ſenſu cõtrario extenſiue eliciatur, tamen in paƈtis & conuentionibus non tam interdiƈta eſt extentio, quin ſæpius, vel quia eadem ratio militet, vel quia coniecturata mens contrahentium aliud aperte vellit, licita ſit de vno caſu ad alium, vt multorum authoritate dixi, hoc libro quæſt. 31.
15 verſi. Non † obſtant quatuor rationes. Præterea id quod à contrario ſenſu elicitur, ſiue in legibus, ſtatutis aut paƈtis, dicitur mens propria diſponentium glo.in d. l. qui teſtamento §. mulier ff. de teſtam. Et quod ex hoc elicitur argumento, dicitur venire ex intentione propria vt latè ornat Euerard. diƈt. loco. 4. in princip. & cæteri omnes ſup. relati in diƈt. l. 1. §. huius rei ff.de offi. eius.

Tertium non obſtat, videri negatiue conceptam conuentionem illis verbis, ſi ſine liberis: quoniam non ſic imo affirmatiue concepta oratio eſt, & ad hunc caſum relicta quo ſine liberis vxor decederet, quemadmodum & in tex.d. l. inter ſocerũ §. cum inter,
16 vbi eadem verba expreſſa fuerũt. His † accedat quod & in diſpoſitione negatiue concepta habet etiam locum argumentũ à contrario ſenſu, vt latè poſt Alex. & Iaſſ.defendit Euerar.d. loco.4.

Non oberit quarta ratio, quia etſi lucrum hoc conſequatur maritus ex cauſa onerosa, & eadem ratio militet ſiue extent filij vel non extent, quia tamen paƈtum extantibus liberis valere uoluerunt, verbis contraƈtus inhærendum eſt, tum etiam paciſcentium intentioni, à qua recedere contrahentes nequeant d.§. cum inter.

Non oberit quinta ratio, quoniam diſpar ratio eſt vbi vxor cum liberis decedit vel ſine liberis, cum his magis, quam marito matris hęreditas debeatur ex naturali parentũ voto l.ſcripto cum ſimilibus ff.vnd.libe. vnde in caſu contrario paƈti, aduantibus liberis receſſum ab eo cenſetur.

17 Neq; prætermittẽdum † putauerim quod Hiero. Gabri. vir alioquin eruditiſſimus, & olim dum Romæ agerem amiciſsimus conſi. 58. num.22. 23. communem hanc opinionem labefaƈtare videtur, negans in contraƈtibus argumentum ſumi poſſe à contrario ſenſu ex tex.in l. ſi cum dotem ff. ſolu. matrimo. Vbi caſus omiſſus remanet in diſpoſitione iuris communis; cæterum fauore dotis, & ſimul paternæ coniunƈtionis huiuſmodi argumentatio ſuſtineri po-
18 teſt. Verum a cõmuni † opinione recedendum non eſt nam vt dicam infra quæſ. 43. in d. l. ſi cum dotem euenit caſus non contrarius expreſſo ſed diuerſus, ideo remanet in diſpoſitione iuris; ſecus vbi contigiſſet expreſſus, vt in d. §. cum inter; Nam tunc ſumeretur argumentum in ſenſu contrario cum is quodammodo expreſſus etiam dicatur, ſic in l. Bebius ff. de paƈt. dotal. docet
19 † Barto.in d. l. ſi cum dotem num. 31. Vbi & aliorum & reƈtè quidem ſententiam improbat exiſtimantium propterea in d. §. cũ inter admitti argumentum à contrario ſenſu, quia alias paƈtum nihil operaretur : quia cum mortua filia dos ad patrem ſit reuerſura l. dos à patre C.ſolu. matrim. ſi paƈtum ſolum in fauorem ſoceri adieƈtum cenſeretur certè operaretur nihil; vt igitur operetur ſumitur argumentum à contrario in fauorem generi d. §. cum inter. Quod ſenſit

Deci. in l. 1. num. 48. de offi. eius Cagno. ibidem num. 128. quoniam & plurimum pactũ operari potuit ibi, cum enim fuerit generaliter conceptum, continere etiam valet caſum vbi filia in matrimonio poſt patrem moreretur, quo in caſu in vim pacti dos ad hæredes patris poteſt pertinere l. ſi pactũ cum vulga. de probatio. cum eo ceſſante ad hęredes filijs pertineret propter conſolidationem l. vni. §. videamus C. de rei vxo. actio. Sed & aliter ſuſtulit obiectum Barbo. dicto loco qui circa intellectum d. §. cum inter plurimum immoratur, & circa intellectum d. l. Bebius, quæ tamen parum multa ex his, practicę conducere poſſunt, ſed latius infra quæſ. 43.

Non obſtat ſextum ab authoritate Peregri. quoniam communis ſententia eſt aduerſus eum, vt dixi hoc lib. ſectio. 2. quæſ. 21. in verſi. Quinta coniectura. de vero autẽ intellectu l. inter ſocerum §. cum inter de pact. dotall. dicam infra quæſ. 53. in verſi. Secundus caſus eſt.

SVMMARIVM.

1 *Pactum in contractu matrimonij quo mulier renunciat beneficio l. vbi adhuc C. de iur. doti. an valeat.*

2 *Mulierem non poſſe renunciare beneficio l. vbi adhuc. C. de iur. doti. opinatur Barto.*

3 *Pactum a muliere factum per quod longiori tempore dos veniret repetenda, quia in detrimentum dotis non valet.*

4 *Tex. in l. Attilicinus ff. de pact. dotal. intellectus.*

5 *Pacta per quæ mulier conditionem ſuam deteriorem facit nulla.*

6 *Pactum mulieris quo beneficio ſibi à l. inducto quod etiam alterius concernit fauorem renunciat, nullum.*

7 *Mulier beneficio l. fœmina C. de ſecun. nup. renunciare non poteſt.*

8 *Beneficium l. vbi adhuc C. de iur. doti. nedum mulieris fauorem ſed liberorum & mariti concernit.*

9 *Mulierem renunciare poſſe beneficio l. vbi adhuc C. de iur. doti. tenuerunt multi.*

10 *Tex. in l. ob res §. 1. ff. de pact. dotali. expenditur.*

11 *Mulier pacto poteſt in ſe periculum dotis ſuſcipere.*

12 *Mulier poteſt renunciare hypothecæ, quã habet in bonis mariti.*

13 *Tex. in l. & hæredi §. filia familias ff. de pact. declaratur.*

14 *Text. in l. & hæredi §. filia familias ff. de pact. qualiter à Barto. intelligatur.*

15 *Tex. in l. ob res in §. 1. ff. de pac. dotali. à Iaſ. declaratus.*

16 *Intellectus Iaſſo. reprobatur.*

17 *Intellectus d. l. ob res §. 1. de pact. dotal. nouus.*

18 *Tex. in l. Pomponius §. fina. de pact. dotali. interpretatur.*

19 *Pactum mulieris incertitudinẽ continẽs damni vel lucri validum.*

20 *Mulier ita demũ poteſt iuri hypothecæ renunciare, ſi ſuperſunt alia bona mariti, quibus ſibi conſultum ſit.*

21 *Pala. Rub. traditio notanda.*

22 *Mulier quæ renunciauit beneficio hypothecæ nõ extãtibus alijs bonis mariti poteſt ad ea habere regreſſum, niſi haberet correos vel fideiuſſores.*

23 *Mulier paciſci non poteſt cum marito ne rei, & bona illius ſint pro dote obligata.*

24 *Mulier an tacite videatur renunciare beneficio l. vbi adhuc C. de iur. doti. cum ſcienter nubit inopi, & ei qui male vtebatur ſubſtãtia ſua.*

25 *Mulier pacto expreſſo ſibi in dote præiudicare non poteſt.*

26 *Argumentum de pacto expreſſo ad tacitum non valet.*

27 *Repudiatio filij expreſſa non præiudicat patri, ſecus tacita.*

28 *Prælatus expreſſe nocere Eccleſiæ non poteſt, tacite ſic.*

29 *Tutores & curatores expreſſim præiudicare minoribus non poſſunt, tacite maxime.*

30 *Diſpoſitio de renunciatione expreſſa loquens ad tacitam non extenditur.*

31 *Pactum mulieris in quo ſibi in dote præiudicat licet non valeat, ſi tamen per pactum dos reuertitur ad primæuam naturã, valet.*

32 *Dotis natura eſt vt non reſtituatur niſi ſoluto matrimonio.*

33 *Opinio amplectenda, quæ matrimonio facit.*

34 *Tex. in cap. per veſtras de dona. inter vir. & vxo. declaratus.*

35 *Authoris ſolutio ad text. in d. ca. per veſtras.*

36 *Inopinatus euentus inopiæ mariti locum facit dotis repetitioni.*

37 *Mulier contrahendo cum paupere matrimoniũ ſcienter videtur illius perſonam, & mores approbare.*

38 *Mulier contrahens matrimonium cum inope ſcienter non excluditur à petenda cautione de dote conſeruanda.*

39 *Remedia vbi plura competunt ſublato vno, & cætera omnia.*

40 *Remedia quæ ex diuerſis cauſis, & principijs deſcendunt, etſi ex his vnum tollatur non tamen cætera.*

41 *Remedia vbi incompatibilia ſunt ſublato vno tollitur aliud, ſecus ſi ſe inuicem compatiuntur.*

QVÆSTIO

QVÆSTIO. LII.

*PACTVM IN CAPITVLIS matrimonialibus contra***tum inter virum & vxorem, quo mulier vbi maritus ad inopiam vergeret, dotem non repetituram promittit, an valeat nec ne quæſtio anceps.*

1 NON parum † accurata quæſtio
eſt, an poſsit mulier in contra-
ctu matrimonij renunciare be-
neficio l. vbi adhuc C. de iur.
2 doti. Nam Barto. † in l. ſi con-
ſtante num. 22. conſtanter affirmat non poſ-
ſe nec expreſſe nec tacite: tacite autem id
facere mulierē dicitur, quando mulier ſciens
& prudens contraxit matrimonium, & dotē
dedit inopi, & ei qui male vtebatur ſubſtan-
tia ſua: Contrarium tenuerunt alij multi in-
frà citandi. Quare vt huius quæſtionis veri-
tas, clarius tractetur; duos caſus conſiderare
oportet, & eoſdem diſtinguere: Primus an
poſsit mulier expreſsim huius legis benefi-
cio renunciare; Secundus, an ſaltim ſi non
expreſſe, tacite, in eum quem ſuperius modū
ſcripſi.

Ad primum caſum † Barto. in d.l. ſi con-
3 ſtante num. 22. 23. clarè tenuit, mulierē ex-
preſſe non poſſe huic beneficio renunciare:
motus authoritate tex. in l. de die ff. de pact.
dotal. cum l. ſequen. & l. Attilicinus eo. ti-
tul. Quibus iuribus probatur non poſſe mu-
lierem in contractu matrimonij pactum ini-
re cum futuro marito, per quod longiori tē-
pore dos repeteretur, quia faceret dotis cō-
ditionem deteriorem, Si igitur non licet il-
lud, magis multo, nec ipſi licebit huic renun-
ciare beneficio, cum non de repetenda lon-
giori die dote agatur, quod modici prȩiudi-
cij eſt, ſed de amittenda in totum dote, quo
mulieri nihil deterius contingere poſſet.

4 Et adiuuatur † Barto. fundamentum, quia
in caſu d.l. Attillicinus pactum erat recipro-
cum & incertum, & ſicut mulieri nocere po-
terat, ſic & prodeſſe. Pacta autem huiuſmodi
reciproca, & incerta inter virum & vxorem
valent l. quod autem §. ſi vir ff. de donatio.
int. vir. & vxo. l. inter ſocerum §. cum inter
de pact. dotal. dixi multorū teſtimonio hoc
lib. quæſt. 19. verſi. contraria tamen opinio.
& nihilominus contrarium in ea lege Attil-
licinus deciditur.

5 Tertio † generale eſt nō valere pacta per
quæ mulier ſuam conditionem faceret dete-
riorem, ſicut conuerſo valent ea omnia, per
quæ dotium iura meliora reddūtur dixi hoc
lib. quæſt. 1.

Bartoli opinio communis eſt quam ſe-
quuti ſunt Alex. & Iaſſ. in d. l. ſi cōſtante nu.
8. Lancello. Deci. & Crot. in 1. lectu. num.
33. Coraſi. num. 6. Putc. deciſio. 364. num. 4.
3. par. Pala. Rub. in repeti. cap. per veſtras §.
11. num. 1. & ſequen. de donatio. int. vir. &
vxo. Barbo. in eadem l. num. 37. Bartoli au-
tem opinionem ipſe prȩter alios irreſraga-
bili fundamento veram eſſe oſtendo. Nam
6 † mulier nequit paciſci nedū vbi dotis con-
ditio deterior efficitur, ſed multo magis
quando beneficium à lege mulieris fauore
inductum, aliorum etiam cōcernit fauorem.
l. hac edictali C. de ſecun. nup. vbi nequit
mulier ſuo pacto efficere, vt plus relinqua-
tur ſecūdo marito quam vni ex liberis prio-
7 ris matrimonij: † Simile in diſpoſitione l.
fœminæ eo. titu. vt nec ei poſsit mulier per
pactum renunciare d.l. fœminæ §. illud, dixi
fuſe ſup. hoc lib. quæſt. 36. Vbi & rationem
poſt cæteros reddidi; quod beneficia illarū
legum reſpiciant fauorem filiorū primi ma-
trimonij, & ſic tertij, quibus ius fuit illis le-
8 gibus quæſitum; † beneficium autem d.l. vbi
adhuc, nedum fauorem mulieris concernit,
ſed & liberorum, & eiuſdem mariti, cum re-
cuperata dote teneatur mulier nedum ſeip-
ſam alere, ſed & filios & maritum. d.l. vbi
adhuc; cum igitur & fauorem liberorū con-
cernat illius legis diſpoſitio, nequit mulier
ſuo pacto illi renunciare.

9 Contrariā † opinionem tenuerunt aduer-
ſus Barto. Ricar. de Malum. quem refert &
ſequitur Angel. in l. & hæredi. §. filia fami-
lias per illum tex. ff. de pact. vbi poteſt filia
familias paciſci ne cum ſui iuris fuerit de
dote agere poſsit: vnde cum poſsit eo pacto
ſibi prȩiudicare, poterit etiam renunciare
huius legis beneficio.

10 Secundo † adfertur tex. in l. ob res §. 1. ff.
de pact. dotal. quo tex. probatur, extraneum
dotem dantem pro muliere, & ſic vbi ius iā
mulieri fuit quæſitum, poſſe tamen cum mu-
lieris conſenſu eidem doti præiudicare, ſicut
& poteſt patet l. quoties §. cæterum ff. ſolu.
matrimo.

11 Tertio citatur † ab aliquibus text. in l.
Pomponius §. fina. de pac. dotali. quo tex.
dicitur poſſe per pactum mulierem ſuſcipe-
re in ſe doris periculum; qua conuentione
aperte dotis conditionem deteriorem facie
Quibus rationibus & iuribus vt dixi Angel
in d. §. filia familias, docuit poſſe mulierem
huius legis diſpoſitioni renunciare.

12 Quarto † & in contrarium adduci poteſt
tex. in l. etiam C. ad Velleia. S. C. & in l. iu-
bemus eo. titu. in quibus ſtatuitur poſſe mu-
lierem tam conſtante matrimonio, quā poſt
renunciare iuri hippothecæ quod habet in
bonis

Digitized by Google

bonis mariti. Vrgent admodum contraria
quæ à nemine hucvſque ſublata fuere.
His tamen non obſtantibus tenēda Bart.
13 & communis opinio. Neque † obſtat fortiſ-
ſimum contrarium de lege & hæredi. §. filia
familias; Quoniá ille text. multiplicitet per
Doctores exponitur ; quidam intelligunt
illum tex. loqui cum filia pacta fuit ante cō-
tractum matrimonium de non petendæ do-
te, in quo caſu exiſtimarunt tale pactum va-
lere ſecus vbi celebratur, vel poſt matrimo-
nium iam perfectum, tunc enim prohibitum
eſt. Vnde cum quæctio ſit de muliere, quæ in
contractu matrimonij paciſcitur, nō ille tex.
obſtaret. & ſic intellexit illum tex. glo. in d.
§. filiafamilias Angel. Imol. & Aretin. in d.
l. ſi conſtante quos refert Iaſſ. ibi num. 180.
Verum hic intellectus a Barto. damnatur
& à communiter cæteris, quod ſiue pacta
præiudicialia doti fiant à muliere ante, vel
poſt contractū matrimonij nihilominus nul-
la ſiunt niſi ex iuſta cauſa; vt expreſsim voluit
tex. in d. l. Attillicinus vbi Barto. glo. in l.
cum dos §. 1. glo. penul. de pact. dotali. Alex.
& Roma. in l. 2. §. quod ſi in patris ff. ſolut.
matrimo. Iaſſ. in d. l. ſi conſtante num. 180.
Campe. in tract. de dot. par. 4. quęſt. 2. poſt.
num. 1.
14 Quare † ſecundo intelligit Barto. tex. in
d. §. loqui in his caſibus in quibus mulier in
contractu matrimonij poteſt ſibi præiudica-
re, vt in his pactum à filiafamilias de nō pe-
tēda dote factum valeat, veluti ſi fiat in ca-
ſu ſoluti matrimonij per mortem mulieris
præmoriente viro, vel cum ſua culpa dotem
perdere debet l. lucius l. viro atque vxore
ff. ſolut. matrimo. & in alijs pleriſque quos
referunt Alciat. in d. l. 2. §. quod ſi in patris
num. 58. ſolut. matrimo. vbi Parpal. num. 57.
his ergo in caſibus valet tale pactum extra
ipſos minime, quia præiudicaretur dotibus:
& ſic poſt Barto. in d. §. filiafamilias tenue-
runt ibidem Pau. de Caſ. Roma. Aret. Alex.
& Iaſſ. num. 8. Campe. in tract. de dot. par. 4.
quæſt. 2. num. 2. ad finem. Sequuntur Alciat.
& Parpal. ſup. Barboſ. num. 47. Et nouiſsime
Surd. erudite multis ab eo relatis conſ. 112.
num. 35. lib. 1. vbi Bart. diſtinctionem in d.
§. filiafamilias ſequitur.
15 Neque obſtat † ſecundum argumentum
ſumptum ab authoritate text. in d. l. ob res
§. 1. Quoniam credit Iaſſ. in d. l. ſi conſtante
num. 178. in fine, quod ius ideo permittit
poſſe mulierem paciſci ſimul cum extraneo
qui dotem dedit, & doti ſuæ ſi vellit pręiudi
care, ne videatur mulierem ingratitudinem
aduerſus extraneum, qui dotem dedit com-
mittere, atque ideo in ſignum recepti bene-
ficij & veluti cuiuſdam remunerationis licet
mulieri quod alias non liceret, argumento l.
quod autem §. ſi vir. ff. de donati. inter vir.
& vxorem.
16 Quę † ſolutio diſplicet admodum, quia ſi
vera foret, non liceret patri qui filiam iure
naturæ dotare tenetur l. qui liberos de rit.
nuptia. poſt dotem datam paciſci de dote ſi-
mul cum filia, cui tamē permittitur d. l. quo-
ties in verſi. cæterum ff. ſolut. matrimo. vbi
tex. rationē reddit, *pater enim* (inquit) *poſt
datam dotem filiæ conditionem niſi ipſa vo-
lente deteriorem facere non poteſt*. Vnde
17 † puto præter alios ſic vere reſponderi; li-
cere extraneo paciſci cum muliere in caſi-
& Bald. in l. pro hereditarijs. C. de hære.
actio. Alciat. in dict. l.Lucius, Purpura.in l.
1.num. 684. de offi. eius, Socin.iuni. conſil.
108.num.34. lib.2. Barboſ. in dict.l. ſi cum
dotem num.34. Et alios recenſet Ioſeph.de
Rust.trac.an.& quan.filij poſi.in condi.li.1.
ca.4.num.6. vbi tamen & alios multos con-
trariũ affirmãtes adfert præcipuè Alciat. ſibi
contrarium reſponſ.2.nu.6. lib.8. Menochi.
conſ.325.num.9.lib.4. tandem reſoluit cum
priore opinione dum ex cõiecturis vocatus
appareat:

Digitized by Google

appareat: Ex his ſequitur quod per conuen-
tionem prædictam non cenſetur in fauorem
alicuius prouiſum niſi ſolius generi cum quo
pactio inita fuit. Et hanc opinionem tenue-
runt Dyn. Cyn. Bald. Angel. & Imol. quos
refert Alexand. in dict. l. ſi cum dotem num.
16. Bald. & Chriſto. Caſtellio. quos ſequi-
tur Barboſ. in d. l. ſi cum dotem num. 34. ad
medium.

28 Contrariam † opinionem quod imo in
prædicto caſu pater dotando, non cenſeatur
ſub conditione filiorum excluſiſſe filiam ſed
eidem in caſu contrario donare dotem non
autem marito voluiſſe, tenuit Bartol. in dict.
l. ſi cum dotem vbi & Alexan. num. 15. Bald.
conſil. 477. num. 6. lib. 4. conſil. 273. num. 1.
cum ſequent. lib. 1. & in l. pro hæreditarijs
num. 10. C. de hæredi. actio. Ruin. conſi. 132.
num. 11. lib. 2. qui pariter de communi teſ-
tatur. Phanu. de luc. dot. gloſ. 11. num. 9. Pau.
de Caſtr. conſil. 108. num. 2. lib. 2. Alexand.
in l. poſt dotem num. 17. ſolut. matrimo. &
conſil. 24. colum. penulti. lib. 1. Alciat. lib. 3.
de verbo. ſignifi. num. 12. Cardina. Zaba.
conſil. 152. num. 3. Guid. Pap. deciſio. 147.
num. 2. verſicul. Præterea quando filia, vbi
Ranchin. Curti. iuni. in l. 1. num. 59. ff. de
offi. eius. Hieronym. Gabri. conſil. 58. nu. 20.
lib. 1. vbi num. 28. addit quod mater in præ-
iudicium filiorum vt infra dicam diſponere
non poterit l. perfecta C. de donatio. quæ
29 ſub mo. Mouentur † citati interpretes ex
text. in dict. l. ſi cum dotem, in quo vt altero
dixi caſu pater in vnum caſum ſi ſine liberis
dotem reddi ſtipulatus in caſum contrarium
donaſſe mulieri videtur; ſic in extraneo l.
vni. §. accedit C. de rei. vxo. actio. l. ſeruo. §.
ſi teſtator de lega. 3. Neque filijs donaſſe vi-
30 detur ideſt nepotibus ſuis patet † ad quos
veluti non natos nec conceptos, conſequen-
ter incognitos affectionem nullam habere
videtur l. qui filiabus de lega. 1. argu. l. ſi quis
in ſuo C. de inofi. teſtam. Barto. Fortuni. An-
gel. Alexand. Iaſſon. Deci. Socin. Ruin. Cæ-
phal. & Meno. quos refert & ſequitur Surd.
deciſio. 322. num. 48. 49. 50. Affirmant ergo
præfati interpretes quod licet filijs non ad-
quiratur, tamen pater eorum nomine dotem
retinet, non quod eam lucretur, cum diuer-
ſa ſint vt in his terminis reſpondet Bald.
dict. conſil. 273. ponderans ad hoc dictum §.
cum inter, qui de retentione verba facit tan-
tum: vnde cum ad filios pertinere in vim pa-
cti non poſsit, cum ſint in conditione tan-
tum poſiti, & ideo non vocati vt ſuperius
animaduerti, ad matrem dos pertinebit; ſic
enim & in filijs in conditione poſitis contin-
git, quoniam vbi teſtator grauat hæredem
ſine liberis morientem, alteri reſtituere, ex-
tantibus filijs, ij fideicommiſſo grauati non
cēſentur, ſed remanet in poteſtate patris gra
uati an filijs relinquere vellit vel non, ad ea
quę omnes in dict. l. Lucius. 2. & paſsim cæ-
31 teri ſupra relati. Reſpondet † autem Barto.
& qui illum ſequuntur dupliciter ad text. in
dict. §. cum inter in eo tex. ſtipulatum fuiſſe
expreſsim maritum, aut retinere in eo caſu
maritum dotem pro filijs: quæ tamen ſolu-
tiones multipliciter ſubuerti poſſunt, pro vt
eas impugnant contrariam tenentes: prior
diuinatiua eſt; ſecunda infringitur quoniam
cum pactum cum marito fuerit celebratum
non cum filia vel filijs, qui adhuc concepti
non erant, neceſſario in caſum exiſtentium
liberorum dos, quæ eis non exiſtentibus ad
patrem reuerſura erat, extantibus mariti lu-
cro cedet, vt & antea animaduerti. Alijs etiā
modis Barboſ. impugnat poſt antiquiores
32 quos omitto: Sed & ad tex. † in dict. l. ſi cum
dotem reſpondent reiecto Barto. intellectu,
in ſpecie illius tex. non contigiſſe caſum cō-
trarium expreſſo ſed diuerſum, ideo rema-
net in diſpoſitione iuris communis vt dixi
ſupra ſecundo caſu: in dict. §. cum inter, om-
33 nino contrarium. Rurſus † inuertitur Barto.
traditio quia ſupponit filiamfamilias in do-
te profectitia poſſe hæredem habere, cuius
contrarium aperte decidit text. in l. 2. ff. de
Caſ. pecul. Bald. Angel. & Zaſi. quos refert
Barboſ. in dict. l. ſi cum dotem num. 27. ad
finem & in dict. l. poſt dotem eod. titu. licet
in hoc articulo multi teneant contrariam vt
poſt Barto. Caſtr. & Alexan. docet Iaſſon. in
l. poſt dotem num. 92. ff. ſolu. matrimo. & di-
cit communem Viui. inter commu. opinio.
302. num. 18. Exiſtimo opinionem minus
communem aduerſus Bartol. in puncto iuris
veriorem; cæterum in iudicando & conſulen-
do ab opinione Barto. recedendum non vi-
detur, quia æqua & benignior & magis con-
ſona his ad quæ iure naturali impellimur,
donare ſcilicet filię & noſtris potius quā ex-
traneis argu. l. cum acutiſsimi cum ſimilibus
C. de fideico. Bald. in l. pro hæreditarijs nu.
10. C. de hæredi. actio.

34 Quartus † caſus eſt vbi pater ſimpliciter
dotat filiā, nec de dotis reſtitutione verbū fa
cit, in hoc caſu cēſent fere omnes dotē ei re-
ſtituendā à quo egreſſa eſt: l. dos à patre pro-
fecta C. ſolu. matri. vbi glo. Bart. Bal. Cyn.
Odofre. Ange. Sali. & cęteri omnes in l. poſt
dotē vbi Bart. nu. 27. ff. ſolu. matri. Alex. cōſ.
115. lib. 1. col. 2. & conſ. 77. lib. 7. Abb. conſ.
115. lib. 2. Afflict. deciſio. 236. vbi Vrſill. ad
eum Phanu. in cōmen. de luc. dot. glo. 11. nu.
3. Alciat. qui alios reſponſ. 299. num. 1. &
eſſe communem teſtatur Alexan. d. conſ. 115.
in princi. & conſ. 67. n. 1. li. 7. Bologne, in d. l.

35 num. 221. Barboſ. & ſcribunt ✝ citati interpreres verám eſſe opinionem etiam vbi cum filijs decedit filia, ea ratione ne parer qui filiam amiſit rei quoq. familiaris ſuorumque bonorũ iacturam patiatur l. iure ſuccurſum ff. de iur. doti. Menoch. conſ. 238. nu. 15. 16. lib. 3. fusè Ioſeph. Ludo. in commu. concluſio. quæſt. 11. à nu. 1. Rimi. iuni. conſ. 379. nu. 38. li. 4. Ray. de Mon. inrer conſ. vlti. volun. conſ. 8. vol. 1. & aſſerit communem Iaſſ. num. 99. in d. l. poſt dorem Crauet. & Rolan. quos citat Vini. inter ſuas opinio. commu. opini. 302. num. 15.

36 Cæterum ✝ ex conſuetudine Martini communiter vbiq. locorum recepta extantibus filijs ex matre dos non reuertitur ad patrem dotantem; ſed remanet filijs; ſic & Accurti. in d. l. dos à patre Barto. & alij nuncà me relati, & prærer eos Capi. deciſ. 176. nu. 22. Noni. conſ. 48. num. 12. Menoch. d. conſ. 238. num. 18. Caualca. deciſ. 44. num. 131. r. par. Alban. in dict. l. dos à patre Viui. d. opinio. 302. num. 16. Ioſeph. Ludo. d. q. 11. Rimin. d. conſ. 379. Quod ſi alicubi ea conſtitutio non vigere rius commune obſeruandum foret: vt allegati authores ſcribunr, præcipuè Meno. d. conſ. num. 18.

37 Admittunt ✝ autem omnes, communem hanc conſuetudinem ſtrictè vti odioſam & à iure exorbitantem interpretandam eſſe ſic Barto. in dict. l. poſt dorem num. 30. vbi Alexan. & alij. Noni. dict. conſil. 48. num. 9. Menoch. dict. conſil. 238. num. 31. Viui. dict.
38 opinio. nu. 17. Ex ✝ quo infert egregie Menoch. dict. conſil. quod conſuetudo in dote dara loquens nõ haberet locum in dote promiſſa quæ verè data dici non poteſt Nouell. Anton. ab Alexan. Herculan. Capi. Socin. iuni. & Thobi. Noni. quos citat, & ſequitur Menoch. dict. conſil. num. 30. & Phanu. dict. gloſ. 11. num. 6. ad finem. Cæterum opinio hæc non carer maxima difficultate cum ſtatutum de lucro doris quod itidem eſt, aduerſus iuris diſpoſitionem, habet locum in dote promiſſa ſicut in dara, vt reſolui ex magis communi hoc lib. quæſtio. 19. vbi de veritate.

39 Secundo intulit ✝ Phanu. dict. gloſ. non eſſe locum conſuetudini vbi maritus prædecederet relictis liberis & poſt mater, cum in hac ſpecie dos ad patrem reuerteretur, & conſuetudo ad hunc caſum non extenderetur Barto. in dict. l. poſt dotem num. 33. Alexan. & Iaſſon. num. 102. vbi communem dixit, & eandem communem repetit Viui. d. opinio. num. 17.

40 Quintus ✝ caſus eſt cum maritus paciſcitur cum ſocero de lucrando dotem moriente muliere ſine filijs, à contrario enim ſenſu filijs extantibus non lucratur dotem: Qui caſus nullam apud doctores continer contradictionem: vt teſtatur Curti. iuni. conſil. 93. num. 6. lib. 1. verſicul. Ex præmiſsis: Eo maximè (inquit) quod nulla in hac ſpecie reſultat correctio iuris communis, quia maritus dotem regulariter lucrari nõ debet, cum de iure communi ad dotantem redire debeat dict. l. dos à patre & tot. titu. C. ſolut.
41 matrimo. & alij ſuperius citati: Dubitatio ✝ maior circa hunc caſum incidit, an filijs debeat dos applicari nec ne: nam etſi argumento à contrario ſenſu inferatur, quod maritus vxore cum liberis decedenre dotem non lucretur tamen non inde ſequitur, quod filijs dari debeat; quoniam argumentum à contrario ſenſu neceſſario non hoc infert, ideo ſumi non debet, iuxta tradita per alios in d. l. 1. §. huius rei ff. de offi. eius. ideo niſi mater filijs dotem relinquerit filij dotem habere non poſſunt: ſic Paul. de Caſtr. in d. l. ſi cum
42 dotem in princi. & conſil. 356. Quoniam ✝ argumentum à contrario ſenſu non ſumitur niſi iuxta limites verborum Deci. conſ. 386. & conſil. 402. Phanu. dict. gloſ. 11. num. 10. verſic. Quartus caſus. Vnde reſpondit multis Socin. iuni. conſ. 27. lib. 1. num. 11. quod in caſu prædicto, nec vir, nec etiam filij lucrantur dotem, niſi mulier eis ipſam relinquerit; Quamquam contrarium conſuluerit Ruin. conſil. 8. num. 5. lib. 2. motus quod extantibus liberis maiora ſunt onera matrimonij, quam vbi deſunt; at lucrum doris defertur propter onera matrimonij l. pro oneribus C. de iur. dori. & multis citatis docui hoc lib. Barboſ. in dict. l. ſi cum dotem num.
43 41. Nam ✝ & præter ſolutionem Socin. dicto con. reſpondetur quod vtrunque ſit ſiue lucretur maritus dotem vel non lucretur, tenetur alere filios; quinimo licet nullam recipiat dotem l. ſi quis à liberis §. ſi quis ex his ff. de libe. agnoſ. vt eos necare dicatur ſi alimenta denegauerit l. necare. illo titul. cum alijs multis ſimilibus, ad hanc ſpeciem congeſtis per Surd. in tractat. de alimen. titu. 1. quæſtio. 1. in principio: Neque quidquam facit ponderatio Barboſ. contrarium aduerſus Paul. de Caſtr. & ſupra relatos ſen-
44 tientis, qua ✝ adducit text. in dict. l. Bebius ff. de pact. dotali. non enim meretur lex illa citari contra præſcriptam traditionem cum in caſu illius text. argumentum à contrario ſenſu neceſſario inferret ad caſum propoſitum quo in caſu valida eſt prædicta argumentatio; in noſtra ſpecie non infert neceſſario, vt Paul. de Caſtr. Curti. iuni. & Socin. animaduertunt.

Veruntamen Curti. iuni. in d. conſi. opinatur quod licet in ſuo caſu nequeant filij in vim

Digitized by Google

vim argumenti à contrario ſenſu dote gau-
45 dere, tamen † ex alio iuuari dicit, quoniam cum lucrum alicui aufertur contemplatione alterius id illi applicatur cuius contemplatione aufertur; citat Barto. communiter vt dixit approbatum in l.2.§. videndum ff. ad Tertulia.tex. in l. poſt legatum §. amittere ff.de his qui vt indig. l. cum duo emancipati §.ſi duo emancipati ff.de colla.bono. l.ſeruo legato §. ſi teſtator vbi Iaſſon. 2. notabi. de lega.1.innumeros Tiraquel. in l.ſi vnquam verbo ſuſceperit liberos num.106. C.de reuo.donatio.Ruin.conſil.107. num.10.lib.3. Surd. deciſio. 8. num. 10. vnde cum lucrum hoc propter filios à marito adimatur, ſequitur filijs applicandum fore. reſpondit enim Phanu.dict. gloſ. verum non eſſe in hoc caſu lucrum auferri à marito propter filios, quoniam cum ipſi nunquã acquiratur in vim pacti auferri ab eo non dici poteſt, quia conditio defecit vnde à Pauli Caſt. opinione non facilè recedendum eſt.

46 Sextus † caſus ſtipulatio de reddenda dote in caſu quo morte mulieris ſolueretur matrimonium non extenditur in caſum in quo diuortio ſolueretur l. 3. ff. de pact. dotali.l. Bebius eo. titu. ſunt enim caſus diuerſi, & ideo de vno ad alium non rectè infertur argu. l. Papinianus exuli ff. de mino. remanet igitur caſus diuortij in diſpoſitione iuris cõ-
47 munis;atque † ideo pactum de lucrando dotẽ in caſum mortis ad caſum diuortij extendi non poteſt,non ſolum in caſu expreſſo ſed neque in tacito qui argumento à contrario ſenſu elicitur:habetur enim conditio illa ſub qua pactum fuit celebratum, veluti ſi nuſquam adiecta fuiſſet.ſic Bald.eruditè in d.l. Bebius idem Bald. in auth. ſed etſi quis vbi Salice.& Fulgoſi.C.de ſecun.nup.Caſtellio. & Roma.in d.l.ſi cum dotem quos refert & ſequitur Barboſ.in d.l.num.41.Contrariam tamen ſententiam tenuit Barto. in eadem l. ſecundum communem intellectum ſuperius in tertio caſu relatum; & cum Barto. communis vt teſtatur Alexan. ibi & cæteri poſt quod imo pater ſtipulando dotem ſibi reddi in vnum caſum ſi filia ſine liberis moreretur, in caſum diuortij eidem donare videtur ex
48 d.l.ſi cum dotem,& probat tex. apertus † in l.ſi filia ff.de diuor.& in l.filiæ meę ff. ſolut. matrimo. pater etenim ſtipulando dotem reddi in caſum mortis prædictum, cum videatur donaſſe in caſu diuortij dict.l. ſi cum dotem,quæſitum in illis iuribus fuit, an cum filia grauiter ęgrotaſſet, & maritus filiæ repudium miſiſſet, reſpondit vterque text. quod cum fraude miſſum repudium fuerit, vt dos mortua filia ad patrem non reuerteretur,ſed apud hæredes filiæ remaneret vel filios,aut ipſum eundem maritũ, repudium patri nocere non debuit,nec mulieri, vel illius prodeſſe hæredibus: quibus iuribus aperte Barto.& communis opinio ſuſtinetur: quam etiam nouiſsimè ex his iuribus ſequutus fuit Menoch.conſil.334.num.25.lib.4.

49 Neque obſtat † text. in l. 3. de pact. dotali. quoniam pactum ibi non fuit conceptum niſi in vnum diuortij caſum vnde niſi in contrario locum non vindicant: præterea non loquitur in patre ſtipulante, quemadmodum noſtra quæſtio habet.

Neque etiam facit text.in dict. l.Bebius; quoniam præter ſolutiones communiter ab interpretibus traditas reſpondet Alexand. text. loqui in patre qui non ſibi ſed alteri dotem reſtitui ſtipulatus fuit quo in caſu in caſum diuortij dos filiæ data non cenſetur, ne ſicut in expreſſo, ſic in tacito caſu videatur ſibi præiudicare ſic Alexand. in dict.l.ſi cum dotem poſt Paul.de Caſtr. ibi Claud.de Seyſel.ibidem nu.17.quidquid dixerit Barboſ.nu.43.ad finem.

50 Septimus † caſus eſt, quoties extraneus dat dotẽ in caſum ſequuti matrimonij quoniam in caſu contrario omiſſo locus eſt repetitioni illius dotis,tamquã ob cauſam datam ea non ſequuta l.ſi extraneus ff.de con-
51 dic.cau.dat.cau.nõ ſequut.quoniam † qui ob cauſam certam donat ea non ſequuta donatũ conſequitur condictione ſine cauſa, l. qui ſe
52 debere §.final.de con.cau.dat. Et remanet † caſus omiſſus in diſpoſitione iuris cõmunis. Bart.Angel.Roma.Cuma.Alex. & cæteri in d.l.ſi cum dotem Tiraq. qui alias tracta. de retract.lib.1.§.20.glo.vni.nu.11.idẽ Tiraq. tract.de primo. quęſt.40.à num.194.Craue. conſ.416.nu.15.lib.3.Tiber. Decia.reſpon. 1.à nu.145.lib.1.Caſſane.in conſue.Burgun. rubr.6.†.5.num.12.verbo. Et ſe pares Barboſ.qui alios in d.l.ſi cum dotem num.50.& præter eos Menoch. qui alios citat lib. 4. præſump. præſump.26. num.11.12.13. Remanet ergo in prædicta ſpecie caſus omiſſus in diſpoſitione iuris communis, ſicut extraneus dotans in certo caſu,in omiſſo idem velle cenſeatur quod ius commune ſtatuit; argum.l.ſi duo de acquir.hæredi. l.quæro §. inter locatorem ff. loca. vbi promiſsio à locatore facta,de non expellendo intelligitur, dum rectè colat & debitam ſoluat penſionem;ſic & in ſtatutis ſtatuentes id facere voluiſſe præſumitur, & contrahentes nedum in id quod ius commune ſtatuit ſed & quod ſtatuta vel locorum conſuetudines, vt multis oſtendit egregie Menoch. lib. præſumpt. 3. præſump.38. à nu.1.cum ſequent. vbi innumeros in hoc citat authores.

53 Cæterum † huic caſui repugnat admodum

Digitized by Google

tex.in l.vni.§.accedit C.de rei.vxo.actio.quo
tex.colligitur, extraneum dotantẽ in dubio
animũ donandi habere voluiſſe: Hinc ſequi-
tur quod ſi donata dos fuit magis mulieri
quam extraneo cõdictio cõpetere debuit, ꝙ
tex.in d.l.ſi extrane⁹ negat. Bart. in d.l.ſi cũ
54 dotẽ nu.7.reſpõdet, † leges non fauere do-
tib⁹ niſi poſt contractũ ſemel matrimoniũ, ſi
non ſequatur matrimonium fauor ceſſat, &
conſequenter donationis pręſumptio ſtatuta
in d.§.accedit. Bart.opinionem ſequuti ſunt
Caſtellio.ibi nu.16.Roge.nu.33. Deci.conſ.
55 35.nu.5.ad finẽ. Verũ † traditioni huic Bart.
quã & tenuerunt alij multi oberit quod imo
lex dotibus fauet etſi matrimonium nõ con-
trahatur vt facilius nubãt mulieres. l.2.§.fi-
na.de priui.credito.l.lege Iulia ff. de fun.do
tal. Boeti.deciſ.331.nu.2.& alij quos recen-
ſui hoc lib.quęſt.3.declara.2.vbi tñ alios ad-
uerſantes adduxi: Rectius itaq.dici poteſt vt
animaduertit Claud.de Seyſel.in d.l.ſi cum
dotẽ n.8.poſt Roma.& antiquiores quos ſe-
quitur Barboſ.ibidem nu.50.ad finẽ: quod †
56 in omni promiſsione vel datione dotis ſub-
intelligitur tacita conditio ſi nuptiæ ſequan-
tur l.item quia §.1.ff.de pact.quare deficiẽ-
te tacita illa cõditione omnia inde ſequuta
præ defectu voluntatis deficiunt.argumento
l.cum principalis de reg.iur.

57 Ex his † ſequitur reſolutio quæſtionis
quam tractaui hoc lib.quæſt. 3. declara.2. &
quæſt.9. An pater dotans filiam vbi non fuit
ſequutum matrimonium poſſet ſolus expe-
riri, an vero actio communis ſit vtriuſq. ac ſi
matrimonium fuiſſet ſubſequutum iuxta diſ-
poſitionem text. in d. l. vni.§.accedit.vide-
tur enim quod cum caſus matrimonij non
fuerit ſubſequutus, nullatenus actio filię cõ-
petere poſsit: ceſſat enim dotis nomen vbi
matrimoniũ ceſſat l.3.ff.de iur.doti. Et ſolus
pater vindicabit cum ceſſante cauſa ceſſare
etiam dotis conſtitutio debeat, quemadmo-
dum clarè text.in d. l. ſi extraneus ad finem
decidit de patre loquens, & alia iura adduxi
d.quæſt.3.& quęſt.9. Et in patre dotante ea-
dem ratio militat quæ in extraneo l.ſtipula-
tionem ff. de iur. doti. Bae. tractat. de non
melio.filia.cap.21.num.14. & ſequen. Bar-
boſ.in d.l.ſi cum dotem num. 51. in fine ff.
ſolut. matrimo. quos citaui cum alijs multis
d. quæſt. 3. Et licet alij contrariam opinio-
nem tueantur quod imo ſola actio erit filiæ
licet non ſequatur matrimonium, & quod
donatio eo ipſo irreuocabilis ſit ex text. in
d.l.ſi extraneus. quos in citatis locis retuli.
Et licet Roma. Alexan. Iaſſon.& Baeça.quos
refert & ſequitur Barboſ. in d. l. ſi cum do-
tem num.52. ad medium concordent, vt ſi
conſtet patrem donare voluiſſe etſi matri-
monium non ſequatur valeat in hoc caſu do-
natio & irreuocabilis ſit, ſin minus non va-
leat ita intelligentes text.in dict. l. ſi extra-
neus: tamen concordia hęc ſuſtineri non po-
teſt ex multis præcipuè quoniam ratio illa,
quod in dotis promiſsione tacita ſubintelli-
gatur conditio ſi nuptiæ ſequantur generalis
eſt etiam quoad patrẽ in caſu dubio vt Bae.
Barboſ.& alij fatentur; vnde ſi non ſequatur
matrimonium pater fundatam quoad dotis
repetitionem intentionem habet: præterea
in d. l. ſi extraneus non conſtabat de patris
voluntate donare volentis licet non ſeque-
retur matrimonium: quare recurrendum eſt
ad diſtinctionem noſtram & aliorum quos
d.quęſt.3.& 9.adduxi. Et ad traditionem il-
lam an conſtitutio dotis paternę ad dotan-
dum filios procedat ex cauſa finali vel im-
pulſiua; quoniam ſi ex cauſa finali donatio ir-
reuocabilis erit, ſi ex impulſiua reuocari po-
terit non ſequutis nuptijs ad ibi dicta lecto-
rem reijcio.

58 In † extraneo autem nulla dubitatio eſt,
non ſequuto matrimonio condicere donata
poſſe d.l.ſi extraneus, conditione ſine cauſa,
quaſi ſub tacita conditione ſi matrimonium
ſequatur donauerit.d.l.ſtipulationem de iur.
doti.l.item quia §.1.de pact. Roman. Panor.
Iaſſon.& Alciat.quos citat Barboſ. in d. l. ſi
cum dotem num. 51. quinimo quod magis
eſt etſi ſequuta forent ſponſalia; cum & taci-
ta illa conditio ſi matrimonium ſequatur
etiam contractis ſponſalibus militet l. quod
ſeruius ff.de cond.ob cau.d.l. ſtipulationem
l.1.ff.de vſuca.pro dot.

Secunda nunc inſpectio ſequitur quando
maritus dotem lucrari in vnum caſum ſtipu-
latur; Bald. conſil. 273. quatuor conſiderat
caſus, quos & refert ſimpliciter Phanu. in
commen.de luc.dot.gloſ.11.num.9. ad me-
59 dium. Primus † eſt quando maritus expreſ-
ſim paciſcitur pro liberis ſuis, tunc inquit
dos iure pacti pertinebit ad filios etiã quod
non ſint hæredes matris dict. l. inter ſoce-
60 rum §. 1. de pact. dotali. Verum † & hæc
Bald. & Phanu. traditio vera non eſt quo-
niam in dubio pater ſtipulando pro filijs
cenſetur ſtipulari pro filijs vt hæredibus, &
non vti filijs vt multorum teſtimonio do-
cui hoc lib. quæſtio. 12. vbi magis commu-
nem & veram dixi, ad eum locum lectorem
reijcio. Neque tex.in d.§.1.Bal. ſententiam
61 probat vt ex eo conſtat. Secundum † tradit
caſum quando maritus pro ſe ſtipulatur tunc
lucrabitur ſalua filijs querella inofficioſę do-
tis l.1. C. de inoffi. dot. Cæterum Bald.non
declarat an in caſu omiſſo vel contrario lu-
crari debeat nec ne, quare ad ſuperiores ca-
ſus primæ inſpectionis recurrendum erit.

Tertius

Tertius Bal.caſus,quando nihil ſtipulatur
ſed ſimpliciter promittit dotem reddere fi-
lijs non extantibus, in hoc caſu adeunda eſt
communis traditio quam ex alijs docui ſup.
in tertio caſu primæ inſpectionis. Quartum
caſum adiungit Bald. quando in promiſsio-
ne dotis reſtituendæ per maritum facta non
fuit mentio filiorum habita, tunc ait recur-
rendum eſt ad text.in dict. l. dos à patre C.
ſolut.matrimo. dixi in priori inſpectione in
4.caſu.
62 Tertia & † extrema inſpectio ſequitur in
extraneo dotante mulierem & dotem ſibi
in certum caſum reddi ſtipulante, is enim in
caſu omiſſo reddi tacite conueniſſe videtur;
atque ideo tunc condictio ſibi competit ve-
luti cum daret aliquis mulieri in caſum nup-
tiarum, his enim non ſequutis illi reddenda
dos eſt tacita quædam conuentione ex pacto
expreſſo reſultante vt ſup. dixi ex dict. l. ſi
extraneus ff.de condi.ob cauſ.ideo glo.in d.
l.ſi extraneus verbo in hunc ad finem, egre-
gie docuit caſum omiſſum in illo text. diſ-
poſitioni iuris communis relinqui, iuxta diſ-
poſitionem etiam text.in dict.l.ſi cum dotẽ;
ideo efficitur vt ſicut is qui ob certã cauſam
donat ea non ſequuta habet condictionem
ob cauſam l.1.& tot.titu.ff.de con. cau.dat.
cau. non ſequ.ſic extraneus ibi non ſequutis
nuptijs dotem repetet condictione prædi-
cta.Fulgo.Roma. Iaſſ. & alij in dict. l. ſi ex-
traneus Caſtellio.& Barbo. in dict. l. ſi cum
dotem num.50.& cæteri inibi. Veruntamen
63 † ſuperiori traditioni non mediocriter ad-
uerſatur tex.in l.vni.§ accedit C.de rei vxo.
actio.quo text.probatur, extraneum dotan-
tem in dubio videri dotare animo donandi:
hinc ſequitur neceſſario quod condictio ma-
gis mulieri quam extraneo competere de-
buit Bartol. in dict. l. ſi cum dotem ſuſtulit
contrarium dicens,quod lex non fauet doti-
bus niſi poſtquam contractum eſt matrimo-
nium,ideo ſi non ſequatur ceſſat fauorabilis
præſumptio donationis dotis ſequũtur Bart.
ibidem Caſtelli.Roge.& Deci.conſi. 35.nu.
64 5.quod improbat † Barboſ.ibi num. 50. ad
finem,cum lex faueat dotibus etiam non cõ-
tracto matrimonio vt facilius nubant l. 2. §.
fina.de priui.credito. l. lege Iulia ff. de fun.
dota.Roma.in dict.l. ſi extraneus Seyſel. in
dict.l.ſi cum dotem Boeri.deciſio.331.num.
2.& latius ipſe hanc improbaui,hoc li.quæſ.
65 3. declara. 2. vnde alij † ſentiunt condictio-
nem mulieri non competere quia in ea do-
tis promiſsione vel datione ſubintelligitur
tacita conditio ſi nuptiæ ſequantur dict. l.
ſtipulationem ff.de iur.doti.dict.l.item quia
§.1. de pact. ſi igitur matrimonium non ſe-
quatur condictione locus eſt.

SVMMARIVM.

1 *Pater vel extraneus ad ſtipulandum dotem à muliere adhibiti in contractu matrimonij, an eis donandi animo adhibiti videantur.*
2 *Mulier ad ſtipulandum dotem aliquem adhibens, videtur vt procurator adhibitus.*
3 *Text. in l. quæ dotis ff. ſolut. matrim. declaratur.*
4 *Barto. intellectus ad text. in dict. l. quæ dotis.*
5 *Nomina ſua in inſtrumentis deſcribere honeſtiores perſonæ non ſolent.*
6 *Donandi animus numquam præſumitur.*
7 *Menochij traditio noua.*
8 *Mulier adhibens perſonam coniunctam ad ſtipulandum dotem non cenſetur animo donãdi illam adhibuiſſe.*
9 *Pactum de donando præcedens ſubſequuta poſt adhibitione coniunctæ perſonæ per mulierẽ facta ad ſtipulandum dotem donationem præcedentem non immutat.*
10 *Mulier adhibens coniunctam perſonam ad ſtipulandum dotem animo donandi, donare videtur.*
11 *Bartoli traditio & conciliatio.*
12 *Mulier qui fratrem adhibuit ad ſtipulandum dotem in certum caſum donaſſe præſumitur.*
13 *Stipulatio de dote reddenda in omnem caſum verificari non poteſt niſi cum morte mulieris ſoluitur matrimonium.*
14 *Mulier adhibens extraneum ad ſtipulandum dotem non videtur animum donandi habuiſſe.*
15 *Mulieres ſuapte natura auaræ.*
16 *Mulier nequit ſibi in dote præiudicare.*
17 *Mulier non poteſt facto ſuo iura ſuarum dotium lædere.*
18 *Pactum à patre factum circa dotis reſtitutionem præiudicat filia effecta, ſui iuris.*
19 *Mulier adhibens extraneum ad certam partem dotis ſtipulandum, donare videtur.*
20 *Donatio facilius præſumitur inter coniunctas perſonas quam inter extraneas.*
21 *Stipulator extraneus adhibitus per mulierem in certo caſu, donandi animo adiectus cenſetur.*
22 *Menochij traditio reprobatur.*
23 *Menochij ſolutiones confutantur.*
24 *Pactum patris filiæ præiudicans dum nuptui traditur nullum.*

QVÆSTIO. LV.

PATRE VEL EXTRANEO ad ſtipulandum dotem à muliere adhibitis in contractu matrimonij; An donandi animo adhibiti cenſeantur.

NEMINI

1 NEMINI † dubium eſſe poteſt
poſſe mulierem in cõtractu ma-
trimonij ſtipulatores adhibere
qui dotis reſtitutionem ſtipulen-
tur à marito : ij igitur a marito
per mulierem hærede inſtituto dotem exi-
gere veluti donatarij poterunt l. quę dotis ff.
2 ſolut. matrimo. Id autem mirum † videtur
prima facie quinimo impoſſibile, quoniam
vbi quiſquam per mulierem ad ſtipulandum
dotem adhibetur adhibitus in dubio videtur
magis vt procurator illius, atque ideo quod
is exigit mulieri reſtituere mandati actione
cogitur l. cum quis decedens §. nuptura de
lega. 3. l. idemque §. ſi cui in fine ff. manda.
eadem denique muliere mortua tenetur is
hæredibus mulieris eandem facere reſtitutio
nem ad regul. l. vni. C. vt actio. ab hęredi.
conſequenter marito : vnde videtur ſtipula-
tori huic obijcere poſſe maritum regulam,
dolo facis qui petis quod reſtituturus es, l.
3 dolo facit de dol. exceptio. † gloſ. in dict. l.
quæ dotis 1. diſſoluit dicens text. in dict. l.
quæ dotis intelligendum fore quando con-
ſtat ſtipulatorem adhibitum fuiſſe à muliere
animo donandi illi, vnde nec mulieri nec hę-
redibus vel alteri perſonæ reſtituere cogen-
tur ex regul. l. 2. C. de iur. doti. §. perficiuntur
inſtit. de donatio. Hanc ſolutionem aſſerit
communem Alexan. in dict. l. quę dotis nu.
3. Iaſſ. num. 11. Alexan. & Nouell. quos citat
Barboſ. in d. l. num. 9. Bartol. vero illic nu. 1.
reprobat ſolutionem & rectè veluti ſup. mo-
4 dum diuinatiuam; demum reſpondet, † in
caſu dict. l. quę dotis ob id donatam dotem
ſtipulatori pręſumi, quoniam adhibitus tan-
tum fuit ad certam dotis portionem non ad
totam dotem, ideo præſumi in ea lege ſtipu-
latorem adhibitum fuiſſe animo donandi.
ſimilis eſt text. in d. l. 2. C. de iur. doti. Neq.
enim veriſimile voluiſſe mulierē ſibi in tota
dote præiudicare argum. l. cum de indebito
de probatio. l. ſi filius familias ff. de donatio.
Rationem differentiæ inter vtrumq. caſum
eam reddit, quod vbi ad dotem totam ſti-
pulatorem mulier adhibet id facere videtur
5 vt illius nomine poſſit repetere, † quia ſo-
leant honeſtiores in inſtrumētis nomina ſua
non deſcribere l. pupillus §. fina. verſi. Sanè
ff. de auth. tuto. præcipue in mulieribus in
quibus maior honeſtas requiritur cap. 2. de
Iud. in 6. l. optimam C. de con. & contr. ſti-
pul. fusè Tiraquel. in ll. connubial. a nu. 39.
cum ſequent. multis, Atqui hæc ratio ceſſat
vbi certa dotis pars de voluntate mulieris
ſtipulatur, cum tunc pro alia parte mulieris
nomen ſcribi in inſtrumento debeat & per
ipſam exigi l. vni. §. accedit C. de rei vxo.
actio. ſubiungit ille, quod ſi & alij pro alia
parte forſitan adhibiti ad ſtipulandum fuiſ-
ſent, ita quod pars nulla apud vxorem exi-
genda remaneret, quia & ſuperior ratio mi-
litat, donandi animus non præſumeretur. ſe-
quuntur Bartol. Angel. Salicet. in l. 2. num. 2.
6 C. de iur. doti. Improbant † autem cæteri
Barr. reſponſionem vel ex eo maxime quod
neque in toto nec in parte animus donandi
pręſumi debet dict. l. cum de indebito de
probatio. argu. l. quæ de tota de rei vindica.
§. nihil intereſt de fideico. liberta. Sic Iaſſ. in
dict. l. quæ dotis num. 11. Claud. num. 1. Bar-
7 boſ. num. 10. Verum † Menochi. lib. præſ. 3.
præſ. 10. num. 10. ad medium præter alios
omnes nouam reddit differentiæ rationem,
quia inquit vbi mulier totam dotem ad ſti-
pulandum adhibuit, videtur ſtipulator adhi-
bitus ob id quod ſit magis idoneus & dili-
gens exactor, & quia in iudicio facilius & ho-
neſtius eſſe poteſt quam mulier, cuius non
patitur honeſtas vt antea dixi, quod iudicum
tribunalia frequētet cæterum hæc ratio ceſ-
ſat quando ſtipulator fuit adhibitus ad dotis
partem tantum ſtipulandam, quādo quidem
vbi cauſa partis dotis voluit eſſe *in iudicio*
& ſe idoneam exactricem exiſtimauit, idem
in alia parte dicendum: vnde cum ceſſet cau-
ſa, nec alia quam donationis excogitari poſ-
ſit, donatio præſumenda erit. Quæ ratio Me-
nochij non diſplicet. qui & ibi Bartoli ſupe-
riorem amplectitur traditionem & eandem
ab obiectis Cuma. & aliorum defendit is vi-
dendus. Scio aliter conciliaſſe Cuma. in dict.
l. quę dotis, aliter alios ſed à Barto. tradi-
tione diſcedēdum non eſt. In hac autem ma-
teria an ſtipulator adhibitus videatur donā-
di animo nec ne multos caſus ordinate poſt
doctores in dict. l. quæ dotis Menochi. con-
ſiderat in dict. pręſ. 10. a num. 1. Ego autem
quoniam articulus hic copioſè tum ab inter-
pretibus in dict. l. quæ dotis tum & ab ipſo
Menoch. dict. pręſump. tractatur, breuiter vt
magis inſtituto tractatus ſatisfaciam quam
vt aliqua addam, duos tantum caſus conſi-
dero: primus eſt vbi mulier adhibuit ſtipula-
torem coniunctam perſonam, ſecundus vbi
8 extraneam: Primi † caſus regula ſit in dubio
etiam adhibita coniuncta perſona ad ſtipu-
landum non cenſeri adhibitam animo do-
nādi ſed potius procuratorio nomine l. idē-
que §. ſi cui ff. manda. l. mulier de ſuo ff. de
iur. doti. l. cum quis decedens §. nuptura de
lega. 3. ſup. citatis in dict. l. quæ dotis & in l.
Seya. de dot. pręl. & in l. cum maritus §. fina.
de pact. dotali. Barto. in dict. l. quæ dotis nu.
2. Cyn. Salicet. Bald. Iaſſo. Campe. Nouel.
quos ſequitur Menochi. dicens communem
lib. præſump. 3. præſ. 10. num. 5. Et hanc re-
gulam aſſerit etiā receptiſſimam Bologne.
in dict.

Digitized by Google

in dict.l.quæ dotis num.53.Barboſ.num.15. Nam ſola coniunctio ſanguinis,niſi aliud accedat, non inducit præſumptam donationẽ dictis iuribus Aymo.conſi. 86.num. 2. fusè Menoc.de arbi.iudi.quæſ.caſu.88.nu.10.

9 Declaratur † primo regula niſi præceſiſſet pactum in fauorem coniunctę perſonę & poſtea eadem ad ſtipulandum fuiſſet adhibita nam ſequens actus interpoſitionis ſtipulationis non efficit, vt animus donandi pręcedens mutetur, l.cum maritus §.fin.ff.de pact. dotali.ſecundum intellectum Roma.in dict. l.quæ dotis num.5. Cuma.num.7. Iaſſon nu. 11.Barboſ.num.14.ad medium.addit igitur ſtipulatio ſubſequens,& robur præſtat pacto præcedenti, non autem tollit l. cum patrem C.de iur. doti.l. penul.ff.de donatio. Rurſus & cõiunctio ſanguinis præſumptionem etiã adiungit cæteris concurrentibus l.fina. §.fin. ff.de donatio.cum ex coniecturis inter coniunctas perſonas facile præſumatur latè Menoch.lib.præſ.3.pręſ.23.cum ſequen.multis. hunc ſenſum improbant multi & michi non placet, quia fruſtra ageremus de ſtipulatione ſi ratione pacti donata ea dos fratri fuiſſet in eo text.quæſtio noſtra eſt an ex eo ſolo quod frater adhibitus fuit videatur ſibi donatum à ſorore.

10 Secundo † limitatur quando coniuncta perſona adhibita fuit animo donandi tunc certè donatio reſultabit in fauorem illius qui ad ſtipulandum adhibitus fuit. ſic gloſſ. penul.in dict.l.cum maritus §.fin.& eſt communis traditio vt affirmat Alexan. in dict.l. quæ dotis num. 4. & 7.Iaſ. num. 11. Bolog. num.46.& 59.poſt Roma.num.5. Angul.in l.3.de meliora.gloſ.4.num.62.atque in hunc ſecundum intellectum intellexere prædicti dict.§.fina.l.cum maritus, in hunc etiam ſenſum intellexere dict.§. Areti.conſil.74.num. 3.Socin.ſeni. conſi. 53.col. 3. Menoch. ſibi contrarius conſi.286.num. 30.lib. 3.at in d. l. quæ dotis non conſtabat de animo donandi.

11 Quæ ſecunda † conciliatio eſt cum tex. in dict.l.quę dotis. Barto. tamen hunc intellectum & conſequenter conciliationẽ impugnat dicens ſenſum dict. §. fina. eſſe omnino diuinatiuum, cum non conſtet ex aliquibus illius §.verbis fratrem adhibitũ fuiſſe animo donandi.vel vti procuratorem mulieris; primo enim caſu reuocare donationem ſtipulatione quęſitam nequit, dict.l.perfecta C. de donatio. Secũdo cum ſtipulatio nomine mulieris & ad ipſius vtilitatem interpoſita cenſeatur, libere eam poterit reuocare l. idemque §.ſi cui ff.manda.l. Seya.de dot. præleg. d.l.cum quis decedens §.nuptura de lega.3. verum ſuperior intellectus cõmunis videtur.

12 Tertio limitatur † eſtque tertia conciliatio & alter d.§.fina.intellectus, quando frater, & ſic coniuncta perſona fuit ſtipulatus dotem reſtitui in certum caſum: ſcilicet ſi morte mulieris ſolueretur matrimonium,
13 ideo animus donandi præſumitur; † cæterum ſi in omnem euentum dotis reſtituendæ non præſumeretur niſi de eo conſtaret iuxta gloſ.1.in dict.l.quæ dotis & ibi cæteri. Bart. in d.l. quę dotis quem alij ſequuti ſunt quos etiam refert & probat Menochi. dict. præſump.num.17. cum ſequent. Improbant cæteri hunc intellectum & conciliationem ex l.2. C. de iur. dot. vbi ſtipulata filia reſtitutionem certæ partis dotis ſi morte matris ſolueretur matrimonium, innuit donãdi animum non pręſumi niſi de eo conſtet.

Accedat ſecundo quod ſtipulatio interpoſita in omnem caſum reddendæ dotis verificari non poteſt, niſi quando morte mulieris ſoluitur matrimonium l.2.ff.de pact. dotali. Hinc ſequitur quod cum in eo caſu tantum verificari poſsit, caſus pro expreſſo habendus eſt l.2.cũ ſimili.de libe. & poſthu. Tertio infringitur ſenſus hic ex l. poſt dotem ff.ſolut.matrimo.vbi pater adhibitus fuit ad ſtipulandum dotem filię datam in certum caſum diuortij,& tamẽ non præſumitur animus donandi.

Vera igitur reſolutio eſt ſtipulatorem adhibitum licet coniunctam perſonam ad dotem ſtipulandam non cenſeri donandi animo adhibitum, niſi animus aliquibus coniecturis præter coniunctionem ſanguinis adiuuetur, quod aperte docet text. in dict. l.2. C.de iur.doti. vbi ſine coniunctione ſanguinis Iuſtinianus,& animum deſiderat.

14 Secundus † caſus eſt in extraneo; in quo regula ſuperiori ſimilis ſtatuitur extraneum ad ſtipulandum adhibitum animo donandi adhibitum non cenſeri ſed veluti procuratorem & mandatarium, quod in dubio præſumitur; cum donationis coniectura capienda non ſit dict. l. cum de indebito l. ſi cum aurum de ſolutio.cum vulgat.quoniam ſi inter coniunctas perſonas adiunctio hęc ſtipulantis dotem non facit præſumi donationẽ vt priori regula, minus quidem in extraneo:
15 præcipue in muliere † quę ſua natura rapax & auara eſt l. ſed ſi ego ad fin. ff. ad. S. C. Velleyá.fusè Menochi. libr. 3. præſump. 3. pręſ.a num. 1. Rurſus cum alia quam donationis coniectura capi poteſt, hęc amplexanda eſt non donationis l. eleganter §. qui reprobos de pigno.actio. dict. l. ſi cum aurum Menochi.dict.pręſ.10.num.3.idem de arbitra.iudi.caſu.88.lib.2.à num. 1.& præſ. 12. num.11.lib.3.pręſ.71.num. 2.eo.libr. egregie Surd.tract. de alimen.titul.6.quęſ.1.nu. 4.5.6.7.

Digitized by Google

4.5.6.7. At hic poteſt alia ſumi coniectura,
quod ſcilicet mulier ſtipulatorem adhibue-
rit vti procuratorem & magis idoneum, hæc
ergo capienda erit.
16 Accedat † quarta ratio quoniam mulier
nec volente ipſa poteſt libere de dote etſi
patrimonium proprium illius eſſe dicatur l.
3.§. ſed vtrum de mino. ſibi præiudicare ne
ſibi ipſi nubendi facultatē prædefectu dotis
præſcindat, dixi hoc li.q.1.impedirētur enim
nuptię ſecundæ quod iure vetitū fuit. l. 1. &
tit.C.de indic.vidui. tollen. vnde nec quidē
expreſſe donare dotem poteſt Caſtren. &
Iaſſ.in dict.l.quæ dotis Nouel.tract. de dot.
part.6.priui.69.num.2.Menochi.dict. præſ.
17 10.num. 4. † vnde dixit egregie Pala. Rub.
in cap.per veſtras §.11.num.1.de dona. int.
vir. & vxor. quod mulier non poteſt aliquid
facere in præiudicium dotis vbi ex facto ſuo
dotium iura lęderentur l. de die cum tribus
ſequen.ff.de pact.dotali.quod multis ibi oſ-
tendit exemplis; Addit.§. ſequenti 12.num.
1. quod mulier in dote non habeat liberam
diſponendi facultatem. His ſimile eſt, quod
ſingulariter tradit Alex.in l. 2. §. quod ſi in
18 patris ff.ſolut.matrimo.num.3. † quod licet
pactum à patre factum circa dotis reſtitutio-
nem præiudicet filiæ poſtquam effecta eſt ſui
iuris vt dixit text.in l. 2. §. quod ſi in patris
ff.ſolut.matrimo. intelligendum erit in cer-
tis caſibus, his ſcilicet in quibus poteſt ſibi
præiudicare vbi nec doti illius iuribus & fa-
cultati iterum nubendi pręiudicatur, quos &
his ſimiles caſus coaceruarunt Alciat.in dict.
§.quod ſi in patris num.38.& Parpa. nu. 57.
& Alex.ſequitur & probat Barboſ.in dict.§.
num. 47. vnde in extraneo adhibito ad ſti-
pulandum donatio præſumi non debet. Et
procedit regula in caſu dubio vbi ſtipulator
adhibitus totam dotem ſibi reſtitui ſtipula-
tus eſt, quoniā ſuperiores adductę rationes
in hac ſpecie militant vt multorum authori-
tate docet Menoch.d.pręſ.10.a nu.5.
19 Declaratur † nunc regula vt procedat vbi
ſtipulator totam dotem ſtipulatus fuit; ſecus
ſi aliquam illius partem, quoniam in eo caſu
ad donandum adhibitus cenſetur l. quę do-
tis ff.ſolut. matrimo.l.2.C.de iur. doti.Bar-
tol.in dict.l.quæ dotis nu.2. Salicet. Angel.
& Bologne. quos ſequitur idem Menochi.
dict. præſ. num. 7.& 8. verum hęc Barto.&
aliorum opinio ab omnibus fere commu-
niter improbatur vt dixi ſuperius in princi-
pio: quæ maxime confunditur ex text. in d.
l.cum maritus §.fin.de pact. dotali. cui non
oberunt ſolutiones duæ per Menochi.aſsig-
natæ dict.præſ.num.14.Non prima quod in
eo §. fina. fuit ſtipulator adhibitus ad totam
dotem, ſecus ſi ad partem dotis: quoniam
ſicut donatio in toto non præſumitur, ſic nec
in parte vt ex alijs ſupra dixi, idque maxime
in extraneo de quo agimus, cui res noſtræ
20 nullo iure debentur. † Secundo tex.in §.fin.
loquitur in fratre & ſic coniuncta perſona, in
qua facilius donationis coniectura capi po-
teſt vt & ſuperius animaduerti, maxime in re
modici valoris, tunc enim coniunctam per-
ſonam ad ſtipulandum adhibitam ad donā-
dum præſumi poteſt adiectam fuiſſe l. ſi ſer-
uus ſecundum veriorem intellectum ff. de
donatio.int.vir.& vxor.Bald.conſil.19.libr.
1.Barba.Purpura. Ruin.Fulgo. Seyſel. Bo-
logne.quos ſequitur & refert Barboſ.in dict.
l.quæ dotis num.20.ad medium: Neque ob-
ſtat ſecunda ſolutio eiuſdem Menoch. ibidē
quoniam inuertit omnino nedū ſenſum ſed
& verba illius §. vnde idem ipſe Menochi.
ſibi parum conſtans conſ. 286.num.30. li.3.
agnoſcit verum §.illius intellectum quem cū
Socin.& Aretin.retuli ſuperius in verſic. Se-
cundo limitatur ibi videndus.
21 Secundo † declaratur vt non procedat
quoties in vnum caſum ſtipulator fuit adhi-
bitus, veluti ſoluti matrimonij morte mulie-
ris, tunc donandi animo adhibitus videtur,
ex dict.l.cum maritus §.fina.ſecundum Bar-
to.intellectum quem ſequuti ſunt Salice. &
Iaſ.in dict.l.quæ dotis.& eos refert & pro-
bat Menochi.dict.præſ.num.17. etſi impro-
bet ſenſum Barto.ad dict. §. fina. Verum is
ibi ex alio tuetur Bartol. traditionem; quia
ſtipulatio (inquit) in vno tantum caſu facta
non habet aliam coniecturam quam dona-
tionis, quia nulla alia ratio reddi poteſt,
quare voluerit ſtipulatorem illum ſtipulari
ſibi reddi dotem in eo caſu, non in cæteris:
22 Quæ † Menochij conſideratio diſplicet, nā
cum fuerit adhibitus ad ſtipulādum in certo
caſu alia etiam coniectura quam donationis
capi poteſt, quia veriſimiliter crederet mu-
lier in eum caſum & non alios diſſolutum iri
fore matrimonium, & eundem ideo in eo
caſu adhibuit quod de illius opera & faci-
liori exactione confideret, ad ea quę in prin-
23 cipio dixi quæſtionis. Præterea † & Menoch.
traditio inuertitur quia in dubio diſponens
pręſumitur motus non ex vna cauſa tantum
ſed ex pluribus, etſi ignotæ ſint nobis. Salice.
in l.2. C. de Noxa. actio. Iaſſ.Rip. Curri.&
Gozadi.quos citat Surd.deciſio.322.nu. 64.
igitur non donationis coniectura capienda
eſt. Rurſus à Bartoli traditione recedunt
communiter alij quos refert Iaſſ. in dict. l.
quæ dotis num. 11. Bolog. num.42. Claud.
num.1. Vincen.num.5. Barboſ.nu.10. moti
tribus pręcipuè quę retuli in prima regula
limita.3. Neque obeſt Iaſſo.ſolutio ad dict.
l.quæ dotis, loqui cum text.in patre cui ſine
ſtipu-

ſtipulatione competit ius dotem repetendi, quam conſeruare debet filiæ vt iterum nubere poſsit auth. quamuis C. de rei vxo. actio. quam vt rectè Bologne. replicauit in d. l. quæ dotis num. 42. ſi in patre adhibito ad ſtipulandum non præſumitur donatio, multo minus in extraneo preſumi debet, qui ante ſtipulationem ius nullum habet. Neque obſicit triplicatio Menochij reſpondentis, differentiam maximam eſſe inter extraneũ & patrem, quia inquit in extraneo nulla alia coniectura quam donationis ſumi poteſt, in patre vero ea ſumitur, quod ſua ſtipulatione voluerit ius ſibi competens in dotis exactione confirmare, vt eam magis conſeruet filiæ, ne alias ex proprio patrimonio ipſam dotare cogatur: quoniam & in extraneo alia quam donationis coniectura ſumi poteſt, quando non vna ſed multis ex cauſis motam fuiſſe mulierem credendum ſit. vt ſupra. Extremo non obſtat conſideratio illa Menochij, qua aduerſus Bologneti rationem Bartolum improbantis vtitur ait Bolog. aduerſus Bartol. & rectè: quod adhiberi nullus poteſt ad ſtipulandum in omnem euentum & caſum, ſed dumtaxat in caſu ſoluti matrimonij morte mulieris, & tunc vbi ſui ipſius iterum nubendi libertatem non adimeret l. de die cum ſequen. tribus de pact. dotali. l. quamuis C. de pact. dotali. ſicque tacitè vel expreſſe in caſum mortis mulieris: At ſi vera foret Barto. traditio ſemper ad ſtipulandum adhibitus, animo donandi adhibitus videretur, & numquam procuratorio nomine, hoc vero falſum eſſe idem Barto. fatetur, cum in multis caſibus veluti mandatarius & procurator adiectus cenſeatur. Reſpondet Menochi. quod adhiberi quis poteſt per mulierem ad ſtipulandum dotem ſibi reddi etiam in alio caſu ſoluti matrimonij, quam per mortem mulieris, vt in caſum diuortij, vel etiam mortis mariti: poteſt enim ait ille, mulier ſibi præiudicare in dote ſua, quæ illius proprium patrimonium eſt l. 3. §. ſed vtrum de mino. & ideo inquit videmus filiam poſſe conſentire patri vt ſibi appropiet dotis actionem l. quoties l. poſt dotem. l. penul. §. ſi veſtræ ff. ſolut. matrimo.

Neque addit idem Menochi. obſtat text. in dict. l. 2. de pact. dotali. nec dicta. l. quamuis; quoniam procedunt illæ ne marito damnum inferatur Iaſon. in dict. l. quæ dotis nu. 2. Claud. num. 2. Et ideo ratio dict. l. 2. ne mulier remaneat indotata generalis non eſt ſed particularis in eo caſu tantum: hæc ille, quæ tamen vera non ſunt, & receptiſsimis omnium aduerſantur traditionibus. Imprimis mulier inquit pacto ſuo niſi vbi illius ſolueretur matrimonium morte quidquam de dote deponere etſi illius ſit patrimonium ratione ſupra à me adducta in hoc caſu vbi Caſtren. Palat. Rube. & alios citaui plures quibus addo eruditiſsimos Theſau. Caſſan. Surd. & alios quos retuli hoc lib. quæſt. 1. lo-
24 quentes † in terminis dict. l. 2. de pact. dotal. concorditer cum communi affirmantes pacta mulierum quibus dotis conditio & ſui ipſius deterior efficeretur non valere; cum interſit Reipublicæ dotes mulieribus conſeruari vt nubere poſsint & liberis hominibus ciuitates replere: ſic enim idem Bartol. docuit in l. conſtante ff. ſolut. matrimo. non poſſe mulierem nec tacitè nec expreſſe renunciare beneficio l. vbi adhuc C. de iur. doti. vt dixi fusè hoc lib. quæſt. 41. vnde nec ſcribi Menochij animaduertio, nec dici debuit. idem nouiſsimè cenſit cum communi Barboſ. in dict. l. quæ dotis num. 12. in fin. cum ait quod admiſſo communi intellectu dict. l. quæ dotis, quod ſtipulatores fuerunt admiſsi ad ſtipulandum dotis reſtitutionem donandi animo, intelligendum eſt, non ſic valere pactum generaliter, ſed tantum quãdo morte mulieris ſolueretur matrimonium citat dict. l. 2. de pact. dotali. Paul. de Caſtr. Alex. Claudi. Bologne.

Neque altera ratio Menochij facit, qua conſiderat, poſſe filiam conſentire patri vt ſibi appropiet dotis actionem; quoniam nullum in hoc pacto filiæ vertitur præiudicium; cum intelligatur conſenſus præſtitus, dum patris pactum conferatur in mortem mulieris, nam aliàs pactum patris etiam in continenti appoſitum dum filia nuptui traditur ipſi non præiudicaret dict. l. 2. de pact. dotali. ita efficitur vt dũ filia viuit actio remanet in ſuo eſſe; tantũ id operatur vt mortæ filiæ alteretur quoad reſtitutionis effectum l. quamuis C. de pact. conuen. Barboſ. in l. ſi cum dotem in principio num. 4. in fine ff. ſolut. matrimo. Secundo reſpondetur non ſibi præiudicare filiam ſic conſentientem patris ſui voluntati quoniam ei cõſentit qui eandem dotare tenetur auth. ſed quamuis C. de rei. vxo. actio. quæ ratio ceſſat in extraneo, ideo illi conſentire non poſſet ne dotis conditionem deteriorem faciat dict. l. 2. & ſupra citatis; hinc argumentatio Menochij inutilis omnino eſt. rurſus ſi valet conſenſus filiæ quoad patrem intelligitur in his caſibus in quibus poteſt ſibi præiudicare non in alijs Barboſ. in dict. l. 2. §. quod ſi in patris num. 47. ſolut. matrimo. Cætera quæ ad hanc pertinent materiam ab interpretibus in d. l. quę dotis & a Menoch. dicta præſ. petenda ſunt.

SVM-

Digitized by Google

SVMMARIVM.

1 *An pater poſsit dotando filiam, fideicommiſſo eius dotem ſubijcere.*
2 *Pater regulariter nequit filiæ in dote præiudicare.*
3 *Filiabus ſolita dari legitima non admittit grauamen.*
4 *Dos patris à matre egreſſa redire nequit in illius poteſtatem.*
5 *Semel conſtitutæ dotis conditionem deteriorare nequit Pater.*
6 *De voluntate filiæ grauamen admittit eiuſdem dos.*
7 *In quantitate dotis excedente legitimam grauari poteſt filia à Patre.*
8 *Si filia acquiſiuerit iam ius ad quantitatem excedentem legitimam grauari etiam in ea nequit à Patre.*
9 *Si maritus ſtatuto, vel pacto certam dotis portionem lucretur in præiudicium mariti nequit Pater fideicommiſſum in dote excedente legitimam apponere.*
10 *Si ſtipulatio in perſonam Patris concipiatur incluſa filia non poſſet Pater filiæ grauamine præiudicare.*
11 *Stipulatione modo dicto concepta quæſita eſt actio Patri, & filiæ.*
12 *Sufficit mulierem eſſe præſentem tempore ſtipulationis vt ſibi actio quæratur.*
13 *Stante pacto in capitulis matrimonialibus inito quod filia ſine liberis defuncta vir certam lucretur portionem fideicommiſſum inſtituiſſet Pater poteſt in quãtitate excedente legitimam.*
14 *Bartoli traditio adducitur.*
15 *Subſtitutio induci à Patre poteſt intra pubertatem pupillaris directa, & extra pubertatem vt fideicommiſſaria in quantitate excedente legitimam.*
16 *Idipſum dicendum quando Pater in teſtamento filium vniuerſalem hæredem inſtituit.*
17 *Cyni, & Dyni exceptio adducitur.*
18 *Pater nequit grauamen adijcere quantitati dotis excedenti legitimam quando illa competeret actione ex ſtipulatu.*
19 *Bartholi intellectus, adducitur.*
20 *A communi declaratione non recedit author.*
21 *Pater licite grauat filiam in dotem fidei commiſſum iniungens quando tantundem reliquiſſet filiæ.*
22 *Pater nequit præiudicare filiæ in dote data niſi tantundem denuo det.*

QVÆSTIO. LVI.

PATER IN CONTRACTV nuptiali an poſsit in dote data filiæ, fidei commiſſum inſtituere, nec ne, & quibus in caſibus liceat.

QVANDO præcedenti quæſtione de Patre egimus à filia ad ſtipulandum adhibito, quando dotem donare videatur & obiter dixi, non poſſe patrẽ filię in dote præiudicare, imo nec ſe ipſam. videndum nunc,
1 † an pater poſsit dotando filiam fideicommiſſo dotem filię ſubijcere, ſcilicet in caſum deficientium liberorũ, aliter enim non liceret: Quę ſanè quæſtio & vtilis & pulchra eſt. Bartoli igitur ordinẽ non ſequendo. Qui in l. fina. §. filiæ ff. de lega. 2. regulá conſtituit negatiuam, eandem ſequendo, regulá
2 conſtituo, † patrem regulariter non poſſe filiæ in dote præiudicare, nec illius liberam filiæ circa dotem ſuam diſpoſitionẽ reſtringere: probat aperte regulam tex. in d. §. filię, idem Bart. in l. Lucius §. maritus ff. ad Trebel. Pau. de Caſ. in d. §. maritus vbi regulam communẽ dixit. Quamquã Alex. poſt Silmã. & Io. Andr. & antiquiores tam dubiam exiſtimet quæſtionẽ vt dixerit, poſſe iudicem in quamuis partem inclinare. Verum interpretes cęteri eam traditionis Bart. rationẽ reddiderũt, quod dos proprium ſit mulieris pa-
3 trimoniũ, & † quę fere ſemper ſolet filiabus cõſulere; cæterũ legitima nullũ admittit grauamen, quæ nõ ex diſpoſitione vel facto Patris debeatur, ſed legis naturali ratione id
4 diſponentis: Neq. dos † patris manus egreſſa, in patris poteſtatem redire non poteſt, l. deniq. §. ſed iuſtum ff. de mino. l. 2. C. de his
5 quæ in fraudem credito. Deteriorẽ autem † conditionẽ dotis ſemel conſtitutę aduerſus voluntatem filię pater facere nequit. l. cum à ſocero C. de iu. doti. l. pater filiũ ff. ad. l. falcid. dixi relatis innumeris exemplis in præfatione, li. 3. huius tractatus. Sequitur regulá Bartol. Imol. in d. §. filię, & in d. §. maritus. Bal. Qui ſic multis argumentis adductis reſpondit. conſ. 301. li. 4. Rodri. Xuar. in l. quoniam in prioribus nu. 2. amplia. 6. C. de ino. teſt. vt autem clarè & familiariter quæſtio hæc explicetur duos caſus diſtinguendos eſſe putauerim.

Primus quid in contractu matrimonij, ſecundus quid in teſtamento.

Circa primum de quo queſtio propoſita eſt, regula ſupraſcripta Bart. obſeruanda eſt.

6 Declaratur primo † regula niſi de voluntate filiæ id fiat, tunc ſcilicet cũ pater tantũdem filię dedit. non aliter, & cum pater ſibi ſoli dotẽ reddi ſtipulatus eſt. Reſpõdit Alexan. conſi. 20. 3. li. idem cenſuerunt Meno. Surd. & alij citandi poſt in declaratione ſecundi caſus.

7 Declaratur. Secũdo, † vt poſsit pater grauare filiam in contractu matrimonij in dote ſua, quatenus dos excedit legitimam, nõ aliter

ter

ter docuit Bartol.in lucis ſup.ciratis poſt Dy.
Cyn. Fabr. & alios antiquiores in l. 2. §. vi-
deamus, C.de rer. vxo. actio. Roma. conſil.
134.nu.3.Pau.de Caſ.conſil.59.nu.1.& conſ.
16.li.3.nu.2.Guid.Pap.conſi.98. nu.2. idem
deciſ.913.Iuan.Philip.reſpon.47.n.34.Viui.
qui ſic deciſum.deciſ.238.lib.2.ſic & in legi-
tima filij receptũ, l.ſcimus §.cum autẽ C.de
inof.teſta.Bart.Bald.& cæteri cum Ludo. de
Molin.qui alios de Hiſpa. 1. li.2.ca.1. n.29.
8 Subdeclarat idem Bartol. † traditionem
& rectè; niſi iam in totum actio filiæ fuiſſet
quæſita, vt quia poſt dotis donationem & ſti-
pulationem in ſolius filię perſonam concep-
tum, pater vellet fideicõmiſſum conſtituere,
perperam enim pater ageret neq. filia vel il-
lius hæredes, etſi ſine liberis moreretur fidei-
commiſſarijs dotales res reſtituere teneren-
tur, etiam in eo quod legitimám excederet,
eſt tex.eleganti.in l.Titia.§.qui in vita ff. de
9 lega.2.Hinc primo infertur, † quod vbi pa-
cto, ſeu ſtatuto maritus certam dotis portio-
nẽ lucraretur, in pręiudicium mariti nequi-
ret pater fideicommiſſum inſtituere ad illius
præiudicum; donatione ſemel perfecta ſicut
poſt Bart.Alex.& antiquiores conſuluit De-
ci.conſ.35.Bere.conſi.139.nu.23.& ſequen.
Natta.conſ.609.nu.42.alios Caualca. deciſ.
42.num.43.part.1.
10 Quinimo etſi ſtipulatio † concepta fuiſſet
in perſonam patris, dum & filia incluſa etiam
fuiſſet, non poteſt pater ad præiudicium filię
grauamen imponere ſicuti poſt Bal.conſi.58.
li.2.ſcripſit Vincen.Paleot. tract.de dote.n.
7.8. rationem reddiderunt quoniam ex ſti-
11 pulatione hoc modo † concepta fuit ius quę-
ſitum filię dotatæ, cum tam patri quam filiæ
actio ſit quęſita Gabri.conſi.129.nu.8.vbi ci-
tat Alex.& Guid.Pap.& Gabriel.citat.Surd.
deciſio.129.num.16.
12 Quinimo cenſuit Ripa † in l.1.n.33.ff.ſo.
mat.ſufficere mulierem eſſe pręſentem tem-
pore ſtipulationis ad hoc vt ſibi etiam actio
quæratur, & licet de Ripæ traditione dubita-
uerit Gabr. ſupra, probauit tamen Ripę tra-
ditionem Cæphal.conſ.156.n.41.li.2. & hæc
de primo caſu. Secundo infertur ad deciſio-
nem illius quæſtionis (*quam poſt ſcripta ſupe-
riora dum in manus incidiſſent quæſtiones fo-
renſes, Gaſpa. Theſau. filij Antonij, ſimilis in
omnibus patri,*) adfert li.1.q.63.nu. 29.& in
illo Pedemon. Senatu deciſum. Num ſtante
13 † pacto in capitulis matrimonialibus inito
per patrẽ, quod filia ſine liberis defuncta, vir
certã lucretur portionem, poſsit poſt pater
in teſtamẽto, de reſiduo dotis in pręiudicium
filiæ diſponere, vel ſaltim grauare filiã fidei-
commiſſo, præſupoſito quod nulla aderat ſti-
pulatio expreſſa circa dotis reſtitutionem: ex
ſuperiori enim Bar.& aliorum traditione cõ-
muniter recepta conſtat, poſſe patrẽ in dote
filiæ conſtituta in eo quod excidit legitimã,
eandẽ grauare onere fideicõmiſsi, & conſe-
quenter iudicatum rectè in illo Senatu, filiam
hæredem à patre inſtitutã, quæ mortuo patre
hęreditate repudiata, virum ſuum hæredem
inſtituerat, id iure non potuiſſe in præiudiciũ
fideicõmiſsi per patrem filię iniũcti. Duabus
potiſsimum rationibus quas inibi recenſuit:
& licet ille in ſuo caſu aliter ſentiret. tandẽ
confirmatam ab illo Senatu ſententiam re-
fertis videndus.
Circa ſecundũ caſum, quid in vltimis volũ-
tatibus vbi teſtator in teſtamento poſt dotẽ
filiæ datã & nuptã fideicõmiſſo eam ſuppo-
nit.in qua quæſtione Theſau. Tres conſtituit
caſus. Ego poſt Ioan. Philip. conſ.47. nu.29.
caſum hunc ſecundũ in duos ſubdiuido. Pri-
mus in enupta filia virgine, quę tẽpore mor-
tis patris nec dotẽ recepit, nec nupſit, alter,
cum nupſit ante mortem patris, & grauat in
dote filiæ ſuæ maritatæ, eandem filiam.
14 Ad primũ. Regula poſſe patrem † titulo
inſtitutionis dotẽ filię relinquere. Bart.cõmu
niter receptus in l. Titi.§.Titio genero ff.de
condi.& demonſ.Bal.in l.ſi pater C. de ino.
teſta. ſequãtur cæteri ibi & poſt alios Vaſq.
15 quę cũ ſit pro legitima † intra pubertatẽ vt
pupillaris directa, extra pubertatem vero in
eo quod legitimã excidit vt fideicõmiſſaria
ſuſtinebitur ſic interpretes omnes in l.ex tri-
bus C.illo.eo.tit.& cõueniunt cęteri, Io.Phi-
lip.d.conſ.47.n.29.Gaſ. Theſau.d.q.63.nu.
12.vbi idem fore ſcribit: quando filia ab ſta-
tuto foret excluſa is ibi latius. Id ipſum dicẽ-
16 dum quando † pater in teſtamento filiũ vni-
uerſalem hęredẽ inſtitueret, & fideicõmiſſo
grauaret, poſt vero patris mortem nuberet, &
bona hæc in dotẽ conſtitueret viro ſuo, quar-
tam non obſtante fideicõmiſſo poterit pro
portione legitimę & trebellianicæ ſibi com-
petẽti in dictis bonis, dotẽ conſtituere viro,
& pactũ ſimul adijcere de lucrãdo certa por-
tione per maritũ in caſum præmoriẽtiæ vxo-
ris & lucraretur maritus non obſtante fidei-
cõmiſſo. celebris tex.& famigeratus in l.mu-
lier §.cum proponeretur ff.ad S. C. Trebel.
reſoluit poſt multos à ſe relatos Pereg.tract.
de fidei.art.42.nu. 22.alios Theſau.d. q.nu.
14.vbi multum commendat.
Ad ſecundũ caſum qui maiores in ſe con-
tinet difficultates, ex contrarietate text. in l.
fina.§. filiæ delega. 2.& text.in l.à filia ff.ad
Trebel.S.C.regula cõſtituitur, in eo quod ex
cedit legitimam poſſe patrem fideicommiſſo
grauare filiam nuptam in dotibus datis, ſic
17 intellexerũt.Cyn.& Dyn. † tex.in d.l.à filia,
& licet pleriq. circa intellectũ huius legis re-
pugnent,

Digitized by Google

pugnent, probatur tamen communiter traditio, ſicut ex nouiſsimis oſtendit Theſau. ſup. d.q.nu.12.& 13. vbi plures in hanc citat opinioné Ioan.Phil. d.conſ. 47.nu. 33. vbi citat Dy.Cy.Bar.Bal.Caſtren.Alex.& Iaſ.& alios plures recenſuit Caual.non citatus ab his deciſ.28.nu.29.part.3.

Cuius traditionis ratio eſt, quoniam quod vltra legitimam donatum fuit, grauamen & onus recipere poteſt, ſicuti dixi.ſup.nu.7.

Regula hæc multis modis declarari ſolet ab interpretibus iuxta varios ſenſus & intellectus d.§.filię,& d.l.a filia.

18 Primo declaratur ✝ niſi actio dotis ſemel conſtitutæ filiæ nuptę repetendę, ſoli filiæ cõpeteret ex ſtipulatu actione, excluſo patre eo in caſu, non poſſet pater in pręiudicium iuris filiæ & marito quiſitæ, grauamé etiam in eo quod excedit adijcere.l.cum dos ff. de pact. dotali.l.quoties ff.ſo.matr.l. Titia cũ teſtam. §.qui inuita, de leg.2. Bart.expreſsim in d.§. filię.Bal. in l.quoniã nouella C.de ino. teſta. Io.Phil.d.reſ.47.n.32.in his igitur caſibus, in quibus actio dotis repetendæ ſoli filiæ cõpetit.de quibus in l.2.§.1.l.poſt doté ff.ſol.ma. l.2.§. videamus C. de rei. vxor. actio, in his multũ onus, grauamen nullum imponere pater poterit. Secus vbi pater ſibi vel hæredibus ſuis dotem reddi fuiſſet ſtipulatus, & hęc opinio ſatis æqua,& cũ iure coniũcta videtur, in qua reſidet Theſau. d.quæſ.num.18.ex ratione per eum tradita ibi.

19 Secundo declaratur ✝ vt procedat in fideicõmiſſo particulari iniũcto filię in dote, poſt nuptias conſtruendas à filia, ſic enim fideicõmittendo poteſt pater in teſtamento filię doté grauare d.l. fina.§. filiæ ſecundum intellectũ Bart.& cõmuné, ſecus in vniuerſali in quo dos non continetur.d.§.a filia ad Trebel. d. l.mulier §.cum proponeretur ff.ad Trebel.S.

20 C.dum tamé ✝ particulare fideicõmiſſum iniũctũ filię in dote, aliquid habeat vltra legitimam, quia infra eam minimè valeret ex his quæ ſup.& hunc intellectũ Bart.dixit cõmunem Theſau. d.q.63.nu.16.poſt principium, vt veriorem ſequitur Io.Phili.d.conſ. 47.nu. 32.& ſeq. Bal.& Natt. quos refert idé Theſau.d.q.nu.9.quãmis ipſe aliter & noue opinetur, confutando Io.Phil.traditioné, ſimul & aliorum, à qua tamé vti magis communi & 21 vera recedendũ non eſt. Nam ✝ & affirmare vt ille affirmat intelligendũ d.§.filiæ. vbi pater ſibi & ſuis hæredibus doté reddi ſtipulatus fuiſſet, etſi in ſe vera traditio ſit, ex his quæ ſuperius ſcripſi, tamé quoad d.§. intellectum eſt omnino diuinatiuus nec enim ex aliquo illius §.verbo colligi poteſt, patrem ſibi antea & ſuis doté ſtipulatum fuiſſe, nec colligitur ex d.l.a filia, ſolã filiam in caſu illo ſtipulatam ſibi reddi dotem fuiſſe, atque ideo non potuiſſe grauari fideicommiſſo, quia ius quæſitum filiæ media ſtipulatione facta patris tolli non potuit.

22 Tertio declaratur ✝ vbi pater, qui in doté fideicõmiſſũ iniuncxit, filiæ reliquiſſet tantũdem filię quantum dos ipſa aſcenderet, eo in caſu licet grauare filię doté & fideicommiſſo ſubmittere.d.§.filiæ. ſecundũ intellectũ Bal. in l.cum virũ C.de fideico.at ſi non tantundé relinqueret, non poſſet, d. l.a filia. traditionem Bal.& illius intellectũ qui fuit ante Alberi.in d.§.filię ſequuti ſunt Iaco. de Bello. viſ.Imol. Paleot.Hippo. Rimin.Rod. Xuar. Sali.Bertra.Floria.& Milan.deciſ.20.nu.47. Quos refert Theſau.d. q. n.10.& 11.& licet vera ſit in ſe traditio & intellectus, cũ pater

23 ✝ nequeat pręiudicare filię in dote data, niſi tantũdem denuo det filię Bart. in l.vt iu.iur. §.ſi liberi. ff. de oper. liberto.cum alijs à me ſæpius traditis in hoc tractatu, tamen quoad d.§.filię & d.l.a filia, diuinat ſenſus omnino, ſic non immerito dixit Alexan. in d.l.a filia. non increpandum iudicé vel aduocatum, qui in alterutram partem inclinaret.

SVMMARIVM.

1 *Æſtimatio venditionem facit.*

2 *Æſtimatio efficit vt contractus præſumatur emptionis & venditionis.*

3 *Æſtimatæ res marito tradita venditionem operantur.*

4 *Æſtimatæ res vbi ex conuentione dantur marito, breui manu in venditionem reſoluitur.*

5 *Æſtimatione facta in contractu matrimonij pretium vxori vel hæredibus non autem res æſtimatæ reddi debent.*

6 *Pretij nomen emptionem deſignat.*

7 *Pretium & res eodem iure iudicatur.*

8 *Æſtimatio vbi fit in rebus dotalibus duo contractus celebrantur, quorum vnus exprimitur & alter occultatur.*

9 *Pretium ſuccedit loco rei.*

10 *Æſtimatio rerum dotalium certa eſſe debet vt venditionem operetur.*

11 *Pactum, quo res dotales dicitur æſtimatas tradi, alio non declarato non inducit venditionem.*

12 *Pretium de ſolemnitate materiali eſt contractus emptionis.*

13 *Pretia rerum indies variantur.*

14 *Solemnitates formales, efficientes, & finales nunquam mutantur.*

15 *Pactum de antiquo celebratum, quo dicitur res dotales fuiſſe traditas marito æſtimatas probationem facit.*

16 *Pretium in venditione in arbitrium tertij conferri poteſt.*

Socini

17 *Socini opinio.*
18 *Voluntatem contrahẽtium lex amplectitur eo modo quo poteſt in his,quæ per rerum naturam ſibi poſſunt.*
19 *Venditionis pretium in arbitriũ tertij collatũ. tertio non arbitrante irritatur contractus.*
20 *Dotis fauore tertio non arbitrante pretiũ æſtimationis, non irritatur conuentio.*
21 *Opinio Barboſ. reprobatur.*
22 *Æſtimatio,quæ non fit per tertiũ in rebus dotalibus poteſt fieri per virum bonum authoritate legis.*
23 *Tex.in l.cũ poſt §.gener a ſocero ff.de iur.dot. declaratur.*
24 *Mulierũ intereſt æſtimatas res maritis tradi propter periculum.*
25 *Res dotales æſtimatæ etiam ſi veſtes ſint,quæ vſu deteriorantur propter æſtimationem deterioratio ad maritum pertinet.*
26 *Æſtimatione facta eo animo vt non inducat venditionem ſoluto matrimonio maritus res dotales reſtituit.*
27 *Æſtimatio rerum dotalium iuſta & eõdigna emptionem operatur,iniuſta minime.*
28 *Remediũ legis ſecũdæ C.de reſcindẽda venditione locũ habet in reb⁹ æſtimatis dotalibus.*
29 *Cõmunis reſolutio qualis,an beneficiũ d. l. 2. locum habeat in rebus dotalibus æſtimatis.*
30 *Remediũ l.2.C.de reſcin. vendi. incognitum erat de iure digeſtorum.*
31 *Dotalibus rebus æſtimatis in dotẽ datis nõ extãtib⁹ æſtimatio qualiſcũq; ſit præſtãda eſt.*
32 *Mulier reſtitutionem petere poteſt aduerſus dotẽ marito datã ſi is tãta dote dign⁹ nõ erat.*
33 *Æſtimatio rerũ dotaliũ facta poſt cõtractum matrimonium æſtimationem non facit.*
34 *Maritus non ſoluendo effectus poſt æſtimationem factam bona æſtimata reddere tenetur.*
35 *Mulier nedũ à marito,ſed & ab illi⁹ heredibus atq; etiã tertio poteſt vindicare res dotales æſtimatas vbi mariti bona nõ reperiũtur.*
36 *Riminaldi ratio à Didaco improbata.*
37 *Mulier quæ ſciẽter nubit inopi,videtur tacite renunciare beneficio l.vbi adhuc. C. de iur. doti.*
38 *Mulier minor bona immobilia in dotem dare nõ poteſt abſq; ſolẽnitatib⁹ a iure requiſitis.*
39 *Æſtimatio rerũ dotaliũ immobiliũ à minore in dotẽ marito datarũ emptionem non facit.*
40 *Mulier poteſt agere contra tertios poſſeſſores pro rebus dotalibus æſtimatis, dum prius fiat excutio in bonis mariti.*
41 *Æſtimatio à muliere facta licet venditionem faciat;duplã tamen promittere non tenetur in caſu euictionis,etiam ſi res pretioſa ſit.*
42 *Mulier vbi res dotales euictæ ſunt de euictione tenetur,aut illius pater ſi ipſas dederit.*
43 *Nomen debitoris in dotem datum cedit periculo mariti.*
44 *Nomẽ debitoris inæſtimatũ tradi dicitur marito quando ſimpliciter in dotẽ datum fuit.*
45 *Barboſ. opinio aduerſus communem.*
46 *Opinio cõmunis defẽditur ab obiectis Barboſæ.*
47 *Æſtimatio rerũ dotalium in dubio non præſumitur.*
48 *Finis diſpoſitionis principio debet conuenire.*
49 *Nomen debitoris quibus coniecturis æſtimatũ vel inæſtimatum tradi dicatur.*
50 *Nomẽ debitoris æſtimatũ datũ dicitur,quãdo pri⁹ certa quãtitas fuit promiſſa marito,& poſt in ſolutionem datur nomen debitoris.*
51 *Maritus acceptans nomen debitoris quem ſcit non eſſe ſoluendo ſibi præiudicat.*
52 *Bartoli opinio qualis.*
53 *Imolæ & Romani conſiliatio.*
54 *Donatio inter virum & vxorem cauſa remunerationis valet.*
55 *Maritus accipiens nomen debitoris,qui nõ eſt ſoluendo etiam ignoranter ſibi præiudicat.*
56 *Æſtimatione facta rerum dotalium,ſicut periculum ad maritum pertinet,ſic augmentũ & commodum.*
57 *Fructus pendẽtes ſolut.matrimo.pro rata anni ad vxorem pertinent.*
58 *Æſtimatione facta fructus pendentes indiſtincte ad maritum pertinent.*
59 *Partus ancillæ ad maritum non pertinent non facta æſtimatione.*
60 *Maritus ſoluto matrimonio ſi in mora fuerit dotem reſtituendi,ad intereſſe tenetur.*
61 *Pactum mariti & vxoris vt res dotales etſi æſtimatæ ſoluto matrimonio extantes reſtituantur, validum.*
62 *Pactum inter virum & vxorem,vt res æſtimatæ extantes ſoluto matrimonio reſtituãtur quadrifariam concipi ſolet.*
63 *Pactum inter virum, & vxorem rebus dotalibus iam æſtimatis quod ſcilicet dos reſtituatur,his verbis cenſetur facta venditio.*
64 *Conſilium Rolandi 92. inſigne.*
65 *Pactum inter virum & vxorẽ æſtimatione facta,quod dos reſtituatur eo modo,quo data eſt,venditionem operatur.*
66 *Barboſ.opinio aduerſus communem.*
67 *Opinio communis defenſa.*
68 *Contrahẽtes veriſimile non eſt voluiſſe ſe corrigere incontinenti.*
69 *Mulierum fauore ſtatutum vt æſtimatio rerũ dotalium emptionem faciat.*
70 *Tex.in l.cum poſt §.cum res ff.de iur. doti. cũ concordantibus, declaratur.*
71 *Pactum inter coniuges poſt æſtimationem vbi vxor ſtipulatur a viro ſibi reſtitui debere res dotales extantes, operatur vt de non extantibus æſtimatio ſolui debeat.*
72 *Æſtimatione facta, quo in caſu periculum ad maritum non pertinet.*
73 *Res dotales extantes, quarum nulla æſtimatio*

Pp facta

facta eſt alienari non poſſunt etiam conſentiente vxore.
74 *Tex. in l. in rebus C. de iur. doti. declaratur.*
75 *Intellectus Barboſ. ad tex. in l. ſi æſtimatis ſolut. matrimo.*
76 *Maritus res mobiles dotales alienare poteſt.*
77 *Intellectus Barbo. reprobatur.*
78 *Pactum inter coniuges facta iam æſtimatione quod res reſtituantur iiſdem pretijs quibus æſtimatæ fuerunt nullã inducit venditionẽ.*
79 *Maritus in quibus caſibus de dolo & culpa rerum dotalium teneatur vel ipſarum deteriorationem, remiſsiue.*
80 *Pactum inter coniuges facta iam æſtimatione quod ſoluto matrimonio res dotales reſtituantur habita ratione augmenti vel diminutionis nullam operatur venditionem.*
81 *Formulæ æſtimationum rerum dotalium variæ, & quæ illæ ſint remiſsiue.*

QVÆSTIO. LVII.

AESTIMATAE RES ET IN dotem datæ marito, ſoluto matrimonio niſi aliud pacto fuerit conuentũ in contractu matrimonij, vxori nec illius hæredibus reddi; pacto vero inito quid: Et an æſtimatio in omni caſu emptionem faciat.

1 GLO. inſignis ✝ in l. quoties
ff. de iur. doti. ſcribit, quod
ſicut æſtimatio deſignat venditionem,
ſic & numeratio
dominij trãſlationem: Similis
eſt glo. in l. ſi inter C. de
iur. doti. ſubſiſtente enim cauſa legitima dominium
transferri dicitur l. ſi ita diſtrahatur
ff. de con. emp. l. 1. §. & eſt quæſtio ff. pro dot.
2 Hinc ✝ illud quod æſtimatio efficit vt contractus
præſumatur emptionis & venditionis
l. res æſtimatæ l. quoties ff. de iur. doti.
Bartol. Angel. Roma. Imo. Cuma. Caſtellio.
Alex. & alij poſteriores in l. ſi æſtimatis ff.
ſolu. matri. Aretin. Barba. Socin. Deci. Rub.
& Dida. quos refert Menoch. præſ. 83. lib. 3.
nu. 2. alios plures excepto Menochio refert
Maſcard. tract. de probat. to. 2. conclu. 609. à
3 n. 1. Ioan. Philip. reſpon. 45. n. 23. Vbi ✝ igitur
res mulieris in dotem æſtimatæ marito
traduntur, cenſetur quędam veluti venditio
celebrata inter coniuges, ab vxore, ſcilicet
marito; iſque veluti emptor ſe ipſum obligat
ad earum ſoluendam æſtimationem ſolut.
matri. l. ex conuentione C. de pact. l. quoties
4 C. de iur. doti. ita ✝ vt ſub colore cõtractus
dotalis, venditionis & emptionis celebretur,
& veluti breui manu dotalis illa cõuentio
in venditionem transferatur l. 3. §.
fina. ff. de dona. int. vir. & vxo. ita Bal. in l. cũ
dotem n. 3. C. de iur. doti. Ruin. Soci. Natt.
& alij quos citat Maſcar. tract. de probatio.
2. par. concln. 619. Barboſ. in d. l. ſi æſtimatis
n. 1. ff. ſol. matri. Nenizan. in ſyl. nuptia. li. 2.
n. 69. Anchar. rigien. quæſt. 36. n. 1. Ioã. Philip.
d. reſpon. 45. n. 23. & reſpon. 18. n. 36. Ex
5 ✝ his ſequitur æſtimationẽ hanc emptionem
facere neque vt dixi antea reddendas res
vxori fore, ſed pretium tantum. d. l. quoties
C. de iur. doti. l. cum dotẽ illo eo. titu. l. res
datæ l. plerumque §. ſi ante de iur. doti. glo.
in l. ſi inter C. de iur. doti. vbi Cyn. Bal. Sali.
Angel. & poſteriores & dixit glo. illam communiter
receptam Socin. conſ. 57. col. 2.
lib. 1. eandem dixit communem Natt. conſ.
650. num. 2. lib. 4. Ruin. conſil. 137. lib. 1.
num. 13. Rolan. conſil. 64. num. 4. lib. 4.
latius idẽ Rolan. conſ. 92. n. 2. vbi & eã gloſam
communem dixit lib. 2. Ioſeph. Ludo.
deciſ. Peruſi. 89. num. 8. Becci. conſ. 42. num.
2. qui alios refert Surd. deciſio. 257. num. 16
& deciſio. 287. num. 22. Rube. Bero. Socin.
Pariſi. Natt. Pau. de Caſt. & alij quos
refert & ſequitur Caualca. deciſio. 16. nu. 3.
6 4. par. 1. Ratio ✝ ea eſt quia pretiũ emptionem
deſignat, vt in primis huius quæſtionis
verbis ſcripſi ; quibus addo text. in l. fina.
vbi glo. de pręd. decurio. l. 1. §. æſtimatorũ
& §. æſtimatas C. de rei vxo. actio. Surd.
d. deciſ. num. 1. ad finem. idem deciſ. 35. nu.
7 11. latius conſ. 1. n. 102. li. 1. ✝ pretium autem
vnum & idem cũ re ipſa iudicatur. Bart.
in l. 1. nu. 6. ff. de actio. empti. & in l. ſtipulationes
nõ diuidũtur de verbo. oblig. Barba.
Botri. Curti. & Deci. quos refert & ſequitur
8 Surd. d. deciſ. 35. nu. 10. ✝ qui eleganter ibidem
ſubiungit, quod vbi æſtimatio fit duo
videntur contractus celebrari quorum vnus
exprimitur, alter occultatur, vt & ſuperius
9 ſcripſi. Sic ✝ & pretium loco rei ſuccedit &
ipſam repreſentat Barto. in dict. l. ſtipulationes
non diuiduntur num. 40. de verbor.
obliga. Alexan. Deci. & cæteri in l. vinum
de reb. credi. Cagno. in l. vni. num. 60. C. de
ſen. quæ pro eo. quod. int. prof. Aretin. Iaſſ.
Alexand. Deci. & alij quos ſequitur Surd.
deciſ. 81. num. 5.

Non igitur cuiquam mirum videri debet
ſi liceat æſtimatas res marito in dotẽ tradere
quando pretiũ rei loco ſit, neq; etiã ob id
deterior imo melior dotis conditio fiat. d. l.
plerumq; ff. de iur. doti. Cæterũ nõ ſemper
æſtimatio in rebus dotalibus emptionem facit,
ſed in quibuſdam tãtum quorum potiores
10 referam. Primus ✝ eſt, quod ſicut in
emptionis & venditionis contractu certum
requiritur pretium ſine quo conſiſtere non
poteſt

poteſt §. pretium §. item pretium inſtit. de
emptio. & vendi. ſic requiritur inæſtima-
tione dotalium vt certa loco pretij quãtitas
exprimatur alioquin æſtimatio emptionẽ nõ
faceret: Sic in ſpecie docuit Bar. in l. ſi vt cer
11 to §. nũc. videndũ n. 5. ff. commo. ſolo † enim
pacto dotali, quo diceretur dari res dotales
marito æſtimatas valore nõ declarato, nõ in-
duceretur vẽditio tacita, ſed eſſent res mere
dotales; ſequũtur Bart. Curti. iun. in l. ex cõ-
uẽtione n. 8. C. de pact. Riminal. in princi. in-
ſtit. qui. alie. licet n. 56. qui alios refert Dida.
d. ca. 28. n. 7. Barboſ. in d. l. æſtimatæ num. 2.
verſi. Ex hac prima concluſione.
12 Rationẽ hui⁹ traditionis nemo reddit: hęc
autẽ mihi videtur; nã † cum pretiũ ſit ſolẽ-
nitas quædam materialis cõtractus emptio-
nis & vẽditionis, ea nõ præſumitur niſi pro-
betur Cyn. in l. 1. C. de contra. & committen.
13 ſtipula. † Rationis ratio eſt, quia pretia non
ſemper vniformia ſunt, ſed in dies variãtur
l. pretia rerum ad l. falcid. ita fit vt neceſſaria
14 ſit eorũ probatio: † ſolẽnitates enim forma-
les, efficiẽtes & finales ſemper vnę ſunt, neq;
vnquã mutãtur, ideo interueniſſe præſumũ-
tur; at materiales cũ nõ ſint ſemper vnifor-
mes & variẽtur, minime niſi probẽtur, pręſu-
mi poſſunt; ſic poſt aliquos ab eo relatos
reſoluit egregie Gomes. li. 2. varia. reſolut.
cap. 11. n. 17. & ante ipſum antiquiores vſq;
ad Iaſſ. in l. ſciendũ de verbo. obliga. Felin.
in ca. ſicut n. 40. de re. iudi. Bonacoſſ. de pręſ-
ſump. verbo ſolẽnitas Brun. trac. de form. &
ſolem. tit. de probatio. & præſump. verſ. Prę-
dicta regula Ruin. conſ. 162. nu. 17. lib. 3.
15 Superiorem † autẽ Bart. & aliorum tradi-
tionem præter alios limitarẽ niſi eſſemus in
antiquis, & in inſtrumẽto dotali repeteretur
res fuiſſe marito traditas æſtimatas; & mari-
tus vel ſui hæredes eſſent in poſſeſſione illa-
rum rerũ ſciente vxore, vel illius hæredibus:
præſumitur enim in hoc caſu emptio & vẽ-
ditio, ſic Bar. Bal. Angel. Sali. & cæteri in l. ſi
maior C. com. diuid. vbi Caſt. n. 3. Alexan. &
alij quos ſequitur Maſcar. tract. de proba-
tio. lib. 2. conclu. 618. num. 7.
16 Sanè † ſicut in emptione & vẽditione pre-
tium in tertij arbitrium cõferri poteſt, & ex
tunc valet venditio, ſic in dotaliũ rerũ æſti-
matione d. §. pretium l. fina. C. de contract.
emptio. Purpura. poſt alios ab eo relatos in
d. l. ex cõuẽtione n. 33. C. de pact. Socin. cõſ.
56. n. 7. li. 1. Barboſ. in d. l. ſi æſtimatis n. 2. ff.
ſolu. matri. redditurque nulla venditio, non
ſequuta æſtimatione d. l. fina. ad finem C. de
cont. emptio. idem in rerũ dotaliũ æſtima-
tione, & maiori quidem ratione dotis fauo-
re, ſic citati nunc interpretes docent.
17 Contrariã † tamẽ opinionẽ tenuit Socin.
d. conſ. 56. n. 8. lib. 1. dum reſpõdit datis re-
bus dotalibus in dotẽ æſtimatis pro ea æſti-
matione, quæ per duos amicos cõmunes de-
claranda erit, quod licet numquam fuerint a
partibus electi, ſoluto matrimonio non res,
ſed earum iuſta ęſtimatio erit vxori redden-
da: rationem ſubiungit, quoniã etſi per æſti-
mationẽ ab electis faciẽdam nõ conſtet de
vera æſtimatione, cõſtat tamẽ de mente cõ-
18 trahentiũ, cui ſtãdum eſt ſemper; † maxime
quod lex in hunc modum voluntatẽ ipſorũ
ſuſcipit in his, quæ per rerũ naturã ſciri poſ-
ſunt. Socin. ſequuti ſunt Purpura. in d. l. ex
conuentione nu. 46. Roge. in l. traditionibus
n. 37. C. de pac. Riminal. in princi. inſtit. qui.
aliena. licet n. 59. Nouell. trac. de dot. quem
idẽ Soci. refert conſ. 60. li. 3. Dida. in pract.
19 quæſt. d. ca. 28. † Subiunxit Riminal. loco ci-
tato in comprobationẽ rationẽ alterã, quod
licet tertio non arbitrante corruat venditio
20 d. l. fina. C. de con. emptio. † Speciale tamẽ
inquit eſt fauore dotis vt tertio nõ arbitran-
te minime infringatur, ſed tunc ad boni viri
arbitrium recurrendũ eſt l. 3. C. de dot. pro-
miſsio. l. cũ poſt §. gener a ſocero ff. de iur.
doti. quemadmodũ docuit idẽ Socin. in l. ſi
quis arbitratu n. 27. Iaſſ. n. 10. de verb. oblig.
egregie Meno. de arbitra. iud. quęſ. 68. quęſ.
n. 39. quam rationẽ ex Soci. & Nouell. prius
ſcripſerat Dida. in d. ca. 28. n. 1. verſi. Primũ
21 etenim cõſtat. † Vnde minus rectè Barboſ.
aduerſus ſuperius citatos & cõmunem opi-
nionem tenuit in d. l. ſi æſtimatis n. 2. ratio-
nibus prædictis reſpondens. Primæ quod ſi
argumentationem Socin. ſequeremur num-
quam locus eſſet diſpoſitioni d. l. fina. C. de
con. emptio. Neque inquit nũquam lectũ vt
lex ſe intromittat circa rerum æſtimationẽ;
eo maxime quod partes intellexerũt de ęſti-
matione facienda per hominem non autem
de facienda per legem; quoniã ingenue fal-
22 litur, non † enim æſtimatio fit per legem ſed
per hominem, ideſt tertiũ, vel virum bonũ,
qui legis authoritate æſtimabit, vt declarant
Purpu. Rimina. & Dida. & aperte innuit tex.
in d. l. 3. & tex. in d. §. gener à ſocero. id autẽ
quod per alium fit lege permittente, vulgo
per legem fieri dicitur ad l. iuſte poſsidet ff.
de acquir. poſſeſsio. l. gracchus C. ad l. Iuli. de
Adulte. cęterũ ꝙ dicit nũquã diſpoſitionẽ d.
l. fin. locũ habiturã, ſi Soci. & aliorũ vera opi
nio foret, animaduertere debuit d. l. fina. nõ
loqui in ęſtimatione rerũ dotalium, quæſtio
noſtra ſic, vnde fauore dotis ne actus pereat,
ſed valeat ad boni viri arbitriũ circa ęſtima-
tionẽ prædictã faciendã recurrendum erit.
Minus obſtat altera eiuſdem conſideratio
dicẽtis nullam ſpecialitatem cõſiderari niſi
quod vbi ad viri boni arbitriũ nõ recurritur

Digitized by Google

dotis cōſtitutio nō valeret,& cogeretur marit' vxorē indotatā habere,ad ea quæ interpretes in d.§.gener. in hac quæſtione agitur de inducēda vēditione rerū dotaliū propter quā dotis cōſtitutio nō extinguitur.Reſpondetur enim ꝙ & in noſtra ſpecie de infringēda dotis cōſtitutione propter non factam æſtimationem agitur,quæ proculdubio nulla eſſet niſi dotis fauore cōſeruaretur recurrēdo ad arbitriū boni viri, in quo dotalis hic cōtractus ob illius priuilegium à cęteris differt,& ſic intelligēdus text.in d.l.fina. C. de cont.emptio.& id ipſum non obſcure innuit
23 † tex.in d. §. gener quatenus inter dotē & alios cōtract' diſcrimē apertiſsimū oſtēdit:
24 Intereſt enim † maxime mulieris ꝙ res ęſtimatæ marito dētur,quia periculū ęſtimatione nō facta ad mulierē pertinet l. æſtimatæ
25 ff. ſolu.ma.l.plerūq; ff.de iur.doti. † Quodcumque illud ſit periculū,etiā deteriorationis veſtiū,quæ vtendo minoris pretij fiunt: vnde & ipſę æſtimatæ in dotem datę,quibus de mariti conſenſu mulier vtitur vbi deteriorātur ad maritū detrimentum pertinet l. mortis ſuæ §.1.ff.de donatio.int. vir.& vxo. Bal.Imol.& cæteri in l.ęſtimatæ ff.ſolu.matri.Purpu.in d.l.ex cōuētione n.30. Dida.d. ca.28.n.5.& alios plerosq; in hāc ſententiā citat Rolā.conſ.92.n.11.li.2. Soci. & Anto. Gom. quos ſequitur idē Barboſ. in d.l. æſtimatis n.5.ſolu.matrim.Neuizan,ex Socin.& Pala. Rub.in ſil,nuptia.lib.2.nu.71. Vnde à communi recedendum non eſt.

26 Secūdus eſt † quando ęſtimatio facta fuit nō animo inducēdi vēditionē,ſed vt ſciretur valor rerū datarū in dotē, vt dignoſci poſtea poſsit an prædia dotalia vel aliæ res culpa mariti deteriores factæ ſint; eo enim caſu ſoluto matrimonio maritus eaſdem res non æſtimationē reſtituere teneretur Areti.Soci. Barbat.quos citat & ſequitur Neuizā.ſup.n. 72.Iaſſ.in d.l.ex cōuentione vbi Purpura. & Curti.iuni.n.12.cæteri omnes in d.l.æſtimatis ſolu.matri.Maſcard.d.conclu.619.n.5.& hanc eſſe potiſsimā cōiecturā ad dignoſcendū an æſtimatio faciat emptionē, nec ne referunt interpretes,cū poſt factā ęſtimationē cōuenit ꝙ maritus ſolu.matri. res æſtimatas reſtituere teneatur l.cū poſt. §.cum res ff. de iur.doti.Purpu. Pariſ. Aretin.& Socin. iuni. quos refert Barboſ. in d.l.æſtimatis nu.29. ſed de veritate infra dicemus.

27 Tertius caſus † eſt vbi æſtimatio fuit iuſta & cōdigna tūc emptionē facit & venditionē in rebus dotalibus;ſec' vbi iniuſta & impertinens l.quoties, in verbis, & inre æſtimatę ſunt C.de iur.doti.glo.cōmuniter recepta in l.1.§.1.verbo agēdo ff.de ſuperficie ita Bal. egregie in d.l.ex cōuētione verſ.Tertio caſu vbi Sali.Iaſſ.Deci.& Curt.n.12.Soc.iuni. conſ.141.n.21.li.1.Maſcar.d.conclu.619.n. 2.Ioſeph.Ludo.d.deciſ.89.n.7.Riminal. in princi.inſtit.qui.alie.licet.n.51.Barbo.in d. l.ęſtimatis n.20.in fine & alios multos recēſet Rolā.cōſ.92.n.4.li.2.Dida.d.ca.28.n.9. Soci.iun.cōſ.141.n.21.li.2.Natt.cōſ.650.n. 8.li.4.Anchar.rigien.quæſt.36. num.5.

28 Verū † huic cōmuni omniū traditioni, cōmunis altera opinio valide aduerſatur nam glo.docuit in l.iure ſuccurſum §.fina.per illū tex.ff.de iur.doti.& glo.in l.ſi ex cauſa §.1. verbo vltra ff.de mino.remediū ſcilicet l.2. C.de reſcind.vendi.locū etiā habere inæſtimatione rerū dotaliū;cōſequēs eſt ꝙ etſi cōdigna aut iuſta non fuerit æſtimatio vicē vēditionis habet,quia valet & tenet, etſi illius legis beneficio reſcindi poſsit ſi vltra dimidiā ſit iuſti pretij : idē ex antiquioribus poſt gloſas nūc relatas tenuit Alberi.in d.l. 2.C. de reſcin.vendi.Salice.in l. ſi res §.1.de iur. doti.Fulgoſi.in d.l.2.n.2.3.4. Cagnol.n.64. Roma.in l.ſi quis cū aliter nu.20. de verbo. obligat.vbi Iaſſ.nu.18.Salic.& Angel.in l.ſi circumſcripta C.ſolu.matri.Nouell.in tract. de dot.6.par. priui.43.n.4. vbi cōmunē dixit;eandē cōmunē repetit Crem. in d.l.2.n. 37.in nona ampliatione Pinel. ibidē 1. par. ca.1.nu.12.13.Anto.de Padill.nu. 20. Pala. Rub.in l.16.tit.11.de doti.par.4. idē in ca. per veſtras §.21.nu.2. 3.4. Gomez in l.50. Taur.n.44.& ſequent.& his nō relatis Barboſ.in d.l.æſtimatis n.21.Dida. d.cap.28.

29 Cōtrarium † hoc quidam vno, alij altero cōciliant modo; cōmunis autē reſolutio eſt; ꝙ etſi in vēditione & emptione vera locum habeat remediū d.l.2.vbi læſio dimidiā iuſti excedit pretij, in æſtimatione tamē rerū dotaliū nō illius legis beneficio opus eſt, quoniam quomodocumque lęſio contingat etiā intra dimidiā fauore dotis ex bono & æquo vel maritus refundere iuſtam æſtimationem cogetur, vel res reſtituere dotales illius arbitrio l.ſi res §.1.ff.de iur.doti.d.l.iure ſuccurſum ad finē l.ſi circumſcripta C.ſolut.matri.
30 † Sanē id fauore dotis fieri conſtat,quoniam tempore digeſtorū cognitū nō erat remediū d.l.2.ꝙ ab Imperatoribus Diocle.& Maximi. inſtitutum fuit vt probat Pinell. in d. l. 2. par.1.ca.1.& latius qui alios refert Anto. de Padil.ibid.n.20.vnde ad illi' legis remedium ad eundum non eſt,quando illud nouo iure inſtitutum ſit, cæterum veteri in æſtimatione rerum dotalium læſio queuis ſufficit etſi minima vt ex citatis iuribus conſtat. Atque hæc receptior opinio eſt Alberi. in dict.l. ſi circunſcripta C. ſolut. matrimo. Imol. in cap. cum dilecta num. 16. ex. de emptio.& vēdi.Anto. de Burg.in ca.cū cauſa

ſa n.48.ex eo cit. Bal.Nouel.trac.de dot.7. par.priui.35.Baptiſ.de San. Blaſi. priui.18. aſſerit cõmunem Gom.in d.l. 50.Tau.n.44. Math.de Affli.vbi Vrcill ad eũ deciſ.270.n. 3.Crem.in d.l.1.n.166.Pinel.1.par.ca.1.nu. 12.13.Pala. Rub.in d.l.16.tit.11. de doti. par.4.Garci.trac.de Meliora.& expẽ.ca.10. n.22.Barboſ.in d.l.æſtimatis n.22. Cuia.li. 17.obſer.ca.1.Matiẽ.in l.1. glo.8. tit.11.li. 5.n.21.licet autẽ traditio hæc tolerari poſſit,tñ ratio altera præter alios reddi quoque põt,quã verã eſſe exiſtimo,ſcilicet lęſionem etſi modicã in dotis æſtimatione conſiderari quia matrimoniũ eſt ſocietas quædã mutua ca.ſocietas 27.q.2.ca.2.de donat. int. vir.& vxo.l.1.de rit.nupt.l.1.ff.rer.amota. q̃ ſi lęſio admitteretur fieret ſocietas leonina alter alterius dãno locupletaretur, q̃ in ſocietatis cõtractu non admittitur.argu.l. ſi nõ fuerint ff.pro ſoci.& probat expreſsim text. in d.l. iure ſuccurſum §.fina. de iur.doti.

31 Animaduertit † autẽ & rectè Crem. in d.l. 2.n.37.ad fin.quẽ ſeq. Barboſ. in d.l.æſtimatis n.22.ad finẽ q̃ vbi res æſtimatæ nõ extãt, eo tũc ęſtimatio pręſtãda erit qualiſcũq; illa fuerit etſi nõ cõdigna,q̃ ſatis innuit text.in d.l.ſi res §.1.ff.de iur.doti.d. l.ſi circũſcripta in fine vbi idẽ ſcripſerũt Angel.& Salic.Rationẽ adiungunt, quoniã aiunt ſatis mulieri cautũ videtur hoc modo quia nõ facta æſtimatione etſi aliqualiter lęſiua,periculũ interitus rerũ vel deteriorationis ad ipſam mulierẽ pertineret, q̃ tamen maius illius incommodũ eſſet quã dictæ ęſtimationis l.plerũq; ff.de iur.doti.d.l.ſi res §.1.Cuia. vbi ſup.reiecta opinione Dida.d.ca.28.n.9. aliter aduerſus receptiſsimã opinionem ſcribentis, prout eũ improbat Matien. ſuperius n.22.

32 Sanè † & quę de lęſione inęſtimatione dotaliũ rerũ dixi,eadẽ ad lęſionẽ dotis darę per mulierẽ trahẽda ſunt,vt mulier etſi maior lęſa in dotis cõſtitutione,quæ ampliorẽ quàm marit⁹ mereretur dotẽ marito cõſtituit,poſſit remedio in integrũ reſtitutionis ſibi ſubuenire: id ipſum vir,vbi minor fuit ſibi dos conſtituta:quoniã cũ correlatiua ſint,ſtatutũ in vno & in altero cẽſetur l.1.de cupreſ.li. 11.C.quemadmodũ in vxore lęſa in cõſtitutione dotis,docuit glo.in l.ſi ex cauſa §.dotis ff.de mino.& probat tex.in d.l. iure ſuccurſum §.fin.de iur.doti. & nec eſt communis traditio interpretũ quidquid dixerit Pin. in d.l.2.par.1.cap.4.n.31.& ſeq.vbi hãc impugnauit traditionẽ,quã & ipſe idẽ n.33.& 34. cõmunẽ dixit: quã opinionẽ poſt antiquiores à ſe relatos tenuit Bald.Nouel. tract. de dot.6.par. priui.42.& 43. Cagnol.in d.l. 2. n.63.C.de reſcin.vendi.Grego.Lop.in l.56. tit.15.par.5.in verbo,menos,Matien.in l.1. tit.11.glo.8.n.23.li.5.Iaſſ.in l.ſi quis cũ aliter n.19.de verbo.obliga.Ruin.conſ.26.nu. 20.lib.3.Sfor.Odd. tract. de reſti.in inte.1. par.q.14.n.65.& 2.par.q.59.n.18.& ab hac opinione cõmuni nõ eſſe recedendũ ſcripſit Barboſ.in d.l.æſtimatis n.24.ad finẽ, vbi & obiectis quibuſdam reſpondet. dixi aliqua hoc li.q.19. quamquã vt rectè animaduertit Pinel.in d.l.2.1. par.ca.4.n.33. vix cõmunis hæc opinio in practica recepi poſsit in mulieribus maioribus lęſis in dotis cõſtitutione, cum bona omnia in dotem dare poſsint l. 4. C. de iur. doti.

33 Quartus † caſus eſt,quãdo æſtimatio facta fuit poſt contractũ matrimoniũ,eo enim in caſu æſtimatio emptionẽ nõ faceret, ſed magis pręſumeretur facta vt ſciretur rerũ valor, quoniã nouatio non præſumitur niſi expreſſim dicatur l. fina. C.de nouatio.ſic expreſſim docuit Salice.in d.l.ex conuentione n.4. poſt Bal. n. 1.Purpura.n.44. Iaſſ. ibidẽ. Riminal. in princi.inſtitu. qui. alie.li.vel non. nu.48.Areti.conſ.84. n.2.Neuiz.in ſil. nup. lib.2.n.72. Curti.iuni.in d.l.ex conuentione nu.12.Maſcar.d.conclu.619. n.3.Ioſeph. Ludo.d.deciſio.Peruſi.89.num.4.Barboſ.in d.l.ęſtimatis num.25.Dida.Couar.d.ca.28. num.10.Socin.iuni.conſ.141.n.16.lib.1.

34 Quintus caſus † eſt quãdo maritus poſt factam æſtimationẽ efficeretur non ſoluendo, quoniã in eo caſu tenebitur maritus reddere bona æſtimata,quãdoquidẽ prætextu inopię nequit æſtimationẽ præſtare, idque ſingulari

35 dotis prerogatiua ſtatutũ eſt; † quinimo poſſet vxor nedũ à marito,ſed & ab illius heredibus,& nedũ ab hæredibus,ſed a quocũque tertio poſſeſſore vindicare glo.celebris in l. in reb⁹ verbũ æſtimatæ C.de iur.doti.ex eodem tex.& tex.in l.vxor marito ff. de dona. inter vir.& vxo.ſic docuit Bal. conſ.24.li.1. Bal.Nouel.trac.de dot.7.par.priui.23. Neuizã.in ſil.nuptia.li.2.n.72.verſ.limita quarto.Salice.in d.l.in rebus Purpura.in d. l.ex cõuentione n.48.Curti.iuni.n.13.Baptiſ.de priuil.dota.centu.2.n.13.Pinel.in l.1.3.par. n.15.C.de bon.mater.Maſcar.tract.de probat.2.par.concl.619.n.6. vbi cõmunẽ dixit, Barbo.in d.l.ęſtimatis n.26.Cremẽ.ſing.19. incipiẽti habebis milies,quę opinio proculdubio cõmunis eſt: cõſiderãtur enim in hoc caſu res æſtimatę veluti proprię dotales ac ſi nũquã ęſtimatæ fuiſſent, cõſequenter irritabitur alienatio d.l.in reb⁹,& vindicabit locũ regula l.vni.§.& cum lex C.de rei vxo.actio. Nouel.vbi ſup.& 8.par.priui.7. Dida. d. ca. 28.n.8.Purpu.in d.l. ex cõuentione nu. 50. Barboſ.in d.l.æſtimatis nu. 28. Caual.in repert.o.deciſio.1. par. verbo maritus & eius heres qui alios recẽſet. Rationẽ prędicti caſus

ſus poſt cæteros ſcripſit Rimi. in princi. inſt. quib. alie. licet vel non n. 53. quia inquit lex non poteſt fingere maritũ tradidiſſe pretium pro re æſtimata cũ illud in bonis nõ habeat. Ita fiet vt ſi tẽpore cõtracti matrimonij & factæ æſtimationis maritus inops foret æſtimatio emptionẽ non faceret; quia ſi ex poſt facto id cõſequitur, multo fortius a principio id fiet, argumẽto l. pater furioſo, cũ ſimilibus ff. de his quæ ſunt. ſui vel alie. iur. Bal. & Sali. in l. intereſt C. de vſufruc. Roge. Soci. Rolan. Riminal. Iaſſo. & Deci. quos refert Barboſ. in d. l. æſtimatis num. 26.

36 Verũ † Riminal. rationẽ ſuperius adductã merito improbãt Purpu. in d. l. ex cõuẽtione n. 48. Dida. d. ca. 28. n. 8. Ioſep. Ludo. d. deciſ. Peruſina 89. n. 14. Barboſ. in d. l. æſtimatis n. 26. quoniã in modũ regulæ generalis Imperator ſtatuit ęſtimationẽ, emptionẽ inducere d. l. ex conuentione C. de pact. à qua in dubio recedendũ non eſt. Neq; Bald. & Salic. loquuntur quãdo poſt æſtimationem factus fuit inops maritus, in quo caſu mulier poteſt res dotales tanquã non æſtimatas vindicare: cæterũ nõ inde ſequitur idẽ aſſore quãdo tẽpore ęſtimationis maritus nõ eſſet ſoluẽdo, quia potuit legis præſumptione ditior fieri. ad tex. in l. ſi defunctus C. arbi. tutel. potuit etiã res ęſtimatas etſi inops cõſeruare vt Didã. & Purpu. aduertũt neque fictionis conſideratio per Riminal. adducta facit, quia nõ requiritur vt prætiũ detur pro rebus eſtimatis, cũ ſufficiat ſi maritus ſe obliget de reddendo pretio ſoluto matrimonio: Interim autem vẽditio valebit, etſi poſt tẽpore ſolut. matrimonij vbi maritus nõ ſoluendo reperitur irritetur legis beneficio dotis fauore æſtimatio, vt poſt ſupra citatos animaduertit Barboſ. in d. l. æſtimatis num. 27.

37 Cęterũ † valide aduerſus ſuperiores traditiones obſtat ꝙ ex cõmuni traditione ſcripſi hoc li. q. 49. mulierẽ, quæ ſciẽter nupſit inopi videri in cõſequentiã tacite renũciaſſe beneficio l. vbi adhuc C. de iur. doti. vnde ſi mulier ſciens maritũ inopẽ nihilominus tẽpore cõtracti matrimonij res dotales ęſtimauerit eo ipſo videtur tacite beneficio iuris ſupra ſcripto renũciaſſe, vt ſcilicet poſsit ſuperueniẽte inopia, quãdo maritus æſtimationẽ pręſtare non poteſt, ad res dotales regredi ac ſi nuſquã ęſtimatio facta fuiſſet: fortiſsimũ certe cõtrariũ, ꝙ vtinã præuidiſsẽt interpretes.

Nã vel iſta aut hæc falſa opinio eſt, cũ tamen vtraq; ſit cõmunis, vel ſaltim reſtringẽda quæſtio noſtra iuxta alterius reſolutionẽ, quãdo mulier ignorabat tẽpore cõtracti matrimonij viri inopiã, ſecus ſi ſciret. Verũtamẽ aduertendũ eſt, ꝙ cõmunis iſta opinio ꝙ poſsit mulier vel expreſſe, aut tacite nubẽdo inopi renũciare beneficiũ d. l. vbi adhuc; fundatur vna præcipua ab interpretib9 ratione, cui fere ſoli magis innitũtur; ſcilicet licere mulieri ob id renunciare illius legis vbi adhuc beneficio, quoniã per hoc pactũ tacitum vel expreſſum res dotales ad ſuã reuertũtur naturã primęuã; cum de natura dotis ſit, ne conſtãte petatur matrimonio, vt d. q. 49. dixi, at hæc ratio ceſſat in caſu propoſitæ quæſtionis, quia per æſtimationẽ factam tẽpore cõtracti matrimonij res dotales nõ reuertũtur ad ſuam naturã, quia cenſetur cõtracta à principio quędã tacita vẽditio ex dictis modo in principio huius capitis. Neque dixerit quiſpiam de natura rerum dotaliũ eſſe, quod facta ęſtimatione vbi marit9 ſit inops poſsit mulier ac ſi facta nõ fuiſſet res dotales æſtimatas vindicare, quoniã id nõ ex rerũ dotaliũ natura cõtingit, ſed ex legis beneficio ne mulieres indotatæ remaneant, quod ſi non ſatisfaciat hæc ſolutio erudito lectori cogitandi meliorem facultas datur.

38 Sextus † caſus prætcr alios ab interpretib9 traditos eſt; vbi res dotales immobiles fuerũt in dotẽ datę per mulierẽ minorẽ viro ſuo æſtimatæ, nullo præcedente iudicis decreto, quoniã cũ mulier minor nõ poſsit immobilia in dotẽ dare ſine ſolẽnitatibus a iure requiſitis in alienatione rerum minorũ, vt fusè poſt alios ſcripſi hoc li. q. 19. inde ſequitur

39 † ꝙ æſtimatio ipſarũ emptionẽ nõ faciet; cũ enim nulliter facta ſit, & cõtra iuris ordinem nullũ potuit effectũ producere: ſcripſit Affli. deciſ. 21. n. 13. & deciſ. 283. nu. 1. expreſsim Caual. trac. d tut. & cur. n. 159. ad mediũ. idẽ Caual. in repet. deciſ. 1. pari. verbo marit9 & eius hæres, in verſ. Quatro quãdo contractus eſſet ſine ſolẽnitatib9. vbi Noni. Becci. Affli. Ioſeph. Ludo. & alios memorat. Verũ circa prædicta omnia adnotanda ſunt quędam, vt his perfecta hui9 materię cognitio habeatur.

40 Primũ † quod in his caſibus in quibus æſtimatio non facit emptionẽ ſed poteſt mulier ad eaſdẽ res ęſtimatas regredi, ac ſi ęſtimatę nõ fuiſſent etiã cõtra tertios poſſeſſores; intelligẽdũ, dũ prius à muliere fiat excutio in bonis mariti, ita vt prius cõſtet eũ nõ habere bona, ex quibus poſsit ſoluere rerũ dotaliũ æſtimationẽ; quoniã dos in hoc caſu nõ reperitur magis priuilegiata, quã aliæ actiones quæ aduerſus tertios bonorum poſſeſſores cõpetunt, in quibus excutio neceſſaria eſt §. ſed neque in auth. de fideiuſſo. auth. ſed hodie C. eod. titul. Iaſſ. & cæteri in §. itẽ ſi quis in fraudem inſtit. de actio. vbi Coraſ. nu. 7. & multos communẽ dicens recenſet Gabri. in commu. titul. de fideiuſſo. concluſio. 1. nu. 21. lib. 3. Natt. conſ. 521. num. 7. lib. 3. Aguſ. Bero. conſ. 86. num. 1. lib. 3. Neguſan. tract. de

de pigno.8. par. num 9.& 10.Ioſeph.Ludo.
deciſio.Peruſi.45.num.1. Andr. Gail.obſer.
27.num.7.lib.2. Theſau.deciſio. Pedemon.
51.num.4.vnde & in recuperãdis rebus do-
talibus vbi æſtimatio nequit haberi à mu-
liere,quod excutio prius neceſſaria ſit,tenuit
in ſpecie Bal.in d.l.in rebus nu.8. C. de iur.
doti.& dixit communem Iaſſ.in l.ſi conſtan-
te num.200.& 208. ff.ſolut.matri. Porti. in
com.cõclu.41.concluſi.ampli.7.Bello. cóſ.
34.num.3.Neguſan.tract.de pigno.3.mem.
5.par. principa.num.28.Natt.conſ. 81.n.1.
li.1.Rolan.qui & alios refert. cóſ. 92.n.22.
li.2.Ioſeph.Ludo.d.deciſ.45. nu. 2.Madel.
conſ.97.n.53.Gabri.d.concluſ. 1. Gail.ob-
ſeruatio.27.num.9.Socin.conſ.55.n. 2.li.1.
Purpura.in d.l.ex cõuentione n.53. Barboſ.
in d.l. æſtimatis num.28. ad medium. The-
ſau.deciſ.Pedemon. 51. num.4. Vincen.de
Fran.deciſio.270.par.2.a nu.1. Vnde ſcrip-
ſit egregie Gail. d. obſeruatione nu. 9. poſt
principium ex ſenten. Bal.in l.3.C. de hæ-
red.actio. nu.1. quod nec etiam nomina de-
bitorum exigi poſſunt ab vxore, niſi facta
excutione prius.

41 Secundo † aduertendũ, quod vbi æſtima-
tio à muliere facta fuit, & conſequenter ta-
cita quædã venditio, licet in contractu vero
emptionis & vẽditionis vẽditor cogatur vbi
res pretioſa eſt duplam promittere in caſu
euictionis. l.emptori duplam cũ ſimilibus ff.
de euictio.mulier tamen quæ fundũ æſtima-
tũ tradit etſi pretioſum non cogitur duplam
promittere l.nõ ſolũ ff.de iur.doti.ſic ex eo.
text.adnotauit Bald.Nouel.tract. de dot.7.
par. priui.23.Barboſ.in d.l.æſtimatis n.16.
Neuiz. in ſil.nuptia.lib.2.num.72.verſi. Li-
42 mitat ſeptimo Bal.Nouell. tenebitur † igi-
tur de euictione mulier marito vbi res do-
tales euictę ſunt, vel ſi ſocer eas dedit ipſe,
etſi nihil dictum ſit; quemadmodum in mu-
liere probat text.in l.quoties ff.de iur. doti.
& de ſocero text. in l.1.C.de iur.doti.ſic ſi-
cut vendens nomen debitoris præſtare tene-
tur,quod ille ſit debitor quãuis non ſit ſoluẽ-
do l.ſi nomen ff.de hęredi. vel actio. vendi.
vbi Bal.dixit quod tenetur facere bonũ de
iure,ideſt quod ſit obligatus idẽ Bal.cóſ.72.
li.3.& alios multos refert & ſequitur Becci.
conſ.105.n.13.ita etiã mulier, & his nõ re-
latis Vincen.de Fran. deciſ. 108.n.1.par.1.

43 Tertio † aduertendũ quod vbi nomẽ de-
bitoris datur in dotẽ vel datur æſtimatũ vel
inæſtimatum: vtilitas indagationis ex ſupra
adductis elicitur, quoniã vbi datur ęſtimatũ
periculũ ad maritũ pertinet,ſi vero inæſtima
tũ ad mulierem l.ſi nomen. ff. de hæred. vel
actio.vẽdi.l.meuia ff. ſolu.matri.Bal. in l. ſi
pro debito C.de bon.auth.iudi.poſſi.Caſtr.
in l.pupilli.§.ſoror.ff.de ſolut. Bart. Angel.
Roma. Alex.& cæteri omnes in d. l. meuia
Barbo.in d.l.æſtimatis n.6.poſt alios ibi an-
te ipſum interpretes Imo.Alex. Barba.Soc.
Gozadi.& Ruin.quos congeſſit Becci. in d.
conſ.105.n.18.conſ.Mantuan.326.n.40.41.
44 42.poſitũ in calce deciſ.Surd. Tunc † autem
nomẽ debitoris in dotẽ datũ inæſtimatũ tra
di viro dicitur,cũ ſimpliciter in dotẽ datur
aut ſolũ vel cũ alijs rebus l.inter cauſas §.ab
eſſe ff.manda.ſic Bal.in l.fina.C. ad l.falcid.
idẽ Bal.in d.l.meuia poſt Iaco.de Aret.quos
45 ſequitur Alex.ibi n.fin.† Improbat Barboſ.
Baldi & aliorũ traditionẽ, quia & nomẽ ſim
pliciter traditũ debet videri traditũ pro ea
quãtitate,quę in eo cõtinetur,& nõ cenſetur
datũ tanquã papirus inutilis,citat tex.in l.2.
46 C.de actio & oblig. † Verũ perperã tanto-
rũ patrum traditionẽ impugnat, quoniã cũ
traditio nominis debitoris duplici fine dari
marito poſſit,vel ob dotis ſolutionẽ ſine ęſti
matione,vel tanquã æſtimatũ,traditũ ſimpli
citer nõ cenſetur traditũ ęſtimatũ, quia æſti-
matio in dote non præſumitur in dubio niſi
æſtimationis,& prætij mẽtio fiat,cũ ſit facti,
quemadmodũ notãt omnes in d.l.æſtimatis
& in l.ex cõuẽtione C.de pact.& idẽ.Barbo.
ſibi cõtrarius in vno & eodẽ loco in d.l.æſti-
matis n.7. expreſſim & rectẽ regulã conſti-
47 tuit, † Quod in dubio nõ præſumitur in reb⁹
dotalibus æſtimatio vbi ſimpliciter dantur
marito. præterea & text.in d.l.2.alio modo
intelligendus eſt vt mox dicam.

Neque facit text. in d.l.2. C. de actio. &
oblig.quoniã nõ fuit ibi nomẽ debitoris ſim
pliciter traditũ, cũ ex mente contrahentium
cõſtaret traditũ fuiſſe æſtimatũ,quod euidẽ-
ter probat tex.ille in verbis, *ad ſimilitudinẽ
eius qui nomen emerit, &c.* Vbi argumẽtatur
Imperator de expreſſa vẽditione nominis
ad nominis traditionẽ ab vxore factã, vnde
cum legis pars alterã declaret l. vtrũ de pe-
titio.hæredi.Meno.conſ.95.n.79.& ex con-
textu ſcripturæ ſumatur recta interpretatio
l.meuia.ff.de manu.teſta.l.nũmis de lega. 3.
Manti.de coniectu.vltima.volun.li.6.ti.13.
in princ.Sim.de præt.de interpre.verbo.vlt.
volũ.li.1.interpre.2.dubita.2.ſolutio.6.n.7.
Et vna pars ſtatuti alteram declarat. Socin.
conſ.9.n.8.li.3.Ruin. conſ. 201.nu.5.lib.1.
48 erudite Sur.cõſ.53.n.10.li.1. † Ruſus & fi-
nis diſpoſitionis principio debeat cõuenire
Tiraq. qui multos tract.de retract.§.1. glo.
9.n.26.Crauet.conſ.9.n.31. cũ tex.in d.l.2.
ad finem de expreſſa & vera æſtimatione no
minis loquatur, conſequenter & principium
legis de eadem loqui cenſetur.

49 Poteſt † autem ex alio quoque colligi da-
tum fuiſſe æſtimatum vel inæſtimatum no-

men debitoris, quando datur vna cum alijs
rebus dotalibus quæ non fuerunt æſtimatę,
vel quando nihil aliud qnam nomen ipſum
datur, eo modo quo dantur vel dari ſolent
cæterę res dotales; etſi diceretur quod no-
men datur in dotem marito pro ea quanti-
tate quæ in nomine continetur, cum hoc ta-
cite intelligatur; vnde expreſsio nihil de-
buit operari l. 3. cum vulga. de lega. 1. Atque
in hunc modum intelligi poreſt tex. in d. l.
menia ff. ſolut. matrimo.

50 Tertio † conijcitur nomen debitoris
æſtimatum datum fuiſſe, quando prius cer-
ta dotis quantitas promiſſa fuit marito, &
poſt in ſolutionem quantitatis fuit ſibi datũ
nomen debitoris: ex eo enim quod datur
pro quantitate promiſſa antea, videtur tra-
di æſtimatum in illa eadem quantitate dict.
l. 2. C. de actio. & obligat. Sic enim &
venditione alicuius rei ius diſponit l. ſi
prędium C. de euictio. Et in hanc ſenten-
tiam fere omnes conſentiunt Bald. in l.
fina. C. ad l. falci. & in l. promittendo vbi
Iacobi. de S. Geor. ff. de iur. doti. Soci. conſi.
69. num. 15. lib. 4. Rub. conſ. 5. a nu. 1. Corn.
conſi. 92. num. 8. li. 4. Purpura. in d. l. ex con-
tentione num. 37. C. de pact. Barboſ. in d. l.
æſtimatis num. 7. ad finem. & alios multos
refert Phanu. in commen. de luc. dot. in glo.
reſtituenda nu. 43. Vincen. de Franq. d. de-
ciſio. 108. num. 7.

51 Plane † nomen debitoris in æſtimationẽ
dotis marito traditum, & ab eo acceptum
cum ſciret non eſſe ſoluẽdo, eo ipſo ſibi præ-
iudicaſſe videtur d. l. ſi nomen ff. de hæredi.
vel actio. vendi. l. inter cauſas §. abeſſe ff.
manda. l. 3. ad finem ff. de fideiuſſo. Bart. in
l. ſi cum dotem §. ſi mulier Roman. in eodẽ
§. num. 6. ff. ſolut. matrim. vbi Imol. & Alex.
num. 6. Barboſ. in d. l. æſtimatis n. 9. Vincen.
52 de Franq. d. deciſio. 108. num. 2. † Et licet
Barto. videatur innuere contrarium in d. l.
menia, quia induceretur tacita quædam do-
natio, cum ſcienter nomen debitoris quem
non eſſe ſoluendo ſcit, acceptat, donatio au-
tem inter virum & vxorem ſit omnino pro-
hibita, & conſequẽter integre à marito ad-
uerſus mulierem actiones remaneant: Et
53 † multæ ab interpretibus adferantur ſolu-
tiones: omnium mihi aptior & verior vide-
tur ea quam Imo. & Roma. reddidit in d. l.
menia, ille num. 3. Roma. num. 10. Quod aut
conſtante matrimonio ſcienter maritus re-
cipit nomen debitoris inopis, aut ante con-
tractum matrimonium: priori in caſu vbi
conſtante matrimonio, quia reſultat donatio
quædam prohibita inter coniuges non cen-
ſetur ſibi pręiudicare maritus l. cũ vir vxori
ſecundum verum intellectum ff. de iur. doti.
ſi ante cõtractum matrimonium, etſi videa-
tur reſultare tacita donatio, quia tamẽ pro-
hibita non eſt ante contractum matrimoniũ
l. cum hic ſtatus §. ſi ſpõſus de dona. int. vir.
& vxo. cum innumeris ad hoc inſtitutum cõ-
geſtis a Surd. deciſio. 166. num. 24. cum ſeq.
valida erit, & ſibi maritus præiudicauit l. 1.
C. de donatio. ante nup. Et licet improbet
Alexan. vbi ſup. conciliationem ea ratione
quod ſicut donatio inter coniuges prohibi-
ta eſt conſtante matrimonio; ſic etiam ante
contractum matrimonium quando donatio
confertur in tempus celebrati matrimonij l.
4. vbi glo. C. de dona. ant. nup. argu. l. ſtipu-
54 lationem de iur. doti. ff. l. ſi res eo titu. † po-
tuit tamen ex cauſa renunciationis donatio
etiam in hoc caſu valere, veluti cum mulier
annoſa dat marito iuueni, vel è contrario in
recompenſationem ætatis, vel ſanguinis, vt
declarant omnes in l. ſi diuortio ff. de verb.
obliga. ex tex. in l. quod autem §. ſi vir ff. de
donatio. int. vir. & vxor. Crauet. qui alios
conſi. 51. n. 1. Decian. conſi. 24. num. 12. lib.
4. Surd. d. deciſio. n. 29. 30. 31. Neque rectẽ
vt mihi videtur ſcripſit Alex. quod donatio
hæc tacita confertur in tempus contracti ma
trimonij, & ſic in tempus prohibitum: nam
cum ſcienter maritus futurus nomen debi-
toris inopis, & qui non eſt ſoluendo inſolu-
tum recipit, eo ipſo illico donare videtur
mulieri, ſicut poſſet & partem dotis ſi ſibi
aliqua data fuiſſet eidẽ rellituere, nec quid-
quam confertur in tempus contracti matri-
monij, quia valet in continenti: Scio Alex.
aliter conſiliare, alio modo alios, hæc præ-
tereo cum extra inſtitutũ tractatus ſint: quæ
55 † de marito ſciẽter recipiente nomẽ inopis
debitoris dixi eadem de marito, qui igno-
ranter id fecit intelligenda ſunt; Debuit
enim qui cum alio contrahit illius exquire-
re conditionem l. qui cum alio vbi Deci. de
regu. iur. d. l. ſi nomen ff. de hęredi. vel
actio. vendi. ſic Barto. Roman. Angel. Imol.
& Alex. in citato loco Barbo. in d. l. æſtima-
tis n. 11. ſolut. matri. Vincen. de Franq. dict.
deciſio. 108. num. 2. & ſequent. vbi nonnul-
las adfert coniecturas quibus ſcientia vel
ignorantia mariti conijci poteſt.

56 Quarto † & vltimo animaduertendum
quod facta æſtimatione rerum dotalium ſi-
cut periculum & deterioratio ad maritum
pertinet, ſic augmentum & commodum, vt
contrariorum eadem ſit ratio, & diſciplina
§. cum autem inſtit. de emptio. & vendi. &
in terminis text. in l. cum dotem. ff. de iur.
doti. l. vni. §. cumque ad finem C. de rei. vxo.
57 actio. † Ita fiet vt cum ſolut. matrimonio
fructus pendentes pro rata anni pertineant
ad vxorem quando dos data fuit inęſtimata

l. diuortio

l. diuortio vbi Barto. Angel. Imol. Roman. Cuma. Alex.& cæteri omnes ff. ſolu.marri. egregie qui innumera apriſsime coaceruat Ludo.de Moliñ.de Hiſpa.primo.lib.3.cap. 11. a num.1. vbi & num.6. de hoc loquitur caſu.Ioſeph. Ludo.deciſ. 79. nu.5.Auenda. reſpon.5. a num.1. Dida. lib.reſolu.1. cap. 15.nu. 12. cum ante & poſt ſequent. Caual. tract. de vſufruct. mulier. relic. num. 244. Garci.tract. de melio.& expen.cap.8.n.32. fuſe & erudite Theſau.deciſ. Pedemon. 43. Viui. deciſio.8.a nu.6. & ij quidem in ter-
58 minis de quibus loquimur agunt.† Data tamen æſtimatione fructus pendentes indiſtincte ad maritum pertinent dict. l. vni. §.
59 cumque ad finem. ſup.citato. † Et licet non facta æſtimatione ancillarum partus nõ pertineant ad maritum l. plerumque §. 1. ff. de iur.doti. l. mariro §.fina. ff. ſolut.matrimo. d. l. vni. §.cumque C.de rei vxo.actio. quia ad maritum tantum pertinẽt fructus dotis, partus autem ancillarum non ſint in fructu l. in pecudum ff. de vſur.ſi tamẽ ancillę in dotem datæ fuerint æſtimatę, partus ad maritũ ſpectant l. quoties C.de iur.doti.d.§. cumque l. vni. l.1.C.ſolut.matrimo.

60 Temperant † interpretes ſuperiorẽ traditionem dum maritus ſoluto matrimonio non ſit in mora reſtituendi dotem alioquin etſi fructus reſtituere,quia dominus non teneatur,ad vſuras tamen æſtimationis nõ reſtitutæ conueniri poterit pro fructuum,quos percepit quantitate. veluti enim emptor propter æſtimationem, & illius quod apud ſe retinet pretium ex æquitate legis ſcripta ad intereſſe tenebitur l.curabit C. de actio. emp. Dida.Couar. lib.3. varia. reſolu.ca.4. num.4. Gam.deciſio.71.num.6. Barboſ. in d.l.æſtimatis num.13.

61 Quandoque † tamen in capitulis matrimonialibus cõuenire ſolent maritus & vxor vt res dotales etſi æſtimatæ extantes reſtituãtur vxori vel illius hæredibus ſoluto matrimonio habita ratione augmenti & diminutionis, quo in caſu nulli dubium in vim pacti reſtituendas, quæ alias niſi ſic conuentum fuiſſet,non reſtituerentur; in terminis tex.in d. l. æſtimatis cum l.ſequen. ff. ſolut. matrimo. vbi omnes notant.

62 Verum † vt Barboſ.in d.l. æſtimatis poſt antiquiores docet præcipuè Socin.conſ. 56. lib.1.quem is non refert.Quadrifariam hoc
63 pactum concipi ſolet. Primo † cum rebus æſtimatis pactum additur quod ſoluto matrimonio res dotales reſtituãtur l. cum poſt §. cum res ff.de iur.doti.hoc in caſu æſtimatio nullam inducit venditionem, dixi ſuperius in verſi. Primus eſt, vbi hunc caſum declaraui: conſequenter periculum ad maritũ non pertinebit. d.l. plerumque cũ ſuperius citatis de iur.doti; atque etiam tenebitur nõ æſtimationem, ſed res reſtituere ſoluto matrimonio; niſi fuiſſet alternatiue conceptũ pactum,vel de æſtimatione reddẽda, aut rebus dotalibus, tunc enim re aliqua ex æſtimatis perempta cum dari ipſa non poſsit, æſtimatio præſtãda erit ratione alternatiuæ promiſsionis.dict.l.plerumque §.fina.cum l. ſequen.ff.de iur.doti. Ioan.Phili.reſpon.28. num.36.ad finem reſponſi. Vnde deteriorata reddi mulieri poterit Barto.in l.ſi vt certo §.nunc vidẽdum num.4.ff. commo.Nat. d.conſi.650. num.4.Socin.conſi. 57.num.5. lib.1.quos ſequitur Barboſ.in d.l. æſtimatis n. 30.ad mediũ. Tamen placet Baldi traditio in l.quoties nu.3. C.de iur. doti. qui ibi ſcripſit, quod ſi rebus æſtimatis addatur pactum,quod dos reſtituatur,cenſetur his verbis inducta venditio; poſſunt enim illa verba intelligi, quod dos reſtituatur ſcilicet quoad ęſtimationem.Bal.ſequuti ſunt.Socin. Rolan. Purpura. Rimin. & Gregor. Lopez. Quos refert & probat idem Barboſ.in dict.
64 l. æſtimatis n.30. verſi. Infertur tertio. † Id maxime vindicabit in caſu, quo reſpondit Rolan.d.conſi. 92. in quo nedum facta fuit æſtimatio, ſed etiam addita verba, in contractu matrimonij,quod maritus accipiebat res dotales æſtimatas pro ſe hæredibus ſuis & ſucceſſoribus; quæ verba vt ille ait, aperte indicãt quod illas recipiebat nomine ſuo & non vxoris; Addo ipſe,quod ea verba nõ poterant aliud operari niſi æſtimationem, quia cum res dotales ſoluto matrimonio ad mulierem reuerti debeant, vel eum qui eas ſibi reddi ſtipulatus eſt l. dos à patre cum ſimili. C. ſolut.matrim. & in vim huiuſmodi pacti ſint mariti & illius hæredum & ſucceſſorum, & conſequenter nuſquam ad mulierem vel hæredes illius reuerti poſsint, venditio illis verbis neceſſario inducta fuit; Quia non niſi venditionem poterant operari;ad ea quæ fuſe in ſimili reſpondit Crauet. conſi.638. num.12. & qui innumeros refert & ſequitur Menoc.lib.3. præſ. præſ.115.nu. 34. idem in ſingulari caſu conſi.71.num.23. lib.1.

65 Idem † cenſendũ quando æſtimatio facta eſt,& paciſcuntur ad inuicem coniuges quod dos reſtituatur eo modo quo data eſt, nam ex his verbis intentio colligitur vtriuſque voluiſſe venditionem facere; Neque repugnant venditioni quam ęſtimatio induxit: rurſus cum in dubio vbi de pretio fit mentio cenſeatur initus contractus venditionis vt in principio quæſtionis dixi;conſtat ex eo venditionem fuiſſe celebratam Purpu.in dict. l. ex conuentione num. 25. C. de pact. Corn. conſ.

conſ.15.num.5.li.2.Rub.conſ.5.& Cephal.
conſ.78.n.2.lib. 1.qui ambo in fortioribus
terminis reſpondent, quod ſi fiat æſtimatio,
& poſt eam pactum celebretur quod res do-
tales reſtituantur eiſdē modo & forma qui-
b' data fuerũt; quod & in hac ſpecie cēſetur
inducta venditio, quoniam illa verba, eiſdē
modo & forma,&c. Poſſunt etiam ad æſtima
tionem referri prædiorum.

66 Improbat † autē Barboſ. in d.l.æſtimatis
n.31.ſuperiorem interpretum traditionem,
quia ſit aduerſus regulam generalē d. l. cum
poſt §.cum res.ff.de iur.doti & l. quoties C.
eod.tit.quibus ait ille probatur, quod ſi fiat
pactũ vt res dotales æſtimatæ reddantur eo-
dem pretio,in vim ſimilis pacti non cenſeri
inductam venditionem, ſed potius factā vt
ſciretur valor rerum dotalium: vnde infert
quod vbicumque in pacto continetur reddi
res æſtimatas debere, interpretandum erit,
quod per ſimilem æſtimationem nulla indu-
catur vēditio iuxta traditionē Pau. de Caſt.
in d.l.æſtimatis n.3.Salicet.in d. l.ſi inter C.
de iur.doti.in eiſdem terminis eandem opi
nionē tenuit nouiſsimè Ioan. Philip.d.reſp.
28.n.36.in verſi. Aliud ſi non eo modo citat
tex.in d.§.cum res & tex.in dict. l.ſi inter &
eandem tenuere opinionem Purpu. Socin.
Pariſi. & alij à me relati ſuperius in verſic.
Primus eſt, & probant hoc ipſum tex.in d.
l.æſtimatis ſolut.matrim.l.fina. vbi Bal. Sa-
lice.Fulgo.C.de pac.conuen.

67 Cæterum † a priori opinione quæ verior
videtur recedendum non eſt; nam regulari-
ter proditum æſtimationem in dubio in re-
bus dotalibus vēditionē inducere cũ pretij
mentio habita eſt, niſi aliud ex coniecturis
elici poſsit,vt ex cōmuni multis relatis dixi
in princi.quæſtionis: & hanc eſſe communē
teſtatur Ancharra. Rigien.quæſt.36. num.1.
lib.2. vnde cum caſus dubius eſt inhærendum
eſt regulæ iuris.l.omnis diffinitio vbi glo.de
regu.iur. donec ab eo qui limitationem al-
legat contrarium probetur Bal.in cap. 1. §.
Iudices num.4.de pace tenen.Roman. conſ.
123.num.4. alios multos refert.Becci.conſ.
83.num.12. Surd. deciſio. 2. num.4.ornat.
idem Surd.deciſ.255.num.2.Præterea & ſe-
cundo cum æſtimatio vt dixi venditionē fa-
ciat, illico ratione initę conuentionis, etſi
poſtea adijciantur ea verba, *eiſdem modo &
forma quibus data fuerunt*, non alteratur
venditio tacite facta,quoniam vere non res
dotales datæ in dotē, ſed earum potius æſti-
68 matio breui manu data videtur. Neq; † ve-
riſimile eſt voluiſſe illis verbis coniuges ſe
illico corrigere, & a priori recedere volun-
tate argu.l.nam ad ea de condi. & demonſt.
l.eum qui voluntatem ff.de probatio.l. cum
hic ſtatus de donatio.inter vir.& vxo. Natt.
conſ.176.num.5.Alciat.de præſump. reg.2.
præſ.16.num.1.Becci.conſ.1.n. 24. Menoc.
de præſ.lib.3.præſ.57.num.9.

69 Tertio † eadē opinio ex eo confirmatur,
quod fauore mulieris inductũ ſit ęſtimationē
in rebus dotalibus venditionē inducere dũ
ipſa cōdigna ſit, ne ſi res pereant vel dete-
riorentur,illius id periculo cōtingat vt ſupe-
rius dixi; & omnes fatentur in d.l.ſi æſtima-
tis & in d.l.ex conuentione;ita fiet vt ab hac
præſumptione imo veri' vt modo ſcripſi re-
gula recedi nequeat quia fauorabilis eſt mu-
lieri.d.l.ſi res ęſtimatæ ff.de iur.doti. ſic ex-
preſsim Rub.d.conſ. n.2. Non obſtat quod
antea ſcripſerim non præſumi æſtimationem
in verſi. Tunc autē nomē debitoris; quia id
intelligendũ quādo nulla pretij ſine quo ęſti-
matio conſiſtere nequit mentio facta eſt,
ſecus vbi pretij & æſtimationis,vt in princi-
pio adduxi quæſtionis.

70 Neque obſtant † iura ſuperius in cōtrariũ
adducta videlicet tex.in d.l.cũ poſt §. cũ res
de iur.doti.& tex.in d.l.quoties l.ſi inter C.
de iur.doti.l.ſi æſtimatis ſolut.matrim. l.fin.
C.de pact.conuē.quoniā in illis iuribus poſt
factam æſtimationē conuentum fuit vt eodē
pretio, & eadē quātitate res dotales ęſtima-
tæ ſolut.matrim.redderentur,quo in caſu nō
potuit ęſtimatio venditionē inducere, cum
partes voluerint quod fieret reſtitutio ſpe-
cierum ſub eodē pretio vel quātitate;in caſu
de quo agimus diuerſum eſt, nā cũ verba vt
Bal. dixit referri poſsint ad æſtimationem,
in dubio quia de commodo & fauore dotis
agitur ad eam referenda ſunt,ſicut & reſpō-
dit Rube.d.conſ.5.num.3.

71 Secundo † ſolet cōcipi pactũ inter cōiuges
vt poſt ęſtimationē,vxor ſtipuletur a viro ſi-
bi vel hæredib' ſuis reſtitui res dotales ex-
tātes,videtur enim tacite cōuentũ à cōtrario
ꝙ pro nō extantibus æſtimatio debet exolui
vt innuit tex.in l.1.vbi glo.Bal.Angel. Pau.
72 de Caſt.& Salic.C.ſolu.matri.Hinc † inferri
videtur quod cũ rerũ ſoluto matrimonio ex-
tantiũ non cēſeatur facta vēditio,periculum
nō ad virum interim ſed ad mulierē pertine-
bit d.l.plerũque de iur.doti. & ſuperius poſt
73 alios dixi: † ſic pari iure rerũ dotaliũ extan-
tium tanquā nulla earũ facta vēditio ſit, nec
cōſentiente vxore poterunt alienari d.l.vni.
§.& cum lex.C.de rei. vxo. actio. in princi.
inſtit.quib.alie.licet vel non & hanc opinio-
nem poſt paucos tuetur nouiſsimè Barboſ.
in d.l.æſtimatis nu.32.ad finē.ff. ſolu.matri.
Rationem hanc priorem adduxit,quia cum
rebus extantibus non cēſeatur facta vēditio,
dotales adhuc cenſentur, vnde alienari, nec
conſentiente muliere poterunt. d. principio
inſtit.

Digitized by Google

inſtit.quib.alien.li.& d.§..& cũ lex.qui text.
expreſsim ait res quidem æſtimatas alienari
poſſe,quarũ dominium & periculum propter
venditionẽ ad maritum pertinet: à cõtrario
igitur æſtimatione in modum ſuperiorẽ, &
cũ dicto pacto facta, quia nulla venditio in-
terceſsit, nec periculum ad ipſum pertinet,
conſequenter nec alienari poterunt, licet
vxor vellit.

74 Secũdo † põderat tex.in d.l.in rebus C.de
de iur.doti.ſecundũ vnũ intellectũ,quo pro-
batur reb⁹ æſtimatis ea æſtimatione quæ nõ
facit emptionẽ, illico alienatis per virũ re-
bus,mulieri cõpetere rei vindicationem ad
res dotales malè alienatas repetẽdas. Cõtra
riã ſententiam quod imo in ſpecie pacti ſeu
cõuentionis prædictæ poſsit maritus vxore
cõſentiente res dotales alienare tenuit Bar.
in d.l.ſi æſtimatis per illũ tex.apertiſsimũ ff.
ſolu.matri.quẽ ibi ſequutus fuit Pau.de Caſ.
Roman. & Alex.Salicer. in l. intereſt C. de
vſufruct.Pala.Rub.in rub.de dona.inter vir.
& vxo.§.17.n.8.Nouell.tract.de dot.7.par.
ſpecial.1.n.10.& 8.par.priui.6.n.23.& hos
citat & ſequitur Dida. ex magis cõmuni in
d.cap.28.num.4.in pract.quæſtio. dicẽs tex.
in d.l.ſi æſtimatis fore ad id ſingularem &
celebrem.Camp.tract.de dot.4.par. quæſt.
26.in fine Rimi.qui fusè hanc ipſam opinio
nẽ proſequitur & defendit in d. principio
inſtit.quib.alie.liceat n.76.cum ſequent.

75 Reſpõdet † autem Barboſ. ad tex.in d. l.
ſi æſtimatis, prætermiſsis duabus alijs ſolu-
tionibus quas veluti vim littere illius text.
inferentibus reprobat; Quod cum lex illa
loquatur de rebus extantibus, videtur loqui
de mobilibus,de quibus propriè dicitur,ex-
tare vel non extare; quoniã res immobiles
ſemper extant quam ſolutionem præſenſit
76 Nouell.in l.1.n.151. ff.ſolu.matrim. † Ve-
rum in rebus mobilibus nulla reperitur alie
nandi prohibitio etſi dotales ſint, iuxta glo.
receptã in princi.inſtit.quib.alie.licet. Bart.
in l.1.num.18. Vbi ceteri poſt eum ff. ſolut.
matrim. nihil mirũ ſi potuerit maritus alie-
nare, & in caſu alienationis æſtimationẽ re-
77 petere. † Verũ hic intellectus nimis textus
generalitatẽ reſtringit, qui in modũ regulæ
docet,poſſe maritum pacto in modũ ſupra
ſcriptũ inito,res dotales alienare. Neq; ob-
ſtãt verba illa in d.l. poſita, ſi quæ vero non
extarent,quæ ad res mobiles tantum referri
poſſe videntur; quoniã prçterquã quod po-
tuerunt in caſu illius legis dari in dotem res
immobiles & ſe mouentes,& reſpectu mo-
uentium dixerit Iuriſconſultus verba illa,
ſi quę vero extarent; ex alio itidem non fa-
cit, quia illa diſtinctio an extent, nec ne
adiungi etiam ad res immobiles poteſt: do-
mus enim immobilis eſt, cum indies ſu-
bito pereant & dilabantur incendio, ruina,
vẽto,& alijs plerisq; fortuitis caſib⁹: prædia
itidẽ, ea maxime, quæ in ripis fluminum ſita
ſunt,indies inundationibus pereunt, vt nec
veſtigia quidem ipſorum remaneant.

Præterea euidenter confutatur ex text. in
d.l.fina.de pact.dota.qui tex.in fundo dato
loquitur æſtimato in eum,quẽ ſupra dixi mo
dũ;& tamen probat in poteſtate fore mari-
ti quid vellit præſtare, an æſtimationem vel
fundum ipſum; quem text. adduxit in hanc
ſententiam Pau. de Caſt. vbi ſup. cui nullum
præſtitit Barboſ. reſponſum.

Tertio Pau.de Caſt.motus fuit ea ratione,
quod æſtimatio prædicta vna cũ pacto vt res
extantes reſtituantur, videtur operari vt res
dotales æſtimatæ alienari nõ poſsint inuita
vxore,volente autẽ poſſe; quaſi media quæ-
dã in vim huius pacti via ab illis electa ſit,
vt nõ in totũ etſi facta ſit æſtimatio,ſed volẽ-
te muliere alienari poſsint: Improbat Bar-
boſ.quoniã inquit,ſtãte pacto prędicto, quo
ad res extantes non cẽſetur inducta vẽditio
aliqua,ſed tantũ in caſu quo nõ extent, vnde
cũ extantes reddẽdę ſint in ſpecie, alienari
non poterũt etiã volẽte & cõſentiẽte vxore:
facile enim reſpondetur rerũ extantiũ vẽdi-
tionẽ inductã nõ eſſe,quia volũtate eiuſdem
mariti,qui eas noluit alienare extant,potue
runt autẽ alienari volente vxore,& earũ qui-
dẽ omniũ ideo facta æſtimatio eſt, vt ſi vel-
let maritus omnes alienare poſſet,earũ ęſti-
mationẽ reddẽdo,quas nollet reſtitueret,&
hæc vera eſt quęſtionis reſolutio cũ cõmuni.

78 Tertio † ſolet hoc pactũ concipi, quando
facta ęſtimatione additur,quod res reſtituã-
tur eiſdẽ prætijs, quibus æſtimatæ fuerũt. In
hoc caſu nulla æſtimatio venditionẽ inducit,
cum ſit facta præcipuè vt rerum dotaliũ va-
lor non ignoretur, & ad tollendam proba-
tionis venturæ difficultatem vbi de deterio-
ratione vel peremptione earum poſtea age-
retur: de hac conuentionis formula dixi ſup.
in verſi. Tamen placet Baldi traditio, cum
79 ſequen. † An autem in hoc & his ſimilibus
pactis maritus teneatur nedum de dolo &
lata culpa in amiſsione,vel deterioratione
rerum dotalium conſulendi Cyn. Bal.Salic.
Alberi. & alij in l. ſi inter virum C. de iur.
doti. Pau. Caſtren. Alexan. & Barboſ. poſt
alios in d.l. æſtimatis Dida.d. cap.28.

80 Quarta † conueniendi formula eſt,cũ facta
æſtimatione paciſcuntur coniuges, quod ſo-
luto matrimonio fundus vel res dotales re-
ſtituantur habita ratione augmẽti vel dimi-
nutionis; quo in caſu nec æſtimatio inducit
ex contrahentium mente apertiſsima vẽdi-
tionem d.l.æſtimatis ff. ſolut.matri. Cæterũ
aducr-

Digitized by Google

aduertendum quod clauſula hæc habita ſcilicet ratione augmenti, & diminutionis etſi non fuerit expreſſa tacite ſubintelligitur vt reſoluit Socin. conſi. 56. num. 5. lib. 1. Pau. de Caſt. in d. l. æſtimatis nu. 5. & poſt eum cæteri Dida. in dict. cap. 28. num. 4. verſic. Tertio infertur, & in verſi. ſequenti. Quando vero maritus in hoc caſu in vim pacti de valore intrinſeco vel extrinſeco teneatur, quid etiam in pecunia in dotem data vbi illius valor fuit immutatus citati interpretes
81 tradunt ad quos lectorem reijcio. † Alias rurſus æſtimationum rerum dotalium formulas in rebus præcipuè mobilibus tradit Socin. d. conſ. 56. lib. 1. is videndus.

SVMMARIVM.

1 *Pactum in contractu matrimonij cum ſecundo viro quod vxor præter legitimam debitam filijs prioris matrimonij, reliquam hæreditatem filijs illius coniugij relinquere teneatur validum.*
2 *Pactum cum ſecundo viro vt eiſdem fiat donatio pro filijs ſecundi matrimonij, relicta legitima tantum pro alterum filijs prioris matrimonij; an valeat grauis contentio.*
3 *Baldus ſententiam contrariam obtinuit à Ricoar. de Salice.*
4 *Maritus nomine filiorum an poſsit acceptare donationem.*
5 *Ioan. de Ligna. & Franciſ. de Alber. à Pau. Caſtren. repreænſi.*
6 *Parentes plus poſſunt donare filijs ſecundi matrimonij quam primi.*
7 *Text. in l. hac edictali C. de ſecun. nupti. expenditur.*
8 *Donatio quæ opere & induſtria patris quæritur filijs, profectitia dicitur.*
9 *Patri commodum aliquod obuenire non poteſt per mediam perſonam, vbi fieret fraus diſpoſitionis legis hac edictali C. de ſecu. nup.*
10 *Diſpoſitio d. l. hac edictali non prohibet miniſterium patris ad ſtipulandū pro filijs ſuis.*
11 *Perſona cui quid datur vel relinquitur ſpectatur licet media perſona inhabilis ſit.*
12 *Bald. videns contrarium iudicatum aduerſus eum in ſpecie, mutauit poſtea opinionem.*
13 *Pater ſicut ſibi nō poteſt adſcribere in teſtamento, ſic nec filio.*
14 *Pater pro filio teſtis eſſe non poteſt.*
15 *Pater nec pro filio emācipato adſcribere poteſt in teſtamento.*
16 *Diſpoſitio l. hac edictali omnem fraudem & circumuentionem, quæ illi legi fieri poteſt ſuſtulit.*
17 *Profectitia patri quæruntur pleno iure.*
18 *Aduentitiorum vſuſfructus patri remanet.*
19 *Vſuſfructus aduentitiorum non quæritur patri quādo vſuſfructus cum proprietate conſolidatur.*
20 *Baldi obiectum tollitur.*
21 *Pater quoad diſpoſitionem d. l. hac edictali inhabilis eſt perſona ad ſtipulandū pro filijs.*
22 *Crauetæ conſiliatio.*
23 *Crauetæ conſiliatio improbatur.*
24 *Ratificatio actus qui a principio nō valet prohibita.*
25 *Text. in l. bonorum ff. rem ratam haberi quando procedat.*
26 *Surdi deciſio inſignis.*
27 *Canonizatio S. Raymundi quando facta in hac vrbe Barchinonenſi.*
28 *Papa ſanctiſsimus Clemens octauus hodie feliciter regnans in Eccleſia Dei Beatū Raymundum in ſanctorum numerum retulit.*
29 *Beatus Raymundus decretalium compilator fuit, & quid de eo gloſa ſcripſerit in proœmio decretalium antiquarum.*

QVÆSTIO. LVIII.

PACTVM IN CONTRACTV matrimonij cum ſecundo viro vt vxor filijs prioris matrimonij niſi legitimā relinquere non poſsit reliqua hæreditate apud filios illius coniugij remanente validum: Et an idem cum ſecundus maritus ſtipulatur nomine filiorū, grauis antiquorum contentio agitatur.

1 PActum † in capitulis matrimonialibus celebratum, quo vxor promittit ſecundo viro ſe præter legitimam debitam filijs prioris matrimonij reliqua bona filijs ex eo matrimonio cōmunibus relicturā, validū eſſe crebius creditum eſt; nulla enim iniuria ex hoc pacto filijs prioris matrimonij infertur, quando ipſis integra legitima reſeruatur: ſic Bal. in l. hac edictali n. 19. C. de ſecun. nupt. Alex. ad Barto. in ea l. Hiero. Gabri. qui Cur. ſeni. & Anto. Gabriel citat conſ. 13. n. 34. lib. 2. & præter nunc citatos idē ſcripſit Pau. de Caſt. in auth. vnde ſi parens C. de inoff. teſta. Deci. cōſ. 146. Aym. Crauet. conſ. 193. n. 11. in princi. Surd. conſ. 255. n. 14. li. 2. & his addo Pau. de Caſt. cōſ. 150. Deci. Crauet. Dilect. Pariſi. Ruin. & alij quos refert & ſequitur Rolan. à Vall. conſ. 62. num. 29. lib. 1.

2 Cæterum † ardua difficultas conſiſtit an idem ſit cum donatio fit patri eidemq; marito ſtipulanti nomine filiorum, quæ olim
3 † tam grauis inter Bal. Franciſ. de Albergi. & Ioan. de Ligna. quæſtio fuit, vt ipſius deciſio commiſſa fuerit communi voto. Richar. de

de Salice. viro illis tẽporib⁹ eminẽtiſsimo,
qui viſis conſilijs Ioan.de Ligna.Bal.& Frã-
ciſ.de Alberg.pronunciauit aduerſus Bal.de
qua ſententia ſumme poſt conqueſtus fuit
Bal.dicens fruſtra Richar.de Salicet. ſentẽ-
tiam cõtra ipſum fulminaſſe, vt is idẽ dixit
conſ.22.Quædam Nicolina n.2. ad medium
4 lib.5. igitur † poſſe maritũ acceptare huiuſ-
modi donationem nomine filiorum tenuit
Bald.conſ.11.lib.3.& conſ.22.lib. 5. idem
Bal.conſ.265.viſis punctis inter cõſilia Pau.
de Caſt.& conſ.264.Ego. Baldus li.1. idem
Bald. in l.vni. 2.quæſtio.C.de ino.donatio.
Bal.opinionem ſequutus fuit Pau.de Caſt.in
d.auth.vnde etſi parens Deci. in auth. præ-
terea C.vnde vir.& vxo.& conſ. 216.Curti.
iun.conſ.79.li.4.incipienti domina Franciſ-
china. Et dixit Pau. de Caſt. vbi ſup. quod
5 male cõſuluerunt † Ioan.de Ligna. & Fran-
ciſ.de Alberg.nõ cõſiderantes deciſionẽ tex.
in d.auth. vnde ſi parens & tex.in §.penult.
de nupt. in auth. Mouentur citati interpre-
tes primo ex d.textu in auth.vnde ſi parens
6 & tex.in d.§.penul.quibus probatur † poſſe
parentes plus donare filijs ſecũdi matrimo-
nij quam primi; dum integra legitima, (ſic
enim intelligunt interpretes) filijs prioris
matrimonij reſeruetur.

Verũ his iuribus facile reſpondetur, fieri
quidem poſſe lege permittente vt poſsit ex
pacto pater vel màter meliorare filios ſecũ-
di matrimonij dictis iuribus,cæterum id in-
telligendum eſt, dum fiat mediante perſona
habili nõ inhabili, qua mediãte fraus fieret
7 diſpoſitioni † d. l. hac edictali,quæ iubet il-
lius diſpoſitionem obſeruari debere ſine ali-
qua circũſcriptione,aut machina,circũſcrip-
tio autem & fraus manifeſta eſt in hac ſpecie
cum donatio filijs quæratur opera & indu-
8 ſtria patris; † quęſitũ autem ſic cenſetur pro-
fectitium l.ſi plures §.in arrogato.ff. de vul-
ga.l.profectitia §.1.ff.de iur. doti. cõſequẽ-
ter patri quæritur dictis iuribus, cum alijs
multis congeſtis egregie per Menoch.lib.3.
9 præſumpt. 28. à n.1. cæterum † patri veluti
perſonæ odioſę quæri nulla ratione poteſt,
d.l.hac edictali; quinimo vt hoc addam etſi
conſiderarẽtur res huiuſmodi donatæ veluti
aduẽtitię adhuc patri vſusfruct⁹ quęreretur,
cuius incapax pater nõ eſt ſi donatio filijs ſe-
cundi matrimonij facta tenet vt rectè ani-
maduertit Salice.in d.l.hac edictali.num.7.
ad medium.

10 Secũdo † mouetur Bal.& qui illum ſequuti
ſunt,ex eo ꝙ licet ex d.l.hac edictali prohi-
beatur donatio in ipſum virũ, viri tamẽ mi-
niſteriũ ad ſtipulãdum donatas res pro filijs
futuris nõ prohibetur. d.l.vnde vt alius qui-
libet id facere poterit. Huic rationi reſpõ-
detur ex d.l. hac edictali prohibitione pro-
hiberi etiã mediũ inhabile patrem ſcilicet
ſtipulantem,quoniã fieret fraus legi propter
interpoſitam patris perſonam,ad quẽ alias
commodum pertineret,aduerſus d.legis in-
terdictum, quæ omnem ſuſtulit fraudem &
machinam.

Tertio mouetur Bal.quia inquit quãdo d.
l. hac edictali nõ prohibetur permitti vide-
tur l.nec non §.quod eis cum vulga. ex quib.
cau.maio. Reſpõdetur vt modo dixi prohi-
bitum omnino patrem videri tanquã inha-
bilem perſonam,& in his tacita ſufficit pro-
hibitio; atque idem operatur quod expreſſa
l.non dubium cum vulga.C.de legi.

11 Quarta † Baldi ratio eſt,quia licet prohi-
beatur acquiſio patri illius tamẽ nõ interdi-
citur miniſteriũ, ſpectatur enim perſona cui
quid datur vel relinquitur etſi media perſo-
na,quæ id agit inhabilis ſit,dixit tex. in l.cũ
dote ff. ad l.falci.l.1.§. ſed ſi legatũ ff.ſi quis
aliq. teſta.prohib. Huic argumẽto reſpõde-
tur nõ ſpectari inhabilitate mediæ perſonæ
niſi ex eius miniſterio cõmodum ad ipſum
poſſet peruenire, vt in hac ſpecie,in qua om
nino excluſus ſecundus coniunx fuit ab om-
ni commodo dotis d.l.hac edictali.

Contrariam aduerſus Bald.& ſup.citatos
tenuerunt.Ioan.de Ligna. & Franciſ. de Al-
berg. in ſuis conſilijs incertis inter conſilia
Pau. de Caſt.261.Mihi videtur & cõſ. 263.
vnum eſt ſupponẽdum li.1.Richar. de Salic.
qui ſua ſententia diſſinitiua pronunciauit ad-
uerſus Bal. conſiliũ vt cõſtat ex d. ſententia
incerta poſt dictũ conſiliũ 263.li.1. idẽ Bal.
eandem tenuit opinionẽ conſ.161.Quædam
12 nobilis domina Agneſina col.2.li.1. † Et di-
xit Crauet.conſ.193.n.11.ad medium,quod
Bal.videns fuiſſe conſultum & iudicatũ ad-
uerſus eum mutauit poſtea ſententiã & con-
ſuluit pro opinione Ioan. de Ligna. & Ri-
char.de Salice.eandem opinionem ſequutus
eſt Corne.conſ.82.lib.3.& inclinant etſi du-
bij videantur Salice. in l. hac edictali nu. 6.
verſi. Octauo quæro Iaſo.in d.auth. vnde ſi
parens n.4. Bertrã.conſ.24. li.3.& alij quos
refert & ſequitur Gabri.lib.3. commu. opi-
nio.tit.de ſecun.nupti.concluſ.4.n.58.verſi.
contrarium Salicet. Mouentur citati autho-
13 res pluribus. Primo † ea ducuntur ratione
quod pater ſibi adſcribere non poteſt,id ip-
ſum, nec per patrem filio l. impuberem §.
ſi eis ff.ad l.Corn. de falſ. vbi glo. & alij ex
eo tex.docuerunt non poſſe patrem adſcri-
bere legatum,vel hereditatem filio ſuo,ſicut
nec poſſet ſibi ipſi.

Huic rationi reſpondebat Bal. propterea
non poſſe patrem adſcribere filio in eo tex.
14 quia ſi poſſet cẽſeretur † teſtis in cauſa eiuſ-
dem

Digitized by Google

dem filij, quod non admittitur l. domitius
labeo ff. de reſtam. Secundo reſpondebat
quod eo iure acquirebatur totum patri, ideo
ei acquirere non poterat.

Cæterum hæc Bal. ſolutio manifeſte con-
uincitur, quod ratio text. in d. §. ſi eis non eſt
15 ea quam Bal. prodidit, † quoniam nec pro
filio emanciparo pater adſcribere poteſt d.
l. impuberem in §. ſi eis verſi. Sed etſi eman-
cipato, ſed fraudis ſuſpitio ratione interpo-
ſitę perſonæ patris.

16 Secundo mouentur † ratione, quã ſi ex per-
ſona patris filijs poſſet quæri, fieret fraus
diſpoſirioni dict. l. hac edictali manifeſta de
perſona ad perſonam, ſuſtulit autem rex. ille
fraudem omnem & machinam, vt etiam di-
cit text. in d. §. optime, fraus in eo verſatur
quod per mediam patris perſonam quære-
retur ipſi quod lex quæri prohibuit d. l. hac
edictali. Reſpondebat ſubriliter Bal. dités
in d. 8. optime & in d. l. hac edictali prohibi-
tam fuiſſe interpoſitionem mediæ perſonæ
per quam emolumentum rediret ad maritũ,
in hac ſpecie vt per maritũ rediret ad aliũ,
filios ſcilicet. Verum neque ſuſtineri poteſt,
quoniam dictis iuribus prohibita fuit inter-
poſitio cuiuſuis perſonæ per quam emolu-
mentum quouis modo poſſet ad patrẽ per-
uenire; At ſiue bona donata reſpectu filiorũ
conſideremus vt profectitia, vel vt aduenti-
tia, vtroque caſu emolumentum patri quæ-
ritur vt dixi ſuperius, conſequenter cenſetur
inhabilis ad ſtipulandum pro filijs.

17 Tertio ea † vtũtur ratione, quam nunc &
ſuperius adduxi, quia quod filijs quæritur
opera, & patris cõtemplatione dicitur pro-
fectitium iuribus ſup. citatis, conſequenter
quæreretur patri pleno iure, id autem eſt ad-
uerſus diſpoſitionem d. l. hac edictali. Qui-
18 nimo licet foret † aduentitium ſaltim vſuſ-
fruct⁹ patri obueniret d. l. 1. C. de bon. quæ
libe. Reſpondebat ſubtiliter Bal. negando
fore profectitiũ, cum dominiũ matri aduo-
cetur, & à matre tranſeat in filios licet me-
diante contractu paterno, propterea dicitur
aduentitiũ l. ſi no C. de inofi. teſtam. Neque
quod quæratur patri vſusfructus in conſide-
19 ratione eſt; † id enim Bal. negat, eſt enim in-
capax vſusfructus; quo in caſu vſusfructus nõ
quæritur patri, ſed cum proprietate conſoli-
datur ex notatis per Surd. Bal. Bart. & alios
20 in l. 1. ff. de autho. tuto. † Huic argumenro
certè fortiſsimo. Reſpondetur negando nõ
eſſe profecticium, cum opera induſtria & pa-
tris ſtipulatione filijs quæratur ex relatis
iuribus, & his quos Menoc. citat di præſ. 28.
à num. 1. cui nũc addo. Surd. deciſ. 324. nu.
5. vbi relatis multis communem dixit. Se-
cundo reſpondetur patrem non ſolum eſſe
incapacem ad conſequendum vſumfructum,
21 & aliud quoduis emolumentum, † verum &
eſſe miniſtrum inhabilem ad ſtipulandũ pro
filijs in propoſita ſpecie, quia etſi ſibi quæri
vſusfructus non poſsir ex dict. l. hac edictali,
tamquam inhabilis etiam reijcitur ab hoc
miniſterio d. l. impuberem §. ſi eis & in verſi.
Sed etſi emancipato.

22 Crauet. † autem d. conſ. 193. n. 11. conci-
liat contrarias opiniones hoc modo. Aut fi-
lij inquit ſecundi matrimonij pro quibus pa-
ter ſtipulatus fuit non naſcuntur, & tunc non
valeat donatio, aut vero naſcuntur, & tunc
aut ratificant donationem eorũ nomine ſti-
pulatam, ita quod perfectè eis quæratur, nec
pater ad eorum pręiudicium de bonis dona-
tis diſponere poſsit, & valeat, nam (inquit
ille) ſicut mater poſſet immediate plus re-
linquere liberis ſecundi matrimonij, ita vi-
detur quod poſsit facere mediante miniſte-
rio patris, & hoc (ſubiungit idem Crauet.)
quando ratificarent filij ante mortẽ matris.
Aut vero non ratificant, viuente matre, & nõ
valet donatio, nam poſt mortem mater do-
nare non poteſt, ergo nec ratificatio fieri l.
bonorum ff. rem rat. habe. hanc conſiliatio-
nem prius pręſenſit Boeri deciſio. Burdega-
len. 200. vbi hac adhibita declaratione ſcri-
bit veriorem ſibi videri Bal. opinionem.

23 Verum † hæc conſiliatio ex multis impro-
bari poteſt nec vera eſt; primo, quia quod
pater in prædicta ſpecie poſsir ſtipulari pro
filijs nec ne non pendet ab euentu filiorũ ex
matrimonio ſecundo procreandorum, nec à
ventura ratificatione, ſed ab inhabilirate vel
habilitate perſonæ patris; ſi enim is habilis
eſt, & legitima perſona proculdubio vera
eſt Bal. opinio, ſi inhabilis, & min⁹ legirima
propter emolumentum quod ex facto & in-
duſtria patris ſibi quæri poteſt, vt ſuperius
animaduerti, illegitime agit aduerſus d. l.
24 hac edictali diſpoſirionem; Et fruſtra † rati-
ficatio fiet ſi actus à principio ratione ille-
gitimitatis perſonæ propter iuris prohibi-
tionem non valet d. l. bonorum, & quæ om-
nes in ca. ratihabitio. de regu. iur. in 6. & in
ſpecie ex d. l. bonorum notauit Decci. in l.
ſempet qui non prohibet n. 15. verſi. Tertio
25 q̃ dicitur de regu. iur. Præterea † & regu-
la d. l. bonorum non procedit quando actus
geſtus eſt omnino nullus quia talis ratificari
non poteſt, quemadmodum ex vera Barto.
Anchar. Aretin. Alex. & aliorum reſolutione
docuit idem Deci. in l. ſemper qui non pro-
hibet num. 16. vnde cum actus per patrem
geſtus nullus fuerit aduerſus iuris prohibi-
tionem, conſequenter nec ratificari potuit,
proinde ab opinione Ioã. de Ligna. & alio-
rum, quos ſuperius memoraui, quam etiam
magis

Digitized by Google

magis communem credo, recedendum non
eſt.non enim per interpoſitam filiorum per-
ſonam licita erit donatio ſtipulata,quę alias
ſublatis filijs fieri prohibetur argum.l.ſi per
impreſsionem C.quod met. cau. Pala. Rub.
in rubr. de donatio. int. vir. & vxor. §. 42.
Dueny.& alij quos Surd. refert † conſ. 78.
26 n.16.lib.1. vbi ad inſtitutum noſtrum ſcrip-
ſit ſingulariter nu.16. pactum conuentum in
matrimonio vbi conuenit inter virũ & vxo-
rem quod ſoluto quomodocũque matrimo-
nio dos remaneret penes liberos continere
donationem inter virũ & vxorem quæ om-
ni iure prohibita eſt; neque per interpoſitã
filiorum perſonam quę nulla eſt validari de-
bet d. l. ſi per impreſsionem. Neque etſi
collata ſit in tempus quo filij ſui iuris futuri
ſunt, & ad eorum commodum conualidari
nequit, ex quo lex à principio reſiſtit, ideo
non attenditur quod effectus collatus ſit in
tempus licitum, citat Bal. Nouell. tract. de
dot. par. 7. priui. 11. limi. 8. oblitus fuit
Surd.ad caſum illum ea quę ſupra ex com-
muni Ioan.de Ligna. Salice. & aliorum ſen-
tentia reſolui quæ ſpeciem facti in qua reſ-
pondit decidunt aperte.
27 Hæc calamo † exharabam cum ex Roma
(quod fœlix & fauſtum ſit) decima Maij an-
no præſenti 1601. curſor in hanc Barchino-
nenſem fœlicisſimam vrbem mari traiectus
obuenit,qui diu deſideratam & ſępius(illius
ſumma ſanctitate, eruditione, & miraculis
poſtulantibus)inſtatam canonizationẽ ſancti
Raymundi de PennaForti perduxit, Romæ
actam 29.Aprilis hoc eodẽ anno 1601.San-
ctiſsimus dominus noſter Clemẽs Octauus
Pontifex maximus hodie Eccleſię Dei ſum-
mus Chriſti Vicarius Raymundum noſtrum
albo aliorum Eccleſiæ ſanctorum adſcripſit,
& in eorum numerũ retulit: Sanctitate,eru-
ditione,& miraculis claruit, inſignis fuit Iu-
riſconſultus & decretalium compilator iuſſu
Gregorij Noni,vt is idem (quẽ & ſuum ca-
pellanum,& pœnitentiarium dixit)in proe-
mio decretalium verſi. Ad communem &
maxime ſtudentium vtilitatem,teſtatur; re-
ligionem Diui Dominici ingreſſus poſt, &
monachus factus moritur: Vnde additio
quædã in vetuſtis decretalibus in verbo per
dilectum filium fratrem Raymundum, hæc
de ipſo verba ſcribit: Raymundus iſte cog-
nominatus de PennaForti natione Cathala-
nus ordinis Prædicatorum circa annum Do-
mini milleſimum duceteſimum trigeſimum
hunc librum decretalium in formam quæ
modo extat mandato Gregorij Noni rede-
git; ac ſummam de caſibus elegantiſsimam
& vtiliſsimam compoſuit, cuius corpus in
conuentu Barchinonenſi ſepultum eſt: Et
vt fertur miraculis claruit: Hæc additio illa.

Sed vt ad miracula reuertamur innumera ab eo geſta ſunt ante canonizationẽ, nunc in conſpectu populi varijs infirmitatibus, & morbis oppreſsi ad ſacrum illius tumulum perducti, illico ſanctitatem recuperant, & à morbis liberantur; inſigne Raymundi ſanctitatis teſtimonium, & perfidorum confuſio hæreticorum: cum enim nequeat Romanus Pontifex errare in ſanctorum canonizatione iuxta veram & receptam Theologorũ ſententiam: in hæreticæ prauitatis deteſtationem in conſpectu omnium Deus Benedictus miraculis canonizationem approbat,& confirmat;& alijs multis id ipſum accidiſſe, audiui,& legi.

Tam chara huic vrbi & prouinciæ canonizatio fuit vt in publicis lętitijs ingentes indies pecunię & ſumptus abſumantur: In proceſsione publica in qua Beati Raymundi ſanctum corpus delatum eſt. Interex Dux Feriæ illuſtriſsimus, Archiepiſcopus Tarraconenſis & illius ſex Epiſcopi Subfraganei adſuerũt, tum Ciuitatis Doctores, Comites, Nobiles, Milites, Iuriſperiti omnes: & denique totius Ciuitatis ex omni ſtatu confratres. De ludis autem, ſumptibus, & mirandis quæ ab hac vrbe facta ſunt,liber vnus integer cuſſus eſt. Faxit Deus vt illius meritis & interceſsione ab omni periculo, malo, & aduerſitate liberemur.

SVMMARIVM.

1 *Pactum in matrimonij contracta celebratum vt morte viri dos apud illius filios ſit remãſura, nullum.*
2 *Dotes habere mulieres reipublicæ intereſt.*
3 *Pactum in capitulis matrimonialibus contractum vt ſoluto quouis modo matrimonio dos remaneat apud filios communes, irritum.*
4 *Pactum à patre factũ dũ filiam nuptui tradit quod prædecedente marito dos remaneat apud filios illius matrimonij, nullum.*
5 *Dos quæ ad patrem reuertitur ſoluto matrimonio cum eodem onere reuertitur.*
6 *Tex.in l.quamuis C.de pact.declaratur.*
7 *Tex.in l.ſtipulatio iſta §.alteri de verbo.obliga. non procedit in re propria.*
8 *Tex.in d.l.ſtipulatio iſta in §.alteri de verb. obligat. non vindicat in re propria ad certum tempus.*
9 *Cõſenſus filiæ in his in quibus poteſt ſibi præiudicare valet reſpectu patris ipſam dotantis.*
10 *Pactum ab extraneo factum cum dotat mulierem vt ſoluto matrimonio morte mariti dos ad filios illius pertineat, nullum.*
10 *Pactum ab extraneo factum cum dotat mulierem*

lierem vt ſoluto matrimonio morte mariti dos ad filios illius pertineat nullum etiamſi ſtipulatio interuenerit.

12 *Iaſſo. opinio aduerſus communem quã nouiſſime Surd. ſequitur.*

13 *Adminiſtratio libera rerum ſuarum in multis caſibus reſtricta.*

14 *Mulier deteriorem ſuæ dotis conditionem facere non poteſt.*

15 *Mulier poſt ſolutum matrimonium poteſt ſibi in dote præiudicare.*

16 *Mulier quæ vigore pacti remaneret indotata nequit ſibi præiudicare.*

17 *Pactum à muliere factum ante contractũ matrimonij quod ſoluto matrimonio, morte viri dos remaneat apud filios illius matrimonij, ſecundum aliquorum ſententiam validum.*

18 *Pactum inter virum & vxorem ante contractum matrimonij, in quo coniuges ſibi reſeruant facultatem donandi conſtante matrimonio validum.*

19 *Pactum inter virum & vxorẽ vt ſoluto matrimonio morte mariti dos ad filios illius pertineat, ſiue ante contractum matrimonij vel poſt, ex multorum opinione nullum.*

20 *Menoebij conſilium reprobatum.*

21 *Dotis conſtitutio facta à marito vxori in qua confitetur ſe ab ea aliquid recepiſſe quod nõ recepit, inualida.*

22 *Confeſſio mariti, qua confitetur ſe aliquid recepiſſe ab vxore ſiue ante contractũ matrimonij ſiue poſt, inualida.*

23 *Extraneus dotans mulierem conuenire poteſt vt ſoluto matrimonio dos ad eũ reuertatur.*

24 *Opinio Bal. Nouelli qualis.*

25 *Mulier poteſt deteriorẽ dotis cõditionẽ facere vbi obligatio aliqua viro remitteretur.*

26 *Mulier poteſt ex pacto ſuſcipere in ſe periculum rerum dotalium.*

27 *Mulier ſuſcipiẽdo in ſe periculũ rerũ dotaliũ conditionem ſuam deteriorem non facit.*

28 *Mulier renunciare non poteſt dolo, aut latæ culpæ, quæ per maritum adhiberetur in rebus dotalibus.*

29 *Mulier poteſt ex pacto conditionem dotis deteriorem facere, quando dos ad illius primæuam naturam rediret.*

30 *Res de facili reuertitur ad ſuam naturam.*

31 *Mulier concedendo dilationem extraordinariã ad ſoluendam dotẽ, eo ipſo cenſetur ſibi præiudicare, & non valeret conuentio.*

32 *Paria ſunt aliquid fieri in tempore inhabili, vel conferri in tempus inhabile.*

33 *Mulier etiam ſoluto matrimonio iuxta multorum opinionem deteriorem dotis ſuæ conditionem facere non poteſt.*

34 *Mulieris pactum iuratũ in præiudicium dotis valet.*

35 *Iuramentum confirmat contractus improbatos de iure ciuili.*

36 *Iuramẽtũ cõfirmat alienationẽ fundi dotalis.*

37 *Mulier de iure ciuili non poteſt renunciare iuri hypothecæ, quam habet in bonis mariti.*

38 *Iuramentũ validat renunciationẽ iuris hypothecæ, quam habet mulier in bonis mariti.*

39 *Bal. Nouelli traditio ſingularis.*

40 *Iuramẽtũ in pacto à muliere interpoſitũ, quãdo reducatur ad terminos iuris communis.*

41 *Iuramentum robur addit contractibus, cæterũ non extendit vires ſuas vltra terminos & limites obligationis.*

42 *Iuramentum licet confirmet renunciationem hypothecæ factæ in bonis mariti, id intelligitur quando expreſſim fuit renunciatum, ſecus ſi ſimpliciter.*

43 *Iuramentum non operatur legitimæ renunciationem, etſi vim expreſſi habeat, niſi cũ renunciatio ſaltim generalis adiecta fuit.*

44 *Ioſeph. Ludo. & Caual. traditiones reprobatæ.*

QVÆSTIO. LIX.

PACTVM IN MATRIMONIO contractu, quo mulier matrimonio morte viri ſoluto dotẽ apud filios illius remãſuram promittit, nullum: quin nubendo libertatem refert: Et quid ſi ab extraneo, caſus vtilis & ſubtilis enucleatur ſubtiliter.

1 HVIVS libri † prima ſcripſi quæſtione non valere pactum, quo vel mulier aut illius pater conueniunt vt præmortuo marito dos apud filios communes illius coniugij remaneat, quoniam inde fieret vt mulier, vel pater ipſius iterum nubendi libertatem ſibi tollerent, cum vix ſine dote mulieres nubant, quod multis exemplis celeberrimis, iuribus etiam & authoritatibus oſtendi; id vero obiter dixi, latius me dicturum ſuo in loco offerens: Igitur id nullam recipit dubitationem, quoniam cum
2 publice interſit † mulieres dotes habere vt nubere poſsint, ad text. & quæ inibi omnes in l. 1. ff. ſoluto matrimo. & in rub. Et viduas etiam maritum inuenire vt dixit Bald. conſ. 495. col. 4. lib. 5. Ita fit vt pactum ſuperius nullũ ſit & inualidum: extat in terminis
3 tex. in l. 2. ff. de pact. dotal. † quo in tex. aperte probatur conuentionẽ à muliere factã quod ſoluto matrimo. quouis modo dos remaneat pænes filios cõmunes, non valet ſi matrimonium ſolueretur morte viri: vbi gloſ. notauit pactum

pactum de lucrãda dote ſoluto matrimonio intelligi ſiue extent filij ſiue non, dum vxor præmoriatur: Atque ideo infert à contrario, quod ſi vir prædecedat tale non eſt ſeruandum pactum, ſiue extent filij, ſiue non; ſimilis eſt glo. in l. 1. iuncto illo text. C. ſi conſil. matrimon. notarunt Barto. Bald. Angel. Roman. Socin. Alexan. Iaſſo. in l. 1. ſolut. matrim. Paul. de Caſtr. Palac. Rub. Nouell. Bolog. Menoch. Barboſ. quos ad hoc adduxi institutum ſupra hoc libr. quæſt. 52. in verſic. Secundus caſus; & in verſic. Neq. addit idem Menoch. & quæſt. 3. verſi. Similiter. & vbi vxor. vbi & Cancer. citaui. & nouiſsimè idem Cance. lib. 3. reſo. cap. 7. nu. 203. quibus nunc adiungo in eadem ſpecie Surd. conſil. 78. num. 4. & 5. libr. 1. & conſil. 112. num. 31. eod. lib.

4 Quod etiam † procedit in patre dotante filiam, qui ſi hoc adijciat pactũ in contractu matrimonij nõ tenetur filia illud obſeruare prædecedente viro etiã extantibus filijs. ex tex. egregio in l. quamuis C. de pact. conuen. quo probatur ſimile pactũ non valere ſuperſtite muliere, vbi id ipſum Barto. docuit, & Salice. Aretin. & alij in d. l. 2. ſolut. matrim. Salice. in d. l. quamuis Barto. conſ. 126. li. 1. idem Surd. d. conſ. 78. nu. 5. vbi rationem †

5 poſt antiquiores reddit; nam inquit, licet ſoluto matrimonio dos reuertatur ad patrem dotantem, reuertitur tamen cum eodẽ onere dotandi iterum filiam, auth. ſed quamuis C. de rei vxor. actio. Cæterum ſi dos deterior fieret, patris dotare debentis facultates minuerentur, conſequenter filia quæ poſt dotanda eſſet iuxta patrimonij vires, l. quæro ff. de iur. doti. damnum ſentiret; quia tanto minus in facultatibus patris reperiretur, quanto caperet dos relicta in vim dictæ conuentionis apud hæredes mariti: & rationem hanc in ſpecie reddidit Iaſſo. in dict. l. 2. numer. 8. ad medium ff. ſolut. matrimo.

6 Contrariam opinionem † tenuit gl. in d. l. quamuis C. de pact. conuen. valere ſcilicet in patre dotante ſimilem conuentionem, quam ſequutus fuit Roma. in dict. l. 2. §. quod ſi in patris vbi & Barto. eandem ſequi. Cyn. & Angel. teſtatur in dict. l. quamuis, vbi glo. ad illum text. reſpondet dicens, ideo in illo tex. pactum in patre non valuiſſe, quoniam nudum fuit nulla ſtipulatione vallatum, at cum in huiuſmodi pacto ſtipulatio ſit neceſſaria ex text. in l. ſi cum dotem ff. ſolut. matrimon. & in l. auia C. de iur. doti. ideo inibi talis non valuit conuentio. Verum opinio Bartol. magis communiter recipitur quæ & euidenter probatur ex dict. l. quamuis, nullam inferẽdo vim litteræ illius textus, quam etiam confirmat text. in dict. l. 2. ff. de pact. dotali. in generalitate rationis ibi aſsignatæ: Tertio eandem iuuat text. in l. vni. §. accedit in verbo in perſonam C. de rei vxo. actio. & in l. quoties in verbo in perſonam ſuam ff. ſolut. matrimo. Quarto facit & regula l. ſtipulatio iſta §. alteri de verbo. obli-

7 ga. Quod † ſi quiſpiam dixerit regulam dict. §. alteri intelligi quando quis ſtipulatur de re aliena, ſecus ſi de ſua, in qua licet quãuis conditionem etſi damnoſam adijcere l. legem l. in traditionibus C. de pact. Id † ta-

8 men † intelligitur quoties onus vel conditio apponitur in re propria, quæ perpetuo propria debet durare, ſecus ſi ad tempus, & poſt illud ad alium reuerſura eſt, vti dos mortuo patre ad filiam l. penulti. l. publia vbi Bartol. ff. depoſ. idem Bartol. qui ſic declarat in l. certi condictio §. ſi nummos ff. de reb. credi. Quinto eandem iuuat ſententiam text. in l. Cayus vbi Barto. & alij ff. ſolut. matrimon. quem text. ad id clariſsimum dixit Iaſſo. in dict. l. 2. num. 8. ad medium ſolut. matrimon. Sexto iuuat & text. in l. pactum & in l. ſi pater pro filia C. de pact. conuent. & hanc Bartol. opinionem præter Salicet. Aretin. Surd. & quos ſuperius retuli tenuerunt Iaſſo. & Socin. in dict. l. 2. Alciat. Campe. & cæteri quos recenſui quæſtio. 49. in verſic. His tamen non obſtantibus & quæſtio. 52. verſic. Secundus caſus ad medium: & nouiſsimè poſt memoratos ab eod. Barboſ. in dict. l. 2. §. quod ſi in patris

9 num. 47. † vbi ſcripſit valere quidem conſenſum filiæ, quo ad patrem in his caſibus, in quibus filia poteſt ſibi præiudicare non in alijs, & inibi in l. ſi cum dotem, & in dict. l. Caius ſuſtulit obiectum gloſ. in d. l. quamuis, reſpondens poſt veteres textui in dict.

10 l. auia, & l. ſi cum dotem. Eadem † quæ in patre paciſcente dixi procedunt in extraneo, is enim ſi paciſcatur vt præmoriente marito dos remaneat apud hæredes ſeu filios mariti, nullum erit pactum & poterit eo non obſtante mulier ſecundo nubere ex adiecta in ſuperioribus ratione. Sic Bartol.

11 in dict. conſil. 126. qui † & amplius ſcribit, idem eſſe ſiue interuenerit ſtipulatio in continenti ſiue poſt ex interuallo; atque ita reſpondit neque mulieri, patri, nec extraneo paciſci licere in modum de quo ſuperius, ne inde ſequeretur mulieres indotatas remanere, & proinde nubere non poſſe: hanc opinionem tenuerunt aliqui ex citatis interpretibus & ego. ipſe quæſtio. 49. in verſic. Neque obſtat ſecundum argumentum, in fine, vbi cenſui non licere extraneo paciſci in dotis præiudicium, niſi in caſibus in quibus eadem ipſa mulier poſſet ſibi

ſibi ipſi pręiudicare,quales Alciat.& Parpal.
12 á me relati recenſent:Iaſſ. † tamen in d.l.nu. 8.in fine & alij multi ex ſuperioribus tenuerunt contrariam opinionem, in quam inclinat Surd.d.conſi.78.nu.7.in fine lib. 1. quia durum nimis videtur interdici extraneo qui voluntarie dotat mulierem rei ſuæ eam conditionem adijcere quam velit,ex regula d.l. in traditionibus ff.de pac.& l.legem.C.eod. tit.Atq. ponderant ad id text.in l.ob. res §. 1.de pact. dotal. qui videtur expreſſus, cui tamen in dict.quæſ.49.& in verſic. Non obſtat ſecundum argumentum prerer alios reſpondi intelligendum eſſe in his caſibus in quibus poteſt mulier ſibi ipſi præiudicare vt in his & extraneus,ſecus in alijs.

Ne dixerit quiſpiam iniquum hor videri ex ſuperiori ratione, quod voluntariū ſit extraneo dotare,proinde legem quamlibet dicere poſſe ; quoniam eadem ipſa ratio militat in muliere ſui iuris effecta quæ volūtarie nubit,& non nubere poteſt ſi velit; cum tamen nubendo rei ſuæ , doti ſcilicet talē conuentionem adijcere non poſſit. Præterea & ſæpe accidit,licet á communiter contingentibus aliud ſit,quod viri amore capti formoſis mulieribus etſi dotem habeant , dotem tamen non petunt , quam ſi voluntarie offerunt,nec ei pactum ſupra ſcriptum imponere poſſunt.

13 Accedat ſuperioribus † quod & in multis caſibus ob publicam vtilitatem interdicitur hominibus libera rerum ſuarum adminiſtratio & paciſcendi facultas , ſiue in contractibus,ſiue diſponendi in vltimis voluntatibus, quos recenſere laborioſum potius quā ſubtile foret;vnus ex his hic á Bart.cenſetur fauore dotis & matrimonij ad text in l. pacta quę contra de pact.l.ius publicum eo. Rurſus ſi mulieribus ſui iuris effectis quæ dotem vti proprium patrimonium habent de quo quomodocunq. in vita & morte diſponere poſſunt, non licet hanc conuētionem abijcere, quid mirum ſi extraneo no liceat id eſſicere de ſuo etiam patrimonio?

14 Sit igitur regula † non licere mulieri in modum prędictum conuenire, ne deteriorē conditionem dotis ſuæ reddat, vel nubendi libertatem auferat , etiam ſi exequutionem pacti in tempus ſoluti matrimonij conferret, vt citati interpretes docent & Surd. d. conſil.112.num.33.

15 Limitatur prædicta regula † primo vt nō vindicet quādo mulier paciſceretur poſt ſolutum matrimonium,quoniam tunc in dote poſſet ſibi pręiudicare. Ita Bart.in d.l.& hęredi §.filia familias.vbi diſtinguit , an pactū fiat conſtante matrimonio vel poſt illud ſolutū;ſic intelligens d.§.filia familias,ex text. in l.licet ff.de pact.dotali.glo.in l. cum dos in verbo nocebit ff. de pact. dotali. Imol. Alex. Roma. Iaſ.& alij quos ſequitur Surd. d. conſi.112.nu.35. Campe.in tract. de dot. 4.par.quæſ.2.in fine. Et idem vbi pactū fieret de dote perdenda in caſibus á iure expreſſis,veluti cum ipſa conueniret cum marito quod prędecedente ipſa dos remaneret apud filios communes illius matrimonij; vel quando culpa ipſius diuortium fieret & dotē amitteret,l.lucius l.viro atq. vxore ff.ſolut. matrim.& declarant citati interpretes pręcipue Campe.d.quæſ.2.poſt principium Iaſ. in d.§.quod ſi in patris nu.12.poſt Bart.Roma.& alios ab eo citatos idem Iaſſo. in l. ſi conſtante nu.180.ſolu. matri. Nouell. tract. de dot.par.7.priui.11.nu.2.& nu. 4.vbi latius agit.Barboſ.in d.§.filia familias nu.47. & alij quos citaui quæſ.49.in verſi.Quare ſecundo,vbi adduxi & Surd .conſi. 112.nu.36. li.1.& Afflict.citat ibidem deciſ. 154.nu.3.

16 Secundo † limitatur quando mulier remaneret penitus indotata tunc nequit ſibi pręiudicare paciſcendo;aut quādo alias tardius induceretur ad nubendū,ſecus vbi nō remaneret indotata in totū ita poſt Imol. Alex. Iaſ.& Ruin.reſpōdit Surd.d.conſ.112.n.37.

17 Tertio limitatur, † quando pactum ſuperius dictū in propoſita quęſtione fieret ante contractum matrimonij,quoniam in eo caſu liceret ſic paciſci l.& hęredi §. filia familias vbi glo.de pact.& gloſę intellectum ſequuti ſunt Imol.Angel.& Aretin.Iaſ.nu. 180. in l. ſi conſtante ff.ſolut.matrim.Nouel.tract. de dot.7.par.priui.11.nu.3.vbi & tex. adduxit in l.cum dos in verſi.Si vero pacta ſit filia ff.
18 de pact.dotali. nam † & valet pactum inter virum & vxorem ante contractum matrimonij quo coniuges conueniunt & ſibi reſeruāt facultatem donandi conſtante matrimonio, vt reſpondit Caſſane.conſi.2.quem refert & ſequitur Meno.conſ.596.nu.109.li. 5.quod tamen non caret difficultate;vt mox dicam.

19 Contrariam † opinionem vt nulla habita diſtinctione an fiat pactū ante vel poſt matrimonium contractum tenuit Bartol. in d. l.Attilicinus de pact.dotali.gloſ.in d. l. cum dos penultima Alex. Roma. Iaſ. & Campe. á me citati in d.queſ.49.in verſi.Neq.obſtat vbi de intellectu dicti §.filia familias egi,ad
20 eum locum lectorē reijcio : cæterum † quoad Caſſa. & Menoch. conſilia aduertendum periculoſa admodū neq. veritatē continere, quoniam talis donandi reſeruatio refertur ad tempus matrimonij & ſic tēpus inhabile;
21 & non † valet cōſtitutio dotis facta á marito vxori in qua vir cōfitetur ſe ab ea aliquā quātitatē recepiſſe quā nō recepit,quia proprie donatio, quæ interdicta eſt inter virū & vxorem

vxorem,iuxta tradita à Panormi.& omnibus in cap.1.de donatio.int.vir.& vxo.Socin.Alex.Ruin. Gozadi. Rub. Rolan. Menoch.& alij, quorum communem dixit ſententiam Surd.conſil.197.num.28.vbi num.29. com-
22 munem hanc † extendit nedum in confeſſione,quæ fit conſtante matrimonio,ſed etſi fieret ante contractum illius; cenſetur enim donatio collata in tempus matrimonij inhabile gloſ.in dict.cap.1.vbi Panormi. Anna. Pala.Rub.in rub.de donatio.int.vir. & vxo. §.30.num.2.quos ſequitur ibidem Surd. ita fit vt dicta reſeruatio in tempus matrimonij collata,donatio improba ſit & nulla. Vno tamen in caſu ſuſtineri Caſſa.& Menochij opinio poſſet, quando reſeruatio illa fieret in remunerationem, nam & valet conſtitutio dotis à marito vxori facta ſi ignobilis maritus dotet vxorem nobilem, vel cum is,qui virginẽ deflorauit, quam dotare vel in vxorem ducere tenetur iuxta diſpoſitionem tex. in cap.1.de Adul.& dixi lib.1.is igitur rectè agit ſi dotem nomine mulieris ſe recepiſſe confiteatur; neque enim in hac ſpecie donatio eſt ſimplex & pura,quia procedit ex primæua dotandi obligatione, vt hæc & his ſimilia ex antiquioribus ſcribit idem Surd.d. conſil.a num.29.& 30.

23 Quarto limitatur † vt mulier deteriorem ſua conuentione dotis conditionem facere nequeat,niſi vbi extraneus dotaret & ſoluto matrimonio ſibi dotem reddi ſtipulatus foret,id enim poteſt in continenti l. vni.§. accedit C.de rei vxo.actio.ſecus vero ſi ex interuallo, non enim id poſſet extraneus niſi de conſenſu mulieris l. ob res §. 1. de pact. dorali. atque inde efficeretur vt mulier remaneret propter talem cõſenſum indotata.

Vnde contraria ſententia verior videtur vt neque à principio,neque ex interuallo id liceat mulieri, iuxta à me dicta ſuperius in verſic. Eademque in patre,Neq. obſtat tex. in dict.l.ob res.§.1.cui ſatisfeci in dict.quęſ. 49.in verſic. Neque obſtat ſecundum argumentum,& latiſsimè proſequitur Nouell.d. priui. 11.nu.9.vbi dupliciter reſpondit.

24 Cæterum † admittit prędictam limitationem Nouell. ibi nu.10. in patre,quia inquit non tam magnum in eo caſu vertitur præiudicium,ſicut in extraneo cum pater teneatur iterum filiam dotare: cuius opinio vera non eſt,& communiter improbatur, ex his quæ dixi ſupra in verſi. Quod etiam procedit in patre dotante.

25 Quinto limitatur † quando & quoties remitteretur viro obligatio aliqua;id contingit cum mulier in dotem daret nomen debitoris & in ſe ex pacto periculum illius ſuſciperet,id enim poteſt iuxta text. inſignem in l.Pomponius ff. de pact.dotali. Atque idem eſſe decidit text. ille quando dos data fuiſ-
26 ſet viro æſtimata,poteſt enim † mulier in ſe ſuſcipere periculum illius, ſic interpretes in dict.l. Pomponius fusè Nouell. d. priui. 11. num. 11.verſic. Sexto limita. Barto. Angel. Roman. Alexan. & alij omnes in l.męuia ff. ſolut.matrimon.Barboſ.in dict. l. æſtimatis
27 eo.titul.dixi ſupra queſt.49.in verſic.Non † obſtat tertia ratio. rationẽ reddidi aliquando præter alios omnes quoniam mulier ſic paciſcendo deteriorem dotis ſuę conditionem non facit, quæ id ipſum proſequitur quod ante contractum matrimonium in re ſua pręſtabat continuans operam,& rerum
28 ſuarum curam & ſolicitudinem:Quę † traditio communis intelligenda eſt, dum nulla viri culpa,aut dolus interueniat, cui mulier in dotis ſuæ pręiudicium renunciare nõ poſſet l. conuenire de pact. dotal. Nouell. vbi ſup.& alij in dict.l. męuia Barboſ. in dict. l. æſtimatis Dida.in pract.quæſ. cap.28. Cyn. Bal.Alberi. Salice.in l.ſi inter virum C.de dona.int.vir.& vxo.

29 Sexto limitatur † quando per conuentionem factam per mulierem dos ad illius primeuam naturam rediret,quo in caſu etſi poſt deterior fieret dotis conditio ſuſtineretur tamen pactum l.ſi vnus §. pactus ne peteret ad finem ff.de pact.in verſi. Quod in ſpecie, quare ſi conueniret mulier cum viro vt dos reſtitueretur,quę in pecunia data fuerat, ſoluto matrimonio in continenti non expectata dilatione legali de qua in §.cum autem l. vni.C.de rei.vxo.actio.& poſt paciſceretur vt dos non in continenti, ſed poſt aliquod tempus redderetur, etſi in vim huius vltimæ conuentionis mulieris conditio deterior fieri videretur, in hac tamen ſpecie valeret
30 Bal.Nouel.dict.priuil. 11.nu.12.quia † ſcilicet res idest dotis exactio de facili reuertitur ad ſuam naturam,Bald.in dict.l.ſi conſtante,vbi Iaſſ.num. 175. Rip.num. 49. dixi hoc lib.quæſ. 49.in verſi. Secundo omiſsis: & quæſ.53.in verſic. Veruntamen animaduertendum eſt,& de intellectu dict.§.pactus ne peteret dixi fusè Explora.iur.

31 Cæterũ † in exemplo ſuprapoſito ſi dilatio per mulierẽ data excederet metas legales,eo ipſo dotis conditionem deteriorem redderet & nõ valeret pactũ ſic Nouell.ſup.

Septimo limitatur regula vt procedat quando mulier paciſceretur de doreante cõtractum matrimonij,vel ipſo contractu, vel quoties in tempus ſoluti matrimonij pro-
32 miſsionẽ conferret, paria † enim ſunt fieri in tempore inhabili, vel cõferri in tẽpus inhabile l.vbi ita donatur ff.de dona.cau.mor. Imol.& Roma.quos ſequitur Sur.d.conſ.78.

nu.9.li.1.latius conſi.c12.nu.34.35.& egre-
gie docuit Nouel.d.priui.11.nu.c3.in verſi.
Præterea ſi pactū. verum ſi pactū fiat ſoluto
iam matrimonio ſuſtinetur conuentio licet
deterior fieret dotis conditio, cum & eo tē-
pore donare poſsit & libere diſponere, l.li-
cet ff.de pact.dotali. gloſ.in l.cum dos ver-
bo nocebit de pact. dotali. Barto. in dict. l.
hæredes §. filia familias ff. de pact. Roma.
Alex.& Iaſſ. quos ſequitur Surd. dict. conſi.
33 112.num.35.Contrariam † quod nec ſoluto
matrimonio liceat mulieri dotis conditio-
nem deteriorem efficere niſi ex iuſta cauſa
ſaltim renuit Nouel.d.priui. cc.num.c3.vbi
hanc opinionem acerrime defendit quæ fuit
Imol.in l.ſi ſocer §.Lucius ff.ſolut.matrimo.
Alex.ibi num.6. Afflic. deciſio.c54.num.3.
idem Surd.ſibi ipſi contrarius conſil.78.nu.
co.libr.1.vbi apertè reſpōdit pactum à mu-
liere initum ſuper dote ſoluto matrimonio
quo dotis conditionem deteriorem reddit
non valere niſi fiat ex iuſta cauſa citat gloſ.
in dict.l.licet de pact.dotal. Dyn. Barr. Ro-
man. Alex. Afflict. Nouell.& Campe. quibus
addendi Alex. Iaſ. Deci. Rube.& Roland. à
Vall. quos refert & ſequitur Caualca. tract.
de vſufruct. muli. relic. nu. 135. communem
hanc idem Surd. dict. conſ. aliquibus exem-
plis poſt Nouel. in loco citato comprobat,
is videndus.

34 Octauo limitatur † quādo pactum de quo
agitur foret iuratum, ex vi enim iuramenti
robur acciperet & mulier pacto ſtare coge-
retur ca. cum contingat ex. de iur. iuran. præ-
ualet enim fauor animę fauori matrimonij
& dotis vt ibi & in ca. mulieres de iur. iuran.
35 in 6. quia vt ibi Panormit. † & cęteri adno-
tarunt, iuramentū confirmat contractus im-
probatos etiam de iure ciuili, & eos etiam
qui principaliter fauorem & priuatam con-
cernunt vtilitatem etſi ſecūdario publicam;
36 † proinde mulier iuramento fundi proprij
dotalis alienationem confirmans, iuramento
cogitur ſtare, quæ communis omnium ſen-
tentia eſt, vt poſt Panor. Corne. Imol. Alcia.
& alios receptiſsimam dixit Dida. in d. cap.
quamuis pactum 2. par. §. 1. num. 5. & no. 7.
vbi fusè diſeruit. Gutier. tract. de iuramen.
confirma. cap. 1. a num. 1. cum ſeqoen. alios
ſciens prætereo. Vnde ad inſtitutum noſtrū
ſi iuramentum fundi dotalis alienationem à
lege prohibitam confirmat de iure Canoni-
co, cui ſtandum eſt, quanto magis confirmabit
37 pactum ſuperius: Ita † fit vt licet mulier de
iure ciuili non poſsit renuntiare iuri hypo-
thecæ quam habet in bonis mariti, iuxta ius
nouiſsimum authenticorum ius auth. ſi qua
mulier C. ad Velleian. niſi eo caſu quo valet
conſenſus mulieris in alienatione donatio-
nis propter nuptias, quando ſcilicet ſecun-
dus conſenſus poſt biennium interceſsit, &
alię res viro ſuperſint ex quibus eidem mu-
lieri ſatisfieri poſſet, alias renuntiatio vel
donatio nullę forent; iuxta Bartol. traditio-
nem in l. męuia. §. fundus num. 4. ſolut. ma-
trimo. vbi Caſtren. num. 3. communem di-
xit, & alios plures coaceruat Roland. con-
ſil. 70. num. 1. libr. 2. Gutier. dict. cap. 1. num.
38 17. ad finē; † Iuramento tamen interpoſito
pactum roboratur & renuntiatio ſuſtinetur,
reſpondit poſt antiquiores Rolan. dict. con-
ſil. 70. num. 20. 21. libr. 2. vbi multos in hanc
citat ſententiam communem Didac. in dict.
cap. quamuis pactum 2. part. §. 1. num. 9. &
10. Gutier. dict. cap. c. num. 19. & latius
cap. 46.

39 Hanc autem † limitationē declarauit du-
pliciter Bald. Nouell. dict. priui. c1. num. 14.
Primo vbi mulier iuraſſet pactum de quo a-
gimus obſeruare in omnē caſum ſoluti ma-
trimonij etiam per mortem viri, ſecus ſi
ſimpliciter pacta fuiſſet ſe non repetituram
dotem in caſum ſoluti matrimonij; recipe-
40 ret † enim interpretationem pactum & iura-
mentum iuxta terminos iuris communis, vt
videatur mulier, & cum ea contrahens intel-
lexiſſe de caſu ſoluti matrimonij per mor-
tem ipſius mulieris iurantis non viri, ne poſt
remaneat indotata fauore publicæ vtilita-
tis dict. l. 2. de pact. dotal. gloſ. in l. cum dos
gloſ. 3. de pact. dotali. cum iuramentum &
illius vis reſtringatur ſecundum naturam
ſubiecti vel actus ſuper quo interponitur, l.
fina. qui ſatiſ. cogan. l. fina. C. de non nume.
pecun. quod ibi latius confirmat. Placet ta-
men illius traditio quia ſi ſic fuiſſet concep-
tum ſimpliciter pactum intelligeretur cum
morte mulieris matrimonium diſolueretur,
41 conſequenter † adiectio iuramenti, etſi ro-
bur addat & vim, ſubſtantiam tamen obli-
gationis non extendit, ſed intra ſuos tan-
tum limites ipſam continet. Oldrad. conſil.
238. Roma. Alex. Angel. & Deci. quos ſe-
quitur & citat Surd. deciſ. 3. num. 9. Tiraq.
Areti. Deci. Cæphal. Bertran. Pariſi. & alij
adducti ab eodem Surd. conſi. 20. num. 8. lib.
c. conſi. 315. num. 27. lib. 3.

42 Simile eſt † quod tradidit Gutier. in d.
cap. 46. num. c3. quod licet pactum vel pro-
miſsio per mulierem facta de hyppotheca
in bonis mariti non valeat ex ſupra addu-
ctis, & iuramento confirmata teneat & ob-
ſeruanda ſit, quando ſcilicet fuit renuntia-
tum ſpeciali hyppothecæ cum iuramento,
alioquin ſi ſimpliciter mulier promiſiſſet
etſi iuramentum adiectum fuiſſet non cenſe-
tur renunciaſſe, cum iuramentum actui ad-
iectum ſecundum illius diſpoſitionem &
qualita-

qualitatem interpretandum ſit, quod ille latius proſequitur.

43 Simile † eſt aliud à me traditum hoc lib. quæſt. 11. ad finem verſi. Non obſtat tertiũ, ſcripſi illic iuramentum non operari legitime renunciationem, etſi vim expreſsi habeat, niſi cum renunciatio ſaltim generalis adiecta fuit; quia iuramentum non extendit obligationem.

Ex ſuperioribꝰ ſequitur in caute duos alioquin viros eruditos Ioſeph. Ludoui. deciſio. Lucan. 21. num. 15. Caualca. tracta. de vſufruct. mulier. nu. 135. dixiſſe mulierẽ in dote, donatione propter nuptias, nec in antiferno, poſſe ſibi præiudicare etiam adhibito iuramento, quoniam vera traditio non eſt ex ſuperius adductis.

SVMMARIVM.

1 *Pactum à patre factum vt dos aucta ab eo ſecundo filiæ viro, ipſa præmortua remaneat apud virum an valeat, & poſsit per filios prioris matrimonij reuocari ex d. diſpoſitione legis hac edictali C. de ſecun. nupti.*
2 *Bald. traditio ſingularis.*
3 *Dos à quocunq. procedat cenſetur à muliere ipſa deſcendere.*
4 *Mulier in præiudicium filiorum prioris matrimonij paciſci non poteſt.*
5 *Baldi aſſertio celebris.*
6 *Dotis & augmenti idem eſt iudicium.*
7 *Dos mortuo patre in filiam conſolidatur.*
8 *Dos quandocunq. augeri poteſt etiam conſtante matrimonio.*
9 *Lex ſecundis maritis odioſa.*
10 *Pater non tenetur iterum filiam dotare quam ſemel dotauit.*
11 *Pater non tenetur addere doti filiæ datæ, auctis ſuis facultatibus.*
12 *Pater vbi dotat filiam caſu, quo dotare non tenetur perinde eſt ac ſi extraneus dotaſſet.*
13 *Pactum ab extraneo factum dum dotat mulierem in ſecundis nuptijs quod præmortua ipſa dos remaneat apud virum, valet & reuocare non poteſt per filios prioris matrimonij.*
14 *Pater etſi in aliquibus caſibus dotare filiam nõ compellatur, iure tamen naturali dictante impellitur.*
15 *Tex. in l. ob res §. 1. de pact. dotali. declaratur.*
16 *Tex. in l. hac edictali C. de ſecun. nupti. expenditur.*
17 *Euẽtus poſterior à primordio tituli formatur.*
18 *Curtij iunioris traditio Baldum declarantis.*
19 *Dos quæ ab extraneo datur mulieri vel à patre per fictionem à filia procedere dicitur.*
20 *Dos primum vxori poſt breui manu ab vxore marito tradi dicitur.*
21 *Cauſa principalis à natura deſcendens attendi debet.*
22 *Cauſa prior attẽditur quando ſecunda niſi adſit prima non poteſt facile operari.*
23 *Augmentum non regulatur à principali quando militat diuerſa ratio.*
24 *Dotis & augmenti diuerſum eſt iudicium quando ſeparata eſt conuentio dotis ab illius augmento.*

QVÆSTIO. LX.

PACTVM A PATRE VT DOS aucta ab eo ſecundo filiæ viro ipſa præmortua remaneat apud virum an valeat, & poſsit per filios prioris reuocari. matrimonij ex diſpoſitione. l. hac edictali. C. de ſecun. nupti.

1 VTILIS poſt † multas alias quæſtio proponitur, an filij prioris matrimonij poſsint in vim dict. l. hac edictali reuocare augmentum dotis ab eorum auo filiæ factum in ſecundis nuptijs, vbi conuentum fuit præmortua vxore augmentum huiuſmodi mariti lucro cedere, nam de pacto hoc ab extraneo dotante facto dixi quęſt. 45. Dubitationem
2 † facit quod Bald. egregie ſcripſit in dict. l. hac edictali num. 20. is inibi expreſsim docuit, patrem dotantem filiam in ſecundis nuptijs, adiecto cum viro pacto vt præmortua filia dotis augmentum apud ipſum remaneat, poſſe in hac ſpecie filios prioris matrimonij agere reuocatoria in vim diſpoſitionis dict. l. hac edictali, cum pater filiam dotare teneatur l. qui liberos cum vulga. de Rit. Nuptia. Baldum ſequitur Salice. in dict. l. hac edictali poſt principium; Roman. conſ. 219. Curti. iunior. conſil. 122. ad finem, Rolan. tracta. de luc. dot. quæſt. 28. num. 1. & 2.
3 Mouentur † citati interpretes ea ratione quod dos à quocunque detur, videtur ab ipſa vxore procedere licet ab extraneo detur §. illud quoque in auth. de non eligen. ſe. nuben. l. ex morte ad finem C. de pact. conuen. Aretin. in §. fuerat num. 25. inſtit. de actio. Natt. conſil. 258. num. 1. Salicet. & Palat. Rube. quos refert Surd. conſil. 255. num. 2.
4 lib. 2. nequit † autem mulier huiuſmodi conuentionem inire in pręiudicium filiorum prioris matrimonij d. l. hac edictali, conſequenter nec pater.

5 Fortius facit † quod idem Bald. ſcribit in l. generaliter col. 1. C. de ſecun. nupti. docuit, extraneũ dotẽ dãtẽ cũ pacto quod vxore pręmoriẽte vir ipſam lucretur, cum caſus

eueniat , ſi poſt maritus ad ſecundas nuptias
conuolauerit , poſſunt & filij prioris matri-
monij lucrum hoc reuocare ; rationem red-
dit quoniam dans pro alio illum repreſen-
tat pro quo dat, & perinde habetur ac ſi ab
illo datū foret, ſic & Gabriel in commu.ti-
tul.de ſecun.nupt.conclu.5.num.8.

Tertio ea vtuntur ratione , nam vt filij
prioris matrimonij reuocant dotem,pariter
6 & augmentum dotis , † quia de augmento
idem,quod de principali iudicatur,vt in ter-
minis dixit text. in l. inter ſocerum §. cum
inter ff. de pact. dotali. l. etiam C. de iur.
doti.dixi multorum authoritate vbi & ple-
riſque ornaui exemplis hoc libr. quæſt. 31.
vnde cum dos aucta fuerit à patre ſecundo
viro , augmentum huiuſmodi in reuocatio-
7 ne veniet vti dos principalis. Et hæc † qui-
dem opinio maxime procedit quando pater
prius quam filia ſecundo nupta decederet,
dos enim tunc in filia conſolidatur l. 2. §. 1.
ff.ſolut. matrimon. Et vir eo caſu dotem ab
vxore haberet , quę vt dixi ſua conuentione
filiorum iura eis a dict.l.hac edictali conceſ-
ſa infringere non poteſt. Gabri. lib.3.titul.
de ſecun.nupti. conclu.4. num.69. relatus à
Surd.dict.conſi.355.num.1.in fine.

Contrariam opinionem aduerſus Bald.
& ſuperius relatos tenuit nouiſsimè Surd.
dict.conſil.255.qui & in ſuam ſententiam in
eiſdem terminis adducit Iaſo. conſil. 58.a
num.1.vſque ad finem libr. 3. Mouentur ci-
tati nunc duo Iaſ. & Surd. quia hoc pactum
non pręiudicat filijs prioris matrimonij,ex
quo nō fit ſuper antiqua dote ſed ſuper aug-
8 mento nouiter facto:poteſt † enim dos quā-
docunque augeri etiam conſtante matrimo-
nio l.ſi conſtante C.de dona.ant.nup.& po-
teſt qui dotes auget eis ea adijcere pacta,
quæ vult , vti in re ſua l. in re mandata C.
manda. etiam abutendo l. ſed etſi lege §.
conſuluit de peritio. hæredi. cum alijs coa-
ceruatis ab eodem Surd.ibi num. 65. vbi in
extremis verbis conſiderat, quod ſi hoc pa-
ctum non ſuſtineretur,mulieres habentes fi-
lios raro inuenirent maritum.

Huic rationi reſpondetur per conuentio-
nem hanc vere pręiudicium inferri filijs
prioris matrimonij in dote ipſa aucta ; li-
cet enim aliud videatur augmentum nouum,
aliud dos ipſa , quia tamen ſimul dos prior
cum noua additione tota confunditur & fit
vnum mulieris patrimonium, quod de prin-
cipali dote iudicatur idem & de augmento
cenſendum vt multis oſtendi dict. quæſtio.
31.

9 Rurſus † cum lex odio proſequatur ſecun-
dos maritos,& omne lucrum ab his auferat
quod in præiudicium filiorum prioris ma-
trimonij reſultare poſsit.dict.l.hac ædictali,
& præterea omnem fraudandi ſpeciem tol-
lat & machinam, hæc facile fieret ſi pactum
in fauorem ſecundi mariti ſuſtineri poſſet.

Neque inconueniens propoſitum à Surd.
quidquam eſt; nam in fauorem filiorum ſe-
cundi matrimonij conſiderari poteſt , ſed
non in fauorem mariti ; proinde caute idem
Surd.in ſuis verbis de ſecundo non loquitur
marito,ſed de filijs ſecundi matrimonij , in
quorum fauorem ſimilis poteſt fieri con-
uentio,quemadmodū ex receptiſsima ſcripſi
opinione quęſt.54.in principio.

10 Secundo Surd. † argumentatur ea ratio-
ne,quoniam non tenetur pater,qui filiam ſe-
mel dotauit eam amplius dotare iuxta com-
munem omnium in l. ſi cum dotem §. 1. ff.
11 ſolut.matrimon. † neque auctis facultatibus
tenetur pater iterum dotare vel dotem au-
gere Bald.in auth.res quæ num.16.C.com-
mu. de lega. Ruin. Alciat. Crauet. & Me-
nochi. quos refert illic Surd.num.8.9.& 10.
12 † Subiungit ille quod vbi pater dotare non
tenetur & dotat , perinde eſt ac ſi extraneus
dotem daret,quia obligatio dotandi ceſſat;
13 cœterū † ſi extraneus dotem daret ſecundo
viro , poſſet pactum hoc lucrandi adijcere,
neque tunc filij prioris matrimonij reuoca-
re poſſent in vim dict. l. hac ędictali , iuxta
Bal. ſententiam in dict.l. num. 50. cui addo
Salice.Roma. Curti.iuni. & Rolan. idem in
extraneo exiſtimantes in locis à me in prin-
cipio quæſtionis citatis. Gabriel. dict. con-
cluſ.5.titul.de ſecund.nupti.num.39.conſe-
quenter (inquit Surdus) cum dotans poſsit
pro reſtitutione conſulere & prouidere, cui
vult & prout vult,& poſsit in continenti ſti-
pulari quod ſibi marito,vel alteri reſtituatur
dict.l.ex morte ad finem C.de pact.conuen.
poterit vtique pater hanc inire conuentio-
nem,nam extraneus poteſt proculdubio l.ob
res §.1.ff.de pact.dotali.

Huic alioquin fortiſsimę argumentatio-
ni reſpondetur neque male aut abſurde, ve-
rum patrem non teneri dotare filiā iam do-
tatam , verum negamus pactum hoc adij-
cere poſſe per quod diſpoſitio dict. l. hac
edictali facile eluderetur ſiue in dote prin-
cipali ſiue in augmento ; neque enim poteſt
pater doti legem imponere per quam via
fraudibus aperiatur , & ſeu præiudicium fi-
lijs prioris matrimonij inferatur dict. l. hac
ędictali ; nam augmentum eiuſdem iuris eſt
cuius dos , & pactum illicitum in additione
illius ſeruandum non eſt quo fraus diſpoſi-
tioni fieret , vel fieri poſſet illi legi , quod
ſumme præcipit Iuſtinianus in dicta conſti-
tutione.

Neq. ſimile de extraneo facit, cum in ex-
traneo

traneo diuerſa ſit ratio;qui nullo iure dotare
14 mulierem tenetur; ✝ in patre negari nequit
quin etſi dotatam non teneatur de iuris ri-
gore dotare iterum filiam, impulſu tamen
& quodam veluti iure naturali ſi non com-
pellitur,impellitur,quia filijs benefacere in
quorum gratiam bona acquirir, & bonum
pro illis conſilium ſumere tenetur l. nec in
ea in verbis pietas patris conſilium capit
pro filijs, ff. ad l. Iuli.de Adulte. l. 1. §. ta-
ceat,in verbis naturalis ſtimulus parentes ad
liberorum ſuorum educarionem hortatur
C. de patri. poteſt. §. fina. in verbis, *quis
enim patiatur filium* inſtit. de noxa. actio.
cum alijs prope modum ad hoc inſtitutum
congeſtis per Tiraquel. in l. ſi vnquam, in
prætatio. num. 9. C. de reuo. donatio. cum
ſequen.multis.

Ita fit vt pater nequeat in præiudicium fi-
liæ ne indotata remaneat pactum apponere
in contractu matrimonij, vt viro præmor-
tuo dos apud illius filios vel hæredes rema-
neat, quemadmodum ex communi reſolui
quæstio.antecedenti.

Rurſus neque eſſet ponere os in cælum
(vt antiquiores noſtri frequenter aiunt) ne-
gare nec extraneo licere hoc pactum adij-
15 cere;Neque ✝ obſtat text. in dict. l.ob res §.
1,de pact. dotali. quoniam non minimi no-
minis interpretes intellexerunt text. illum
vt procedat in his tantum caſibus, in quibus
poteſt ſibi ipſi mulier in dote præiudicare,
vt in his poſsit extraneus,non aliter dixi an-
tecedenti quæſtio. in verſic. Eadem quæ in
patre: vbi & id ipſum comprobaui.: quam-
quam in hoc,de quo agimus caſu in extraneo
à communi non diſcedo opinione quam te-
nui dict.quęſ.45.

16 Tertio mouetur ✝ Surd.ex tex.in d. l.hac
edictali,quæ ſolum prohibet ne vxor aliquid
marito relinquat, vel maritus vxori vltra id
quod relinquitur filijs prioris matrimonij;at
in propoſita ſpecie ſecundus maritus non ha-
bet hoc augmentum ex voluntate vel diſpo-
ſitione vxoris, ſed ex conuentione patris &
ſoceri, qui ita pactus eſt cum dotem auxit;
proinde prima & originalis cauſa attēdi de-
bet à qua ſecunda habet neceſſariā conſequē-
tiam l.ſi hæres teſtamento ff.de actio.emp.
l.vnum ex familia §. ſi de ſalcidia & §. ſed ſi
duos vbi gloſ. in verbo hereditario delega.
2.Crauet.Caſtr.Socin.& alij ab eo relati d.
17 conſil. num. 10. & 11. ✝ A primordio enim
tituli poſterior formatur euentus l. 1. ad fi-
nem de impo.lucra. deſcrip. libr. 10. idem
Surd.conſil.112.num.10.Subiungit Surd. a-
deo diſpoſitionem ad primam cauſam refe-
rendam eſſe, quod is cui ex neceſsitate legis
vel teſtatoris relinquitur non poteſt in eo

grauari, vt de legitima vel lucro delato ab
ſtatuto,quod ille ab authoritate Ancharran.
Socin.Crauet.Ema.Acoſ.deducit num.12.

Reſpondetur verboſam magis rationem
quam ſubſtantiæ aliquid præſeſerre; quo-
niam text.in dict.l. hac edictali nedum pro-
hibet ne vxor vel maritus reſpectiuè ſibi re-
linquant vltra id quod relinquitur filijs prio-
ris matrimonij,cui minus legatum eſt, ſed &
prohibet omnem modum per quem quauis
ratione vel pacto plus relinqui poſſet ſecun-
do coniugi quam vni ex filijs prioris coniu-
gij, verum ſi huiuſmodi pactum valeret per
interpoſitam patris, & ſoceri perſonam fie-
ret fraus diſpoſitioni illius legis, quia ſic
conſequeretur ſecundus maritus per indi-
rectum quod directo mediante vxoris per-
ſona & pacto non poſſet conſequi,ideo me-
dium inhabile dicitur, conſequenter ſubla-
tum ex diſpoſitione dict. l. hac edictali. ad
ea quę ex magis communi reſolui ſupra quę-
ſtio 54.ex his conſtat nullo iure ſuſtineri vel
ratione ſaltim vera opinionem Iaſſ.& Surd.
quibus in conſilijs ſicut & cæteris parum cre-
dendum eſt, quod pecunię cupidine ſępius
conſulentes pro voto cuiuſque de iure reſ-
pondeant aduerſum veras traditiones.

Vt autem aperte huius articuli veritas
prodeat ſupereſt & ſolutiones refellere,quas
Surd, a num. 15.in verſi. His vero non con-
tradicit Bald. adduxit, ſatisfaciendo argu-
mentis quæ pro Bald. & communi opinio-
ne in principio quæſtionis inſtitui: Impri-
mis igitur ſatisfacit doctrinæ Baldi dicens
eum non contradicere ſed potius aſſentiri.
quia inquit ea vtitur ratione quando diſcri-
men conſtituit inter patrem & extraneum,
quoniam data à patre videntur procedere
de patrimonio filię, quam pater dotare te-
netur,ceſſante autem ratione cum pater do-
tare non tenetur, ceſſare diſpoſitio debet l.
cum tale §. falſam de condi. & demonſ. l.
adigere §. quamuis cum ſimilibus de iur.pa-
tro. vnde in caſibus, in quibus dotare non
tenetur (qualis hic vnus eſt, quando ſemel
competenter dotauit) nulla diuerſitatis ra-
tio inter patrem & extraneum dari poteſt;
quin quod extraneo paciſci licet in hac ſpe-
cie non etiam, & patri qui vti extraneus re-
putatur.

Solutio hæc ex multis conuincitur eo
præcipuè quod vt antea dixi Bald. conſide-
rat dotandi obligationem in patre quę non
militat in extraneo,& licet pater non tenea-
tur dotem augere iam dotatę filiæ,obligatio
tamē dotandi cauſata à lege naturali & po-
ſitiua non tollitur, neq. etiam obligatio be-
nefaciendi & filios honorandi, augendique
ipſorum ſtatū & bona à lege naturali deſcen-

Digitized by Google

dens vt ſupra dixi : quæ in extraneo ceſſant:
ideo dotis augmentum in hac ſpecie & á fi-
lia dimanare dicitur ſicut dos principalis, in
qua haber locum diſpoſitio d.l. hac edictali.
18 ſic intellexit & declarauit Bal. traditioné †
expreſsim Curt.iuni. d.conſ.122.nu. 11.ad
finem;vbi hæc ipſa verba ſubiungit : & ideo
Bal. ſubdit ſe putare quod cum iſta dos in-
telligatur tunc emañare de patrimonio filię
quod tunc habet locum dict. l. hac ędictali,
& ſic formaliter tollit Bald. obiectum. do.
conſultori, quod diſpoſitio d. l. hęc edictali
procedat etiam quando pater dat dotem fi-
lię ſecundo nubenti,etiam quod pater dáret
maiorem dotem, quam dederit primo ma-
tito:hucvſque Curti.iuni.

19 Non obſtat ſecunda † ſolutio dum conſi-
derat num.20.verſi. Non etiam aduerſatur,
nam inquit quod dos ſemper á filiæ patri-
monio dimanare dicatur á quocunque detur
ideſt per fictionem quemadmodum aperte
innuit text.in dict. l. ex morte in fine C. de
pact. conuen.argum. l. 1 §. deijeciſſe ff. de
vi. & vi. arma.cum ſimilibus vere autem ab
20 eo datur qui mulierem dotat, & † licet vi-
deatur primũ data vxori, & breui manu oc-
culraro vnico donationis actu, & ab vxoré
mariro l. 3. §. fina. de donatio. inter vir. &
vxo.gloſ.in dict.l. ex morte §. fina. quia ta-
men niſi foret vxori data non poſſet ad ma-
ritum peruenire, non ab vxore ſed á patre
vel extraneo doté prouenire dicimus: vnde
quando vxor dotem conſtituit ſecundum cõ-
ditiones vel pacta adiecta ab extraneo do-
tante,non attenditur perſona mulieris exe-
quentis, ſed extranei ordinantis l. vnum ex
familia §.ſi de falcidia de lega. 2. quia pri-
ma & originalis cauſa attenditur, á qua ſe-
cunda habet neceſſariam conſequentiam, l.
ſi hæres teſtamento de actio. emp. dict. §. ſi
de falcidia cum alijs ab eo congeſtis dict.
conſil. num.11. & num.21.in fine;rationem
reddit qnia actus attribuitur ordinanti &
mandanti non exequenti.l. item eorum §. ſi
decuriones ff.quod cui.vni.nomine cap.cum
aliquibus de reſ.in 6.Huic ſolutioni, ſit ſatis
retorquendo eandem argumentationem in
contrarium; quoniam ſi omni iure parer fi-
liam dorare tenetur & filijs ſuis beneface-
re ſiue dotem det, ſiue dotem iam datam
augeat, vtroque caſu impulſus ille & natura-
lis ſtimulus vindicat,quo parentes omnimo-
do filijs benefacere, & bona quæ ipſorum
gratia parat relinquere & donare impellun-
tur; vnde ſicur dos á filia dari dicitur ſic do-
21 tis augmentum, & † conſequenter cauſa
principalis & originaria filiationis & pater-
ni amoris attendi debet iuribus á Surd. ad-
ductis:his addo quod cauſa cauſæ eſt cauſa
cauſati Barto.in l. 4. §. actor num. 2. de re
iudi. Tiraq.de ceſſan.cau.limita.20.num.13.
Oſaſ.deciſio.pedemon. 167.num. 28. vnde
cum cauſa augmenti dotis fuerit filiatio &
amor paternus, in dotis conſtitutione nulla
inter dotem & augmentum differentia con-
22 ſtituenda eſt. Porro † cauſa prima attendi-
tur quando ſecunda niſi adſit prima non poſ-
ſet ita facile operari l. prætor §. prædium
de lega.2.l.ſi ex duobus vbi glo. de aſsigna.
liberto. l. ſi quis domum §. hic ſubiungi po-
teſt ff.loca. verum niſi hic adeſſet intuitus &
contemplatio paternę dilectionis, augmen-
tũ dotis non tam facile fieret, etſi enim ali-
quando apud extraneos contingere poſsit,
quoniam tamen id raro,neq. tam frequenter
vt apud parentes, in conſequentiam adduci
non debet.l. nam ad ea cum vulga.de legi.

Pręterea neque obſtat eiuſdem Surd.ſolu-
tio d.conſi.num.12.verſic. Demum reſpon-
deo,tũc ait ille dotans videtur donare vxo-
ri,& vxor viro cum dotans non fecit pactum
de illius reſtitutione,at vbi pactum interce-
dit de ſibi vel alij reſtituendo dotem, tunc
pactum attenditur & ſeruari debet dict. l.ex
morte §.fina.l.fina.§.1. C.de iur.doti. l.vni.
§.accedit C.de rei. vxo. actio. cum alijs ab
eo ibi & nu.23.adductis. Hoc enim reſpon-
ſum parum ad inſtitutum quęſtionis perti-
net;cum pacta licita & á iure probata in cõ-
tractu matrimonij fieri poſsint, illicita mi-
nime vt in prima huius tertij libri declarauí
quęſtio. huiuſmodi eſt pactum de quo diſ-
ceptatur, quia in legis hac edictali fraudem
fieret media patris perſona,quod mulier ex
ſe ipſa facere non poſſet.

Ad hęc idem Surd.num. 24.in verſic. Pa-
rum quoque negocij, ſubiungit, nullius fore
conſiderationis dicere quod augmentum ſe-
quitur naturam dotis principalis & ſicut fi-
lij dotem reuocant ſic & augmentum; reſ-
23 ponder ibi, † augmentum non regulari ſe-
cundum principale, quando militat diuerſa
ratio l.qui fundum §.1.ff.pro empto. cum a-
lijs ibidem per eum cõgeſtis hic autem ma-
xima eſt diuerſitatis ratio,quia primam do-
tem pater dare tenebatur non augmentum
dotis; ideo de prima vxor diſponere non
poteſt in pręiudicium filiorum prioris ma-
trimonij; Hęc Surd. conſideratio ſolum lo-
quitur de filijs poſterioris matrimonij in
quorum fauorem pactum fieri poſſe non
diffiteor, dixi fusé quęſtio. 54. vbi & Surd.
citati in hoc conſilio. 255. Verum quoad
maritum nihil facit; quia etſi dotis aug-
mentum dare non cogatur pater pręciſe,
cauſatiue: tamen quia pater impellitur, &
hoc ſufficit vt dicatur dotem á filia obueniſ-
ſe vt modo ſuperius.

Neque

24 Neque etiam officit quod adducit nu.25. verſic. Reſpondeo ſecundo; idem non eſſe iudicandũ de augmento quod de dote, quando aliud conuentũ fuit ſuper augmento, quã ſuper dote, tunc enim in augmento aliud ius obſeruatur. l. inter ſocerum §. cum inter de pact. dotali. l. ſi conſtante §. pactis C. de dona. ant. nup. citat Cyn. Pariſi. & Rolan. tract. de luc. dot. quæſt. 100. num. 12. Non enim ego diffiteor noua fieri pacta poſſe ſuper augmento dotis dum licita ſint & à iure probata, neque fiant in fraudem legis media patris vel alterius perſona d. l. hac edictali & ſic loquuntur iura ſuperius citata; verum cum in hac ſpecie tam dos quam augmentum à filia procedere dicatur; quemadmodum non ipſa poſſet ſic paciſci nec pater: quare non facile à Bald. Salicet. Roma. & Curti. opinione quæ magis communis eſt recedendum videtur, quam ſequitur Gabri. lib. 3. commu. opinio. tit. de ſecun. nupti. conclu. 4. n. 34. 35.

SVMMARIVM.

1 *Pactum in matrimonio quod uxor donationem propter nuptias lucretur an valeat, quid etiã ſtantibus filijs.*

2 *Pactum maxime iuratum quod vxor præmoriens lucretur donationem propter nuptias, validum.*

3 *Pactum in capitulis matrimonialibus quod vxor etiam præmoriens ſuperſtite marito lucretur donationẽ propter nuptias, validũ.*

4 *Pactum de lucrando donationem propter nuptias ab vxore factum validum eſt etiam ſi extent liberi.*

5 *Mulier bona ſua omnia dare in dotem poteſt conſentiendo viro, dum non paciſcatur quod plus lucretur maritus quam vnus ex filijs prioris matrimonij.*

6 *Dos & donatio propter nuptias pari paſſu ambulant.*

7 *Conuentio inter virum & vxorem quod donatio propter nuptias cedat lucro heredum vxoris etiam viuente marito valida.*

8 *Pactum quod mortuo marito ſuperuiuente vxore heredes mariti dotem lucrentur non valet.*

9 *Romani traditio celebris.*

10 *Quæ mulier lucratur ex bonis prioris matrimonij ſi tranſeat ad ſecundum reſeruat filijs prioris matrimonij.*

11 *Hæc reſeruatio à communi à iure præſcribitur.*

12 *An valeat pactum, quo maritus paciſcitur cum vxore vt in omnem euentũ retineat dotem.*

13 *Maritus rerum ſuarum moderator, & arbiter, & ita libere poteſt paciſci.*

14 *Mulier nullam facit iniuriam filijs in pacto, quo ſibi reſeruat dotem, eo quod id fiat ex voluntate mariti.*

15 *An pater poſſit conuenire vt plus reſtituatur filijs ſecundi matrimonij; quam primi ſi integra legitima filijs prioris matrimonij non adimatur.*

16 *Et diſpoſitione legis hac edictali. C. de ſecundis nup. non improbatur pactum prædictum.*

17 *Ex Rolandi ſententia ſtante ſtatuto de lucro dotis mulier nequit diſponere ſiue in vita, ſiue in morte de illo niſi maritus conſentiat.*

18 *A communi ſententia recedendum non eſt.*

19 *Donatio propter nuptias remuneratoria eſt factaq. in præmium amiſſæ pudicitiæ virginalis.*

20 *Diſpoſitio d. legis fœmina ſolum vendicat in ijs, quæ titulo lucratiuo ad mulierem peruenerunt.*

21 *Donatio propter nuptias non aduenit mulieri titulo lucratiuo ſed oneroſo.*

22 *Donatio propter nuptias ex conuentione voluntaria non neceſſaria oritur, ſicut dos.*

23 *Adducitur ſecunda reſponſio.*

24 *Donatio propter nuptias ſequela dotis.*

QVÆSTIO. LXI.

PACTVM IN MATRIMONIO quod vxor etiam præmoriens donationem lucretur propter nuptias, quemadmodum valeat, & an extantibus filijs ſuſtineri poſſit.

1 GLOSA † inſignis in auth. dos data de dona. an. nup. docuit valere pactum in cõtractu matrimonij celebratum, quod ſoluto matrimonio mulier donationẽ lucretur propter nuptias, idipſum ego obiter tamen dixi nec ſemel tantum in hoc libro; Ex integro nunc veritas articuli excutienda eſt.

Gloſa igitur prædicta huiuſmodi conuentionem valere ſcripſit quam ſequutus fuit Bal. in l. 2. C. de ſecun. nup. & in auth. ſiue à me C. de Velleian. S.C. Alban. conſ. 68. nu. 3. Rolan. à Val. conſ. 62. num. 2. lib. 1. Gozadi. conſ. 47. col. penul. Neuizan. in ſil. nuptia. lib. 2. num. 74. verſic. Sed caueant ſecundo mariti. Cremen. ſingu. vltimo, Crauet. conſ. 184. ad finem verſicul. Si de pacto; & paucis ex ſuperioribus relatis Surd. conſil.
2 164. num. 12. lib. 2. Eo maximè † quando pactum hoc foret iuratum. cap. cum contingat ext. de iur. iuran. cap. quamuis pactum de pact. in 6. cap. licet mulieres de iur. iuran. in 6. Corne. conſil. 303. num. 15. lib. 4. Gozadi. dict. conſ. 47. Rolan. d. conſil. 62. num. 4.

Quinimo

3 Quinimo † & huiuſmodi lucrandæ dona-
tionis conuentio fieri poteſt etiam in caſu
quo matrimonium ſolueretur morte vxoris
ſuperſtite marito.glo. in l.quod ſciris in ver
bo ex matre C.de bon.quæ libe. quam inibi
Bald.dixit mirabilē poſt Cyn.Caſtren.ean-
dem probauit gloſa in d. l. quod ſcitis; Cu-
ma.& Aretin.in l.2.ff.ſolut.matrimo.Iaſſon.
num.9. Ripa.18. Alban. d.conſ.68.num.3.
Natt.conſ. 391.num. 4. Gozadi. Cremen.
Neuizan.Natt.Alban.Rolan.& Becci. quos
4 citat & ſequitur Surd.conſ.164.nu.13. Et †
poteſt mulier dare ſecundo viro bona ſua
omnia in dotem, dum tamen, non det cum
pacto quod plus lucretur maritus, quam vnus
ex filijs prioris matrimonij. l. hac edictali
§. ſi vero plus verſic. Diuidi vbi interpretes
omnes C.de ſecun.nup.refert multos Gabr.
commu. opinio. lib. 5. titu. de ſecun.nupti.
conclu.4.num.53. Decian.& Boeri.quos ſe-
quitur & citat Surd. conſ.422.num.9.lib.3.
Iaſſ.in auth.præterea num.13. C. vnd.vir.&
5 vxo. Atque † adeo pactum ſuſtinetur vt va-
leat etiam ſi extent liberi iuxta traditionem
Natt. Alban.& Rolan. in conſilijs ſuperius
citatis.

6 Hæc traditio † ea ratione iuuatur quia dos
& donatio propter nuptias pari paſſu ambu-
lant in lucris auth.æqualitas C.de pact.con-
uen.Bald.in auth. dos data C. de dona.ant.
nup. dixi multorum authoritate ſupra q.8.
num.244.pactum autem factum inter virum
& vxorem quod extantibus liberis maritus
lucretur dotē ſoluto matrimonio valet glo.
recepta in l.2.verbo interuenit de pact. do-
rali.l.ſi liberis eo.titu.Fulgo.Ruin.& Palat.
Rub. quos citat & ſequitur Rolan. d. conſil.
62.num.6. pariter debet valere pactū, quod
vxor lucretur donationem propter nuptias
extantibus liberis, vt in terminis decidit Sa-
licet.in auth.ſed etſi quis C.de ſecun.nupti.

7 Secunda † ratio adiungi poteſt, nam & va-
let pactum inter virum & vxorem in contra-
ctu matrimonij, quod donatio propter nup-
tias adquiri poſsit mulieri etiam viuēte ma-
rito per vxoris hæredes iuxta gloſ. ſingularē
in l. quod ſcitis in ver. à matre C. de bon.
quæ libe. gloſam ſequuntur Cuma. Aretin.
Roma.Iaſſ.Rip.& Barboſ.in d. l.2. ff. ſolut.
matrimo. Rolan. d. conſ.62. num.7. quam-
8 quam † non valeret pactum, quod mortuo
marito ſuperuiuente vxore hæredes mariti
dotem lucrentur, quoniam ex eo fieret vt
mulier ptę defectu dotis iterum nubere non
poſſet; conſequenter conuentio inualida eſt.
ad tex.in l.2.cum ſequen. ff. de pact.dotali.
& hanc diuerſitatis rationem inter dotem &
donationē propter nuptias poſt veteres red-
dit Surd.conſ.397.nu.21.lib.3.

9 Tertio eandem † iuuat opinionem quod
Roma.ſcripſit conſ. 44. 3. dubio is reſpon-
det, ſtante ſtatuto quod maritus lucretur do-
tem, erit locus diſpoſitioni ſtatuti, licet ex-
tent liberi ex priori matrimonio; & dixerūt
Alex.Caſ.Soci. & Iaſſ.in d.l.2.ſtatutum quo
maritus dotem lucratur, locum ſibi vindica-
re ſtantibus filijs communibus; cum igitur
id in ſtatuto recipiatur, & in pacto admittē-
dum erit, ex vulgari & trita de pacto ad ſta-
tutum & è contra argumentatione de qua
fusè Euerar.in topi.legali.cap.89.

10 Contraria † ſententia vt ſtante huiuſmodi
pacto, tranſeunte muliere ad ſecundas nup-
tias, lucrum donationis acquiſitę, debeat re-
ſeruari filijs prioris matrimonij, taliter quod
de donatis, nec in vita vel in morte diſpo-
nere poſsit; etiam ſtante conſuetudine, ſta-
tuto, vel pacto vt in noſtra ſpecie tenuit cō-
munis opinio, Roma. Sali. Caſt. Cor.Socin.
Crem.Iaſſ.Deci.Rip.Alciat.Ioan.de Garro.
Arelata.Ruin.Ioan.Lup. Boeri. quos ſequi-
tur, & citat Rolan.tractat.de luc. dot. quæſt.
86.Phan.& Alban.quos ſequitur Surd.conſ.
64.num.20. lib. 2. Caualca. qui & alios de-
ciſio.30. à num.47.part.3.Rationem reddi-
derunt prædicti interpretes quia ſic paciſcē-
11 do cenſentur tacitè † accomodaſſe volunta-
tem cum diſpoſitione iuris communis; pro-
inde cum iure communi ſint reſeruāda lucra,
quæ à marito ad vxorem prouenerunt filijs
prioris matrimonij d.l.fœminæ C.de ſecun.
nup. conſequenter & donatio propter nup-
tias.

12 Sed grauiſsima † incidit quæſtio quid vbi
maritus promiſsit vxori, ſoluto matrimonio
à ſe vel ſuis hæredibus, in omnem euentum
dotem reſtituere & donationē propter nup-
tias libere & ſine contradictione, an ex hu-
iuſmodi pacto videatur receſſum à diſpoſi-
tione d.l.fœminę, quam quęſtionem Alban.
decidere auſus non fuit in conſ.64.

Videtur enim mulierem ad ſecunda vota
tranſeuntē poſſe libere diſponere de dona-
tis in quoſcunq. ex his quæ ſequuntur.

13 Primo, quoniam poteſt † in hunc modum
ſic paciſci maritus, veluti rei ſuæ moderator
& arbiter.l.in re mandata C. Man. l. nemo
exterus C.de fidei.cum inumeris ad hoc in-
ſtitutum congeſtis per Roland.conſil.62.nu.
13.vſq. ad 15. Surd. conſil. 255. num. 6. &
ſeq. lib.2.

14 Secundo quoniam ex huiuſmodi † conuē-
tione nulla fit iniuria filijs prioris matrimo-
nij, etſi mater tranſeat ad ſecunda vota. cum
id faciet de voluntate mariti innuentis hanc
ipſam voluntatem, conuentio illa, & tacita
ſufficiet voluntas glo.in §.duo.verbo ſiue vir
in auth.de nup. Pariſi.conſ.29. num.83.li.3.

Rolan.

Rolan.d.conſ.62.num.26.poſt Bal. & Deci. ab eo relatos.

15 Tertio † vel ex eo colligitur nullum fieri præiudicium filijs prioris matrimonij, quia adhuc nati non ſint tempore conuentionis, nec plus donatũ ſit vxori, quam vni ex filijs prioris matrimonij iuxta diſpoſitionẽ text. in l.hac edictali C.de ſecun.nup. nã etſi voluiſſet pater conuenire vt plus relinqueretur filijs ſecundi matrimonij quam primi, dum integra legitima filijs prioris coniugij non adimatur, id fieri poteſt iuxta communem & receptam quam tenui hoc libro quæſt. 54. à num.1.

16 Quarto accedat, † quod ex diſpoſitione d. l.fœminæ, non improbatur huiuſmodi pactum, quemadmodum improbantur alia, quę aduerſus diſpoſitionem d. l. hac edictali celebrantur, quouis inquit ille text.quæſita colore.

17 Quinto & huc pertinet quod † conſiderauit idem Rolan. num. 30. ſtante ſtatuto de lucro dotis, mulier nequeat diſponere nec in vita, vel in morte; & per huiuſmodi ſtatutũ derogetur iuri communi, & diſpoſitioni d.l. hac edictali de qua ibidem Rolan. num.31. & tracta.de luc.doti.quæſt.26. Si tamen maritus vxori cõſentiat vt diſponere poſsit, valet relictum ab vxore. Paris.conſ.127.lib.2. ſic in propoſita ſpecie, licet nequeat mulier de iure quæ ad ſecundas tranſit nuptias diſponere in vita vel in morte de lucris habitis à priori marito in filios ſecũdi matrimonij, accedente tamen conſenſu & voluntate mariti id poterit. Et in hanc ſententiam inclinant citati per Rolan. dict.conſ.62. & Surd. conſil.164.num.61. in verbis illis, ſed quia multi tenent contrarium Natt. & Alban. relati per Roland. & Surd. ex quibus colligitur hanc eſſe magis communem contrariam ſententiam tenuit Crauet. conſil. 56. à num. 1. cum ſequen. quem ſequutus eſt Lancello.ad conſue. Alex. verbo, vxori quæſt.4. num. 14. Mouentur ratione, quoniam adſtante hoc pacto ſi ſuperſunt filij prioris matrimonij vxor nequit lucrari donationem.multis rationibus à Craue. adductis erudite, d.conſ. 56. Qui & animaduertit huiuſmodi cõuentionem poſſe hunc operari effectum, vt vxor ſoluto matrimonio habeat donationem nec eam ſtatim teneatur reſtituere, vt teneretur circunſcripta tali conuentione, decedente autẽ cum filijs prioris matrimonij, donatio redit ad filios, & vxor reſeruare filijs tenetur. Sequitur Surd. d.conſ.num.62.

18 Cæterum à prædicta † communi recedendum non eſt. Rationibus autem Crauet. & Lancel. ex his quæ in tuitionem huius partis adducta ſunt rectè reſponderi poteſt.

Sed ſeclusa conuentione & pacto inter virum & vxorem, adhuc dubitarunt aliqui an donatio reſeruari debeat filijs prioris ma-
19 trimonij, quia inquiunt, donatio † hęc remuneratoria eſt, in præmium amiſſæ pudicitiæ virginalis, ſicuti ſcripſi relatis multis ſupra quæſt. 8. num. 182. donatione autem remuneratoria adquiſita per vxorem, non ſunt reſeruãda filijs prioris matrimonij, conſequẽter diſpoſitio d. l. fœminæ locum non habet ex cõmuni poſt Ripa. Berrran. Arela.& alios reſoluit Gabri.lib.3.titu.de ſecun.nup.con. 1.num.39.Surd.conſ.166.nu.3.& 4.

20 Addo præterea, diſpoſitionem d. l. † fœminæ ſolũ vindicare in his quæ titulo lucratiuo ad mulierẽ peruenerunt, non in his quæ oneroſo, d.l.fœminæ, in verbis, *donationibus factis, vel cuiuslibet munificæ liberalitatis præmio, &c.* Quæ receptiſsima eſt ſententia teſtante eodem Gabri. d.conclu.num.40. & reſpondit multis & egregijs adductis ſimilibus in ornatum Surd. conſ.166. num.1. & ſequen. lib.2. Donatio autem propter nup-
21 tias non obuenit † mulieri titulo lucratiuo, ſed oneroſo, in compenſationem virginalis pudoris amiſsi, conſequenter, nec reſeruanda, quam opinionem tenuit nouiſsimè Vaſquez conſulta. 16.

Verum receptiſsima omnium fere opinio in contrarium declinat ex diſpoſitione d.l. fœminæ.

22 Non obſtant adducta in † contrarium, nõ præmium; quoniã ea donatio, vel illius portio, ex conuentione voluntaria debetur, non neceſſaria, maximè in hac prouincia Cathaloniæ, ſicuti dixi ſupra quęſt.8. num. 228. ſic origine conſiderato ex voluntaria cauſa non neceſſaria deſcendit, ſicuti de communi teſtatur Villalo.in 1.tom.verbo. Arra.nu.251. poſt aliquos ab eo relatos. Gutier.lib.pract. 2.quæſt.18.& lib.3.quęſt.43.num.25. Atzebed.lib.5.titu.1.l.4.num.6.Anton. Gomez. in l.15. Tau.num.3. Matien.lib.5.tit.1.l.3. glo.2.num.4.

Verum quia hęc ſolutio ſolum reſpicit ad iura noſtra vtriuſq. Hiſpanię, quibus donatio hæc voluntaria eſt non neceſſaria, idcirco reſpondetur attento iure communi quo neceſſaria erat talis donatio, auth.dos data C. de dona. prop. nup. ſicuti reſpondet multis, erudite Surd.d.conſ.164. à num.22.in verſ. His ſic firmatis.

23 Secundo reſpondetur † negando donationem propter nuptias ex titulo oneroſo prouenire mulieri, cum enim dos ad mulierẽ obueniat titulo lucratiuo reſpectu illius, etſi reſpectu mariti titulo oneroſo. l. fina. §. ſi a ſocero.ff.quę in frau.credito.Gom.& Telli.

quos

quos citat poſt veteres Matien. lib. 5. titu. 6. l. 6. glo. 6. num. 1. & donatio propter nuptias ſit augmētum, & ſequela dotis, & pari paſſu
24 † ambulēt eiuſdem naturę ſint & eadem actione petantur. Sicut fusè ſcripſi ſupra quęſt. 8. nu. 244. efficitur vt eodem titulo lucratiuo dos & donatio propter nuptias mulieri adquirantur; Nam quæ de præmio pudicitiæ virginalis amiſſæ conſiderant interpretes, nō inde trahenda vt ex detrimento virginalis pudoris, mulier lucrari cenſeatur donationē titulo oneroſo, ad quid enim connubium cū virgine niſi proſtitueretur virginitas: ſed & vt dixi, reſpondet multis Surd. d. conſil.

SVMMARIVM.

1 Conuentio facta in contractu matrimonij qua vxor inopi renunciat beneficio auth. præterea C. vnde vir & vxor. an valeat.
2 Mulier conuentione ſua non poteſt conditionē ſuam deteriorem facere.
3 Mulier non poteſt expreſsim renunciare beneficio l. vbi adhuc C. de iur. doti.
4 Quarta quæ datur à lege mulieri inopi datur aduerſus voluntatem mariti.
5 Quarta quæ datur à lege mulieri inopi datur illi ex eo ne cogatur mendicare.
6 Vidua fingitur eſſe in obſequio mariti præmortui.
7 Alimenta debentur vxori etiam ſi nullam dotem marito adduxerit.
8 Mulier inopi quartam conſequitur in bonis mariti, veluti hæres à marito inſtituta.
9 Quarta quæ debetur vxori inopi in bonis mariti, eſt debitum neceſſarium.
10 Quarta quæ debetur mulieri inopi in bonis mariti ſuccedit in locum alimentorum.
11 Pactum vel tranſactio ſuper alimentis, non valet.
12 Mulier renunciare non poteſt alimentis ſibi debitis occaſione dotium.
13 Quarta quæ debetur mulieri inopi dicitur de appendicibus matrimonij.
14 Rei ſuæ quilibet eſt moderator & arbiter.
15 Patronus Eccleſiæ poteſt renunciare alimentis ſibi debitis in caſum inopiæ.
16 Pactum omne valet contra naturam contractus dum non aduerſetur ſubſtantialibus.
17 Ceſſante cauſa ceſſat effectus.
18 Iniuria non fit volenti.
19 Alimentis renunciari poteſt quando ſolum debentur de iure poſitiuo.
20 Pacta omnia dotalia permiſſa ſunt, niſi quæ expreſsim reperiuntur prohibita.
21 Mulier poteſt ſibi in dote aliquando præiudicare.
22 Renunciatio iuris de futuro non valet.
23 Renunciatio in vim pacti concepta valet etiā quoad iura de futuro.
24 Diſpoſitio auth. præterea C. vnde vir. & vxor. eſt exorbitans.
25 Maritus inuita vxore inopi quartam ſibi auferre non poteſt.
26 Mulier dum vidua eſt dicitur manere in obſequio mariti per fictionem.
27 Mariti hæredes nō tenentur alere vxorem indotatam ex ſententia Alexan.
28 Opinio communis aduerſus Alexandrum.
29 Vxor inopi poteſt libere de quarta diſponere.
30 Alimentorum renunciatio licet regulariter nō valeat id intelligitur in alimentis debitis ex teſtamento vel altera vltima voluntate.
31 Generalis excluſio omnia continet.
32 Renunciatio in ampla forma cōcepta per mulierem lucrum dotis comprehendit.
33 Mulier qua clauſula Velleiani beneficio renunciare poſsit.
34 Mulier cum iuramento renunciare poteſt quartæ & alimentis.
35 Renunciatio filiæ cum iuramento de bonis paternis & maternis valet.
36 Pactum iuratum à muliere quod ſoluto matrimonio morte viri dos apud filios ſit remanſura, valet.

QVÆSTIO. LXII.

CONVENTIO FACTA IN CONtractu matrimonij qua vxor inops renunciat beneficio authenticæ præterea. C. vnde vir & vxor. an valeat nec ne, nouus & dubius caſus agitatur.

1 PLVRA † fore negotia quam vocabula apposite Vlpian⁹ ſcripſit in l. 4. ff. de præſ. verb. His enim lapſis retro annis paucis, maritus ſenex ſed diues iuuenculam pauperem vxorem duxit, adiecto pacto vt ipſo præmoriēte quartam illam legalem ex beneficio authen. præterea vxori datam petere non poſſet; ſic caſus euenit vt marito illico mortuo ſuperſtes ipſa quartam petijt ab hæredibus mariti non obſtante cōuentione; ex aduerſo hæredes pactum validum fuiſſe affirmabant: quæſtione vero in regio hoc Senatu perducta cum in vna ex duabus aulis regijs iudicatū fuiſſet potuiſſe mulierem renunciare, in ſecunda ſupplicationis inſtātia in altera aula fuit reuocata prior, & nō potuiſſe renunciare declaratum. quem caſum nullus ex interpretib⁹ ordinarijs neq. extraordinarijs, qui illum text. in auth. præterea commentati ſunt, in terminis tractanit. Surd. aut. tracta. de alimen. titu. 1. quęſt. 44. dicit ſe vidiſſe hanc quęſtionem & conſuluiſſe

ſuluiſſe quod mulier poteſt quartæ renuncia-
re, & diligenter à me conqueſtis ſuis conſi-
lijs non reperi.Quæ autem ex dictis duabus
regijs ſententijs iuſtior fuerit ex inferius di-
cendis apparebit.

2 Primo ✝ itaq. videtur nequire mulierem
huic renunciare poſſe quartę,quoniam renũ-
ciatione deteriorem faceret conditionem
ſuam, quinimo ſibi iterum nubendi fere fa-
cultatem prædefectu dotis adimeret , huiuſ-
modi autem pacta & conuentiones omnino
inualidæ ſunt.l.de die cum l.ſequen.l. Attil-
licinus cum alijs multis ff.de pact.dotali. di-
xi fuse hoc libro quæſt.1.vbi innumera huius
propoſiti exempla curioſè adduxi.

Secundo & huc pertinet quod dixi hoc
eodem libro quæſt.49. authoritate Bartoli.
Alexan.Iaſſon.Lancello.Decij.Crot.Coraſi.
Put.Palar.Rub.Barboſ.& aliorum,non poſ-
3 ſe mulierem ſua conuentione ✝ renunciare
expreſſe beneficio l.vbi adhuc C.de iur.do-
ti. quam opininnem communem inibi dixi
ea potiſsime ratione quod cõuentiones qui-
bus mulieres ſuam conditionem deteriorem
faciunt ſunt nullę & à iure improbatæ.

4 Tertio ✝ ad inſtitutum magis accedendo,
quarta hæc quæ à lege datur mulieri inopi
in bonis mariti locupletis datur etiam ad-
uerſus voluntatem mariti in bonis eiuſdem,
ita quod nudum ipſam tollere ſed neq. mi-
nuere poteſt;& licet Cæphal.& Riminal.cõ-
trarium dixerunt , hæc eſt cõmunis & recep-
tiſsima opinio Bald. in d. authen . præterea
num.1.Roma.col.1. Alexan. num.6.Iaſſon.
num.17.Deci.num.9. Pepu.in repeti.nu.35.
vbi de communi teſtatur; ſic etiam Cæphal.
conſ.244.num.1.& ſequen.Socin.conſ.108.
lib.1.col.1.Corne.conſ.178.colum.1.lib.2.
Rolan.à Val.conſ.15.num.fina.lib.3.vbi &
communem repetit. Surd.tracta.de alimen.
titu.9. quæſt.35. num. 10. & num.19.qui &
prędictos citauit.vnde cum nequeat maritus
hanc quartam tollere vel minuere , nec ſuo
itidem pacto aut conuentione id efficere po-
terit,l.nemo poteſt cum ſimil.de lega.3.

5 Quarto ✝ iuuat,quoniam quarta hæc datur
à lege vxori inopi in bonis mariti diuitis,ne
cogatur mendicare in opprobium mariti. §.
fina.in verbis, inopia coniugis inopia ſolue-
tur alterius, & in verbis,inops aut mulier in
auth.de exib.reis.& in §.quoniam vero eod.
titul.§.quod autem in verſi. Indigentibus in
auth. vt liceat matri & auiæ latiſsimè alijs
iuribus comprobat id ipſum Rolan.vbi Bar-
ba.Benedict.Angel.Deci.Mant. & alios re-
fert in d.conſ.15.num.4.& 5.Surd.tracta.de
alimen.tit.9.quæſt.37. num.4.& 5. & quæſt.
35.num.3.Atqui hæc ratio militat etiam vbi
inops mulier renunciat quartæ,cum & men-
dicare cogatur in dedecus mariti, ideo con-
uentio valere non poteſt.

6 Quinto ✝ mulier dum vidua eſt fingitur in
obſequio fore mariti ac ſi viueret maritus l.
filij §.vidua ff.ad municipa.l.quoties de pri-
uile.ſcholari.li.12. Co.l.fina.C.de bon.ma-
ret.fusè Rolan.conſ.14.num.45.cum ſequen.
multis lib. 3. ex quo ibidem intulit deberi
hanc quartam mulieri viduę licet operis &
induſtria ſua alias poſſet ſibi quęrere victum
& veſtitum,qui & latè comprobat , ſentit &
7 Surd.d.quæſt.37.num.5.vnde cum ✝ à mari-
to vxori debeantur alimenta licet ea dotem
nullam viro dediſſet,neq. valeat pactũ quod
vir vxorem alere non teneatur vt dixi hoc
lib. quæſt.38. in verſicul. Quartus caſus vbi
multos adduxi & aduerſus Bal.Nouel.com-
munem dixi conſequenter neq. huiuſmodi
renunciatio valet.

8 Sexto ✝ mulier inops quartam conſequi-
tur iure ſucceſsionis veluti hæres à marito
inſtituta §.fina.in auth. de exhi. reis. Pep.in
repeti.d.auth.pręterea num.11.qui alios re-
cenſet.idem ſcripſit Surd.d. quęſt.35.nu.22.
9 & dixit Deci.conſ.24.col.penul.verſic. Et ✝
hoc quidem ius adeundi, quod debetur con-
tra mariti voluntatem & eo inuito quia de-
bitum eſt neceſſarium : vbi ad id multos re-
tulit,Purpura.ad Iaſſon. in d. auth. pręterea
num. 17. idem Surd. d. quęſt.35. num.11. ſi
igitur neceſſarium eſt debitum & iure ſuc-
ceſsionis quę à lege datur defertur:vix eſt vt
contrahentiũ pactione tolli poſsit,etſi enim
prouiſio hominis expreſſa tollat legis pro-
uiſionem tacitam quę a lege defertur l. fina.
C. de pact. conuent. l. cum ex filio §. 1. de
vulga. tamen prouiſionem legis natam au-
ferre teſtator vel contrahentes non poſſunt.
Bal.in d.l.fina.C.de pact.conuen. & in ſpe-
cie de hac loquens quarta dixit Pep. in dict.
auth.pręterea num. 42. Surd.dict.quæſt.35.
num.26.

10 Septimo ✝ fortius agit, quoniam ex com-
muni reſolutione quarta debetur vxori ne in
opprobium mariti mendicare cogatur poſt
illius mortem,quæ loco alimentorum ſucce-
dit. d. §. quoniam vero in auth.de exhiben.
reis.ſentiunt omnes in d. authen. pręterea,
dixit & communem aduerſus ſolum Iaſſon.
contrarium exiſtimantem idem Surd. dict.
quęſt.35.num.26.idem Surd. eod.tracta.tit.
11 7.quęſt.12.nu.10. at ✝ ſuper alimentis neq.
pactum,tranſactio, vel renũciatio valet glo.
in l.cum ij in principio ff.de tranſactio.fusè
dicens gloſam communem Surd. tracta. de
alimen.tit.8.priui.56.num.19.verſic.Septi-
mo amplia. proinde neque renunciatio hu-
iuſmodi quartę facta per mulierem marito
valere debet.

Extremo

12 Extremo † neq. huic fere reſponderi poſſe congrue videtur; nequit mulier renunciare alimentis ſibi debitis occaſione dotium glo. in cap. litteras ex. de reſtitu. ſpoliato.
13 rationem reddit † quoniam huiuſmodi alimenta ſunt acceſſoria & veluti appendices matrimonij illam glo. dixit ſingularem Bal. in cap. iurauit num. 6. de probatio. Iaſſon. in l. diuortio nu. 21. ſolut. matrimo. Deci. Crauet. Caphal. Roman. Cordub. & alij quorum communem dixit opinionem Surd. tracta. de alimen. titu. 8. priui. 56. num. 41. vbi latè cõfirmat. Vnde conuentio vel renunciatio mulieris in noſtra ſpecie nullius momenti videtur, cum quarta huiuſmodi ſit de acceſſorijs & appendicibus matrimonij contracti.

Contrariũ quod valuerit renunciatio quartæ, & conſequẽter priorem regiam ſententiã iuſtiorem fuiſſe opinor, tulit ipſam eruditiſſimus Caſtellonus Regius Senator, qui me olim Ilerdæ præceptorem habuit. moueor ſequentibus.

14 Primo † ex vulgata regula poſſe quemquam de re ſua libere diſponere, & ad nutũ contrahere l. in re mandata C. manda. & poteſt quilibet pro ipſius arbitrio ius ſuum diſtrahere l. dudum C. de contra. emptio. cum alijs latiſsimè ad hoc propoſitum coaceruatis per Surd. conſ. 255. nu. 5. & 6. lib. 2. proinde inhęrendo regulis communibus, quibus ſtandum eſt donec expreſsim aliud fuerit ſtatutum, pactum de quo agimus celebrari potuit & quartæ mulier renunciare.

15 Secundo † in ea quęſtione an poſsit patronus Eccleſię, cui in caſum inopię alimenta debentur ab Eccleſia, in conſtructione illius renunciare ipſis, poſſe quidem omnes communiter crediderunt, quemadmodum nonnullis rationibus oſtendit Surd. d. tracta. de alimen. titu. 9. quæſt. 22. num. 19. 20. cum ſequen. multis, vnde cum quarta huiuſmodi ſit loco alimentorum vt ſuperius dixi, & debeatur à marito, poterit eidem marito renunciari; vbi & num. 33. 34. eam ſubiungit
16 rationem Surd. quia † valet omne pactum contra naturam contractus vel illius accidentia, dum non aduerſetur ſubſtantialibus iuxta glo. communiter receptam in l. pacta conuenta ff. de contract. emptio. & alios ibi ab eo citatos; verum hæc conuentio ſeu renunciatio licet aduerſaretur naturæ contractus matrimonij, vel illius accidentibus, non tamen aduerſatur ſubſtantialibus, non enim quarta illa ad ſubſtãtialia pertinet vel naturalia, ſed ad accidentalia magis; quia ex accidenti propter inopiam datur, vt de prędictis alimentis patrono ab Eccleſia debitis animaduertit Surd. dicto in loco.

17 Tertio † ceſſante cauſa ceſſat effectus cap. cum ceſſante de appella. cum vulga. ratio vero cur quarta prædicta poſt mortem mariti diuitis vxori debetur, ea eſt extrema & finalis, ne in dedecus & opprobium mariti poſt mendicare cogatur, at hæc ratio ceſſat volente marito & ſimul conſentiente vxore &
18 renunciante huic quartæ; nam † volenti non fit iniuria l. 1. §. vſq. adeo ff. de iniu. l. cũ donationis C. de tranſ. cap. ſciẽti vbi glo. & omnes de reg. iur. in 6. l. nemo videtur fraudare vbi Deci. & Cagno. de reg. iur. Neq. moleſtia infertur conſentienti, verſatur enim circa animum, propterea non dicitur moleſtari vel iniuriam pati qui iniuriam ad ſuum non reuocat animum, vt in citatis locis interpretes docuerunt.

19 Quarto licet † vt dixi in ſeptimo argumẽto contrario, nequeat iniri pactum, conuentio, vel renunciatio ſuper alimentis id tamẽ intelligitur in alimentis debitis iure naturæ qualia ſunt, quæ filijs debentur, ſecus in alijs alimentis; ſic egregie ex Palat. Rube. traditione docuit Surd. tracta. de alimen. titu. 8. priui. 56. num. 23. ad finem vnde cum quarta vel alimenta ex legali tantum in caſum inopiæ debeantur prouiſione pactum & renunciatio valet.

20 Quinto † pacta omnia dotalia ſunt permiſſa niſi ea expreſsim reperiantur prohibita l. 1. §. illud C. de rei. vxo. actio. hoc autem pactum nõ reperitur interdictum, ideo validum.

21 Sexto † poteſt mulier dotem habens ſibi in dote præiudicare quando aliquid pacta fuit vna cum marito ante contractum matrimonij l. & hæredi §. filiafamilias ſecundũ intellectum Imol. Angel. Aretin. Iaſſon. & aliorum quos recenſui hoc lib. quæſt. 55. in verſicu. Tertio limitatur, vbi & alios ſcripſi poſt antiquiores caſus, in quibus id facere poteſt; vnde cum ante contractum matrimonij hæc pactio inita fuerit valida cenſenda erit.

22 Septimo † licet renunciatio iuris de futuro non valeat, l. qui pater §. quod quis ff. de reg. iur. glo. & cęteri omnes in l. 1. C. de pact. quia renunciatio eſt priuatio, quæ præſuponit habitum l. decem cum vulga. de ver.
23 oblig. id tamen † intelligitur quando renunciatio fuit facta ſimpliciter ſecus ſi in viam pacti & conuentionis vt hic, parte præſente & publica perſona ſtipulante; ſic in terminis de renũciatione à marito facta mulieri in capitulis matrimonialibus de parte lucri, quod illi ab ſtatuto defertur, docuit multis adductis Roland. tractat. de lucr. dot. quæſt. 39. num. 21.

24 Octauo † confert, nam diſpoſitio dictę authenticæ pręterea eſt exhorbitans quemadmodum

modum authoritate Caſtren.Socin.Cæphal. & aliorum teſtatur Surd. tractat. de alimen. ritu.9.quæſt.37. num. 21. conſequenter illic infert facilè ab illius textus recedi deciſione, quia nec fauorabilis eſt, proinde neq; extenſionē pati ſcribit ex gloſa in §. 1. in verbo curationem in auth.vt hi.qui,obliga.reſmin.cum alijs ab eodem adductis in ſuo caſu.nihil igitur mirum ſi iuſta conuentione, illius poſsit mulier diſpoſitioni renunciare. Supereſt cōtrarijs reſpondere obiectis quorum ſolutione clarior apparebit reſolutio.

Non obſtant duo priora argumenta quoniam fatendum eſt mulierem regulariter non poſſe ſibi in dote præiudicare nec illius iuribus propter bonum & communem vtilitatem & iterum nubere poſsint; verum id intelligitur retentis eiſdem terminis in quibus iura & authoritates ille loquuntur, in mulieribus ſcilicet dotem habentibus; ſecus in his quæ nullam habent dotem, vt in caſu noſtro; cum vt dixi priuatio habitum præſuponat, male itaque dicetur mulier ſibi in dote præiudicare quæ dote caret, & nullam habet cum qua nubere poſsit.

25 Non obſtat tertium ✝ quod quarta hæc detur aduerſus voluntatem mariti; nam vera communis opinio eſt vt nec ipſam tollere poſsit inuita vxore, verum ipſa volente & conſentiente cum expreſsim interdictum nō ſit poteſt ipſi renunciare; cum omnia pacta doralia ſint permiſſa niſi quæ expreſsim reperiuntur prohibita vt ſuperius dicebam; & ſcripſit Roland.tracta.de luc. dot. quæſt. 39.num.12.

Ad quartam rationem reſpondetur dari hanc quartam mulieri propter illam rationem ne in opprobriū mariti poſt illius mortem mendicare cogatur, verum hęc ratio ceſſat vt & ſupra dixi, quando ex voluntate mariti ſimul conſentiente vxore fit remiſſio huiuſmodi quartæ, quia volenti non fit iniuria ideo ceſſante ratione & illius debet diſpoſitio ceſſare.

26 Quintæ ✝ rationi reſpondetur viduam, dū vidua eſt, fingi in obſequio mariti, id eſſe per fictionem vt iura & authoritates citatæ loquuntur, cum mors omnia ſoluat §.deinceps cum vulgat. in auth. de nupti. conſequenter poſt mortem mariti ali non debet etiam ſi dotem non haberet, niſi intra luctus annum iuxta opinionem Richar. de Molum. in l.fina. C. de bon. mater. quam ſequuti ſunt Bald.Paul.de Caſtr.Cyn.Areti.Bart.Marſi. & alij quos refert Surd. tractat. de alimen. tit.1.quęſt.44.num.44.

27 Vnde ✝ Alexand. in l. diuortio num. 20. aperte cenſuit non teneri hæredes mariti alere vxorem, quæ eſt ſine dote, nec quidquam tale reperiri à iure ſtatutum. ſequitur Iaſſon.in eadem l. diuortio num.26.Roma. num.15.& poſt Aretin.Pinel.in dict. l.final. num. 6. C. de bon. maternis. vbi ſcripſit quod nulla lex id ſtatuit. Cordu. in l. ſi quis à liberis §.ſi quis ex his num.149.ff.de libe. agnoſcen. vbi & dixit in re tanti ponderis non deberi per inutilia argumenta hæredes mariti grauari. Matien. in l. 2. gloſ.1. num. 10.titu.9.

28 Et licet ✝ multi alij contrarium tenuerint, alendam ſcilicet vxorem inopem fore etiam poſt annum luctus vbi non habet aliunde vnde ſe alat durante viduitate, quam magis communem & grauiores quoque pro ſe authores habere dixit Surd. dict. quæſtio. 44. num.44.ad medium;& quæſtio.45.num.27. de cuius veritate pro nunc non diſputo quia extra inſtitutum tractatus; hoc vnum tamen dixero ſimul cum alijs ſuperius relatis, hanc opinionem duram admodum & rigidam fore pro qua vbi occurret caſus maxima cum difficultate iudicarem; Cæterum dato quod vera eſſet reſpondetur, poſſe quidem renunciare quartæ mulierem, etſi ab altera parte quia in dotata conſequatur alimenta iuxta prædictam communem, differentiæ ratio inter quartam & alimenta eſt,

29 quia ✝ quarta vxoris eſt libera ſibi & de ipſa diſponere poteſt in morte, iuxta tradita ab omnibus in dict. auth. præterea, at alimenta morte extinguntur, vnde fit vt hęredibus commodius ſit alimenta potius quam quartam pręſtare vxoribus.

Non obſtat ſextum quoniam etſi debeatur iure ſucceſsionis quarta, non inde inferri poteſt quin non poſsit mulier ſi vellit ipſi renunciare veluti fauori pro ſe introducto l. ſi quis in conſcribendo cum vulga. C. de pact. Et poſsit ius futuræ ſucceſsionis renunciari, maximè quando verba renunciationis diriguntur in futurum, & mentionem faciunt de iure quod poteſt in futurum competere Bartol. in l.1.num.3. & ſequen. vbi omnes alij C. de pact. & in l. qui Romę §. duo fratres de verbo. obliga. cum innumeris ad hoc inſtitutum congeſtis per Surd. in conſil. 267. num. 5. lib. 2. vbi communem dixit.

30 Reſpondetur ✝ & ſeptimo quod vulgo dicitur non admitti pactum vel renunciationem alimentorum dictis iuribus & authoritatibus, intelligendum in alimentis debitis ex teſtamento vel alia quauis vltima voluntate, non in alijs alia ex cauſa, hæc enim libere remitti poſſunt abſque interuentu iudicis gloſ.in dict. l. cum ij vbi Barto. Bald. Alberi.Salicet. Fulgo. Iaſſon. & omnes. Et alij multi quos citat Surd. tracta.de alimen. titu.8.

Digitized by Google

titu. 8. priui. 56. num. 83. in verſicul. Ter-
tio principaliter, in quo nullus hucvſque du-
bitauit.

Octauo ſatisfiet, mulierem non poſſe re-
nunciare alimentis debitis occaſione ſuę do-
tis, verum quidem vbi dotem dedit, ſic lo-
quuntur citati interpretes in locis contra-
rijs; at quãdo nullam dedit non negant quin
poſsit renunciare, ſaltim poterit quartę iux-
ta à me tradita in ſolutione ad quintum ar-
gumentũ contrarium. Et hæc quidem viden-
tur iuris principijs admodum conformare.

31 Quæ opinio † & tunc admittenda foret
quando mulier nedum expreſsim, ſed gene-
raliter renunciaſſet omni iuri & legum auxi-
lio; nam verba hęc proculdubio complectun-
tur beneficium d. auth. præterea etſi expreſ-
32 ſum non fuiſſet; quoniam † generalis exclu-
ſio, generaliter etiam excludit ab omni re-
medio & omni capite gloſ. in l. 1. §. ſed vi-
deodum ff. de ſucceſ. edict. quam gloſam vt
ſingularem commendat Bald. in l. vni. C.
quan. non peten. par. Paul. de Caſtr. in l. 1.
num. 6. C. qui admit. Bart. Salice. Caſt. Alex.
& omnes in l. nec is §. hæres inſtitutus ff. de
hæred. inſtit. Aretin. & alij quos refert & ſe-
quitur Surd. tracta. de alimen. titu. 9. quæſt.
38. num. 2. quibus addendum renunciatio-
nem in ſuperiorem formam conceptam à
muliere continere lucrum dotis quod ſibi à
lege vel communi aut municipali defertur,
quod pulchrè innumeris argumentis reſoluit
egregie Rolan. à Val. tract. de luc. dot. quęſt.
42. num. 22. 23. 24. cum ante pręcedentibus,
vbi multos congeſsit caſus particulares, qui-
bus in vim dictæ clauſulæ renunciatum cen-
ſetur.

33 Poteſt hæc † clauſula vt per eam mulier
cenſeatur renunciaſſe beneficio Velleiani
S.C. & beneficio ne poſsit carcerari Barto.
num. 12. & Bal. num. 3. in auth. matri & auiæ
C. quan. muli. tutel. offici. idem Barto. Ma-
theſil. Iaſſ. Socin. Rip. Boeri. Tiraquel. & alij
quos congeſsit Bertazol. tract. de clauſu. 40.
gloſ. 6. num. 3. Et rurſus facit vt per eum mu-
lier renunciaſſe videatur beneficio ne dos ſi-
bi retineatur l. vni. §. taceat C. de rei vxo.
actio. vt is ibidem nu. 4. cum alijs ſimilibus
ab eodem adductis.

34 Sanè caſus † propoſitus & qui in hoc regio
Senatu contingit nullam difficultatem con-
tinebat, quoniam aderat iuramẽtum, in om-
nibus enim his conuẽtionibus matrimonia-
libus interponitur quo adinuicem contrahẽ-
tes iurant obſeruare inuicem, & reciproce
ſingula pacta in matrimonij contractu adie-
35 cta; at ſtante † iuramento poteſt mulier re-
nunciare nedum quartæ prædictæ, ſed & ali-
mentis vbi illi alia quauis ratione deberen-
tur; quoniam contractus etſi inualidus iura-
mento confirmatur ca. licet mulieres de iur.
iurau. in 6. qui in muliere & in re dotali pa-
ciſcẽte loquitur ca. quamuis pactum de pact.
eod. titu. vbi poſt Domi. Fran. Anchar. &
alios in d. cap. mulieres. idem cum his ſentit
Dida. a. par. §. 1. num. 7. etſi contractus foret
ipſo iure nullus. iuxta Bart. Bald. & reliquos
in auth. ſacramenta puberum C. ſi aduer. vẽ-
di. cum latè coaceruatis ad idem per Gabri.
lib. commun. opinio. titu. de mino. concluſ. 5.
num. 20. Ioan. Andre. Bart. Corne. Caſtren.
Curti. iunior Alexan. Iaſſon. Gozadi. Socin.
Caſſane. Siluan. Riminal. Dida. Gom. Gabr.
quos citat & ſequitur Surd. tract. de alimen.
titu. 8. priui. 56. num. 41. ad finem in verſic.
Principalis noſtra concluſio. Nam & valet
quod fortius eſt renunciatio qua filia recep-
ta dote remittit cætera omnia, quę in hęre-
ditate paterna ſibi debentur aduerſus iuris
ciuilis prohibitionem d. ca. quamuis pactũ.
Et poteſt fundus dotalis alioquin ex legis
diſpoſitione inalienabilis alienari gloſ. &
communis in d. ca. mulieres: Et in terminis
in alimentis ſex rationibus id docet Surd.
d. quęſt. 56. num. 42.

36 His † adſtipulatur quod docui multorum
authoritate hoc lib. quęſt. 55. verſic. Octauo
limitatur, valere pactum iuratum à muliere
contractum, quo ipſa promitteret & iuraret
morte viri ſoluto matrimonio dotem apud
filios remanſuram, etſi enim pactum ſecluſo
iuramento non valeat, tamen propter iura-
mentum ſuſtinetur, vbi & ſcripſi ſimiliter ra-
tione iuramenti alienationem fundi dota-
lis ſuſtineri; & ſimiliter poſſe ratione iura-
menti mulierem renunciare iuri hyppothe-
cæ, quam habet in bonis mariti, quod multis
comprobaui quæ eo in loco videnda.

SVMMARIVM.

1 *Conuentione facta in contractu matrimonij inter coniuges de lucrando dotem vel donationem propter nuptias ab eo, qui ſuperuiuit non extantibus filijs: an eos habuiſſe ſufficiat etſi præmortui ſint.*

2 *Conditionem ſufficit ſemel extitiſſe, licet in continenti deficiat.*

3 *Fideicommiſſum iniunctum hæredi ſi deceſſerit ſine liberis deficit eo ipſo, quod hæres liberos habet.*

4 *Principium primæ exiſtentiæ in conditionibus attenditur.*

5 *Legatum mulieri factum ſi vidua efficiatur, debetur vbi vidua facta illico ad ſecundas nuptias conuolaret.*

6 *Dignitatis qualitas ſufficit ſi reperiatur tempore commiſſionis.*

Legatum

7 *Legatum alicui factū ſi liberos ſuſceperit vel educauerit, ſuſceptis liberis illico debetur.*

8 *Donatio, quæ reuocatur natiuitate filiorum ex diſpoſitione legis ſi vmquam C. de reuo. donatio. & tunc vindicat cum filij naſcuntur licet ſtatim moriantur.*

9 *Tex. in l. ex facto §. ſi quis autem ff. ad Trebel. declaratur.*

10 *Conditio ſi ſine liberis deceſſerit locum habet vbi quis liberos procreauit eo tamen viuo mortui ſunt.*

11 *Intellectus ex ſubſtitution: ff. de vulga. iuxta gloſſa & Bartoli ſenſum.*

12 *Subſtitutio hæredi facta ſi deceſſerit ſine liberis deficit ſi vnus ſuperuiuat tempore mortis hæredis.*

13 *Conditio habens cauſam ſucceſſiuam requirit perſeuerantiam temporis.*

14 *Qualitas, quæ verbum determinat debet adeſſe tempore, quo diſpoſitio effectum ſortitur.*

15 *Conditio, quæ momento verificatur perſeuerātiam non requirit.*

16 *Conditio ſi ſine liberis poſita affirmatiue vel negatiue quos effectus operetur.*

17 *Conditio ſi ſine filijs affirmatiue poſita verificatur etſi filij decedant ante legatarium vel hæredem.*

18 *Conditio ſi ſine liberis affirmatiue concepta nō requirit perſeuerantiam.*

19 *Conditio affirmatiua ſi ſine liberis ad tempus mortis reſtricta, mortis terminum requirit.*

20 *Conditio ſi ſine liberis negatiue & indeterminate poſita nuſquam deficit donec ſpes eſt habendi liberos.*

21 *Conditio ſi ſine liberis negatiua relata ad tempus mortis honorati quem effectū producat.*

22 *Conditio ſi ſine liberis in contractibus poſita negatiue, cuius ſit effectus.*

QVÆSTIO. LXIII.

CONVENTIONE FACTA IN contractu matrimonij de lucrando dotem vel donationem propter nuptias ab eo qui ſuperuiuit non extantibus filijs; An habuiſſe ſufficiat etſi præmortui fuerint coniugi ſuperſtiti.

1 SOLENT † plerumq. conuenire coniuges in contractu matrimonij quod ſi mulier ſine liberis decedat, maritus dimidiam, vel certam dotis partē lucretur; quæſitum aliquando ſcio quid ſi mulier liberos ſuſcepit, qui tamen eidem præmortui ſunt, an per ſolam filiorum exiſtentiam maritus dotis lucro priuetur; & idem è conuerſo quæri poſſet in hoc eodem pacto, vbi marito præmoriente vxor donationem propter nuptias lucratura foret.

2 Et videtur † quoad lucrum conſequendū ſufficere ſi filij nati fuerint, etſi illico mortui eſſent, ex generali regula quod ſufficit conditionem extare licet illico deficiat vt dixit in terminis tex. in l. in ſubſtitutione in prin. ff. de vulga. l. ſi quis hæredem C. de inſti. & ſubſti.

3 Secundo † confert tex. inſignis in. l. hæredibus in prin. ff. ad S.C. Trebelli. vbi iniunctum hęredi fideicōmiſſum ſi deceſſerit ſine liberis, deficit eo ipſo q hęres liberos habet.

Tertio facit traditio Bal. in l. pręcibus C. de impu. & alijs ſubſtitu. quē refert Iaſſ. in d.
4 l. in ſubſtitutione; vbi † ſcripſit in conditionibus ſolū attendi principiū primę exiſtentię, neque curari de ſucceſſu an durauerit nec
5 ne, proinde idē † Bal. in l. fin. 2. col. C. de indic. vidui. tollen. tradidit legatum mulieri factum ſub conditione ſi vidua efficiatur, deberi, etſi vidua facta illico ad ſecundas nuptias conuolauerit.

Quarto eandem ſententiā probat efficaciter tex. in l. cū vxori C. quan. dies lega. ced. & ſimilis in l. ſi quis hęredē C. de inſtitu. & ſubſtitu. l. fina. C. de indic. vidui. tollen. in quibus iuribus id doctores notant: ſimile eſt ſuperioribus exemplum in cap. ſtatutum de
6 Res. in 6. vbi Roma. † Pontifex nō delegat. cauſas niſi exiſtentib9 in dignitate, tamē ſufficit ſi dignitatis qualitas adſit tempore cōmiſſionis quāmuis poſt non durauerit gloſ. celebris in clemen. etſi principalis de reſcrip. vbi interpretes.

Sexto ſuperiorem regulam latiſsimè comprobat multis adductis Pariſi. conſ. 32. col. 2. poſt Bal. & Pau. de Caſt. in d. l. fina. C. de in-
7 dic. vidui. tollen. vnde reſpondit † egregie Meno. in conſ. 274. nu. 9. lib. 2. quod relictū alicui ſub conditione ſi liberos habuerit ſuſceperit vel educauerit, illico ſuſceptis liberis debetur d. l. hæredibus. Et dixit idē Meno. conſ. 85. num. 60. lib. 1 cōditionem ſi ſine liberis nullam requirere perſeuerantiam.

8 Extremo † opitulatur quod Barto. docuit in l. Titia §. imperator col. 2. de lega. 2. quē poſt Corne. & Imol. ſequitur Iaſſ. in dict. l. in ſubſtitutione ſufficere quoad reuocādā donationē, quę fit in vim l. ſi vmquā C. de reuo. donatio. natiuitate filiorū vt filij nati momēto viuant; comprobat innumeris & celeberrimis exemplis Tiraq. in d. l. ſi vmquā verbo ſuſceperit liberos à nu. 188. cum multis ſequen. C. de reuo. donatio. quę non repeto.

9 Contrariam opinionem † in propoſita ſpecie veriorem fore exiſtimamus, quæ iuuatur tex. in l. ex facto §. ſi quis autem ff. ad Trebellia. verba illius hæc: ſi quis autem

Rr ſuſce-

ſuſceperit filium,verum viuus amiſerit:videbitur ſine liberis deceſiſſe.hucvſq.Vlpianus:
10 quibus verbis apertè † ſtatuit conditionem
illam ſi ſine liberis deceſſerit , locum etiam habere etſi quis liberos procreauerit eo tamen viuo mortui ſint.

11 Secundo † cōprobatur authoritate tex.in
dict. l.in ſubſtitutione in ſecundo reſponſo in extremis verbis de vulga. cum dixit text. nam prudentes ita hoc interpretati ſunt , vt ad impuberis mortem conditio ſubſtitutionis eſſet referenda : Atque in hunc ſenſum intellexerunt illum text. gloſ. ibi Barto. & alij plures.

12 Tertio eadem † probatur ſententia text.
in l.ex facto §.ſi arrogatus iuncta glo.in verbo.ex volūtate ff.ad S.C.Trebellia.vbi ſubſtitutio hæredi facta ſi deceſſerit ſine filijs extinguitur ſi vnus ſuperuiuat tempore mortis hæredis.

13 Quarto † iuuerit text. celebis in l. inter
Caſtellanium ff. de recep. arbi.ex quo text. frequentius interpretes docuerunt ibi, conditionem habentem cauſam ſucceſsiuam nō ſufficere ſi extet,ſed requirit perſeuerantiā illius vſq. ad extremum temporis deſignati, & ideo quod ante mortem fuerit impleta parum prodeſſe.

14 Rationem † communis traditionis veteres
prodiderunt, quod qualitas,quæ verbum determinat per quod ſignificatur tempus à quo diſpoſitio ſumit effectum illo tempore adeſſe debet,quo diſpoſitio vel actus effectū ſortitur ſic Barto.in d.l.ex facto.nam qualitas adiuncta verbo debet adeſſe in tempore verbi iuxta vulga.tex.in l.in delictis §.ſi extraneus de noxa. actio. l. Titius ff. de teſta. milita. Atqui dicta verba ſi ſine liberis , adiuncta verbo deceſſerit , innuunt quod debent exiſtere liberi tempore mortis viri vel vxoris,igitur filiorum exiſtentia eo tunc neceſſaria erit: Vnde ex facto Oldrad. reſpondit conſil.21.quem fuit ſequutus Deci.conſ. 63.col.2.& conſi.205.col.3.Pariſi.conſi.18. col. 2. fideicommiſſum iniunctum hæredi ſi deceſſerit ſine liberis maſculis deficere extantibus illis tempore mortis teſtatoris, licet poſt illico moriantur.

Quinto in terminis quæſtionis propoſitæ ſtante pacto prædicto inter virum & vxorem,quod viro vel muliere ſine liberis decedentibus vnus ex his ſuperſtes dotē, vel donationem propter nuptias lucretur non ſufficit vt ſit locus cōuentioni quod vir vel mulier liberos habuerint,qui ante ipſos (reſpectiue loquendo) mortui ſint , oportet enim extare tempore mortis, ita in his terminis decidit tex. in l. inter ſocerum in principio ff.de pact.dotali.Cuman.Imol.& Socin.in l. ſolemus ff.de conditio.& demonſt. Deci.d. conſil.63.Alberi.de Roſa.& alij quos refert & ſequitur Rolan. à Vall.tracta.de luc.dot. quæſt.51.nu.9.& 10.nouiſsimè Peregr.tract. de fideico.arti.29.num.7.& 8.

15 Neq. vero † adducta in contrarium obſ-
tant , his enim omnibus reſpondetur vna & eadē ſolutione , loqui ſcilicet in conditione quæ actum ſucceſsiuum nō requirit,& ſeu illius perſeuerantiam,quoniā momento actus per exiſtentiam illius conſumatur vt explicant interpretes in d.l.in ſubſtitutione , huiuſmodi eſt terminus mortis qui inſtātaneus eſt,& durationem non habet vt dixit Barto. in l.2.§.creditam ff.de reb.credi.

Neq. facit text. in dict. l. hæredibus , cui reſpondit ſolemniter Iaſſ.in d.l.in ſubſtitutione , quod licet in principio textus videatur loqui de conditione ſi ſine liberis,vbi tamē poni verba teſtamēti de quib⁹ agit. in eo tex.loquitur de cōditione,ſi liberos nō educauerit,& de ea tātū decidit IurisConſultus ibi, dicens *liberos natos & educatos etſi viuo hærede moriatur non facere locū ſubſtitutioni eſſe , quia ſemper verum eſt eum educaſſe liberos,licet viuo hærede mortui fuerint.*

16 Verum † vt clarè & familiariter omnis
ceſſet difficultas duo ſunt caſus obſeruandi; primus eſt cum conditio ſi ſine liberis ponitur affirmatiue,veluti cum dicitur, Titio habente filios,vel ſi filios habuerit,& his ſimilia: Secundus eſt cum profertur negatiue , ſi ſine liberis vel ſi non habuerit filios ; rurſus vterque caſus duplicem reſpicit interpretationem; nam vel conditio abſolute ponitur & indeterminate;quandoq. vero certo tempori adiungitur . Prioris exemplum eſt cum dicitur ſi liberos habuerit, vel non habuerit abſq. aliqua temporis præfinitione: Secundi exemplum,cum dicitur etſi deceſſerit ſine liberis,in hoc enim caſu cōditio mortis tempus ſpectat.

17 In primo itaque † caſu conditione affir-
matiuè & indeterminate concepta, quandocunque ea contingat ſiue ante vel morte relicti conditio purificatur,etſi poſt filij decedant & moriantur ante legatarium, fideicōmiſſarium vel hæredē , & in his terminis loquuntur aliqua ex iuribus ſupra in contrariū citatis;qualia ſunt text. in d. l. cum vxori C. quan.dies lega.ced.tex.in l.ſi quis hęredē C. de inſtit.& ſubſtitu. d. l. in ſubſtitutione de vulga.tex.in d.l.heredib⁹ ff.ad Trebellia. l. fin.C.de indic.vidui.toll.rationē reddūt in-
18 terpretes quā ſuperius adduxi,quia † in affir-
matiuis & indeterminatis cōditionibus ſufficit conditionem impletam fuiſſe, licet implementum nō duret;& quia principium attenditur,& non finis.

Sanè

19 Sanè † ſi conditio affirmatiua aliquod determinaret tempus veluti mortis & ad illud effectum ſuum cõferret, mortis tempus ſpectandum foret; & in his terminis loquitur text. in dict. l. in ſubſtitutione ſecundum cõmunem gloſ. Barto. & aliorum intellectum quem & ſequitur Peregri. in loco ſupra citato num. 6. & 7. quia qualitas debet adeſſe in tempore verbi vt ſuperius dixi.

20 Secundus † caſus eſt, quãdo conditio prædicta ponitur negatiue, cæterum indeterminate nullo ad certum tempus reſpectu habito, quo in caſu donec ſpes eſſe poteſt exrandi liberos numquã locus eſt ſubſtitutioni; ſic gloſ. inſignis in l. peto §. fratre verbo, ex familia delega. 2. verè etenim propria & genuina negatiuæ conditionis eſt natura, vt tunc implementum recipiat quãdo eſſe poſſe, ad impoſsibile reducitur. Barto. in l. Mutiane in fine de conditio. & demonſtra. Vincen. de Fran. deciſio. 169. num. 14. 1. part. declarat erudite Peregrin. dict. art. 29. nu. 9. cum ſequent.

21 Cæterum † ſi conditio negatiua refertur ad tempus mortis honorati vt in ſpecie de qua agimus, cum in pacto dictum fuit, *quod ſi maritus ſine liberis deceſſerit &c.* In hac ſpecie liberi ante mortem nati & præmortui, non faciunt deficere conditionem fideicommiſsi, vel legati in vltimis voluntatibus, proinde ſubſtitutus excluditur ſi extent tempore mortis; atque in hunc ſenſum intelligitur text. in dict. l. ex facto §. ſi quis autem, cum alijs ſuperius adductis; quia qualitas illa ad tempus mortis relata, eo tempore reperiri debet veluti adiecto verbo. dict. l. Titius, & dict. §. ſi extraneus Peregrin. poſt ſupra relatos in dict. articul. num. 13. 14. Et præter relatos ab eo idem cenſuerunt Imol. Angel. Pariſi. & alij adducti per Rolan. tractat. de luc. dot. quæſt. 51. num. 9. 10. 11. pulchrè Manti. in commen. de coniectur. vltim. volunta. lib. 11. tit. 6. à nu. 3. cum ſequen. Cæphal. qui ſic reſpondit conſil. 514. num. 8. & 9. lib. 4. Menochi. conſil. 379. num. 7. conſil. 325. num. 54. conſil. 315. num. 7. conſil. 327. num. 11. lib. 4. idem Menochi. in commen. de præſumpt. lib. 4. præſumpt. 69. num.

22 fina. In † contractibus vero idem eſt vt in propoſita per nos quęſtione; ſi enim id in vltimis voluntatibus obſeruatur, magis in pactis & contractibus, in quibus ſtrictior fit interpretatio, & in quibus verba preſſe & abſque aliqua interpretatione, ſed ad litteram fere ſunt intelligenda & cuſtodienda, vt non ſemel in hoc tractatu dixi ex l. veteribus de pact. l. quidquid aſtringendæ cum vulga. de verbo. obligatio.

SVMMARIVM.

1 *Augmentum dotis quantum eſſe debet quando nihil dictum fuit.*

2 *Augmentum dotis iuxta iuris communis diſpoſitionem, quando non fuit expreſſim conuentum de quantitate, eiuſdem quantitatis cum dote eſſe debet.*

3 *Conſuetudine cõmuni obtentum fuit vt dos & augmentũ dotis inequalis ſint quantitatis.*

4 *Conuentum quando nihil fuit ſuper augmento dotis videntur partes conformaſſe ſuã voluntatem cũ iuris municipalis diſpoſitione.*

5 *Augmentum dotis conuentum præſtari debet.*

6 *Deciſio Guidonis Pap. ſingularis.*

7 *Augmentum dotis ſoluta parte illius in totum debetur dum tamen ab extranea perſona dos fuerit data.*

8 *Viro decedẽte in Cathalonia mulier totũ augmentũ cõſequitur cũ modificatione tamen.*

9 *Augmentum eligendi facultas, an tranſeat ad hæredem mulieris.*

QVÆSTIO. LXIIII.

AVGMENTVM DOTIS, VEL donatio propter nuptias in contractu matrimonij quantum eſſe debeat; Ex conuentione autem totum pendet: Quid rurſus cum nihil dictum ſit.

SCRIPSI quæſt. 31. apud multos ex interpretibus noſtris augmentum dotis & donationem propter nuptias pro eodẽ vſurpari, etſi inibi authoritate multorum docuerim ſummam eſſe differẽtiam, illa non repero, verum ex conſuetudine & communi loquendi vſu citterioris Hiſpaniæ pro eodem vſurpantur quemadmodum & in Gallia vt & ibi dixi. Nunc ſe offert quęſtio cum nihil de augmento dictum eſt quale & quantum eſſe debeat.

1 Sanè cum nihil de augmento † conuentũ fuit iuxta iuris cõmunis diſpoſitionẽ tacitẽ cenſetur actũ vt eiuſdẽ ſit cũ dote data quãtitatis auth. æqualitas C. de pact. conuen. qui text. loquitur tã de donatione propter nuptias, quã etiã de augmento, diſponens tã donationẽ propter nuptias quã augmentũ fieri

2 nõ † debere niſi eandẽ cũ dote cõtineat quãtitatẽ, in omnibus enim ad paria iudicantur, quemadmodum dixi quęſt. 40. vbi multa ad hoc inſtitutum congeſsi. Sanè de communi

3 conſuetudine † in totum iuri fuit derogatum, cum dos & donatio propter nuptias tã in ſumma, quã in lucris vbi pacta de lucrãdo adiecta fuerunt inęqualia eſſe poſsint, de hac conſuetudine teſtatur gloſ. in dict. auth.

Rr 2 æqua-

æqualitas,vbi Barto.Salicet.Bald.& Angel.
in l. ex morte illo. titul. Cuma. conſil. 26.
Guid.Pap. vbi adden. deciſio. 363. licet in
pactis Ioan.de Plot. in §. eſt & aliud.inſtit.
de donatio. Corne. conſil.303.lib.4. Natt.
conſil.391. num.5. & 6.lib.2. Anton.Scap.
tractat.de iu.non. ſcrip. lib.4.cap.15.num.
2.3.& pręter nunc relatos Boerius dict. de-
ciſio.22.num.25.Andre. Gail.obſeruati.78.
num.2.lib.2.vbi itidem atteſtatur d.authen.
æqualitas non ſeruari de conſuetudine ve-
rum cum in ſingulis prouincijs leges latæ
4 fuerint ſuper huiuſmodi augmentis ✝ vbi ni-
hil conuentum fuiſſet tacite cum iuris muni-
cipalis diſpoſitione idem augmentum conſ-
titutum fuiſſe quod per eas leges diſpoſitum
foret , cenſetur , nam paciſcentes cum iuris
communis diſpoſitione tacitè accommodaſ-
ſe voluntatem ſuam videntur ſic & cum iuris
municipalis ſtatutis,quinimo magis cum ſta-
tutis municipalibus quam cum iuris diſpoſi-
tione cum illud ſit ius commune in loco non
ius Romanorum ad latè tradita per Barto.
& omnes in l.hæredes mei §. cũ ita ad Tre-
bell.S.C. Alciat.qui alios tracta.de præſ. re-
gu.3.præſ.32. à num.1.Zanch.in dict.§.cum
ita 9.par. Surd. deciſio.119. num. 22. alios
5 pretereo.Cęterum data conuentione ✝ illud
debetur quod in pactum deductum fuit Bar-
to.Angel.Salice. & alij ſuperius memorati.
Sicuti dixi fusè quęſt.8.

6 Neq. prætereunda eſt ✝ inſignis deciſio.
Guid.Pap. 274. is inibi ſcripſit ſoluta dote
augmentum non deberi mulieri, ſoluta autẽ
7 parte,pro ea tantum dari debere,pro ✝ rata
ſcilicet dotis ſolutæ §. penultim. in auth. de
non.elig.ſecun.nuben.auth. ſed quę nihil C.
de pact. conuen. ſequitur Benedict. in cap.
Raynuncius in verbo & vxorem num.62. de
teſta.vbi intelligit verum niſi maritus de do-
te fidem habuiſſet , eo enim in caſu perinde
debetur ac ſi vere dos ſoluta fuiſſet,ſequitur
Ranchi.ad Guid.dict.deciſio. Boeri.deciſio.
Burdegalen.22.vbi pulchre.

Et hæc quidem procedunt cum dos fuit à
muliere promiſſa verum ſi ab extranea per-
ſona vel illius patre ſecus nulla enim culpa
imputari mulieri tũc poterit cur dos ſoluta
non fuerit,ſic Boet.dict.deciſio.idem Guid.
deciſio.430.Afflict.deciſio.333.vbi egregie
Vrſil.ad eum, latè in hac ipſa ſpecie Rolan.
qui multos refert conſil.10. num.4. 5.& ſe-
quen.lib.1.Surd.tract.de alimen.tit.1.quęſt.
42.nu.56.57. dixi latius ſupra quęſt.8.num.
220.vbi multos citaui,& diſtinctionem Fer-
re. reprouaui diſtinguentis,inter patrem &
extraneum dotantes.

8 Extremo ✝ notandum quod de iure huius
prouincię decedente viro,mulier cõſequi po-
teſt totum augmentum quod in conuentionẽ
deductũ fuit in capitulis matrimonialibus,
præſtita tamen cautione de eo reſtituendo in
caſum mortis, verum ſi nolit niſi ſolam me-
dietatem poteſt de ea libere diſponere,hæc
conſuetudo antiquiſsima Cathalonię vrget
in pleriſq. locis pręcipuè apud Pedemontes
vt teſtatur Purpu.conſ.400.nu.2.Theſau.de-
ciſ.Pedemon.183.num.4.Apud nos Mier.in
conſ.hac noſtra.n.118. Ferre.obſer.li.3.ca.
51.& poſt hęc ſcripta Ant.Theſau. filius vir
eruditiſsimus li.1.quęſt.Foren.quęſt.49.vbi
9 eleganter ✝ diſputat,an hocius eligendi trã-
ſeat ad heredem mulieris, & reſoluit tranſi-
re,quod & mihi placet.

SECTIO QVARTA.

PRÆFATIO.

QVONIAM in præcedenti tertia ſectione actum fuit de lucris quæ ex pacto & prouidentia cõiuges in capitulis matrimonialibus in dote & donationibus propter nuptias ſibi acquirunt . Ex ordine videndum de his quæ in vim ſocietatis expreſsim initæ acquiruntur,cum vir vxorem in lucris commodis & meliorationibus(vt in multis ſolet fieri locis) conſtante matrimonio ab eo parandis,participem facit & ſociam: Non enim in hac citeriori Hiſpania ſicut in vlteriori lex viget qua ex ipſomet matrimonij contractu ſocietas inita cenſetur ; Neque conſuetudo ſicut in pleriſque Galliæ locis,pactis enim id fieri ſolet & conuentionibus , quæ niſi in diſtrictu Tarraconenſi & Dertuſenſi in vſu ſunt;in reliquis enim Cathaloniæ locis minime obſeruantur nec fiunt : De his igitur conuentionibus quæ magis frequentiores ſunt paucis agendum.

SVMMA-

SVMMARIVM.

1 *Societas an ex eodem ipſo contractu matrimonij inita cenſeatur.*

2 *Lucra & commoda inter ſocios communicanda ſunt.*

3 *Coniuges ſocij ſunt diuinæ & humanæ domus.*

4 *Tex.in cap.2.de dona. inter vir. & uxor. expenditur.*

5 *Societas inter coniuges niſi expreſsim fuerit inita contracta non cenſetur.*

6 *Vxor quoad maritum dicitur ſocia quoad debitum carnale & operas obſequiales.*

7 *Lucra per maritos parta ipſis ſolis adquiruntur.*

8 *Vxoris induſtria quæſita lucro ipſius cedunt.*

9 *Mulier etiam ad præceptum mariti negotiari non tenetur.*

10 *Mulier marito inſeruire tenetur.*

11 *Mariti poteſtas in vxorem maior eſt quam patris.*

12 *Maritus & vxor ſimul ſtipulantes partes ſibi quærunt.*

13 *Statuta vel conſuetudines quæ ſocietatem inducunt inter coniuges odioſa ſunt.*

14 *Statuta vel leges quæ ſocietatem inducunt inter coniuges ſæpius liberos ſpoliant debita hæreditate.*

15 *Mulieres propter lucra nuptialia facilius nubunt & ſecundos ditant viros.*

16 *Statuta vel leges municipales quæ ſocietatem inducunt inter coniuges valent.*

17 *Mulier vtrum poſsit in contractu matrimonij bonis ſibi ex ſocietate prouenientibus renunciare.*

18 *Maritus poteſt ſibi de bonis adquirendis prouidere.*

19 *Societas ſub conditione iniri poteſt.*

20 *Pacta omnia matrimonialia cẽſentur permiſſa quæ non reperiuntur prohibita.*

21 *Pacta omnia inter virum & vxorem valida in contractu matrimonij etiã ſi ſint aduerſus ſtatuta vel conſuetudines locorum dum expreſſe non reprobentur.*

QVÆSTIO. LXV.

MATRIMONIO AN SOCIETAS ipſo iure contracta dicatur: Et text. in ca.cum ſocietas 27.quæſt. 2. declaratus.

1 EXISTIMARVNT † multi matrimonij contractu, eo ipſo ſimul ſocietatem initã fore; eſt enim matrimoniũ ſocietas cap. cum ſocietas 27.quęſt.2.cũ alijs multis à me citatis lib.1.compara.5. quo in loco matrimoniũ ſocietatis contractui comparaui vt inibi latius; ita fit vt cum ſocietas ſit, lucra & commoda inuicem communicari debeãt; quorum prior & originarius author
2 fuit Bernardus gloſator antiqui in d.ca.cũ † ſocietas, qui ex eo tex.adnotauit matrimonium ſocietatem eſſe & perinde in omnibus coniuges in damnis & lucris ſocios fore l. coiri ff.pro ſoci.

3 Secundo † adducunt vulgatũ illud coniuges ſocios ſore diuinæ & humanę dom⁹, atq. vxorem rerum omnium mariti veluti cõmunem dominam administrationẽ nanciſci l.1. de Rit.Nuptia.l.1.ff.rer.amota. l.aduerſus. C.de crimi.expila.hæredita.

4 Tertio † fortiusq. mouentur authoritate tex.in ca.2.de dona.int.vir.& vxor.quo tex. Roma.Pontifex aperte ſtatuit, conſtãte matrimonio acquiſita cõmunicanda ſore inter coniuges vbi ſocietas morte vnius finita eſt, vnde his adducti leuiſsimis fundamentis alij pleriq.poſt Bernar.in d. ca.cũ ſocietas hanc ipſam ſequuti fuere opinionẽ Nicol. Boeri. in conſue.Bituricen.ritu. de coſtum.concer. gens.mariez.§.2.Pyr.in conſue. Aurial.eod. rit.Euerar.conſ.53.Deci.conſ.204.n.5.Caſſa.ad conſue. Burgun.rub.4. §.2.nu.1.Et ex noſtris Ludo.Gomez.in §.actiones n.12.inſtit.de actio. Montal.in l.1.tit.3.lib.3.for.in glo.in verbo, *por medio*.Pala.Rub. in repeti. rub.de dona.int.vir.& vxo.§.61.in princi.& §.65.nu.12.Ioan.Monta.in tract.de bigami. par.1.n.12.Did.Segur. in trac.paruo.de bo. lucra.conſt.matri.nu.27.& in l.vnũ ex familia §.ſed ſi fundum num.34.de lega.2.

5 Sed † cũ hæc opinio nullo iure proberur ſuſtineri non põt; vnde rectius alij & fere innumeri in cõtrariã abierũt.vxorẽ de iure cõmuni in bonis per maritũ cõſtante matrimonio acquiſitis partẽ nullã habere niſi ex conuentione id fuerit pacta cũ viro ſuo, vel probet ex ſua vel cõmuni mariti & illius pecunia cõparatas merces vel alia bona fuiſſe ſic glo.in d.ca.2.de dona.int.vir.& vxo.vbi Panor. quẽ ſequuti ſunt alij canonici interpretes io eo text. Roma. Areti. & alij quos ex Hiſpanicis vnus refert Teſti.in l. 16. Taur. nu.12.& 13.Dida.in Epito.ad 4.par.2.ca.7. §.1.n.5.idẽ Dida.li.3.reſolutio.ca.19.nu.3. qui & alios recẽſer Matien.in l.2.glo.1.n.1. titu.9. Gutier.in pract.quęſt.li.2.quæſt.118. nu.5.& 6.Pechi.tract.de teſtam.coniug.li.2. cap.1.nu.1.& 2.alios multos prętereo.nullo enim vt dixi iure probatur vxorẽ partem lucrorũ quæ maritus cõſtante matrimonio acquiſiuit conſequi poſt illius mortẽ poſſe: ar-
6 gumẽta autẽ cõtraria facile tolluntur; vxor † enim dicitur ſocia diuinæ & humanæ domus quoad debitum, ꝙ marito reddere tenetur, quoad cohabitationẽ etiam, & operas quas marito abſequiales & domeſticas impẽdere debet, & ſic intelligit.tex.in d.ca.cũ ſocietas

cum alijs ſimilibus.text.autem in dict. ca.2.
de donatio. inter vir. & vxor. intelligendus
eſt vbi ſocietas expreſsim contracta fuerat
per coniuges, quo in caſu lucra communicā-
da ſunt ſicut in cæteris ſocijs contingit;& ſic
intellexere illum text.gloſ.Panormit. & alij
ſupra citati : nulla enim ſocietas de iure ci-
uili vel canonico inter coniuges contrahitur
7 propter matrimonium,nec exquiſita vnius †
pecunia alteri portio quæritur l. ex pecunia
C.de iur. doti. & conſtante matrimonio lu-
crata ad maritum ſolum pertinent l. quintus
ff.de donatio. inter vir. & vxor. l. etiam C.
eod. titul. & hoc iure attento per vnum ac-
quiſita ad alterum non pertinent, ſed ſoli
acquirenti conceduntur §. 1. inſtit. per quas
perſo.ſic in ſpecie dixit gloſ. in cap. ſignifi-
cauit in verbo deciſionem, vbi interpretes
ex.de donatio.inter vir.& vxor. Andr.Gail.
obſerua.78.num.9.lib.2.iure enim commu-
8 ni quæſita à viro ſibi acquiruntur,& † ſimili-
ter quæſita induſtria vxoris ſua non mariti
ſunt: vnde dixerunt egregie Pet.Cyn.Bald.
& Fulgoſi.quos citat & ſequitur Palat.Rub.
in repe.rubri. de donatio. inter vir. & vxor.
9 §.62.num.5.verſic. Ex iſta † autem ſocieta-
te quod mulier non tenetur etiam ad præ-
ceptum viri negotiari. ad id ponderat tex-
tum ſingularem in l.ſi mulier §.ſi vir vxori ff.
de donatio.inter vir.& vxor. Bald. Fulgoſi.
deciſio. 10. Rotę Anton. Gomez quos citat
Ioan.Garci.tract.de coniug.acq.num.72.
10 Etſi enim † teneatur mulier viro inſerui-
re & operas ei præſtare l.ſicut ff. de oper. li-
berto.de operis obſequialibus intelligendū
eſt & domeſticis paruæ æſtimationis,quas &
marito impendere tenetur argum. tex. in l.
in rebus §.poſſunt ff.commo.l.ſi cum dotem
§.in ſæuiſsimo ff. ſolut. matrimo.expreſsim
Bald.in l.ſi vxorem C.de condi.inſert. Gu-
tier. lib. practica. quæſtio. 2. quæſtio. 120.
num.3. vnde Barto. Bal. & cæteri omnes in
l.diuortio ff.ſolut.matrim. plurimum in hac
re tribuunt qualitati vxoris an nobilis ſit,
vel ignobilis : omnes tamen affirmant vxo-
rem ſibi quærere & lucrari non marito; cum
& Iuſtinianus in titul. inſt. per quas perſo.
nob. acquir. nuſquam de vxore meminerit
11 reſpectu viri ſui. Vnde dixit † ſingulariter
Bald.in l.ſi in vita C. de nupti. quem etiam
refert Pala.Rube.in loco ſupra citato, quod
licet maior ſit poteſtas mariti in filiamfa-
milias vxorem ſuam quam patris, quia po-
teſt eam repetere ab inuito patre l. 1. ff. de
libe. exhiben. remanet tamen in patria po-
teſtate,quia teſtari non poteſt l.qui in pote-
ſtate.ff.de teſtam.Item quia patri quęrit ad-
uentitia & alia,quæ lucratur demptis operis
quas viro impendere tenetur; ſed ſi patre
careat vel alias emancipata ſit, aut eo ipſo
iuxta iura municipalia quod mulier nubit
exit de patria poteſtate vt legib⁹ huius reg-
ni & vlterioris Hiſpaniæ cautum eſt, in his
certè caſibus ſibi quæret Menoch. qui tamē
de ſuperioribus non meminit in commen.
de pręſump.lib.3.pręſu.26.nu.14.ideo mu-
lieri cum viro ſocietatem contrahere per-
12 mittitur,alias ſuperfluum foret; nam & ſi †
cum viro ſimul aliquid ſtipulatur partem ſibi
quærit non marito.glo.communiter recepta
in l.ſcripturæ C.de fid.inſtrumen.Bald.Ale-
xand. Rochegal. & alij quos ſequitur Oſaſ.
deciſio.Pedemon.140.num.6.
13 Ita fit † vt vel leges municipales aut ſta-
tuta,vel conſuetudines quæ ſocietatem inter
coniuges inducunt veluti correctoria iuris
communis odioſa iudicantur;cum receſſus à
iure communi omnis odioſus cenſeatur; ad
tex.in l.quod vero contra,cum vulga.de legi.
omnes in l.ſi vero §.de viro ff.ſolut.matrim.
ſic expreſsim de huiuſmodi legibus vel ſta-
tutis municipalibus ſcripſit Nico. de Vbal.
tract.de ſucceſ.abinteſt. 4.part. refert & ſe-
quitur Caſſane.in conſuetu. Burgun.rubr.4.
§.2.glo.fœminę nu.4. & 16.Benedict.in ca.
Raynuncius verbo & vxorem nomine Ada-
laciam num.792.Dida.Caſtel.Crauet.& An-
to.Gomez. quos refert & ſequitur Burg. de
Paz.quæſt.8. nu.24.quibus ex veteribus ſu-
peraddit Anchar.conſ.102. Bald.conſ.235.
14 & Fabru. dicētē † huiuſmodi ſtatuta ſæpè in
cauſa fore vt per ea liberi ſpolientur & de-
15 fraudentur, cum † morte mariti facilius nu-
bant & ſecundum ditent virum vt experien-
tia docet; Eadem verba refert Benedict.vbi
ſupra nu.786.Boer.in d. rub. & §. col. 2. Et
ſuperiorem etiam opinionē quod huiuſmodi
ſtatuta odioſa ſint tenuit Gutier in d. quæſt.
118.nu.6.ad finem:Simanc. in Catho.inſtit.
ca.9.nu.103.Matien.in d.glo.1.num.77.
16 Valere † autem ſtatuta hęc,quæ talē indu-
cunt communionem certum eſt, ſimiliter &
conſuetudinem ſic Caſſa.Boeri. Pir.Crauet.
Did. Benedic.in locis ſupra citatis Pechi.in
d.ca.1.nu.1.& 2. Matien.in d.glo.2.num.3.
quibus addo Panor.in ca.ſignificaſti nu.3.de
donatio.int.vir.& vxor.vbi Butri.nu.6. An-
char.conſ.102.nu.3.& 4. Andr. Gail. obſer-
ua.86.num.13.14.lib.2.

Ex his ſequitur quod cum de iure cōmuni
nulla cenſeatur contracta ſocietas inter virū
& vxorē, vbi id lege vel conſuetudine ſtatu-
tum non eſt,vt vxor in vim ſocietatis acqui-
rere lucra poſsit, id in contractu matrimo-
nij paciſci debet, ita citati ſuperi⁹ interpre-
tes & Gail. d. obſerua.78.nu.9.Et quamquā
authores prædicti nihil allegent,probat tex.
egregius in l. rei iudicatę §.ſi mulier in verb.
ſocia

ſocia ff. ſolut. matrimo. Gerard. ſingul.99. Bal. in l. ſi vxor. C. de condi. inſert. Fran. Mar. deciſio. 508. & eos refert & ſequitur Caual.deciſio. 11.num. 5.par.2.

17 Maior † autem occurrit difficultas cum à lege municipali, ſtatutis, vel conſuetudine hæc matrimonio cōtrahitur ſocietas, num in eo contractu poſsit in fauorem mariti, vxor ſocietati renunciare; non enim valere renunciationem videtur; quia pactum ſit mulieri damnoſum, conſequenter inualidum ad tex. in l. 2. 3. & l. Attilicinus ff. de pact. dotali. dixi latius hoc lib. quæſt. 1.

18 Contrarium † verius videtur vt poſsit maritus contrario pacto ſibi de bonis acquirendis prouidere iuxta text. in cap. 1. de filij. nat. ex. matrimo. ad morga. contrac. & ſic ſenſit Ioan. Fab. & Migoni. quos ſequitur & citat Pechi. tractat. de teſta. coniuga. lib. 2.

19 cap. 1. num. 3. ea vtitur † ratione quia cum ſocietas ſub conditione iniri poſsit l. de ſocietate C. pro ſoci. & valeat pactum vt maritus dotem partis lucretur l. ex morte l. ſi conuenit C. de pact. conuen. nulla cauſa adeſt ob quam huiuſmodi pactio irritari poſſit; quod & ſcripſit ſimiliter Rodri. Xuar. in d. titu. *de las ganancias* quæſt. 2. num. 24.

Secundo fortius facit poſſe mulierem nedum in contractu matrimonij, ſed & poſt cōtractum renunciare in fauorem mariti lucro, quod vel ex ſtatuto, aut pacto ſibi debetur moriente ipſa vt multorum authoritate docui hoc lib. quæſt. 46.

20 Tertio † quoniam omnia pacta matrimonialia cenſentur permiſſa, quæ non reperiuntur expreſsim interdicta, vel non tendunt in præiudicium mulieris auferendo ſibi iura dotalia, vel iterum nubendi facultatem. dixi in quæſtio. 1. hoc lib. quibus nunc addo An-

21 dre. Gail. obſerua. 78. num. 8. & 9. lib. 2. is † docet pacta inter virum, & vxorem celebrata in contractu matrimonij valere omnia, etſi aduerſus ſtatuta ſint locorum, vel conſuetudines dum expreſſe non reprobentur; cuius tamen generalis traditio paulo ſuperius num. 6. Quatenus ait valere omnia pacta dotalia etiam aduerſus iuris diſpoſitionem conuenta; vera non eſt; vti admodum generalis, ex dictis à me dicta quæſt. 1. quæ non repeto, & ex dictis per eundē Gail. obſerua. 84. num. 5. lib. 2.

SVMMARIVM.

1 *Inita ſocietate inter virum & vxorem in cōtractu matrimonij, ſi poſt illud putatiuum detegatur an lucra ſint communicanda.*

2 *Donatio inter coniuges putatiuos morte non confirmatur.*

3 *Dos putatiua non habet beneficium dilationis à iure conceſſæ.*

4 *Maritus fructus dotis putatiuæ non lucratur vt maritus, ſed vt bonæ fidei poſſeſſor.*

5 *Coniuges putatiui non gaudent lucris, quæ ab ſtatuto deferuntur.*

6 *Matrimonium putatiuum, & verum in omnibus fere conueniunt.*

7 *Matrimonium putatiuum iiſdem gaudet prerogatiuis, quibus & verum.*

8 *Opera, & induſtria præcipue in ſocietatis contractu attenditur.*

9 *Matrimonium putatiuum in omnibus vt verum habetur dum coniuges contrahant in facie Eccleſiæ.*

QVÆSTIO. LXVI.

CONVENTIONE FACTA, ET ſocietate expreſsim inita in contractu matrimonij, ſi poſt illud putatiuum detegatur, an ſint lucra communicanda, ac ſi verum foret.

1 IN præfatione † huius tractatus dixi matrimonio putatiuo omnia ferè indulta, & priuilegia vero conceſſa, illi etiam tributa à iure fuiſſe; quod relatis multis verum eſſe ſcripſi inibi; Nunc ſe offert quæſtio diſcutienda an inita ſocietate inter virum & vxorem, qui ignorantes impedimentum bonafide contraxerant, & ſocietatem coierant, ſi poſt impedimentum detegatur, & inter eos legitimum non fuiſſe matrimonium appareat, vtrum lucra communicanda ſint; Et quidem non fore communicanda videtur.

2 Primo † ad id ſolet adduci text. in l. cum hic ſtatus §. fina. ff. de donatio. inter vir. & vxor. quo in text. probatur donationem inter coniuges putatiuos factam, morte non confirmari, quoniam iniuſtum fore legiſlatori viſum eſt, vt quod matrimonium illegitimum fuit, veri & legitimi prerogatiuam conſequatur; quod dixit ſingulare Bald. in l. eam quam num. 22. C. de fideicom. vbi & Iaſſon. Alexan. in l. ſi cum dotem §. fina. col. 2. ff. ſolut. matrimo. Nouel. tractat. de dot. part. 11. in 2. part. principa. à num. 1. vbi latiſsimè diſcrimina matrimonij veri & putatiui recenſet.

3 Secūdo † quia dos putatiua nō habet dilationē à iure cōceſſam ad dotē ſoluendā, iuxta gloſam cōmuniter approbatam in l. 1. §. exactio in gl. magna C. de rei. vxo. actio. quā dixit communem Nouell. in loco ſupra citato in 12. fallentia. ita fit vt maritus etiā pu-

Digitized by Google

tatiuus non gaudeat priuilegio ne conueniatur vltra quam facere poteſt Alexan.in dict. §.fina. Rip.in rub.ff.ſolut.matrimo.num.63.

4 Neq.† fructus dotis putatiuæ lucratur maritus quatenus maritus, ſed vt quilibet alius bonæfidei poſſeſſor l.in inſulam §. fructus ff. ſolu.matrimo.vbi interpretes omnes. Neq. ſucceſsio abinteſtato,qua poſt plures ad ſucceſsionem vocatos datur coniugi ſuperſtiti, conceditur coniugi putatiuo l. 1. vbi omnes C.vnd.vir.& vxor.

5 Tertio † & vltimo ſtante ſtatuto de lucro dotis ſuperſtiti deferẽdo, vel inito pacto de certa portione lucrãda adinuicem vbi vnius morte matrimonium ſolueretur, ex receptiſsima opinione traditum eſt,coniuges putatiuos lucro, quod ab ſtatuto vel pacto defertur minime gaudere poſſe, ex tex. in l. 1. vbi Angel.& Salicet.C. de condi. ob cau. & tex.in §.aſcriptitio in auth.de nup.§.ſi vero ab initio illo eod. titu. ſic adnotarunt Bald. Angel. Alexan. Iaſſon. Ripp. Barba. Felin. Ruin. Nouel. Campe. Marſil. & alij plures quos refert & ſequitur Rolan.tracta.de luc. dot.quæſt.97.à num.5.& 6.Caſſa.in conſuetud.Burgund.rubr.4.§.2. num. 4. Didac. in Epito.de ſponſali.2.part.cap.7.§.1. num.8. Tiraquel.qui innumera cõgeſsit de hoc matrimonio putatiuo in ll. connubia. gloſ. 8. à num.270.

Contraria opinio & verior & receptior eſt in ſpecie propoſita vt communicari lucra debeant perinde ac ſi legitimum fuiſſet matrimonium quando bonafide coniuges contraxerunt vt non obſcure innuit text.in ca.2. vbi glo.& cęteri poſt eam extra de donatio. int.vir.& vxor.

6 Secundo † quia matrimonium verum & putatiuum in omnibus fere conueniunt cap. debitum de bigam. cap. ad Audientiam de ſponſa.fusè Tiraquel.in loco ſupra citato.

7 Tertio † nam data iuſta impedimenti ignorantia matrimonium putatiuum eiſdem gaudet prerogatiuis quibus & verum d. l. ſi cum dotem §.fina.ff. ſolut.matrim.vbi egregie declarat Alexan. porro quoad propoſitã ſpeciẽ pertinet ratio huius traditionis ma-

8 nifeſta eſt; quia † non aliud quam induſtria & opera in huiuſmodi ſocietate attenditur, quæ ſic vindicat in coniugibus putatiuis ſicut in veris;nam & ſecluſo matrimonio poterat talis coiri ſocietas, vnde idem ius ſtatuendũ eſt l.1.vbi Bald. & Salicet. C. de condi. ob cau. quam opinionem probarunt ex antiquioribus Panormit.in d.cap.2.de dona.int. vir.& vxor.fusè Palat.Rube.in rubr. de dona.int.vir.& vxor.§.62.num.23.& §.36.n.2. Dida.Segur.in tracta.de bo.lucra.conſ. matri.num.97.Anton.Gom.in l.56. Tau.n.69. & 77.Tiraq. ad ll. connubia. glo.8.nu.270. Dida.Couar.in Epitom.de ſponſali.2.part. cap. 7. §. 1. num. 7. & 8.Caſſa.in conſuetu. Burg. rubr. 4. §.2. num.4.Nouell.tracta.de dot.par.11. 2.par.nu.29.ad finem. Matien. in l.2.glo.1.num.5.& 6.titu.9. Rodr. Xuar. in titu. *de las ganancias* in prin.& nu. 5. & 6. & ſic deciſum fuiſſe in Senatu Luſitano refert Anton.Gom.deciſ.89. à num.1.& iterũ deciſ.176.num.1.Ioan. Garci. tracta. de acqueſt.coniuga.num.159.Dida.Perez. in l.4. titu.4. lib. 5. Azeue. in l.2. à num.4. titu.9. alios præterèo.

9 Verum † intelligẽda hæc communis opinio eſt,quando coniuges contraxerunt in facie Eccleſiæ & hodierno iure cum ſolemnitatibus requiſitis à ſacro Concilio Tridentino cap. 1.ſeſsio.24.alioquin ſecus,vt rectè animaduertunt Garcia in d. loco ſupra citato Auenda.reſpon. 20.Baeça tracta. de decim.tuto.cap.12.nu.17.Perez.in d.l.4.

Ex quibus non obſtare priora contraria apparet in illis enim cauſa finalis matrimonij,quæ occaſionem tribuit conceſsioni, ceſſat in putatiuo matrimonio;proinde nec donatio inter eos morte confirmatur;ſic neque gaudet huiuſmodi matrimonium priuilegio dilationis à iure conceſſæ, neque alia priuilegia in tertio contrario enarrata locum habent propter eandem rationem; in noſtra ſpecie nihil ad rem ſi matrimonium eſt putatiuum,cum vt dixi opera,induſtria,& diligentia in ſocietate adhibitæ ſolum conſiderentur;nam etſi non fuiſſet contractum matrimonium eadem poterat coiri ſocietas.

SVMMARIVM.

1 *Lucra ex ſocietate prouenĩẽtia an mulier propter adulterium amittat.*

2 *Mulier propter adulterium dotem amittit.*

3 *Ius proprium difficilius amittitur, quam querendum.*

4 *Mulier propter adulterium nedum dotem ſed & alimenta perdit.*

5 *Mulier propter adulterium bona parapbernalia amittit.*

6 *Mulier propter adulterium nedum dotem datam ſed & promiſſam perdit.*

7 *Mulier vidua relicta adulterium committens intra annum luctus dotem amittit.*

8 *Mulier propter adulterium ſummam marito iniuriam infert.*

9 *Maritus propter adulterium maiori efficitur dolore & iniuria,quam ex filij occiſione.*

10 *Adulterio quemquam offendere magis eſt quã gladio occidere.*

11 *Statuto ſtante quod mulier bannita poſſit impune offendi,non tamen poteſt adulterari.*

Adulterio,

12 *Adulterio, marito, conſanguineis, & Reipublicæ iniuria infertur.*
13 *Tranſactio in adulterio prohibita.*
14 *Mulier adulterio matrimonij ſacramentum infringit.*
15 *Lucra quæ ex ſocietate proueniunt coniugibus lege id præcipiente, propter adulteriũ amittuntur.*
16 *Ius quærendum tunc facilius amittitur quam quæſitum cum eadem ratio vindicat.*
17 *Mulier vidua relicta de iure dotem non amittit ex veriori, opinione propter ſtrupum.*
18 *Vidua ſtrupum comittens qualiter iniuriam mortuo marito inferre dicatur; atq. illius animam contriſtari propter tranſitum ad ſcunda vota.*
19 *Iuſtinianus Imperator dum ſcribit animam defuncti propter tranſitum mulieris ad ſecunda vota contriſtari, maximo errore labitur.*
20 *Animæ cæleſtes nullis ſeculi infortunijs contriſtantur.*
21 *Animæ infernales vel quæ in purgatorio ſunt huius ſeculi facta ignorant.*
22 *Vidua dum vidua eſt in prioris mariti conſortio degere cenſetur.*
23 *Vidua in prioris mariti conſortio degere videtur, attenta iuris fictione.*
24 *Mulieri plus luxuria prodeſſe non poteſt quã caſtitas.*

QVÆSTIO. LXVII.

SOCIETATE IN MATRIMONIJ contractu inita, muliere adulteriũ comitente; An ſicut dotem ſic & bona perdat lucrata, noua quæſtio agitatur.

1 ETSI mulra † interpretes Hiſpanici in ll. illas vlterioris Hiſpaniæ dixerint quę ſocieratem inter virum & vxorem ex ipſo ſolo matrimonij contractu inducunt atq. noſtri etiam interpretes in iuris communis expoſitione, nullibi tamẽ in terminis tractatum vidi, an mulier quæ viuente marito propter adulterium dotem perdit, ſic etiam bona amittere debeat lucrata ex ſocietate excipio Cancerium, qui eam pertingit veluti obiter in ſuis reſolutio. lib. 1. cap. 9. num. 80. videtur itaq. dicendum ea
2 perdere, quoniam † amittit dotem, quæ ipſius eſt proprium patrimonium l. 3. §. ſed vtrum de minori. & quę ſuccedit loco legitimæ iuxta Barto. traditionem in l. Titio centum §. Tirio genero vbi cæteri omnes de condi. & demonſt. Bald. in l. ſanccimus C. de nup. Surd. tracta. de alimen. titu. 1. quæſt. 31. num. 30. multo magis amittere bona lucrata in vim ſocietatis debet: Maior propoſitio probatur notiſsimo textu in cap. plerumq. ex. de donatio. int. vir. & vxo. vbi Panormit. Imol. Anto. & alij omnes Bolog. Dida. Bal. Nouel. & alij plures, quorum communem dixit ſententiam Iuli. Clar. in §. adulterium num. 13. Guid. Pap. Tiraquel. Decl. Henri. Collect. quos ſequitur & refert Surd. tracta. de alimen. titu. 7. quæſt. 16. num. 20. 21. 22. quo loci ex communi opinione idem eſſe dixit in vxore putatiua; Atq. idem aduerſus Barto. etiam ſi maritus conueniat vxorem in iudicio ciuili.

3 Secundo † id ipſum aſtruere videtur quia difficilius amittitur ius propriũ & iam quęſitum, quam ius quærendum & ab alio præſtandum, atq. ideo facilius hoc vlt mum remittitur glo. & interpretes in l. ſeruus. ff. de pact. dotali. l. qui autem in princi. ff. quæ in frau. credito. egregie Becci. in conſ. 56. num. 36. Surd. tracta. de alimen. titu. 7. quæſt. 16. num. 19. idem Surd. conſ. 351. num. 38. li. 3. Cordub. in l. ſi quis à liberis §. ex his nu. 75.
4 ff. de libe. agnoſcen. & † in his locis citati interpretes docuerunt; vxorem ratione commiſsi adulterij perdere dotem proprium illius iam quæſitum patrimonium, conſequenter magis multo amittere alimenta, quę ſibi à marito debentur; ita fiet vt ſi propter adulterium mulier dotem amittit, multo magis lucra conſtante matrimonio per maritũ acquiſita ſuo labore & induſtria.

5 Tertio † propter adulterium mulier nedum amittit dorem ſed & bona paraphernalia, quæ extra dotem habet glo. communiter recepta in d. cap. plerumq. & licet aduerſus gloſam tenuerint Panormit. & Præpoſi. eam tamẽ fere omnes alij ſequuti ſunt. quales Roma. Iaſſon. Gerard. Palat. Rube. Hippoli. & alij quos citat & ſequitur Dida. Couar. in Epito. ad 4. 2. part. cap. 7. §. 6. num. 2. Claru. in d. §. adulterium nu. 15. Quinimo & arras perdere ſupra relati affirmant & communem itidem eſſe opinionem teſtatur Dida. d. §. num. 2. Claru. d. §. adulterium nu. 15. Matien. in l. 5. gloſ. 8. tirn. 9. num. 19. lib. 5. Gerard. Boeri. Celſ. Hugo. & Rip. quos ſolos citat Cancer. lib. 1. reſolutio. cap. 9. nu. 69. & 70. vbi idem & rectè aſſerit fore de
6 iure noſtro Regio Cathaloniæ. Dos † etiam nec dum dara ſed etiam promiſſa propter adulterium perditur l. ſi mulier ff. de condi. inſtitu. vbi Bald. Pala. Rube. in rubr. de donatio. int. vir. & vxor. §. 20. num. 1. Et in ſpõſa de pręſenti, quos & ſequitur omnes Surd. d. quęſt. 16. num. 28. 29. 30.

7 Quarto fortius, vidua † quę morte mariti ab illius iure & legibus (vt Apoſtolus ait) ſo-

luta

luta eſt, adulterium comitens ſaltim intra
annum luctus dotem amittit, quæ viri hære-
dibus applicatur Paul.de Caſtr.in l. fideicō-
miſſum C.de fideicom. Pręposi. Marſil.Ge-
card.Pala.Rub.quos citat Dida.Couar.dict.
§.num. 10. quo loco licet multos alios con-
trariam tenentes adducat quales Alex.Caſ-
ſan.Carol. Molin. Chouerl. Crauet. Pinel.
Crot.Acoſt. dubiam tamen aſſerit inibi hāc
extremam. Verum his non obſtantibus con-
trarium verius michi videtur. Moueor quod
8 contraria,nullo iure probetur. Secundo † nā
ratio pręcipua,qua mulier propter adulteriū
dotem & iura dotalia perdit ea eſt,quoniam
ſummam ex thori violatione iniuriam ſuo
infert marito,cuius ratione inducitur à iure
Canonico ſeparatio ca. ex litteris de diuor-
tijs.perpenſa delicti grauitate cap. etſi cle-
rici §. de adulterijs de iudi. vt nulla poſsit
cauſa tantum ſcelus iuſtificari cap. etſi Chri-
9 ſtus de iur.juran. Et maiori † maritus afficia-
tur dolore & iniuria,quam ex filij occiſione
l.codicillis §. inſtituto de lega. 2. in verbis
filium interfecit,& alia deteriora fecit, quæ
verba omnes illic interpretes de vxoris in-
tellexerunt adulterio. Pala. Rub.in rub. de
donatio. inter virum & vxor. §. 88. num.
3. Tiraq. in ll.connubia.l. 13.nu. 26. Manti.
Alex.Neuizan.& alij relati per Surd.d.quęſ.
16.num.25. quo in loco pulchre multorum
10 authoritate ſcripſit, † plus fore quemquam
adulterio offendere,quam illum gladio oc-
11 cidere;atq. ideo † inquit ſtante ſtatuto,quod
mulier bannita poſsit impune offendi, non
tamen poterit adulterari §.1. in auth. de le-
12 noni. Quoniam † ex adulterio marito, con-
ſanguineis,& reipublicæ infertur iniuria l. 1.
§. vſque adeo l. ſtichum ff. de iniur. Vnde
13 † & de adulterio tranſactio non fit l. tranſi-
gere vel paciſci C.de tranſ.dixi & explo.iur.
Hæc ſanè ratio ceſſat in bonis propter ſo-
cietatem initam acquiſitis perdendis, quia
non vt vxor,ſed vt quilibet ſocius & extra-
neus acquiſiuit; & poterat contrahi ſocietas
inter eos etiam ſecluſo matrimonio. Atque
ex hac eadem ratione ex communi opinione
reſolui ſuperius quæſtio.62. in matrimonio
putatiuo conferri hinc inde lucra deberi;
quoniam non principaliter propter matri-
monium ſocietas deſcendit,& lucra, quæ ex
ea obuenerunt, ſed ex opera induſtria & di-
ligentia coniugum; vnde etſi poſt matrimo-
nium illegitimum detectum ſit,non inde ſo-
cietatis iure acquiſita mulier perdere debet.
hanc opinionem,& rectè tenet dictus Can-
cerius vbi ſupra maxime attento iure huius
principatus, quo ſecundum regias conſtitu-
tiones vidua ob ſtrupum non amittit bona
propria.

Contraria vero ſuperius adducta non ob-
ſtant,nam perdit dotē mulier propter adul-
terium & alia etiam, quæ veluti acceſſoria
ſunt ad dotem,& matrimonium qualia ſpō-
ſalitium, bona paraphernalia & his ſimilia;
14 iuſtum enim viſum † eſt eam, quę adulterio
admiſſo in corpus ſuum peccans tantum, &
tam magnum matrimonij Sacramentum in-
fringit & labefactat, vt dote & alijs omni-
bus matrimonij occaſione adductis priue-
tur,opera autem,induſtria,& diligētia in ſo-
cietate inita,cuius occaſione lucra hinc inde
acquiſita fuerunt nihil commune cum adul-
15 terio vel matrimonio habent, Atque † ideo
vbi lege,ſtatuto,vel conſuetudine ex contra-
ctu matrimonij ſocietas ipſo iure contrahe-
retur,vt in vlteriori Hiſpania, & quibuſdam
Galliæ locis, exiſtimarem lucra ſimul cum
dote propter adulterium amitti. Et video
legibus illis Hiſpaniæ iuſtiſsime id ſancitū
fuiſſe, nedum in muliere adulterium comit-
tente durante matrimonio, ſed & poſt illud
ſolutum,in vidua dum viduitatem agit.
16 Verum † & ratio illa quod facilius amit-
titur ius quęrendum & ab alio præſtandum
quam iam quæſitum,tunc procedit cum quę-
ſitum ius & quærendum, vnam habet & ean-
dem rationem,ſecus vero ſi diuerſam, vt ex
citatis interpretibus colligitur: ita fit vt mu-
lier, quæ dotem propter adulterium perdit
multo magis alimenta à marito pręſtanda: in
noſtra autem ſpecie induſtrię,& operæ in ſo-
cietate pręſtitę ratio alia eſt, ab ea,qua dos
17 amittitur vt ſuperius dixi. Sed & † quod de
vidua extremo adduxi, quoad ius commune
pertinet,verum non eſt vt dotem amittat §.
fina.in auth. de reſti. & ea quæ par. quo in
text. aperte probatur viduam ex ſtrupo co-
miſſo intra annum luctus ſolum puniri in eo
lucro, quod ex bonis viri habitura fuiſſet,
vnde & amittit quartam debitam ex diſpo-
ſitione auth. pręterea C.vnd.vir.& vxo.Pala.
Rub.in Rub.de donati.int.vir.& vxor.§.67.
num.15.quem ſequitur nouiſsimè Surd. de-
ciſio.68. num. 14. de dote autem,quę pro-
prium eſt mulieris patrimonium text. ille
non meminit; ſumma autem inter dotem &
lucra differentiæ ratio eſt, *non enim par ea-
demque ratio eſt* (inquit Iuſtinianus) debita
amittere & lucra non capere l.fina. C.de Co-
dicil.l. aſsiduis §.fin. C.qui potio. in pigno.
habean. & probatur ſuperior traditio l. ſi
vxor §. diuus in verbis, *matrimonium nec
ſpem matrimonij violare permittitur* ff. ad l.
Iuliam de Adult. vnde finito morte matri-
monio non irrogatur pœna. His & alijs ple-
riſque rationibus hanc opinionem tuetur
Pinel.in l.fina.num.20.de bon. mater. Cod.
Alex.Iaſ. Crauet.& alij quorum ęquam ma-
gis

gis dixit opinionem Didae. Couar.in d'ct.§.
num.11.Deci. May. Carol.Molin. Caſſana.
Cror.Rip.Anton. Gom. Ioan. de Garroni.
Duare.Boeri.Bon.de Curtil.Dueny. Dida.
Perezi.Eman. Acoſt. quos refert & ſequitur
Marien.in dict.gloſ.8.lib.5.num.12.tit.9.

18 Neque his obſtaret † ſi quiſpiam diceret
viduam ſtrupum comirtentem iniuriam etiã
mortuo inferre marito, & ſimul illius ani-
mam contriſtare; nedum quidem ex ſtrupo
ſed & ex tranſitu ad ſecũda vota §. quæ vero
nune in verſic. Nam nec illud in auth. de
nupti.& ſicut viuens vir contriſtaretur atque
19 iniuria afficeretur ſic mortuus. Nam † Iuſti-
nianus d.§. quę vero in verbis illis; *Deum
ſimul & animam defuncti contriſtaret*, &c.
in alienam meſſem manũ conſtat appoſuiſſe,
de his quę in cœlo, purgatorio, vel infernis
aguntur iudicando, in quibus omnibus lap-
20 ſus fuit; quis enim † credet animam mariti
ſi eã ęterna gloria & bearitudine fruitur,
poſſe vmquam ex quibuſuis huius ſeculi in-
fortunijs contriſtari, vbi nulla iuxta fidem
Catholicam triſtitia, nec dolor ſed ſempi-
terna ex D. O.Maximi viſione,gloria,& iu-
21 cunditate perfruuntur animę beatæ; ſed †
quæ in purgatorio ſunt vel inferno facta hu-
ius ſæculi ignorant iuxta S.Thomam 1. par.
quæſ.82.art.8.in corpore articuli; niſi aliud
contingeret in exiſtentibus in purgatorio
propter aliquam particularem reuelationẽ;
vnde ratione nulla effici poteſt vt mortuorũ
animæ ex adulterio,& minus multo ex tran-
ſitu ad ſecũda vota, quod iuſte & ſanctè. Se-
cundum Apoſtolum fieri poteſt, contriſtari
poſsint: vt hæc & alia aduerſus Iuſtinianum
rectè animaduertit Viui.inter ſuas commu-
nes opiniones, opinione 852.a num. 4. cum
ſequent.multis.

22 Rurſus † nec inſtet aliquis dicens viduam
dum vidua eſt,in prioris mariti cõſortio de-
gere cenſeri l.fina. C.de bon.mater. cum a-
lijs à me citatis quæſ.58.verſic.Quinto mu-
23 lier; nam † reſpondi illic id per fictionem
eſſe non in veritate cum mors omnia ſoluat;
verum fingit lex aliquando in obſequio ad-
huc mariti fore viduam in his, quæ illius fa-
uorem & priuilegium concernunt; ſicque in
fauorabilibus non pœnalibus de quibus lo-
quimur.vel quod vidua cenſeatur eſſe in ob-
ſequio mariti, intelligi poteſt quoad domi-
cilium,nomen,& aliqua alia;quæ ſanè amit-
tet omnia ſi impudice & turpiter viuat,ne ex
infami & turpi vita plus conſequatur com-
modi quã conſequeretur ſi ad ſecundas nup-
tias tranſiret, quæ proculdubio amitteret:
24 neque † enim mulieri plus prodeſſe luxuria
quam caſtitas poteſt §. fina.in auth. de reſti.
& ea quæ par.Boeri. deciſ.338. Matien.qui
alios d.gloſ. 8.nu. 14.vbi ex Ioan. de Garr.
& alijs num. 13. ineptam dixit argumenta-
tionem multorum,qui ex dict.l.fina. & ſimi-
libus paſsim argumentantur de vidua, quæ
dum vidua eſt cenſetur eſſe in obſequio ma-
riti demortui; vnde & ego dict.quæſtio. 58.
in verſic.Quintę rationi reſpondetur, verio-
rem opinor ſententiam mulierem indotatã
poſt mortem mariti alendam non eſſe ab
hæredibus illius. Quare quod vidua vt mo-
do dixi in fauorabilibus cenſeatur adhuc de-
gere in conſortio mariti, non ſemper verum
eſt,ſed vbi ita ius ex aliqua cauſa id ſtatuit
in alijs ſecus.

SVMMARIVM.

1 *Societas in matrimonio contracta an traductionem vel cohabitationem requirat.*
2 *Matrimonium verum eſt ante traductionem.*
3 *Sponſa de præſenti in fauorabilibus appellatione venit uxoris.*
4 *Lucrum dotis vindicat in uxore deſponſata de præſenti licet nondum traducta.*
5 *Sponſi de præſenti,ſocij dicuntur diuinæ, & humanæ domus.*
6 *Cohabitatio non eſt de ſubſtantia matrimonij.*
7 *Societas ex legibus vlterioris Hiſpaniæ contracto matrimonio eo ipſo etiam contracta cenſetur.*
8 *Traductio & cohabitatio inter virum & uxorem neceſſaria ſunt ad lucra nuptialia conſequenda.*
9 *Societas conuentionalis in contractu matrimonij inita cohabitationem requirit.*
10 *Text.in l.Deo nobis C.de Epiſ. & Cleri. declaratur.*
11 *Societas ſemel contracta durare præſumitur.*
12 *Societas ſimultanea qualiter requiratur inter maritum & uxorem ad lucra nuptialia cõſequenda.*
13 *Separatione facta inter maritum & uxorem culpa viri, mulier ad bona lucrata admittitur.*
14 *Socius qui in fraudem ſocij ſocietati renũciat, perinde habetur ac ſi non renunciaſſet.*
15 *Societati renuncians in fraudem alterius pro ſocio habetur.*
16 *Societas inter maritum & uxorem contracta ceſſat quando in totum fit ſeparatio thori.*

QVÆSTIO. LXVIII.

CONTRACTA IN MATRImonio ſocietas an cohabitationem & traductionem requirat mariti & uxoris vt communicari lucra debeant.

EXIS-

Digitized by Google

1 EXISTIMARVNT aliqui
† ſocietati inter virum & vxorē
contractæ locum eſſe,etſi mulier
ad domum mariti traducta non
fuerit;vel cum ipſa vir habitaue-
2 rit:cum enim ante † traductionem vere ma-
trimonium conſiſtat,& vir ſint & vxor ratio-
ne conſenſus qui ſufficit ad conſtituendum
matrimonium , l. nuptias de regu.iur. quod
aperte conſtat quia inter Ioſeph.& Beatiſ-
ſimam Virginem Mariam verum fuit matri-
monium , vt hæc & alia his ſimilia congeſsi
lib.1.comparatio.3.quo etiam in loco mul-
torum authoritate ſcripſi cohabitationem
de ſubſtantia matrimonij non eſſe. quam-
quam aliquando ex ipſa cohabitatione ma-
trimonium præſumi poſſet, dixi etiam com-
paratio.12.eod.lib.
3 Secundo † accedit quod in l.non ſine C.
de bon.quæ liber.docuit egregie Cyn.in fa-
uorabilibus mulieri, ſpõſam de præſenti lo-
co vxoris eſſe , vxoris ſcilicet appellatione
ſponſam per verba de præſenti cõtineri, etſi
ſecus foret vbi de odio ageretur:quem inibi
alij ſequuntur & ex Hiſpanicis ſcriptoribus
Matien.in l.2.glo.1. num.41.titul. 9.libr.5.
alios adduxi quæſ.27.verſic.Tertio amplia-
tur,præcipue Andr.Gail.obſer.80.a num. 1.
lib.2.ſed & hoc eodem libro dict.quæſt.27.
4 & dict.verſic.Tertio † ampliatur communis
regula,dixi ſtatutum , vel conuentionem de
lucro dotis loquentem locum vindicare in
vxore nondum traducta,ſponſata autem per
verba de præſenti;quia tunc vere & proprie
vxor dicitur vbi & hanc communem retuli
citatis multis.
5 Tertio comprobare † eandem opinionē
videntur text.in l.Deo nobis C.de Epiſc. &
Cleri.quo in text.probatur ſponſos de præ-
ſenti ante traductionem vel cohabitationē
dici ſocios diuinæ & humanæ domus quoad
lucra;ſic enim ait Iuſtinia.in verſi.Vnuſquiſ-
que:vnuſquiſque eorũ res ſuas recipiat quos
pro dote vel ante nuptias donatione rece-
perat,& hoc tantummodo lucri nomine cõ-
ſequatur ab eo qui ſolitariam vitam elege-
6 rit: Non † enim vt ſuperius dixi quidquam
cohabitatio facit ad matrimonij perfectio-
nem l. cum hic ſtatus §. ſi mulier & maritus
ff.de dona.int.vir.& vxo.deficientibus con-
iunctis virum & vxorem ab inteſtato vocari,
& vxorem etiam non traductam eo potiri
priuilegio vt hæc & alia congeſsit his ſimi-
lia Palat.Rub.in l.16.Tau.a num.13.
7 Quarto † cenſuerunt ex Hiſpanicis ſcrip-
toribus aliqui quod etſi ex legibus illis ſo-
cietas eo ipſo quod contrahitur matrimo-
nium cenſetur etiã contracta, tum & ex eiſ-
dem legibus conſtat mortua vxore rebus in
eodem ſtatu manentibus durare ſocietatem
inter patrem & filios,conſequenter inferunt
cohabitationem neceſſariam non eſſe , quia
vxore mortua durat ſocietas : ſufficit enim ſi
contractum ſit matrimonium & communi-
cata dotalis pecunia abſque vlla cohabita-
tione.Bar.in l.Titium §.altero verſi.Quæro
an ſocietas ff.de admi.tuto. in hac opinione
fuerunt Pala.Rub.in loco ſupra citato & no-
uiſsime Ioan. Gar. vir doctus tracta. de ac-
quæſt.coniug.num.56.57.vbi & num. 58.ex
vtitur argumentatione quia inquit ſi ſemel
vxore traducta vir poſtea peregre vellit pro-
ficiſci ad nouum orbem vel alias longinquas
regiones (quod in dies fit) negotiandi gra-
tia , vel ex alia quauis cauſa publica vel pri-
uata ; cum in his caſibus ceſſet cohabitatio,
ceſſaret etiam ſocietas, id autem verum non
eſt , cum non requiratur perpetua & conti-
nuata per omne vitæ tempus cohabitatio vt
iura de viro & vxore loquentia locum ha-
beant l.cum hic ſtatus §.ſi mulier & maritus
ff.de dona.int.vir.& vxo.
8 Contraria † opinio & verior & receptior
eſt , ſiue contracta fuerit ipſo facto ſocietas
inter virum & vxorem vt in legibus vlterio-
ris Hiſpaniæ , ſiue conſuetudine obtentum
quemadmodum apud Gallos , ſiue ex con-
uentione vt nonnullis huius principatus lo-
cis & Regni Aragonię.
Imprimis traductionem requiri cenſue-
runt innumeri ex Hiſpanicis ſcriptoribus
quales Montal.Dida.Segur.idem Pala.Rub.
Dida.Caſtel.Ciſuent.Anton.Gomez, Dida.
Couar.quos citat & ſequitur Matien. in l. 2.
gloſ.1. num.41.& 42. titul. 9.& præter eos
Auend.reſpon.20.limi.6. Gutier.de iuram.
confir.1.part.cap.7. num.56.Gam. deciſio.
176. num. 2. & deciſio. 357. vbi iudicatum
aſſerit , alias eſt deciſio. 360. de Luſitaniæ
Regni legibus loquitur idem ſtatuentibus
quod leges Regnorum Caſtellę.
Ex Gallicis interpretibus ſic conſuetudi-
nem ſuam interpretantibus cenſuerunt etiã
Caſſane.in conſue.Burgun.rub.4.§.6.verbo
Marię, Boeri.deciſio. 22.num. 27.Deci. qui
Gallos ſequitur conſil.160.& conſil 54.num.
7.idem Boeri.in conſue. Bituricen. titul.de
conſue.matri.§.2.& ij omnes referunt ſic in
curia iudicatum fuiſſe Pariſien.
9 Addo † ipſe idem non aliud iudicandum
cum conuentione ſocietas in contractu ma-
trimonij initur ; cuius ratio efficax eſt quo-
niam ex cohabitatione mulier ſocietatis of-
ficium exercere poteſt,& abſque ea præſtare
illud nequit,veluti operam impēdere in re-
bus domeſticis conſeruandis & augendis , &
innouiter acquirendis ; & præcipuus finis &
ſcopus coniugum ſocietatem in matrimonio
contra-

Digitized by Google

contrahentium eſt vt ex ipſa cohabitatione
perfecta adimpleatur ſocietas, qua ſublata
neque de facili præſumi neque etiam poteſt
adimpleri:quia ratione conſiderata non ob-
ſtant duo priora argumenta in contrarium
adducta vere enim vxoris appellatione in
his quæ fauorabilia ſunt, ſponſa de pręſenti
continetur, in noſtra ſpecie minimę, quoniā
inter illos & hunc caſum ratio differentiæ
maxima eſt, in illia nulla ex parte mulieris
opera vel induſtria requiritur, in quæſtione
propoſita opera, ſolertia, & induſtria vxoris
vt ſocietatis iura adimpleantur neceſſaria
ſunt; quam diuerſitatis rationem poſt vete-
res ff. Hiſpanię vlterioris interpretes reddit
Matien.in dict.glo.1.num.41.

10 Non obſtat † tertium ex l.Deo nobis C.
de Epiſco.& Cleri.quem text. pro contraria
parte adduxit Ioan.Garcia in loco ſupra ad-
ducto, nam vera illius & ſimilium iurium in-
terpretatio à nobis tradita fuit hac ſectione
quæſ.61. quod intelliguntur de ſocietate in
his operis pręſtandis quas neceſſario vxor
marito impendere tenetur veluti obſequia-
libus, & domeſticis paruæ æſtimationis, verū
cum de lucro loquitur in illo tantū caſu pro-
cedit, quia appellatione vxoris vt modo di-
xi in fauorabilibus ſponſa de pręſenti con-
tinetur non vbi vxor operam & induſtriam
præſtare cogitur vt in ſocietate quæ apte niſi
cohabitatione exerceri nequit.

Neque obſtant quæ idem Garci. poſt Pa-
la. Rub. adducunt in quarta argumentatio-
ne; ſufficit enim quod à principio coniuges
cohabitauerint, licet poſt vnus ex illis dece-
dat vel peregre ad negotiandum proficiſ-
11 catur, contracta † enim ſemel ſocietas legi-
timè durare pręſumitur, cum enim diuiſio à
ſocietate contracta ſit quid facti non præſu-
mitur niſi probetur Maſcard.in commen.de
probatio. conclu.525. num.1. Menochi. de
præſ.lib.3.pręſ.60.num.1. quamquam con-
iecturis probari receſſus à ſocietate poſsit
quas Menoch.dict.præſ.adduxit. Atque hæc
12 † ſimultanea habitatio mariti & vxoris ad
ſocietatem ineundam non tam neceſſaria eſt
vt perpetuo in eadem domo & ſub eodem
tecto commorari debeant, ſat enim etſi ſi
vnam domum retineant & eādem familiam
etſi alter ex his negociationis prætextu ab-
ſit l.1.§.domum ff.de libe.agnoſ.vbi Barto.
& alij argu.text.in l.quæſitum §.1.de lega.
3. ſic dictio ſemper perpetuitatem inducit
etſi aliqua contingant interualla. Accurti. in
proe.inſtitutio.in verbo ſemper Auguſtus.&
idem contingit in ſeruitutibus quæ cauſam
continuam habent interpretes in l.2.C.de
ſerui.& aqua.

13 Sanè † ſi ſeparatio mariti & vxoris poſt
cohabitationem cōtingeret culpa viri, vxor
ad bona lucrata ratione ſocietatis admitte-
retur ne ex dolo & proprio delicto maritus
commodum reportaret; conuerſo ordine, ſi
ſeparatio culpa vxoris fieret, maritus ad
bona lucrata per vxorem ratione cōmunio-
nis admitteretur l.ſi filia ff.de diuorti. vide-
tur enim lucrum hoc coniugibus deferri vt
ſuperius dixi, veluti tacita quadam adiecta
conditione ſi cohabitauerint, quo in caſu cō-
ditio habetur pro adimpleta, vbi vnius cul-
pa conditio defecit l.quæ ſub conditione §.
quoties de condi.inſtitu. l.iure ciuili de con-
di. & demonſ. & comprobat text. in l.fina.
C.de repud. quo in text. probatur maritum
expellentem abſq. cauſa legitima ſuam vxo-
rem puniri in amiſsione quartę partis bono-
rum ſuorum. Vnde multo magis effici prop-
ter illius culpam debet, vt quod legitima
conuentione mulieri debetur id illi præſta-
re cogatur.

14 His ſimile † eſt quod vbi ſocius præuidēs
lucrum ex negociatione ſua prouenturum ca-
lide in alterius ſocij fraudem ſocietati re-
nunciat ne lucra comunicare illi teneatur,
perinde habetur ac ſi nuſquam renunciaſſet,
ne ex dolo lucrum conſequatur, vnde com-
municare cogetur. §. manet inſtit. de ſocie-
ta. l. actione §. diximus ff. pro ſoci. intem-
15 peſtiue † enim renuncians ſocietati perpe-
tam agit, & pro non renunciante habetur l.
actione §. labeo ff. pro ſoci. vnde quęſita
ante cohabitationem & poſt cohabitationē
communicanda ſunt; ſic ex citatis iuribus &
rationibus docuit Pala. Rub. in repe. rubr.
de donatio.inter.vir.& vxo.§.64.num.2.&
ſequent.multis.idem in l.16.Taur. num.29.
Anton.Gom.in l.53. num.72. Dida.Caſtel.
in l.16. gloſ.magna col.7. verſic. Sed pone
quod vxor Segur. in l. vnum ex familia. §.ſi
fundum num.39.de lega.2.Pinel.in l.1.par.
1.num.58.C.de bon.mater.Matien.in dict.
gloſ.1.num.45.46.47.Couar.in Epito.ad 4.
2.part.cap.7.§.1.num.6.Ioan.Garci.in tra.
de acquęſ.coniuga.num.59.

Tuetur ſuperiora quod ſcripſi quęſt.39.
quo loci ex cōmuni reſolui maritum expel-
lentem vxorem abſque illius culpa amitte-
re lucrum dotis quod ſibi ab ſtatuto defer-
tur.

16 Intelligenda † autē ſunt ſuperiora omnia
quando ſeparatio mariti & vxoris non fie-
ret in totum, veluti cum propter rixas vel
mariti ſeuitiam vxor cohabitare cum eo nō
poſſet; ſecus vbi iudicio Eccleſię in totū vnus
ab alio diuertit, tunc ceſſaret ſocietas quaſi
ab ea vtriuſque voluntate receſſum videre-
tur: ratio eſt quoniam dato legitimo diuor-
tio tenetur vir vxori reſtituere dotem, &
quic-

Digitized by Google

quicquid occaſione matrimonij percipit ca.
2. de donatio. int. vir. & vxo. quinimo & fru-
ctus dotis quemadmodum ſcripſi. dict. quæſ.
39. ita fit vt cum reſtituta dote & illius fru-
ctibus vxor de ſuo viuere debeat dict. ca. 2.
conſequenter ſibi operetur vxor non viro,
nulla conſiderari ſocietas poteſt, à qua vt di-
xi veluti contraria conuentione receſſum vi-
detur: ſic ex mente antiquorum & rectè qui-
dem declarauit Ioan. Garci. d. tract. de con-
iuga. acquæſ. num. 60. vnde ſeparatis adinui-
cem ex iuxta cauſa coniugibus ex legitima
diſpenſatione, vel ex communi voto caſti-
tatis, ceſſabit conſequenter ſocietas. Palac.
Rub. in dict. l. 16. num. 33. Matien. in dict.
gloſ. 1. num. 56.

SVMMARIVM.

1 *Viri ſæpius amore mulierum capti eas indotatas accipiunt.*
2 *Societas leonina qualis.*
3 *Mulier, quæ dotem non attulit viro, donationem propter nuptias lucrari non poteſt.*
4 *Opera ſocij ſæpius cum pecunia alterius compenſatur.*
5 *Societas in foro conſcientiæ valida, cum quis operam, alter pecuniam confert.*
6 *Opera vnius ſocij ſæpius excedit emolumētum pecuniæ alterius ſocij.*
7 *Societas in vlteriori Hiſpania, inter virum & vxorem eo ipſo contrahitur, etſi mulier indotata ſit.*
8 *Societas in Gallia inter virum, & vxorem, eo ipſo contrahitur etſi mulier indotata ſit.*
9 *Maritus vbi vxorem accipit ſecundum mores illius regionis accepiſſe cenſetur.*
10 *Maritus contrahens matrimonium cum muliere inope, & è contra cenſentur adinuicem ſibi remiſiſſe, quæ ex cauſa inopiæ obijci poſſent.*
11 *Societas inter virum & vxorem contracta, vt mulier nec operam nec pecuniam impendere teneatur, nulla.*

QVÆSTIO. LXIX.

MVLIER ETIAM INDOTATA quemadmodum ad ſocietatem admitti poſsit: Et an ſocietas leonina valeat iudicari.

1 IVSTINIANVS † noſter in
auth. vt li. ma. & aui. §. qnia verſi.
Legem ait, vſu venire ſæpius vi-
ros amore mulierum captos eas
indotatas in vxores ducere: In-
cidit nunc dubitatio an ſi mulier indotata ad
ſocietatem admiſſa fuerit, num ſocietas hæc
veluti iniqua à viro aduerſus vxorem lucra
2 repetentem dici poſsit: Et † quidem videtur
leonina, nam nihil amittere mulier poteſt ex
dote ſua cum nullam præſtiterit, poteſt igitur
lucrari, perdere minime, hæc autem conuen-
tio nulla eſt l. ſi non fuerit §. Ariſto. vbi glo.
& cæteri ff. pro ſoci. vnde cenſuerunt ferè
omnes quod vbi quis alteri pecuniam dedit
vt ea negotietur adiecto pacto vt ſemper &
in omni caſu ſit ipſi ſalua, neq. vllum vſquam
damnum ſentire poſsit communicatis lucris
hinc inde, non valere conuentionem ſed vſu-
rariam fore omnino, quia lucrari velit ſem-
per, damnum autem ſentire numquam; ſic
docuit Paul. de Caſtr. in l. ſi is qui §. 1. ff. com-
mo. Bald. Salice. Panormita. Calderi. & alij
multi quos refert & ſequitur Gomez in to.
2. reſolutio. cap. 5. num. 5. in verſi. Tertio in-
fertur. vbi multis comprobat Azpilcue. in
Manua. Confeſſ. cap. 17. à num. 1. alios præ-
tereo.

Secundo facit tex. in §. final. in auth. de nō
eligen. ſecun. nuben. colla. 1. quem textū ad
hanc probandam ſententiam dixit ad litte-
ram Caſſa. in conſue. Burgun. rub. 4. §. 2. glo.
in verbo Mariæ.

3 Tertio † adduxit Caſſan. in ſuam opinio-
nem tex. in auth. ſed quæ nihil C. de pact.
conuen. non enim debet mulier lucrari do-
nationem propter nuptias, vel ſponſalitiam
largitatem, quæ nihil in dotem viro ſuo ad-
duxit l. vſuras §. in inſulam ff. ſolut. matrimo.
auth. dos data C. de do. ant. nup. vnde vt dixi
Caſſane. hanc tenuit opinionem tam in loco
nunc citato, quam in eo §. in verbo fœminæ
marice nu. 14. verſ. Limita ſecundo, & Caſſa.
ſequutus eſt ex Hiſpanicis Montal. in l. 1. tit.
3. lib. 3. in glo. verbo *el Rey*.

4 Contraria † opinio & verior & receptior
eſt, licet enim mulier nullam dotem præſti-
terit operam tamen diligentiam & induſtriā
impēdere debet, quæ talis eſſe poteſt vt exe-
quari pecuniæ mariti, cū qua negociatur va-
5 leat: Et † tenet ſocietas etiam in foro conſ-
cientiæ cum quis ex vna operam alter pecu-
niam confert, vt ex communi Theologorū
& Canoniſtarum reſoluit Azpilc. in d. ca. 17.

Secundo quia cū mulier in hac ſpecie te-
neatur præſtare operas nulla ad dotem datā
ratione habita, ſed ad communionem tantū,
quæ perfectè adimpletur præſtando induſ-
triam & diligentiam in rebus domeſticis &
in acquiſitis per maritum augendis, ſuperlu-
crando in ipſis; certè nihil impedit quomi-
nus ſocietas iuſta debeat iudicari.

6 Tertio † & in iure noſtro communi rata
ſocietas habetur, in qua quis pecuniam ex
vna alter ex altera operam præſtat & induſ-
triam,

triam, compenſatur enim opera cum patri-
monio & capitali alterius;quinimo & ſępius
& excedit l. ſi non fuerint ff. pro ſoci. l. ſo-
cietas contrahitur ff.illo.titu.l.1. C.eodem
Barto.Alberi. quorum communẽ dixit opi-
nionem Gomez dict. cap.5. num.5. Quarto
ſufragantur quę in fortioribus terminis tra-
diderunt Rodrig. Xuar.in l.1. titul.3. *de las
ganancias*, limi. 5. Anton. Gomez in l. 93.
Taur.num. 70. ad finem quos ſequitur Ma-
7 tien.in l.2.gloſ.1. num.8. titul.9. † cum ex
legibus vlterioris Hiſpaniæ contracto ma-
trimonio eo ipſo contracta cenſeatur ſo-
cietas; quod vbi vir vxorem accipit indota-
tam adhuc & ſocietas ipſa ex legibus illis
inducitur; rationẽ reddiderunt ſuperius ad-
ductam, quoniam opera vxoris conſideratur
ad inducendam communionem bonorum
potius,quam dotis conſtitutio.
8 Id ipſum † obſeruantia multarum regio-
num Galliæ recipitur vt cum ex vi conſuetu-
dinis illic matrimonio contracto & ſocietas
ſimul contracta cenſeatur abſq. vlla pactio-
ne, vbi vir vxorem accipit indotatam & ip-
ſam in ſociam ſuſcepiſſe cenſetur: quod do-
cuit Caſſane.ſibi contrarius in dict. Rub. 4.
§.2.in gloſ. verbo Mariæ, vbi dicit hanc o-
pinionem eſſe veriorem & magis fundatam
quam contrariã: eandem amplectitur Boer.
9 deciſi.22.num.31. † nam vbi maritus vxo-
rem accipit, eam ſecundum mores regionis
in qua verſatur ad partem acquiſitorum ad-
miſiſſe videtur l. quæro. §. inter locatorem
ff.locat.omnes in l.hęredes mei §. cum ita
10 ad S.C.Trebellia.dixi quęſtio.60. Rurſus †
& contrahens matrimonium cum inope cẽ-
ſetur ei omnia remiſiſſe, quæ ex cauſa inopiæ
maritus ſibi obijcere poſſet l. ſi creditores
ff.de priui.credito.quibus extremis rationi-
bus ſtante dicta conſuetudine idem cenſuit
non relatis Caſſ. nec Boeri. vel ex Hiſpani-
cis vllo.Pechi.tract.de teſt.coniu.lib.2.cap.
3.a num.1.Non obſtant ſuperiora argumen-
ta quæ vno tolluntur verbo; operam & in-
duſtriam mulieris efficere vt ſocietas iuſta
ſit, & legitima nedum in foro exteriori, ſed
in interiori. iura vero in contrarium citata
in ſuis caſibus procedunt, habet enim aug-
mentum dotis & ſeu donatio propter nup-
tias neceſſariam relationem ad dotem, ſo-
cietas vero quæ contrahitur in matrimonio
minime, ſed ad ſolam operam & diligen-
tiam vt toties dixi: vnde hæc vera procul-
dubio opinio eſt neque in iudicando & con-
ſulendo recedendum ab ea.
11 Sanè † vno caſu recipi contraria ſenten-
tia poſſet quando ſcilicet conuentum foret
quod vxor inops nec operam etiam preſtare
teneretur: Ratio eſt quoniã huiuſmodi mo-
dus ſocietatis inter virum & vxorem cenſe-
retur mera donatio iuxta textum notabi.
vbi. gloſ. in l. ſocietas in 2. ff. pro ſoci. quæ
prohibita eſt cap.fina. de dona.inter. vir.&
vxo. & eſſet leonina ſocietas dict. l. ſi non
fuerint cum alijs adductis per Rodri. Xuar.
in l. 1. *titulo de las ganancias*, num.39.

SVMMARIVM.

1 *Societas turpis quæſtus an detur.*
2 *Lucrum etiam dicitur quod ex maleficio quæritur.*
3 *Filius ex pecunia peculij profectij turpiter adquirens, patri adquirit.*
4 *Societas in turpi lucro non datur.*
5 *Lucrum turpe dicitur quod aduerſus legis prohibitionem adquiritur.*
6 *Turpis pecunia dicitur, quæ aduerſus legum diſpoſitionem adquiritur.*
7 *Turpiter pactus dicitur, qui lege prohibente conuentionem facit.*
8 *Statum vel lex municipalis de rebus quæſitis vel querendis verba faciens, de iuſtis & licitis intelligenda ſunt.*
9 *Societas rerum inhoneſtarum non contrahitur.*
10 *Peccatũ non dimittitur niſi reſtituatur ablatum.*
11 *Socius male lucrata reſtituere poteſt in*[illegible]*to ſocio.*
12 *Dominium rerum acquiſitarum per ſocium non tranſit in alium abſque traditione.*
13 *Dominium in alterum ex ſocijs tranſit abſque traditione quando uniuerſalis ſocietas fuit contracta.*
14 *Communio in rebus illicitis non datur.*
15 *Iuriſconſulti parum de foro conſcientiæ curarunt.*
16 *Mulier ex meretricio quæſtu lucrata reſtituere non tenetur.*
17 *Turpis petitio repellenda. Et poſſidentis melior eſt conditio in pari cauſa turpitudinis.*
18 *Turpitudinem propriam detegere non licet.*
19 *Cautela qualis apud aduocatos vt bona turpiter quæſita petere poſſint.*
20 *Turpitudinem propriam notoriam & manifeſtam detegere licitum eſt.*
21 *Turpitudinem propriam detegere licet quando agitur de exoneratione conſcientia.*
22 *Bona in dubio præſumuntur iuſte quæſita.*
23 *Lucrata turpiter ſi ſponte fuerint communicata, in diuiſione veniunt.*
24 *Lucra turpia in petitione hæreditatis veniunt.*
25 *Vxor res alienas vel male partas domi cuſtodiens reſtituere tenetur, & pœnam ſimul.*

QVÆS-

Digitized by Google

QVÆSTIO. LXX.

*SOCIETATE IN MATRI-
monio contracta, An turpis & illiciti
quæſtus inita cenſeatur.*

1 CVM lucri † appellatio genera-
lis ſit, ſocietate inter virum &
vxorem contracta quæ turpiter
ab vxore adulterio alioue mo-
do quæſita ſunt communicanda
videtur; ſed & à marito lenocinio, furto, ra-
pina lucrata, pari ratione ad vxorem perti-
nebunt. Vnde Paul. *quæſtus ab acquirendo
dicitur, qui ex opera cuiuſque deſcendit.* l.
quæſtus ff. pro ſoci. & in l. ſed ſi adijciatur
eo. illo titul. *Sed ſi adijciatur* (inquit) *vt &
quæſtus & lucri ſocij ſint, verum non eſt ad
alium lucrum quam quod ex quæſtu venit, hāc
quoq. pertinere adiectionem, conſequenter &
male parta in communione venient.*

2 Secundo † id ipſum ſuadetur quoniam
quod ex maleficio adquiritur lucrum dicitur
l. apud Celſum §. authoris autem ff. de do.
except. & quod quis in ludo Vincens ſuſci-
pit lucrum dicitur & ex titulo lucratiuo ha-
bere Bald. authore in l. 1. ad finem C. ſi quid
in fraudem patroni & in l. 1. C. de his quę in
frau. credito. Pute. tract. de lud. nu. 52. vnde
intulit ibi ex eiuſdem Baldi ſententia, quod
cum hæc acquiſitio fiat titulo lucratiuo, pa-
ter ludendo & perdendo nequit præiudicare
filijs ſuis in legitima, & poſſent eo in caſu
reuocare alienata vſque ad legitimam ſicut
ſi pater donaret, vel alio lucratiuo titulo a-
lienaret, quod eſt notabile verbum.

3 Tertio docuit † glo. inſignis in l. cū opor-
teat C. de bon. quæ liber. quod vbi filius fa-
milias ex pecunia peculij profectitij ſibi per
patrē conceſsi acquirit, turpiter vſuras exer-
cendo, id patri adquirere ac ſi legitimo mo-
do adquiſiſſet, ſimiliter & teneri conferre
cæteris fratribus Bald. in l. 2. de his qui ſunt
ſui. vel ali. iur. Fulgoſi. & Alexand. in l. quod
ſeruus de adquir. poſſeſsio.

4 Contraria † opinio verior eſt neq. vllam
admittere dubitationem poteſt: non enim in
turpibus & illicitis dari poteſt ſocietas, ve-
luti in furto, maleficijs & his ſimilibus l. quę
autem cum l. ſeq. ff. pro ſoci. neq. etiam in re
bus inhoneſtis l. ſi a reo §. fin. ff. de fideiuſſo.
5 Turpe enim † lucrū lex exiſtimat quod ad-
uerſus legis prohibitionē adquiritur: veluti
ob falſum teſtimoniū, vel venalem ſentētiā:
l. in hæredem in verbis, conſtitutū eſt turpia
lucra ab hæredibus quoque extorqueri ff. de
calumnia. ſic & mercalem vxorē habere tur-
pitudo eſt l. mercalem C. de condi. ob turp.
cauſ. ita & cū quis in pignore dato aureo æs
ſubieciſſet furti teneri: quod ſi in dando æs
ſubijeciſſet turpiter feciſſe, non furē eſſe, di-
xit tex. in l. ſi pignore ff. de pigno. actio. l. cū
6 æs ff. de furt. Et turpiter † accepta pecunia
dicitur, quę aduerſus legum placita accepta
7 eſt l. ſi tutor 1. ff. de tutel. & turpiter † pa-
ctus quis dicitur cū à lege improbatam cō-
uentionem init l. 3. §. 1. in verbis, de pactus
autem dicitur turpiter pactus ff. de calum. &
his alia adiungit ſimilia Rebu. in l. probum
verſi. Turpe lucrum ff. de verb. ſignificatio.

8 Ita fit vt † ſtatutū vel lex municipalis de
rebus acquiſitis vel acquirendis verba faciēs,
de his intelligatur, quę iuſte acquiruntur non
de his, quæ iniuſte, cap. conqueſtus de for. cō-
peten. quem textum dixit ibi Barba. eſſe ad
litteram, citat & tex. in l. quod ſeruus ff. de
acquir. poſſeſ. l. cum oporteat C. de bon. quę
libe. l. certè §. mala medicamēta ff. fami. her-
9 ciſcun. † quoniam rerum inhoneſtarū non
contrahitur ſocietas, neq. inde quæſita com-
municantur l. ſi fratres §. ſocium ff. pro ſoci.
l. nec prętermittendum l. quod antē ex furto
illo eo. tit. comprobat multis exemplis Pa-
la. Rub. in rub. de dona. int. vir. & vxo. §. 65.
num. 1. cum ſequent. multis. Rodri. Xuar. in
l. 1. tit. 3. *de las ganancias*, limi. 4. Matien. in l.
2. gloſ. 1. num. 61. tit. 9. Ioan. Garci. tract. de
coniug. acqueſ. nu. 71. Dida. Perez. in l. 2. tit.
4. lib. 5. Caſſane. in conſue. Burg. rubr. 4. §.
2. in verbo & acquæſt. num. 16.

10 Vnde cum † non dimittatur peccatū niſi
reſtituatur ablatum regu. peccatū cum ſimili.
11 de reg. iur. poterit vnus † ex his coniugibus
qui illicite lucrati ſunt reſtituere, quibus de-
bent vbi reſtitutioni locus eſt; neq. ex hac
reſtitutione iura lædentur ſocietatis quando
cōmunicanda non ſunt ſic multis docuit ra-
tionibus Pala. Rub. in d. §. 65. a num. 10. cum
ſequent. multis vbi egregie vt ſolet multa
cumulat, quinimo addentes ad eum ibi cen-
ſuerunt adeo verum eſſe vt nulla habita ra-
tione, an bona male acquiſita communicata
fuerint nec ne poſsit huiuſmodi fieri reſtitu-
tio; nam Palac. Rub. cenſiſſe videtur, quod
ante cōmunionem fieri poſsit poſt eam mi-
nime ca. ſicut non ſuo 46. diſtin. citat & Ale-
xan. in dict. l. quod ſeruus niſi tamen inquit
coniunx, qui male acquiſiuit condemnatus
fuiſſet, tunc enim poſt communionem poſ-
ſet, iuxta textum ſingularem in l. quod enim
ff. pro. ſoci. qui ad id expreſſus eſt. Ratio-
12 nem † reddunt quoniam dominium acqui-
ſitorum per vnum ex ſocijs non tranſit in a-
lium ipſo iure ſed per traditionem, quando
deducitur in communi, iuxta textum cele-
brem in l. ſi quis ſocietatem contraxerit,
ff. pro ſoci. gloſſ. in l. 1. §. in ſocietate eod.
tit. docet Gomez libr. reſolu. 2. cap. 5. nu. 3.

ad

ad medium verſic. Item quæro vbi communem dixit.

Ex his deduxit Palaci. Rub. in loco citato num. 11. verſic. Idem dicendum videtur; hoc ipſum extendendum fore in vxore vt ex his quę maritus acquiſiuit conſtante matrimonio dominium in vxorē tranſlatū non videatur pro dimidia ipſam pertingente niſi facta traditione, citat Ancharra. conſil. 101.

13 in Chriſti. † Cæterum ſi inter maritum & vxorem contracta fuiſſet vniuerſalis ſocietas bonorum præſentium & futurorum quęſitum cenſeretur dominium rerum ſocietatis etiam nulla adſtante traditione l. ſocietatem vniuerſarum fortunarum ff. pro ſoci. quod tamen intelligitur in præſentibus bonis non in futuris, iuxta declarationem Bartol. Alberic. & communem quam ſequitur Gomez in loco citato de qua latius ſuo loco dicemus. Ad propoſitum reddendo coniunx qui male & inique acquiſiuit poterit reſtituere ante communionem & poſt eam aduerſus Pala. Rub. iuxta addent. ad eum quos libenter ſequor; quia ratio illa prædicti authoris vera non eſt, dum ait poſt communionem dominium acquiſitorum tranſlatū fuiſſe in alterum, quoniam text. ab eo citatus in dict. l. ſi quis ſocietatem contraxerit & communis doctorum opinio id affirmantium loquuntur in acquiſitis legitimo titulo & lici-

14 to, non in illicito. † eorum enim quæ illicite acquiruntur ſocietas non datur, aut communio: Neque officit text. in dict. l. quod enim, quem expreſſum dixit Pala. Rub. quoniam textus ille non meruit allegari ad propoſitum noſtrę quæſtionis in qua de reſtitutione

15 in foro conſcientię agitur, † Ethnici enim & Gentiles illi Iuriſconſulti de reſtitutione in foro conſcientię & animæ iudicio non curarunt Fidei & religionis Catholicæ Romanæ traditionum ignari. Quare cæteri poſt dictum Pala. Rube. authores Hiſpanici indiſcriminatim docuerūt fieri reſtitutionem poſſe (quamquam non ſic declarent vt feci in ſuperioribus) ij ſunt Grego. Lop. in l. 8. titul. 10. par. 5. Baeça tract. de decim. tuto. cap. 28. num. 8. Ioan. Garcia tract. de coniug. acqueſ. num. 71. Matien. in l. 2. gloſ. 1. num. 64. in fine tit. 9. ſenſit & Pechi. trac. de teſta. coniu. lib. 2. cap. 2. a nu. 1. alios prætereo.

Sanè quæ de muliere, adulterio & turpi queſtu acquirente non communicando dixi, non eo modo quo de marito vſuris lucrante vel alio illicito modo intelligenda ſunt; licet enim vterque reſtituere male parta teneatur proinde nec communicare, mulier,

16 tamen, † reſtituere meretricio queſtu lucrata non tenetur; etſi enim turpiter faciat meretrix, non tamen turpiter accipit l. 4. §. ſed quod meretrici ff. de condi. ob tur. cau. l. 2. C. de condi. ob tur. cau. proſequitur poſt S. Thomam Caietan. & alios Didac. in regula peccatū 2. par. §. 2. a n. 1. cum ſeq. de reg. iur.

17 Quid igitur † dicendum vbi maritus vel econuerſo vxor aut illius hæredes partem petunt bonorum turpiter lucratorum, & quidem cum peritio improba ſit & turpis repellenda eſt in pari enim turpitudinis actu potior eſt conditio poſsidentis l. cum per delictum vbi Deci. & Cagno. de regu. iur. l. penul. §. porro. ff. de cond. ob tur. cau. vetum ſi vnus ex his aut hæres partem horum bonorum peteret non turpiter quæſita dicendo, ſed quia acquiſita in ſocietate in

18 cōmunionem venire aſſerat, nequiret, † qui turpiter & illicite ea quæſiuit dicere turpi queſtu lucrata non venire in communionem quoniam detegeret turpitudinē ſuam, quod non licet l. alias vbi Bartol. & alij ff. de iur. iuran. l. cum profitearis C. de reuo. donatio. l. ſi creditoribus C. de ſer. pigno. da. manum. Tiraquel. de retract. conſangui. §. 1. gloſ. 18. num. 20. Crauet. conſil. 936. num. 32. Sord. deciſio. 196. num. 6. idem deciſio. 309. num. 16. quare in pręfata ſpecie teneri communicare turpiter & illicite acquirentem cenſuerunt Angel. de Aretin. & Rapha. Fulgoſi. quos citat & ſequitur Pala. Rub. in dict. §. 65. num. 8. Alex. in dict. l. quod ſeruus de acquir. poſſeſsio. Matien. in dict. gloſ. 1. num. 63. ad medium.

19 Ex qua † traditione habeant aduocati pulchram cantelam ad petendum bona turpiter quæſita; vt in petitione minime dicāt bona fuiſſe turpi quęſtu lucrata, ſed ſimpliciter petant ea tamquam cōmunia, quæ certè eſt mirabilis doctrina: quam tamen limi-

20 tandā cenſeo egregie duob' modis, † primo niſi is, qui male acquiſierat iam diffamatus fuiſſet de turpi & illicito queſtu, & detecta foret ſua turpitudo vt quia publice vxor meretrix eſſet, & maritus vſurarius & pro tali habitus, & reputatus, & forte conuentus in eccleſiaſtico iudicio; licet enim quis turpitudinem ſuam allegare non poſſit, poteſt tamen iam detectam l. alias vbi Barto. & alij ff. de iur. iuran. Alex. & cæteri in l. fina. C. de ædem. Bal. Salice. & Ruin. quos refert & ſequitur Surd. deciſio. 280. num. 7.

21 Secundo † ſingulariter limitatur quādo is, qui male & turpiter acquiſiuit vel ipſius hæres allegaret turpitudinem; vt vel ſuæ ſaluti aut teſtatoris a quo cauſam habet conſulat in exonerationem animæ; poſſet enim tunc acquirens propriam allegare turpitudinem gloſſ. Panor. & alij in cap. & tenore de teſ. tib. ſic in ſpecie propria reſoluit Pechi. poſt relatos ab eo d. cap. 2. li. 2. de teſta. coniuga.

quę omnia bene notanda ſunt quia quoti-
22 diana. † In dubio vero bona præſumuntur
iuſte quæſita niſi turpiter probetur habita,
l.merito ff.pro ſoci. cap. cum dilecti de ac-
cuſatio. Pala. Rub. d. §. 65. num. 9. Matien. in
d.gloſ. 1. nu. 63. fusè multis exemplis docet
Menoch. lib. pręſump. 5. præſ. 2. a num. 1.
cum ſequen.
23 Tertio † limitatur vbi maritus vel vxor
illicite lucrata ſpõte cõmunicauit, & ad do-
mũ detulit, non enim poſtea poterit acqui-
rens retrocedere ſed venient diuidẽda l.cer-
te §.mala medicamẽta ff.fam. hercif. quo in
textu dixit Iuriſcõſultus.(Mala medicamẽta
venena & libri reprobatæ lectionis veniunt
diuidenda iudicio familię, hercifcundæ;)quẽ
textum ſingulariter declaraui lib. 1. de vete.
enuclea.iu.diſcipli.collapſa reſtituẽda n.152.
vbi qui eo tẽpore libri improbatę lectionis
dicerentur ſcripſi: probat text.in l. ſed etſi
24 poſſeſſori ff.de petitio.hęredi.vbi † & in pe-
titione hæreditatis veniunt turpia lucra l. ꝙ
autẽ ff.pro ſoci. Pala. Rub. d. §. 65. num. 9.
25 Matiẽ.in d.glo. 1. n. 64. Ex quo ibidẽ † rectè
intulit quod nihilominus tenebitur ea mari-
tus reſtituere vel illius vxor, quia cum onere
reſtitutionis, cui obnoxia ſunt delata, cẽſen-
tur; quinimo & pœnã ſoluet vxor ſi res alie-
nas vel malè partas ſciens domi ſuę recepit,
ſecus vero ſi ignoraret; quoniã eo in caſu de
bonis communibus reſtituet, pœnã vero mi-
nime l.ſi igitur ex hoc ff.pro ſoci. Bal.Salic.
& alij quos refert & ſequitur idem Matien.
ſup. n. 64. poſt Pala. Rub. in d. §. 65. num. 10.
cum ſequent. quo in loco multa de reſtitu-
tione pręclare ſcripſit.

SVMMARIVM.

1 *Societas in Cathalonia non contrahitur inter virum & vxorem niſi ex conuentione.*
2 *Societas omnium bonorum vel rerum particularium contrahi poteſt.*
3 *Societatis conuentiones ad libitũ poni poſſunt.*
4 *Societas expreſſe & tacite contrahi poteſt.*
5 *Societas quæ ex actibus ſocialibus tacite inducitur, præſumptionibus probatur.*
6 *Societas inter quoſcumque contrahi poteſt, ſiue maſculos ſiue fœminas.*
7 *Societas quæ in matrimonio contrahitur an diſolui poſsit conſtante matrimonio.*
8 *Societas quæ contrahitur in matrimonio veſtitur illius coherentia.*
9 *Pactum de hæreditando filios in matrimonio veſtitur coharentia matrimonij.*
10 *Societas vno volente diſſoluitur.*
11 *Societas adiecta conuentione ne ab ea recedere liceat, inualida.*
12 *Societas ſeruitutis ſpecies eſt.*
13 *Societas in perpetuum contrahi non poteſt.*
14 *Societas parit diſcordias.*
15 *Societatis contractus ſtipulatione roboratur.*
16 *Societas eo modo quo inter coniuges in Cathalonia contrahitur diſſolui non poteſt, inuito altero.*
17 *Maſſuerij traditio celebris.*
18 *Diſpoſitio alias ex ſe inefficax ratione adiuncti quandoque ſuſtinetur.*
19 *Filius de iure huius principatus Cathaloniæ non poteſt reſtituere ſibi donata à patre contemplatione matrimonij, eidem patri.*
20 *Formula contrahendæ ſocietatis inter virum & vxorem in hac Prouincia Cathaloniæ.*
21 *Emptionis & venditionis appellatione omnis ſpecies alienationis continetur.*
22 *Emptionis & venditionis appellatione in ſtatutis & contractibus ſolum venit proprius emptionis contractus.*
23 *Societas quæ inducitur inter virum & vxorem odioſa*
24 *Emptionis & vẽditionis appellatione in odioſis ſolus contractus emptionis continetur.*
25 *Verba in contractibus ſunt ſtricte capienda.*
26 *Verba ſtricte interpretanda in diſpoſitione quæ aduerſatur iuri communi.*
27 *Meliorationis appellatione quid veniat.*
28 *Meliorationum appellatione veniunt ædificia, reparationes, diſboſcationes, plãtationes oliuetorum, vinearum & his ſimilium.*
29 *Melioratio propriè dicitur quando qualitas bonorum & ipſorum bonitas aucta eſt.*
30 *Vinearum plantatio melioratio non dicitur.*
31 *Vſusfructuarius mutare qualitatem rei non poteſt.*
32 *Melioratio non dicitur illud quod naturaliter naſcitur de perſe abſque induſtria hominis.*

QVÆSTIO. LXXI.

SOCIETAS QVE ET QVAlis inter coniuges contrahi poſsit; Et de vulgari contrahendæ ſocietatis inter ruſticos formula in Cathalonia.

1 NVLLA in his † tribus citterioris Hiſpaniæ celeberrimis regnis lex eſt quæ ex ipſo matrimonij contractu ſocietatem inducat vt apud vlterioris Hiſpanię regna; neque etiam conſuetudo id recepit vt apud pleroſque Gallię regiones; non aliqua igitur ex contractu matrimonij ſocietas contrahitur niſi expreſsim in matrimonio fuerit conuentum: propterea caute adiungendæ ſunt traditiones interpretum legum regiarum Caſtellæ & conſuetudinum

dinũ Galliæ ad conſuetiones huius regni, quæ
etſi in aliquibus cõueniant, in multis tamen
adiungi vel accõmodari non poſſunt vt rectè
ad aliud tamen propoſitum aduertit. Rodri.
Xuar. in l. 1. tit. *de las ganan.* nu. 57. ad me-
dium, & clarius Matien. in l. 5. glo. 6. num. 7.
ad finem tit. 9. totum ergo ad iuris commu-
nis diſpoſitionem referendum eſt.
2 Poteſt vero † ſocietas contrahi vel omniũ
bonorũ vel rerũ particularium, vel in mobi-
libus, aut immobilibus, in certo negotio, vel
pluribus, ad vitã, ſeu ad vnum vel plures an-
3 nos; † Demum poſſunt adijci pacta, cõuen-
tiones, & conditiones ad placitũ cõtrahen-
tium l. 1. l. 4. l. cũ duobus cum multis alijs
titul. ff. pro ſoci. §. 1. cum ſequent. inſtit. de
ſociet. docet magiſtraliter Gomez. lib. reſo-
lu. 2. ca. 5. à n. 1. Mozi. de cõtractu eod. titu.
de ſoci. Rodri. Xuar. in dict. l. 1. num. 24.
Bald. Socin. Alexand. Caſtren. Crot. Io-
ſeph. Ludo. & alij, quos refert Caual. deciſ.
10. n. 2. par. 2. & deciſ. 11. n. 4. vnde cum ſit
facti nõ præſumitur niſi probetur l. in bello
§. factæ ff. de ca. & poſtli. reuer. Deci. cõſ. 22.
Cępha. conſ. 63. n. 6. li. 5. idẽ Caual. d. deciſ.
10. num. 1. & deciſ. 11. num. 3.
4 Rurſus poteſt † cõtrahi expreſſe vel tacite;
expreſſe per verba clara, & aperta adhibita
ſtipulatione l. ſocietatem ff. pro ſoci. tacite
vero ex actib⁹ ſocialibus præſumitur Socin.
ſeni. conſ. 4. n. 1. li. 4. Menoch. de præſump.
5 li. 3. præſ. 56. n. 3. & 4. † Extremo hęc ſocie-
tas, quæ ex actibus ſoialibus inducitur, cõie-
cturis & præſumptionibus probatur Bald.
Deci. & alij quos refert Meno. d. præſ. nu. 4.
Caual. d. deciſ. 10. à n. 5. cũ ſequent. multis.
6 Poteſt † etiam contrahi ſocietas inter om-
nes ſiue ij maſculi ſint, ſiue fœminæ aut maſ-
culi cum fœminis ſimul. Addent. ad Alexan.
conſil. 103. circa. num. 6. lib. 3. vnde ſoror
cum fratre, vxor cum marito, ſocietatem
contrahere poſſunt l. rei iudicatæ §. ſi mu-
lier verſi. Socia ff. ſolut. matrimo. Gerard.
ſingu. 99. Bald. Salice. Angel. & alij in l.
ſi vxor C. de condi. inſert. Fran. Mar. &
alij relati per eũdem Caualcan. d. deciſ. 11.
n. 5. ſic obſeruatur in Cathalonia vt vix cum
vxore in matrimonij contractu ſocietatem
ineat, quod niſi fiat contracta non cenſetur.
7 Cæterum † cũ à matrimonio recedere nõ
liceat cũ ſit vinculũ indiſſolubile & magnum
Eccleſiæ Sacramentũ, ad ea, quę millies dixi
hoc tractatu. lib. 1. quæ non repeto, an idem
dicendũ ſit in ſocietate, quæ in matrimonio
8 contrahitur videndum eſt; Nam † cum ve-
ſtiatur coherentia cõtractus matrimonij ſo-
cietas ipſa, vt irreuocabile eſt matrimo-
niũ, ita ſocietas; ad ea quæ dixi in ſimili hoc
li. quæſ. 3. verſi. Extende regulã primo, vbi
authoritate Vincẽ. de Fran. Menoch. & alio-
9 rum † ſcripſi pactum de hæreditãdo vel do-
nando bona omnia primogenito vti veſtitũ
cohęrentia matrimonij minime poſſe tolli,
etiam de voluntate coniugum, ſicut nec ma-
trimonium ipſum, & latius quæſt. 2. verſ.
Quinto loco adducitur.
In contrariũ facit vt ſocietas inter virũ &
vxorem cõtracta cõuentione cõtraria poſsit
tolli l. 4. verſi. Diſſociamur ff. pro. ſoci. l. verũ
§. fina. eod. tit. l. tamdiu C. pro ſoci. §. manet
10 inſtit. de ſocieta. † Quinimo non amborum
conſenſus ad tollendã ſocietatem neceſſa-
rius eſt, ſed vnius ſufficit renũciatio d. §. ma-
net in verbis, & cum aliquis renũciauerit ſo-
11 cietati. Neq; valeret † ſocietas adiecta con-
uentione ꝙ ab ea recedere ſocij nõ poſſent,
eſſet enim pactũ contra ſubſtantiã, & naturã
cõtractus vt dixit tex. In l. ſi cõuenerit ff. illo.
12 titul. vbi Bar. & cæteri docẽt. † eſt enim ſo-
cietas veluti quędã ſeruitutis ſpecies, quę fa
13 cile tollitur; proinde † neq; in perpetuũ cõ-
trahi poteſt l. nulla. ff. pro ſoci. Gomez. d. ca.
14 5. n. 1. ad finẽ, & † quia ſolet diſcordias ex-
citare l. cũ pater §. dulciſsimis vbi Interpre-
tes de lega. 2. Neq; facit ꝙ de cohærẽtia di-
xi, quia in ſpecie illa fauore matrimonij, &
ne pręiudicium filijs, qui vocati fuerãt infe-
ratur pactũ reuocari non poteſt; tũ & ꝙ tale
pactũ valeat id nõ ex iuris cõmunis diſpoſi-
tione efficitur, ſecundũ magis cõmunẽ opi-
nionem, ſed ex conſuetudine, quæ his pactis
15 vim tribuit vt ibi dixi fuſius: Rurſus † ſocie-
tas, quę cõtrahitur in matrimonio non pactũ
nudũ eſt ſed veſtitũ, quia ſtipulatione perfi-
citur l. ſocietatẽ ff. pro ſoci. neq; celebratur
habitu reſpectu ad matrimoniũ cũ ſine ma-
trimonio poſsit inter eos cõtrahi talis ſocie
tas. quare matrimoniũ efficere nequit vt na-
turam ſuam ſocietas amittat, quæ vt ſuperius
dixi huiuſmodi eſt, vt quandocumq; ad nutũ
citra tamen fraudẽ & dolnm diſſolui poſsit.
16 His † non obſtantibus affirmandum eſt ſo-
cietatẽ niſi de conſenſu mulieris diſſolui nõ
poſſe eo modo & forma, qua in Cathalonia
contrahitur. Ratio efficax eſt quoniã verge-
ret in maximũ mulieris detrimentũ ſi poſſet
maritus facto ſemel matrimonio retrocede-
re, remaneret enim decepta, quæ alias mini-
me nupſiſſet niſi maritus eã in ſociã recepiſ-
ſet, quod eſt certiſsimum in hac patria; po-
tiſsima enim ratione parentes filias aliqui-
bus nuptui tradunt, vt in ſocietatem recep-
te meliorem reddant conditionem ſuam,
quod tunc maxime contingit cum honeſtio-
res minus honeſtis, aut habentes amplam
dotem viris non habẽtibus eximium patri-
monium nubunt; vnde concurrit in hac ſpe-
cie fauor matrimonij, conſequenter pactum

hoc illius coherentia veſtitur, vt dixi relatis multis in d.quæſt.2.verſi.Quinto loco adducitur,&c. Vbi fere in eiſdē terminis adduxi
17 Maſſuerium † in prac. titul.de ſocieta. verſ. item licet nu.5.ad mediū qui ait, quod licet alias de conſuetudine illius regionis, teſtamentaria inſtitutio inter virum & vxorē nō valeat niſi vſque ad quartam partem, tamen illa quæ eſt incidens & conuentionalis valet in duobus caſibus,in cōtractu ſocietatis bonorū omnium,& etiā matrimonij, ita quod ſi in dicta aſſociatione fuerit conuentū quod ſuperuiuens ſuccedat pręmorienti valet, & idem in cōtractu matrimonij; Et lex illa C. de pactis loquitur in ſimplici, & nuda conuentione, ſed in caſu noſtro hæc cōuētio adhęret contractui,& dat eſſe conuentioni, vt
18 † diſpoſitio de ſe ineficax tranſeat in naturam adiuncti & valeat ſecundū naturā actus cui adheret acceſſorie vel incidenter iuxta textū in l.ſi tibi rem ff.de pręſ.verb.ſi remunerandi §. apud.ff.manda. & nota in l.1. C. de pac.l.vbi de dona.cau.mor. hæc ſunt ver-
19 ba Maſſue.in dicto loco;vnde † quēadmodū ſecundū ius huius regni,cōſtitutione illa per foragitar trans, nequit filius cui pater contēplatione matrimonij aliqua dedit,ea poſt contractū matrimoniū reſtituere patri, quia remaneret vxor decepta quæ nō alias cōtraxiſſet matrimoniū illud, quemadmodū dixi hoc libro quæſt. 3. verſ. Vnde cū cōſuetudine,vbi hanc citaui regiā legem, atq; eādem de iuris communis diſpoſitione procedere oſtendi, ita ratione eiuſdem fraudis & deceptionis vitandæ nequit maritus ſocietati renunciare quæ ſunt vera & bene notanda etſi à nullo hucvſque animaduerſa.

20 Forma † autē ineundę ſocietatis inter virū & vxorē in hac prouincia hæc eſt, rara certè & ruſtica,vt ruſtici ſunt qui eā cōtrahūt, ij in capitulis matrimonialibus ita aiunt:N.futurus maritus:N.vxoris etiā futuræ,ratione tā grati & accepti matrimonij aſſociat prædictam N.in emptionibus & meliorationibus quas deo dāte faciet durāte dicto matrimonio,&c.Ex quibus verbis cōſtat prædictā ſocietatē nō vniuerſalē eſſe,ſed particularē ad certas res,emptiones ſcilicet & meliorationes: vnde neceſſe eſt ante omnia inquirere quid appellatione prius veniant emptionis, Secūdo quid veniat appellatione meliorationum, quādo niſi in his tantum duobus caſibus ſocietas contrahitur.

21 Et licet † appellatione emptionis & venditionis relatiue omnis alienationis ſpecies cōtineatur l.ſtatu liberi ad finē ff.de ſtatu. libe.l.ſicut §.venditionis ff.qui.mo.pig. vel hypothe.ſol.cū latius adductis per Tiraq.trac.
22 de retract. ligna.glo.2. a nu.1. † Emptionis tamē appellatione maxime in ſtatutis & cōtractib⁹ ſolū venit cōtractus propri⁹ emptionis l.1.de con.emp.l.1.de re.permu.cū alijs adductis per Fabiā.de Mon.trac.de emptio. & vēdi.q.2.n.1. vnde fit quod vxor in rebus emptis per maritū dimidiā cōſequetur,nō & alijs permutationis, emphiteoſis,vel alterius
23 cuiuſuis cōtractus titulo acquiſitis. † Ratio multiplex eſt,prima quia vt dixi q.61.ad mediū huiuſmodi cōuētione tāquā cōtrarię iuri ſcripto cēſentur odioſæ;quēadmodū & reputātur odioſa ſtatuta vel cōſuetudines quæ ex ipſo cōtractu matrimonij ſocietatē ipſo facto inducunt inter cōiuges, vt inibi dixi.cōſequēter ſuccedit notabilis fere omniū traditio affirmātiū, ꝙ licet alias venditionis appellatione quiuis alienationis contractus vt
24 modo dicebā cōtineatur, † tamē in cōſtitutionibus,ſtatutis,vel cōuentionibus odioſis, cōtra iuris diſpoſitionē, venit tantū propria vēditio,neq; ad alios caſus vel cōtract⁹ trahi poteſt glo.in l.fina. verbo permittim⁹ de prędi.curiali.vbi Luc.de Pen.& Ioā.de Plat. & innumeris relatis ad hoc inſtitutum ſolus ſufficiet idem Tiraq.in d.glo.2. num.2.

25 Secūda † ratio quia in cōtractib⁹ verba ſūt ſtrictè & ꝓprie capiēda l.quicquid aſtringēdę de verb.oblig.l. fideiuſſo. magiſtratuū §. pro aurelio ff.de fideiuſſo. Becci.qui multos cōſ.105.n.29.Surd.deciſ.283.n.5. id maxi-
26 me † obtinet cū verba proferūtur in diſpoſitioneque iuri aduerſātur(vt cōuētio noſtra) Rimin.ſeni.cōſ.298.nu.16. Calcan.& Natt. quos refert & ſequitur idē Surd. deciſ. 119. nu.25.vnde emptionis appellatione in hiſce cōuentionib⁹ emptio tātum intelligetur ea quæ vere & proprie emptio eſt, nō quæ per interpretationē,extentionē, vel alio modo.

27 Meliorationis † autē appellatione venit incremētū rei ꝙ dñs & poſſeſſor vel operā, induſtria,aut expenſa propria fecit; quæ niſi facta fuiſſent,res nō tāti valuiſſēt, hoc enim ꝓprie melioratio dicitur. Vnde Vlpian.in l. æquiſſimū §.vnde quęſitū ff.de vſuf.melioraſſe proprietatē dixit eū qui in lapiditinis extruēdis pretioſiorē reddit fundū quā antea erat,quia plus reddit⁹ ex his quā ex vineis, arbuſtis,vel oliuetis, quæ fuerant recepit. Sic Iuſtinian⁹ egregie in l.ſi cōtrouerſia C. de euictio.ad finem hęc verba ſcribit:in quo contineatur etiā eorū perſecutio quæ in rem emptā à te vt melior fieret erogata ſūt l.fin. de fund.rei.priua.li.11.C. in verbis, vel melioratæ rei fructuū ex actioni cōpenſationē opponere in l.2.C.de iur.emphiteo. ſi enim per trienniū emphiteota canonē nō ſoluerit, nulla ei(inquit Iuſtinianus) in poſterū allegatione nomine meliorationis vel eorum quæ emponemmata dicuntur,vel pœna opponēda:

da : ſed omnimodo eo (ſi dominus voluerit) repellendo: Et in l.fina. eod.tit.in verbis, *Emphiteotas ſuos accipere prætia meliorationum, quæ inuenerunt:* & ad finẽ; verbis : *neceſsitatem autẽ habere dominos ſi alijs melioratio ſecundum præfatum modum vendita, &c.* Et in eundem modum intellexit Roma.Ponti.in ca.potuit in verbis, *vel à denunciationis tempore duorum mentium ſpatium ſit lapſum meliorationes, & ius ſibi competens alijs vendere.* & in §. ſcire autem in auth. de Alien. & Emphiteo. Tiraq. in l. ſi vnquam verbo ſuſceperit liberos n. 1. C.de reuo.donatio. Aluar. Valaſ.trac.de iur.Emphiteo.queſt.2.n.8.Ioan.Garci.tract.de Ex-

28 pen.& meliora.ca.1.num. 8. † Ita fit vt meliorationum nomine veniãt ædificia per dominum & poſſeſſorem facta,tuguria,reparationes neceſſariæ, disboſcationes agrorũ & ſiluarum,plãtationes oliuetorum, vinetorũ, & omnium eorum,quæ durationem habent; ſic in erigendis & plantandis ſalicibus & cęteris arboribus impenſum melioratio dicitur, in foſſatis ageribus, propagationibus, repoſitionibus vitiũ & quorũcumq; fructuũ, quemadmodum in his & alijs caſibus in varijs cauſarum figuris reſponderunt noſtrates. Bart.conſ.193.n.2.li.1.Florian. conſ.1.n.2. Pau.de Caſt.conſ.270.li.2.a n.1. Ruin.conſ. 134. li.3.pulchrè Rolan.conſ.28.a n.1.& 2. li. 1.Menoch.in commen.de recup. poſſeſsi. remed.15.q.39.num.500. Neguſan. trac.de pigno.par.5.4.memb.num.11. Ioan.Garci. tract de meliora.& expen.cap.1.n.8.& 9.& ca.15.a nu.1. Aluar. Valaſ.tract.de iur.emphiteo.queſt.25.num.13.14.15.cũ ſequent. multis. Federi. Scot.conſ.5. Riminal. iuni. conſ.242.nu.17.lib.3.Caual.deciſ. 32.n.39. par.2.idem Caual.deciſ.44.num. 59. par.1. & in ædificijs reparandis antiquis, vt meliorationes dicantur Surd.deciſ.300.num.4.

29 Vnde † proprie melioratio dicitur quãdo qualitas bonorum & ipſorũ bonitas mutata eſt & aucta, vt cẽſuit Bero.cõſ.88.n.35.li.1. Natt.Areti.Boſsi. & Meno. qui alios refert d.queſ.39.n.500. quẽ & alios perperam reprehendit Garci.d.cap.1.n.8.ad finẽ exiſtimans non rectè meliorationem in hunc modum accipi poſſe; quia inquit vſufructuarius meliorat rem in qua vſumfructũ habet qualitatem vero rei fruendæ mutare nõ poteſt, cum nequeat ex vineto oliuetum, ex oliueto ſiluam vel aliud quidpiam reddere l. æquiſſimum ff.de vſufruc.tradit idẽ Garci. d.trac. cap.11.num.38.

30 Secundo † argumentatur quod plantatio vinearum non videtur melioratio aliqua licet rei qualitas mutetur, & res pretioſior fiat Pau.de Caſ.cõſ.270.li.2.Neguſan.de pigno. par.5.memb.4.num.11.

31 His enim † reſpõdetur ad primũ nõ poſſe vſumfructuarium mutare qualitatem rei interuertendo ipſius propriã qualitatẽ, cęterũ non prohiberi non mutata qualitate meliorare rem ipſam augendo illius valorem d. l. æquiſsimum, in quo etiam caſu mutatio rei contingit quinimo & vſufructuario id quandoq; licet d.l.æquiſsimum.

Non obſtat ſecundũ, quoniam nec Pau.de Caſt.nec Neguſan.dixerũt plantationem vinearum meliorationem non eſſe, ſed totum contrarium. Et verba Neguſantij in d. loco ſunt hæc : Et adde inquit huic concluſioni (quod expẽſæ factæ in disboſcẽdo vel arãdo terras non ſunt reficiendæ; expẽſæ autem factæ in plantandis vitibus vel arboribus ſi arbores ſint fructifera vt vites, & oliuę, ſunt reficiendę, vt latè examinat Pau.de Caſt.cõſ. 327. viſo puncto in tertio dubio vbi vidè omnino ;) hæc illius verba, vndè à præfata Menochij & aliorum declaratione recedendum non eſt.

32 Sanè quercus, † nœmus, agri fœnum producẽtes, ſilua cedua, & his ſimilia; quę naturaliter naſcuntur de per ſe abſq; aliqua plãtatione vel hominum induſtria, nõ rectè dicentur melioramenta, vnde nec deducentur ab emphiteota vel conductoribus, nec poſſunt incidi in totum abſque licentia domini directi, quia naturaliter naſcuntur, & ſunt veluti pars ipſius fundi, vt egregie ſcripſit poſt veteres Bero.q.96. à n.1.& 2.Canalca. deciſ.32.nu.16.& n.40. 2.par. ſic etiam nec vxor in caſu conuentionis de qua agitur poterit partem harum meliorationum deducere, quia non proprie dicũtur meliorationes.

SVMMARIVM.

1 *Augmentum valoris quod temporis beneficio prouenit in rebus mariti, an vti meliorationem vxor petere poſsit.*

2 *Tempus in rerum æſtimatione attenditur quod poſt ſuperuenit.*

3 *Ædificium quod reſtituendum eſt, æſtimatur quãti nunc valet tempore reſtitutionis, non quantum in eo impenſum eſt.*

4 *Æſtimatio ædificiorũ habenda eſt de tẽpore præſenti.*

5 *Meliorationes, quæ in rebus fiunt abſque opera vel induſtria hominis, non proprie meliorationes dicuntur.*

6 *Communicanda non ſunt vxori ea, quæ rebus mariti accedunt abſque aliquo illius facto.*

7 *Augmentum beneficio temporis proueniens, lucrum dici non poteſt reſpectu vxoris.*

8 *Augmentum officiorum venalium communicandum non eſt vxori, & quare.*

9 *Maritus cõmunicare non tenetur vſumfructũ*

vxori quem habuit conſtante matrimonio.

10 *Communicanda non ſunt bona vxori, quæ ex cauſa de præterito proueniunt.*

11 *Alluuione quæſita communicanda non ſunt vxori.*

12 *Legitima non debetur filijs in illis bonis, quorũ poſt acceptam legitimam valor creuit.*

13 *Legitimam filius petere poteſt atque etiam incrementum, quando ſibi à principio integre non fuit ſoluta.*

14 *Filius qui poſt mortem patris diu diſtulit petere legitimam vel illius ſupplementũ, quia doloſe diſtulit petere, augmentum beneficio temporis proueniens pro legitima petere non poteſt.*

QVÆSTIO. LXXII.

AVGMENTVM VALORIS quod temporis beneficio prouenit in rebus mariti, an vti meliorationem vxor petere poſsit.

1 CVM † vxor in vim conuentionis de qua agimus meliorationum omnium particeps ſit, opportune nunc quæritur, an earũ meliorationũ partẽ recipere debeat quas nõ induſtria opera vel diligẽtia mariti fecit, ſed temporis curſus: ſi tẽpore cõtracti matrimonij prędia mariti niſi centũ valebant, poſt vero auctus fuit valor in ducentis, an in his centũ quinquaginta petere poſsit. Et videtur poſſe; nam cum fuerit admiſſa in ſociã in meliorationibus, & negari nequeat quin bonitas hæc temporis beneficio proueniens melioratio dicatur, meliorẽ enim rẽ reddit quemadmodũ quæſtio. dixi pręcẽdẽti, ita videtur vt earum quoque meliorationum partem petere poſsit.

2 Secũdo † in huiuſmodi meliorationib᷒, & earũ æſtimatione attenditur tẽpus ſuperueniens & augmentũ ꝙ poſt cõtingit tempore reſtitutionis, ſicut ẽ cõtra detrimẽtum l. do- 3 mos ff. de lega. 1. † vbi ex eo textu notauit Bar. ꝙ ſi hęres fecit ędificiũ ꝙ tẽpore reſtitutionis nõ ſit duraturũ niſi quinq; annis, æſtimatur quãti nũc valet nõ quantũ in eo impenſum fuit; ꝙ ſequitur ibidẽ Bal. & Angel. Caſtren. Alex. Iaſ. & omnes alij. Vnde cum vxori meliorationes debeantur poſt mortẽ viri, vel ſi is pręmoritur eo tunc, illius ſanè temporis quo reſtitutio meliorationum facienda eſt, ratio haberi debet.

4 Tertio hoc † ipſum reſpõdit Pau. de Caſt. cõſ. 270. lib. 2. is docuit ædificia æſtimãda fore habito reſpectu ad tẽpus pręſens, ſcilicet quo reſtituuntur, nõ autẽ ad tẽpus quo facta ſunt Carol. Molin. ad cõſue. Pariſi. tit. 1. §. 1. glo. 5. n. 97. Natt. cõſ. 321. ad finẽ Rolan. qui alios pleroſq; refert cõſ. 28. n. 13. li. 1. Meno. in cõmen. de recup. poſſeſsio. reme. 15. q. 39. n. 557. & alios quidem recenſet Molin. tract. de Hiſpa. primo. li. 1. cap. 26. Franc. deciſio. Neapoli. 109. Theſau. deciſ. Pedemon. 251. Bertazol. conſ. 79. num. 15.

5 Cõtrariũ verius † eſt vt meliorationes ſolo curſu tẽporis prouenientes vxori nõ debeantur: Primo quoniã vt dixi antecedẽti quęſtione ad finẽ, ea quæ abſque vllo hominis miniſterio vel opera producuntur nõ propriæ dicuntur meliorationes, cõſequẽter dixi ex ſiluis, cædris, nemoribus, & his ſimilibus vxori quidquã ratione meliorationũ non deberi.

6 Secũdo † ea quæ reb᷒ mariti accedũt abſq; aliquo illius facto, non ſunt vxori cõmunicãda l. verũ §. penul. ff. pro ſoci. cuius text᷒ authoritate dixit Pala. Rub. in repeti. rubr. de donatio. int. vir. & vxo. §. 6a. nu. 11. quod ſi maritus tẽpore coniugalis cõtractus habebat fundũ valentẽ centũ, poſt cõſtãte matrimonio ex intrinſeca ratione curſu temporis effect᷒ eſt valoris ducẽtorũ aureorũ, ſuperueniẽs hoc augmẽtũ minime fore vxori cõmunicandum, quã ſententiã probarunt alij poſt Carol. Molin. in conſue. Pariſien. tit. 1. §. 30. quæſt. 50. Grego. Lop. in l. 18. in glo. verbo *eſtimada no fueſſe* titul. 11. qui aliquos in hãc citat opinionẽ Dida. Couar. in epi. ad 4. 2. par. ca. 7. §. 1. num. 9. Matien. in l. 2. glo. 1. tit. 9. num. 88. qui & alios ſuperaddit. Ioan. Garci. tract. de expen. & melioratio. cap. 22. n. 18. in verſi. Quod ſi nec expenſæ: vbi meminit etiam traditionis Pala. Rub. & Dida.

7 ſubditq; † ꝙ augmẽtũ beneficio tẽporis proueniens nõ prodeſt vxori, nõ enim lucrũ dici poteſt quoad vxorẽ id ꝙ tẽporis curſu marito & illius rebus accedit, argum. tex. in l. fructus ff. de vſur.

8 Tertio † ſuffragatur quod ſcripſit idẽ Ioã. Garci. d. ca. 22. n. 19. augmentũ officiorũ venaliũ ꝙ ſolo curſu temporis prouenit abſq; aliqua induſtria cõmunicanda non eſſe, quia augmẽtum ſequitur rem & ad eum pertinet cuius res eſt l. cum in fundo §. fina. ff. de iur. doti. quod ille latius illic proſequitur.

9 Quarto † idq; fortius eſt, nõ tenetur marit᷒ cõmunicare vxori vſumfructũ quem nactus fuit cõſtante matrimonio, cuius ante matrimoniũ contractum proprietatem habebat; quoniã vſusfructus proprietati conſolidatus iure ius proprietatis exiſtimatur l. vſusfruct᷒ in multis ff. de vſuf. l. ſi proprietati ff. de iur. doti. vnde cum proprietas communis nõ ſit, conſequenter nec vſusfructus. tum & aliam ad inſtitutum noſtrum rationem reddiderũt interpretes modo citandi, quoniã quæ rebus mariti

Digitized by Google

mariti accedunt beneficio temporis vel alio
modo abſque facto & induſtria mariti non
ſunt vxori communicanda l.verum §.penul.
10 dixi ſupra in verſi. Secundo ca. ✝ Sed & al-
teram adiungũt rationem quoniam quod ex
cauſa de præterito contingit ſine aliquo ho-
minis miniſterio ad primam cauſam referē-
dum eſt totum l. in ratione 1. huius nomi-
nis §. Imperator ff. ad l. falci. l. Pomponius
2.de nego.geſt.l.Iulianus §.non ſolum ff. ad
S. C. Macedo. Ex his huius fuere ſententiæ
Caro.Molin.Dida.Conar.Grego. Lop.An-
ton.Gomez.Oldrad.& alij quos refert & ſe-
quitur dicens veram & receptiorem ſenten-
tiam Matien.in d. glo.1.nu. 87. cũ ſequent.
vſque ad num. 93. Multo ergo minus valor
rerum quem temporis curſus auxit in com-
munione venire poterit.

11 Quinto ✝ conducit admodum tex.inſignis
in l.ſi proprietate ff.de iur.doti. quo in tex-
tu probatur quæſita alluuione fundo mariti
illius effici propria; ſic & in fundo vxoris vt
alluuionis commodum ad ſolam ipſam per-
tineat ſi illius fundo acceſſerit, quoniã aug-
mentum hoc ſequitur dominum & illius na-
turam cui res accedit; quemadmodum & in
alluuionis augmẽto pignori quæſito l. ſi fun-
dus hypothecæ ff.de pigno. l. ſi conuenerit
§.ſi nuda ff. de pigno. actio. Et authoritate
horum iurium & his ſimilium docuit in ter-
minis noſtris Grego. Lop. in l. 15. titu. 13.
par.5. poſt Bartol. Oldrad.& alios quos re-
fert non communicari alluuionis commodũ
vxori etſi ſocia facta ſit ſecundum leges Ca-
ſtellæ, quia ſine opera vel facto mariti acce-
dit vtilitas. Grego. Lop. ſequitur & refert
Ioan. Garci. tract.de expen. & melioratio.
cap.22.num.36.

12 Sexto ✝ ex magis communi ſententia re-
ceptum eſt data filijs legitima ipſis petenti-
bus ab illorum parentibus, vbi poſt eam ac-
ceptam bonorum valor incrementum curſu
temporis accepit, non poſſe poſtea filios le-
gitime petere ſuplementum, quoniam valor
ille accreuit parentibus vti dominis nõ au-
tem filijs qui ius ſuum receperũt; ſic Romã.
Natt.Rodri.Xuar.Mencha. Curti. ſeni.Ca-
rol.Moline. Eman. Soar. & alij quos refert
Craſ.in §. legitima quæſt.13. Et licet inibi
ille multos referat contrariam opinionẽ te-
nentes quorum etiam dixit eſſe magis com-
munem & æquam prout & dixit Viui. ad-
ductis multis in commũ. ſuis, opinio. 456.
verior tamen & magis recepta ſuperior vi-
detur quemadmodũ egregie ex Ruin.Deci.
Alciat. Tiraq. Boeri. Grabi. Gram. & alijs
plerifque oſtendit Anchar.Rigien.quæſt.51.
à num. 1.lib.1.Bal.Pala.Rub.& Pariſi. quos
ſequitur Canal. tract.de vſufruct.muli.relic.
num.94.95.verſi. Et ſi eſt conſignata in vita
tota legitima, vbi hanc ipſam dicit magis
13 communem; dum ✝ tamen tota integra legi-
tima data fuiſſet ſecus ſi pars, non enim tũc
prohiberetur filius petere ſupplementũ iux-
ta valorem temporis quo bona aucta fuerũt,
idem ſenſit poſt alios multos in hac ſpecie
Graſſ. in d. quæſt.13.num.2.& 3.quod tamẽ
limitauit ſingulariter idem Caualca.in dicto
14 loco.in verſi.✝ Atſi iſta legitima,quãdo fili⁹
poſt mortem patris diù diſtulit petere legi-
timam vel illius ſupplementum, tunc enim
in pœnam moræ, & quia doloſæ diſtulit pe-
tere vt augmento gauderet, augmentum ad
commodum hæredis non filij attendendum
eſſet vt ille ibi, quod placet; vnde à cõtrario
ſi filius quia abſens vel alias legitime impe-
ditus non petiſſet, augmentum ad illius cõ-
modum conſiderandum eſſet: Sed quia hæc
extra inſtitutum tractatus non diſputo.

Non obſtant quæ in contrarium ſupra ad-
ducta ſunt. Non primum quia reſpondetur
valorẽ ſeu augmentũ pretij quod curſu tem-
poris creſcit abſq; aliqua hominis induſtria
non dici proprie meliorationem, ex text. in
d.l.fructus ff.de vſufruct. & his quæ in ſupe-
rioribus tradidi.

Neq; etiã obſtãt ſecundum & tertiũ, quo-
niam verũ quidẽ eſt æſtimationẽ faciendam
eſſe regulariter habito reſpectu ad tempus
præſens quo res reſtituitur vt ex citatis locis
apparet,& dicetur in ſequenti quæſtione, id
tamen verum eſt quãdo reſtitutio fit vel fie-
ri debet vero domino, at in noſtra ſpecie
meliorationes huiuſmodi quæ beneficio
temporis contingunt, non ſunt reſtituendæ
vxori, quare fruſtra æſtimationis ratio conſi-
derari poteſt.

SVMMARIVM.

1 *Æſtimationis ratio qualis in meliorationi-
bus fieri debeat.*
2 *Meliorationes et expẽſæ diuerſi ſunt termini.*
3 *Vxor non conſequitur meliorationes etſi fue-
rint factæ expenſæ in re quæ meliorata non
fuit.*
4 *Melioratum non attenditur ſed quantum im-
penſum.*
5 *Electio debitoris eſt quid ſoluere vellit an ex-
penſas vel meliorationes.*
6 *Aduocatorum cautela qualis eſſe debeat in pe-
tendis expenſis & meliorationibus.*
7 *Solutio fieri debet habitu reſpectu ad meliora-
tionem, ita vt eam non excedat.*
8 *Fauore eius cui res reſtituenda eſt attenditur
id quod minus eſt.*
9 *Authoris opinio qualis.*
10 *Meliorationum pretium tempore reſtitutionis
conſiderandum.*

11 *Augmentum meliorationum ad commodum poſſeſſoris pertinet.*
12 *Meliorationes quemadmodũ æſtimari debeant per ſe in ædificijs.*
13 *Meliorationes in plantis quemadmodum æſtimentur.*
14 *Conuentiones interpretandæ iuxta iuris communis diſpoſitionem.*
15 *Diſpoſitio correctoria interpretationem nõ recipit à iure communi.*
16 *Meliorationes cum deteriorationibus qualiter compenſentur.*
17 *Societas leonina qualis.*
18 *Meliorationes cum deteriorationibus confunduntur.*
19 *Mulier meliorationes quaſcumque petere poteſt.*
20 *Poſſeſſor bonæ fidei voluntarias meliorationes deducere non poteſt abradere vero vtique.*
21 *Poſſeſſor malæ fidei neceſſarias tantum petit expenſas.*
22 *Societas generalis meliorationes omnes includit.*
23 *Sermo generalis ab homine prolatus, nullam recipit reſtrictionem.*
24 *Vxor meliorationes petere non poteſt, quæ tempore reſtitutionis perierunt.*
25 *Reſtitutionis tempus in meliorationibus attenditur.*

QVÆSTIO. LXXIII.

ÆSTIMATIONIS RATIO qualis in meliorationibus fieri debeat? Tum quid quãdo magis impenſum, vel melioratum, aut è contrario.

1 SOLET † plerumq; ſuper ęſtimatione meliorationũ diſceptari, vnde vt articulus hic pateat
2 animaduertendum † aliud eſſe expenſas, aliud meliorationem, melioratio abſque expenſa fieri nequit, expenſa autem ſepius fit ſine melioratione, cum contingat in dies expendere in fundo ad eum meliorãdum non autem ipſum meliorare; quinimo
3 quandoque deteriorare: Igitur † vbi quis expendit, ſed non meliorat nihil debebitur mulieri, neque expenſa, neque melioratio; contingit etiam vt quis parum expendat, ſed multum melioret, quandoque multum expendat, ſed parum melioret, videndũ in his caſibus quid vxori debeatur: In priori articulo vbi quis expẽdit ſed nõ meliorat nihil debebitur mulieri; non impenſa, quia ſecundum ſe ipſam melioratio non eſt, ſed neque melioratio quia nihil melioratum.
Ad ſecundum quando parum quis expendit ſed meliorat multum, attenta iuris com-
4 munis diſpoſitione aperta eſt deciſio; † non enim attendendum eſt quid vel quantũ melioratum ſed quantum expenſum, ita vt ad commodum eius cui reſtitutio fieri debet, quod minus eſt æſtimari debeat & præſtari. Et idem in tertio caſu quando plus melio-
5 tum quam impenſum, † eſt enim in electione debitoris quid ſoluere vellit an impenſam vel meliorationes: l. in fundo vbi gloſ. Barto. & alij ff. de rei vendi. ca. 1. vbi Panor. & cęteri canoniſtæ ex. de in inte. teſti. idem Panor. in cap. quod quibuſdam num. 9. ex. de fideiuſſo. Felin. in cap. cum cauſam ad fine. num. 28. ex. de re. iudica. Neguzan. tract. de
6 pigno. 4. memb. 2. par. principa. nu. 11. † vbi inſtruit aduocatos vt ſint cauti in modo articulandi concludendo tam circa expenſas, quam circa meliorationes rerum deducẽdo quod in tantum res præcioſior effecta fuit propter expenſas, quia vtrumque copulatiue requiritur.
7 Rationem † reddiderũt interpretes, quia expenſæ & ſumptus veniunt ſoluendi, verum ſolutio debet fieri habito reſpectu ad meliorationem ita vt eam nõ excedant l. ſumptus ff. de rei vendi. d. l. in fundo & d. cap. 1. de in inte. reſtitu. vnde apud omnes fere Barto. opinio Panor. & aliorum quos nunc retuli recipitur & paſsim apud tribunalia ſecundũ eam iudicatur Capi. deciſ. Neapoli. 93. num. 9. Ioſeph. Ludo. deciſio. Peruſi. 24. & 58. num. 14. Magoni. deciſ. Floren. 81. num. 26. Nico. Boerii deciſ. 44. Vincen. de Fran. deciſio. Neapoli. 109. à num. 1. par. 1. Bartol. Coſtal. Bero. Neguſan. Curti. iunſ. Brun. Alciat. Capi. & Rolan. quos refert & ſequitur Valaſ. tract. de iur. Emphi. quæſt. 25. num. 28. Anchar. Rigien. quæſt. 45. lib. 1. Menoch. qui alios conſ. 64. nu. 5. lib. 1. Burſat. Pancirol. Rodoan. Mago. Ruin. & alij plures relati à Canal. deciſio. 28. nu. 4. 1. par. Ioan. Garci. tract. de expen. & meliora. cap. 28. num. 1. & 2. Petra. tract. de fide. quæſ. 1 5. num. 271. & nouiſsimè M. An. Peregri. tract. de fidei. arti. 50. par. 3. de impen. num. 70.
Verum vt dixi hæc de iuris cõmunis diſpoſitione procedunt, an vero eadem obſeruanda ſint in his conuentionibus quæ apud ruſticos in vſu ſunt in hac prouincia: Et exiſtimo minime adiungi poſſe; quoniam viri vxores in ſocias admittunt in emptionibus & meliorationibus, finis autem & intentio vxorum nubẽtium tota derigitur ad meliorationes, quæ fiunt per maritos conſequenter ad valorem ipſarum, quare ſiue minus impenſum quam melioratum, vel è contra, totum ad valorem meliorationum referendum eſt, vt in æſtimatione earum partem dimidiam conſequantur.

Tum

Tum cum aliud ſit impenſa aliud melioratio vt dixi in principio quæſtionis neq; ad impenſam habitus ſit reſpectus per contrahentes, ſolius meliorationis ius appēdendū eſt: quod enim de iuris communis diſpoſitione aliud ſit in bonę vel malę fidei poſſeſ-
8 ſore diuerſam habet rationem † vt ad fauorem eius, cuius res eſt, & cui reſtituēda venit attēdatur id, quod minus eſt: quemadmodū Barto. & cæteri ſuperius etiam relati docēt; in ſpecie propoſita nulla reſtitutio facienda, proinde opinor æſtimationis valorem attēdendum etiamſi impenſa minor ſit æſtimatione vt & inferius dicam.

9 Cæterum † etſi hæc vera eſſe exiſtimem, ſentio tamen huiuſmodi æſtimationis rationem habendā fore eo tempore quo meliorationis valor á muliere vel hæredibus illius peti poteſt, vel cum maritus præmoritur, aut ipſa mulier, & hæredes meliorationes pe-
10 tunt; nam † generale eſt meliorationū pretium ad tempus reſtitutionis conſiderādum eſſe, vt quid tunc valeant non ꝙ antea præſtandum ſit. l. domos de lega. 1. in verbis & *ædeficiorum qualitatibus exiſtentibus æſtimatis, &c.* Proinde prout ſunt tempore, quo æſtimari debēt, ac ſi nunc ædificium vel alia quæuis melioratio fieret: inde cenſent ferè omnes quod ſicut ſi res in pretio per vſum, & temporis curſum vel ex alia quauis cauſa à vera ęſtimatione deficerent, damnum eſſet poſſeſſoris, ſic è contrario vbi pretia rerum ex tempore augerentur, augmentū ad eiuſdē
11 poſſeſſoris veniret commodum; † ſic ſi lapides, ferramenta, miniſtrorum opera, cementa, & his ſimilia plus valerent tempore æſtimationis hoc eſſet pretium ſequendū: Bart. in d. l. domos quem ſequuntur multi á me relati quæſtio. antecedēti in principio verſi. Secundo in huiuſmodi meliorationibus, & in verſi. ſequenti. Quibus nunc addo multos alios adferentem M. A. Peregrin. tract. de fideico. art. 50. 3. par. de impen. num. 72.

Et præter citatos ab eo idem voluerunt Neguſan. Iaco. de Aren. Barto. Bald. Angel. Imol. Alexan. & Iaſo. Pau. de Caſt. Ruin. Boerij. Pariſ. Grāt. Curti. iuni. Crem. Gomez & Pinel. quos refert & cōmunem dicit opinionem Aluar. Valaſ. tract. de iur. Emphi. quæſt. 25. num. 28. circa mediū Ioan. Garci. tract. de expen. & meliora. cap. 24. nu. 3. & ſequent. Caual. qui & alios d. decif. 28. n. 4.
12 Meliorationes † autē an æſtimari debeant vt cimenta, vel rudera & lapides per ſe, vel vt integrę vt in ędificio repoſitę ſunt, duplex eſt opinio; quidam enim exiſtimarunt æſtimandas res eſſe vti directas de per ſe; alij vt integra eſt melioratio in ædificio, & hæc magis ęqua opinio videtur, quemadmodum ex Vincen. de Fran. Pancirol. Burſat. Achil. Perſo. & alijs reſoluit Caualca. decif. 32. nu. 51. par. 2. quamquam is inibi diſtinguat aliter: quoniam qualis res inuenitur ita ęſtimāda videtur argu. text. in l. moueor C. de ſer. & aq. & quia præſens tempus inſpiciendum eſt in huiuſmodi æſtimationibus non præteritum regulariter d. l. domos cum ſimilibus de lega. 1. reſoluit ſic iudicatū dicēs Theſau. decif. 251. á nu. 1. vſque ad finem & his non relatis eandem opinionem tenet Peregrin. d. art. 51. num. 73. ad finem, expreſsim aſſerens quod communis eſt concluſio, & etiam practica, vt ædeficia æſtimentur prout extant pro pretio temporis pręſentis ad commodū vel incommodum poſſeſſoris, qui impendit; ita inquit ille ſi lignamina vel alia per vſum, & temporis curſum atrita ſunt, æſtimātur vt talia & quanti nunc valerent ſi inopere ponerentur; ferramenta autem, lapides, operę; & alia æſtimantur ſimiliter vt nunc valent hæc Peregrin. idem Peregri. d. loco num. 78.
13 † Subiungit deinde, in plantis autem arborum & vitium æſtimatio fiet non habita cōſideratione prout nunc valent arbores virētes & fructificantes, ſed quanti impenſum fuit tempore plantationum in operis & eorum pretio; habita etiam conſideratione ad cuſtodiam, & curam adhibitam per multos annos, ac conſiderato quod ex mille plantis vitium & arborum plurimæ pereunt & moriuntur, & ſic inquit iudicatū vidi. eiuſdē eſt ſententiæ Caual. d. deciſio. 28. n. 2. vbi Panor. Felin. Pau. de Caſt. Pancirol. Rodoan. Magō. & alios multos citat.

Tamen etſi in hoc extremo capite quoad iuris diſpoſitionem pertinet vera ſit traditio Peregrini, tamen attento communi vſu contrahendi ſocietatē inter ruſticos in hac prouincia vt etiam ante dixi ſuſtineri hęc opinio non poteſt; quoniam vt dixi ſuperius in verſi. Verum vt, attenta forma contrahendi & vxorē in meliorationibus aſſociandi quæ in vſu eſt hic, nulla habetur conſideratio ad operas, cuſtodiam, vel alia, quę minuere poſſunt meliorationes; finis vero eſt vt mulier his gaudeat qualeſcumq. ſint ipſę, quod autem tradunt interpretes modo citati ſuam habet rationem, quę noſtris his conuentionibus minime poteſt accommodari, ſcilicet vt ad commodum eius, cui res reſtituēda venit ęſtimetur, id quod minus eſt habita ratione operæ & cuſtodiæ, vt & animaduerti in d. verſi. Verum vt. in noſtra ſpecie nulla reſtitutio facienda eſt; & cum maritus vxorē aſſociat in meliorationibus, eo ipſo aſſociare videtur in omnibus in quibus meliorationes æſtimari poſſunt aliquo non detracto. Neq;
14 obſtaret ſi quiſpiā † diceret ſubtiliter quod huiuſ-

huiuſmodi cōuentiones ſicut ſtatuta & quá-
uis aliam diſpoſitionem interpretanda eſt
iuxta iuris communis diſpoſitionem ad tex.
in l. ſi ſerui veſtri C.de noxa.actio. ca.cū di-
lectus de conſuetu.Barto.in l. §. lex ſalcidia
ff.ad. l.falcid. Deci.conſ.527.num.9.Pariſi.
conſ.95.num.3.lib.1. Crauet.conſ.259.n.2.
Becci.conſ.32.nu.12.alios ſciens prætereo.
Vnde cum iuxta iuris communis diſpoſitio-
nem opera,induſtria, & impenſa ſubducēda
ſint à poſſeſſore,conſequenter videtur quod
in his conuentionibus à marito vel illius hę-
15 redibus ſubduci etiam poſsint. † Quoniam
reſpondetur ſubtilius quidem animaduertē-
do huiuſmodi conuentiones fore odioſas &
correctorias diſpoſitionis iuris cōmunis ſe-
cundum quod quod quærit maritus,ſibi quę-
rit & non vxori; ſimiliter vxor ſibi non ma-
rito,vt dixi ex communi q.61.diſpoſitio au-
tem correctoria iuris cōmunis nequit à iu-
re communi interpretationem recipere, eſ-
ſet enim implicare duo contraria,& quia in-
ducta ad vnum finē non poſſunt operari cō-
trariū ad text.in l. legata inutiliter ff. de le-
gat.præſtan.eſt mirabile dictū Bal. in l.ma-
ximū vitium nu.15.C.de libe.præte.Pau. de
Caſt.in l. fina.§. in computatione C.de iur.
delibe.Alexan.conſil.20.n.9.li.1. Ruin.cōſ.
32.n.11.li.3.Deci.in l.nemo.n.5. C.qui te-
ſta.face. poſſ. Meno. qui alios recēſet conſ.
4.n.30.li.1.Neuizan.conſ.95.nu.18.Socin.
conſ.150.n.38.li.2. Et hæc mihi vera vidē-
tur etſi noua, neque ab aliquo animaduerſa
in hac prouincia.
16 Quid † autē dicendum quādo maritus in
aliquib' meliorationes feciſſent in alijs au-
tē eiuſdē mariti rebus & poſſeſsionibus de-
teriorationes affforent, an nulla habita de-
teriorationum ratione poſsit vxor vel illius
hæres pretium petere meliorationum; hæc
itidē quæſtio noua eſt:mihi videtur nō poſſe
vxorem meliorationes petere niſi habita ra-
tione deteriorationum, quia cum ſit ſocia in
vno & in alio itidem ſocia cenſetur ne cum
mariti iactura locupletetur,id enim impium
foret l. ſecundum naturam cum vulgat. de
17 regu.iur. tum quia videretur ſocietas † leo-
nina vt ſolum commodum non autē incom-
modum ſentiret aduerſus tex.in l. ſi nō fue-
rit §. Ariſto. vbi glo. & alij ff. pro ſoci. dixi
quæſtio.65.
18 Tertio † id apertiſsimum eſt ex iuris cō-
munis diſpoſitione ſecundū quā vbi adſunt
meliorationes ex vna parte, & ex altera de-
teriorationes confunduntur adinuicem me-
liorationes cum deteriorationibus, & quod
excedit melioratio deterioratione vel e cō-
trario id tantum habetur in conſideratione
l.domos l.quod ſi nulla de lega.1.Bartol.in
l.ſi negotia ff.de nego.geſt. Bal. in l. ædem
nu.14.C.de locat.Curt. iuni. Simo.de Pre.
Bertazol.& alij quorū dicis veram opinio-
nem ſicut euangelium Caual.deciſ.27.n.77.
ad medium par.2.& iterū deciſio.32.nu.53.
ead.par.2. Pereg.tract.de fideico. artic. 51.
num.78. 79.
Et in his locis ex authoritate aliorū ſubiū-
git,nedum cōmunē procedere vbi in vna &
eadem re cōtingunt meliorationes & dete-
riorationes,ſed etſi in diuerſis rebus,vt ſem-
per fiat confuſio ipſo iure.
19 Porro † poſſet vxor petere meliorationes
qualeſcumque forent ſiue neceſſariæ vtiles,
20 vel voluntariæ,† nam etſi in voluntarijs ſta-
tutum ſit vt eas bonę fidei poſſeſſor deduce-
re non poſsit abradere vero vtique ſine le-
ſione prioris ſtatus l.vtiles de petitio.hęred.
l.in fundo de rei vindica. niſi dominus para-
tus ſit tantum ſoluere quantum abradendo
poſſeſſor habiturus eſſet d. l. in fundo vbi
21 Bartol. † Malefidei poſſeſſor neceſſarias tā-
tum petat vtiles vel voluntarias abradat l.
domum C.de rei vendi. l. idemque §. idem
labeo ff. manda. cum alijs adductis ad hoc
inſtitutum per authores ſuperius citatos &
per Gar. tract.de expen.& meliora. cap.2.à
n.1.in ſpecie tamen propoſita nulla quoad
vxorē diſtinctio fiet, nam cum ſocia effecta
ſit in meliorationibus quęcumque ſint in his
22 partem accipiet, & † cum ad meliorationes
ſine aliqua diſtinctione admiſſa ſit ad om-
nes admiſſa cēſetur argu. l. de pretio de pu-
bli.in rem.actio.cum ſimi.& indiffinita ora-
tio æquipollet vniuerſali l. ſi pluribus de le-
ga.2.l.ſi domus de ſer.vrba.prædio. cū alijs
ad hoc inſtitutum congeſtis per Surd. deciſ.
310.num.8.
23 Præterea † & quia generalis illa aſſociatio
ad meliorationes omnes continet, & nullas
excludit l.1.de lega.1.& idem operatur ac ſi
de ſingulis expreſsio facta fuiſſet Bar.in l.2.
ff.de nouatio.Crauet.conſ.308.n.6.Cephal.
conſ.156.n.22.maxime vbi ſermo generalis
ab homine prolatus eſt, quia nullam recipit
reſtitutionē Bart. in l. generali. §. vxori. de
vſufruct.lega.Ruin. conſ.61.num.15.lib.5.
Rolan.conſ.27.nu.27.lib. 4. pulchre Becci.
conſ.94. num.31.
24 Poſſet & ad † prædicta dubitari quid vbi
maritus feciſſet aliquas meliorationes ſed
tempore reſtitutionis perierūt an earū pre-
tium vel æſtimationē poſsit petere vxor; &
dicendū nō poſſe,contra rationē eſſet certē
& omnimodam æquitatem quod mulier cō-
ſequeretur cōmodum ex his rebus quæ ma-
rito & domino earum perierunt; & aperte
probat tex.in d.l.domos de lega.1.in verbis
quantitatibus ædeficiorum extantibus, &
probat

probat tex.in d. l. in fundo de rei. vindicatio.cum diſponit vt fundus pręcioſior redditus eſſe oporteat propter meliorationes vt dominus eorum præſtare æſtimationem teneatur Bartol.in d.l.in fundo.

His addendum † quod vt plurimũ in his æſtimationibus faciendis attenditur tempus reſtitutionis, id eſt illius temporis, quo rei melioratę ęſtimatio fieri debet,dixi quæſtione antecedenti; cæterum ſi nõ ſunt quia perierũt fruſtra fiet æſtimatio, argu.l.eius,qui cum ſimilibus de reb.credi.vnde in præfata ſpecie vbi res perempta fuit, in qua impẽſæ factæ ſunt & meliorationes,vel vbi ſolę meliorationes interierunt, nullam vxor earum repetitionem intentare poteſt,vt ad inſtitutum, in alio tamen caſu docuit Bartol. in d. l. in fundo num.8.egregie Peregri.tract. de fideico.art.51.num.37.& latius num. 76. & 77. omiſſa illius quoad caſum noſtrum diſtinctione quia non accomodatur.

SVMMARIVM.

1 *Æſtimatores in meliorationibus eligendi.*
2 *Æſtimatores vt eligãt partes intimare Iudex debet.*
3 *Aeſtimatores debent iurare de veritate dicenda.*
4 *AEſtimatores ſi diſcordant iudex eligat.*
5 *AEſtimatores vbi diſcordãt iudex eliget tertium.*
6 *AEſtimatores referre debent aeſtimationem iudici.*
7 *Citari debent partes quando æſtimatores proficiſcuntur ad faciendam æſtimationem.*
8 *Iudex poteſt ſe ex oficio informare de vero valore æſtimationis.*
9 *Iudex poteſt ex oficio æſtimatores nominare partibus non petentibus.*
10 *Actor ſuam intentionem plene probare debet.*
11 *Iudex non poteſt de facto ſuplere probationes partis.*
12 *Iudex poteſt ex officio peritos in arte aſſumere.*
13 *Aeſtimator vnus non ſufficit vbi duo reperiri poſſunt.*
14 *Periti in arte duo ſemper aſſumendi.*
15 *Iudex æſtimatores inſtruere debet,cuius temporis æſtimationem facere debent.*
16 *AEſtimatores cõmunicata prius inter ſe eſtimatione, æſtimationẽ ipſam patefacere debent.*
17 *AEſtimatores de publico deputati compelli per iudicem poſſunt vt aeſtimationem faciant.*
18 *AEſtimatores vt ſuſpecti recuſari poſſunt.*
19 *AEſtimatores vbi quemquam grauant in ſua æſtimatione poteſt appellari.*

QVÆSTIO. LXXIIII.

DE ÆSTIMATORIBVS, ET quid in his obſeruandum ſit.

1 SCIENDVM † autem quod vbi ad æſtimationem huiuſmodi meliorationum deuenitur ea prius ex æſtimatoribus per par-
2 tes deligendis fieri debet, † intimato per iudicem illis vt ſingulos nominent pro parte ſua hæc eſt enim communis practica omnium prouinciarum ſimul & theorica recep-
3 tiſsima; † iurabunt ſe recte æſtimaturos Barto.in l.ſi quis arbitratu num.7. de verb. obliga. Bal.in l.hac ædictali §. his illud per illum tex. C.de ſecun. nupt. Iaſſo. in §.quidam num.78.de actio.Felin.in cap. quia iudicante num.1.de præſ.Deci.latè in ca.propoſuiſti num.15. de probatio.idem Bart. in l. Theopompus nu.7.de dot.prælegat. Bal. Salice.Angel.vbi Cagno.num.258.in l.2.C. de reſ.venditio. Pinel. in eadem l. 2. par.3. cap. final. num.3. Ioan. Garci.tract. de melioratio.& expen.cap. 24. num.18.Matien. in l.7.glo.2.num.1.& 2.tit.11.Dida.Couar. lib.varia.reſolutio.2.cap.13. num.4.

4 Sanè † ſi partes diſcordent in his eligẽdis iudex eliget. Sic Bartol.in l.3. ad finem. C. de pigno.Bal.in d.l.2.de reſcin.vendi.n.25. Cagno.num.259.Decius in d. ca. propoſuiſti num.13.Iaſſ.in l.iusiurandum & ad pecunias §.qui iusiurandum nu.6. ff.de iur.iuran. Felin.in cap. ſuper quæſtionum num. 11. de offi. delega. Pinel. in loco ſupra citato, & probat text. in l. in venditione ff. de bon. autho.iudi.poſſ.

5 Sed etſi † à partibus nominati æſtimatores in æſtimatione diſſenſerint iudex ex officio tertium eliget l. item ſi vnus §. fina. ff. de arbit.ſic relati interpretes ſupra.

6 Hi † vero æſtimatores à partibus aſſumpti æſtimare omnia debent, & iudici eandem referre ęſtimationem. Barto.in d.l.2. n.20. ibidem Bal.Pau.de Caſt.& Cagno. nu.258. C. de reſ. vendi.& ſecundum peritiam artis ſuæ proprium declarabunt iudicium cũ iuramento vt antea dixi. cap.fraternitatis vbi omnes canoniſtæ de frig.& malefi. Panor.in d.ca.propoſuiſti vbi alij Iaſſ. in l. admonendi num.237.de iur.iuran.

7 Citari † autẽ debent partes quando æſtimatores proficiſcuntur ad vidẽdum locum, in quo æſtimatio fieri debet Barto.in d. l. Theopompus Cagno, qui alios in d. l.2.nu. 262.Dida.d.cap.13.num.5. verſi. Nona ſit concluſio, qui multos poſt Bart. in hanc adduxit opinionem.

8 Porro † poſſet Iudex ex officio ſi vellet informarę

formace ſe de valoce,& iuſta eſtimatione ab
hominibus pecitis,dũ ramẽ nõ adimatur ius
nominãdi & eligẽdi æſtimatores partibus,ꝙ
eis à iure cõceditur vc ſupra dixi ; ſed id po-
teſt facere iudex ad ſciendũ magis rei veci-
tatẽ & conformandũ ſuã opinionẽ cũ dictis
aliorũ æſtimatorũ à partib⁹ electorũ Bart.in
l. ſi quod ex Pamphila de legat.2.Socin.cõſ.
115.n.4.li.2.Purpura.cõſ.31.n.9. Ex noſtris
quidam Ferre.qui vc plncimũ ſine lege , ſine
authore,& ſine racione loquitur, in ſuis ob-
9 ſeruancijs 1.par. ca.323. & his addo † poſſe
iudicẽ ex officio prædictis æſtimatoces no-
minare etiã partibus nõ petẽtib⁹, idẽ Bart.
in d.l.2.C.de reſ.vẽdi.Guid.Pap.deciſ.221.
ad finẽ ea catione citati interpretes ducũtur
quia huiuſmodi cognitio magis in artis pe-
ritia quã in ceſtiũ ſenſu corporeo conſiſtit.l.
1. §. 2. ff.de ven.inſpi.l.fina.C.de iur.doti.
impe. d.l.hac ædictali §.his illud : Et licet
Angel.Acecin.in §.curare inſtit.de actio.cõ-
trariã tenuerint aduerſus Bart.in d.l.ſi quod
ex Pamphila de lega.2.& alios nunc citatos.
10 Quia inquit † actoc debet ſuã intẽcionẽ ple-
ne pcobare alioquin ceus venit abſoluendus
l.qui accuſare cum vulga.C.de ęden.& Bal.
ſibi met vt ſolet contrarius in d. l. ſi quod
ex Pamphila.Salice.in d.l.2.C. de reſ.vẽdi.
11 Qui alia vtituc cum nũc relatis racione ; † ꝙ
ſcilicet non debeat iudex de facto ſupplere
probationes pro actore rub.& li.1.C.vt quę
deſun. aduoca. par.ſuperioc camen opinio
Bar. cõmunis eſt & æqua quã & tenet Fran.
Mac.deciſ.485.n.42.43.1.pac.nõ enim vere
ſupplece dicitur iudex actoris probatinnem
quãdo quicquã facic vt caucius eruat verita-
tem; tunc maxime cum non ſecundum ſuam
peritiam, ſed ſecundum peritorũ in atte iu-
dicium ſententiam ferre cenetuc.
12 His addendũ † ꝙ hac ipſa perpẽſa ratione
poceſt iudex ex officio pro ſua informatione
agrimẽſores,& pericos in arte mittece ad lo-
ca,de quibus controuerſia eſt partiũ expẽſis.
l. ſi Irruptionis in fine ff.fini.regun.oẽs in d.
ca.pcopoſuiſti de ꝓbatio.Frã.Mar. d.deciſ.
485.n.39.1.par.Beco.conſ.144. n. 54.lib.3.
13 Nõ autẽ † ſufficiet in prædictis caſibus vnũ
æſtimatorem eligece ſi duo tepetici poſſunt
Crem.in d.l.2.de reſ.vẽdi.n.296.Pinel.ibi-
dẽ 3.par.ca.fin.n.5.ex tex. in §. quid autẽ in
auth.de non alien.reb.Eccleſ.per quem tex.
generalẽ prodidit traditionẽ Bart. in l. 1. §.
14 fina.ff.de verb.oblig. † quod vbi peritorũ in
arte indicio ſtãdũ eſt, debent adhiberi duo
ſi reperiũtur in loco, vbi ſeqnũtur Alex.Iaſ.
n.11.Alciat.& oẽs Deci. in d.ca.propoſuiſti
nu.10.Matien. qui alios in l.1.glo.2.nu.21.
titul.11.Gomeſ.lib.reſolu. 2.cap.10.nu.5.
Ioan. Garci. de expen. & meliora. cap.24.
num. 20. neque aliquis diſſentit.
15 Porro † iudex aduertece debet in huiuſ-
modi ęſtimationibus ęſtimatoribus ipſis cu-
ius tẽporis æſtimationẽ facere debeant , an
pręteriti quo ædificiũ factũ eſt,an pręſentis,
vel an ęſtimace debeãt valorẽ lapidũ, laterũ,
& aliorũ,quæ in ędificio ſunt in abſtracto vel
in concreco vt dicebat Bal.recucrẽdo ad ea,
quæ de hac ęſtimatione faciẽda quoad inſti-
tutũ noſtræ materię dixi ſupra quęſt.69.quia
in æſtimatione aliarum cerũ, quæ in ceſtitu-
tione veniũt vt à bonæ vel malę fidei poſſeſ-
ſore aliud ius obſeruandum eſt vt ibi dixi.
16 Æſtimationẽ † autẽ faciant cõmunicato in-
tec ipſos ęſtimatores negotio, neque vnus de
perſe ſine alio;cũ etſi poſsit quiſque libere
dicete quid ſentiat,præcedere tamẽ promiſ-
cua communicatio debet,cũ poſsit vnus al-
terum in ſuam trahere ſententiam argu. l. ſi
in tres cum l. ſequent. ff. de arbit.
17 Et vbi † æſtimatores de publico deputati
ſunt cogi per iudicẽ poſsũt ſi nollint ęſtima-
re vt id faciãt.Bart.in l. 1.§.citra cacnis ff.de
offi.præ.vrb.Bal.Salice. & Alex.in l.inuitus
ff.de procurato.Garci.d.ca.24.n.26.& idem
eſt vbi de publico non eſſenc deputati , ſed
partes eos nominarent niſi ex iuſta canſa id
facere recuſarent,vt probe aduerſus Carol.
Moline.ſentit Garci.d.ca.num.26.
Cæterũ æſtimatores vel tertius in caſu diſ-
cocdiæ per iudicẽ nominatus,aut vbi de pu-
18 blico deputati focent , † poſſunt vt ſuſpecti
recuſari;vel etiam quia imperici in ea arte;
debet enim æſtimatio à nõ ſuſpectis fieri §.
ꝙ autẽ in verbis,& nõ ſuſpectis, in authẽ.de
non.alienã.& à peritis d.§.ꝙ autẽ cũ alijs ſu-
pra citatis.Garci.d.ca.nu.27. in verſ.Quini-
19 mo. † Qnod ſi æſtimatores in ſua relatione
grauauerint licita erit appellatio; verũ ſi ex
focma ſentẽtiæ conſtet pronunciatũ fuiſſe ꝙ
cõformi æſtimatorũ indicio relatũ fuerit id
exequatur, & appellatio ſubſequẽs etſi ad ſu-
periorẽ negotiũ deuoluat executionẽ tamen
nõ impediet.iuxta textũ ſingularẽ in l. inſtar
C.de iur. fiſc.& probat idẽ Garci.d.ca.n.28.
Quãquã hæc in practica in hac prouincia non
recipecẽtur apud tribunalia inferiora à Sa-
cco Senatu, quia appellatio regulariter ſem-
per deuoluic , nec curarecur an in ſententia
dicta clauſula incerta fuiſſet.

SVMMARIVM.

1 *Mulier que ex ſocietate inita cum marito ac-quiſiuit, an teneatur reſeruare filijs prioris matrimonij.*

2 *Mulier que ex pacto & cõuentione quærit te-netur reſeruare filijs prioris matrimonij.*

3 *Quarta que debetur vxori ex diſpoſitione authen. preterea C. vnde vir. & vxo. re-ſeruanda*

ſeruanda eſt filijs prioris matrimonij.

4 *Mulier quæ ex lucro ſtatutario vel ex cõſuetudine acquirit tenetur reſeruare filijs prioris matrimonij.*

5 *Mulier quæ ex ſocietate inita inter virum & vxorem acquirit non tenetur reſeruare filijs prioris matrimonij.*

6 *Mulier quæ acquirit ex ſocietate titulo oneroſo lucratur.*

7 *Mulier renunciare poteſt lucris ex ſocietate prouenientibus.*

QVÆSTIO. LXXV.

BONA AB VXORE QVÆſita ratione huiuſmodi conuentionis, an reſeruanda ſint filijs prioris matrimonij, nec ne in vim l. hac edictali C. de ſecundis nuptijs.

1 EGREGIA † ſanè & quotidiana ſe offert quæſtio an vxor quæ acquiſiuit ex hac aſſociatione emptionũ & meliorationũ teneatur ſecũdo nubẽdo reſeruare filijs prioris matrimonij; nam vt video in his locis vbi hic conuentionis modus viget in contractu matrimonij; multi paucis ab hinc annis dũ cõtrahunt matrimoniũ paciſcuntur expreſsim quod vxor ſecundo nuberis teneatur hæc lucra reſeruare: videamus an poſsit cautela nũc videtur itaq; dicendũ mulierem teneri reſeruare ex ſequentibus.

2 Primo † quoniam & ea lucra quæ ex pacto vel cõuentione quærũtur vni ex coniugibus reſeruãda sũt liberis prioris matrimonij auth. vxore C. de ſecun. nup. Bart. Bal. Angel. Rip. & alij omnes in l. fœminæ C. de ſecun. nup.

3 Secundo † id ipſum cõfirmat text. in auth. præterea C. vnd. vir. & vxo. is enim textus in fortioribus terminis loqnens iu quarta ſcilicet debita vxori inopi ex legis prouidẽtia, ea enim per tranſitum ad ſecũda vota reſeruatur filijs prioris matrimonij: nam & lucrũ quod ab ſtatuto defertur eodẽ modo reſeruatur, tamquam tacitè voluerint à principio cõiuges ſe conformare cum diſpoſitione legis ſtatutariæ vt cenſuit Barto. & alij in l. hæredes mei §. cum ita ad S. C. Trebellia. fuſè qui alios Surd. deciſ. 322. num. 55.

Tertio probat tex. in d. l. fœminæ illis verbis, Quicquid nuptiarũ ſolemnitate perceperint, &c. Quę ſanè verba apertè ad lucra quę ex conuentionibus hiſce matrimonialibus proueniunt diriguntur.

Quarto probat & tex. in l. generaliter C. de ſecun. nupti. in verbis, quæ de bonis mulieris ad eum deuoluta ſunt, quæ niſi ad conuentionem ſic motam referri poſſunt.

Quinto iuuat §. ſi vero expectet in auth. de nupti. in verbis, omnis eam deſerit proprietatis modus in his quę ad eam ex priori cõiuge venerunt, & in §. quia vero lucra, in verbis, quęcumque lucrati fuerunt ſiue per dotis, vel ſponſalitiæ largitatis occaſionem.

4 Sexto † vt antea dixi, nedum in lucris quę conuentione vel pactis celebratis in matrimonio quęruntur, fit reſeruatio, ſed & in his quæ ex diſpoſitione ſtatutoria vel (quod proprius pertinet ad caſum quæſtionis noſtræ) conſuetudine alteri ex coniugibus quærũtur vt ſi cõſuetudine fieret vt apud Gallos quod mulier medietatem lucraretur eorum quæ maritus in vita acquiſiuit; & hanc dixit communem & veram ſentẽtiam in terminis ſtatuti & huiuſmodi cõſuetudinis Nicol. Boer. deciſ. 185. vbi & ſcripſit ſic fuiſſe iudicatum per tres conformes ſententias, & in terminis ſtatuti Roman. in l. ſi cum dotẽ in principio ff. ſolut. matrim. Pau. de Caſt. in l. 2. ff. ſolut. matrim. Alexan. & Iaſſ. in l. fina. C. qui teſta. face. poſ. Cremen. ſingul. vltimo Arelata. qui communem in d. l. generaliter n. 49. Ioan. de Garro. in auth. ex teſtamento nu. 56. Ruin. conſ. 101. lib. 1. Alciat. de verb. ſigni. lib. 1. nu. 34. Caſſan. Dida. Couar. Pinel. Bertran. Socin. & Pala. Rub. quos citat & ſequitur Matien. in l. 6. glo. 2. n. 3. li. 5. titul. 9. vbi & communem dixit & præter relatos idẽ cenſuerunt Corne. Segur. & Hieto. Grat. quos ſolos refert & probat Ioan. Garci. tract. de coniugal. acqueſ. nu. 8. Ex his videtur lucra meliorationum ex cõuentione habita reſeruari debere filijs prioris matrimonij vbi mulier ad ſecunda tranſit vota.

5 Contrarium † tamen verius eſt nihil ſcilicet huiuſmodi lucrorum reſeruandum fore filijs prioris matrimonij: vna ratione iuuatur hęc opinio irrefragabili, & qua omnia ſupra adducta in cõtrarium diſſoluuntur hæc ipſa eſt; quoniam quæ vxor acquirit in vim huiuſmodi conuentionis ex illius induſtria, opera, & diligentia quam præſtat in conſeruandis vel augẽdis bonis mariti, & proprijs ratione ſocietatis initæ inter eos lucratur, vxor enim vti ſocia effecta laborat in acquirendo & lucrando, quod niſi ſocietas inita foret præſtare de iure non cogeretur vt dixi

6 quæſtio. 61. hac ſectione, vnde † quod ipſa lucratur non titulo lucratiuo ſed oneroſo conſequitur, proinde vti proprium effectũ non reſeruatur filijs prioris matrimonij: Atque in hunc modum intelligenda ſunt iura omnia & traditiones ſuperius relatę quæ de acquiſitis titulo lucratiuo loquuntur, non de his quæ titulo oneroſo, quemadmodum ex Gallicis in conſuetudine illa lucrorum inter virum & vxorem ſcripſit Arnol. in conſuetu.

Digitized by Google

confuetu. Burde. §. 9. ad finem Caſſan. in conſue. Burgun. rub. 4. §. 2. num. 6. Carol. Molin. in conſuetu. Pariſien. §. 25. num. 1. & 2. Guilier. Benedic. in cap. Raynuncius in verbo & vxorem nomine Adelaſiam nu. 788. de teſta. Ex noſtris vero Dida. Segur. in l. 3. §. fina. de libe. & poſthu. & in tract. de bon. conſtan. matri. acqui. Pala. Rub. in rub. de denatio. inter virum & vxor. §. 50. num. 35. Grego. Lop. in l. 55. glo. in verbo comunamente titul. 5. par. 5. Dida. Couar. lib. 3. varia. reſolutio. cap. 19. nu. 2. idem Dida. in Epito. de ſponſa. 2. par. cap. 3. §. final. num. 8. Anto. Gomez. in l. 50. Tauri num. 56. Baeca. tract. de non melioran. cap. 11. Eman. Acoſt. in cap. ſi pater de teſtam. in 6. par. 1. in verbo legauit, nu. 35. Telli. Ferdinan. in l. 14. Tau. Ioan. Garci. tract. de expen. & meliora. ca. 13. num. 14. idem Gar. tract. de coniugal. acqueſ. num. 4. Pinel. in l. 1. par. 1. nu. 37. & in l. final. num. 2. C. de bon. mater. Matien. in l. 6. glo. 2. num. 2. titu. 9. lib. 5. ex Iralis Ripa. in dict. l. fœminæ num. 43. & 45. C. de ſecun. nupt. vnde caute faciunt hodie viri contrahentes matrimonium, & vxores ad huiuſmodi lucra aſſociantes, qui curant & expreſsim paciſcuntur, vt coniunx lucra emptionum & meliorationũ filijs prioris matrimonij ſecundo nubendo reſeruare teneatur. Quemadmodum enim illud pacto efficitur ſic contrario pacto diſſolui poteſt, ad text. in regula nihil tam naturale cum
7 vulgat. de regu. iur. † quinimo vbi ex lege ipſa vel conſuetudine huiuſmodi lucra deberentur vxori, poſſet his illa renunciare iuxta glo. in cap. 2. de dona. inter virum & vxor. vt poſt Ioan. Fabrum, & alios docuit Rodri Xuar. in l. 1. titul. 3. *de las ganancias*, limi. 1. & ante ipſum Pala. Rub. in repe. rub. de donatio. inter virum & vxor. §. 63. num. 1. Anton. Gom. in l. 60. Tau. Caſſan. de cõſuetudine Galliæ loquens in conſuetu. Burgun. rub. 4. §. 2. glo. in verbo. acqueſte num. 15. limi. 4. Matien. in l. 9. glo. 1. n. 1. titul. 9. lib. 5.

SVMMARIVM.

1 *Inuentarium vtile eſt maritis conficere ante contractum matrimonium in his locis, in quibus fiunt aſſociationes inter virum & vxorem.*
2 *Mulier an conſequatur partẽ in prædio empto ex pecunia, quam maritus tenebat ante contractum matrimonium.*
3 *Res empta ex pecunia mariti ſubrogatur in locum pecuniæ.*
4 *Rodrici Xuares opinio.*
5 *Hiſpanorum vlterioris Hiſpaniæ opinio.*
6 *Mulier partem conſequitur in emptionibus, quas voluntarie facit maritus ex pecunia quam habebat ante contractum matrimonium.*
7 *Caſſanei opinio.*
8 *Hæreditarium dicitur quod ex hæreditate fuit acquiſitum.*
9 *Pecunia ex re feudali vendita non ſubrogatur in illius locum.*
10 *Hæres ex pecunia hæreditaria emens ſuo proprio nomine ſibi acquirit nec res illa in fidei commiſſum venit.*

QVÆSTIO. LXXVI.

RES A MARITO EMPTAE conſtante matrimonio ex ea pecunia quam maritus ante contractum matrimonij propriam habebat, an veniant cum vxore communicandæ.

1 IN his locis † in quibus in hac prouincia cõuentio, de qua agimus in vſu eſt, crediderũt multi optime facturos maritos, ſi ante matrimonium repertorium conficiant rerũ omnium, quas poſsident, quod in regnis Caſtellæ vtiliſsimum fore dixerũt Pala. Rub. de dona. int. vir. & vxo. §. 60. ad finem Matien. in l. 1. glo. 2. num. 2. titul. 9. lib. 5.
2 Subinde † inferunt ex noſtris huius regni iureperitis aliqui quod ſi maritus centum habebat ante contractum matrimonij, & poſt cõtractum illico emat fundum, vel prædium, mulier nullam vendicare partem poſ-
3 ſet ratione dictæ conuentionis; † quia inquiunt pecunia erat mariti propria ante matrimonium, & res empta in pecuniæ locum ſuccedit, proinde vti propria in communione non veniet: Huc pertinet quod res ſubrogata eſt eiuſdem iuris cum illa in cuius locum ſubrogatur argu. l. ſi eum §. qui iniuriarum ff. ſi quis cautio. l. filiæ §. Titia cum vulgat. de condi. & demonſt. Et in terminis probat tex. in l. ſi donatæ res §. ſi ſpõſus vbi Bald. ff. de donatio. int. vir. & vxo. Sic & pretium ex re hæreditarla hæreditarium dicitur vt multis oſtendit Ioan. Gall. in areſti. Galliæ. quæſt. 1. a num. 1. latiſsimè, qui ad vtramque partem diſputat Tiraq. tract. de retract. ligna. §. 32. glo. vnica num. 10.
4 Opinio hęc iuuatur † traditione Rodri. Xuar. in l. 1. titul. 3. verſ. Secundo limita nu. 25. docuit is inibi quod ſi ex pecunia propria vir emerit conſtante matrimonio rem aliquam, dum conſtet de ſua pecuna emiſſa,

res

res omnino efficietur illius citra onus communionis cum vxore ſua ineundæ.

5 Secundo † eadem opinio fulcitur ex his quę tradiderũt aliqui ex interpretibus Regnorum vlterioris Hiſpaniæ; exiſtimarunt ij maritum conſtante matrimonio fundum cõparantem ex pecunia venditionis fundi proprij quæſiti ante contractum matrimonij, ita eum ſuum facere vt illius pars nullatenus ad vxorem pertineat, quamuis iuxta leges regias Regni fructus ſint futuri communes. ſic enim docuerunt Montal. Rodri. Xuar. Ciſuen. Pala. Rub. Matien. Tiraq. & alij quos refert Gutier. libr. 2. pract. quæſtio. 117. num. 2.

6 Contrariam † ſententiam veriorẽ eſſe in caſu noſtro exiſtimo vt etſi vir ex propria ante contractum matrimonium pecunia fundum poſt illud contractum emerit, vt in hac emptione pro parte vxor admitti debeat: ea moueor ratione, quod cum maritus vxorem in emptionibus aſſociauerit, voluntarie emẽdo de pecunia propria, vltro voluiſſe videatur vxorem ad partem admittere, maxime vbi nullam adhibuit proteſtationem, quod de pecunia propria emebat; cenſetur enim eo ipſo communicata: ſic tenuerunt aduerſus Rodri. Xuar. Hiſpanici interpretes quales Palac. Rub. quem refert & ſequitur Gutier. in dict. quęſ. 117. nu. 2. ad medium; eandem opinionem ſequitur aduerſus prædictũ Xuar. Matien. in l. 2. gloſ. 2. num. 6. titul. 9. lib. 5. Ioan. Garci. tract. de acqueſ. coniugal. num. 63.

Secundo confert in huius ſententię tuitionem text. expreſſus in l. coiri, in verbis, *ſi quod lucrum ex emptione, venditione, locatione, conductione, &c.* ff. pro ſoci. quem textum ad id expendit Boeri. in conſuetud. Bituricen. tit. de conſue. dotierij §. 2. verſic. Et per prædicta idem videtur; vbi & aſſerit ita de facto obſeruari: eandem opinionẽ ſequitur Caſſa. in d. rub. 4. §. 2. verbo. acqueſt. num. 6. licet inibi aliqualiter videatur dubi-
7 tare; & dicit † ſibi videri tutius vt cum maritus emit de proprijs ſui patrimonij pecunijs, quod declaret in præſentia iudicis ſe velle rem illam emptam de ſua ſubſtantia in proprij patrimonij locum ſubrogari, quã alias non emiſſet: Cæterum tex. in d. l. coiri quem expreſſum dixit Nico. Boeri. euitari poteſt; cum intelligatur in emptione, quę fit conſtante ſocietate de pecunijs communibus non de proprijs: quinimo ita intelligendus eſt vt conueniat titulo: & ſecundũ hunc intellectum parum iuuat prædictam opinionem, quam tamen veram credo ex ſupra adducta ratione; cum videatur maritum emendo nulla præcedente proteſtatione, voluiſſe vxorẽ in ea emptione tacite aſſociare; nam & ſocietas nedum expreſſis verbis, ſed & tacite ex pleriſq. actibus præſumitur, quemadmodum poſt Barto. & alios multos ſcribit Menochi. pręſump. 56. a num. 1. lib. 3.

8 Non obſtant † nũc adducta ſupra in contrariũ nam quod hæreditarium dicatur quod ex hęreditate acquiſitum fuit perpetuũ non eſt, vt multis citatis à Tiraq. in d. §. num. 10. conſtat, quinimo prætium non ſuccedit loco rei niſi in vniuerſalibus non ſic in particularibus l. qui vas §. fina. ff. de fur. l. labeo §. ſabinus de verb. ſignifi. cum alijs ad hoc inſtitutum citatis per Molin. de Hiſpa. primo. li.
9 4. cap. 4. nu. 24. 25. † ita ſit vt re feudali vendita prætiũ illius loco non ſubrogetur quemadmodum poſt Afflict. & alios Moli. ſcripſit dicto loco vbi & idem cenſuit in re maioratus vendita, niſi in certis caſibus quos ille
10 ſua diſtinctione conciliat. Sed † & in rebus fideicõmiſſo ſubiectis, vbi hæres ex pecunia hæreditaria quidquam ſuo nomine emit, nõ efficitur fideicommiſſi l. poſtulante §. ſed & in huiuſmodi ff. ad S.C. Trebell. ex pecunia enim aliena emptum noſtrum eſt. l. ſi vt proponis C. de rei vindi. vt hæc & alia his ſimilia egregia diſtinctione adhibita nouiſſime docuit Peregrin. tract. de fidei. articul. 44. a num. 28. cum ſequent. multis.

Non obſtat ſecundum, cui ſecundum vlterioris Hiſpanię leges ſatisfacit Gutier. in d. quæſt. 117. num. 3.

SVMMARIVM.

1 *Noua quæſtio an vbi vxores ſolent ad lucra admitti, admittantur, ſi nihil exprimatur.*
2 *Regula, ſi voluiſſent dixiſſent, in hoc lucro vrget.*
3 *Sententia affirmans verior.*
4 *Factum præſumitur id, quod conſuetum eſt.*
5 *In locationibus ea veniunt, quæ conſuetudine præſtari ſolita ſunt.*
6 *Idem in conductionibus vectigalium.*
7 *In agrorum cultura conſuetudo etiam attenditur.*
8 *Si inſtrumenta nuptialia facta non apparerent ex ſolito iudicabitur vxorem ad lucra admiſſam.*

QVÆSTIO. LXXVII.

AN SI IN CONTRACTV matrimonij coniuges admitti ſoleant ad lucra, ſi dictum nihil ſit nec conuentum, an eo ipſo coniux admiſſa cenſeatur.

NOVA

1 NOVA quæſtio eſt à nullo † tra-
ctata, videtur coniugem admit-
ti ad lucra mariti nõ poſſe, cum
enim conuentiones ſint iuris
ſtricti & ſtricte interpretandę l.
quidquid aſtringendæ de verbo. oblig. cum
vulga. conſequẽter omiſſum pro omiſſo ha-
beatur, conijciendum noluiſſe contrahentes
quãdo loquuti nõ ſunt voluiſſe ad lucra vxo-
2 rem admittere, † quoniã ſi voluiſſent dixiſ-
ſent l.v. §. ſin autem C. de cadu. Tollen. in
verbis, *nam ſi teſtator contrarium volebat,
nulla erat difficultas illud exprimere* : cum
alijs congeſtis per Pedroch. conſil. 30. num.
31. Honde. conſi. 37. nu. 32. lib. 3. cum mul-
tis ab his citatis.

Contrariam exiſtimo veriorem ſuppo-
ſita enim conſuetudine recipiendi vxores
ad huiuſmodi lucra, eo ipſo cenſetur ma-
ritum, niſi aliud conuenerit, admittere
vxorem ad ea ſicuti ſolent cæteri mariti in
3 ea regione. Sic in terminis † augmenti, do-
tis, ſiue donationis propter nuptias, quod
in Cathalonia noſtra eſt pręcipue notan-
dum, docuit Gallau. ad conſil. Alexand. in
4 verbo. viginti, numer. 32. factum enim †
præſumitur id, quod conſuetum eſt, ſecun-
dum traditionem Bald. in rubrica C. de
fi. inſ. numer. 8. Bartol. Alexan. Felin. qui
multis ornat in cap. cum M. Ferrarienſis nu-
mer. 3. de conſ. Palac. Rubeus. Nat. & alij
quos refert Surd. conſil. 164. numer. 24.
li. 2. & in terminis eiuſdem augmenti idem
Surd. dict. conſil. numer. 33. citans Galiau.
& alios.

5 Sic reſpondit Cæphal. † conſil. 144. lib.
2. numer. 22. ea in locationibus venire, quæ
conſuetudine pręſtari ſolita ſunt, etſi nihil
dictum ſit, vbi multa ſcripſit.

6 Id ipſum in † conductionibus vectigalium
ſcripſit Burſa. poſt multos à ſe relatos con-
ſil. 190. num. 24. lib. 2.

7 Et in agrorum † cultura conſuetudo at-
tendenda etſi nihil ſit expreſſum, l. ſi merces
§. conductor vbi Barto. ff. loca. & coacerua-
uit multa de ſolitis fieri vt facta cenſeantur
licet nulla adiecta conuentio ſit, Carocl.
trac. de loca. ſub rubrica de obliga. Quęſtio.
4. verſic. Principalis materia, & verſic. Seq.
vbi de ſolitis agit.

8 Extenditur † traditio ſuperior vt pariter
procedat quando fuiſſent confecta inſtrumẽ-
ta nuptialia, & non apparerent; quia deper-
dita, ex ſolitis enim æſtimandum foret vxo-
rem ad lucra admiſſam fuiſſe ex eiſdem tra-
ditionibus ſupra citatis: & tetigit hunc ar-
ticulum Cancer. noſter in ſuis reſol. li. 3. ca.
7. num. 168. qui inibi alia adduxit, quę vi-
denda.

1

SVMMARIVM.

1 *Diuiſio bonorum inter hæredes qualiter ſiat inita ſocietate inter virum & vxorem.*
2 *Lucrum non dicitur niſi deducto damno.*
3 *Mulier inita ſocietate tenetur ſoluere dimidium eorum, in quibus maritus fuit obligatus.*
4 *Mulier conueniri poteſt ob debitum mariti in ſocietate contracti.*
5 *Dos promiſſa à patre filiæ ſolui debet de bonis communibus in ſocietate acquiſitis.*
6 *Dotatio filiorum ad ſocietatem contractam inter virum & vxorem ſpectat.*
7 *Damna & commoda communicanda in ſocietate.*
8 *Ratio communis improbatur.*
9 *Textus in §. ſed & quidem vetuſtas inſtitu. de exhere. libe. nouo ſenſu percipitur.*
10 *Pater filiæ dotem promittens de bonis proprijs promittere cenſetur.*
11 *Pater dotans filiam tam de bonis maternis quam paternis adhuc de bonis proprijs dotare filiam cenſetur.*
12 *Pater dotans filiam & dicens ſe eam dotare de bonis proprijs filiæ & ſuis, cenſetur de proprijs dotare.*
13 *Mulier an teneatur ſoluere de bonis lucratis partem fideiuſſionis, quam maritus fecit conſtante matrimonio.*
14 *Fideiiubens ſua dicitur abuti ſubſtantia.*
15 *Minor fideiubens eo ipſo læſus probatur.*
16 *Fideiiuſſionis actus meritorius apud Deum.*
17 *Lucrari dicitur is, qui ſuum adimplet deſiderium & voluntatem.*
18 *Mulier non tenetur ſoluere ex lucratis in ſocietate ea, quæ maritus debet ex fideiuſſione.*
19 *Mulier an habeat partem in emptione facta per maritum ante contractum matrimonij, vbi ſolutio ſit conſtante matrimonio.*
20 *Principium diſpoſitionis regulariter attenditur.*
21 *Diſpoſitio regulatur ſecundum principium illius.*
22 *Principium dicitur potiſſima cuiuſque rei pars.*
23 *Opinio authoris qualis.*
24 *Mulier an conſequatur partem rei quam maritus vendiderat ante contractum matrimonium cum pacto de retrouendendo, ſi poſt conſtante matrimonio vſus fuit dicta facultate.*

Redimens

25 *Redimens fundum in vim pacti de retrouendendo vere emere dicitur.*
26 *Mulier an poſsit partẽ petere in ea rei emptione, quæ partim vẽdita fuit partim donata.*
27 *Clauſula & ſi quid plus valet dedit, &c. Quid operetur.*
28 *Donata ſocio non communicantur.*
29 *Societas ſimpliciter contracta tantum extenditur ad adquiſita titulo oneroſo.*
30 *Mulier in diuiſione bonorum non tenetur imputare ea, quæ maritus ludendo vel meretricando alienauit.*
31 *Ludentes & meretricantes in culpa eſſe dicuntur.*

QVÆSTIO. LXXVIII.

DIVISIO BONORVM IN HISCE conuentionibus quomodo facienda ſit, & aliæ plures quæſtiones ad dictam diuiſionem pertinentes enucleatæ.

1 HAC finiam † quæſtione conuẽ-
tionis de qua in hac ſectione
agimus materiam; ſufficit enim
præcipuas adduxiſſe quęſtiones
& frequentiores magis, quod vt
dixi quæſt. 60. & 61. in paucis tantũ locis hu-
ius vaſtiſsimi principatus tales conuentio-
nes in vſu ſint. Sciendum igitur diuiſionem
bonorum ita fieri debere inter hæredes vi-
ri & vxorem, aut eiuſdem hæredes, vt prius
deducendę ſint expenſæ omnes in huiuſ-
modi emptionibus & meliorationibus fa-
ctæ; rurſus damna & alia, quæ patrimonij
communis ſubſtantiam minuunt; quemad-
modum enim lucra communia ſunt, ſic &
damna communia eſſe oportet, & actione
pro ſocio pro dimidia parte exigi poſſunt
l. cum duobus §. quidam ſagariam l. fratres
§. ſi quis ex ſocijs ff. pro ſoci. l. ſi merces §.
2 vis maior ff. locat. lucrum † enim non dici-
tur niſi deducto damno l. 3. ff. de in rem ver-
ſicu. l. ſed ſi adijciatur l. mutius vbi Barto.
3 & alij ff. pro ſoci. Ad † vxorem itaque ſpe-
ctat dimidium ſolnere eorum, quæ vir etſi
4 ſolus contrahendo obligatus eſt; quinimo †
& vxor ſola poſſet inſolidum conueniri ob
partem illam contingentem. l. omne æs
alienum cum l. ſequenti ff. pro ſoci. Palar.
Rub. in rubri. de donatio. iur. vir. & vxor. §.
66. num. 2. cum ſequen. Segu. tracta. de bon.
conſ. matri. acqui. num. 6. vbi addentes ad
eum Dida. Couar. lib. 3. varia. reſolutio. cap.
19. num. 3.
5 Ex his † multa inferuntur ſingularia. Pri-
mo infertur dotem promiſſam à patre filiæ,
quę nuptui traditur vel donationem propter
nuptias filio contrahenti matrimonium, ſol-
uendam eſſe ex bonis communibus vbi ac-
quiſita reperiuntur; cenſetur enim promiſiſ-
6 ſe de bonis ex cõmuni ſocietate † cõtractis,
quaſi onus dotandi filios & filias ad ſocieta-
tem pertinere videatur; Rationem reddide-
runt interpretes inferius citandi, quoniam
obligatio dotandi filios contracta fuit conſ-
tante matrimonio, & eſt veluti quoddã de-
bitum naturale cum legali iure coniunctum
d. l. qui liberos cũ ſimilibus de Rit. Nuptia.
debita autem conſtante matrimonio & con-
ſequenter ſocietate contracta ante omnia
exolui debent de lucris communibus vt ſu-
pra dicebam, ita ſit vt pater promittendo de
his bonis non de proprijs promiſiſſe cenſea-
tur, id quod legib⁹ vlterioris Hiſpaniæ ſanc-
7 citum fuit; Neq. † à regulis abhorret iuris, cũ
damna & commoda inuicem ſint communi-
canda l. ſi non fuerint §. Ariſto. cum alijs in
principio adductis ff. pro ſoci. vnde & inter-
pretes Hiſpanici ſic cenſuerunt circa leges
illas, quę vt dixi quęſtio. 60. & 61. illico con-
tracto matrimonio cõmunionẽ bonorũ ip-
ſo iure inducunt, ſic poſt Pala. Rube. & Dida.
Segur. reſoluit egregie Dida. Couar. li. 3. va-
ria. reſolutio. ca. 19. nu. 3. & poſt eum ſequuti
ſunt Auto. Gomez. Grego. Lop. & Montal.
relati à Matien. in l. 3. gloſ. 7. num. 7. titul. 9.
Ioan. Gutier. lib. practi. quęſtio. 2. quæſtio.
125. à nu. 1. cũ ſequen. Ioan. Garci. etſi nullo
relato & paucis verbis tract. de cõiu. acqueſ.
num. 150. idem videtur dicendum in ſocie-
tate ex conuentione inita inter maritum &
vxorem, cũ eadẽ ipſa ratio in pacto militet,
quę in legibus vel conſuetudine hanc cõmu-
8 nionẽ inducentibus. Verum † ſuperior ratio
non omnino ſatisfacit, dicere enim debitum
dotandi fuit contractũ conſtante matrimo-
nio non ſufficit vt ex eo pater dotẽ promit-
tens de cõmunibus, non de proprijs promi-
ſiſſe cenſeatur, quoniã & hac ratione attenta
idẽ eſſet in cæteris ſocijs, qui vir & vxor non
eſſent; pluſquã rediculum autẽ foret affirma-
re ſocios vnius ſocietatis teneri ad dotatio-
nẽ filiorũ alterius ſocij: vnde ſuperior ratio
explicãda eſt, quod ſcilicet debitũ fuerit cõ-
tractũ durante matrimonio, & ambo vir &
vxor ſocij ſuo quiſq. facto operã dedit pro-
creationi liberorum & conſequenter debito
9 dotandi filios: Eiuſdem † naturę mas & fœ-
mina ſunt, vterq. proprio ſemine formã pr&ę-
bet & generationi incumbit Galeno autho-
re in lib. 1. & 2. de ſemi. Auerro. ad Ariſto. de
genera. lib. 2. ca. 4. Ioan. Ferre. de homi. pro-
cre. lib. 7. cap. 6. Aretin. in peripate. quæſtio.
lib. 5. quæſ. 2. quibus Philoſophorũ locis ve-
tus etſi nouus §. ſed hæc quidem vetuſtas
inſtit. de exhęreda. libero. ſenſus elicitur,

(Sed hęc quidem vetuſtas(ait Iuſtinianus)introducebat, noſtra vero conſtitutio inter maſculos & fœminas in hoc iure nihil intereſſe exiſtimans, quia vtraque perſona in hominum procreatione ſimili naturæ officio fungitur,&c.)

10 Contrarium † tamen in ſpecie conuentionis de qua agimus iudicandum eſt; pater enim promittens dotem filiæ, cenſetur promittere de bonis proprijs in dubio l.fina.C. de dot.promiſsio. vbi id adnotarunt Barto. Bald.Angel.Salicet.& alij: quinimo & prædictæ
11 † regulæ locus eſt etſi dixiſſet pater, ſe dotare tam de bonis paternis, quam maternis iuxta traditionem gloſ.communem in l. 1. ff. ſolut. matrimonio idem exiſtimarunt Burga.Bart.Imol.Aretin.Socin.Pariſi. Iaſſo.quos ſequitur & refert Ioſephus Ludoui. deciſio. Peruſi. 21. num.16. Paul. de Caſtr. Gerard. Capra. Nouel. Alciat. Socin. iuni. Plot. & alij plures, quos ſeriatim recenſet Viui.inter ſuas communes opinio. opini.
12 484.num.13. vbi et ſic iudicatum ſcribit: † & licet pater diceret ſe dotare de bonis ſuis & eiuſdem filiæ adhuc communi opinioni locus eſt. Afflic. vbi Vtcil. ad eum deciſio. 179. Campe. Alciat. Nouel. Crot. Pariſi.& alij quos nouiſsime refert & probat Surd. conſil.192.num.29.lib.2.

Non obſtant quæ ſuperius tradidi quoniam procedunt ſecundum leges particulares vlterioris Hiſpaniç, quæ expreſsim ſtatuunt patrem dotantem videri dotare filias de bonis communibus ſocietatis non proprijs; quibus legibus corrigitur diſpoſitio dict.l.fina. vt citati ſupra interpretes aiunt. in noſtra ſpecie diuerſum eſt.

13 Secundo † infertur deciſio alterius quæſtionis, an mulier teneatur ſoluere de bonis lucratis partem fideiuſsionis, quam maritus conſtante matrimonio alicui fecit; videtur enim ipſam teneri, quoniam debitũ contractũ fuit conſtante matrimonio,& conſequenter damnum dimidiæ partis ad eam ſpectat d. l. cum duobus §. quidam ſagariam ff. pro ſoci.& in d.l.omne ęs alienũ eod.titul.Nam
14 etſi † ex hac fideiuſsione non aliud,quã perdere maritus poſsit,cum eo ipſo quod quiſquam fideiubet,abuti ſua ſubſtantia dicatur. vt poſt Alex.nu.14.notanit Iaſ.in l.ſi conſtãte nu.158.& Rip.nu. 38.ff.ſolut. matrimon. Pala.Rub.in cap.per veſtras §.18.a nu.1.de
15 donatio. int.vir. & vxo. propterea † minor fideiubens eo ipſo læſus dicatur vt reſtitui poſsit abſque alia læſionis probatione l.aie prætor §.non ſolum ff.de mino. l.1. C.eod. tit.Gam.deciſio.162.a num. 1. cum ſequen.
16 † tamen quia fideiuſsionis actus meritorius eſt apud Deum & homines, vt poſt nonnullos ab eo relatos ſcribit Gutier.tract.de iura.confir.1. par.cap. 72.nu. 5. & rurſus obligat eum pro quo fideiubet obligatione antidorali vt tantundem faciat, cum opus ei ſit. ad text.in l. ſed etſi lege §. conſuluit, cum
17 vulgat.de petitio. hęredi. tum † etiam quia ſatis lucrari dicitur is,qui ſuę obſequiũ præſtat voluntati eam exequendo.gloſ.in l.fina. ff.de vſu. & habita. tuſé qui multos Tiraq. tract. de retract. conſan. in præfa. num. 25. Neuizan.conſi.74.num.13.Gram.conſi.22. num.7. propterea vxorem ad dimidiam te-
18 neri fideiuſsionis videtur. Contrarium † verius eſt, nihil enim commune habent lucra emptionum & meliorationum,quę vxor acquirit vti ſocia, cum fideiuſsione à marito facta: is enim contractus extra ſocietatem eſt, propterea ad incõmodum mulieris pertinere non poteſt. Sic in terminis legum vlterioris Hiſpaniç tenuerunt Montal. quem citat & ſequitur Matien.in l.3.gloſſ. 7.num. 3. titul.9. Ayor. Mencha. & alij plures relati per Gutierrez libr.2. practica. quæſtio. quæſtio.128.a num. 1.cum ſequent. vnde ſi fideiuſsio aliquo modo pertingere poſſet emptiones vel meliorationes à marito factas vt quia in emptione alicuius prædij fideiuſsit, vt alter pro eo fideiuberet in ſimili emptione, actus huiuſmodi ad ſocietatem pertinere videretur, & ideo mulier partem ſuam ſoluere cogi poſſet, vt ex Ayor.tracta. de partitio.1.par.cap.8.num.13. deducit & rectè Gutier.d.quæſ.128.ad finem.

Superiora non obſtant, nam etſi debitum fideiuſsionis contractum ſit conſtante matrimonio,extra cauſam tamen ſocietatis, id eſt,vt ſupra dicebam. Neq. lucrũ obligationis antidoralis, & id quod ex implemento propriæ voluntatis quiſquam conſequitur conſiderandum eſt; quoniam id in his poteſt caſibus vindicare,in quibus de tertij præiudicio non agitur vt in hac ſpecie: in pręiudicium autem eius, qui voluntatem ſuam adimplet commodum reportari dicitur, quemadmodum ex citatis à me interpretibus colligitur.

19 Tertio infertur † deciſio alterius quæſtionis;quid ſi maritus ante contractũ matrimonij fundũ emeret dilata ſolutione,& interim contrahit matrimoniũ & vxorem aſſociat in emptionibus & meliorationibus, ſoluit etiã pretium conſtante matrimonio, an mulier partem habeat in hac emptione. Et videtur admittendam non eſſe;quoniam etſi ſolutio facta ſit conſtante matrimonio, fuit tamen vera venditio, & ex ea acquiſitum dominium ementi etſi habita fuerit fides de
20 pretio. §. venditæ inſtitu. de rer. diuiſ. † Secundo quoniam regulariter attenditur princi-

Digitized by Google

principium actus ſen diſpoſitionis l. in ra-
tione prima §. ſi Imperator ff.ad l. falcid. l.
Iulianus §. nou ſolum ad S. C. Macedo. l. ſi
21 filius C. eod. & finis ✝ huiusmodi emptio-
nis, ſolutio ſcilicet pretij, trahitur ad ſuum
principium quod regulare eſt in alijs diſpo-
ſitionibus Ruin.conſi.83.num.2.lib.1.a pri-
mordio enim tituli poſterior formatur euẽ-
tus l. ſi quis ex argentarijs §. initium ff. de
edend. l.3.§.ſcio ff.de mino.Crauet. conſil.
461.nu. 40. & diſpoſitio intelligitur ſecun-
dum ſuum principium l.regula §.fina.de iur.
& fac.ignor.Principium rurſus potentius eſt
fine l.1.de origi. iur. Crauet. qui ornat con-
ſil.882.num.13. Caſſan.in ſpecie huic quæſ-
tioni ſimili in conſue. Burgund. rubr.4.§.9.
22 gloſ.de totuts deutes nu.3.& ſequen. ✝ Prin-
cipium dicitur potiſsima cuiuſque rei pars
dict.l.1.de origi.iur.vbi Cagnol.nu.23.vnde
ſi principium attendendum eſt prout atten-
di debet venditio perfecta eſt, conſequẽter
res empta à marito illius propria fiet tam-
quam acquiſita ante contractũ matrimonij.
23 In hac ✝ quæſtione ſic putauerim iudican-
dum, aut maritus ſoluit prætium de propria
pecunia & hoc conſtat, nulla tunc dubitatio
vt nec in re empta vel illius pretio mulier
partem habere poſsit; aut vero conſtat de
pecunia communi ſolutum fuiſſe pretiũ, vel
eſt dubium: vtroq. caſu quamquam vxor ad
rei partem regreſſum non habeat, tenebitur
tamen maritus dimidium prætij refundere
vxori indiuiſione quia preſumitur maritum
de cõmuni pecunia exoluiſſe; ne igitur rem
& prætium habere videatur ſimul, dimidiũ
cogetur reſtituere prætium vxori; ſic in ſimi-
li retentis eiſdem terminis poſt Ayor. con-
cludit & rectè Ioan. Gar. tract. de coniugal.
acqueſ.num.61.
24 Quarto infertur ✝ ad alterius quæſtionis
ſolutionem, an maritus qui ante contractum
matrimonij fundum vel aliam rem vendi-
derat cum pacto de retrouendendo, poſt
contractum autem matrimonium vſus fuit
facultate illa retrouendendi, & oblato præ-
tio rem recuperauit, an vxor in vim huius
conuentionis partem rei conſequi poſsit; &
licet videretur ex ſuperius traditis in pro-
xima quæſtione quod ratione principij &
originis contractus qui attendi debet, vxor
nullam vindicare partem poſsit, quoniam
ante contractum matrimonij venditio fuit
celebrata, in præſenti tamen ſpecie diuer-
25 ſum iudicandum eſt; vere ✝ enim emit mari-
tus conſtante matrimonio, & prætium ſoluit
licet facultatem haberet recuperandi obla-
to pretio, ad notata per omnes in l. 2. C. de
pact. in. emp. & vendi. compo. Sed & cum
maritus ſponte vſus ſit ea facultate contra-
cto iam matrimonio vxorem vltro in ea ad-
miſiſſe cenſetur ad ea quæ dixi quæſtione
precedenti verſic.Contrariam tamen.
26 Quinto ✝ infertur in ſocietate inita iuxta
morem dictum in antecedentibus, non poſſe
mulierẽ partem petere in ea rei emptione
quæ partim vendita fuit partim donata: quæ
noua quæſtio eſt nuſquam ab aliquo tacta; id
contingit cũ amicus vel conſanguineus ma-
riti contemplatione vendidit rem aliquã illi
27 non iuſto prætio adiecta clauſula, Etſi ✝ quid
plus valet dedit &c. quę clauſula apponi ſo-
let in emptionibus ad vitandum remedium
l.2.C.de reſcin. vendi.& quæ clauſula iuxta
receptiorem opinionẽ operatur tantũ in eo
qui verum rei venditæ à ſe valorem ſciebat,
ſecus ſi ignorabat Barto.in dict.l.2.& in l.ſi
quis cum aliter vbi interpretes de verb.ob-
liga.& poſt Bart. Bald. Salice. Pau.Caſtren.
Alex.Soci.Fabian.Deci.Panor.& alios mul-
tos ab eo relatos dixit communem Cagnol.
in d.l.2.num.123.cum ſequent. In eo igitur
quod donatum eſt vltra prætium deſignatum
mulier partem non vindicabit; Rationem
28 huius reſolutionis exiſtimo, ✝ quia iuxta iu-
ris diſpoſitionem donata ſocio etiam ſi do-
narentur quod fortius eſt occaſione ſocieta-
tis ex quo tamen dantur perſonę & non ſo-
cietati, cedunt in vtilitatem donatarij quæ
communicare non tenetur l. ſocium qui in
29 eo §. final. ff. pro ſoci. ✝ tum quod ſocietas
ſimpliciter contracta tantum extenditur ad
acquiſita titulo oneroſo nõ ad ea quæ titulo
lucratiuo donationis vel alio huic ſimili l.
coiri cum l. ſequenti ff.pro ſoci. Barto. Al-
beri. Bal. Salice. quos ſequitur & citat Go-
meſi. lib.2. reſolut. cap. 5.num.4. Rolan.à
Vall.conſil.10.num.8. libr.1. fusè Gutierr.
lib.2.practica.quęſtio.120.num.6.cum ante
& poſt ſequent.
30 Sexto ✝ infertur ex dictis in principio nõ
teneri mulierem indiuiſione bonorum im-
putare ea quę maritus ludendo vel meretri-
cando alienauit, quoniam ludo perdita, lata
culpa amiſſa dicuntur l.pactum C. de colla-
tio.& meretricio conſumpta dolo conſump-
ta cenſentur l.ſi vero §.adoleſcens ff.manda.
de his igitur damnis nihil imputandum eſt
vxori ex d.l.cum duobus §.damna ff. pro ſo-
ci. ✝ quia in ludo & adulterio vtrobiq. culpa
arguitur l. adeo §. penul.in verbis, quod in
alia vel adulterio ff. pro ſoci.l.ſi is cũ quo ff.
commu. diuidun.l. coheredes §. ꝙ ex facto
ff.fami.hercis. d.l.cũ duobus §. dãna.& licet
apud interpretes legum vlterioris Hiſpanię
his modis perdita vxor ad partem imputare
debeat iuxta communem obſeruantiam il-
lius Regni de qua teſtatur Rodrig. Xuarez.
in l. 1. titul. *de las ganancias*. Gregor. Lop.

Anton. Gomez. & alij quos recenſet Matien.in l.5.gloſ.76.num.7.titul.9.& Gutier. lib. practica.2. quæſtio.120. nu.7.vbi Burg. Baccam.& alios retulit. Id tamen ex ea obſeruantia tolleratur & quia ex legibus illis competit marito facultas alienandi lucra conſtante matrimonio quæſita vt animaduertit Matieu.in dict.l.5.num.7.in fine; quæ omnia ceſſant in ſpecie propoſitæ conuentionis & ſocietatis initæ inter virum & vxorem & expreſsim regulanda eſt iuxta iuris communis diſpoſitionem.

SECTIO QVINTA.

PREFATIO.

QVONIAM in prima ſectione actum fuit de donationibus quæ fiunt in capitulis matrimonialibus, in ſecunda actum eſt de vinculis, ſubſtitutionibus, & conditionibus, quæ in his apponuntur; in tertia ſectione varia fuerunt pacta & conuentiones explicatæ, quæ in matrimonij contractu adijciuntur; in quarta proxima de ſocietate inita inter maritum & vxorem actum eſt; ſupereſt vt in hac extrema tractemus de renunciationibus, quæ per filios & filias potiſsimum fiunt in contractu matrimonij, dum dote contentæ bonis renunciant paternis & maternis.

SVMMARIVM.

1 *Renunciatio donatio eſt.*
2 *Renuncians in alterius fauorem eidem donare cenſetur.*
3 *Donatio non præſumitur.*
4 *Donationis coniectura vbi alia capi poteſt, capienda eſt.*
5 *Renunciatio in dubio non præſumitur.*
6 *Renunciationis coniectura capienda non eſt.*
7 *Renunciationes ſtrictiſsime interpretandæ.*
8 *Renunciationes nihil aliud continent, quam quod expreſſum eſt.*
9 *Renunciare iuribus ſibi competentibus nemo præſumitur.*
10 *Pactum & renunciatio qualiter differant. ex gloſæ opinione.*
11 *Pacti & renunciationis differentia in quo conſiſtat.*
12 *Verba renunciationis parte præſente prolata vim pacti habent.*
13 *Mens potius quam verba attendenda.*
14 *Pactum de liberando ſi non valet eo modo, quo agitur, valet vt valere poteſt.*
15 *Renunciatio parte præſente & tacente facta, vim pacti ſuſtinet.*
16 *Donatio facta parte præſente licet tacente valet.*
17 *Renunciationis & pollicitationis differentia qualis.*
18 *Renunciatio facta parte abſente acceptata nomine illius, ſequuta poſt ratificatione, vim pacti habet.*
19 *Renunciatio quæ vim pacti habet ſic ſuſtinetur dum ea, quæ pertinent ad pacti ſubſtantiam interueniat.*
20 *Laudum vltra contenta in compromiſſo latum nullum.*
21 *Exceptiones, quæ aduerſus laudum emologatum competunt.*
22 *Renunciatio in ſcriptis facta vim pacti habet, etſi acceptata non fuerit.*
23 *Confeſsio parte abſente facta in ſcriptis plenè probat.*
24 *Renunciatio in iudicio facta calore iudicij ſuſtinetur.*
25 *Renunciatio in iudicio facta, acceptatione indiget.*
26 *Renunciatio acceptata vim pacti habet, quando ius, quod renunciatur re ipſa competit.*
27 *Renunciatio hæreditatis viuentis nulla.*
28 *Viuentis beneficium impetrari non poteſt.*
29 *Renunciatio illius qui de morte teſtatoris dubitat nulla.*
30 *Renunciatio, quæ vim pacti habet ſi in futurum conferatur, ius re vel ſpe competens continet.*
31 *Renunciatio in dubio ius futurum non comprehendit.*
32 *Diſpoſitio quæuis ad futura non extenditur.*
33 *Iuramentum ſemper intelligitur rebus in eodem ſtatu manentibus.*
34 *Renunciatio per fratrem vel ſororem alteri facta contemplatione matrimonij, intelligitur ſi matrimonium ſequatur.*

QVÆS-

QVÆSTIO. LXXIX.

RENVNTIATIONEM VIM donationis habere, neque ipſam præſumi: Rurſus in quo differat à pacto, & alia curioſa indagine declarata.

1 RENVNCIATIONEM † donationem fore veteres prodiderunt ex l.poſtquā liti C.de pact.
l.ſi quis delegauerit vbi Bartol.
de ſolutio.Deci.in d.l.poſtquam
liti num.15.Curti.iuni.num.5.Menochi. qui
alios memorat in commen.de præſump.lib.
3.præſump.45.num.11.idem Menochi. lib.
6.preſump.41.num.2. vbi Tiraquel. præterijt.fuſius diſcrentem & alios multos in hāc
adducentem ſententiam in l.ſi vmquam verbo donatione largitus, num. 173. C.de reuocan. donatio. & in præfatio. eiuſdem le-
2 gis num.129.& dixit † Bald. in l.quod dotali quæſt. 5. C. de collatio.quod alteri renuncians eidem donare cenſetur, alios recenſet Surd. deciſio.14. num.2. & in ſpecie
de renunciationibus, quæ à filijs parentibus
fiunt vt donationes videantur Bald. in l.pactum dotali quæſt.8. C.de collatio. Crauet.
conſil.142.num.7. Menochi. conſil. 6.num.
3 5.libr.1.idem conſil.371.num.17.libr. 5. †
Ita fit vt cum donatio renunciatio ſit,& donatio non præſumatur, ſed fatuitas potius vt
noſtri dixerunt Bald. aſſertore in conſi.189.
in fine lib.2.Surd.qui egregie tract. de Alimen.titul.6.quæſ. 1.num.5.& 9.quinimo error Iaſſon.qui veteres refert in l.iuriſgentiū
4 §.ſed cum nulla mem. 28. de pact. † Et vbi
alia quam donationis coniectura capi poteſt
hæc capienda ſit.l.eleganter §.qui reprobos
de pigno.actio.l.ſi cum aurum ff. de ſolutio.
Menoch.in commen. de arbi.iudi.quæſt.lib.
2.caſu.88.a num.1.idem lib.præſ.3.præſum.
12.num.11.& præſ. 71.num.2. Surd.tracta.
de Alimen.tit.6. quæſ.1.a nu.4.5.& 6.idem
Surd.conſi.431.num.18.& deciſio.317.nu.
5 23. Sic † neque renunciatio præſumetur in
dubio, donationis inſtar Menochi. d. præſump.45.lib.3.num.11.& præſum. 41.num.
2. Tiraquel.Surd.& alij ſupra citati nouiſſimè Peregrin. conſil. 93. num.3.& tract. de
6 fidei.artic. 52.num. 25.† Et vbi alia coniectura quam renunciationis capi poteſt capienda erit Surd.conſi.321.num. 61.libr.3.
Pariter cum donatio renunciatio ſit neque
inter patrem & filium regulariter præſumetur Menoch.in commen.de præſ.libr.3.præſum.30.num.29.

7 Hinc conſequenter † docuerunt omnes
renunciationes preſſe & ſtrictim interpretādas eſſe Alex.conſi.115.libr. 5.Natt.conſil.
78.num.6.Menochi.qui multos conſil. 1.nu.
216. Gail.obſerua. 77.num. 5.libr.2.Pariſi.
Zaba.Calde. Deci. Gozadi. Tiraq.Decian.
Riminal.Purpura.Beret.Paſet. Gabri.quos
citat Surd.conſi. 431.num. 20.libr.3.vbi &
refert Gabr.dict.conſil. dicentem quod huiuſmodi renunciationes ſtrictiſsime interpretantur, tam reſpectu rerum & iurium,
quam perſonarum.

8 Inde ſequitur † renunciationes reſtringi
ſolere vt non alia quam expreſſa contineāt.
ideoq. ad extranea trahi non poſſunt Alex.
Cæphal. Burſat.Becci.Riminal.& alij citati
9 ab eodem Surd.d. conſ.431. nu.15. † Neq.
cenſetur aliquis in dubio renunciare iuribus
ſibi cōpetentibus ca. ſuper hoc de renuncia.
coaceruat Bald. Tiraq.Deci. Crauer.Pariſi.
Natt. Cæphal.Gabr.Decian.Menoch. idem
Surd.d.conſi.nu.16.vbi nu.17.ſcribit authoritate Cuman.Alex. Ruin.Decian.& Meno.
quod potius præſumitur error quam renunciatio. His & alia egregia ſimilia adiungit
Surd.d.conſi.431.a nu.12.cum ſequent. li.3.

10 Pactum † vero & renunciatio authore Accurſio in l.1.in gloſ.magna ff.de pact.in hoc
differunt,quod pactum duorū conſenſu perficitur,Renunciatio ſolius renunciantis volū-
11 tate;Pacti itidem † natura eſt vt obliget paciſcentem in futurum ad non petendum licet verbis expreſsis nihil dictum foret l.talè
pactum in princi.vbi gloſ. ff.de pact.Salice.
in l.1.num.7.eodem titul.Rurſus qui renunciat ſolum agit vt renunciatum à ſe abdicet,
& in alterum alienet,ſed qui paciſcitur ſe eo
ipſo obligat ad numquam petendum in futurum.ſic Iacob. Butrica.in dict. l. 1. C.de
pacti.quem inibi ſequuntur Bart.Cyn.Bald.
Salicet. & omnes. ſubinde inferunt non valere ſimplicem renunciationem iuris futuri,
licet valeat pactum, quia renunciatio huiuſmodi non ſuſtinetur niſi detur aliquid, quod
renunciari de præſenti poſsit, at quod quis
nondum habet renunciare non poteſt.

12 Sanè † vbi renunciatio fit parte præſente
de cujus intereſſe agitur, eo in caſu ſuſtinetur in vim pacti, & tollitur ius de futuro cōpetens.Barto.in d.l.1. poſt principiū verſic.
Vlterius oppono.vbi & ſcribit hanc opinionem fore Iaco. de Areti. quam ſibi placere
affirmat, quia verba renunciationis parte
præſente prolata habent vim pacti obligatorij de non petendo in futurum vt modo
dicebam,ex d.l.tale. pactum vbi gloſ.& cæteri Peregrin.tract.de fideico. artic. 52.nu.
11. Sed & dixit egregie Salice. in eadem l.
1.num.7.quod etſi verba ſonarent in renunciationē adhuc cenſeretur pactum, cū mens
13 potius † quā verba attēdi debeant.ad tex.in
14 l.etiā cum vulgat. C.de iur.doti. tum † quia

vbi deliberando agitur ſi nō valet quod ago vt ago valet vt valere poteſt. l.ſi vnus §. penulti.ff.de pact.

15 Neq. vbi † pars tantum præſens eſt & acceptat renunciatio vim habet pacti, ſed & vbi præſens & tacens, habetur enim taciturnitas pro expreſſa quia agitur de commodo tacentis ita Cyn.in d.l.1.num.2.ex l.qui patitur ff.manda.glo.inſignis & famoſa in cap. ſicut de electio. in 6. & habet vim pacti in hac etiam ſpecie; & Cyn. opinionem dixit veram & communem Alexan. ibidem nu.5. poſt Caſtren.num.6.Iaſſ.nu.17. Deci.nu.26. Curti.ſeni.in repeti.num.26. qui & receptã dixit,vbi pars præſens tacuit.Curti.iuni.nu. 38.qui & receptiſsimam repetit,& ab ea nō diſcedendum dicit. Goza.num. 19.& communem affirmat Zuchar. num.134.vbi multas adduxit rationes & argumenta in tuitionem communis ſententiæ, & ſimul obiectis Ripæ reſpondit.Hiero.Cagno.nu.69.& 70.

Adſtipulatur ſuperioribus ea quę dixi hoc
16 libro ſectio.1.quæſt. 5. ad finem vbi † multorum ſcripſi authoritate donationem alicui factam expreſſe non acceptaram valere, dū tamen pars foret præſens licet tacens, quia taciturnitas pro acceptatione habetur quoniam agitur de commodo illius.

17 Hinc obiter † inter renunciationem quæ fit parte præſentę & tacente & inter pollicitationem diſcrimen adnotandum eſt quoniã pollicitatio tunc fit cum promittitur aliquid pęnitus abſenti l. pactum ff. de pollicita. & mando abſentis conſenſus non intercedit expreſſus vel tacitus authore Alberi.in l.iutisgentium §.quinimo ff.de pact.

18 Eadem † communis opinio vindicat quādo pars eſt abſens ſed aliquis nomine illius acceptat renunciationem dum ſequatur poſt ratificatio abſentis, inducitur enim tunc pactum cuius vi renunciatio ſuſtinetur docuit eruditè Panormi.in cap.ex multiplici nu.7. ex.de decim. Imol.& alij multi quos refert & ſequitur Surd.conſ.267.nu.21.lib.2.idem Surd.conſ.136.num.10.lib.1.

19 Sic autem ſuperiora † declaranda ſunt vt valeat renunciatio in vim pacti dum tamen quę ad pacti naturam & ſubſtantiam pertinent interueniant. vnde ſi deficiant eiſdem modis quibus pactum infringi poterit: celebris traditio Surd. conſ. 136.num.53. cum
20 ſequent.lib.1. vbi † ſimile de laudo adducit vltra contenta in cōpromiſſo lato quod nullum eſt l.non diſtinguemus §.de officio ff. de arbi.ſuſtinetur tamen in vim pacti vel tranſactionis vbi emologatum à partibus ſit.glo. in l.2.vbi cæteri C.commun.vtri.iudi. atta-
21 men † aduerſus laudum ita emologatū dantur omnes exceptiones quæ dantur aduerſus pactum,citat Angel.Deci. & Cacialup. vnde quemadmodum in pacto adeſſe debet ſimultaneus conſenſus l.1.ff. de pact. ſic in renunciatione, quod ille latius proſequitur illic: intelligendus eſt Surd. de conſenſu tacito vel expreſſo vt in ſuperioribꝰ dixi alias male & aduerſus communem loqueretur.

22 Porto † renunciatio in ſcriptis facta vim habet pacti licet acceptata non fuerit, perinde enim eſt ac ſi facta fuiſſet parte præſente Rip.in d.l.1.num.19.C.de pact.quem ſe-
23 quitur Surd.conſ.136.num.12.lib.1. ſicut † in confeſsione quę facta parte abſente non officit, facta tamen in ſcriptura plene probat. l. deſiderium vbi Bald.C.de po.Barto. Marſil.& Crem.relati ab eodem Surd. dict. conſ. num.13.

24 Equidem † renūciatio iuris proprij in iudicio facta licet videatur quod vti calore iudicij ſomentata nulla egeat acceptatione propter iudicis pręſentiam.glo.in l.1.de curato.bo.dand.Iaſſ.in d. l. 1. num. 15. C. de pact.vbi teſtatur ita omnes tenere Gozadi. nu.7.Deci.Rip.Zuchar. Cagnol. & alij quos
25 refert Surd.conſ.136.nu.11. lib.1. tamen † niſi à iudice acceptetur non nocet renunciāti ex magis recepta ſententia Bal.Alex.Curti. ſenio.Gozadi. Iaſſ. Curti.iuni.Rip.Zuchar. Cagno. Ruin. Rolan. quos coaceruat & ſequitur idem Surd. d. conſ. 136. num.56.ad medium verſi. Secunda vero reſponſio.quæ vera eſt opinio;& eandem ſequitur non relatis ſuperioribus Peregrin. tracta. de fideico. arti.52.num.11.

26 Ad hęc notandū † ſummopere(hinc enim ſuperiora omnia declarantur)quod licet renunciatio valeat in vim pacti quādo fuit acceptata expreſſe vel tacite, id intelligēdum quando ius quod renunciatur cōpetit re aut ſaltim ſpe probabili & à iure non improba-
27 ta:Exemplum † in eo qui renunciat iuri ſibi competenti in hęreditate viuentis cuius ſpes improbata eſt à iure l.poſt emancipationem §.final.ff.de libe. legat. l. qui ſuperſtitis vbi glo.& alij ff.de acquir.hęredi.Bart.& cęteri
28 omnes in d.l.1.C.de pact. proinde † nec viuentis poteſt impetrari beneficium ad text. in ca.1.de cōceſsio.præben.ſpes enim mortis alterius improbata eſt ca.2.de conceſsio.
29 præben.glo.in regula Cancella.20. Simile † exemplum perhibet Bart.in d. l. 1. quando renuncians dubitat de morte teſtatoris neq. enim huiuſmodi renunciatio probatur à iure; parificantur enim duo ij caſus vel quod teſtator iuuat aut quod de eius dubium ſit morte Bal.in d.l.1.num.6.& Alex.nu.4. vbi ſcripſit notandum ſecūdum omnes Cagnol. num.60. vbi igitur ius nec re aut ſpe probabili competit renunciatio non valet.

Verun-

Digitized by Google

30 Veruntamen † vbi verba renunciationis
quę in vim pacti valet in futurum conferren-
tur ius re vel ſpe competens renunciari poſ-
ſet l.nec nos C.de cap.& poſt.reuer. l. 1. §.
quod ait in ſecundo ff. quo legato. ſic poſt
Barto.Caſtren.in dict. l.1. C.de pact. num.
7.poſt Angel.ibi, & fore communem teſta-
tur Curt.ſeni.num.30.Iaſſ.num.13.Deci.nu.
32.Gozadi. num. 15.& communem repetit
Curti. iuni. num. 48. Cagnol.num. 60.cum
multis ſequent.
31 Renunciatio † autem in dubio non inclu-
dit ius futurum etiam ſi renunciatio. iurata
foret quia reſtringitur ad ius quod de præ-
ſenti competit capi.2.vbi Panor.in 2.nota-
bili Anto. & alij ex. de renuncia. Socin. in
conſi.50.ad finem li.1.alios citat Surd.con-
32 ſil.70. num. 7. lib.1. † generale eſt enim in
quauis diſpoſitione vt ea ad futura non ex-
tendatur l.quod ſeruius vbi gloſ. ff. de con-
dic.ob cau.l.quæro §. inter locatorem ff. lo-
cat. cum latè congeſtis per Tiraq. in præfa-
tio.l.ſi vmquam num.166. cum ſequent. C.
de reuo.dona.Natt.conſ. 50.nu.2. Cæphal.
conſi.118.num.31.Neuizan. conſi.62. num.
28.Becci.conſi.58.num. 23.alios Menochi.
conſi.27.num.28.lib.1. Oſaſ.deciſio. Pede-
33 mont.91.num.2.Surd.deciſ.163.num. 13. †
Et iuramentum ſemper intelligitur rebus in
eodem ſtatu remanentibus ſecundum gloſ.
& alios in cap. quemadmodum de iur. iur.
Tiraq.& alij nunc relati.
34 Extremo † renunciatio per fratrem vel ſo-
rorem alteri facta intuitu & contemplatio-
ne matrimonij conditionem tacitam habet
ſi ſequatur ideo eo non ſequuto irritatur, ſic
in terminis Alexan. Rauden.conſi. 41.num.
1.li. 1. etiamſi adeſſet iuramentum vt idem
Raud.ibi num.2.quod eſt notandum.

SVMMARIVM.

1 *Filius poteſt ſe priuare hæreditate paterna.*
2 *Filius poteſt conſentire præteritioni vel exhæredationi paternæ.*
3 *Primogenitus poteſt iuri primogenituræ renunciare.*
4 *Ius nondum competens remitti poteſt.*
5 *Ius ſpe debitum renunciari poteſt.*
6 *Beneficium in inuitum non confertur.*
7 *Renunciare fauori ſuo quilibet poteſt.*
8 *Propoſitum in propoſito quod operatur, idem oppoſitum in oppoſito.*
9 *Filia que nuptus traditur de iure ciuili renunciare hæreditati paternæ vel maternæ non poteſt.*
10 *Ius publicum priuatorum conuentione remitti non poteſt.*
11 *Succeſſionum iura ob publicam vtilitatem introducta.*
12 *Ratio communis improbata.*
13 *Filij ad paternam reuerentiam non pactis ſed meritis ſunt vocandi.*
14 *Ratio interpretum ſubuerſa.*
15 *Pacti affirmatiui vel negatiui differentia.*
16 *Filij modico contenti ſæpius lucroſæ hæreditati renunciant.*
17 *Didaci improbatio.*
18 *Soliciti homines eſſe non debent de hæreditate viuentium.*
19 *Didaci ratio.*
20 *Didaci ratio improbatur.*
21 *Ratio authoris noua.*
22 *Fœminæ verecundiores ſua natura viris.*
23 *Mulierum conſilium fragile.*
24 *Mulieres ſua natura imbecilles.*
25 *Mulieres facile decipiuntur.*
26 *Opinio authoris.*
27 *Textus in cap. quamuis pactum de pact. in 6. declaratur.*
28 *Ratio authoris noua.*
29 *Text.in l. non putauit §. ſi quis ſua manu ff. de bono.poſſe contra tab.declaratur.*
30 *Taciti & expreſſi eadem virtus.*
31 *Expreſſi maior eſt virtus quam taciti.*
32 *Tollerantur multa quæ in pactum deduci non poſſunt.*
33 *Text.in l.1. & in l.cum proponas C. de pact. declaratur.*
34 *Fideicommiſſum renunciari poteſt.*
35 *Pactum de non ſuccedendo in contractu matrimonij factum nullum.*
36 *Pactum de non ſuccedendo conſuetudine roboratur.*
37 *Emancipatio à patre facta accepta pecunia, & cum pacto ne ſibi filius vmquam ſuccedere poſſit, ſuſtinetur.*
38 *Patronus qui vt ſeruum manumittat pecuniã accipit contra tabulare liberti teſtamentum non poteſt.*
39 *Pater pecuniam accipiens à filio in præmium emancipationis non turpiter facit.*
40 *Opinio authoris qualis.*
41 *Pactum de non ſuccedendo à patre factum filio emancipato valet, ſi tantundem recepit à filio quantum legitima illius aſcendebat.*
42 *Pactum patris de non ſuccedendo cum filium ſuum naturalem legitimat, valet.*
43 *Declaratio authoris noua.*
44 *Filius renunciare poteſt hæreditati patris iam mortui.*
45 *Filius vel filia hæreditati paternæ vel maternæ adhibito iuramento de iure canonico renunciare poſſunt.*
46 *Renunciationes quæ fiunt per filios vel filias in contractu matrimonij quibus ex cauſis fiant.*
47 *Cornei improbatio.*

48 *Parentes ſub ſpe ducendi aliam in vxorem cu-*
rant vt filij hæreditati renuncient.
49 *Ratio Corne i improbatur.*
50 *Renunciationes quæ per filias fiunt in contra-*
ctu matrimonij vt plurimum ad commodũ
filiorum maſculorum fiunt.
51 *Opinio authoris.*

QVÆSTIO: LXXX.

PACTVM VEL RENVNCIA-
tio per filiam dote cõtentam facta, quâ
bonis paternis vel maternis renunciat,
an iure valida ſit. vel improbata mul-
ta hinc inde non parua diligentia tra-
ctantur.

OCCVRRIT nunc inquirere
an renunciatio per filiam facta
vbi dote contenta renunciat in
capitulis matrimonialibus hære-
ditati paternæ, valeat nec ne: &
valere multa ſuadent argumenta.
1 Primum † quod poſsit filius libere pater-
na ſeipſum ſucceſsione priuare l. non puta-
uit §. ſi quis ſua manu ff. de bono. poſſeſsio.
con. tabu. l. filio preterco ff. de iniuſt. teſtam.
2 quorum † authoritate probatur poſſe filium
conſentire exhæredationi, vel præteritioni
à patre factæ; conſequenter ſeipſum hære-
ditate priuare. tenuerunt Deci. in l. nemo
fraudare de re. iur. Rodri. Xuar. Alexand.
idem Deci. Angel. Curti. iuni. Dida. Couar.
quos citat communem dicens Mencha. tra-
cta. de ſucceſsio. creatio. §. 10. num. 529.
ad medium verſicu. Eſt tamen verum, licet
antea num. 528. illam impugnauerit ean-
dem relatis multis communem dixit Dida.
in cap. Reynaldus §. 2. num. 2. de teſtamen.
Gutier. in cap. quamuis pactum num. 25. de
pact. in 6. Quinimo ſola taciturnitate poteſt
filius exhæredationi vel præteritioni conſen-
tire l. ſi filius ff. de libe. & poſthu. vbi gloſ.
& Barto. idem Mencha. eodem tractatu §.
26. num. 109. Dida. dict. §. 2. num. 2. & Gu-
tier. vbi ſupr.
3 Secundo non † parũ vigere videtur quod
poſsit primogenitus iuri primogenituræ re-
nunciare & ſe ab ea abdicere in alterũ tranſ-
ferendo. cap. quam periculoſum vbi gloſ. 1.
quæſtio. hc & gene. cap. 25. vbi Eſau. exiguo
& vili edulio remiſit ius primogenituræ fra-
tri ſuo ſecundo genito. & ad Hebre. cap. 12.
Panormit. Ancharra. Præpoſi. Hoſtien. & cæ-
teri omnes in cap. licet ex. de voto Iaſſo, in
l. pactum quod dotali num. 4. de collatio.
Co. Guiller. Benedic. Tiraquel. Licier. Ma-
the. de Afflict. Burg. de Paz. & alij quos re-
fert & ſequitur iuxtà diſpoſitionem iuris cõ-
munis, licet minimè quoad primogenia vl-
terioris Hiſpaniæ Ludouic. Molin. tracta.
de Hiſpa. primo. lib. 1. cap. 6. num. 44. ver-
ſic. Decimo ſeptimo alia communis regula;
conſequenter videtur huiuſmodi renuncia-
tionem de qua agimus valere.
4 Tertio † iuuat poſſe quemquam remitte-
re ius nondum ſibi competens in alterius
hæreditate, & valet remiſsio l. 3. l. cum pro-
ponas C. de pact. vbi poſt Bartol. Bald. Sa-
licet. Angel. Alex. Iaſſo. cæteri omnes ad-
5 notarunt. † Poſſunt enim in pactum deduci
& renunciari ea, quæ vel ſpe tantum nobis,
vel competunt, aut poſſunt deberi dict. l. 1. l.
quoties ff. de Nouatio. l. ſub conditione de
ſolutio. ornat Peregri. tract. de fideico. arti.
52. num. 14. vbi loquitur in terminis dict. l.
1. C. de pact. alios adferens: nihil igitur mi-
rum ſi poſsit filia renunciare hæreditati pa-
ternæ vel maternæ.
6 Quarto † adſtipulatur quod niſi daremus
poſſe filium id efficere inuito, & nolenti be-
neficium conferretur, id autem iuris regulis
aduerſatur l. inuito de reg. iur. l. inuitus §.
quod cuique eod. tit. l. hoc iure §. non poteſt
ff. de donatio. l. nec emere C. de iure delib.
qui textus expreſsim de hæreditatis ademp-
tione loquitur ibi, nec hęreditatẽ adire &c.
7 poteſt enim † quilibet fauori ſuo renunciare
ad tex. in l. ſi quis in conſcribendo C. de pac.
l. penul. C. de Epiſ. & Cleri.
8 Quinto † quod operatur propoſitum in
propoſito operatur oppoſitum in oppoſito
l. fina. §. final. de legat. 3. l. final. C. de ſent.
paſſ. Neuizan. conſil. 70. num. 24. Ariſtot.
quem refert Bald. in l. 1. num. 4. C. quan. li-
ce. ab emptio. diſce. Tiraquel. qui multos
tract. de retract. conſan. §. 12. gloſſ. 1. num.
16. Crauet. conſil. 195. num. 6. Surd. conſil.
151. num. 31. libr. 2. & diſpoſitum in vno &
in alio diſpoſitum cenſetur l. fina. vbi Iaſſo.
C. de indic. vidui. tollen. Neuizan. conſil. 38.
num. 13. vnde cum pactum de ſuccedendo
ſit à iure improbatum, quoniam inducitur ex
eo votum captandæ mortis, & in huiuſmodi
pacto ſeu renunciatione de non ſuccedendo
ceſſat illa ratio, & diſpoſitio cap. cum ceſſan-
te cum vulgat. de appella. conſequenter va-
lere debet.
9 His non † obſtantibus contrarium ſanc-
ciebunt Imperatores, qui indiſcriminatim
ſtatuere pactum, vel renunciationem à filia
factam dum nuptui traditur, quâ ſe non pe-
titutam bona paterna vel materna promit-
tit, minime valere l. pactum quod dotali
C. de pact. l. pactum dotali C. de colla-
tio. Horum iurium rationem multipli-
10 cem eſſe interpretes docuerunt. Prima †
quo-

Digitized by Google

quoniam publicum ius priuatorum conuentionibus tolli nequit ad textum vulgatum in l. ius publicum ff. de pact. cum ſimili-
11 bus. at † ſucceſsio authoritate legis debetur pro publica vtilitate introducta vt mediante ipſa propagatio quædam æterna & veluti conſeruatio humanæ ſocietatis fiat l.
12 final. ff. de legi. hæredi. Verum † hæc ratio quæ ab interpretibus traditur non tuta eſt quoniam poteſt filius ſeipſum ab hæreditate priuare nedum expreſſe, ſed & tacite conſentiendo exhæredationi de ſe factę vt ſuperius dixi: præterea ratio hæc nimis generalis eſt, ex ea enim ſequeretur nullo caſu filios vel filias poſſe ſucceſsioni parentum renunciare, cùm tamen multi caſus ab interpretibus recenſeantur, in quibus id licet etiam ſecluſo iuramento.

13 Secundam † ſcripſerunt rationem quod ſcilicet indecens videatur, & veluti paternæ charitati contrarium, vt filij ad paternam reuerentiam & illius obſequia pactionibus aſtringantur, qui meritis potius id efficere debeant dixit Iuſtinian. in l. ſi quando §. 1. C. de inoffi. teſtam. quam rationem poſt veteres & Dida. reddit in cap. quamuis pactum
14 3. part. num. 1. de pact. in 6. Sed † neq. hæc arridet ratio, nam text. in d. §. 1. loquitur in pacto affirmatiuo de ſuccedendo, nos in ne-
15 gatiuo, inter vtrumq. † autem lata eſt differentia; primum enim votum captandę mortis inducit; ſecundum minime. Rurſus pacto affirmatiuo conuenit ratio illa reddita per Iuſtinianum in d. §. 1. ſcilicet vt non valeat pactum de ſuccedendo patri, quia filij hac ſuccedendi ſpe non ſunt aſtringendi ad paterna obſequia, qui alioquin ſecluſis pactionibus illi ſeruire & obſequia præſtare tenentur; hæc autem ratio pacto vel renunciationi de qua agimus non quadrat, etſi enim non valeret talis renũciatio, filij ad obſequia patri præſtanda non aſtringerentur.

16 Tertiam † rationem prodiderunt interpretes quare pacta hęc improbantur; quia filij renunciantes modica quantitate contenti magnum remitterent incertum & incognitum. Cęterum leges ſubditos talem ſubire iacturam non patiuntur vt modico contenti à luctoſa priuentur hæreditate argu. l. cũ hi. de tranſac. & quę ibi glo. & alij Deci. conſil.
17 474. nu. 4. Rationem † hanc impugnauit Dida. in loco nunc citato, quia inquit poteſt quiſquam renunciare iuri de futuro l. 1. C. de pact. maximè conſentiente eo, de cuius hæreditate agitur l. fina. C. illo. titu. de pact. dixi hoc lib. ſectio. 1. quæſt. 2. & 3. quare cum in caſu d. l. pactum dotali conſenſus interueniat paternus, ſequitur renũciationem ex eo inualidam iudicari nõ poſſe, quia remittatur futura hęreditas modico accepto: His addẽdum quod tex. in d. l. 1. & in d. l. fina. C. de pact. loquũtur indiſtincte & generaliter, poſſe renũciari iùs de futuro, ſiue quid modicũ, aut magnum recipiatur, intercedente tamen conſenſu illius, de cuius agitur hæreditate.

18 Tertiam † reddunt rationem ſcriptores, quia ſicut non debet eſſe quiſquam ſolicitus de hæreditate viuentis quærenda l. 2. §. interdum ff. de vulga. d. l. 1. cũ ſimi. C. de pact. ſic nec de ea amittenda vel renuncianda: ſed hæc ratio deterior eſt, quoniam vt modo dicebam licet voluntate eius, de quo agitur, ſuper illius hæreditate paciſci, tum licet filio ſe abdicare à ſucceſsione paterna voluntarie, dixi in principio quęſtionis; Tertio, lata eſt differentia inter pactum affirmatiuum de ſuccedendo & negatiuum, illud votũ captandę mortis inducit, hoc minimè, vt modo aliàs multas prętercam.

19 Quartam † rationem addidit Dida. in d. cap. quamuis pactum 3. par. in initio. num. 1. ad medium, non valere renunciationem quia filius etiam conſentiente patre non renunciat, neq. renunciare poteſt regulariter legitimę portioni, quę ſibi in bonis parentũ debita eſt, vt dixit ſe ſcripſiſſe in cap. Reynal-
20 dus §. 2. nu. 1. de teſtam. Indigna † certè tanto viro ratio, nuſquam enim auditum eſt, nõ poſſe filium expreſſe legitimę portioni renunciare. l. ſi quando §. & generaliter C. de inof. teſta. vbi à Barto. cæteri omnes docuerunt. aſſerit communem ex multis Graſſ. in §. legitima queſtio. 3. num. 11. 12. Sed & idẽ Dida. in eo ad quem ſe refert loco contrariũ aperte affirmat, dum multis oſtẽdit rationibus poſſe filium conſentire grauamini legitimę à patre adiecto in teſtamento, nec non poſſe exhæredationi, & præteritioni paternæ conſenſum præſtare, & ſe ab hęreditate priuare id ipſum Gutier. in locis ſupra adductis.

21 Quintam † ſuperaddere præter alios libet, etſi videam periculoſum iuſtam deciſionis d. l. pactum dotali rationẽ reddere text. igitur ille nõ immerito in filia loquitur, quę dote contenta nullum ad bona paterna regreſſum habituram promiſit; quaſi aliud vo-
22 luiſſe in filijs videatur. Ratio † diuerſitatis maxima eſt, quoniam fœminę vti verecundiores, minusq. audaces quam viri facilè annuunt votis parentum; vt de fœmina contrahente matrimonium dixit eleganter Gratian. in cap. honorantur 32. quæſt. 2. ſcripſi lib. 1. compara. 11. in verſic. Quarto declara
23 quoties præteſiſſent aliqua verba: Rurſus † ſit ipſarum conſilium infirmum & fragile l. ſi
24 pater in fine C. de ſponſa. Et † eędem ipſæ mulieres fragiles dicuntur, imbecilles, & infirmę, qua de re maxime Velleiano S. C. cau-

uantur

Digitized by Google

uantur l.ſi mulier C.ad Velleia.l.ſi pater C.
de ſponſa. l.aſsiduis in principio C. qui po-
tio. l. ſicut in verbis ſexus fragiliras C. de
præſ.cum alijs multis coaceruaris per Tira-
quel.de legi.connu.glo.1.num.70.71.
25 Subiungit † idē Titaquel. multorum au-
thoritate propter infirmitatem hanc quam
ſexus fœmineus ſecum producit, mulieres
decipi faciles fore:ſubinde inſerens facilius
reſtitui mulieres quam viros debere in iudi-
cio.Vnde compertum ſemper habui text.in
d.l.pactum dotali de colla.in filia loquentē,
in filiabus tantum ob prędicta procedere nō
in filijs maſculis: voluiſſeq. Iuſtinianum eo
tex.fœminarū prouidere fragilitati, ne mo-
dico cōtente ingenti renunciare poſsint hæ-
reditati. Et hæc certè mihi vera videtur &
genuina ratio illius texrus.
26 Neque † huic rationi oberit quod magis
communi ſententia receptum ſit diſpoſitio-
27 nem † tex.in d.ca. quamuis pactum de pact.
in 6.qui voluit adhibito iuramento hanc va-
lere renunciationem, procedere nedum in fi-
lia vt textus loquitur, ſed & in filio maſculo
vbi donatione propter nuptias cōtentus re-
nunciat hæreditati paternæ:Nam multi gra-
uiſsimiq.interpretes contrariam tenuerunt,
vt teſtatur Dida.qui tamen communi adhæ-
ret in d.cap.3.part.§.1.num.1. eandem teſ-
tatur communem Gutier.in eod.ca.in verb.
à filia num.4.Vaſq.tracta.de ſucceſsio.crea-
tio.§.18. num.85. nam id ob virtutem con-
tingit iuramenti quæ in viro & fœmina par
eſt & ęqualis cum in vtroq. eadem ratio ob-
ſeruandi iuramenta militet: Quod ſi quiſpiā
rurſus obijciat rationem ſuperius traditam
ad d.l.quod dotali militare etiam in filio ſi-
cut in filia vbi modico contentus filius mag-
næ & incertę renunciaret hæreditati,ſatisfa-
ciam rationem hanc iniſte fuiſſe ſupra impro-
batam,ſed & adhuc ſi vera foret militat ma-
gis in fœmina quam in viro filia enim incō-
gruenter dotata multa patitur mala & male
à marito ſuſtinetur dixit tex.in l. fina. C.ad
Vellician.Lup.& alij relati à Surd.tracta.de
alimen.titul.7.quæſt.6.num.6. & num.8. in
medio & cogeretur cum dedecore mendica-
re quod ſexui fœmineo periculoſum eſt, ne
huc atq. illuc vagando in meretticium inci-
dat,vt fusè oſtendit Tiraq.in ll. connubia.l.
10. à num. 33. 34. cum ſequent.multis, ſed
hæc omnia in iuris ceſſant.
28 Sextam † ſuperaddere libet quoniam hu-
iuſmodi renunciationes re ipſa donationes
ſunt vt ſcripſi fusè quæſt.73.hac ſectio. atqui
donare filius patri non poteſt,ſic authoritate
Iulij Clar.ex communi dixi dicta quæſt.73.
ad finem.
29 Supereſt † nunc contrarijs rationibus in
principio quæſtionis adductis reſpondere:
Non igitur obſtat prima, quoniam tex.in d.
l.non putauit §.ſi quis ſua manu cum alijs ſi-
milibus non loquitur in pacto vel conuentio-
ne qua filius ſeipſum ſucceſsione priuauit fi-
lius autem inibi voluntarie conſenſit exhæ-
redationi paternæ in teſtamento adiectæ,
quo teſtamento ſucceſsiones dantur & adi-
muntur, vt & ſenſit multis ornans ſolutionē
Iaſſ.in l.ſi quādo §.1.C.de inoffi.teſtam. Ali-
ter reſpondit Vaſqui.d.§.10. num.528. filiū
qui exhęredationi vel præteritioni conſenſit
in d. §. non tam ſibi nocuiſſe propter illius
cōſenſum ante mortem pręſtitum,quā prop-
ter ratihabitionem vel perſeuerantiam poſt
mortem adhibitam. d.l. filio pręterito & d.
l.fina.C.de pact.vtcunq.ſit conſtat in eo tex.
30 nullam interceſiſſe pactionem.Neq. † obij-
ciat quiſpiam quod taciti & expreſsi eadem
eſt virtus l.cum quid de reb. credi.l.triticū
de verbo.obliga.ff. & cum filius expreſſe nō
31 poſsit,neq. etiam tacite; quoniam † maior
32 eſt virtus expreſsi quā taciti. Et † multa ta-
citè tollerantur quę in pactū deduci non poſ-
ſunt l.non nunquam de condi.& demonſt. ſ.
expreſſa nocent vbi Deci.& alij de reg. iur.
Non obſtat ſecundum de iure primoge-
nituræ:reſponſio enim facilis eſt:ius primo-
genituræ vendi & cedi poſſe,at ea pactio nō
ſucceſsionem futuram reſpicit ſed ius illud
quod de præſenti competit;ſic Eſau.tale ius
pactus eſt, id ipſum efficere poſſunt illi qui-
bus vel ex conuentione matrimoniali, aut
conſuetudine locorum hoc primogenij ius
competit;quamuis vt dixi ſuperius Ludoui.
Molin.d.loco abneget id maioraribus vlte-
rioris Hiſpaniæ fieri poſſe;cuius tamen peri-
culoſam admodum ſententiam eſſe video
quæ multis poſsit conuinci rationibus quas
prætereo.
33 Tertium † non facit;nam in d.l.1. & d.l.
cum proponas C. de pact. etſi renunciatum
fuerit fideicommiſſo,mortuus tamen erat is
de cuius hęreditate agebatur: Et vulgo dici-
tur ex vniuerſali fideicommiſſo ſuccedi teſ-
tatori grauanti non hęredi grauato l.cohęre-
di §.cum filię cum alijs de vulga.Inde effici-
tur vt hęreditates vendi & alienari quouis
titulo poſsint l.1.& toto titul. C.de hęredi.
34 vel actio.vendi. poſſe † autem renunciari fi-
deicommiſſum quod alicuius morte compe-
tit nullus dubitat ex d. l.1. & d. l. cum pro-
ponas vbi omnes C. de pact. quinimo cen-
ſuit Bart.in l.qui Romę §. duo fratres quem
alij ibidē omnes ſequuntur de verbo. oblig.
generalem renunciationem continere fidei-
commiſſum vbi non ad aliud quam fideicō-
miſſum ipſum renunciatio poteſt extendi, de
quo ſuo in loco dicemus.

Non

Non obſtat quartum, nam quod quiſque non poſsit renunciare, non inde beneficium inuito conferri dicetur; cum legis prohibitio bono publico introducta ſit,& Reipublicæ interſit ne quis re ſua male abutatur §.fina.inſtit.de his qui ſunt ſui vel ali. iur. & facere nemo poteſt ne leges in ſuis diſpoſitionibus locum habeant l. nemo poteſt delegat. 3. quæ viras hominum & ipſorum actus conſtringunt l. leges ſacratiſsimæ C. de legib.

Neq. quintum oberit: Etſi enim pactis de non ſuccedendo minimè inducatur votum captandæ mortis,neq. ea ratione huiuſmodi pacta improbentur, alia tamen reijciuntur vel quod filius aut filia dote vel donatione modica contenti magnæ & opulentæ renũciarent hereditati; aut altera ratione ex his quas ſuperius memoraui,eas prætereo. Remanet igitur conſtans & firma regula non poſſe filiam dote accepta paternę renunciare ſucceſsioni d.l.pactum dotali de collatio.

35 Regulam ✝ hanc extendunt interpretes primo vt nec ſi factum fuerit hoc pactum de non ſuccedendo in cõtractu matrimonij valeat d. cap. quamuis pactum in verbis dum nuptui tradebatur: Etſi enim maximus ſit fauor matrimonij & multa in illius cõtractu ſimul cum conuentionibus nuptialibus quæ fiunt in capitulis matrimonialibus priuilegia à iure fuerint conceſſa quemadmodum fusè ſcripſi hoc lib.quęſt.1. ſectio.1. & quęſt.2.& 3. noluit tamen lex hanc probare conuentionem de ſuccedendo, ne ex ea deteriora prodiderent inconuenientia vel abſurda.

Quemadmodum & improbauit ea omnia quę vel doti aut matrimonij contractui poſſent eſſe aduerſa & contraria, vt in eadem quæſtio.1.larius ſcripſi: Nihil igitur mirum ſi nec fauore matrimonij hęc pactio ſuſtineatur:nam vbi valeret eadem ipſa in commodum filiæ paciſcentis verteretur,quę dote forſan modica contenta magnæ renunciaret ſucceſsioni: quę diligenter notanda ſunt quoniam à nemine ſic declarata.

Nunc regula d.l. pactum dotali de collatio. quibuſdam modis declaranda eſt quos Iaſſ.ibidem congeſsit,ego aliquos referam.

36 Primo itaq. ✝ declaratur niſi conſuetudine pactum hoc de non ſuccedendo roboraretur ca.1.de filijs nat.ex matrimo.ad morga. contract. ſi enim poteſt conſuetudo approbare pacta de ſuccedendo quæ regulariter votum captendæ mortis inducunt, maxime dum fiunt in cõtractu matrimonij,quemadmodum multorum authoritate ſcripſi hoc lib.ſectio.1.quęſt.2.& 3.multo magis pactũ de quo agimus, ſiue renunciationem ipſam in qua huiuſmodi improba cauſa locum habere non poteſt.ſic cenſent Pau.Caſt.Roma. Iaſſ.& latiſsimè Alexan. in d. l. pactum dotali Berenga.in d.cap.1. de filijs nat.ex matrimo.ad morga.con. c.ante penultimo n.7.

37 Secundo declaratur ✝ cum pater filium emancipat accepta pecunia,& in emancipatione cum eo paciſcitur ne ipſi vſquam ſuccedere poſsit, non enim lex huiuſmodi improbat conuentionem in illius odium,qui ex ea præmium videtur emancipationis recepiſſe l.1.§.ſi vel parens ff.ſi quis à parẽte ſue. manu.glo.in d. cap. quamuis pactum in verbo lex ciuilis vbi poſt ipſam alij. latè Alex. & poſt eum Iaſſ.in d.l. pactum dotali ſequitur Berenga.vbi ſupra num.7.verſic. Tertio reſtringę.Cæterum non repellitur ibi pater in vim pacti, ſed quia turpiter ſecit accipiẽdo pecuniam à filio propter emancipationẽ:

38 Simile ✝ eſt in patrono qui vt ſeruum manumittat pecuniam accipit, quoniam turpiter agit atq. ideo ſibi contra tabulas aduerſus liberti teſtamentum denegatur l.ſi quam vbi glo.Bal.Angel.Salice.& alij C. de opeces liber. licet hanc declarationem impugnent Roma.in dict. l. pactum dotali & Imol.in l. vtrum turpem per illum tex.de verbo.obliga.

39 Ex quo ✝ deducitur patrẽ pro filio emãcipando pecuniam accipientem non turpiter facere,defendit tamen Alexand.egregie in d.l.pactum dotali: cuius etiam dicta in-

40 fringi poſſunt: vnde verius ✝ mihi noue videtur eam patris pactionem cum filio ius ſuſtinere; quoniam nõ tam debita eſt filiorum ſucceſsio parentibus, ſicut parentum filijs l. nam etſi parentibus cum vulgat.de inoſi. teſta.ſic licet per bonorum poſſeſsionem contra tabulas vitietur teſtamentum patris in totum,ea tamen quę datur patri aduerſus filij teſtamentum non rumpit in totum ſed pro parte legitimę patri competenti l.Pantonius vbi omnes ff.ſi quis à paren.ſue. manumiſ.

41 Tertio ✝ declaratur regula d.l.pactum dotali vt non procedat quando pater in emãcipatione tantundem recepit à filio quãtum ſua aſcendebat legitima;adiecta enim ab eo pacto de non ſuccedendo non reijcitur à lege d.l.1.§.ſi vel parens in verbis, vel poſtea viuus in eum filius quantum ſatis eſt contulit,&c.Barto. in d.§.ſi vel parens Alexan. & Iaſſ.in d.l.pactum dotali.Et licet aliter ſentiat Salice.in dict.l.& Iaſſ.in d. l. fina. C.de pact. tamen & ſuperior declaratio ſuſtineri poteſt.

42 Quarto ✝ declaratur in caſu quo pater legitimaret filium ſuum naturalẽ adiecta conuentione ne ſibi ille ſuccederet, vel idem filius patri; ſuſtinetur enim à iure conuentio; cum enim voluntarie filium legitimauerit potuit

potuit eam conditionem & legem adijcere quam voluit.reſoluit latiſsimè Alex. in d. l. pactum dotali & relatis eodem Alex. Paul. de Caſtr.& Cœpol.ſequitur Iaſſ.in d.l.nu.3. ad medium.

43 Hanc † tamen traditionem communem noue declarandam puto, ne procedat in legitimatione, quę fit per contractum matrimonij, ſi enim aliquis contrahendo illud paciſceretur cum vxore & illius filijs antea ſuſceptis ne ſuccederent, inutile foret pactum, licet enim voluntarie vxorem ducat tamen conuentione illa efficere non potuit quin filij antea procreati ex ipſo contractu matrimonij vere legitimi efficiantur.cap.tanta ex. qui filij ſint legi.quos conuentione illa à ſucceſsione repellere non poteſt, etiam ſi aliquid recepiſſent d.l.pactum dotali.quod notandũ eſſe puto etſi à nullo animaduerſum.

44 Quinto † declaratur atq. hic caſus nullam continet dubitationem quando filius vel filia renunciarent hæreditati iam mortui parentis, vel alterius, tunc enim cum ceſſant rationes d. l. pactum dotali ſupra adductæ, quibus hoc pactum improbatur; ceſſat itidẽ illius diſpoſitio; ſic aperte probat tex. in l.ſi quando §.1.vbi Bal.Salice.Angel.Alex.Iaſſ. & cæteri omnes C.de inofi.teſtam.tex.in d. l.1.& l.cum proponas C. de pact.& ibidem omnes indifferenter.

45 Sexto & † vltimo declaratur quando filia renũciaret adhibito iuramento, quo ſe nihil amplius petituram in hæreditate patris viuentis promittit.d.cap. quamuis pactum de pact.in 6. cuius diſpoſitione ſublatæ fuerunt magnæ illæ controuerſiæ, quę inter veteres IurisConſultos agitabantur, dum multi credebant conuentionem hanc iuramento firmari non poſſe, Alij ſecus exiſtimabant, vt Accurti.refert in d.l.pactum dotali; ſed de huius capitis intellectu & eorum quę ibi & alibi interpretes tradiderunt in ſequentibus ſuo ordine diſputabitur.

46 Tres autem † potiſsimæ adferuntur rationes ab interpretibus cur hæ fiant renunciationes per filias parentibus ſuis: prima ne poſt mortem patris illius iudiciũ impugnẽt, atque de ſuis bonis pater libere diſponere poſsit; hanc rationem prior fertur adduxiſſe Zanchi.doctorem antiquum in d.cap.quamuis pactum ſequutus eſt Craue.conſ.42.n.2.

47 Rationem † hãc impugnauit Corne.conſ. 291.num.6.lib.4.ex eo quod etiam nulla renunciatione per filiam facta poteſt pater de bonis ſuis libere diſponere ſi tamen ipſam congruenter dotauit, quia dos loco legitimę ſuccedit.dixi hoc lib. quæſt.3. declaratio.2. ita fit vt poſt filia nullam legitimam conſequi poſsit cum iam ipſam fuerit conſequuta licet facultates patris auctæ ſint vt ſuo loco dicemus; & dixit communem Rip.lib.2.reſpon.cap.6.ad finem; verum hęc impugnatio non placet quoniam ratio d.l.pactum dotali potiſsima ea fuit ne filiæ modica dote contentæ magnę renunciarent hęreditati, cuius legis diſpoſitionem interueniente iuramento ſuſtulit Roma.Pontifex.

48 Altera † ratio adſertur quia patres ſub ſpe
ducendi aliam in vxorem, alteramq.prolem
ſuſcipiendi curant vt filię in contractu renũ-
cient matrimonij, & poſt alios hanc rationẽ
49 probat idem Corne.d.conſ.291.nu.7.Hęc †
ratio ſuſtineri non poteſt quoniam non eſt
prę ſumendum parentes poſthumos naſcituros ſic diligere vt filiam prę ſentem & natã, ad tex.in l.qui filiabus de lega.1.Craue.cõſ. 77.num.12.conſ.173.nu.12. dixi alijs multis relatis ſupra ſectio.2. His addendũ quod mors vxoris præſentis vti triſtis euentus nõ eſt in conſideratione, ſcripſi hoc lib.ſectio.1. quæſtio.8.

50 Tertiam † interpretes rationem adducunt fieri vt plurimum has renunciationes ad cõmodum filiorum maſculorum vt aptius familiam & agnationem poſsint conſeruare. dixit Corne. hanc rationem veram & finalẽ d.conſ.291.lib.4. Bellon.conſ.15.num.12. Crauet.conſ.42.num.2. Dida.in d.cap. quãuis pactum 3.part.§.3.num.4. Sed neq. hæc ratio placet quoniam & fiunt huiuſmodi renunciationes etiam quando filijs maſculis caret pater.

51 Verius igitur † videtur dicendum multas poſſe iuxta cuiusque voluntatem cauſas adferri cur ſimiles fiant renunciationes; neq.de ratione illius capi.multum curandũ eſt, quãdo intelligere ſufficiat ob iuramentum interpoſitum quauis occaſione renunciatio fiat ſuſtineri aduerſus iuris ciuilis diſpoſitionem propter peccatum.

SVMMARIVM.

1 *Promiſsio iurata a filia facta patri qua promittit ſe renunciaturam hereditati paterna, an ſufficiat abſq. actuali renunciatione.*

2 *Diſpoſitio cap. quamuis pactum de pact. in 6. eſt odioſa.*

3 *Diſpoſitio correctoria eo ipſo odioſa reputatur.*

4 *Diſpoſitio odioſa & correctoria ex maioritate rationis non extenditur.*

5 *Diſpoſitio tex.in cap. quamuis pactũ de pact. in 6.multis rationibus odioſa.*

6 *Diſpoſitio odioſa dicitur, qua ius quæſitum alteri tollitur.*

7 *Interpretatio ea fieri debet per quam reducimur ad ius antiquum.*

8 *Interpretatio per quam reducimur ad ius antiquum*

tiquum dicitur fauorabilis.

9 *Interpretatio ita facienda vt ius cõmune minus lædatur.*

10 *Duplex odium vbi concurrit ibi extenſio omnino prohibetur.*

11 *Extenſio in iure prohibita niſi neceſsitas vel vtilitas id ſuadeant.*

12 *Promiſsio renunciandi nõ dicitur renunciatio.*

13 *Promiſsio vendendi non dicitur venditio.*

14 *Lex inutiles circuitus vitare ſolet.*

15 *Ius pro facto habet id ꝙ quis facere promiſit.*

16 *Iuramenti obſeruationis ratio quæ militat in actuali renũciatione vindicat etiam in promiſsione de renunciando iurata.*

17 *Extenſio fit in correctorijs vbi lex corrigens rationem expreſsit.*

18 *Extenſio latiſsima fit vbicunq. agitur de fauore animæ, ſiue in correctorijs ſiue in pœnalibus.*

19 *Extenſio fit latiſsima vbicunq. agitur de vitando periurio.*

QVÆSTIO. LXXXI.

PROMISSIO RENVNCIANDI iurata in capitulis matrimonialibus an ſola ſufficiat in terminis cap. quamuis pactum de pact. in 6. vt filiam ab hæreditate paterna excludat.

1 SINGVLARIS † nunc caſus explicãdus eſt, qui in dies occurrit à paucis tractatus, an ſola promiſsio iurata à filia facta in contractu matrimonij, qua ſe renunciaturam pollicetur hæreditati paternæ, ſufficiat abſq. actuali renunciatione, & multa vrgent quibus credi poteſt ſolam ipſam nõ ſufficere.

2 Primo † quia diſpoſitio dict. cap. quamuis
pactũ eſt odioſa duplici ratione: prima quia
tollit iuris ciuilis diſpoſitionem, ſic enim dixit idem Roma. Pontifex in d. cap. illis ver-
3 bis *improbet lex ciuilis, &c.* At diſpoſitio †
correctoria eo ipſo odioſa reputatur & conſequẽter reſtringenda, vt non alios caſus quã
expreſſos cõprehẽdat l. precipimus C. de appellatio. l. ſanccim' C. de teſt. tex. egregius in
§. final. in auth. de adminiſ. offi. apertius in l.
ſi furioſi C. de nup. l. ſi vero §. de viro vbi fuſè Roman. & alij ff. ſolut. matrim. auth. quas
actiones vbi glo. C. de ſacro. Eccleſi. cap. cũ
expediat de electio. Barto. in l. ſi conſtante
quæſt. 7. ſolu. matrimo. atq. axioma hoc pro
regula omnes tradiderunt: quales Matheſil.
tracta. de extenſio. in principio num. 1. eandem regulam propoſuit Imol. in d. l. ſi vero
§. de viro col. 4. Alciatus regulæ adhæret in
commenta. de verbo. ſignifica. num. 34. 35.
lib. 2. Similem conſtituit regulam Euerard.
in topi. legali. in loco à ratione legis nu. 14.
proponit & ipſam Gammar tracta. de extẽ-
ſio. ſub. num. 118. Iaſſ. in d. auth. quas actio-
4 nes num. 21. admittuntq. † interpretes regulam hanc receptiſsimam vt nec ex paritate,
ſimilitudine, neq. etiam ex maioritate rationis extenſio fieri poſsit gloſ. in l. tam is §. 1.
ff. de do. cau. mot. Barto. in l. præcipimus §.
final. C. de appellatio. dixit communẽ Iaſſo.
in d. auth. quas actiones num. 21. verſicu. Sic
ergo; dixit receptiſsimam Capra. regul. 90.
num. 113. idem Iaſſ. in l. de quibus num. 14.
de legi. Deci. in l. nõ debet cui quod plus de
regu. iur. Ripa. in d. l. ſi conſtante num. 57. vt
modo alios innumeros prętercam; cum igitur correctoria lex odioſa ſit & extendi non
poſsit Natt. conſ. 424. num. 5. Crauet. conſi.
pro genero num. 85. Surd. deciſio. 208. n. 15.
conſequenter tex. in d. cap. quamuis pactum
loquens in renunciatione actuali, ad promiſſionem extendi non debet.

5 Secundo † ex alio diſpoſitio d. cap. odioſa eſt quoniam tollit ius filijs competens in
hæreditate parentum, qui modico contenti
magnæ ſæpius renunciant hæreditati, vt quę-
6 ſtione diximus prętedenti. At ea † diſpoſitio
odioſa dicitur qua ius alteri quæſitum tollitur l. nec auus C. de eman. libe. l. 2. §. ſi quis
à principe ff. ne quis in loco publico. proinde fieri interpretatio debet in dubio ne ius
tertij lædatur l. 3. §. 1. de recep. arbit. Craue.
conſ. 245. nu. 9. & conſ. 269. nu. 5. Menoch.
conſ. 270. nu. 13. lib. 3.

7 Secundo † interpretatio ea in dubio fieri
debet, qua reducimur ad ius antiquum commune, at ſi tex. in d. cap. quamuis pactum nõ
habet locum in promiſsione renũciãdi ſed
& in ſola renunciatione pro vt loquitur, ſi nõ
in toto in parte ſaltim reducimur ad ius cõmune d. l. pactum dotali; maior propoſitio
probatur authoritate gloſæ in cap. ſtatutum
in verbo numerãdum de præben. in 6. Alex.
in d. l. ſi conſtante Iaſſ. in d. auth. quas actiones Surd. deciſio. 272. num. 34. Menoch. qui
Panormi. Socin. & Deci. refert conſ. 1. num.
392. lib. 1. Surd. conſ. 182. num. 23. qui alios
8 refert. Et † hæc interpretatio dicitur fauorabilis Panormit. Anton. Socin. Aretin. Barba. Iaſſ. Felin. Deci. Curti. & alij plures quos
congerit Tiraq. tracta. de primog. queſt. 24.
num. 6. Dida. Couar. lib. 3. reſolutio. cap. 6.
num. 4. Oſaſ. deciſio. Pedemont. 147. n. 20.

9 Quidquod † & ea interpretatio ſumi debet qua ius commune minus lęditur capi. cũ
dilectus de cõſuetu. Roma. & alij multi quos
citat Becci. conſ. 12. num. 43. Surd. deciſio.
274. nu. 25. idem Surd. conſ. 245. nu. 9. lib. 2.

Cæterum

Cæterum ſi tex.in d.ca. quamuis pactum ſo-
lum procedit in renunciatione actuali & nõ
in ſola promiſsione, minus læditur diſpoſi-
tio iuris ciuilis d. l. pactum dotali proinde
ad promiſsionem extendi illa diſpoſitio nõ
debet.

10 Tertio † conſtat in caſu de quo agimus
duplex odium concurrere, nam filij in pri-
mis à ſucceſsione repelluntur parentum eis
debita omni iure, alterum quia ius ciuile im-
mutatur, at vbi duplex concurrit odium ex-
tenſio prohibetur omnino, ſic erudite ſcrip-
ſit Camil. Galli. in commen. de verb. ſignifi.
lib. 7. cap. 30. num. 15. ideo æquum videtur
vt diſpoſitio d. cap. ad ſimplicem renuncia-
tionem extendi nequeat.

11 Quarto † prohibetur in iure extẽſio quo-
ties neceſsitas vel vtilitas id non ſuadet ita
authoritate Cœpol. docuit idem Gallin. in
commen. de verb. ſigni. lib. 7. cap. 27. nu. 23.
atqui in noſtro caſu neq. vtilitas filiorũ quæ
imo contrariatur, neq. neceſsitas poſtulant
vt in promiſsione iurata locum habeat tex.
in d. cap. quamuis pactum, inde fiet ne in ea
ſibi locum vindicet.

12 Quinto † promiſsio renunciandi non di-
citur renũciatio, quia diuerſa ſunt: ſic in ter-
minis docuit Nico. Boeri. deciſio. 3. quem
refert Menoch. conſ. 92. num. 3. lib. 1. ſicut &
promiſsio donandi non dicitur donatio Ti-
raquel. qui multos recenſet tract. de retract.
conuentio. ad finem num. 48. Menoch. dict.
13 conſ. 92. num. 2. 3. Et huc quoq. pertinent †
quod promiſsio vendendi non eſt venditio,
nec promiſsio contrahendi matrimonium
non eſt matrimonium, vt hęc & alia multa
his ſimilia multorum authoritate cumulaui
hoc tracta. lib. 1. compara. 2.

Hęc certe me aliquando ancipitem te-
nuerunt quo minus in Baldi inferius citandi
ſententiam abirem.

Re autem diligenter conſiderata verius
videtur textum in d. cap. quamuis pactum,
in renunciationis promiſsione locum habe-
re iurata; prout cenſuit Bal. in d. l. pactũ do-
tali quæſt. 18. de collatio. Roma. ſingu. 183.
Boeri. dict. deciſio. 3. quos refert & ſequitur
Dida. in d. ca. quamuis pactum 3. part. in ini-
tio num. 3.

14 Mouentur † citati interpretes primo quo-
niam lex ſolet inutiles vitare circuitus l. do-
minus teſtamento de condic. indebi. l. cum
15 fundus §. ſeruum tuum de reb. credi. Ita † fit
vt ius ipſum pro facto habeat id quod quiſ-
que facere promiſit l. ſi intra C. de pact. ſic
enim in eo textu exceptionẽ parit promiſ-
ſio liberandi, ac ſi liberatio facta fuiſſet. l. ſi
creditoris C. de fideico. Alex. & Iaſ. in d. §.
ſeruum tuum. Dida. vbi ſupra.

His addendi innumeri quos longa ſerie
digeſsi d. compara. 2. quibus ſuperior tradi-
tio aperte adiuuatur ea non repeto.

16 Altera ratio eſt, quoniam † cauſa obſer-
uationis iuramenti quę militat in actuali re-
nunciatione, quam reddit tex. in d. ca. quam-
uis pactum eadem militat in promiſsione de
renunciando iurata, propterea illius diſpoſi-
tio obſeruanda itidem erit in ſola promiſ-
ſione ad tex. in l. à Titio cum vulga. de furt.
hæc interpretes nunc relati.

17 Sed addendum † quod magis ad inſtitutũ
quæſtionis facit propoſitę, & quod contraria
à nobis ſuperius adducta tollit; extenſionẽ
fieri in correctorijs vbi lex corrigens ratio-
nem expreſsit. l. his ſolis verſic. Tacite cau-
tum putamus C. de nauti. foeno. quem tex-
tum dixit Alex. in l. ſi conſtante quęſt. 9. me-
liorem de iure: ſimilis eſt iuncta gloſ. ibi in
verbo eligantur in clemen. 1. de electio. do-
cet Bald. in auth. quas actiones C. de ſacro.
Eccleſi. vbi & Iaſ. qui citat tex. in l. cum mu-
lier ff. ſolut. matrimo. Rip. in l. ſi conſtante
num. 63. ff. ſolut. matrimo. Crauet. 183. nu. 3.
idem conſ. 186. nu. 11. fusè Tiraquel. in l. ſi
vnquam verbo libertis num. 4. & 46. de re-
uo. donatio. Menoch. de arbitra. iudi. quęſt.
lib. 2. caſu. 63. num. 9. caſu. 84. num. 8. cum
ſequent. Surd. deciſio. 62. num. 26. deciſ. 174.
num. 13.

18 Accedat † ſuperioribus quod vbi agitur
de fauore animę fit latiſsima extenſio ſiue ſi-
mus in correctorijs ſiue in pœnalibus quo-
niam agitur de vitando peccato, quemad-
modum in ſpecie noſtra de vitando periurio,
docet ſingulariter Barto. vbi poſt eum om-
nes cęteri in auth. ſacramenta puberum ad
finem C. ſi aduer. vendi. Roman. in l. ſequi-
tur §. ſi viam de vſucap. Iaſ. in d. auth. quas
actiones num. 25. & in d. auth. ſacramenta
puberum num. 16. poſt Panormita. in cap. ex
tenore ex. qui filij ſint legi. Felin. in ca. trãſ-
lato de conſ. & in cap. iurauit de probatio.
latius in cap. final. de præſcrip. Rip. in l. ſi
conſtante num. 72. ff. ſolut. matrimo. alios ci-
tat Euerar. in topi. legali. loco à ratione le-
gis n. 30. Matheſil. tract. de extenſio. extẽſio.
19 5. Alciat. lib. 2. de verb. ſigni. num. 44. Et † in
terminis proprijs vbi agitur de vitando per-
iurio fieri debere extenſionem docuit Bart.
in d. auth. ſacramenta puberum in loco ſu-
perius relato; qui inibi ſcripſit tex. in d. auth.
ſacramenta puberum ad omnes contractus
extendi in quibus interpoſitum fuit iuramẽ-
tum ratione vitãdi periurij, quamquam diſ-
poſitio d. auth. ſit exorbitans & odioſa: ſe-
quuntur cæteri ibidẽ. Declarat poſt eos Ca-
mill. Gallin. in commen. de verb. ſignifi. lib.
7. cap. 24. num. 15. 16. qui alios recenſet.

Ex

Ex his conſtat ſuperius adducta in contrarium minime obſtare, quę vno tolluntur verbo; liciram fore extenſionem in correctorijs ex ratione expreſſa, tum & quoties agitur de vitando peccato vel periurio.

SVMMARIVM.

1 *Renunciatio abſenti facta ſicut donatio non valet.*

2 *Donatio abſenti facta non acceptata licet intellecta, non valet.*

3 *Donatio per nuncium fieri poteſt vel epiſtolã.*

4 *Donatio vel renunciatio abſenti facta acceptata per notarium valet.*

5 *Donatio abſenti facta & per notarium acceptata valet & in Cathalonia pro hac opinione iudicatur.*

6 *Acceptatio donationis an fieri poſſit poſt mortem donatoris.*

7 *Ratificatio reintegra fieri debet.*

8 *Ratificatio tempore habili facienda eſt.*

9 *Acceptatio non requiritur expreſſim vbi donatarius eſt præſens donationi.*

10 *Acceptationẽ inducit quilibet actus exterior.*

11 *Abſens in dubio quis præſumitur potius, quam præſens.*

12 *Homo ſuapte natura mouetur.*

13 *Renunciatio iurata an requirat acceptationẽ.*

14 *Iuramentum partis præſentiam operatur.*

15 *Iuramentum operatur vt alteri ſtipulari quis poſſit.*

16 *Iuramentum operatur partis præſentiam per fictionem.*

17 *Stipulari alteri quis poteſt fauore piæ cauſæ.*

18 *Statuto ſtante quod alteri per alterum obligatio quæratur, intelligitur dum tertius, cui obligatio quæritur, acceptat.*

19 *Iuramentum actum ſui natura reuocabilẽ non facit irreuocabilem.*

20 *Iuramentum regulatur ſecũdum naturam actus, cui adijcitur.*

21 *Iuramentum parte abſente præſtitum & non acceptatum, non valet.*

22 *Theſaurus Senator Pedemontanus laudatur.*

23 *Opinio authoris noua.*

24 *Iuramentum vbi pendet à ſolo facto iurantis libere reuocari poteſt.*

25 *Iuramentũ remitti poteſt ab eo, cuius intereſt.*

26 *Iuramentum inducit partis præſentiam fictione retrotractiua.*

27 *Renunciatio in iudicio facta niſi fuerit per iudicem acceptata non tenet.*

QVÆSTIO. LXXXII.

RENVNCIATIO IVRATA FActa per filiam in cõtractu matrimonij patri abſenti, an valeat; Et quando acceptatio vel ratihabitio requiratur.

DVO huius quęſtionis capita proponuntur, primum an renunciatio iurata per filiam facta in cõtractu matrimonij patri abſenti valeat nec ne. Secundum an acceptatio ſit neceſſaria; ſequentes igitur erũt conſtituendæ inſpectiones.

1 Primi † capitis hæc ſit inſpectio, renunciationem donationem eſſe, ſcripſi multis relatis hac ſectione quęſ.73. At donatio abſenti facta non valet l. abſenti ff. de donatio. l. ſi ego ff. de reb. credi. l. in omnibus in 2. de actio. & obliga. l. ſi quis in 1. C. de donatio. Et hanc eſſe communem ſententiam ex Corne. Pariſi. & alijs teſtatur Clar. in §. donatio quęſtio. 12. num. 2. eandem nouiſsimè communem dixit Peregrin. conſ. 94. nu. 2. vbi nu. 3. extendit authoritate Bald. Salice. Bart. Caſtren. Roma. Corne. Areti. Guid. Pap. Pariſi.

2 Capre. Clar. licet † quis donaret abſenti, & abſens intellecta voluntate donatoris non tamen per nuncium vel epiſtolam acceptaret, adhuc enim imperfecta foret; idem ſcribit tracta. de fidei. artic. 51. nu. 4. & ſequent. & his non relatis Auen. & Menoch. quos refert Gutier. cap. quamuis pactum num. 59. ſequitur Cance. qui aliquos ex antiquioribus citat lib. 1. reſolu. cap. 8. num. 19. Ita ſequitur vt renunciatio patri abſenti facta quæ vim ſuſtinet donationis valere non poſsit. ſic Dida. ſenſit in d. cap. quamuis pactum 3. par. in initio. nu. 4. Gutier. n. 52. etſi is obiter Didacum ſequens.

3 Subinde † infertur quod cũ donatio poſſit fieri per nuncium ad id deſtinatum & etiã per epiſtolam propriam, valeret huiuſmodi renunciatio, quia & donatio valet, intelligẽdo ſemper ſi ſit iurata alias ſecus inter patrem & filium de iure ciuili vt quęſtio. dixi. 74. quod autem de epiſtola & nuncio dixi vt his mediantibus valeat donatio aperte probant text. in l. nec ambigi l. ſi aliquid C. de donatio. l. conſenſu ff. de actio. & obliga. l. 2. ff. de pact. reſpondit Peregri. d. conſ. num. 8. in quo nulla hæſitatio eſt ſicut id ipſum notauit Clar. in §. donatio quæſt. 12. nu. 1. Surd. deciſio. 111. nu. 12. idem in conſ. 351. nu. 29. lib. 3. Peregrin. con. 94. num. 8. & 15. lib. 1. Sanch. de matri. to. 1. diſputa. 7. nu. 23. & 24.

4 Secunda † inſpectio vbi renunciatio iurata per filiam facta patri abſenti fuit per notarium nomine illius ſtipulata non eget acceptatione, quia iam acceptata à notario fuit, ſic in terminis quęſtionis propoſitę docet Dida. in d. cap. quamuis pactum 3. part. in initio num. 4. hanc ipſam ſententiam latè probat idem Dida. lib. varia. reſolu. 1. ca. 14. num. 11. & ſequent. Iuli. Clar. in §. donatio quæſt. 13. qui communem Roma. Corne. Guid.

Guid. Pap. Barto. Socin. Ruin. Pariſi. Rip.
Bertran. Rube. Gozadin. Galian. Craue. Ro-
lan. Oſaſ. Cæphal. Riminal. Clar. Dida. quos
omnes refert & ſequitur Surd. deciſio. 111.
Menoch. non relarus ab eo conſ. 92. num. 67.
lib. 1. vbi communem Ioſeph. Ludo. deciſio.
Peruſin. 29. num. 8. & 9. & licet Peregr. tract.
de fideico. arti. 51. num. 14. cum quibuſdam
ab eo citatis cōtrariam opinionem tueatur,
vt non obſtante ſtipulatione notarij adhuc
acceptatio requiratur, quā & latiſsimè tue-
tur Molin. de Hiſpa. primog. lib. 4. cap. 2. à
num. 69. Gutier. qui & alios recenſet eiuſdē
opinionis authores vlterioris Hiſpaniæ qua-
les Burg. de Paz. conſ. 14. num. 20. Burg. de
Paz. filius alterius quæſtio. ciuili 10. nu. 23.
Pela. de maio. Hiſpa. 1. par. quęſtio. 36. nu. 2.
& quæſt. 68. nu. 1. Oland. in conca. antinomi.
litt. D. num. 43.

Tanta eſt inter noſtros opinionum con-
fuſio vt vix quæ communis ſit intelligatur:
nam Theſau. nouiſsimè deciſio. Pedemonta.
70. à num. 1. hunc proſequens articulum pro
vtraq. parte innumeros coaceruat, tandem
affirmat placere ſibi vt veriorem & magis
cōmunē, quod requirarur acceptatio. Cæte-
5 rum † in hac prouincia Senatus Regius re-
cepit vt nulla adſtante ſtipulatione notarij
requiratur acceptatio refert Ludoui. Pegue.
deciſio. crimi. 148. num. 11. Cance. lib. reſo-
lut. 1. cap. 8. num. 27. ſuperior tamen magis
placet, vt multis rationibus defendit Ro-
lan. conſ. 19. à num. 22. lib. 1. Oſaſ. deciſio.
Pedemon. 33. num. 4. Cęphal. conſ. 33. à nu.
1. lib. 1. Riminal. in rub. inſtit. de donatio. à
num. 14. Surd. d. deciſ. 111. à num. 6. idem
deciſio. 206. num. 3. & 4. cuius certè maxima
eſt inter modernos authoritas, ſed vt modo
dixi in Cathalonia opinio altera ſuſcipitur,
& pro ea iudicatur.

6 Rurſus † & quæri rectè poteſt quid ſi filia
renuncians patri abſenti mortua fuerit ante
acceptationem patris, an poſsit pater poſt
mortem acceptare & ratam habere renun-
ciationem. articulus certè vt prior difficilis
eſt. quem in terminis d. cap. quamuis pactū
attingit Gutier. ibi num. 57. vbi ſcripſit ad
illius explicationem videndum Alciat. in ca.
cum contingat num. 112. de iur. iuran. Gre-
go. Lop. in l. 4. titu. 4. par. 5. glo. magna ad fi-
nem. vbi tenent acceptationem fieri nō poſ-
ſe. refert & Dida. in rubr. de teſt. 3. part. nu.
13. contrariam tenenrem: ipſe autē Gutier.
nullam ex his amplectitur opinionibus du-
bius permanēs. Et licet vt Alciat. & alij quos
7 refert Dida. d. loco moueātur † ratione vna
potiſsima, quia ratificatio re integra fieri
debet iuxta traditionem Bartol. Decij. Ro-
lan. & Neuizan. quos refert idem Surd. dict.
8 deciſio. 111. num. 1. Et † debeat fieri in tem-
pore habili eo ſcilicet, quo principalis actus
poteſt expediri, ad notata per omnes ex. eo.
tex. in l. bonorum ff. rem rat. habe. vt in ter-
minis dixere Bart. Angel. Natt. Bęcci. Oſaſ.
Socin. Deci. Ruin. Curti. iuni. Caſſan. Cagno.
Tiraq. Alban. Plot. Cæphal. & alij relati ab
eodem Surd. d. deciſio. num. 2. 3. 4. ex quo
tamen non requiritur acceptatio vbi ſtipu-
latio intercedit notarij vt in ſuperioribus
dixi, poteſt ratificatio vel acceptatio fieri
etiam poſt mortem filiæ renunciantis: ſic
multis rationibus & authoritatibus reſoluit
aſſerens ita deciſum fuiſſe in illo Mantuano
Senatu Surd. d. deciſio. à num. 1. vſq. ad finē
qui videndus, quoniam erudite vt ſolet &
ſubtiliter proſequitur. Eandem opinionem
& eundem articulum inter eaſdem perſonas
decidit latiſsimè idem Surd. deciſio. 206. à
num. 1. vbi ex integro eandem facti ſpeciem
diſputat, & prout in altera deciſione id ip-
ſum decidit cuius non repeto dicta: Quare nō
rectè ſenſit Cance. d. cap. 8. num. 25. qui ex-
preſsim cōtrarium aſſerit, præmaximè quod
in Cathalonia non requiritur acceptatio. Et
decidit egregie Theſau. deciſio. Pedemon.
70. num. 8.

9 Sanè † ſi donatarius foret præſens tem-
pore donationis non requireretur accepta-
tio expreſſa, præſumitur enim quiſq. accep-
tare omnia, quæ ad illius commodum ſpe-
ctant; licet longe melius ſit ad cautelam ex-
preſſe acceptare. Dida. relatis multis in dict.
rubri. de teſta. 3. par. num. 13. Gutier. in dict.
cap. quamuis pactum num. 58. fusè Menoch.
pręſump. 74. num. 6. lib. 2. dixi relatis alijs
hoc lib. 3. ſectio. 1. quæſt. 5. ad finem. Quini-
10 mo † ſola ſciētia donatarij, & quilibet actus
exterior, aut animi declaratio per quā conij-
ci poteſt acceptatio ſufficit; quia cum ſit ac-
tus commodum adferens facile præſumitur,
& vt dixit Surd. actus delectabilis Aretin.
Deci. Cæphal. Rolan. Dida. Menoch. Craue.
Anchar. Burſat. Riminal. quos citat Surd. d.
deciſio. 206. num. fina. & alios deciſio. 111.
nu. 11. 12. 13. Theſau. qui eleganter deciſio.
Pedemon. 70. nu. 12.

11 Porro quod † de præſente dixi vt tacitè
acceptaſſe videatur, intelligendum vbi præ-
ſens fuit, & quia id inſtrumentum confectum
narrat, alioquin ſi dubitaretur an præſens
quis fuerit vel abſens, in dubio potius ab-
ſentia quam præſentia præſumetur: Nico.
Boeri. deciſio. 153. num. 3. poſt Bald. & Pau.
de Caſtr. ab eo relaros. Mencha. lib. 2. con-
tro. illuſt. cap. 60. à nu. 1. & authoritate Cra-
uet. reſoluit Menoch. pręſump. 84. num. 12.
& 13. idem latius explicat pręſump. 19. à
12 num. 1. lib. 6. Rationem † reddidit Menoch.
dict.

d. pręſ.84.quoniā homo ſuapte natura mouetur,neq. in vno,& eodē loco ſemper perſiſtit,ob id non præſumitur quod in eo loco in quo vna hora fuit, altera hora ſubſequēti permanſerit:Præterea,cum ſit facti probanda eſt ab eo,qui eam allegat, ſicut & qui dicit abſentiam ſimiliter eam probare tenetur,quod latè tradit Menochi.dict. præſ.19. lib.6.

13 Alter nunc † articulus excutiendus eſt, quid vbi renunciatio iurata eſſet,an vi huiuſmodi iuramenti,quod præſentiam partis operatur vt mox dicam fiat vt acceptatio oeceſſaria non ſit in filia renunciante & iurante parte abſente. Et quidem ſi præter iuramentum adſit notarij ſtipulatio iuxta a nobis in ſuperioribus reſoluta res caret difficultate,quod ſi ſtipulatio deficiat;adſit tamē, iuramentum cenſuerunt multi adhuc acceptationem neceſſariam non eſſe, † quoniam

14 operatur præſentiam partis glo.in ca.cordis oculus 1.quæſt.7.verbo & per te,cui authoritate: conſequenter † docuerūt aliqui quod

15 licet de iure ciuili alteri ſtipulari nemo poſſit ex regula vulgata l.ſtipulatio iſta §.alteri de verb. oblig. adiecto tamen iuramento licebit ex ſupra adducta ratione, quia præſentiam partis iuramentum inducit. Iaſſon. poſt Barto.in d.§.alteri.num.4.Roland.qui alios citat conſ.19.nu.29.& 30.lib.1.Afflic. deciſio.135.& 164.Anto.de Butr. Innocen. Imol.& Guido.Pap. quos refert & ſequitur Cance.lib.1.reſolu.cap.8.num. 23.aſſeritq. ibidem ſe ita obtinuiſſe in regia Audientia; addendi his Anto.Rub.conſi. 117.num. 19. Peral.in l.cum pater §.a filia de lega.2. Neuiza.conſ.35.num. 22. Menochi. conſ. 371. num.16.lib.4.ſiue autem Cance. obtinuerit vel non obtinuerit veram non eſſe ſuperiorem iudico traditionem,quam ex antiquioribus tenuit Henri. de Bouen. in auth. ſacramenta puberum num. 87. C. ſi aduerſus veodi.Corne.conſi.126.Deci.conſi.306.nu. 6.& conſ.432.num.25.Archidi.magnę apud Canoniſtas authoritatis in ca. quacunq. 22. quæſt.5.in verſi.In gloſa prima in fine nu.4. Fortuni. Garci. in cap. 1.num.23.de pact. Burg.de Paz.conſi.14.num. 21. & 23.lib.1. illius filius Burg.de Paz.quæſt.10. num. 46. Ludo.Molin.tract.de primo. Hiſpa. lib. 4. cap.2.num.64.in fine,& num.65. dixit com munem & veram Alciat.in cap.cum contingat num.112.ex.de iur.iuran. Eandem nouiſsimè defendit Gutier. in d.cap. quamuis pactum à nu.55.cum ſequent. de pact. in 6. in verſi. Re tamen accuratius perpenſa; qui in ſecunda editione mutauit opinionem ſuā, ſubiungitque fore amplectendam in praxi & rectè, vere enim defendi contraria non

poteſt niſi ſola illa ratione,qua mouentur ex d.glo.cap.quoties cordis oculus , iuramen-

16 tū ſcilicet operari partis præſentiam, † quo oiam ideſt per fictionem , & licet quęratur per iuramentum actio abſenti,id intelligendum eſt reuocabiliter, non irreuocabiliter, niſi is cui a tertio ſtipulatio recepta fuit acceptauerit,ideo reuocāri poteſt; neq. vſquā legitur quod recipiatur a Deo propter iuramentum,niſi quatenus ab eo cuius intereſt acceptetur,vt rectè animaduertit Alciat. d. cap.cum contingat num.112.Moli. vbi ſup. num.65.Gutier.in dict. cap. quamuis pactū num.55.ad finem.

17 Comprobat † autem hanc ſententiam eleganter Ludoui. Moli. duobus ſimilibus. Primum quod licet fauore piæ cauſæ alteri per alterum ſtipulatio fiat vt modo dixi, in donatione tamen facta Eccleſiæ, & pio loco acceptatio neceſſaria eſt,etſi nullus acceptet inutilis redditur glo. communiter recepta in l. illud C. de ſacro. eccleſi. Iaſſ. Deci. Curti. iunior Grat. Ruio.& alij quos citat idem Ludoui. Moli.dict.cap.num. 58. & dixit communem præter nunc relatos Dida.in rub. de teſtam. 3. par. num.13. alios adiungit Burg. de Paz. iunior quæſtio. 10. num. 10. Gutier.in dict.cap.quamuis pactū num.55.in fine.& his non relatis Cance. d. cap.8.num. 20.21.Theſau. etſi is aliquantulum dubitet deciſio.Pedemonta.70.nu.10.

18 Aliud † ſubiungit ſimile Molin. quoniam inquit ſtante ſtatuto quod alteri per alterū obligatio quęratur, intelligitur tamen dum tertius cui obligatio quęritur acceptet, vt authoritate Alexan. Pau. de Caſt. & Curti. comprobat d.cap.num.63.

19 Addit ille ibidem † nu.64.verſ. Id ipſum etiam, iuramentum actum ſui natura reuocabilem, non efficere irreuocabilem ex vulga. tex. in cap. fina. de procuta. vbi gloſ. communiter approbata, & alij omnes latè Dida. d. cap. quamuis pactum.1.par.§.4.a num.1.alios ſciens prætereo.

20 Accedat † ſuperioribus quod ſicut donatio,quę eſt contractus principalis habet tacitam conditionem ſi acceptetur (intelligēdo tamen ſecūdum opinionem noſtram vbi a notario non fuit ſtipulata) eodem modo iuramētum vti acceſſorium habet in ſe eandem conditionem ſi a parte acceptetur,quia regulatur a natura contractus, cui adijcitur l.final.cum ſimilibus C. de non numer. pecuni.l.fina.ff.qui ſatis.cogan.ſiuè idē Ludo, Moli.d.cap.a num.56.Burg.de Paz.d. quęſ. 10.num.46.

21 Et probat † ſuperiorem ſententiam tex. apertus in l. certum §. ſi quis abſente ff. de confeſſ. vbi iuramentum parte abſen-

te factum & a nemine acceptatum non officit.

22 Theſaurus † autem d. deciſio.70. vir certè doctus nu.8.verſ. Ampliatur tertio in tam ardua difficultate poſt opiniones ſcriptorũ ab vtraque parte dubius concordat in hunc modum; vel inquit agitur de iuramento aſſertorio aut de promiſſorio, ſi de aſſertorio, non obſtãte iuramento acceptatio exigitur, vbi de promiſſorio minime, vt ille latius proſequitur.

23 Michi autem † videtur in hac controuertia non rectè hucvſq. expendiſſe interpretes noſtros veram huius queſtionis reſolutionẽ:
24 Nam † Iuramentum vbi pendet ſolum a iurante nullo interueniente facto vel intereſſe tertij, poteſt quidẽ libere reuocari; ita procedit tex.in d.ca.final.de procurato. cum ſimilibus: at vbi agitur de intereſſe vel facto tertij, ipſius voluntas exquirenda eſt vt vis iuramenti ſuſtineatur; nihil igitur mirum ſi acceptatio illius in cuius fauorem renuncia-
25 tio ſacta eſt neceſſaria ſit. Etſi enim † vinculum iuramenti grauiſsimum ſit, poteſt tamẽ vbi de facto vel intereſſe tertij agitur remitti ab eo cuius Intereſt, etſi quoad iurantem firmum maneat, neq. is ſolus illud tollere poſſet vel ei contrauenire propria authoritate cap.1.de Iur. iuran. vbi a Panor. cæteri omnes docuerunt: Si igitur quiſquam alteri aliquid dare vel facere promittit adiecto iureiurando, licet Is obſeruare iuramẽtum teneatur, poteſt tamen cui preſtitum eſt, illud iuſte remittere, eoq. ipſo & Deus remittit d.cap.1.& cap.2.ex.de ſpõſa.ex diuo Thoma.Pala.Rub.Oldrad.& alijs ſcribit Dida. in d.cap.quamuis pactum 1.par.§.3.a nu.1. Ad inſtitutum noſtrum ſic dicemus, quod licet filia vel alter iuraus renunciationem nequeat ipſam reuocare ratione iuramenti, quia tamen de facto & intereſſe eius, cui iuratum eſt agitur, illius voluntas (acceptatio ſcilicet vel refutatio) exquirenda eſt; acceptatio vt renunciationis actus ſuſtineatur, refutatio vt deficiat ſimul cum iuramẽto, quod alioquin obſeruandum erat.

26 Hinc deducitur † vera interpretatio illius ſententię quam in contrarium adferunt aduerſam partem tenentes, & quam vrgere admodum dixit Theſau.d.deciſio.nu.8.ad medium; ſcilicet iuramentũ operari partis præſentiam vt ſcribunt Alexan.Iaſ. & alij ſupra adducti in d.§.alteri Rolan.& Afflict. relati ab eodem Theſau.vbi ſupra. Nam propoſitio hæc intelligenda eſt ex fictione quadam retrotractiua vt ratum habens tertius, valeat actus à tempore preſtiti iuramenti, non autem inde excluditur illius voluntas, qui poſſit vt modo dicebam iuramentum remittere vel admittere, conſequenter acceptatio requiritur in renunciatione etſi iurata. Et hæc mihi vera videntur proculdubio etſi nõ animaduerſa.

27 Idem † cenſendum vbi renunciatio in iudicio ſacta fuiſſet, licet enim multi tenuerint quod vt veſtita calore iudicij eo ipſo valeat glo. in l. 1. ff. de cura. bo.dando Barto.in l.1.C.de pact.vbi Iaſſ.nu.15. dicit ita omnes doctores tenere num. 23. Deci. nu.26.Curti.iun.nu.38.Gozadi. nu. 7. Ripa num.13.Zuchar.num.134.& his non relatis Theſau.deciſio.70.nu.11. id tamen intelligendum ſi fuerit a Iudice acceptata alias ſecus Bal.in l.poſtquam liti.nu. 6. C. de pact. Alex.ibidem Curti.iun.nu.42.in d.l.1.C.de pact.Iaſſ.nu. 15. Zuchar. nu.47.Rip.nu.16. Cagnol.nu.74.Rolan.conſi.19.nu.20.lib. 1. Cæphal.conſi.384.nu.58.Ruin. conſi. 164. nu.13.lib.5.& ita intelligendus eſt Theſau. in d.deciſio.& numero ſuperius citato.

Alia multa adferri poſſent ad interpretationem huius articuli, an acceptatio abſentis neceſſaria ſit necne, quia tamen ad inſtitutum tractatus nõ pertinent, in quo ſolum de his agimus quę in capitulis matrimonialibus inter patrem, filios, vel alios aguntur, ſciẽter omitto; Extat egregia de his deciſio Theſau. ſupra adducta quæ regulam conſtituens, vt ſcilicet acceptatio requiratur vbi abſenti donatio facta ad tex.in d.l. abſenti ſeptem modis extendit erudite, & ſex reſtringit, maxima hincinde ſcriptorum allegatione adducta, videndi, & Burg.de Paz. d. quæſt. 10. per totam Surd.in citatis ſupra deciſionibus.

SVMMARIVM.

1 *Renunciatio hereditatis paterna per filiam facta fratribus abſque patris conſenſu, an valeat.*

2 *Pactum de non ſuccedendo a ſorore fratribus factum virtualiter continet pactum de ſuccedendo.*

3 *Pactum de ſuccedendo valet cum conſenſu eius de cuius ſucceſsione agitur.*

4 *Actus principalis attenditur & non ſecundarius.*

5 *Renunciatio ſimplex nullum ius fratribus tribuit.*

6 *Renuncians ſua renunciatione dominium nõ transfert.*

7 *Pactum de ſuccedendo iuramento firmari non poteſt.*

8 *Renũciatio à ſorore facta fratribus ſuis abſq. patris conſenſu non valet.*

9 *Actus principalis attenditur non ſecundarius, intelligitur niſi actus ſit improbatus a lege.*

Finis

Digitized by Google

10 *Finis conſiderandus non verba.*

11 *Cauſa finalis etſi poſt diſpoſitionem poſita, prima tamen eſt in ordine intellectus.*

12 *Cauſa finalis prima eſt in conſideratione diſponentis.*

13 *Cauſa finalis primum principium eſt intentionis, & vltimum exequutionis.*

14 *Renunciatio à ſorore fratribus facta cum conſenſu patris vſque ad mortem preſtito, ſuſtinetur.*

15 *Pater conſenſum præſtitum filiæ renuncianti fratribus reuocare poteſt ante mortem.*

16 *Iuramentum in renunciatione poſitum non tollit facultatem patri reuocandi conſenſum.*

17 *Patris conſenſus facit vt id quod contra bonos mores eſt, eſſe deſinat.*

18 *Filia, quæ fratribus renunciauit reuocato per patrem conſenſu poterit eidem patri ab inteſtato ſuccedere.*

19 *Gaſpar. Theſau. opinio ſuſpecta.*

20 *Renunciatio per filiam facta fratribus patre præſente, valet.*

21 *Renunciatio per filiam facta in fauorem fratrum abſentium patre tamen præſente & acceptante ſuſtinetur.*

22 *Pater ſicut & publica perſona poteſt ſtipulari pro filiys ſuis.*

23 *Pater ſtipulari poteſt pro filÿs ſuis etiam emancipatis.*

24 *Renunciatio per filiam facta fratribus cum patris conſenſu publica perſona ſtipulante valet.*

25 *Renunciatio per filiam facta abſque vlla acceptatione patris vel publicæ perſonæ, minime ſuſtinetur.*

26 *Filia renuncians in fauorem fratrum abſentium vno tantum fratre præſente & acceptante pro alÿs an valeat illius renunciatio.*

27 *Frater pro fratre ſtipulari non poteſt.*

28 *Frater pro fratre in feudalibus ſtipulari poteſt.*

29 *Renunciatio per ſolam filiam facta in fauorem fratrum adhibito iuramento, inualida.*

30 *Renunciatio per filiam facta cæteris fratribus abſentibus & poſt ratificantibus, iure ſuſtinetur.*

QVÆSTIO. LXXXIII.

RENVNTIATIO HAEREditatis paternæ per filiam facta in contractu matrimonÿ fratribus ſuis abſq. patris conſenſu, an iure ſuſtineatur etſi fuerit iurata.

1 OPPORTVNE nunc † quæ-
ritur an cum pactum vel renun-
ciatio patri per filiam facta iura-
mento ſuſtinetur vt dixit tex. in
d. cap. quamuis pactum de pact.
in 6. an idem ſit vbi non patri ſed fratribus
à ſorore fit. Nam non deſunt qui exiſtimaue-
rint huiuſmodi renunciationem valere, qua-
les Roma. in l. qui ſuperſtitis ff. de acquir.
hæredi. Iaſſ. expreſsim in l. fina. C. de pact.
num. 13. eandem opinionem nouiſsime am-
plectitur Surd. qui Peruſin. citat conſil. 133.
num. 4. libr. 1. Mouentur citati interpretes
vna ſed ea potiſsima ratione, quoniam hoc
pactum de non ſuccedendo vbi fit fratribus
ſic firmatur iuramento ac illud quod fit pa-
tri vna enim & eadem ratio, cur ſuſtineatur
militat in vtroque virtus ſcilicet iuramenti.
Et quia in hoc pacto deficit illa ratio, qua
improbatur pactum de ſuccedendo, votum
ſcilicet captandæ mortis, vnde ſicut ſuſti-
netur pactum iuratum patri factum de non
ſuccedendo, ita & cum fratribus celebratum
valere debet.
2 Huic † tamen Iaſſonis rationi ſatisfaciunt
inferius citandi dicentes cum Bald. in cap.
ad noſtram num. 9. ex. de iur. iurand. quod
licet pactum de non ſuccedendo quod fit
patri firmetur iuramento, tamen pactum
de non ſuccedendo factum fratribus vel ſo-
roribus licet in verbis videatur huiuſmo-
di, virtualiter tamen & cum effectu eſt pa-
ctum de ſuccedendo, deque hereditate &
ſucceſsione paterna diuidenda, quod ex
communi omnium voto tamquam inducens
votum captandæ mortis improbatur neque
iuramento firmatur, iuxta communem om-
nium in l. final. C. de pactis, & in l. ſtipula-
tio hoc modo concepta de verbo. obliga-
tio. & in dict. cap. quamuis pactum, in quo
3 nullus diſſentit, niſi vno † caſu quoties
conſentiret is de cuius ſucceſsione agitur,
& in ea voluntate vſque ad mortem perſe-
uer aret dict. l. fina. C. de pact. vnde ad inſ-
titutum quæſtionis propoſitæ vbi vnus ex
fratribus vel ſoror ipſa renunciat cæteris &
non ſuccedere promittit, diuidere hæredi-
tatem patris viuentis videtur, & inequali-
4 ter hoc modo ſuccedere. Replicat † autem
ingenioſe Surd. dict. conſil. num. 6. ad fi-
nem, quod licet quoad eum, cui fit renuncia-
tio cenſeatur pactum de ſuccedendo, non
tamen attenditur niſi actus principalis illius,
qui renunciat, & ſe ipſum ab hæreditate
excludit, licet ſecundario, & in conſequen-
tiam alius admittatur, ad notata in l. ſi
quis nec cauſam de reb. credi. & ſubdit
Surd. ita in ſpecie reſpondere Decium con-
ſil. 31. num. 4.

Digitized by Google

Subiungit ſecundo ſubtiliter num.6.verſ.
Reſpondeo quoque quod communis opinio
procedere poſſet vbi eſſemus in vero & ex-
preſſo pactu de non ſuccedẽdo, tunc ex ſimi-
li conuentione frater in cuius fauorẽ fit,cen-
ſeretur vocatus & videretur pactum de ſuc-
cedendo quia ad ſucceſsionem patris inclu-
ditur, ſecus vbi ſola renunciatio afforet filiæ
quæ ſimpliciter & pure renunciaret omnibus
5 bonis, &c. Rationem † reddit Surd.quia ex
nuda & ſimplici renunciatione nullũ ius fra-
tribus confertur, ſed ſolum remouetur im-
pedimentum, quod ex ſororis renunciantis
perſona erat cæteris fratribus paratum;ope-
raturq. illud idem quod repudiatio per quã
via ſuccedẽdi aperitur illi,qui proximus eſt,
nec tamen is dicitur habere ſucceſsionem á
repudiante ſed á lege,quæ eam deſert : citat
traditionem Bartol. Bald. Caſtren. Alexan.
Iaſſon.Curti.iun.in l.ſi profundo C.de tran-
6 ſactio. ij † docent renunciantem non tranſ-
ferre dominium in aduerſarium : Addit ille
ibi num.7. dici non poſſe renunciantem á ſe
dominium abdicare ; quia fateri videtur ſe
nullum ius habere in re , cui renunciat. citat
gloſ.magnam in l.ſi maritus §.ſi negauerit ff.
de adulte.Bald.Fulgoſi.Alex. & Curti.in l.
poſtquam liti C.de pact.

Adducit extremo in tuitionem ſuæ opi-
nionis hanc rationem;quod ſi pactum de nõ
ſuccedendo negatiuum , includeret pactum
affirmatiuum de ſuccedẽdo. reſpectu eorum
ad quorum fauorem fit renunciatio,numquã
eſſet locus communi illi opinioni dicentium
pactum de non ſuccedendo firmari iuramẽ-
7 to,quia † enim ſimul contineret pactum de
ſuccedendo iuramento firmari non poſſet.
Oſaſc.deciſio. Pedemon.100.num.31. Mo-
lin.de Hiſpa.primog.lib.2.cap.3.num.3. &
paſsim omnes; vtque dixi ſupra nullus fere
diſſentit & indubitatam opinionem dixit
Mencha.tracta. de ſucceſsio. creatio. §.18.
num.196. Graſſ. in §. ſucceſsio ab inteſtaro
quæſt.9.num.1.qui multos alios Surd. dict.
conſ. num. 9. Argutæ certè conſiderationes
ſi veræ eſſent,vnde.

8 Contrariam † opinionem tenuit commu-
nis ſcola interpretum non valere huiuſmodi
renunciationem inter fratres patre minime
conſentiente ex dict. l. fina. C. de pact. etſi
iurata foret Bartol.in dict. l. ſtipulatio hoc
modo concepta col. 1. in fine Bald. in dict.
cap.ad noſtram Fulgoſi. in l. pactum dotali
C.de collatio.Cuma.Alexan.Aretin. Corn.
Grego.Natt.Rodri. Xuar. Anchar. Cœpol.
Socin.Purpurat.Affiict. quos ſequitur & re-
ferr Dida.in d.cap.quamuis pactum 3.par.in
initio.nu.5.Anto.Gom. in l.22.Tau. nu.31.
Mencha. lib. 3. controuer. vſufreq. cap.44.
num.9.Gutier.in dict. cap. quamuis pactum
nu.2.& 3.& his non relatis Graſſ.in d.§.ſuc-
ceſsio abinteſtaro quæſt.10.nu.6.Adheret &
nouiſsimè huic opinioni quamquam nullum
referat,ſed ita cõmuniter omnes tenere ſcri-
bat Meno.conſ.196.nu.37.lib.2. idem Me-
noch.conſ.6.nu.4.lib.1. vbi addit Caſſa.cõſ.
59.num.4.& 5. M. A. Euge.conſ.12.nu.54.
55.56.lib.1.

Supereſt nunc vt obiectis Surdi ſubtiliſ-
9 ſimis ſatisfaciam . Non itaq. obſtat prima †
conſideratio illius attendi ſcilicet id quod
principaliter agitur,nam iuris hæc regula nõ
procedit in his,quæ á lege ſunt improbata,
& vbi qui agit dat operam rei illicitæ l.qui
ſaccum ff.de furt.cap.qui ſaccum 50.diſtinct.
etſi enim qui ſaccum pecunia plenum fura-
tur ſuæ ſit intenſionis pecuniam tantum non
ſaccum furati , quia tamen res illicita eſt , &
in ſaccò furtum committere dicitur. docet
Iaſſon.in dict.l.ſi quis nec cauſam nu.21.22.
cum igitur pactum de ſuccedendo ſit impro-
batum á iure tamquam contra bonos mo-
res,& inducat votum captandæ mortis , at-
tenditur etiam ſi ſecundario , & non prin-
cipaliter agatur. conferunt ea , quæ ex illo
text.notant interpretes in l.non dubium C.
de legi.

Secundo efficaciter reſpondetur quod li-
cet ſoror renuncians fratribus ſine patris
conſenſu agere tantum videantur vt ſolum
bonis paternis renunciet , quia tamen in-
tentio principalis fratrum eſt vt patri in
portione renunciata ſuccedant , non ſecun-
10 dario ſed principaliter id agi dicetur; non †
enim verba ſed finis conſiderandus eſt. l.et-
ſi non ſint §. perueniamus ff. de auro. & ar-
gen.vbi Barto.hoc prodidit anxioma; Cum
quid (inquit) propter aliud eſt , id conſide-
ratur propter quod eſt l. 3. C. de inſtit. &
11 ſubſtitu. l. certum ff. de reb. credi. cauſa †
enim finalis etſi plerumque poſt diſpoſitio-
nem reddi ſoleat , prima tamen eſt in ordi-
ne intellectus:id ipſum Bald.ſcribit in auth.
ingreſsi num. 9. C. de ſacro. Eccleſi. & in l.
12 generaliter C.de Epiſ. & cleri. vbi † cau-
ſam finalem primam eſſe dixit in conſide-
ratione diſponentis & vltimam in fieri diſ-
poſito idem Bald. in l. 2. num. 2. C. de lo-
13 cat. egregie ſcripſit, cauſam † finalem eſſe
primum principium intentionis & vltimum
executionis Socin.conſ.89.nu.20.lib.4.Pa-
ris.conſ.72.nu.65.lib.4. Hinc & Philoſophi
aiunt in rebus agẽdis finẽ principiũ eſſe:ſub-
tiliter Fortun.noſter trac.de vltimo fine iur.
in principio:cũ itaq.finis fratrũ in quorũ fa-
uorẽ fit renunciatio,nõ ſit renũciatio ſed pa-
ctum de ſuccedendo , illud certe attendi de-
bet tamquam primum in intenſione.

Non

Non obſtat ſecunda Surd. conſideratio quoniam omnia ab eo tradita procedunt in renunciatione licita,& à iure approbata,quę in conſequentiã neceſſariã neq. cõtra bonos mores eſt,neque votum captandæ mortis inducit:in noſtra ſpecie ſecus eſt.ex his quę ſuperius dixi. Tum huiuſmodi renunciatio à filia fratribus ſuis dicitur facta contemplatione ipſorum principali, vnde & ſolis ipſis acquiritur Deci.num.4.poſt Roman. & Socin.in l.ſi actionem C.de pact. Roland. qui alios conſil.26.num.34. lib.3. & ſuo in loco dicetur; conſequenter efficitur vt quoad eos non repudiatio aut ſola impedimenti remotio,renunciatio hæc iudicetur vt male Surd. dicebat;quinimo cenſetur donatio dixi quęſtio.73.ſupra quia renunciatione ius portionis renunciatæ fratribus accreſcit: Neque etiam obeſt filiam renunciantem fateri ſe ius nullum habere, etſi enim in cæteris renunciationibus id procedere poſſit, in hac minime, cum filię debeatur paterna hęreditas, etiam viuente patre,ſpe quadam nedũ probabili, ſed neceſſaria l.ſcripto ff.vnde lib.l. nam etſi parentibus cum vulga. de inoſi. teſtamen. Et proprie hæc renunciatio dicitur donatio vt de renunciatione facta à filia patri reſpondit Menoch. expreſſe conſil. 6. num. 5. conſil. 371. num. 17. lib.4. dixi ſupra quæſtio.73.in principio. Ad hęc renunciationes, quæ à filiabus fiunt in parentes ſuos vt plurimum ea de cauſa celebrentur, ne cum modicum in dotem acceperint poſt mortem patris illius iudicium impugnent, vt dicebam in calce quæſtio.74. tum & quia text. in dict. cap. quamuis pactum nedum procedit in filia, quę modicam dotem recepit, ſed & in ea quæ nullam vt ſuo loco dicetur.

Non obſtat tertia conſideratio Surdi, fallax enim eſt quoniam non ſequitur ſi pactum negatiuum de non ſuccedendo,continet pactum affirmatiuum de ſuccedẽdo,numquam eſſet locus communi opinioni dicentium pactum negatiuum firmari iuramento, at hoc eſt falſum ex d. cap. quamuis pactum. Non igitur hoc ſequitur quoniam pactum negatiuum de non ſuccedendo patri factum iuramento firmatur, at factum fratribus à ſorore incõſulto patre minime valet; quia votum captandę mortis inducit; reſpectu igitur patris valet firmatum iuramento, & reſpectu fratrum vbi eis fit renunciatio ſciente & approbante patre etiam valet in alijs ſecus.locus itaq.eſt communi opinioni in his duobus caſibus.

14 Ex his ✝ infertur quod ſi pater vſq.ad mortem in hoc conſenſu perſeuerauerit valeret renunciatio à filia fratribus iuramento confirmata, ſic omnes ſupra citati affirmant quos retuli in verſicul. Contrariam opinionem,&c.

15 Subſequenter ✝ ſecundo infertur poſſe patrem reuocare hunc conſenſum ante mortem licet renunciatio filię fratribus facta iurata foret,exigitur enim patris perſeuerantia vſque ad mortem dict.l.fina. C. de pact.

16 Neque ✝ iuramentum appoſitum efficit vt qualitas illa continuæ perſeuerantiæ vſque ad mortem,alterari poſſit,cum ſit ex natura contractus ſuper quo interponitur ad tex. in l.fina.C.de non num. pecuni. cap. quemadmodum cap. ad noſtram ex. de iur. iuran. tenuit hanc opinionem Bald. in terminis noſtris in dict.cap.ad noſtram in. 1. num.9. Fulgoſi.in dict. l.pactum dotali C. de collatio. Cuma.in l. ſtipulatio hoc modo concepta vbi Alexan. num. 12. & Iaſon. poſt ff. de verb.obliga. Corne. in dict.l.pactum de collatio. Aretin. in l. qui ſuperſtitis de acquir. hæredi. Grego. Natt. in dict.ca. quamuis pactum col. 4. limit. 1. Rodri. Xuar.in l.quoniam in prioribus limita. 5. ad l. regiam à num.2. C. de inoſi. teſtamen. Deci.num.7. in dict.l.final. de pact. Purpura.num.185. in eadem lege Anton. Gom.in l.22. Tau.num. 31. Ludouſ.Molin.tracta.de Hiſpa.primog. lib.2.cap.3.num.4.Gutier.in dict.ca.quamuis pactum num.5. Mencha. contro. vſufre. lib.3.cap.44. à num.9. idem latius qui duas & tres in comprobationem rationes adfert tracta.de ſucceſsio.creatio. §.18.num.200. Et his non relatis in eandem reincidit Iaco. Menoch.conſil.6. num. 4. lib. 1. Graſſ.in §. ſucceſsio quæſt.10. nu.7. qui nullũ citat præter Dida.Surd.d.conſ.133.num.17.lib.1.ad medium vbi & expreſsim voluit perſeuerantiam patris vſq. ad mortem, idem Menoch. ſupra relatus conſ.496.nu.80. lib.5. Et licet Dida.in d.ca.quamuis pactum 3.part.in initio nu.8.in 4.Et 5.caſu dubitauerit, à communi tamen opinione recedendum non erit
17 propter ſuam rationem; quia (inquit) eo ✝ ipſo quod patris conſenſus accedit in ea cõuentione deſinit eſſe contra bonos mores d. l.fina.C.de pact. propterea debet paciſcentes obligare, cum illud ſeruare poſsint citra interitum ſalutis æternę,ex ratione dict.cap. quamuis pactum.Nam huic rationi ex ſuperioribus ſatisfactum eſt ſatis, conſenſus ſcilicet perſeuerantiam fore de neceſsitate vt ſimilis valeat conuentio d.l.fina.& iuramentum non immutat naturam conuentionis: porro cum reuocatur conſenſus à patre iuramentum nociuum & ſuſpectum eſſe incipit ei, de cuius agitur ſucceſsione, conſequenter tollitur; non enim minus perſeuerantia requiritur in hac cõuentione quam in

vltima defuncti voluntate quę vſq. ad mor-
tem de ambulatoria eſt l. 4. cum vulgar. de
adim.vel tranſ. lega. quoniã & in hoc pacto
de hęreditate poſt mortem parris tradenda
agitur d.l.fina.de pact. vr rectè animaduer-
18 tit Meno.vbi ſupra . Inſertur † tertio ex ſu-
perioribus quod ſi pater hunc reuocauerit
çonſenſum , poterit filia patri ſuccedere ab
inteſtato perinde ac ſi pactum nullum affo-
rer,ſic cenſent omnes ſupra relati authores:
non enim pręſtat impedimentum quod de
jure non ſortirur effectum ad tex.in cap.non
pręſtat de reg. iur. quinimo etſi idem pater
iuraſſet idem dicendum forer glo.in d.l.fin.
C.de pact.quam relatis Iaſſon.Paris.& Vaſ-
qui.dixir communem Craſſ.in d. §.ſucceſsio
abinteſtaro quęſt.9.num.4.
19 Ex † ſuperioribus inſertur an vera ſit tra-
ditio Gaſp.Theſau.Qui quęſt.95.nu.9.Opi-
natur validam ſore renunciationem fratris
vel ſororis in fauorem aliorum fratrũ iura-
tam , etiam ſi pater reuocauerit conſenſum,
quia cum poſsit iuramentum reſpectu fra-
trum in quorum ſauorẽ ſit renunciatio ob-
ſeruari obſeruandum eſt,proinde tenebitur
ſrater renuncians,tempore delatę hęredita-
tis reſtituere portionem illã cęteris ad quo-
rum ſauorem ſit renũciatio mouetur aliqui-
bus rationibus, pręcipuè authoritate Surd.
d.conſ. . Sed cum ſatisfecerim rationibus
illius, & illius ſententia repugnet communi
opinioni nou videtur de ea curandum.
Operepretium autem eſt inquirere an cũ
renunciario iurara in fauorẽ fratrũ ſit à filia
parris accedentis conſenſu , an neceſſe ſit vr
fratres præſentes ſint huic renunciationi.in
quo articulo caſus ſequentes diſtinguendos
20 eſſe puto. Primus † eſt vbi filia renũciar pa-
tri præſenti quoad effectum vt idem pater
de bonis renunciatis poſsit libere inter fi-
lios fratresq. reſpectiuè renunciantis diſpo-
nere , tunc quidem cum renunciatio princi-
paliter patri fiat & in illius commodum &
vtilitatem,licet ſecundario ea ratione vt in-
ter filios ſuos liberius diſponere poſsit, nul-
la fratrum præſentia requiritur , ſic optimè
ex mente Purpura. ſcripſit Dida. in d. cap.
quamuis pactum 3.par.in inirio nu.6.
21 Secundus † caſus eſt , cum ſit huiuſmodi
renunciatio à filia expreſsim ſauore & com-
modo fratrum abſentium præſente tamen
patre & acceptante pro illis,hoc in caſu ſo-
22 la ipſius patris præſentia ſufficit ; poteſt †
enim parer ſtipulari pro filijs ſuis abſenti-
bus perinde ac ſi tabellio & publica perſo-
na id efficerer l.quodcunq.§.1. l. quod dici-
tur vbi Barto. Alexan. Iaſſ. & alij omnes ff.
de verb.obliga. & innumeris adductis dixit
communẽ Gabri.lib.3.tit. de verbo.obliga.
conclu.1.nu.27.ego alios multos ſuperaddi-
di hoc lib.ſectio.1.quęſt.2. verſicul. Quarto
declaratur poſt principium , vbi inter alios
citaui nouiſsimos tres Surd. deciſio. 322. à
num.1.Menoch.conſ.489.num.8.lib.5. Pe-
regrin.conſ.8.num.42.vbi ex eiuſdem Pere-
23 grin.ſententia dixi † idem eſſe in filijs emã-
cipatis ſicut in ſuis in poteſtate conſtitutis:
Et in terminis proprijs quæſtionis noſtræ
quod ſufficiat authoritas patris præſentis &
acceptantis renunciationem docuit Dida. in
loco proxime relato.& in eadem ſpecie reſ-
pondit Meno.conſ.371.nu.9.lib.4.
24 Tertius caſus † eſt,cum non pater ſed ta-
bellio & publica perſona ſtipulatur;tunc idẽ
judicandum proculdubio vt ſcilicet valear,
ſicut & de renunciatione per filiam facta pa-
tri abſenti ex cõmuni reſoluimus ſupra quę-
ſtio.76.poſt principium.
25 Quartus † caſus eſt vbi non ad fuit pater
nec notarius qui pro abſentibus ſratribus
acceptaret,hoc in caſu nulla eſt renunciatio,
& ea non obſtante poſſet ſuccedere filia. ſic
authoritate Alexan.Decij.Craue. Calcan.&
Carol.Moline.reſoluit rectè Dida. in d.cap.
in initio.3.part.num.6.
26 Quintus † conſideratur quando filia re-
nunciat fratribus, & niſi vnus ex his præſens
eſt qui acceptet an vnius acceptatio cæteris
proſit abſenribus : quem caſum interpretes
non attigerunt in dict.cap.quamuis pactum.
27 Et † quidem frater pro fratre abſente ſti-
pulari non poteſt niſi is pater ſit vt modo di-
xi , & ſeruus pro domino vel altera publica
perſona. §. alteri de verbo. obliga. inſtit. l.
ſtipulatio iſta §. alteri cum ſimili.de verbo.
obliga.& in terminis quod frater pro fratre
non poſsint docent Salicet. & Bald. in l. fi-
28 nal.C.res.in. alios. act. qui † ſpeciale eſſe in
feudis voluerint vt id poſsit ſrater pro fra-
tre Curti.iuni.conſ.55. col.1. Lofre. Pariſi.
& Iacobi.quos citat & ſequitur in noſtro ca-
ſu loquens Menoch.conſ.371.num.15.lib.4.
ita ſit vt pro portione fratrem præſentem
& acceptantem pertingente, valida ſit re-
nũciatio: reſpectu aliorum minime, propte-
rea filia in illis bonis ſuccedere poterit ac ſi
numquam renunciaſſet.
29 Sextus † caſus eſt vbi renunciatio à ſola
filia facta eſt adhibito iuramento ; & licet
multi crediderint iuramentum in hac ſpe-
cie partis præſentiam ſupplere. Menoch.
dict. conſil. 371. num. 16. cum alijs multis
quos retuli ſupra quæſtio.76.in verſicul. Al-
ter nunc articulus, tamen ſecundum opinio-
nem veram quam delegi, cum iuramentum
partis præſentiam ſupplere non poſsit, iu-
dicandum exiſtimo renunciationem inuali-
dam.

Digitized by Google

30 Septimus † caſus, & vltimus proponitur
quando renunciario per filiam abſenribus
fratribus facta, fuit poſt per fratres ratificata
valet enim à tempore rarificationis, quia re-
nunciatio eſt iuris proprij donatio, dixi ſu-
pra quæſt.73.in principio.donatio autẽ ab-
ſenti facta ſequuta ratificarione valet, vt re-
latis mulris cõprobat Rolan. conſ. 19. à nu.
30.cum ſequen.li.1.Clar.in §.donatio quęſ.
12.& 13.dixi ſuperius quęſt.76.non repeto.
& in terminis huius caſus Menoch. d. conſ.
371.nu.17.18.19.Dida.in d.ca.quamuis pa-
ctum 3.par.in initio nu.4.vbi Gutier.nu.52.
licet is obiter tantum: qui caſus diligenter
adnotandi ſunt, vt à nullo congeſti.

SVMMARIVM.

1 *Renunciatio filiæ patri facta in capitulis matrimonialibus, tacitam habet conditionem ſi filia ſuperuiuat.*
2 *Matre excluſa, & illius filij.*
3 *Matre excluſa excluſi ſunt filij; quando agnationis ratio habita eſt.*
4 *Maſculus ex fœmina non debet eſſe melioris conditionis quam ipſa fœmina.*
5 *Renunciatio filiæ nocet nepotibus, quãdo filia dotem congruam recepit.*
6 *Renunciatio filiæ competenter dotatæ potius ſatisfactio dicitur, quam renunciatio.*
7 *Renunciatio matris filijs nocet tunc maximè, quando heredes ſunt matris.*
8 *Renunciatio matris tunc maximè nocet filijs, quando renunciauit pro ſe, & hæredibus ſuis.*
9 *Matris renunciatio in ampla forma filijs nocet.*
10 *Renunciatio filiæ tacitam habet conditionem, ſi ipſi hæreditas fuerit delata.*
11 *Filij in locum matris ſubintrant ex propria perſona, & legis beneficio.*
12 *Exhæredatio filij qui viuo patre decedit, non nocet nepotibus.*
13 *Renunciatio filiæ quæ dotem recepit, non nocet illius filijs.*
14 *Baldi dictum ſingulare.*
15 *Dotis receptio non immutat renũciationis actum conditionalem.*
16 *Renunciatio filiæ non nocet nepotibus etiam hæredibus illius.*
17 *Renunciatio filiæ cum iuramento etiam addita clauſula, quod renunciat pro ſe, & hæredibus ſuis, non nocet nepotibus.*
18 *Præſumitur in dubio quemlibet proſpicere ſibi & hæredibus ſuis.*
19 *Natura contractuum omnium talis eſt, vt ad hæredes tranſeat.*
20 *Renunciatio filiæ non nocet nepotibus, etiam ſi concurrant cum auunculis.*
21 *Renunciatio filiæ tũc minus nocet nepotibus, quando nihil ex ſubſtantia paterna ad filios tranſmiſit.*
22 *Renunciatio filiæ quæ dotem recepit, ſi preuixit patri, nocet illius filijs.*
23 *Renunciatio filiæ non nocet nepotibus, quando deficiunt filij primi gradus patris de cuius ſucceſſione agitur.*

QVÆSTIO. LXXXIIII.

RENVNCIATIO PER FILIAM patri facta de illius hæreditate in capitulis matrimonialibus tacitam habet conditionem, ſi filia renuncians ſuperuiuat, & quæ inde vtilitas.

1 EXISTIMAVERVNT † pleriſ-
que filiam quæ in contractu ma-
trimonij renunciauit hæreditati
paternæ, ſi præmoriatur patri,
nec filios quidem illius poſſe ad
2 ſucceſſionem aſpirare aui vel auię: cum †
enim nepotes ex perſona marris venire de-
beant neceſſario, ſicque ex radice infecta,
excluſa matre in conſequentiam & illius fi-
lij cap.1.§. hoc autem notandum de his qui
feud.dar.poſſ.cap.1.de ſucceſsi. frat. Quod
3 † regulare eſt in quibuſcunque ſucceſsioni-
bus, & fideicommiſsis potiſsimè quando
agnationis conſeruandæ ratio habita eſt, vt
relatis multis ſcribit Tiraquel. tractar. de
primo. quæſt. 12. num. 5. quęſt. 14. num.5.
& tenere omnes dixit Carol. Moli. in con-
ſue. Pariſi. §. 16. à num. 1. Pinel.in l. 3. nu.
19. C.de bon. mater. Aluar. Valaſ. tractar.
de iur. emphi. quęſt. 41. num.5. Grat. con-
4 ſil.120. num. 14. communem dicens; ne †
melioris ſit condirionis maſculus ex fœmi-
na matre, quam ipſa mater l. ſi viua matre
C. de bon. mater. fusè Pinel. conſil.4.num.
5. Decian. reſpon. 127. num. 15. lib. 3. Pe-
regrin. relatis alijs tractat. de fideicom. ar-
ticul.27. num.18. Et ſtarutum excludens fi-
liam à ſucceſsione excludit filium ex ea Bar-
tol.Bald.Caſtren.Socin.Pariſi. Curti.Brun.
Cęphal.& alij quos refert Surd. conſil.133.
num.2.lib.1.
5 Eadem † opinio quod ſcilicet talis re-
nunciatio noceat neporibus procedir, vbi
mater dotem recepiſſet congruam, vel ſal-
tim talem, vt parum ad congruam portio-
6 nem legitimę complendam deficeret; cum †
enim fuerit exoluta de ſua portione nõ pro-
prie dicetur renũciatio ſed ſatisfactio: huius
opinionis author eſt Roman.in l.qui ſuperſ-
titis de acquir.hęredi.Deci.in l.pactũ dotali
C.de collatio.& cõſ.181.Ripa.reſ.6. 1.par.

Rub. conſ. 42. ad finem dixit communem Bello.conſ.15.num.9.

7 Tunc † etiam locum habet eadem ſententia & maiori ratione quando filij,qui ex perſona matris,quæ prædeceſsit venire cupiunt forent hæredes matris;non enim poteſt hæres venire contra factum defuncti l. cum à matre cum vulgat.C. de rei vindi. & quemadmodum mater ſi viueret contradicere nõ poſſet, ita neque illius filij hæredes, tamquam vna & eadem perſona cum defuncto vt dixit text.in §.1.in auth.de iur.iur. à mori.præſt.Et factum hæredis reputatur factum defuncti.Deci. & Cagnol. in l. in hæredem de reg.iur.vnde in hac ſpecie vt exiſtentibus filij matris renunciantis hæredibus nequeãt ad ſucceſsionem aui vel auiæ peruenire tenuerũt Guid. Pap.deciſ.228.n.2.Caſſan.cõſ. 47.num.33.Rub.d.conſ.42. Bellou.d.conſi. 15.num.10.Menoch.conſ.89. num.115.vbi ſubdit quod dictum Bald. infra citandi in l. pactum dotali procedit,quando nepotes veniunt ex perſona propria in vim ſucceſſorij ædicti, omiſſa matris hæreditate,ſecus ſi vt hæredes matris & vt tales veniant, quia aui iudicium impugnare non valent citat Deci. Rube.Caſſan.& Dida.

8 Addendum † prædictis quod pari ratione admittẽda eſſet ſuperior opinio,quãdo mater renunciaſſet pro ſe & hæredibus ſuis,excluderentur enim ex aperta matris voluntate vt innuit ſatis Guid.d.deciſio. Deci. Caſſan.& Bellon.in locis ſuperius adductis Morant.diſputa.10.num.6. Ratio † ea videtur

9 quia cum mater renunciat tam ampla forma obligat filios vt hæredes,& quia filij adeundo poſt hęreditatẽ matris quaſi cõtrahũt cũ his,quib⁹ mater renũciauit ad text.in l.apud Iulian.§.final.ff.ex quib.cau. in poſſ.eat.

Contrariam ſententiam vt neque in prædictis caſibus præmortua filia patri vel matri renunciatio iurata officere poſsit nepotibus,quo minus ad legitimam matri debitam illiusvè ſupplementum & ſucceſsionem reſpectiue agere poſsint, tenuerunt multi alij numero & authoritate grauiores;moti ea ra-

10 tione,quod renunciatio † tacitam habet cõditionem ſi filiæ hęreditas ſit delata, hęc autem conditio pręmoriẽte filia patri ſuo impleri non poteſt, neceſſarium enim erat vt patri ſuperuiueret, vt hęreditas ad eam deferri poſſet;cum igitur delata hæreditas non fuerit renunciatio pro non facta habetur, vt in terminis dixit Bal. in d. l. pactum dotali quęſt.2.de collatio.idẽ Bal.in l. fina. nu.16. C.de pact.vbi Alex.Pau.de Caſt.in l.qui ſuperſtitis ff.de acquir.hęredi. Tiraq.tract.de primo.40.n.117.Philip.Fran.in d.ca.quãuis pactum vbi Grego. Natt.nu.59. Dida. in 3. par.§.2.nu.4. Gutier.num.61. Gram.deciſ. 57.nu.39. Moran. diſputa.10. num.8.Hanc etiam communem opinionem ſequuti ſunt Barto.Caſtren.Alexan.Aretin.Socin. Deci. Ruin.Gozadi.Rube.Rip.Natt. Bertran.Pariſi.quos congeſſit Roland. conſ.11.num.4. lib.1.Anton.Gabri.qui & alios pleroſque in commu.titul.de iur.doti. conclu.1.num.43. lib.3.Petruci.Crauet.Rodri. Xuar. quos citat & ſequitur Surd.conſ.133.num.19.lib.1. Bello.conſ.15.num.5.& pręter nunc citatos Graſſ.in §.legitima.quęſt.4. num.4. vbi Cæphal.& alios paucos ſuperaddit. Mencha.de ſucceſsi. creatio. lib.2. §.18. num.182.Couarru.in d.cap.quamuis 3.part. §.2. num.4. Molin.de Hiſpa. primo.lib.2.cap.3.nu.47. Anto.Gomez.in l.22. Tau.num.10. Gutier. in d.cap.quamuis pactum de pact.in 6. in final.capi.num.2.& 3.nouiſsimè Theſau. deciſio.138.nu.3. & Vincen.de Fran. deciſio. 67.lib.1.Telli.Ferdinan.in l.6.Tau.nu.62. nouiſsimè Moron.con.22.per totum.vbi reiectis quibuſdam diſtinctionibus interpretũ indiſtinctè hanc amplectitur.

11 Quæ cõmunis † opinio præter modò adductam rationem altero conuincitur argumento;quod vbi filia renũcians moritur ante patrem,cui ſit renunciatio,filij ſubintrant in locum matris nõ quidem ex perſona matris ſed ex propria perſona beneficio & legis prouidentia auth.ceſſante C.de legit.hęred. repręſentant quę eundem gradum in quo affore̕nt ſi eorum mater innupta fuiſſet Barto. in l.vni.§.ſi filio ff.de coniun.cum Eman.lib. eius.idem Bart.Paul.de Caſt. Imol. Aretin. & alij in d.l.qui ſuperſtitis de acquir.hęredi. Alexan.& ibidem Caſtren.in d. l. pactũ dotali.C.de collatio.& paſsim interpretes noſtri vnde cũ ſit ius propriũ nepotũ ex eo nõ obſtante matris renunciatione ſuccedunt.

12 Tertio † iuuatur eadẽ opinio tex.egregio in l.ſi quis filio ff.de iniuſ.reſtam. quo aperte deciditur, exhæredationem filij,qui viuo patre decedit,nõ nocere nepotibus ex filio, quia habetur pro nõ facta,ſic renũciatio matris, quę pro infecta habetur nepotibus non nocet.

Quarto probatur ſimili tex.in l.ſi quis poſthuuius §.ſi filiũ 2.reſpon. de libe. & poſthu. in quo cũ quęſitũ fuiſſet an nepos pręteritus rumpat aui teſtamẽtũ, quãdo illius pater exhæredatus ante patrẽ mortuus fuit, reſpondit IurisCõſultus iure rumpere poſſe, id vero ex eo contingit,quoniam venit ex perſona propria,quod ſi ex perſona patris veniret non poſſet quia exhęredatus fuit,at quia exhæredatio effectum ſortita non fuit quia hęreditas delata illi eſt, venit nepos ex propria perſona ſimilis tex.in l.ſi patronis §. fina.de bon.

bon.libert.l.quoties ad finem ff.de nouatio.
vnde de hac opinione neque diſputandum
amplius,vel dubitandum videtur : & his non
relatis nouiſsimè Peregri.tract. de fidei.ar-
tic.52.num.93. quę tamen opinio declaran-
da eſt vt ſequitur.

13 Primo extenditur † etiam ſi filia dotem
recepiſſet, etſi enim videatur ipſam debitā
conſequutam fuiſſe portionem;& conſequē-
ter illius filios ad aui vel auiæ ſucceſsionem
aſpirare poſſe; cuius ſententię fuerunt Caſ-
tren.conſi.419.lib.2.Decl.conſil. 181. num.
6.& in dict. l. pactum dotali num. 8. C. de
collario. Caſſan. Bello. & Cagnol. quos re-
fert Surd. dict. conſi.133. num. 19.ad finem
Bero.conſi.49.num.42.lib.1.tamen contra-
ria obtinuit opinio renunciationem non ex-
cludere filios filiæ renunciantis dote recepta
vel non recepta,cum ex ratione ſuperius ab
interpretibus tradita conſtet, tacitam ineſſe
in actu renunciationis conditionem , ſi ſcili-
cet hęreditas delata fuerit,quæ cōditio præ-
moriente filia effectum ſortiri non potuit
tamquam defecta l. cedere diem de verbo.
14 ſignifica. Et vt dixit egregie † Bald. conſil.
437.colum.1. impoſsibile eſt quod quiſquā
renunciare ſucceſsioni poſsit ſibi numquam
delatę quem refert Pariſi.conſi.69. num.63.
lib.3.Becci. conſil. 74.num. 12.& hanc ſen-
tentiam amplectitur communis ſchola in-
terpretum Bald.in dict.l.fina.Caſtren.Alex.
Aretin.Natt. Gozadi. Alciat.Rodri. Xuar.
Crauet. Cæphal. Becci. quos citat & ſequi-
tur Surd. dict. conſil.133. num.20. vbi hanc
dixit communem neq. in practica ab ea re-
cedendum fore ; & præter relatos à Surdo
idem voluerunt alij multi qualis Roland. d.
conſil.11.nu.7. lib.1.Graſſ.qui aliquos in d.
15 §.legitima quæſ.4.num.4. † Moron. d.con-
ſil.22.Receptio enim dotis non immutat re-
nunciationis actum conditionalem ſi hære-
ditas deferatur , vtroque igitur ſiue recepe-
rit mater dotem , vel non receperit eadem
militat ratio.

16 Secundo extenditur † communis opinio
etſi filij forent hæredes matris renunciantis,
adhuc enim ad aui ſucceſsionem petendam
admitti poſſunt ; etſi enim videatur quod vt
hæredes matris illius repreſentent perſonā,
neque illius poſsint factum impugnare vt di-
cebam in principio huius quæſtionis, tamen
quin veniant ex propria perſona interdictū
non eſt; rationem prodiderunt interpretes
quoniam renunciatio matris ſub conditione
facta cenſetur,ſi hęreditas fuerit delata;quæ
conditio cum effectum non fuerit ſortita vt
poſſet eadem ipſa ad ſucceſsionem admit-
ti,ſic illius filij; & quia ij petendo aui hære-
ditatem non dicuntur contrauenire renun-
ciationi maternæ,quæ non in eum caſum ſed
in alium quando foret hęreditas matri dela-
ta facta cenſetur ; argu. text.in l. ſi legatum
pure ff.de adimen.legat.l.aliquando cum ſi-
milibus de condi. & demonſtr. ſic voluntas
matris cum fuerit renunciare ſub cōditione
ſi hæreditas fuerit ei delata,& caſus non cō-
tigerit,filij hoc modo ſuccedendo non dicū-
tur contrauenire matris facto vel voluntati.
quoniam renunciatio eſt ſtricti iuris, & non
ad alios quam expreſſos caſus extendi de-
bet,vt multis citatis dixi ſupra quæſ.73.quę
non repeto. Moron. dict. conſil. 22. num.4.
ad finem verſic. Ego tamen. vbi magis re-
ceptam.

17 Tertio extenditur † vt & procedat cum
mater in contractu matrimonij renunciat
hæreditati paternæ vel maternæ cum iura-
mento , addita clauſula quod renunciat pro
ſe & hęredibus ſuis;etſi enim vt ſuperius di-
cebam filia renuncians in tam ampla forma
obligare videatur filios hęredes, & quia filij
adeundo hęreditatem cenſentur quaſi con-
trahere cum patre & illi quibus renunciata
fuit hæreditas; quia tamen filij hæredes ad-
eundo minime quaſi contrahunt niſi in his in
quibus remanet defuncti obligatio ; in hac
ſpecie nulla apparet , nam vt dixi & mater
ipſa contrauenire poterat tamquam defecta
conditio ſit ſub qua renunciauit : propterea
clauſula prędicta pro ſe & hęredibus ſuis
nihil operatur; ſic in terminis reſpōdit Cor-
nel.conſi.263.col.penul. quem in hac ſpecie
refert & ſequitur Moran. in d. diſputa. 10.
num. 34. & iterum infra num. 41. Moron.
ſupr.num.4.

18 His addendum † quod ſubtiliter ad inſ-
titutum conſiderauit Surd. dict. conſi. 133.
num. 29. quod licet quis in dubio videatur
proſpicere nedum ſibi ſed & hæredibus ſuis
l. ſi pactum ff. de probatio. ideoque pacti &
19 cuiuſuis conuentionis ea eſt † natura vt ad
hæredes tranſeat etſi de eis nihil dictum ſit
vt multis exemplis eleganter ornat , ex An-
gel. Bald. Tiraquel. Menochi. & alijs in eo-
dem conſilio Surd. num. 15. & in terminis
proprijs renunciationis vt ad hæredes tran-
ſeat Menochi. quem ille non refert , conſil.
335.num.42.libr. 4.vbi ad id Tiraq. & So-
cin. citat. tamen procedit in his,quæ proue-
niunt ex perſona renunciantis , non quoad
ea,quæ ex alterius dependent perſona; vnde
ſi filius renunciat hæreditati ſibi delatę re-
nunciare non cenſetur ei,quæ ſuo hæredi de-
fertur ; eſſet enim extendere terminos re-
nunciationis,quæ alioquin vt dixi quæſt. 73.
reſtringenda eſt omnino vt niſi perſonas ex-
preſſas comprehēdat. Quare promiſsio pro
ſe & hęredibus ſuis ſic interpretanda eſt , vt
quid-

Digitized by Google

quidquid defunctus promiſit hęres obſeruare teneatur, non autem quod promiſsio à defuncto facta extendatur in perſona hæredis; quia regula iuris ſit ex perſona hæredis conditionem obligationis minime immutari, vel alterari l. 2. §. ex his cum ſimilibus ff. de verbo. obliga.

20 Quarto † extenditur vt procedat etiam ſi filij filiæ renunciantis concurrerent cum auũculis, non enim renunciatio matris noceret Bald. in dict. l. pactum dotali quęſtio. 2. Bertran. conſil. 47. Alexan. in dict. l. pactum dotali num. 7. vbi communem dixit Graſſ. in §. legitima quęſtio. 4. num. fina. Anto. Gabri. in commu. rit. de iur. doti. conclu. 1. nu. 46. cum multis ſequent. qui tamen varias in hoc refert opiniones; quia cum veniant iure proprio, & intrent locum matris non ex diſpoſitione illius ſed ex legis prouidentia vt in principio dixi quæſtionis, ſiue concurrant cum auunculis nepotes, ſiue non, omni caſu admittuntur ex propria perſona; & ita fere omnes concludere reſpondit Surd. d. conſil. 233. nu. 25. ad finem. Moron. laré. dict. conſil. 22.

21 Quinto † extenditur ſuperior opinio vt multo magis procedat quando excluſa filia renunciatione, nihil ad filios ex ſubſtantia paterna tranſmiſit, vel quia dotem nullam recepit, vel quia pater ſibi reddi ſtipulatus ſit, nepotes certe ex filio legitimam conſequentur, quoniam ab inteſtato ad bona aui admitti poſſunt; rurſus eſt teſtamentum poſſint de iure impugnare ſi nulla ingratitudinis cauſa adiecta præteriti fuerint vel exheredati. Bald. in dict. l. fina. C. de pact. Berenga. qui communem in l. in quartam 3. part. num. 62. ad l. falcid. Rodri. Xuar. Natt. & Bertran. quos refert receptam affirmans Graſ. in dict. §. legitima quæſ. 4. num. 2. quidquid varijs adductis opinionibus inuoluat Gabri. in d. conclu. 1. num. 47. 48. 49.

22 Declaranda † autem ſunt prædicta vno modo, quando ſcilicet filia quę cum iuramẽto renunciauit relictis filijs & reſpectiue nepotibus, præuixit patri, ea enim ſi dotem fuiſſet conſequuta quemadmodum ipſa excluſa eſt in totũ vt in ſequenti dicemus quæſtione, ſic & nepotes; quam communem dixere Berenga. in dict. l. in quartam num. 64. & Graſ. in dict. §. legitima quęſ. 4. num. 3. & præter relatos idem cenſuerunt Alex. Deci. Benedic. Aretin. Caſtren. Ripa. Grammati. quos recenſet Didac. receptiſsimam dicens in dict. cap. quamuis pactum 3. par. §. 2. nu. final. Molin. qui multos recenſet tract. de Hiſpan. primo. lib. 2. cap. 3. nu. 47. Mencha. tract. de ſucceſsio. creation. libr. 2. §. 18. num. 182.

Subdeclaratur egregie declaratio vt procedar, quando cum filijs renunciantis filiæ, ſuperſunt alij filij primi gradus patris de cuius ſucceſsione tractatur, ſecus vbi non extarent, ſed alij agnati inferioris gradus, tunc

23 renũciatio † non noceret nepotibus, ſic poſt Paul. de Caſt. & alios ab eo relatos reſoluit Rodri. Xuar. in dict. l. quoniam in prioribus limi. 4. num. 10. C. de inofi. teſtam. Gabri. qui multos in commu. tit. de iur. doti. concln. 1. num. 54. 55. Graſ. in dict. §. legitima quęſt. 4. num. 3. ad medium.

SVMMARIVM.

1 *Filia poteſt renunciare hereditati paterne in commodum vnius tantum, fratris cæteris excluſis.*
2 *Legitima in vita patris dicitur quaſi debita.*
3 *Renunciatio ſtricti iuris dicitur.*
4 *Renunciatio intuitu certæ perſonæ facta ad eam tantum reſtringitur.*
5 *Renunciatio pura & ſimplex patri facta à filia, cæteris omnibus fratribus prodeſt.*
6 *Menochius conſil. 197. declaratur.*
7 *Renunciatio per ſororem vel filium facta in contractu matrimonij intuitu aliorum fratruum cenſetur facta.*
8 *Renunciatio per filiã facta in contractu matrimonij patri ſuo pro ſe, & heredibus ſuis prodeſt fratribus quatenus heredes ſunt patris alias ſecus.*
9 *Mens in renunciationibus attendenda.*
10 *Renunciatio per filiam facta patri de bonis maternis an proſit fratribus ex ſecundo matrimonio natis.*
11 *Aretinus vir ſubtilis & doctus.*
12 *Renunciatio per filiam facta patri de bonis paternis & maternis ex opinione Aretini non prodeſt fratribus ex altero matrimonio.*
13 *Renuncians in alterius fauorem hereditatem etiam recepto pretio, ipſam adire non videtur.*
14 *Maritus renuncians hereditatem donat ionis cauſa vt ad vxorem perueniat, iuſte id facere poteſt.*
15 *Renunciatio iuris in quo differat a donatione.*
16 *Baldi opinio.*
17 *Aretini conſideratio ſubtilis.*
18 *Differentia qualis inter renunciationem hereditatis delatæ aut deferendæ.*
19 *Portio repudiata accreſcit portioni, nõ perſonæ.*
20 *Præſumptio charitatis paternæ perpendenda.*
21 *Æqualitas inter liberos ſeruanda.*
22 *Renunciatio per filiam facta auget portiones filiorum non renunciantium.*
23 *Dyni conſilium inſigne.*
24 *Text. in l. fina. C. de dot. promiſſi. declaratur.*
25 *Dos materna ad filios ſpectat.*

Fratres

26 *Fratres vtrinque coniuncti alios excludunt.*

27 *Renunciatio hæreditatis non aditæ dicitur repudiatio.*

28 *Renuncians cenſetur conformare voluntatem ſuam cum diſpoſitione iuris communis.*

29 *Fratres vtrinque coniuncti in ſucceſsione materna alios excludunt.*

30 *Renunciatio filiæ fratribus prodeſt vbi facta fuit ante tranſitum patris ad ſecunda vota.*

31 *Statutum quod lucrum dotis defert ſuperſtiti, altero ſine liberis moriente intelligendum eſt de liberis prioris matrimonij non ſecũdi.*

32 *Pater pro filijs in dubio bonum conſilium capere præſumitur.*

33. *Renunciatio per filiam facta patri de eo omni quod petere poſſet ſuper hæreditate occaſione dotis maternæ & bonorum illius, valet cum iuramento, etiam quoad excluſionem illius ab hæreditate materna.*

34 *Renunciatio per filiam facta patre acceptante ſolius patris contemplatione facta cenſetur.*

35 *Renunciatio duarum ſororum quibus delata erat hæreditas patris vna cum fratre ſi vna ex his ſororibus faciat fratri pactum de nõ petendo, non proderit alteri ſorori renunciatio.*

36 *Renunciatio ſimplex abſque pacto de non petendo illi ſoli prodeſt cuius contemplatione fit.*

37 *Renunciatio filiæ de hæreditate materna contemplatione patris vel fratris facta prodeſt ſolum ei cuius contemplatione facta fuit etſi hæreditas materna per filiam adita non fuerit.*

38 *Renunciatio filiæ propter datam dotem videtur recompenſatio potius quam donatio.*

39 *Donatio patri facta pro ſe, & filijs ſuis intelligitur facta pro filijs vt hæredibus.*

40 *Æqualitas inter filios ſeruanda in dubio, ſecus vbi de contraria voluntate conſtat.*

41 *Æqualitas inter liberos ſeruanda tempore mortis teſtatoris, ſecus poſt.*

42 *Tex. in l. finali C. de dotis promiſsione expenditur.*

43 *Pactum de non petendo ei ſoli prodeſt cui factum eſt.*

44 *Repudiatio contractus non dicitur.*

45 *Pactum de non petendo & liberatio abſque acceptatione non valent.*

46 *Stipulatio pro hæredibus concepta ad patrem & illius hæredes tantum referenda eſt.*

47 *Clauſula pro hæredibus ſuis operatur vt ad ſolum patrem referri poſsit.*

48 *Contrahens nomine alicuius officij non tenetur de proprio, ſecus tamen ſi obligetur pro ſe & hæredibus ſuis.*

49 *Pactum de non petendo factum vni prodeſt alijs quando id conſtat ex veriſimili mente paciſcentium.*

50 *Verba intelligenda ſecundum mentem & conditionem perſonæ loquentis.*

51 *Mens & intentio patris talis iudicari debet qualis de iure eſſe debet.*

52 *Verba licet generalia reſtringuntur ne ſequatur abſurdum.*

53 *Verba licet generalia interpretantur vt vitetur fraudis euentus.*

54 *Verba interpretanda ſunt eo reſpectu quo prolata fuerunt.*

55 *Naturalis coniectura præualere debet accidentali.*

56 *Pater iure natura dictante tenetur filias dotare.*

57 *Pater dotando non dicitur donare ſed magis paternum debitum exoluere.*

58 *Renunciatio per filiam facta patre præſente & ſtipulante, non eſt ſimplex renunciatio.*

59 *Indefinita oratio non æquipollet vniuerſali in odioſis.*

60 *Authoris conciliatio, inter contrarias opiniones.*

61 *Verba licet generalia habilitatem præſupponunt.*

62 *Verba generalia ab homine prolata ad habilitatem reſtringenda non ſunt.*

63 *Emphiteuſis Eccleſiaſtica ad hæredes extraneos nõ tranſit niſi verbis generalibus fuerit conceſſa.*

64 *Subſtitutio filio facta de Titio & illius hæredibus intelligitur de deſcendentibus, niſi dictum fuiſſet omnibus vel quibuscunque.*

65 *Immunitas conceſſa non extenditur ad collectas, indictas tempore belli, niſi dictũ fuiſſet omnibus vel quibuſcunque.*

66 *Verba inueſtituræ, pro ſe & hæredibus reſtringuntur ad habiles niſi dictum fuiſſet omnibus vel quibuſcunque.*

67 *Legatum generale de omnibus bonis mobilibus quouis nomine nuncupentur comprehendit animalia ſe mouentia licet in ſuperioribus teſtamenti locis facta fuiſſet enumeratio plurium ſpecierum.*

QVÆSTIO. LXXXV.

FILIA QVAE IN CAPITVlis matrimonialibus paternæ renunciauit hæreditati cum iuramento in fauorem fratruum, an ſoli fratri recipienti, an vero alijs omnibus proſit.

1 IN ſuperioribus dixiſſe † me memini, poſſe patrem filio ſtipulanti & recipienti renunciationem ſororis conſenſum præſtare, quęſ. 77. nunc autem addẽdum eſt, poſſe & patrem ita pro ſe filia conſentire

ſentire vt ſi velit filia ad fratris tantum, cui
renunciatio fit commodum renunciare ſoli
ei renunciatio proſit cæteris excluſis: Neque
2 † enim iniuriam inferre alijs filijs dicitur,
quoniam renuncians filia ſuæ renunciat le-
gitimę portioni, cui in vita etiam patris ſibi
quaſi debita dicitur ad gloſam communiter
approbatam in l. 3. C. de iur. & fact. ignor.
& quaſi dominus dicatur filius viuente patre
l. in ſuis ff. de libe. & poſt. §. ſui inſtit. de hę-
red. quali. & differen. ſi igitur filia in com-
modum vnius tantum renunciet authorante
patre rectè facit, neque præiudicium alijs
infert filijs; docet Gutierr. in dict. cap. quã-
uis pactum num. 6. de pact. in 6. qui tamen
niſi Bald. & Rodri. Xuar. citat. Eandem ergo
opinionem tenuerunt Roman. & Bartho.
Socin. in l. ſi actionem, quos ibidem ſequitur
Deci. num. 4. C. de pact. Alexan. conſil. 149.
num. 5. lib. 7. Pariſi. conſil. 26. nu. 31. & conſi.
69. num. 53. lib. 3. Ruin. conſi. 98. num. 17. li.
1. alios citat & ſequitur Roland. conſil. 26.
num. 34. lib. 3. nouiſsimè Surd. conſil. 133.
num. 23. lib. 1.
3 Et quidem † optima ratione mouentur in-
terpretes nunc citati, quoniam cum renun-
ciatio ſit ſtricti iuris, non continet perſonas
niſi ſpecialiter expreſſas, vt dixi hac ſectio.
quæſ. 73. ad incluſionem enim vnius ſequi-
tur excluſio alterius, l. cum prætor cum vul.
gat. de iudi. ſic ſtatutum includẽs vnam per-
ſonam dicitur alteram excludere. Bartol. in
l. 2. §. videndum num. 1. ad Tertul. Pariſi.
4 conſil. 20. num. 41. lib. 2. ſed † & generalis
(quod fortius eſt) renunciatio intuitu, & cõ-
templatione certæ perſonæ facta ad eã tan-
tum reſtringitur, l. Paulo Callimacho de le-
ga. 3. dict. l. ſi actionem C. de pact. vbi om-
nes notant: Rurſus renunciatio illi ſoli pro-
deſt, cui prodeſſe renunciantis intereſt, l. &
hæredi §. final. ff. de pact. Calca. conſi. 33. nu.
23. Corne. conſi. 291. num. 8. libr. 4. Rodri.
Xuar. in dict. l. quoniam in prioribus limita.
5. num. 1. C. de inoſi. Gutier. vbi ſupra num.
8. Surd. deciſio. 209. num. 10. & deciſio. 163.
num. 10. vbi multos citat.
5 Huic tamen communi † ſententię locus
non eſt cum renunciatio patri facta fuit ſim-
plex & pura, ea enim hoc in caſu prodeſt
omnibus cæteris fratribus & ſororibus. du-
pliciter enim fieri poteſt, vno modo ſimpli-
citer, altero intuitu & contemplatione ali-
cuius ex fratribus; priori modo cõcepta om-
nibus prodeſt, ita intelligendus Dy. Specula.
& idem Bald. qui eos refert in dict. l. pactũ
dotali quæſ. 6. num. 8. Caſtren. nu. 2. Boeri.
deciſi. 184. num. 3. atque ita eos intelligit
Gutier. ſupr. Surd. dict. conſil. 133. num. 21.
ad finem, idem Surd. conſil. 446. num. 14. li.
6 3. conſi. 244. num. 12. lib. 2. † Et licet Me-
nochi. conſil. 197. contrarium ſentire videa-
tur, idem tamen in eo caſu declarat ſe ipſum
iuxta ſuperiorem interpretationem, nu. 83.
in verſic. Non obſtat quartum argumentum.
vbi expreſsim fatetur renunciationem fa-
ctam intuitu vnius ex fratribus illi ſoli pro-
deſſe. Placet vero illius conſilium in ſua ſpe-
cie in qua renunciatio facta erat intuitu &
contemplatione aliorum filiorũ etiam naſ-
citurorum, conſuluit enim ille multis ratio-
nibus ad nepotes ex filijs extendi, quod is
fusè proſequitur.
7 In dubio † igitur renunciatio facta per ſo-
rorem, vel filium in contractu matrimonij
cenſetur facta intuitu fratrum ſuorũ vt mo-
do dicebam; & pręter relatos ibi, idẽ ſcrip-
ſerunt Cæphal. conſil. 65. nu. 42. lib. 1. Becci.
conſi. 74. num. 20. Capi. deciſio. 190. Rolan.
conſil. 26. num. 34. Socin. iuni. conſil. 184. nu.
15. lib. 2. alios multos recenſui infra quæſt.
86. verſic. In dubio vero.
8 Sanè † renunciatio per filium facta patri
pro ſe & hęredibus ſuis acquirit ius filijs pa-
tris; quatenus tamẽ ſunt hęredes patris alias
ſecus: ſic poſt Alexan. & alios ab eo relatos
reſpondit egregie Pariſi. conſil. 26. num. 27.
cum ſequent. lib. 3. conſi. 69. num. 49. eod. li.
Bero. conſi. 97. num. 6. lib. 1. Menochi. dict.
conſil. 6. num. 15. ad finem Surd. conſi. 244.
num. 14. ad medium libr. 2. Didac. in dict.
cap. quamuis pactum 3. part. §. 3. num. 4. ver-
ſic. Septimo ſi pater de pact. in 6. alios citat
Menochi. dict. conſi. 6. rationem reddunt in-
9 terpretes † modo citati; quoniam ex adie-
ctione illius qualitatis, hæredum, conſtat de
mente patris volentis ſolam renunciationẽ
filijs hæredibus à ſe inſtitutis non alijs pro-
deſſe, & cum pactum vni factum alijs non
proſit l. ſi vnus §. ante omnia ff. de pact. ſic
renunciatio vni facta ad alium non exten-
ditur l. ſi ſuus vbi Bald. l. ſicut C. de repud.
hæredi. l. iubemus C. ad Velleian. Caſtren.
Roman. Crot. & alij multi relati à Tiraquel.
tract. de retract. conſangui. §. 1. gloſ. 9. num.
127. ornat Surd. conſi. 244. nu. 8. 9. 10. li. 2.
10 Ex his inferri † poteſt ad quæſtionem in-
ſignem & celebrem, quam mouit poſt Boeri.
ab eo relatum Gutier. in dict. cap. quamuis
pactum num. 62. de pact. in 6. ſcilicet an re-
nunciatione facta per filiam patri de bonis
maternis, quæ in dubio intuitu & contem-
platione omnium fratrum facta cenſetur;
num ſi pater ex ſecundo matrimonio alios
filios ſuſcipiat, qui & fratres etiam ſunt con-
ſanguinei dictę renunciantis, an ij ad portio-
nem maternam renunciatam admittẽdi ſint
vna cum fratribus prioris matrimonij; quæ-
ſtio certè ſubtilis, & quæ indies contingere
poteſt,

Digitized by Google

poteſt,quam Gutier.in dict.loco & indiſcuſ-
ſam & indeciſam relinquit ſe referens ad ſo-
lam deciſionem Boerij 184. in quo articulo
viro ingenioſo licet ampliſsimè peruagari:
Ego fideliter referam authores, qui affirma-
tiuam tenuerunt,& eos qui negatiuam, ſub-
iungens eorum fundamenta & rationes,qui-
bus ipſe alias vtrinq. ſuperaddam.
11 Aretin. † igitur in hac ipſa facti ſpecie
reſpondit,quem virum ſubtilem & acutiſsi-
mum paſsim Iaſſon dixit, & cuius ingenium
& ſummam eruditionē admodum extollit
Tiraq. multa de eo dicens de legib. connu-
bia.glo.2.nu.62.& de quo dixit Barto.Soci.
conſ.111.in fine lib.1.& cōſ.93.lib.4. quod
numquam vel raro fallitur,& idem Iaſſ.affir-
mat in l.nam & poſtea §. ſi minor ad finem
de iur.iuran. is inquam conſ.91. viſo them-
12 mate ad me tranſmiſſo à nu.1.& per † totum
defendit renunciationē de bonis paternis &
maternis per filiam factam patri recipienti
pro ſe & hæredibus, ſolum prodeſſe filijs &
reſpectiue fratribus renunciantis filię,nō cæ-
teris fratribus ex alio matrimonio & diuerſa
matre procreatis, mouetur ex ſequentibus.
13 Primo † quoniam renuncians in alterius
fauorem etiam recepto prætio hęreditatem,
ex ipſa renunciatione hęreditatem adire nō
videtur;neque ius ſuum in alterum transfer-
re l.fuit quæſtionis de acquir.hæredi. l. licet
l.ſi quis pecuniam ff.ſi quis omiſ.cau.teſtam.
& probat ſatis aperte text.in l.ſi ſponſus §.
14 ſi maritus ff.de donatio.int.vir & vxo. † vbi
cum maritus renunciat hæreditati cauſa do-
nationis,vt hæreditas ad vxorem perueniat,
donatio valet, quia maritus non minuit re-
nunciando de ſua ſubſtantia, licet nō adqui-
rat, de quo text. & notatis in eo dixi fusè
hoc lib. ſectio. 3. Renunciatio ergo (ait
Aretinus) ad alterius inſtantiam facta in-
cluſam non habet hæreditatis aditionem
vnde expreſsim Iuſtinianus in l. cum opor-
15 tet §.cum autem in verſic. † Sed niſi; diffe-
rentiam conſtituit inter tranſlationem iuris,
quę fit per renunciationem, & eam, quæ fit
per donationem:ſic enim ait. (Sed niſi ſpe-
cialiter vel in emancipatione huic pręmio
renunciauerint, vel donatione facta ſeſe &
ab huiuſmodi beneficio alienauerint.)
Subiungit deinde idem Aretin. hanc fir-
mare aſſertionem Dyn. in quodam conſilio
16 ordine tertio, quem ſcribit referre † & ſe-
qui Bald.in l.pactum dotali quæſtio.8.C.de
colla. vbi aſſerit ſororem renunciantem hę-
reditatem vni ex fratribus ſuis recipienti,ni-
hilominus hæreditatem renūciatam non ad
ſolum recipientē ſed ad alios pertinere fra-
tres,quia illis accreſsit,ſicut ſi ſimpliciter re-
pudiata fuiſſet;niſi vt Bal. ait adeſſet aliqua
probabilis coniectura donationis in perſo-
nam fratris recipientis.
17 Ex his † infert ſubtilis Aretin.ſubtiliter,
quod vbi deficit donationis coniectura, re-
nunciatio facta ab aliquo pręſente & reci-
piente,non eſt donatio ſed pura renūciatio:
comprobat ibi Aretin.authoritate eiuſdem
Bald.in dict. l. pactum dotali 2. quæſtio. &
Barto.in l.qui ſuperſtitis de acquir.hæredi.
18 Tertio idem † Aretin.eundem citat Bal.
in l.final.C.de pact.conuen.ait ſummam eſſe
differentiam cum filia renunciat hæreditati
delatæ an deferendæ,vt priori caſu renūcia-
tio ſtet in ſuis terminis, & proprie repudia-
tio dicatur: altero caſu donatio magis iudi-
cetur:differentiæ rationem aſsignat, quoniā
cū filia renunciat hęreditati paternæ & pro-
mittit nihil ampliuspetere in bonis ſuis,pa-
ter ratione huius conuentionis liberatur à
quodam debito, quia legitima eſt quaſi de-
bita filijs ſimul cum hæreditate l. ſcripto ff.
vnd.libe.l.ſi quis legatum ff.ad l. falci. pro-
inde cum pater liberetur ab hoc debito po-
teſt rectè vocari donatio : ex his ſequitur
quod cum ſit repudiatio & non donatio pa-
tri facta, portio repudiata accreſſet portio-
19 nibus aliorum fratrum; † de natura enim eſt
iuris accreſcendi vt portio repudiata accreſ-
cat portioni non perſonæ l.ſi totam l.qui ex
duabus ff.de acqui.hęredi. Bartol. & cæteri
omnes in l.reconiuncti de legat.3.
20 Quarto idem † Aretin. argumentatur, in
pędicta ſpecie voluiſſe potius patrem reci-
pientem conſuluiſſe cæteris filijs & fratribus
reſpectiue eiuſdem filiæ renunciantis, quam
aliquid patri recipienti donaſſe: quia inquit
præſumptio charitatis paternę nos ad id cre-
21 dendum inducit; † cum præſumendum ſit in
dubio patrem velle æqualitatem ſeruare in-
ter liberos ſuos l.fina.C.communi.vtri.iudi.
hæc autem minime ſeruaretur ſi filij ſecundi
matrimonij haberēt dotem matris ſuæ prę-
cipuam, quæ patris facto nec alterius minui
poteſt,filij autem primi matrimonij nō ha-
berent bona materna pro his ſolis,quoniam
diuidenda eſſent cum filijs ſecundi matri-
monij.Hucvſque Aretin. qui ſcribit ibidem
hanc opinionem continere ſummam æqui-
tatem & remouere ſcandalum inter liberos
propterea amplectendam.Et vere negari nō
poteſt quin ſit opinio admodum æqua & be-
22 nigna. † Hinc ob æqualitatem inter liberos
ſeruandam conſuluit nouiſsime Peregrin. &
pulchre quidem conſi.71.num. 8.& 9. quod
filia teſtatoris defuncti debet ab illius filijs
& hęredibus dotari eadem quantitate, qua
fuerunt alię dotatę per patrem.
Quinto hanc opinionem & in eadem fa-
cti ſpecie amplexus fuit Nico.Boeri. deciſi.
Burdega.

Digitized by Google

Burdegalen.184.per totam vbi in principio
num.1.dixit quæſtionem hanc eſſe ſicut hy-
dram,cui abciſo vno capite alia renaſceban-
tur;num.2.pro hac ipſa ſententia adduxit ſi-
milem ſuperioribus per Aretin.adductis ra-
tionem quia (ait) cum de iure communi de-
lata foret hęreditas materna tam filijs maſ-
culis,quam fœminis l. final. C. de libe. præ-
teri.l.lege. C.de legi. hæredi. conſequenter
renunciatio per filias facta augere debet
portionem cohęredum, id eſt filiorum maſ-
culorum non renunciantium l.3.§.final.cum
duabus ſequent.de bono.poſſeſsio.ſecun.ta-
bu.l.1.C.quando non peten.par.l.vni.§.his
23 ita C.de cadu.tollen. † citat & Dyn. conſil.
6.dicentem,quod ſi vnus ex fratribus renũ-
ciat vni tantum ex fratribus portionẽ ſuam,
prodeſſe renunciationem voluit omnibus a-
lijs, cum veniat ex natura iuris accreſcendi
vt portio portioni non perſonæ obueniat d.
l.ſi totam & l.qui ex duabus ff.de acquit.hæ-
redi. ita fit vt cum in portionibus aliorum
debita in bonis maternis ſuccedere nequeãt
filij ſecundi matrimonij, renunciatio huiuſ-
modi ipſis prodeſſe non poſsit, & hoc fuit
in effectu primum Aretini argumentum in
dict.conſilio: tandem idem Boeri.refert al-
teram Aretin. rationem ſupra in quarto ar-
gumento adductam, & ſubiungit in fine de-
ciſionis,quod quamuis alteram partem tam-
quam magis cõmunem ſequuti fuerint plu-
res ex conſiliarijs illius Senatus,tamen ma-
ior pars inclinauit in hanc vti æquiorem &
magis benignam,& ſeruantem æqualitatem
inter filios:& ita fuit iudicatum.

Hæc ſunt argumenta quæ ab his in tuitio-
nem huius opinionis adferuntur.Sexto Ale-
xander conſil.inferius citando num. 1.& 2.
eadem vtitur argumentatione,qua Boerius
aut verius eam ſumpſit ab Alexan. quem is
refert,& Alexan.ab Aretin.in dict.conſi.91.
dicens portionem hãc repudiatam ad filios,
& reſpectiue fratris renunciantis ſpectare
debere, quia cũ foret de lata hæreditas ma-
terna tam filijs quam fœminis dict. l. fina.C.
de libe.pręte.l.lege C.de legi.hęredi.renun-
ciatio per filiam facta neceſſario augere de-
bet portiones aliorum coheredum maſculo-
rum non renunciantium dict.l.3.§.fina. cum
duabus ſequenti.de bono.poſſeſsio.dict.l.1.
C.quan.non peten. par. cum ex natura iuris
accreſcendi proueniat vt portio repudiata
portionibus aliorum non repudiantium ac-
creſcat vt ſupra dictum eſt.

24 Addit idem † Alexan. comprobare hanc
opinionem tex.in l.fina.C.de dot.promiſsi.
in quo text. probatur patrem filiam dotan-
tem,etſi dixerit ſe eam dotare de bonis ſuis
proprijs quam etiam matris, vel ex rebus
debitis ipſi filię, niſi tamen pater inopia la-
boret, intelligitur patrem dediſſe de bonis
ſuis proprijs,ratione officij paterni,cui incũ-
bit filias dotare.

25 Septimo Surd. † in conſ.mox citando nu.
1.hac vtitur argumentatione certum eſt ma-
tris dotem ad filios ſpectare, conſequenter
renunciatio á filia facta,cẽſetur fauore alio-
rum fratrum ſuorum facta in dubio. Salice.
Alexan. Butigel. Corne.Pariſi. Socin. iuni.
Bero.Capi.Rolan. Cæphal.Becci.quos ille
recenſet;addit ibi authoritate eiuſdẽ Becci.
conſi.74.num.20. procedere hoc nedum fa-
uore maſculorum,ſed & quarumcunq. alia-
rum perſonarum dum ſubſit veriſimilis con-
iectura vt ille ibi,& dixi ſupra in principio.
Inde Surd.argumentatur ſororem renunciã-
tem in dubio videri renunciare ad commo-
dum fratrum vtrinque coniunctorũ non eo-
29 rum,qui ex alieno vtero; quia † ſicut vtrinq.
coniuncti excludunt conſanguineos §.ſi igi-
tur defunctus in auth. de hæred. ab inteſt.
veni.auth.defuncto vbi omnes C.ad Tertu-
li.S.C.cum alijs multis illic ab eo citatis, &
alios refert deciſio.239.a num.1. Soror hac
ratione cenſetur magis diligere vtrinque
coniunctos fratres quam conſanguineos rã-
tũ,ex quo dilectio ex ordine ſanguinis pro-
cedit, & ſecundum ipſam regulatur renun-
ciatio;quare cum omnes dilexerit,conſequẽ-
ter eorum omnium contemplatione renun-
ciaſſe videtur; quod fuit originale dictum
Dyni in allegato conſi. 6. quem ſequuti ſunt
Doctores ſuperius relati,Bal. Aretin. Alex.
Rube.Fabian.& alij relati ab eodem Surd.
conſi.nunc citando, num. 3. vbi in extremis
verbis ſubdit hanc eſſe opinionem Aretini,
quam dixit habere maximam æquitatem &
ideo amplectendam.

27 Subiungit † idem Surd.nu.4.5.& 6. quod
cum hæc renunciatio ſit mæra repudiatio
quoniam adita non fuit matris hęreditas, &
qui renunciat adire non videatur dict. l. fuit
quæſtionis ff.de acquit.hęredi.cum alijs mul
tis in ornatum ab eo adductis ibi, ſequitur
portionibus aliorum fratrum accreſcere de-
bere non perſonis, dict.l.ſi totam de acquir.
hæredi.cum pleriſque alijs ab eodem addu-
ctis,quæ omitto.

Addo ipſe in tuitionem eiuſdem Aretin.
28 opinionis ſequentes rationes. Prima † quia
filia renuncians,ſicut & alius quilibet diſpo-
nens cenſetur in dubio conformare volun-
tatem ſuę diſpoſitionis,cum diſpoſitione iu-
ris communis gloſ.Barto. & alij omnes in l.
hęredes mei §.cum ita ad S.C. Trebe.Surd.
deciſio.272.num. 25.alios ſciens prætereo.
29 Cæterum † de iure communi in ſucceſsione
hæreditatis maternæ filij vtrinque coniuncti
alios

alios excludunt d.§.ſi igitur defunctus, & d.
auth. defuncto C.ad Tertulia.ita fiet vt re-
nunciatio filiæ in materna hæreditate non
ad commodum filiorum alterius matrimo-
nij,ſed fratrum tantum vtrinque coniuncto-
rum facta cenſeatur,cum ij ſoli de iure com-
muni ſuccedant.

30 Secundo aut filia † renunciauit hæredita-
ti maternæ ante tranſitum patris ad ſecun-
da vota, aut poſt:priori in caſu renunciatio
filiæ non fratribus ex ſecũda vxore prodeſſe
poteſt,quoniam cum ſit facta contemplatio-
ne patris & illius filiorum non eſt veriſimile
in eo renũciationis actu de filijs ſecundi ma-
trimonij cogitare voluiſſe, quia ſecundæ
nuptiæ ſunt odioſæ, quę tãquam filijs prio-
ris matrimonij tantopere præiudiciales &
triſtiſsimi plene euentus conſiderandæ non
ſunt, argu.text.in l.inter ſtipulantem §. ſa-
cram de verb.obliga. l.ſi quis poſthumum in
princi.ff.de libe.& poſth.conducit tex.egre-
gius in l.ſi quid earum in fine de legat. 3.
(Quæ enim (ait tex.) poſterioris vxoris cau-
ſa parata ſunt, etſi ei aſsignata non ſunt le-
gato cedunt.Atque prioris vxoris cauſa pa-
rata ſunt, ita poſteriori debentur ſi ei aſsig-
nata ſunt, quia non ita de poſteriore vxore
cogitatum cum pararentur; cum igitur tem-
pore renunciationis de poſteriore vxore co-
gitatum non cenſeatur,renunciatio ad filios
ſecundi protendi nõ debet:Inde ſcripſi mul-
torum authoritate hoc libr. ſectio.1. quæſt.
31 8.verſi.His quidem argumentis,) † ſtatutũ
deferens dotis lucrum coniugi ſuperſtiti al-
tero abſque liberis moriente, intelligẽdum
de liberis prioris matrimonij non ſecundi,
quia de liberis alterius vxoris non cenſetur
cogitaſſe vt inibi varijs ornaui iuribus & au-
thoritatibus interpretum.

Secundo in caſu vbi filia renunciauit bo-
nis maternis poſt tranſitum patris ad ſecun-
das nuptias idem videtur, quoniam non eſt
veriſimile patrem ſua ſtipulatione vel pacto
filijs prioris matrimonij nocere, quibus &
32 non alijs materna debetur hęreditas: † quia
præſumendũ patrem pro filijs in dubio bo-
num capere conſilium l.nec in ea ff.ad l.Iuli.
de Adulte.cum nullus amor vincat paternũ
l.final. de curato. furio.fusè Alciat. tracta.
de præſ.regu.2. præſ.1.a num. 1. Menochi.
qui multos in commen.de arbit.iudi. quæſt.
caſu.149.a num.5.Oſaſ.deciſio Pedemont.
180.num.6.vbi Caſtren.Bal. Curti. & alios
recenſet. Hæc certè admodum vrgent pro
Aretini opinione. Contrariam ſententiam
in eadem facti ſpecie tenuit Alex.conſ.149.
lib.7.per totum, & nouiſsime pro ea reſpõ-
dit Surd.conſ.244.a nu.1.li.7.Mouentur ci-
tati duo interpretes his inter alia fundamẽ-
tis præcipuis:ante omnia autem Alexand.d.
conſi. num.3. præſuponit veluti anteludium
33 quoddam certiſsimum, † quod renunciatio
patri facta per filiam de eo omni quod pe-
tere poſſet, vel habere deberet in & ſuper
hæreditate & bonis patris occaſione dotis
matris & bonorum illius, valet nedũ vt ex-
cludatur filia vel filiæ renunciantes ab hęre-
ditate patris ipſarum iuxta tex.in ca. quam-
uis pactum de pact. in 6. ſed & valet quoad
excluſionem earum ab hęreditate materna,
prẹmortua iam matre; cum iuxta receptio-
rem & veriorem opinionem (de qua nos ſuo
in loco dicemus) renunciatio facta per filiã
patri ab inteſtato defuncti excludat ipſam
ab inteſtati ſucceſsione, maxime adſtãtibus
filijs maſculis fratribus renunciantis filię,ſic
Alexan.ſupra qui latius cõprobat:quo iacto
34 ſundamento. Primo † argumentatur non
dubium fore quin renunciatio in eum mo-
dum,quo ſuperius concepta, facta ſit patris
ſolius contemplatione, cum concepta fuerit
acceptante patre pro ſe & ſuis hæredibus ad
iecto pacto perpetuo de non amplius petẽ-
do:hæc certè verba omnia ſimul cum renun-
ciatione contemplatione ſolius patris dicta
cenſentur, conſequenter ſoli patri prodeſſe
debet non alijs ex l. ſi actionem C. de pact.
Secundum primũ gloſæ intellectum ibi, cu-
ius tex.authoritate Bald. ibi ſcriptum reli-
35 quit, † quod ſi duę ſorores,quibus vna cum
fratre erat delata hæreditas patris, & ex his
vna nubat faciatque fratri pactũ de non pe-
tendo hæreditatem paternam, pactum hoc
non proderit alteri ſorori cohæredi, ſed ſo-
lum fratri, cuius contemplatione factum eſt;
citat Bal.Caſtren.& alios; quibus ſuperad-
dit Iaſſ.Tiraq.Deci.Crot.Soci.& alios mul-
tos Surd.d.conſ.nu.8.9. 10.qui eadem Ale-
36 xandri vtitur argumentatione; † ſubiungitq.
num.11.quod licet foret ſimplex renuncia-
tio neq. admixta cum pacto de non petẽdo
adhuc prodeſſet illi ſoli,cuius cõtemplatio-
ne fieret ex Caſtren.Aretin. Alexan.& Boe-
ri. quos refert. in noſtra autem ſpecie facta
fuit renunciatio contemplatione patris, vt
ex verbis quęſtionis de qua agebatur conſta-
bat; cum dictum eſſet N. præſenti pro ſe &
ſuis hæredibus ſtipulanti &c. Vnde cum cæ-
teri fratres prę̨ſentes non eſſent nullum ius
ipſis abſentibus competere poteſt.ad tex.in
l.abſenti vbi Bart.& alij ff.de donatio. dixi
quæſ.76. quinimo docuit Alex.d.conſi.num.
37 6.adeo † vera fore ſuperiora vt etſi hæredi-
tas materna,cui renunciat filia adita per eam
non fuiſſet,idem ius obſeruandũ foret,quan-
do apparet,pro vt in hoc caſu, quod patris
contemplatione renunciauit; videtur enim
prius adiſſe, & ſucceſsiue renunciare patri;
argu.

argu. l. illud. ff. de acquir. hæredi. cum vulgat. adducit in terminis quęſtionis. Caſtren. cõſi. 242. per totum. vbi iure terminauit hanc quæſtionẽ eiſdem fundamentis, quibus Alexan. & Surd.

Hoc Alexandri argumentum reaſſumit Surd. dict. conſi. num. 11. verſi. Addo quod iſta ceſsio, dum ſcribit, ceſsionem vel donationem factam patri ſtipulanti pro ſe, & hæredibus ſuis minime prodeſſe cęteris fratribus niſi in quantum eſſent hæredes patris, & quod ex hac ſtipulatione dignoſcitur voluiſſe patrem ſibi ſoli non alijs portionem adquiri; atq. vbi coniectura aliqua apparet, cuius contemplatione facta ſit ea obtinet in illius tantum fauorem nõ aliorum filiorum. Bald. in d. l. pactum dotal. quęſtio. 8. de colla. addit Alex. Caſtren. Aretin. Socin. Ruin. Paris. Bero. Boeri. Menochi.

38 Et multo † magis ait idem Surd. nu. 14. procedere hæc in ſua & Alexandri ſpecie quando filia non gratis renunciauit, ſed mediãte dote, quam receperat, in qua ſpecie renunciatum ius ſoli patri quęritur, quia videtur in recompenſationem datę dotis factum quod latius comprobat Alexan. d. conſi. nu. 7. & 8.

Argumentis autẽ Aretini reſpondit Alexan. num. 8. in fine & 9. Surd. d. conſi. nu. 14. non eſſe locum traditionibus illius quotieſcunq. conſtaret renunciationem magis contemplatione vnius quam alterius fieri, tunc enim illi ſoli, cuius intuitu fit adquiritur ex communi omnium interpretatione de qua ſupra; & ita etiam reſpondit Caſtren. in d. conſi. conſtat autem renunciationem in noſtra ſpecie factam fuiſſe patris cõtemplatione non aliorum, quia ſibi ſtipulanti & recipienti pro ſe & hæredibus ſuis, ſic etiam reſpondit in hoc caſu Pariſi. conſi. 26. nu. 26. lib. 3.

39 Conſtat † ex alio aperte renunciationem factam fuiſſe intuitu ſolo patris, & non fratrum, quoniam pater recepit eam pro ſe & hæredibus ſuis, conſequenter alijs fratribus ius queri non potuit niſi in quantum forent hęredes patris; & vbi ex aliqua coniectura conſtat, cuius intuitu fit renunciatio hoc ſufficit vt illi ſoli quęratur. iuxta dicta ſuperius, & comprobat fuse idem Surd. d. conſi. num. 11. & 12.

Quibus ipſe addo, quod cum renunciatio huiuſmodi ſit quędam donatio vt millies dixi, ſuccedit regula, donationem patri factam pro ſe & filijs ſuis, etſi non fuerit additum, hæredibus, ad filios tamen niſi hæredes patris tantum non pertinere, quemadmodum authoritate Accurtij Bartol. Imol. & Alex. comprobauit Ruin. conſi. 122. num. 3. lib. 1. citatis Alexan. Deci. Marcabru. Mazol. Burſat. Crauet. Gabri. Becci. Bero. Maſcar. & alijs multis decidit Surd. deciſio. 322. nu. 61. 62. 63. cum ſequent.

Secundo reſpõdent Alexan. & Surd. procedere poſſe argumenta Aretini vbi eſſemus in terminis ſimplicis renunciationis, at vbi ſimul cum renunciatione adeſt pactum de nõ petendo, tunc aliud ius eſt, in vim enim huiuſmodi conuentionis cum non ſit repudiatio, ius in totum quæritur patri abſque eo quod portio aliqua accreſcere cęteris fratribus poſsit d. l. ſi actionem C. de pact. ſecundum vnum intellectum; ideo pactũ in vnius fauorem factum ad alium extendi non poteſt, ſicq. excluduntur fratres filiæ renunciãtis. Alexan. Caſtren. & Surd. in d. conſilijs.

Tertio reſpondent non procedere Aretini rationes quãdo filia debita dotis portione accepta renunciat, quia vt dictum fuit ſuperius, cenſetur filiam renunciaſſe in recompenſationem dotis à patre receptæ.

Addit Surd. d. conſi. num. 15. conſiderationem, quia inquit pactum de non petendo patri factum non æque conuenit fratribus ſicut patri. quia fratres non tenentur dotare ſororem de bonis maternis, ſed pater, maxime qui receperat dotem vxoris; liberatio autẽ debet referri ad obligatum non ad alios cũ creditor & debitor ſint correlatiua, & ſolutio præſuponit obligationem, conſequenter liberatio ad fratres referri nõ poteſt; arguta certè cõſideratio ſi vera foret de qua inferius dicam. Hæ ſunt ſolutiones Alex. Caſtren. & Surd. ad tria priora Aretini argumenta.

40 Quarto reſpondent, æqualitatem † inter liberos patrem obſeruare voluiſſe, tunc demum attendi debere cum ſimus in dubio, at vbi de contraria voluntate conſtat cum vult filios eſſe inequales illius diſpoſitio obſeruanda eſt d. l. vt liberis, in verſi. Niſi C. de colla. & ſcripſit Surd. d. cõſi. nu. 17. ſufficere tacitam voluntatem patris ex Alexan. conſi. 158. n. 15. Curti. Ruin. Pariſi. Neuizan. Deci. Natt. Zanch. & alijs.

Reſpõdet ſecundo Surd. nu. 17. verſ. Reſpõdeo etiã, ex renunciatione de qua in caſu ſuo nullam reſultare poſſe inæqualitatẽ quia tẽpore renunciationis viuebat ſecũda vxor, & ideo ſuper illius dote non poterat a patre fundamentũ fieri, tamquã ſuper hęreditate viuentis l. final. C. de pact. l. qui ſuperſtitis de acquir. hęredi. l. pactũ dotali. C. de collati. &
41 ſufficit † (inquit) quod ęqualitas eſſet inter filios quãdo pater deceſsit, nec curãdũ quod poſt ſubſequutum fuit circa inæqualitatem, citat Bero. Socin. iuni. Rolan. & Becci.

Ad textum † autem in d. l. fina. C. de dot. promiſsio adductum ab Alexan. in cõprobationem

tionem conſilij Aretini Reſpondet Alexan.
tripliciter.duę priores ſolutiones reſtringũt
admodum ſuam, & ſequiorum opinionem,
tertio igitur reſpondet in noſtro caſu adeſſe
iuramentum, quod cum poſsit obſeruari ci-
tra diſpendium ſalutis æternę debet omni-
no cuſtodiri d.c.quamuis pactũ de pac.in 6.

Surd.autẽ extremo d.conſi. nu. 18. ſeqq.
rationibus confirmat hanc opinionẽ. Primo
quia ceſsio hæc vel renunciatio ſuſtineri ne-
quit vt repudiatio dicatur,quod eam ob cau-
43 ſam portio omnib⁹ accreſcere debeat, † nã
eſt pactum de non petendo, atque ideo non
omnibus acquiritur,ſed illi ſoli,cui factũ eſt
d.l.ſi vnus §.ante omnia de pact.hanc ratio-
nem iam ante ipſe idẽ attingerat nu.8.& 9.
eod.conſ.quæ prius fuerat Caſtren. & Alex.
Rationẽ diuerſitatis inter renunciationem
ſimplicem & pactũ de non petendo reddit
ex Bal.in d.l.pactũ dotali,& in d. l. ſi actio-
44 nem, † quia repudiatio non eſt contractus,
neq. requirit præſentiam aut ſtipulationem
patris,ſed eo abſente fieri poteſt,& pactum
45 † de non petendo & liberatio ſine præſentia
& acceptatione non valet; addit Rurſus nu.
19.authoritate Caſtren.in d.conſ.152.quod
is,qui facit pactum de non petendo vel libe-
rat alium eo ipſo videtur adire hæreditatẽ,
ex quo non poteſt.liberare niſi prius adeat
argu.tex.in l.illud de acqui.hęredi. cum vul-
gat.& receptiori omnium placito compara-
tum eſt,vt ceſsio vel pactum de non petẽdo
præſuponit pręambulã aditionem Ruin. d.
conſi.98.num.13. lib.1.Alciat.reſpon. 339.
num.4.Socin.Cor.& Menochi. con.1. num.
488.lib.1.quos ille refert.

Porro idem Surd. nu.20.in ſua ſpecie cõ-
ſiderat, vel ex eo inductam fuiſſe aditionẽ,
quia filij omnes erant infantes, & pater diu
maternas dotes retinuerit,nec reſtituere cu-
rauerit,videtur hoc ipſo matris hęreditatem
filiorũ infantium nomine adiuiſſe,iuxta tra-
ditionem Bart.Caſtren.& Imol.in l.gerit ff.
de acquir. hæred. Roma.Alex. Ruin. Pariſi.
Gre. Natt. quorum dixit cum Bartol. com-
munem eſſe ſententiam.

46 Extremo † nu.20.ad finem verſi. Ea vero
adducit argumentũ,quia ſtipulatio pro hęre-
dibus concepta ad patrẽ ſolum,& illius hæ-
redes referenda eſt,non ad ſolos fratres ſo-
roris renunciantis,quoniam hæredũ nomen,
omnes includit, & indiffinita æquipollet vni-
uerſali ad tex.vulgat.in l.ſi plurib⁹ vbi Bart.
de lega.2.cap. vt circa in princi. de electio.
47 cum alijs ab eo in ornatum citatis: Neq. †
nouum eſſe ait, quod etſi regulariter renun-
ciatio fratrum fauore facta dicatur ad ſolum
poſsit patrem referri, ſic enim in ſimili etſi
donatio cauſa mortis facta ſit,vbi tamẽ pro
hæredibus ſtipulata eſt in aliam ſpeciem
tranſit,& efficitur donatio inter viuos,quam
ſententiam Bald.Alexan. Ruin.Rip. Socin.
Cort. Rolan. & aliorum authoritate confir-
mauit hoc addito altero ſimili per Bart.tra-
dito in l.poſt mortem §.tutor.nu.2. ff.quan.
48 ex fact. tutor. † quod licet contrahens no-
mine officij non teneatur de proprio, veluti
ſi ſit procurator,ſyndicus,æconomus, tutor,
& his ſimiles, ſi tamen pro ſe & hæredibus
ſuis ſtipulentur,tenetur de proprio;quia hac
promiſsione, officij ſui terminos excedunt.
ſequuntur Bald.Ruin. Gramma. Anchar. &
Crauet.quos citat.

Ex his apparet quibus hæc opinio ſuſtinea-
tur rationibus, quę communis eſt vt teſtatur
Boeri.d.deciſ.184.in fine vbi dixit quod li-
cet ſit receptior, & propterea multi ex do-
minis in eã inclinauerint,tamen quia contra-
ria eſt magis æqua fuit pro ipſa iudicatum à
maiori parte;eandem dicit cõmunem Surd.
d.conſi.nu. 13. Mihi certè opinio hæc com-
munis periculoſa videtur, nam & in caſu A-
retini dict. conſi. 91. aderat pactum de non
petendo & tamen contrariũ reſpondit;vnde
retenta priori ſententia prædictis rationi-
bus Alex.Caſtren. Surd. & aliorum ſic com-
mode reſponderi poterit.

49 Primum † tollitur argumentum Alex. &
Surd. quod pactum de non petendo factum
vni non prodeſt alijs, quoniã etſi id verũ ſit
ſuis in caſibus, non tamen procedit quando
ex veriſimili mente paciſcentium aliud con-
ijci poſſet,quæ in contractibus,ſicut & in vl-
timis voluntatibus, & cæteris diſpoſitioni-
bus ſpectatur,iuxta text.in l. tale pactum §.
fina.ff.de pact.& mens intentioque contra-
hentium ſit attendenda l. final. C. quæ reſ.
pigno.obliga.poſſ.l.ſemper in ſtipulationi-
bus vbi Deci. Cagno. & Mayneri. de regu.
iur.& pactum non à verbis ſed ab intẽtione
iudicetur l.ſi vno ff.locat.l. ſi olei illo eo. tit.
l.2.C.communia de legat. ſcripſi multorum
authoritate hoc libr. ſection.2.quæſtio. 20.
a num.1.& poſt inferius in verſic. Re tamen
diligenter perpenſa,quæ non repero: atqui
ſecundum veriſsimilem mentem vel filię re-
nunciantis,aut patris recipientis conſtat,re-
nunciationẽ maternæ portionis factã fuiſſe
fauore filiorũ primi matrimonij, non etiam
ſecundi,conſequenter eis accreſcere nõ alijs
debet:Propoſitio in hunc modum probatur,
ſi enim conſideremus,prout vere cõſideran-
50 da eſt intentio filiæ renũciantis,cum † verba
ſint interpretanda iuxta mentẽ & conditio-
nem perſonę loquentis l. ex militari ff. de
milita.teſtam.cũ alijs innumeris ad hoc inſ-
titutũ coaceruatis per Simo.de Prær. in cõ-
men.de interpre.verb.vltima, volunta.li.2.

inter. 3.dubio.1.ſolu.3.nu.301. certè inten-
tio filiæ fuit renunciatione illa fratribus ſuis
conſanguineis prouidere,quos hæredes fore
debere credebat maternæ hæreditatis illis
debitę d.auth.defuncto cum ſimilibus ſupra
allegatis:ſi vero exquiramus veriſimilem mẽ
tem patris idem dicendũ,de quo pręſumen-
dum ſit in dubio noluiſſe portione filijs de-
bita ipſos priuare æqualiter, quę ſuccedere
filios voluiſſe primi & ſecundi matrimonij,
differentia nulla conſtituta.

51 Eo magis † quod mens & intentio patris
talis debet iudicari qualis de iure debet eſ-
ſe.ad gloſ.Bart.& quę omnes ibi in d. l.hæ-
52 redes mei §.cum ita ad S.C.Trebellia.Et †
verba licet vniuerſalia reſtringuntur ne ab-
ſurdum ſequatur in contractibus & alijs diſ-
poſitionibus.Ruin.conſi. 188.nu.10. & ſeq.
lib.2.egregie Crauet.conſi.3. a nu. 3. Oſaſ.
deciſio.Pedemon.169.nu.8.& 14.abſurdum
ſanè foret ne dicã impium,& à paterna cha-
ritate alienum,filios ſecundi matrimonij ex
ſubſtantia dotis maternæ prioris vxoris di-
tare,quę ſolis filijs matris debetur.Hincque
53 † illud noſtrates prodiderunt, verba etſi vni
uerſalia reſtringenda tamen fore vt vitetur
fraudis euētus l.ſi pater ff.de his quę in frau.
credi.l.creditor §.huius ff. manda. idem O-
ſaſ.d.deciſio.169.num.3.

54 Vnde cum verba intelligenda ſint eo reſ-
pectu,quo prolata ſunt l.fina.ff.quemad.ſer-
uitus amittatur l. Neſennius §. fundi de re.
iudi.§.fina.inſtit.de Codicil.Crauet.conſi.9.
nu.21. & ea mens fuerit in dubio tam filiæ
quam patris,renunciatio fratribus ſolis con-
ſanguineis non alijs prodeſſe debet. Et vt
hoc ſuperioribus addam, verba etſi vniuer-
ſalia ad cogitatum diſponentis tamen refe-
renda ſunt,& ratione quadam tacita & con-
iecturata reſtringenda Bald.& Iaſſ. in l.non
dubium C. de legib. Deci. Crauet. Socin.&
alij quos refert Oſaſ.deciſ.90.num.17.Non
obſtat quod ſecundo loco aiunt dum affir-
mant quod etſi non afforet pactũ de non pe-
tendo ſed ſola renunciatio adhuc cum con-
templatione patris facta ſit ei ſoli non alijs
prodeſſe debuit ex communi ſentẽtia.nam
reſpondetur negando ſolius patris contem-
platione factam fuiſſe ex illius verbis, quæ
ponderant,pro ſe & ſuis hæredibus,&c.quo-
55 niam † etſi hęc adſit coniectura, ex aduerſo
tamen alia vrgentior militat, ratio ſcilicet
affectionis,paterni amoris, & quod cuiq. ex
filijs ſua hęreditas deferatur,quæ coniectura
cum ſit naturalis præualere debet alteri ac-
cidentali,quę credenda non eſt,§.fina.inſtit.
de teſt.Tutel.l.has obligationes ff.de Capi.
diminutio.§.minus inſtit. de hæredi. quę ab
inteſ.deferun.

Neq. facit conſideratio Alex.d.conſ.n.7.
& 8.& Surd.d.conſ.num.14.dum aiunt dote
contentam filiã renunciaſſe, quæ in ſatisfa-
ctionẽ potius dotis acceptæ renũciaſſe vide-
tur,quam vt ſuis conſuleret fratribus; neq.
56 † enim alicuius momenti eſt dictum; cũ pa-
ter iure naturæ,exque legis debito teneatur
dotare filias l.qui liberos cum ſimilibus de
57 rit.nuptiar.vt pater dotando † non quicquã
donare ſed debitum magis paternũ exolue-
re dicatur d.l.qui liberos,ſcripſi relatis mul-
tis hoc lib.ſect.1.q.9.non repeto:non igitur
ſatisfactio aliqua reſpectu filiæ renunciãtis
conſiderari poteſt, cui non niſi quod debitũ
erat datum fuit, ad text. in l. rem legatam
cum ſimili.ff.de Adi.vel transfe.legat.

Quarto non obſtat altera ratio,qua dixe-
runt patrem ſtipulatum fuiſſe pro ſe & ſuis
hæredibus,ex quo conſtat noluiſſe acquiri fi-
lijs niſi eſſent hæredes;neq.obſtat ſubſequẽs
ratio à me præter alios adducta,qua ſuperio
rem cõprobaui rationem, quã non repeto;
quia ex dictis ſuperius vtriq. reſponſum eſt.
Verba illa vniuerſalia, pro ſe & hæredibus,
tam reſpectu filię renunciantis, quam etiam
patris recipientis reſtringẽda eſſe ad fratres
vtrinq.coniunctos etſi hæredes non ſint,cum
eſſe deberent tales ex iuris communis diſ-
poſitione ad quam veriſimiliter patet & fi-
lia accommodaſſe voluntatem credendum
eſt,& vt æqualitas ſeruetur.

Quinto nec faciunt ſolutiones Alexan. &
Surd.ſupra relatę in verſi. Secundo reſpon-
dent Alex.& Surd.Quatenus aiunt procede-
re poſſe Aretini opinionem quando eſſemus
in terminis ſimplicis renũciationis,quia per
renunciationem accreſceret portio,contra-
cta autem conuentione de non petendo nul-
la poteſt accreſcere,quia ius patri quæſitum
fuit.Neq. etiam in conſideratione eſt quod
Surd.ſcribit d.conſ.nu.15.cuius verba ſcripſi
58 ſup.in verſic.Addit Surd. quibus † ſatisfit ſi
animaduertamus renunciationẽ factã præ-
ſente patre & ſtipulante non dici ſimplicem
renunciationem, cũ etſi verbis talis eſſe vi-
deatur re tamen eſt pactum de nõ petendo,
quemadmodum authoritate Bart. Iacob. de
Aretio.& Peregrin. ſcripſi hac ſect. q.73. in
verſi.Sanè vbi renunciatio,quare nulla vide-
tur conſtituenda differentia inter renuncia-
tionem,quæ in modum pacti celebratur,&
pactum de non petendo vt ibi dixi.

Inde cõſideratio Surd.relata ſup. in verſ.
Addit Surd. parum facit, quoniam etſi pa-
ctum de non petendo conueniat magis pa-
tri quam fratribus, tamen non verba ſed
mens potius ſpectanda eſt, quidq. veriſimi-
liter agere partes voluerunt vt dicebam ſu-
perius in verſ.Primum tollitur argumentum

Sexto

Sexto tollitur ſolutio Surd. ad argumentum Aretini de æqualitate inter liberos ſeruanda, quia etſi reſpondeat ipſe id procedere in dubio ſecus vbi couſtarer de mente patris ex coniectura illa qua ratione pacti de non petendo adiecti pręſumitur patrem ſibi & ſuis hæredibus conſulere voluiſſe, vere tamē non ſatisfacit reſponſum, cum coniectura æqualitatis ſeruandę inter liberos & debitæ hęreditatis filijs prioris coniugij vti potentior à naturali debito deſcendens, præualet alteri accidentali, vt dicebā in ſuperioribus aduerſus Alexan. Caſtren. & Surd.

Porro neque facit conſideratio Surd. nu. 17. relata ſupra in verſic. Reſpondet ſecundo, quoniam Bero. conſi. 108. ad finem libr. 1. Becci. conſil. 29. num. 37. Socin. iuni. conſil. 119. num. 28. lib. 3. Rolan. conſi. 51. num. fina. in verſic. Ad vltimum reſpondetur; loquuntur vbi communi fratrū diuiſione quiſque à principio ſuam recepit portionem æqualem, nam ſi poſt aliqua in æqualitas ex euentu futuro detegatur non eſt in conſideratione; quod prius docuerat Barto. & alij cum eo in l. ſi familiæ C. fami. herciſ. noſter caſus diuerſus eſt, in quo pater ſolus ſtipulatur abſque aliorum filiorum conſenſu, quinimo nec renuncians filia, in eum modū renūnciaſſe vt filij alterius matrimonij partem ſuam haberent, credendum eſt, ex his quæ ſupra. Et tandem fatetur Surd. in caſu ſuo vixiſſe vxorem ex ſecundo matrimonio tempore renunciationis, quod non erat in ſpecie Aretini.

Secundo verius reſpondetur Bartol. & citatos authores loqui vbi vnus ex fratribus ſcienter à principio recepit res feudales vel fideicommiſſo ſubiectas, ſi enim poſt vel euictio aut renunciatio contingat aduerſus alterum fratrem, agere non poteſt ſibi enim imputare debet ſic Bartol. Salicet. Fulgoſi. in dict. l. ſi familię Bero. Socin. Beccius. & Rolan. citati à Surd. & præter eos idem ſenſit Alexan. conſil. 21. nu. 5. lib. 5. Deci. Curti. ſeni. Ruin. Gratt. Rip. Crauet. & alij plures relati à Peregrin. conſil. 93. num. 24. Solutio autem Alexan. dict. conſ. dum reſpondet ad tex. in l. final. C. de dot. promiſsio. non ibi ad fuiſſe iuramentum, non rectè adiungitur, quoniam etſi iuramentum efficiat vt renunciatio hæc quæ alias de iure ciuili improbata erat dict. l. pactum dotali C. de collatio. l. pactum quod dotali C. de pact. valeat, d. cap. quamuis; tamen iuramentum non extēdit neque ampliat vim ſuam extra naturam contractus, neq. ad alia extenditur quemadmodum authoritate Siluan. Oſaſ. & Surd. ſcripſi hoc lib. ſection. 1. quæſt. 11. extenderetur autē illius vis vbi efficeret quod fratribus ex ſecundo matrimonio genitis quibus nihil debetur, talis renunciatio iurata prodeſſet.

Non etiam vrget eiuſdem Surd. ratio altera qua inter repudiationem & pactum de non petendo adducit diuerſitatē, quod ideo in pacto de non petendo portio accreſcere non poſsit quia ſcilicet pactum de non petendo præſuponit præambulam hęreditatis aditionem; nam id verum non eſt, & directo aduerſatur text. in dict. l. ſiut quæſtionis ff. de acquir. hęredi. cum alijs ab Aretin. adductis dict. conſil. quorum aliqua ſcripſi ſuperius in verſic. Aretinus igitur: quidquod neque Menoch. in allegato per eum loco id dicit, quę cum efficaciter Aretin. oſtendat in eo conſilio vera eſſe, non repeto.

Rurſus conſideratio eiuſdem Surd. relata ſup. in verſic. Porro idem Surdus, non militat in quæſtione noſtra, in ſuo enim caſu pater adierat hæreditatem nomine infantium, & quia pater diu maternas dotes retinuerat.

59 Vltimæ rationi † Surdi Reſpondetur, indiffinitam non æquipollere vniuerſali in odioſis, nec in materia ſtrictam recipiente interpretationem (qualis renūciationis, quod dixi latè quęſ. 73.) ſic in terminis declarat regulam Bald. in l. final. §. in computatione ad finem C. de iur. delibe. recenſet alios Oſaſ. deciſio. Pedemon. 168. num. 22. Bero. conſ. 113. num. 24. lib. 3. & in materia odioſa id ipſum ſcripſerunt Alexan. in l. 2. de libe. & poſthu. nu. 5. Iaſſ. num. 18. Socin. nu. 11. Neque clauſula pro hęredibus ſuis alterare potuit iuris præſumptionem æqualitatis inter liberos ſeruandę; neque etiam veriſimilem renunciantis filiæ & patris recipientis intentionem, quę talis eſſe debet qualis de iure eſt, vt in antecedentibus dixi.

60 Quare ipſe † in hac controuerſia ſic opiniones contrarias conciliarem, nam aut filia patre ſtipulante renunciauit ſibi & hęredibus ſuis portionem ſuam in bonis maternis &c. aut renunciauit patri & ſuis hęredibus, addito verbo generali, omnibus; vel quibuſcunque hæredibus; priori in caſu cum indifinita (quia ſtricta fit interpretatio in huiuſmodi renunciationibus) vniuerſali nō æquipolleat vt modo dicebam, procedat opinio Aretini & Boerij. Secundo vero caſu cum addita ſunt verba, pro ſuis hęredibus omnibus vel quibuſcunq. tunc quia euidenter conſtat tam filiam renunciantem quam etiam patrem de omnibus hæredibus etiam extraneis ſenſiſſe, procedat altera opinio Alexandr. Caſtren. & Surd. Et hæc quidem
61 conciliatio iuri admodum cōformis eſt, † nam licet regulariter verba generalia aut vniuer-

Digitized by Google

ſalia habilitatem præſuponant l.1.cum vul-
62 gat C. de Sacro. Eccleſi. † ea tamen regula intelligitur in verbis generalibus à lege pro latis, ſecus in his, quæ ab homine, declarat poſt alios Oſaſ.deci.Pedemon.27. num.18. verſi. Neque ſubſiſtit & eo nón relato Pere-
63 grin. conſi.65.n.30. † Ita fit vt licet emphiteoſis Eccleſiaſtica ad extraneos hęredes nō transferatur §.Emphiteoſim & §.alienationis in auth.de non aliena.reb.Eccleſi. & telatis Afflic.Cur.Pariſi.Ruin.Barba.Alexan. Socin.iuni. Bologne.Deci. Gozadi. Marſil. dixit communem Rolan.conſil.96.nu.4.lib. 1.tamen vbi reperitur conceſſa pro ſe & hęredibus quibuſcunq. ſecus; tranſit enim ad extraneos,ſic authoritate Bal.Alexan.Curt. iuni. Gozadi. & Decij ſcribit idem Roland. d.conſi.nu.28.29.vbi aliud ſubiungit ſimile
64 ex Decio conſi. 294. † quod licet in ſubſtitutione facta filio decedenti ſine filijs de Titio & illius hæredibus,intelligatur de deſcēdentibus,& non de hæredibus extraneis,ſecundum Bart. traditionem communiter receptam in l. Gallus §. etiā de libe. & poſth. tamen vbi teſtator vſus eſt verbo vniuerſali, omnibus vel quibuſcunq. hęredes etiam extranei continentur;comprobat eandem ſententiam authoritate Alexan. in l. ſi ex toto
65 in principio de lega. 1. is docuit † quod licet immunitas à collectis conceſſa non extendatur ad collectas, quę imponuntur tempore belli, tamen vbi concederetur ab omnibus collectis vel quibuſcunq. aliud foret.
66 Confert † ſupra modum quod licet verba inueſtituræ in feudis pro ſe & hæredibus,reſtringantur ad habiles,tamen ſi addita fuerint,omnibus vel quibuſcunque,etiam inhabiles vocati cenſentur ex illa verborum generalitate. ſic notanter ſcripſit authoritate Bal.Alex.Curri.iuni.Iaſ.Campe.Soci. Rip. Pariſi.Alci.Crave.Rolan.Burſat.& aliorum Oſaſ.deciſ.pedemon.27.nu. 18.verſi. Neq. ſubſiſtit;& idem reſpōdit Pariſi.conſ.68.nu.
67 17.Ruin.itidem conſ. † 32.col.2.lib.2.reſpondit legatum generale de bonis mobilibus & de omnibus, quæ appellatione mobilium continētur,quouis nomine & vocabulo nuncupentur cōprehendere animalia ſe monētia,licet in ſuperioribus facta fuiſſet enumeratio pluriū ſpecierum, pannorū & aliorum his ſimilium, quæ reſtringere generalitatem legati videbantur.Et Curri.iuni.conſ. 102. conſuluit propter dictam clauſulam in donatione facta de bonis allodialibus & feudalibus venire bona Emphiteotica, ex quo additum fuerat, cum omnibus ſuis iuribus cuiuſvis generis & ſpeciei exiſtant &c. Vnde recte ſequitur vt his verbis in renūciatione adiectis,filij hæredes licet ex ſecunda vxore procreati ad portionem repudiatam vocari poſsint.

SVMMARIVM.

1 *Tex.in cap. quamuis pactum de pact.in 6.ſicut procedit in filia,an etiam in filio.*
2 *Caroli Molinei opinio reprobata.*
3 *Fœmina ſuapte natura imbecilles & fragiles.*
4 *Tex.in d.cap.quamuis pactum & illius diſpoſitio an ſit odioſa.*
5 *Filius renuncians patri expenſas ſtudiorum cum iuramento retrocedere non poteſt.*
6 *Renunciatio alimentorum facta à filio patri cum iuramento an valeat.*
7 *Renunciatio alimentorum iurata à filio facta in his alimentis, quæ iure naturæ debentur, non valet.*
8 *Antonij Gomez.opinio reiecta.*
9 *Renunciatio per filium facta patri generaliter,an contineat alimenta.*
10 *Iuramentum vim expreſſi habet.*
11 *Renunciatio generalis iurata an comprehendat legitimam.*
12 *Iuramentum non auget obligationem.*
13 *Iuramentum quando renunciationē operetur.*
14 *Iurans cenſetur cogitare in dubio de omnibus his,quæ ſibi cōpetunt vel cōpetere poſſunt.*
15 *Renunciatio generalis,ſua natura quemcunq. caſum comprehendere poteſt.*
16 *Generalis diſpoſitio generaliter intelligenda.*
17 *Generalis diſpoſitio omnes ſpecies ſub ſe contentas continet.*
18 *Tex.in cap. quamuis pactum de pact.in 6. ita locum habet in filijs in poteſtate patris conſtitutis,ſicut in emancipatis.*
19 *Donatio a patre filio in poteſtate facta ex cauſa dotis vel donationis propter nuptias valet.*
20 *Donatio iurata inter patrē & filium iuramēto firmata etiam extra caſum dotis vel donationis propter nuptias ſuſtinetur.*

QVÆSTIO. LXXXVI.

RENVNCIATIO IVRATA per filium patri facta,an æque ipſi,ſicut filiæ noceat iuxta diſpoſitionem text.in cap.quamuis pactum de pact.in.6.

1 SCRIPSISSE me † in ſuperioribus ſcio, diſpoſitionem text. in d.ca. quamuis pactum in filia loquentem procedere etiam in filio maſculo ex receptiori ſententia;quoniam Carol.Molin.in additio. ad Alex.conſ.180.lib. 5. aperte docet contrarium quia diſpoſitio d.cap. ſit exorbitans,& correctoria iuris ciuilis, conſequenter ex-
2 tendenda non videatur. Sed vere † illius opinio probari non debet, militat enim eadem

dem ratio in filio tenunciante quæ in filia,
ſcilicet obſeruatio iuramenti abſque interi-
tu ſalutis æternæ nec cum tertij præiudicio;
quinimo maior ratio militat in filio quam in
3 filia fœmina, † cum fœminæ ſint imbecillio-
ris intellectus quam viri, tum & verecundio-
res quæ tacite votis parentum obſequuntur
cap. honorantur 32. quæſ. 2. ornaui multis ſu-
pra queſt. 74. in verſi. Quintam ſuperaddere
libet, vnde efficitur maiori ratione tex. in d.
4 cap. quamuis in filio procedere: Neque † ve-
rum eſt diſpoſitionem dicti capi. fore odio-
ſam & correctoriam, atque ideo non exten-
dendam, nam cum de periurio vitando aga-
tur in eo tex. fauore animæ, diſpoſitio potiꝰ
fauorabilis quam odioſa iudicanda eſt prop-
terea extendenda; vt præter alios omnes a-
nimaduerti relatis multis ſupra quæſ. 75. ad
finem, vnde quod in filio etiam procedat diſ-
poſitio. d. capi. quamuis pactum tenuerunt
fere omnes alij Bal. in l. pactum dotali queſ.
10. C. de collatio. vbi Caſtren. cæteri in l. pa-
ctum quod dotali C. de pac. Dida. in d. cap.
uis pactum 3. part. §. 1. num. 1. qui commu-
nem vbi Gutier. poſt eum in verbo à filia nu.
4. Mencha. tract. de ſucceſsio. creatio. §. 18.
nu. 85. Graſ. in §. ſucceſsio ab inteſtato q. 11.
nu. 1. Ant. Gom. in l. 22. Tau. nu. 12. Gutier.
in d. ca. quãuis pactum in verbo, omnino ſer-
uari nu. 5. qui omnes communem dixerunt.

5 Et extenditur † prædicta communis opi-
nio vt & procedat in filio renunciante patri
ob expenſas ſtudiorum ſuorũ cum dicto iu-
ramento, etſi enim fauore ſtudiorum ſecus
videretur, quia tamen ex alio militat fauor
iuramenti & conſequenter animæ, renuncia-
tio teneret. Bal. in d. l. pactum dotali quæſt.
10. vbi Caſtr. ſequitur Mencha. d. §. 18. n. 67.

6 Secundo † extenditur vt procedat etiam
in iure alimentorum renunciatio per filium
quod fortius quidẽ eſt: ſic ex Bal. & Caſtren.
ſcripſit Mencha. in d. §. 18. nu. 77. & 78. qui
tamen non rectè loquitur; vnde duo ſunt ca-
ſus diſtinguendo in hoc articulo, nam vel lo-
quimur in renunciatione alimentorum, quę
fit per extraneas perſonas, aut in renuncia-
tione iurata, quę fit per filias quibus natura-
li ratione alimenta à parentibus debentur;
priori in caſu valet renũciatio iurata ſic Bar-
to. in l. ſi quis pro eo num. 17. ff. de fideiuſſo.
debet enim iuramentum ſeruari ſemper &
vbicunq. ſeruari poteſt ſine interitu ſalutis
æternę, d. cap. quamuis pactum ſequitur poſt
alios antiquiores Iaſſo. in l. de alimentis nu.
4. C. de tranſac. vbi Deci. num. 12. hanc di-
cit eſſe veriorem opinionem Curti. iuni. nu.
3. Cornel. Alciat. Panormit. Anchar. Didac.
Bertran. Gig. Bane. Mencha. & alij quos
refert Surd. tract. de Alimen. titul. 8. priuile.
55. num. 50. 51. cum ſequent. & hanc opinio-
nem ſequitur vti magis communem & ma-
ioribus tutam fundamentis ibidem nu. 58.
7 in fine verſi. Ego vero. † Aut vero loquimur
in alimentorum renunciatione iurata à filijs
facta quibus vt dixi alimenta debentur de
iure naturæ, & eo caſu renunciatio nõ firma-
tur iuramento, eſt enim iuramentum in hoc
caſu contra bonos mores, quia contra ius
naturale, ideo renunciatio firmari iuramẽto
non poteſt. hoc modo conciliat Curti. iuni.
in dict. l. de alimentis num. 6. Cordu. in l. ſi
quis à liberis §. parens num. 81. ff. de libe.
agnoſ. ſequitur Surd. dict. priuile. num. 59.
vbi ſubdit quod tenentes contrariam opi-
nionem vt ſcilicet ſuper alimentis indiſtin-
ctè nec tranſigi cum iuramento poſsit, quos
ipſe longa ſerie retulit eo loco nu. 54. ver-
ſic. Sed contrariam opinionem, loquuntur
fere omnes in filijs renunciantibus vel tran-
ſigentibus cum iuramento in quibus diſpar
8 ratio militat quàm in alijs. Et ex † his tol-
litur opinio Anton. Gomez. in d. l. 22. num.
12. exiſtimantis filium qui iurauit non pete-
re alimenta admittendum tamen ad ea eſſe
vbi omnino egeret, quoniam ex citatis in-
terpretibus conſtat indiſtinctè iuramentum
filijs non nocere.

9 Verum maior † dubitatio eſt, quod cum
renunciatio per filium facta generalis eſt, &
iurata, an eo iuramento videatur filius in cõ-
ſequentiam renunciaſſe etiam alimentis ſibi
debitis, etſi nihil de his dictum fuerit. Et li-
10 cet videretur alimenta cõtineri † ex eo quia
iuramentum habet vim expreſsi Bald. in l.
1. queſt. 2. C. commo. dixi multorum autho-
ritate hoc lib. ſectio. 1. queſ. 11. verſi. Tertio
moueri potuit actor ſi igitur vim habet ſpe-
cialis expreſsionis non dubium eſt quin hu-
iuſmodi renunciatio iurata licet generalis
alimenta etiam contineat. nam & propter
11 eandem rationem crediderunt † multi quod
in hac generali & iurata renunciatione con-
tinetur legitima, licet ipſa ſpecialem requi-
rat expreſsionem iuxta text. in l. ſi quando
§. & generaliter C. de inofic. teſtam. retuli
multos in dict. quæſt. 11. & d. verſic.

12 Attamen † alteram opinionem huic con-
trariam tenuerunt alij multi, quoniam iura-
mentum non auget obligationẽ contractus,
ſed eã intra terminos ſuos continet Oldra.
conſ. 238. Deci. Alex. Roman. Cror. quos ci-
tat Surd. tract. de Alimen. tit. 9. q. 15. nu. 20.
idem Surd. deciſ. 3. nu. 9. alios recenſui in d.
q. 11. eos non repeto; ſi autem iurata renun-
ciatio alimẽta contineret, extẽderet obliga-
tionẽ ſuam vltra limites contractus; vnde &
multi cenſuerunt eam opinionem cõmunem
ſuſpectam eſſe, qua dicitur iuramentũ à filio

prȩſtitum in renunciatione comprehendere
legitimam,& multos habet contradictores,
quos refert ad longum idem Surd. d. quȩſt.
15.nu.21.vbi tandem concludit, renuncia-
tionem generalem iuratam neque alimenta
aut legitimam continere. Ego autem adhæſi
communi opinioni in d.quȩſt.11.& ex men-
13 te interpretum † noſtrorũ ſcripſi, quod aut
iuramentum in cõtractu adiectum fuit (qui-
uis ſit ille contractus tranſactionis vel alius)
& in eo nulla renunciatio adiecta fuit, tunc
iuramentum licet vim expreſsi habeat,quia
tamen non poteſt extendere obligationem
vltra deducta, nullam poteſt ſperare renun-
ciationem, ſicut vbi adiecta eſt renunciatio
generalis; quoniam cum eo in caſu vim ha-
beat ſpecialis expreſsionis operabitur iura-
mentum id idem,quod particularis expreſ-
ſio poteſt operari, & hæc videtur magis cõ-
munis & recepta ſententia iuxta tradita á
14 me in d.quȩſ.15. † Quare ſuſpecta michi vi-
detur Surdi opinio,eo maxime quod iurans
generaliter cenſetur in dubio cogitare de
omnibus his quæ ſibi cõpetere poſſunt, aut
contingere dixit glo.vbi Bartõ. in l.2. C.de
reſcin. vendi. fusè qui alios Tiraq. in prȩfa-
tio.l.ſi vnquam nu.134. C.de reuo. donat.
Neq.verum eſt quod Surd.ait, iuramentum
in renunciatione generali adiectum ſi alimẽ
ta,aut legitimam contineret, quod obliga-
tionem ſuam vltra contractum extenderet,
15 quoniam † vbi renunciatio generalis eſt,ſua
natura apta eſt continere quemcunq.caſum,
qui ſub illa generalitate contingere poteſt;
qua ratione moti fuerunt tenentes commu-
nem opinionem, vt poſt antiquiores ani-
maduertunt Rolan.conſil.96.num.56.lib.3.
Becci.conſil.34.nu.15.& ſequent. Menoch.
conſi.71.num.24.lib.1.vnde dici ſolet quod
16 † generalis diſpoſitio omnia continet,& ge-
neraliter intelligenda eſt l.1. §. generaliter
71 cum vulgat.de lega. præſtan. quinimo † do-
cuit Bartol. in l. ſi pluribus ff. de legat. 2.
quod idem operatur ſtante eadem ratione
generalis diſpoſitio quoad omnes ſpecies
ſubſe contentas vt omnes includat, quantũ
ſpecialis expreſsio; quem cum alijs refert
alia in ornatum adferens Crauet.inter deci-
ſio.Oſaſ.pedemonta.deciſio. 122.num. 6.&
7.quare iuramentum in hac ſpecie non ex-
tenderet ſed tantum vt generalem renun-
ciationem declararet.
18 Tertio † extenditur vt & diſpoſitio d.ca.
quamuis pactum procedat in filio vel filia
ſiue in poteſtate patris conſtituta ſiue eman-
cipata. licet enim alias inter patrem & fi-
lium in poteſtate nulla poſsit conſiſtere do-
natio,nec illi ſimilis conuentio l.donationes
quas parentes C.de donatio. inter virum &
vxorem, quam dixit communem & receptã
19 Clar.in §.donatio quæſt. 8. num.1. tamen †
vbi ex cauſa dotis vel donationis propter
nuptias donatio fit,valet inter patrem & fi-
lium l. Pomponius Philadelphus ff. fami.
herciſ. dixi fusé hoc libr.quæſt. 2.3. vnde
quemadmodum valet huiuſmodi donatio,
ſic & pactum vel renũciatio ex eadem cauſa
facta.ſic expreſsim reſpondit Pariſi. conſil.
26.num.12. libr.3. Deci. in dict. l. pactum
dotali C. de collatio. Crot. in l. ſtipulatio
hoc modo concepta num.47.de verbo. ob-
liga.ſequitur Didac.poſt gloſ. Cardin.Paul.
de Caſtr. & alios á ſe citatos in dict. cap.
quamuis pactum 3.part.§.1.num.5. in fine.
Gutier.in eo text. in verbo á filia numer. 3.
Mencha. eandem comprobat dict. §.18.nu.
88.89. 90. qui fruſtra ſe ipſum contorquet
20 in huius opinionis comprobationem;nam †
inter patrem & filium valet donatio iurata
etſi eſſemus extra caſum dotis vel donatio-
nis propter nuptias vt rectè poſt Bald.Are-
tin.Alexan.Guido.Pap.Deci.& Ripa.reſol-
uit idem Dida.in loco modo relato. & præ-
ter eos Ruin. Loaz. Socin. Deci. Bertran.
Rube. Pariſi. Alciat. Crauet. Grat. Neui-
zan. Dueny.Riminal.& alij quos citat com-
munem dicens Clar.in d.§.donatio,quȩſ. 8.
num.8.verſic.Sed quæro tu ſcis.

SVMMARIVM.

1 *Filia minor renuncians in capitulis matrimonialibus cum iuramento an obligetur ac ſi maior foret.*
2 *Cyni opinio reprobatur.*
3 *Filia minor & impubes doli tamen capax renuncians & iurans an obligetur.*
4 *Impubes doli capax contrahens citra tutoris authoritatem naturaliter obligatur.*
5 *Impubes doli capax quoad matrimonium omnino obligatur.*
6 *Donatio inter patrem & filium cauſa dotis vel donationis propter nuptias valet.*
7 *Opinio communis ſuſpecta.*
8 *Iuramentum impuberem doli capacem obligat in matrimonio.*
9 *Iuramenti effectus multiplicandi non ſunt.*
10 *Iuramentum plures deffectus non ſuplet.*
11 *Tex.in auth.ſacramenta puberum C.ſi aduerſus venditionem ſolum procedit in caſu quo actus eſt nullus ratione minoris ætatis.*
12 *Iuramenti abſolutio concedenda eſt impuberi doli capaci.*
13 *Impubes doli capax obligatur naturaliter in contractu tamen licito,ſecus reprobato.*
14 *Mulier minor contrahere matrimonium poteſt,nequit tamen abſq. interuentu curatoris bona ſua ſtabilia in dotem dare.*
15 *Filia minor renuncians certioranda non eſt*

de

de beneficio legis pactum dotali C. de collatio. & legis pactum quod dotali C. de pact.

16 *Filia minor renuncians potuit in genere cogitare de omni remedio ſibi competenti.*

QVÆSTIO. LXXXVII.

FILIA ANNIS MINOR cum iuramento in contractu matrimonij renuncians iuxta diſpoſitionem tex. in dict. cap. quamuis pactum, an eandem ipſam obliget ac ſi maior foret.

1 QVANDO filia † minor in capitulis matrimonialibus renũciat
cum iuramento cenſuit Cyn. in
auth. ſacramenta puberum C.
ſi aduer.vendi. poſſe non obſtã-
te renunciatione petere portiones renun-
2 ciatas, Cyn. ſequuti ſunt alij, verum † hæc
opinio ſuſtineri nõ poteſt; quoniam minor
etſi lege vetante contrahat iuramento adie-
cto ita obligatur, ac ſi maior foret auth. ſa-
cramenta puberũ C. ſi aduerſus venditio. vir
igitur modo pubes ſit ætatis annorũ quatu-
ordecim fœmina vero duodecim rectè iura-
mẽto obliganrur; ſequũtur hãc vti magis ve-
rã & cõmmem Natt. in d. ca. quamuis pactũ,
limita. 4. Dida. in 3. par. §. 1. nu. 3. qui Areti.
Bero. & Pariſi. citat in eandem opinionem,
dixit etiam communem Graſſ. in §. ſucceſsio
ab inteſtato quæſt. 11. num. 2. Gutier. in ver-
bo à filia nu. 1. Mencha. in d. §. 18. nu. 86.
3 Maior autem † inſurgit dubitatio an filia
impubes doli tamen capax iurans renuncia-
tionem obligetur: ſunt enim qui exiſtiment
4 obligari, quia † impubes doli capax citra
tutoris ſui interuentum obligatur naturali-
ter l. r. ff. de dona. conſequenter iurando
multo magis obligabitur.
5 Secundo altera † mouentur ratione, quo-
niam quod pertinet ad contractum matri-
monij obligatur efficaciter talis minor ca. ex
literis in 2. ext. de ſponſa. & ideo quoad re-
nunciationem, quæ in eodem fit contractu
matrimonij obligari etiam debet.
6 Sic in ſuperiore † quæſtio. 80. in fine au-
thoritate Pariſ. Decij. Dida. & aliorũ ſcripſi
quod cũ ex cauſa dotis vel donationis prop-
ter nuptias valeat donatio inter patrem &
filium, quæ alias non valeret ita ex eadem
cauſa valet renunciatio filij vel filię in fauo-
rem patris. Porro cũ filia doli capax minor
duodecim ſeipſam ratione matrimonij obli-
gat & conſtringit, quod durius eſt cũ de per-
ſonis agatur multo magis obligatio tenebit,
cum agetur de rebus renũciatis nam de mi-
nori agitur pręiudicio; Hanc ſententiam te-
nuit Bart. in impubere doli capace in auth.
ſacramenta puberum C. ſi aduer.vendi. vbi
aſſerit communem opinionem ibidem Sali-
cet. & Caſtren. Curti. iuni. qui ad vtramq. la-
tiſsimè diſputat nu. 54. & ſequen. innumeros
recenſet Anto. Gabri. in commu. conclu. tit.
de mino. conclu. 5. nu. 39. Anto. Gom. lib. 2.
reſolu. cap. de reſti. mino. nu. 18. & deciſum
pro hac ſententia refert Afflict. vbi Vrcill.
ad eam deciſio. 302. num. 3. Gutier. in dict.
auth. ſacramenta puberum num. 117. Men-
chac. in tract. de ſucceſ. creatio. §. 18. nu. 86.
7 Hæc quin † cõmunis ſit opinio & recep-
tiſsima negari non poteſt, verum apud me
periculoſa admodũ eſt; quoniã vt rectè ani-
maduertit Dida. ſupra, qui in hac ſpecie poſt
alios infra citandos, contrariam tenuit opi-
8 nionem, † iuramentum in matrimoniali cõ-
tractu obligat proculdubio impuberẽ doli
capacem, tum & in ea conuentione, quæ in-
tegrũ animi indicium & quæ certam requi-
rit ætatem d. ca. ex litteris, verum quod hu-
iuſmodi iuramentum ſufficiat ad validandũ,
contractum alioquin de iure inualidum nuſ-
quam auditum eſt; vnde ſubſequẽter ſcribit
putare ſe iuramentum talem effectum pro-
ducere non poſſe, ne tot priuilegia ſimul ab
vna & eadem radice conſtituamus: hæc ille.
qui nihil adducit in confirmationem, innuit
9 tamen † neq. obſcure, iuramenti effectus in
vna & eadẽ ſpecie non eſſe multiplicandos,
cum ſufficiat ſi vnum operetur; proinde di-
10 xit notanter † Bald. in l. fina. §. filijs autem
C. de bo. quæ libe. quod iuramentum nõ ſu-
plet plures defectus ſed vnum tantum, &
ſubdit idem Bal. ibidem magis in terminis
11 noſtris, † quod diſpoſitio tex. in d. auth. ſa-
cramenta puberum, procedit ſolum quando
actus eſt nullus ratione minoris ætatis, ſecus
quando aliud obſtaculum adeſt; vnde in pro-
poſito caſu ſi iuramentum operaretur in im-
pubere licet doli capace, ſuppleret iuramẽ-
tum nedum minorem ætatem, ſed & tem-
pora impubertatis maiora efficeret: præte-
rea & tolleret ſimul contractum à iure ciuili
improbatum, id ipſum quod Bald. iuramen-
tum ſcilicet plures non ſupplere deffectus
reſpondit Deci. conſi. 349. nu. 6. Socin. iuni.
in l. 1. §. ſi quis ita de verbo. obligat. nu. 10.
Hippo. Rimi. inſtit. qui. alie. li. nu. 440. idem
Riminal. conſi. 569. num. 246. Cæphal. conſ.
409. num. 47. multos recenſet Meno. conſil.
29. num. 39. lib. 1. Bello. conſi. 4. nu. 4. Ruin.
conſil. 98. num. 7. lib. 1. idque maxime vin-
dicat vbi iuramentum non fuit ampliſsimis
verbis conceptum vt concordando opinio-
nes contrarias dixere Rolan. conſil. 59. num.
22. lib. 1. Becci. conſ. 100. num. 15. Lamber-
ten. tractat. de contract. eorum qui ſine cert.
ſolem. ad finem num. 36.

Digitized by Google

12 Addit rurſus † Dida. quod ſicut ex ratione metus danda eſt impuberi abſolutio à iuramento erſi is doli capax fuerit vel ex alia iuſta cauſa, ſic ex eo quod impubes ſir licet proximus pubertari concedenda erit ſuadet enim id ſumma æquitas ratione imperfectæ ætatis, vnde prædictis cõſiderationibus & alijs mulris quas ad longum recenſet Alciat. in cap. cum contingat num. 141. ex. de iur. iuran. tenuerunt hanc opinionem Cyn. in dict. auth. Sacramenta puberum, & Alexan. in l. qui iuraſſe in princi. ff. de iur. iuran. dicit hanc communem opinionem quæ tamen vere hodie minus communis eſt; eos ſequutus fuit Dida. in d. §. 1. Alciat. qui alios refert huius ſententiæ in loco nunc relato.

13 Neque † facit ratio prior pro magis cõmuni adducta, impuberem ſcilicet doli capacem obligari naruraliter, nam id verum eſſe poteſt in contractu licito & legitimo approbaro à iure, ſecus in eo qui à iure reprobatur qualis hic de quo agimus ex dict. l. pactum dorali C. de collario. & l. pactum quod dotali C. de pactis. ſcripſi multorum authoritate iuxta hanc diſtinctionem lib. 1. compara. 19. quæ non repeto.

Non etiam facir ſecunda rarið cui innitũtur communem tenentes opinionem, licet illi non reſpondeant minus communem obſeruantes, quoniam aduertẽdum quod licet impubes doli capax matrimonium contrahere poſsir, & contrahẽdo ſicut maior obligetur, non inde ſequitur pari rarione id ipſum futurũ eſſe in renunciatione quę in ipſo
14 contractu matrimonij celebratur; † nam poteſt minor fœmina contrahere matrimoniũ & tamen nequit bona ſua ſtabilia quæ ſeruando ſeruari poſſunt in dotem tradere viro abſque interuentu curaroris ſecundum verã & cõmunem tradirionem noſtrorum ex tex. in l. Titia ff. de iur. doti. l. lexque tutores C. de admi. tuto. Barto. Bal. Roman. Cuman. Corne. Calcan. quos citat & ſequitur Rolan. tract. de luc. doti. quæſtio. 45. num. 2. Dida. in pract. quæſt. cap. 28. num. 10. Caualca. qui alios tract. de tuto. & cura. num. 157. Surd. conſi. 191. nu. 22. idem Surd. deciſio. 278. à num. 1. vbi ſic reſoluit in fine num. 32. non ergo ſequitur valet matrimonium, conſequenter valere debet renunciatio ex illius cauſa facta. cæterum aduerſus communem obtinere difficile foret.

15 Neque † in hac ſpecie vbi filia minor renunciat, aut impubes doli capax certioranda eſt de beneficio ſibi à lege ciuili competenti, ex d. l. pactum dotali, cum in illius poteſtate ſir iurare vel non iurare ita ex Guido. Benedic. & alijs reſoluit idem Dida. d. §. 1. num. 4. Gurier. ibidem in verbo à filia nu. 2. confirmat Mencha. in d. §. 18. num. 87. verſi.
16 Amplia ſeptimo; Prętereа † cum iurauerit, ſaltim in genere potuit cogitare de omni remedio ſibi competenti, vt & in eiſdẽ terminis poſt Barba. Curti. iunio. & Crauet. reſpondit Meno. conſi. 6. num. 23. libr. 1. & his non relatis qui ramen innumeros congeſsit Anto. Gabri. in commu. ritul. de iur. iuran. conclu. 3. verſi. Contrarium quod ſtante iuramenro.

SVMMARIVM.

1 *Filia renũcians in contractu matrimonij portions paterna an auctis facultatibus patrie poſsit denuo experiri & reliquum petere.*

2 *Filia accipiendo legitimam ante mortem patris ſibi prætudicare videtur, etiam ſi facultates patres fuerint auctæ.*

3 *Text. in l. penultima C. de ſolutio. expenditur.*

4 *Poſtulare quis non debet cuius contrarium non eſſet petiturus.*

5 *Pater in præſtatione legitime præuenire poteſt tempus mortis ſue.*

6 *Legitima portio appendenda eſt de tempore mortis teſtatoris.*

7 *Text. in l. ſi quando §. 1. C. de inoſi. teſtamen. declaratur.*

8 *Iuramentum ſemper intelligitur rebus in eodem ſtatu permanentibus.*

9 *Iuramentum ſtatu mutato non obligat.*

10 *Pater qui in neceſsitate legis vel ſtatuti cogitur filio in vita legitimam dare, auctis poſt facultatibus, filius ſuplementum denuo petere non poteſt.*

QVÆSTIO. LXXXVIII.

FILIA RENVNTIANS IN capitulis matrimonialibus portioni paternæ, An auctis facultatibus patris poſsit denuo experiri & reliqua petere.

1 AGITATVR paſsim † quæſtio hæc ab interpretibus, an filia dote accepra, renũcians, ſi poſt facultates augeantur patris, num ad bona paterna iterum regredi poſsit & ſupplementum petere; vt autem plena & perfecta huius quæſtionis veritas prodeat tres inſpectiones cõſiderandas eſſe exiſtimo: vt plurimum enim interpretes noſtri inaduerrenrer loquentes confundunt caſus. Prima cum parer voluntarię fillo vel filię legitimam dedit in vira ſua, nulla facta per eos renunciatione; Secunda eſt quando dedit ex cauſa dotis vel donationis

tionis propter nuptias cum renunciatione. Tertia cum pater dedit legitimam coacte vel ita diſponente ſtatuto, aut alia quauis quæ excogitari poſsit ratione.

2 Circa primam † inſpectionem exiſtimarunt aliqui non poſſe filiam ſupplementum petere aliquo modo poſtquam debitam recepit inuita patris portionem, neq. mortis tempus ſpectandum eſſe, cum accipiendo eo tempore mortis tempus quod attendi ſolet, ſuſtuliſſe videatur. quam opinionem tenuit Iaco. Butrica. in l. pactum dotali C. de collatio. quem ſequuti ſunt communem dicentes, Roman. Natt. Gutier. Benedic. Boeti. & alij, quos refert Dida. in d. cap. quamuis pactũ 3. par. §. 1. num. 2. intelligendo tamen vt prædicti intelligunt quando filius vel filia inuita patris integram recepit legitimam; eandem probant opinionem Rodri. Xuar. in l. quoniam in prioribus, limita. 4. ad l. regiam. nu. 4. C. de inofi. teſtam. Anto. Gomez, in l. 22. Tau. num. 4. Telli. in l. 2. Tau. num. 16. Gaſ. Baeça in trac. de nõ melioran. filia. rat. doti. cap. 5. num. 30. Crot. in repe. l. frater à fratre. num. 17. de condi. indebi. dixit communem Ioan. Baptiſ. inærario commu. opinio. litt. F. num. 166. Et hanc ipſam opinionem ego probaui & magis communem multorum authoritate dixi hoc libr. ſectio. 4. quæſt. 68. in verſic. Sexto ex magis communi ſententia, &c. eos non repeto.

3 Et probatur † authoritate tex. in l. penul. C. de ſolutio. quo in textu aperte deciditur fundum in ſolutum datum pro debito, ſi induſtria & opera creditoris melior redditus ſit, debitor ex melioratione nihil percipere poteſt, ſicut èconuerſo creditor conqueri nõ poſſet ſi deterior redditus eſſet; ita ſit vt erſi poſtea facultates patris decreuiſſent, pater ex portione legitimæ ab eo data nihil poſ-
4 ſet repetere; non enim debet † quiſquam id poſtulare cuius contrarium non eſſet petiturus. ad text. in l. ſi ea lege C. de vſur. & in l. penul. C. de ſolutio. ſed & probat eandem Butrica. & magis communem opinionem tex. in l. 1. §. ſi vel parens ff. ſi quis à paren. fue. manu. l. cum quo de peculio. §. fina. ff. ad
5 l. falci. tex. in l. final. C. fami. hercif. † quibus probatur poſſe patrem in præſtatione legitimæ præuenire tempus mortis & eam filijs donare; quod fruſtra feciſſe legislatores viderentur ſi poſt filij auctis facultatibus ſupplementum petere poſſent; eſſetque iura de caſu parum dubitabili ſi non hoc ſtatuerent. Ex quibus vnicum illudque fortius ex multis argumentis quę in contrarium adducun-
6 tur tollitur; quia † inquiunt legitima eſt attendenda attento valore bonorum quę reperiũtur tempore mortis & non ante l. cum quæritur cum ſimilibus C. de inofi. teſtamen. vnde renunciando ſimpliciter petitioni vel ſupplemento legitimæ de futura paciſcitur ſucceſsione à iure ciuili improbata; conſequenter illius valere non debet renũciatio; Nam verum non eſt, huiuſmodi pactum improbatum eſſe de iure ciuili cum concedat parentibus filijs volentibus legitimam donare illis poſſe. quam cum acceperint integram ſemel, liberatus remanet pater ab vlteriori ſolutione eiuſdem. cum tollatur om-
7 nis obligatio; & licet in † contrarium videatur tex. in l. ſi quando §. 1. C. de inofi. teſtamen. intelligendus tamen eſt quando filius non accepit integram legitimam vt ex multis & multorum etiam authoritate oſtendit Telli. in d. l. 2. Tau. num. 16. & licet contrariam opinionem tenuerint in ſuperiori articulo alij multi quales Bald. Iaſſ. Dida. Grãma. Mencha. quam itidem ij communem dixerunt, quos refert & ſequitur Gutier. in d. cap. quamuis pactum in verbo à filia num. 9. verſic. Et ita inuenio, alios refert Dida. in d. §. 1. & multo plures Graſſ. quem cum alijs retuli hoc lib. ſectio. 4. quæſ. 68. hæc tamen vt dixi ſuperius, verior & magis communis videtur.

Secunda nunc inſpectio ſequitur quando pater dedit legitimam vel illius maiorẽ partem cum renunciatione filię vel filij iurata iuxta diſpoſitionem tex. in d. cap. quamuis pactum, & quamquam in hac ſpecie non deſint exiſtimãtes quod non obſtante renuncia-
8 tione iurata liceat filię auctis bonis patris iterum ſupplementũ petere quia † inquiunt iuramentum pręſtitum intelligitur rebus in eodem ſtatu permanentibus l. final. ff. qui
9 ſatiſ. cogan. cap. breui. ex. de iur. iuran. † & ſtatu mutato non obligatur quis ſuo iuramẽto cap. nequis 22. quæſt. 2. notant omnes in cap. quemadmodum ex. de iur. iuran. coaceruat multa in ornatum Menchaca tracta. de ſucceſsio. creatio. §. 18. numer. 80. 81. cum igitur fuerit mutatus bonorum ſtatus & creuerit valor, iuramentum obligare non videtur.

Contrariam tamen vti communem & veram fere omnes amplectũtur; ea enim aperte probatur ex dict. cap. quamuis pactum, ſic tenuerunt Alexan. Corn. Iaſſ. Deci. Rip. Grammat. Crauet. Rodri. Xuar. Carol. Moline. & alij quos ſequitur Dida. in d. §. 1. nu. 2. verſi. Poſſet profecto; Gutier. in d. verbo à filia num. 11. & non habere contradicentẽ teſtatur poſt aliquos ab eo citatos Mencha. d. §. 18. num. 80. eandem relatis Pau. de Caſ. Iaſſ. Cuch. & Dida. dixit communem Graſſ. in §. legitima q. 13. in verſi. Aut filius aut filia &c. & his addendi Alex. Bello. Signor. Pari, Caſtren.

Caſten.Curt.iun.Rub.Ruin.Tiraq. Alciat. Crauet. quos recenſet & ſequitur Menochi. conſi.6.num.21. 22.lib.1.addendus Burſat. conſi.75.nu.9.lib.1.Cald.Perey.tract. de in inre.reſti.in verbo lęſis nu.1.verſi. Præſumitur enim dolus,circa medium.

10 Tertia † nunc inſpectio ſequitur quando neceſsirate ſtatuti vel alia pater cogirur in vita filio legitimam tradere,communis omnium obtinuit opinio,auctis poſt traditionē legitimæ facultatibus paternis non poſſe filium ſupplementum denuo petere, nō enim imputandum parti videtur ſi cōpulſus mortis tempus (quod alias in legitimæ ratione ineunda attenditur) pręuenit,ſic authoritate multorum reſoluit Telli.in d.l.2.num.14.& obiter eandem ſequitur Gutier.in d.verbo a filia num.13.

SVMMARIVM.

1 *Filia renuncians adbibito iuramento ante cōtractum matrimonij vel poſt an ſibi præiudicet.*

2 *Filia renuncians ante vel poſt contractū matrimonij cum iuramēto dum tamen congruā portionem receperit ſibi preiudicat.*

3 *Filia renuncians nulla dote accepta cum iuramento, ſibi non præiudicat, ſecundū aliquorum opinionem.*

4 *Filia renuncians cum iuramento nulla dote accepta ſibi præiudicat ex magis communi opinione.*

5 *Dotes habere mulieres vtile vt bene tractētur a viris.*

6 *Didaci opinio.*

7 *Menchа. a Didaco improbatus.*

8 *Filia renuncians cum iuramento quæ nullam dotem recepit licet ſuccedere probibeatur, legitimam tamen petere poteſt.*

9 *Filia renuncians nulla dote accepta neq. legitimam petere poteſt licet ſibi ius integrum remaneat irritandi renunciationem.*

10 *Renūciatio filiæ iurata, quæ nibil pro dote accepit licet ipſi noceat non tamen illius filijs.*

QVÆSTIO. LXXXIX.

FILIÆ RENVNCIATIO adbibito iuramēto ſiue in contractu matrimonij, ante, vel poſt, nocet indiſtincte; Et id ipſum cum dotis nomine nibil recepit.

1 PErſuaderi † ſibi quiſq. poſſet iurantem filiam dum renunciat, ſibi eo in caſu tantum præiudicare cū id facit dum nuptui traditur, ſic enim aperte innuere videtur tex.in ca. quãuis pactū de pact.in 6. in verbis *dum nuptui tradebatur*; quaſi aliud voluerit Roma.Pontifex quando ante contractum matrimonij vel poſt iurat & renunciat; quoniam cum fauor nuptiarū & matrimonij maximus ſit vt multis oſtendi hoc lib.quæſt. 1. ſic illius fauore inductum videbatur vt tempore nuptiarum tantum iurata renunciatio nocere filiæ poſsit.

2 Contrarium † autē docuerunt interpretes omnes nihil intereſſe an in ipſis nuptijs ante vel poſt iuretur, dum filia dotem congruā vel portionem debitam cōſequatur: docuerunt Archidia.Ioan.Andre.Domi. Franc. & Grego.Natta in d.ca.quamuis pactum, quos ſequitur Dida.ibi.3.par.§.2. nu. 1. Benedic. in cap.Reynuncius verbo duas habens filias nu.260.ex.de teſtam.Mencha.tracta.de ſucceſsi.creatio.lib.2.§.18.n.92. Timor enim periurij & fauor animę ſic militat ante vel poſt contractum matrimonium, ſicut in ipſo contractu.

3 Sanè † vbi filia nulla dote accepta renunciat ſibi nullum preiudiciū infert, eſſet enim renunciatio iniqua, & impia ex parte illius cui fit, quæ filiam omnino a bonis paternis excludat: id ipſum ſenſiſſe viſus eſt Roma. Pontifex in d.ca. quamuis pactum, in verbis *dote contenta*; quæ clariſsimè oſtendunt portionem aliquam hæreditatis paternę in dotem datam fuiſſe filiæ renuncianti: ita expreſsim tenuere Anchar. in d. ca. quamuis pactum, Salice.in l. pactum quod dotali C. de pac. vbi eandem defendit Deci.nu.7.

4 Contrariam † ſententiam tenuerunt alij multi quales Imol.in d.ca.quamuis pactum Domi.& Natt. Dida.ibi §. 2. num.6.Alex. in l. ſtipulatio hoc modo concepta num. 9. de verb.obli.communem dixit Bero.in ca. in pręſentia num. 177. de probatio.multos recenſet Anto.Gabri.in cōmu. ritul. de iur. doti.conclu.1.num.24.vbi ex Crot. & alijs communem repetit. eandem dixit communem Graſſ. in §.ſucceſsio abinteſtato quæſ. 10.num.5.Mencha.in d.§.18.nu. 103. 104. Anto.Gom.in l.22.Tau.nu.7. Gutier. in d. ca.quamuis pactum in verbo, vt dote cōtenta num.1.Cæphal.conſi.405.nu.4.li. 3. Rationem prodiderunt interpretes, quoniam ius pontificum rationem habuit iuramenti, & illius obſeruantię, quę quidem ratio ſic militat in filia quæ dotem nullam accepit, ſicut in ea, quæ dotem conſequuta eſt. Sem-
5 per † autem vtile eſt mulieri dotem habere, nam & ſic vitum inueniet, & melius ab eo tractabitur Bartol.Calca.Socin. & alij quos refert Surd.deciſio.270.nu.7.& 8.

6 Arbitratur † autem Dida.dicto loco pactionem hanc cū patre initam etſi iuramēto

firmaram

firmata m quoad patrem iniquiſsimam eſſe iudicãdam, qui nullam filię dotem dederit, proinde reſtituendam fore & abſolutionem a iuramento concedendam, perinde ac ſi vi aut dolo renunciaſſet; quamquam ſecus foret (ait ille) cum filia aliunde diues & multa habens bona id feciſſet volens inter fratres ſuos alioquin pauperes hęreditatem diuidi; neque enim læſio dolusve cogitari in hac ſpecie poteſt, quod voluerit filia ſua liberalitate patri ſucceſsionem remittere Dida.
7 autem ✝ improbauit Mencha.in d.§. 18. nu. 105.qnia inquit tantominus de lęſione cogitauit filia quanto liberalius paternæ renunciauit ſucceſsioni, tunc enim non læſio vltra dimidiam, ſed de renunciatione totius iuris ſui cogitauerit, quo in caſu ſcienti filiæ non videtur abſolutio a iuramento concedenda; Cœterum argumentatio hæc nullius momẽti eſt; poſſet enim procedere vbi filia alias habens ſuum patrimonium ex quo poſſet ſe ipſam dotare huiuſmodi renunciationem faceret vt animadnertit & rectè Dida. ſupra; ea enim renunciatio liberalitati tota tribuẽda foret, quia ceſſat ſuſpitio fraudis vel doli; at vbi filia nullum ex ſe ipſa baberet patrimonium quanto grauiori quantitati renunciat tanto grauior læſio conſideratur; ad ea quæ omnes in l.24.C.de reſ. vendi. & in l.ſi quis cum aliter de verbo.obliga.conſequenter maior doli & fraudis ſuſpicio; pactum enim huiuſmodi aliquo non recepto dolum in ſe continet ſaltim re ipſa d. l. ſi quis cum aliter l.2.§.circa ff.de do.exceptio.vnde Dida.opinio placet.

8 Cæterum ✝ duo ſummopere aduertenda ſunt in propoſita ſpecie. Primum eſt idque valde notandum, quod licet filia, quæ renunciauit hæreditati paternæ nulla accepta dote ſuccedere non poſsit ratione iuramenti, nõ tamen prohibetur filia ex alia manu legitimam ſibi debitã iure naturæ petere, cui ex eo quod renunciauit ſucceſsioni, illi renunciaſſe nõ cenſetur proinde ipſam petere poterit.eſt aurea & ſingularis, & admodum notanda traditio Pariſi.quam ex alijs antiquioribus deducit, & a qua in iudicando & conſulendo recedendum non eſſe dixit, conſ.29. nu.70.lib.3.quem obiter refert & ſequitur Graſſ. in §. ſucceſsio abinteſtato qnæſt.10. num.fina.in extremis verbis; quod eſt notabile dictum, & æqum. Et licet Graſſ.non aliũ quam Pariſi.citet eandem ſententiam tenuerunt Bal. Roma. Aretin. Math. de Afflic. & Tiraq. quos refert Dida.in d. cap. quamuis pactũ 3.par.§.3.nu.3.moti authoritate tex. in l.ſi quando, § & generaliter C.de inofi.teſtamen.& eam opinionem dixit communem Boeri.deciſio.Burdegal.3.n.10.ſufficit enim vt per pactum hoc iuratum filia excludatur a bonis, quę alias ſibi ab inteſtato competerent, æqum autẽ non eſſet vt a legitima ſibi omni iure debitã excluderetur.

9 Contrariam ✝ tamen ſententiã tenuerunt alij multi vt ſcilicet ratione iuramenti a legitima etiam excludatur: nam vbi læſa grauiter filia remaneret ſibi integrum ius remanet ad reſcindendam conuentionem vt ſuo in loco dicemus. Porro tex.in d.§.& generaliter non probat aduerſantium ſententiam, cum tex.ille loquatur tantum in ſecuritate facta per filium hæredibus patris, qua cõfeſſus eſt ſe legatum a patre factam accepiſſe, nec addidit, nullam ſibi ſupereſſe de ſupplemento quęſtionem; at hæc cautio plurimum differt a renunciatione paternæ hæreditatis vt rectè poſt Roman. Caſtren. Alex. Deci. Natta & Rip.animaduertit Dida. in d.cap. quamuis 3.pat.§.3.num.3. vbi & communẽ dixit.alios multos in eandem ſententiam recenſet Mencha.d.§.18.nu.106.qui obiectis qnibuſdam reſpondit, eandem comprobans communem; quare à Pariſij, & Graſsi traditione cauendum eſt ne quemquam in iudicãdo vel conſulendo fallat; quam & tenuit non relatis ſuperioribus Gutier.in d.ca.quamuis in verbo, omnino, num.6. Et poſt hęc ſcripta Pariſij opinionem ſequitur Anto.Gabri. in commũ.titul.de iur.doti.conclu.1.n.22.qui falſo magis communem dixit, ſcripſi ſupra quęſt.80.& his addo Becci. communem tenentem cum ſuperius relatis conſi.107. n.7.

10 Secundo ✝ aduertendum quod vbi filia nihil pro dote accepit, conuẽtio huiuſmodi licet iurata, non excludit filios filiæ renunciantis ab hæreditate aui, qui mortem poſt filiam obierat Alexan.Roman. Deci. Benedic.Aretin.Caſtren.Nat.Rip.Grãma.quorũ communem dicit ſententiam Dida.in d.§.2. num.final.in fine.dixi latius ſupra quæſt. 78. ad quam lectorem reijcio.

SVMMARIVM.

1 *Filia quæ cum iuramento patris renunciauit ſucceſsionem, ſi pater poſt vxoris mortem ad ſecundas tranſeat nuptias, an denuo filia non obſtante renunciatione ad bona paterna regreſſum habere poſsit.*

2 *Diſpoſitio tex. in l.fœmina §.illud. C. de ſecund. nup. ſic procedit in fœmina ſicut in viro.*

3 *Renunciatio filiæ non extenditur ad ea, quæ pater ſua culpa amittit.*

4 *Renunciatio filiæ non extenditur ad incogitata.*

5 *Iuramentum non extenditur ad incogitata.*

6 *Guido.Pap.opinio ſuſpecta.*

Iura-

Digitized by Google

7 *Iuramẽtum vim habet ſpecialis expreſsionis.*
8 *Opinio interpretum reycitur.*
9 *Guido. Pap. deciſio altera ſuſpecta.*
10 *Clauſula ex quacunq. cauſa ad cauſam de præſenti referenda eſt.*
11 *Opinio authoris qualis.*

QVÆSTIO. LXXXX.

PATER AD SECVNDA VOTA tranſeunte cui ante filia paternam renunciauerat cum iuramento ſucceſsionem, an poſsit ad bona renunciata regreſſum habere renunciatione non obſtante.

1 PVLCHRA nunc † ſuccedit
quæſtio, num filia quæ patri cũ
iuramento renunciauit ſuę ſuc-
ceſsioni, ſi poſt vxoris mortem
ad ſecundas tranſeat nuptias,
an in his quę pater perdit propter illius ad
ſecunda vota tranſitum iuxta diſpoſitionem
2 tex. † in l. fœminæ §. illud C. de ſecun. nup.
quæ ſi. procedit in viro ſicut in ipſa fœmina
iuxta glo. communiter receptam ab omnib⁹
ibi: Vnde cum bona quę pater habuit a filijs
prioris matrimonij per tranſitum ad ſecun-
das nuptias omnino amittat, & ex illius le-
gis diſpoſitione & cum iuramento, nihilomi
nus ad ea regreſſum habere poterit, vt in ter
minis propoſitæ quæſtionis decidit ſingulari
ter Guid. Pap. deciſio. 228. in principio: Mo-
3 uetur † ea ratione quoniam renunciatio non
extenditur ad ea quæ pater poſt ſua culpa
amittit: citat in ſimili traditionem Barto. in
auth. hoc amplius quęſt. vlti. C. de fidei. & in
l. qui Romæ §. duo fratres in fine primę op-
poſitionis de verbo. obliga. & ex l. qui cum
tutoribus ff. de tranſactio.
4 Secundo † ea adducitur ratione quia filia
(inquit) de hoc ſucceſſu nõ cogitabat, proin-
de quitantia (ſunt enim hæc illius verba) ad
hoc non porrigitur ex tex. in l. mater dece-
5 dens ff. de inoffi. teſta. neq. † etiam iuramẽ-
tum l. fina. ff. qui ſatis. cogan. l. fina. C. de non
numę. pecu. cum ſimilibus. & ſic fuiſſe iudica
tum refert Guid. Pap. ſequutus eſt Benedic.
in cap. Reynuncius verbo duas habens filias
num. 288. de teſtam. & ante Guido. id ipſum
in ea facti ſpecie conſuluerat Oldra. conſi.
294. Deci. conſ. 230. ad finem Purpu. in l. fin.
n. 196. C. de pact. & hos omnes refert & ſe-
quitur Dida. in d. ca. quamuis pactum 3. par.
§. 3. num. 1. Ranchi. in additio. ad Guido. d.
deciſio. Socin. Purpura. Oldra. & Guid. quos
refert ſolos. Antoni. Gabri. in commu. titul.
de iur. doti. conclu. 1. num. final. in extremis
verbis Berenga. in ca. 1. de filijs nat. ex ma-
tri. vlti. par. cap. penul. num. 10. vbi Oldrad.
& Deci. citat. Neq. vllum hucvſque contra-
dictorem habet.
6 Verum † mihi ſuſpecta hęc opinio eſt,
quoniam ſi filia ratione renunciationis iura-
tę qua ſe ad bona paterna regreſſum nullum
habituram promittit nedum ſuccedere pro-
hibetur, ſed neq. legitimam quæ alio iure
quã ſucceſsionis debetur naturæ ſcilicet pe-
7 tere poteſt, quia vim habet † iuramentũ ſpe
cialis expreſsionis, & ratione prædicti iura-
mẽti videtur in genere ſaltim cogitatum vt
ex communi reſolui ſupra quæſt. 11. & q. 80.
in verſi. Ego autem adhæſi &c. & quæſt. 83.
verſi. Cœterũ duo ſummopere notanda &c.
eadem certè ratio militat cum filia renũciat
ſucceſsioni paternæ, quoniam ſi eo in caſu a
legitima excluditur multo magis ab ea por-
tione quæ ob tranſitum patris ad ſecundas
nuptias ſibi a lege adimitur, non enim tam
8 debita filiæ eſt ſicut legitima: † Et verbalis
potius eſt interpretatio ſcriptorum qua de-
clarando ea verba d. cap. quamuis pactum.
Nullum ad bona paterna regreſſum habeat,
intelligunt iura ſcilicet ſanguinis & ſucceſ-
ſionis paternę, ſecus vbi iure pœnæ, & reſer-
uationis legalis denuo filia agere vellet, nul-
libi enim hęc probatur interpretatio, & prę-
terea reſtringit diſpoſitionem d. cap. quam-
uis pactum generaliter loquentem.
9 Multoq. † magis ſuſpecta redditur eiuſ-
dem Guid. Pap. deciſio immediate ſequens
poſt dictam deciſio. 228. in qua docuit gene
ralem etiam renunciationem etſi iuratam,
adiectis verbis ex qualibet vel ex quacunq.
cauſa non excludere filiam, quin ea poſsit pa
tre ad ſecundas nuptias conuolante petere
portionem quam pater ob dictum trãſitum
amiſit iuxta diſpoſitionem tex. in d. l. fœmi-
næ §. illud.
10 Mouetur † fragili fundamento quoniam
inquit clauſula illa ex quacunq. cauſa eſt in-
telligenda ex cauſa de pręſenti, & nõ ex cau-
ſa de futuro ex traditis per Barto. & omnes
in l. qui Romę §. duo fratres de verb. oblig.
quoniam vbi non fuiſſet adiectum iuramẽtũ
procedere poteſt traditio Guido. ſecus ad-
iecto iureiurando, quo fit vt cogitatum cen-
ſeatur de futuro, vt dixi d. quęſt. 80. Neque
Bartol. loquitur vbi interpoſitum fuit iura-
mentum.
11 Quare ego † in hac controuertia ſic dice-
rem, aut fratres in quorum fauorẽ facta fuit
renunciatio (quod in dubio præſumitur vt
millies dixi) obierunt viuo patre, & eum ij-
in quorum fauorẽ facta fuit renunciatio de-
fecerint, renunciationis itidem cauſa defice-
re cenſetur, cõſequẽter ea ceſſante & pactio
ceſſabit

ceſſabit vt infra ſuo in loco dicemus. Ita fiet vt ad hanc portionem admitti poſsit. Aut vero ſuperſunt, & tunc portio renunciata, & quam pater amiſit per trãſitum ad ſecunda vota accreſcet cæteris dixi ſupra quęſt. 79. Vnde renunciata portio iure accreſcendi fratribus obueniet, ſi extent, ſin minus filia renuncians vindicabit. Quare circa communis opinionis obſeruantiam diligenter cum caſus eueniet cogitandum eſſe exiitimo.

SVMMARIVM.

1 *Renunciatio per filiam facta in contractu matrimonij matri de bonis ſuis maternis, an patri vſumfructum in bonis aduentitijs habenti poſsit præiudicare.*

2 *Filius repudiando hæreditatem ſibi delatam, in præiudicium patris repudiare non poteſt.*

3 *Filiusfamilias abſq. patris conſenſu diſponere de rebus ſuis non poteſt.*

4 *Iuuenes ad credendum faciles.*

5 *Iuuenes ad libidinẽ procliues ſuo naturæ feruori nunquam repugnant.*

6 *Iuuenes inſtabiles ſua natura.*

7 *Filijfamilias nec cum iuramẽto obligantur in alienationibus ſuis.*

8 *Filiusfamilias teſtari de bonis aduentitijs non poteſt.*

9 *Filiusfamilias pactũ de non petendo celebrare nõ poteſt in præiudicium patris, cui quæſitus fuit vſusfructus.*

10 *Filiusfamilias delinquendo patrem priuare vſufructu non poteſt.*

11 *Filiusfamilias donare aduentitia nõ poteſt ſine conſenſu patris.*

12 *Filia renuncians matri, quæ patri ſuperuixit quia nullum infert præiudicium patri iuſte renunciat.*

13 *Filius repudians cũ iuramento, qui tamen moritur viuẽte matre recte renunciat, nec aliquid pater petere poteſt.*

14 *Repudiatio implicitam habet conditionem ſi hæreditas deferatur renuncianti.*

15 *Filius repudians, qui matri ſuperuixit in præiudicium patris facere non poteſt.*

16 *Diſpoſitio legis finalis C. de bon. quæ lib. non procedit vbi teſtator de cuius hæreditate agitur aliter diſponit.*

17 *Teſtator derogare poteſt diſpoſitioni legis finalis C. de bon. quæ libe.*

18 *Teſtator derogare poteſt nedum expreſſe, ſed & tacite diſpoſitioni l. finalis C. de bo. quæ libe.*

19 *Socinus Caſtrenſem reprobat.*

20 *Repudiatio hæreditatis aduentitiæ filio delatæ non nocet patri.*

21 *Tex. in l. fin. C. de bon. quæ lib. expenditur.*

22 *Renunciare qui non poteſt ius quæſitum, poteſt tamen quærendum.*

23 *Ioannis Gutierrez querimonia aduerſus Didacum.*

24 *Filiusfamilias renuncians hæreditati maternæ cum iuramento moriente poſt matre facto teſtamento in quo alium hæredem inſtituit, nequit pater ad illius hæreditatis bona admitti.*

25 *Mater repellere poteſt maritum ab hæreditate nedum expreſſe, ſed & tacite.*

26 *Pupillaris tacita matrem non excludit niſi ex coniecturis.*

27 *Mater poteſt derogare diſpoſitioni legis fina. C. de bon. quæ libe.*

28 *Pater in caſu legis finalis C. de bon. quæ liber. præfertur ſubſtituto.*

29 *Textus in l. ſi pater familias ff. de hæredi. inſtitu. declaratur.*

30 *Mater propter filium præſumitur patrem ab hæreditate excludere.*

31 *Tex. in l. 2. C. ad Orfici. declaratur.*

32 *Mater nedum ſi filium ſubſtituit, ſed etſi cauſam piam patrem excluſiſſe videtur.*

33 *Caſtrenſis traditio declaratur.*

34 *Didaci & Gutierrez opinio reprobatur.*

35 *Filius renuncians matri patrem ab vſufructu excludere non videtur.*

36 *Tex. cum glo. in l. tale pactum §. final. ff. de pact. procedit in omni diſpoſitione.*

37 *Mater filios in poteſtate non habet.*

38 *Donare filiusfamilias non poteſt niſi cum conſenſu patris.*

39 *Donatio filijfamilias etiam iurata in præiudicium patris non operatur.*

40 *Renunciatio ſeu remiſsio donatio dicitur.*

41 *Renunciatio, quæ a filio vel filia fit in contractu matrimonij ſiue ſit iuris quæſiti vel quærendi, intuitu aliorum fratrum facta cenſetur.*

42 *Legatum patri factum adiecta cõditione quod nihil amplius in hæreditate relicta filio petere poſsit, non præiudicat patri.*

43 *Renunciatio a filia facta in contractu matrimonij etſi generalis patre recipiente pro ſe, & hæredibus ſuis, reſtringitur ne intelligatur de hæredibus extraneis.*

44 *Didaci traditio.*

45 *Didaci traditio a Ioan. Gutierrez ampliata.*

46 *Renunciatione facta per filium matre inteſtata decedente vbi accideret filium non obſtante renunciatione admitti, pater ad iura ſua, & vſumfructum admittendus eſſet.*

47 *Pater præſtans conſenſum filio renuncianti ſe ipſum ab vſufructu excludit.*

Quæſtio

QVÆSTIO. LXXXXI.

RENVNCIATIO PER FIlium vel filiam facta matri in contractu matrimonij de bonis maternis, an patri vſumfructum in bonis aduẽtitijs habenti poſſit præiudicare.

1 QVEMADMODVM † valet
renunciatio hęreditatis paternę
cum iuramento patri facta dum
filia nuptui traditur, ſic reſpe-
ctiue facta matri renunciatio de
bonis ſuis cum eodem iuramento valida eſt
& ſibi locum vindicat diſpoſitio d.cap. quã-
uis pactum de pact. in 6. de cuius interpre-
tatione in hac potiſsime ſectione agimus:
Magna autem hinc inſurgit dubitatio, an fi-
lius vel filia per huiuſmodi renunciationem
2 poſsit patri præiudicare, cum † enim pater
in bonis filij aduentitijs habeat vſumfructũ
l.fina.§.filijs autem C.de bon.quę libe. rur-
ſus vbi filius repudiat hæreditatem ſibi de-
latã poſsit pater iure patriæ poteſtatis eam
nedum in vſufructu, ſed & in plena proprie-
tate in totum acquirere dict.l.final. in prin-
cipio. vbi apertè ſtatuit Iuſtinian. perinde
patri deberi ac ſi ab initio fuiſſet inſtitutus,
conſequenter videtur filij vel filiæ renuncia-
tionem patri obſtare non poſſe.
3 Ita † efficitur vt fili' familias diſponere in
præiudicium patris non poſsit de rebus ſuis
abſque illius conſenſu, & anthoritate dict.§.
filijs autem explicat eleganter cauſam pro-
hibitionis retulit Imperator in eodem §. fi-
lijs. his verbis: Melius eſt, inquit, coarctare
iuueniles colores ne cupidini dediti triſtem
4 exitum ſentiant &c. Indicauit enim † Iuſti-
nianus iuuenes faciles & ad credendũ prõp-
tos iuxta glo. in l.ſi cum dotem §. eo autem
tempore in verbo, iuuenis ff.ſolut. matrim.
5 tum † & immoderatę libidinis nuſquam ſa-
tis ſuo naturæ feruori repugnantes l. ſi vero
non remunerandi §. ſi adoleſcens ff. manda.
§. optimam in auth. de non eligen. ſe. nuben.
6 † inſtabiles vt ex Salomone refert gloſ. in §.
1. inſtit. de iuſt. & iu. inde creditum legiſla-
toribus fuit rerum ſuarum his alienationem
interdicere neceſſarium primum tuum vtile
admodum fore argu. l. fina. C. in qui. can. in
inte. reſti.
7 Subinde ſtatutum, † vt nec adiecto iura-
mento per filium familias in alienationibus
ſuis, contractus firmaretur gloſ. communiter
recepta in dict.§. filijs vbi Bald. & Caſtren.
dixit receptam Oroſ. in l. & hæredi §. filiæ
familias num. 5. ff. de pact. quamquam con-
trarium nouiſsimè poſt Crot. in l. frater à
fratre num. 117. de condi. inde. tenent Cald.
Perey. tract. de renoua. Emphiteo. quæſt. 16.
num. 61.
8 Ex † ſuperioribus etiam efficitur vt ne-
queat filius familias teſtari de bonis aduen-
titijs quoad vſumfructum in præiudicium
patris Bald. in l. ſi quęramus ff. de teſt. ad fi-
nem Cal. Perey. in trac. de reſtitu. mino. ver-
bo. lęſis num. 129. Grego. Lop. in l. 13. titul.
1. part. 6. Peral. in rub. ff. de hęredi. inſtitu.
num. 180. Telli. in l. 5. Tau. in princi. Pelae.
tract. de maiora. Hiſpano. par. 1. quæſt. 1. nu.
38. & 46. Matien. in l. 4. titul. 4. gloſ. 3. num.
3. & 4. Aſcani. Clem. tract. de pact. poteſt.
effectu 9. a num. 1. qui eleganter Moli. trac.
de primo. Hiſpano. cap. 9. num. 17. 18. cum
9 multis ſequent. † Proinde & gloſ. inſignis
in dict. l. & hæredi §. filiasfamilias ſcripſit fi-
lium familias non poſſe pactum de non pe-
tendo celebrare in legato ſibi relicto ſub
conditione in præiudicium vſusfructus qui
patri debetur.
10 Ex eadem † radice prodit non poſſe filiũ
familias delinquendo patrem priuare vſu-
fructu ſibi debito in peculio aduentitio,
proinde publicatis bonis filij remanet inte-
ger patri vſusfructus; ſed neque quoad pro-
prietatem vt multis citatis ſcripſit Dida. li.
varia. reſolutio. 2. cap. 8. num. 7. Anto. Gom.
qui etiam alios lib. 2. reſolution. tit. de ſer-
ui. num. 22. cum ſequent. Dueny. regul. 275.
& dicit communem Gutier. in d. cap. quam-
uis pactum verbo, nullum ad bona paterna
num. 17. probat eandem alijs pleriſque ad-
ductis Menoch. in commen. de recu. poſſe.
remedi. 9. a num. 65. Aſca. Clem. non rela-
tis ſuperioribus tract. de pat. poteſ. effect. 2.
num. 36. 37. alios multos præter nunc rela-
tos refert Caual. tract. de vſufruc. muli. relic.
num. 235.
11 Neque † mortis cauſa donare filius ad-
uentitia poteſt niſi conſenſu paterno l. tam
15. §. 1. vbi gloſ. ff. de donatio. cau. mor. re-
ceptam dixit authoritate Bartol. Iuli. Clar.
Viui. Ema. Xuar. & aliorum idem Aſcani.
Clem. Eod. trac. de pat. poteſt. effect. 10. nu.
1. & ſequen. Igitur vt ad inſtitutam contro-
uerſiam accedamus, an filij vel filię renun-
ciatio matri facta cum iuramento de bonis
maternis patri noceat. duos caſus conſide-
12 rari poſſe animaduerto; † primus eſt quãdo
filius vel filia renunciat matri, & mater ſu-
peruixit patri & reſpectiue marito; caſus hic
nullam apud interpretes continet dubita-
tionem, quia de nullo patris agitur præiudi-
cio cum vſusfructus ſibi competens illius
morte fuerit finitus.
Secundus caſus eſt, & hic admodum du-
bius cum pater ſuperuiuit matri pręmorienti,
quo

quo in caſu filius ſub ſua poteſtate conſtitu-
tus nequit alienare niſi cum illius authorita-
te & conſenſu,eodem in illius bonis aduen-
titijs vſumfructum habente;ſuppoſito quod
renunciatio de bonis maternis fuit facta cũ
debita ſolemnitate in forma d. cap. quãuis
pactum,& præſente & acceptante matre vt
poſt Calca. Alex. Deci. & Socin. reſpondit
Crauet.conſi.42.nu.5.
13 In hoc † autem caſu Pau.Caſtren.in l.fin.
nu.5.C.de bon.quæ libe.in hunc modum di-
ſtinguit , aut filius qui repudiauit cum iura-
mento mortuus eſt viuente matre,in hac ſpe
cie nequit pater aliquid acquirere : rationē
reddit Caſtren.quia etſi nō repudiaſſet mor
14 te filij ecluſus fuiſſet pater,† habet enim re-
pudiatio implicitã cõditionem tacitam, vi-
delicet ſi hæreditas filio deferatur,quæ tamē
deferri ipſi non potuit quia mater viuebat,
ſicuti multis ſcripſi in ſimili ſpecie hoc lib.
& ſectio.queſt.78.
15 Aut inquit † Caſtren.filius ſuperuixit ma-
tri,& eo in caſu illico ſibi defertur hæredi-
tas,cœterum in vim præcedētis repudiatio-
nis ab eo abdicatur , ita fit vt pater ſua adi-
tione poſsit ſibi eandem acquirere.
Intelligit tamen Caſtren.vbi mater inteſ-
tata decedit,quoniam ſi condito teſtamēto
& alium inſtituit hæredem non vindicat ſibi
locũ diſpoſitio d. l.fina. C.de bon.quę libe.
16 quæ † nō procedit vbi teſtator de cuius hæ-
reditate agitur, aliter diſponit & ad patrem
17 peruenire hæreditatem non voluit;† poteſt
enim teſtator derogare diſpoſitioni illius
legis,argu. tex. in auth.excipitur C.de bon.
18 quę libe. † & nedum expreſſe ſed & tacite
poteſt derogare:hucvſq.Caſtren.cuius diſtin
ctionem probauit Telli.in l.6.Tau.nu.55.&
Mencha.lib.2.de ſucceſsio.creatio.§.18.nu.
19 96.Socin. † autem in l.2.nu.5. ff.de his quæ
pœn.nomi.relin.ſuſpectam dicit traditionē
Caſtren.& eandem falſam eſſe dixit Dida.
in d.ca.quamuis pactum.3.par.§.2. nu. 3.ad
medium verſi.Secunda probatio prioris opi
20 nionis: † Is igitur improbat traditionē Caſ-
tren.in hunc modum,aut enim pater cõſen-
tit renunciationi factæ per filium,& tunc res
caret omni dubio , ſuo enim pater conſenſu
ſibi præiudicium intulit,atq. ideo ex perſo-
21 na filij poſtea nequit ſuccedere : † Et licet
contrarium diſpoſitum videatur in d. l.fina.
Quo conſtat repudiationem hęreditatis ad-
uentitiæ delatę minime patri nocere quoad
vſumfructũ,neq. in alijs,quæ iure patrię po-
teſtatis ſibi debentur:Ea tamen lex minime
ſuperioribus aduerſatur , quoniam loquitur
in repudiatione hæreditatis iam delatę filio,
& ex illius perſona patri,qui cum inſtitutus
non fuerit nequit alio titulo hæreditatē cõ-
ſequi quam ex iure patriæ poteſtatis , & in
his terminis procedit diſpoſitio illius l.fina.
nos loquimur in repudiatione hęreditatis
deferendæ,cui ſi filius renunciauerit ei poſ-
tea deferri non poteſt,atq. ideo ceſſat ratio
22 Caſtren. † inter ius enim quæſitũ,& quęren-
dum longa eſt differentia , qui enim nequit
ius quæſitum renunciare, poteſt ius quæren-
dum,quemadmodum Gutier. in d.ca.ſcrip-
ſit in verbo,Nullum ad bona paterna, nu. 3.
ad mediũ.Et ego ipſe in pulchro caſu oſtēdi
hoc lib.ſectio.3.queſt.46.Vnde idem Dida.
tribus propoſitis concluſionibus Pauli Caſ-
tren.traditionem declarat,quas operæ præ-
tium eſt referre quoniam ab his vera reſolu-
23 tio huius pendet queſtionis;ægre † autē fert
Gutier. in d. verbo,Nullum ad bona pater-
na num.fina.in extremis verbis,quod Dida.
poſt ædita á ſe commentaria d.cap.quamuis
pactũ quę eidem Didaco veluti amiciſsimo
miſerat in ſecunda operis æditione & repe-
ti.1.d.ca.omnia ab eo mutuauerit Dida. in-
teriectis dictis tribus cõcluſionibus, quas in
prima prætermiſerat ædirione illo ſilentio
pręteritō.Et quod deteri· eſt ſignis & ſtellis
a Dida. in nouiſsimis additionibus apponi
ſolitis omnino prætermiſsis.
Igitur Dida. Gutier. ſequutus has inſti-
tuit concluſiones licet Gutier.concluſionib·
24 hanc queſtionem non terminet.Prima † vbi
filiusfamilias renunciat hæreditati maternæ
cum iuramento moriente poſt matre facto
teſtamento,in quo alium hæredem inſtituit,
pater ad illius hæreditatis bona minime ad-
mitetur iure patrię poteſtatis:Et licet Dida.
addat alium ſcilicet quam filiũ,tamen Caſ-
tren.id non expreſsit , quinimo aperte eo
quo poſt vtitur argumento , oſtendit lo-
qui eum,quando fuit hæres inſtitutus alius
filius.
25 Ait † enim quod mater nedũ expreſſe pa-
trem repellere ab eo de cuius hæreditate
agitur poteſt.iuxta tex.in d. auth.excipitur,
ſed etiam ſi tacite & per indicia aut præſum-
26 ptiones conſtet; † ita enim ait ille cõtingit
in tacita pupillari,quę licet nō excludat ma-
trem regulariter,niſi pręſumptionibus con-
ſtet de contrario iuxta notata ab omnibus
in l. Lucius ff.de vulga.& in l. pręcibus C.
de impu.reſoluit authoritate multorum no-
uiſsimè Menochi. intelligendo vt per eum
ibi lib.4.præſ. 39.num.77.78.cum ſequent.
vnde ſi vel tacite tantũ conſtet de voluntate
matris excludere volentis patrem ab hære-
ditate filio deferēda hoc ſufficit,neq.admit-
tetur pater , de voluntate autem ſatis con-
ſtat eo ipſo,quod mater filiũ vulgariter ſub-
ſtituit alteri filio in poteſtate conſtituto,qui
27 proculdubio præferretur patri:† Subdit Ca-
ſtren.

ſtren.erudite, poſſe matrem expreſſe & tacite derogare diſpoſitioni d.l.fina.

28 Neque † quemquam in contrariũ moue-rit opinio glo. in d.l.fin.in princi. verbo recuſante, quæ ex eo textu elicit patrem in caſu illius legis præferri debere ſubſtituto, atque ita illi, qui ex voluntate teſtatoris in defectũ inſtituti teſtatoris cõſequi hęreditatem debebat; quod expreſsim probat tex. in §. ſimiliq. modo, ſupracitatus, dum vult repudiãte filio perinde hæreditatem ad patrem pertinere, ac ſi ab initio pater fuiſſet inſtitutus.

29 Quibus † etiam cõcinnit tex. in l. ſi pater familias ff. de hæredi. inſtitu. quo probatur vulgarem ſubſtitutũ ita demum vocari ſi inſtitutus hæres non ſit, vel alterum legis miniſterio hæredem non fecerit; notarũt Barto. & cæteri omnes in l. 1. ff. de vulga. quam relatis Benedic. Rip. Iaſſo. & Socin. dixit communem Gutier. in d. verbo nullum, nu. 5. in fine. Huic obiectioni ſatisfacit, & rectè idem Gutier. non procedere argumentum neque Bart. traditionẽ niſi in ſubſtituto extraneo, ſecus in filio eiuſdẽ matris, & ſic in tam cõ-

30 iuncta perſona, † quę effecit vt ex eo ſolo pręſumendum ſit voluiſſe patrem ab hæreditate excludere, prout de pupillari tacita di-

31 ximus. † Confert tex. in l. 2. C. ad Orfician. S.C. quo probatur matre decedẽte quatuor relictis filijs duobus in poteſtate patris conſtitutis, alijs duobus emancipatis, decedentibus duobus, qui in patris erant poteſtate, antequam eis hæreditas obueniret totã hæreditatem filijs emancipatis pertinere pro virilibus excluſo patre; ſicq. ex tacita volũtate matris, quę cohęredes dederat filijs in poteſtate conſtitutis alios duos emancipatus, pater omnino excluditur, quod rectè poſt alios animaduertit Gutier. vbi ſupra.

32 Fortius quidem † adnotauit Caſtren. in d. l. fina. nedum hæc vindicare quando mater alterũ filiũ ſubſtituiſſet, ſed & ſi cauſam piã, adhuc enim exiſtimat patrẽ a cauſa pia excludi. intelligẽdo cum ſubſtitutio piæ cauſæ ſit ad exhonerationem propriæ conſcientiæ aliter non gauderet cauſa pia hac prerogatiua, vt ex Deci. & Dida. communem dicente, ſcripſit idem Gutier. ſuperius nu. 8. & reſoluit innumeris citatis Meno. d. pręſump. 39. num. 90.

33 Hæc Pau. † Caſtren. traditio extenditur nedum cum mater inſtituit alium filium, vt ille innuit, ſed etſi extraneum; Nam licet glo. & alij communiter in d. l. final. ex eo tex. contrarium cenſerint, vere tamen loquuntur in eiſdem terminis, in quibus loquitur tex. ſcilicet in hæreditate iam filio delata, quam conſequitur pater adire nolente filio, & præfertur ſubſtituto quaſi a principio pater fuiſſet inſtitutus; Caſus noſter diuerſus eſt in hęreditate deferẽda, a qua facilius pater excluditur, quam a delata vt in ſuperioribus animaduerti, & reſoluit Gutier. in d. verbo num. 10. obiter Dida. d. §. num. 3. verſi. Prima concluſio; excluſo enim vt is ait filio per expreſſam matris voluntatẽ, & patrem etiam excludi conſequens eſt.

34 Hæc † autẽ opinio Dida. & Gutier. quoad pertinet ad alium filium inſtitutum ſuſtineri iure poteſt ex rationib⁹ adductis, verum inſtituto hærede extraneo vt idem procedat, mihi ſuſpectum ſemper viſum eſt; quinimo auſim falſam aſſerere ipſorum traditionem:

35 Non † enim veriſimile eſt voluiſſe filium renunciantem matri, patrem ab vſufructu excludere, ſi ſciuiſſet matrem extraneum inſtituturam; Et interrogatus filius id ipſum veri ſimiliter reſpondiſſet ad tex. cum glo. in l.

36 tale pactum §. final. ff. de pact. † cuius glo. traditio procedit in omni actu & diſpoſitione, ſiue interviuos, aut in vltima voluntate, innumeros ad hoc inſtitutũ receſet Tiraq. in præfati. l. ſi vnquam num. 56. C. de reuo. donatio. multos Oſaſ. deciſio. Pedemon. 64. ad finem; & in terminis renunciationis de qua loquimur Surd. deciſio. 207. nu. 11.

Nec facile quiſquam credet voluiſſe filiũ matri renunciantem propter extraneã perſonam a matre inſtitutam patrem ſuum vſufructu priuare voluiſſe ad tex. in l. cum acutiſſimi cum ſimilibus C. de fideico.

Nõ obſtat dicere vt Dida. & Gutier. aiũt, renunciationem iuratam hoc ipſum operari; quoniam iuramentum vt nõ ſemel dixi hoc lib. præcipuẽ quæſt. 11. ſectio. 1. non auget neq. extendit diſpoſitionem vltra veriſimilem mentem iurantis, ſed eam tantum continet intra fines ſuos, extẽderet autem præter intentionem ſi ad perſonam extraneam renunciatio illa iurata protenderetur.

37 Rurſus † cum huiuſmodi renunciatio matri facta, quæ filios in poteſtate non habet, cenſeatur mœra donatio, quinimo & quoad patrem quodammodo donatio dici poteſt licet non vere & proprie, vt multorum ſcripſi

38 authoritate hac ſectio. quæſt. 73. Donatio † autem a filiofamilias fieri non poſſit, niſi cũ conſenſu & authoritate patris, de cuius præiudicio ratione vſusfructus ſibi debiti, agitur, dixit communem ex multis, Aſcani. Clemen. tract. de pact. poteſt. effect. 10. num. 7.

39 Iuli. Clar. in §. donatio quæſt. 6. nu. 2. † Nec ſi foret iurata in patris præiudicium operari poſſet, vt relatis multis reſpondit Aym. Cravet. conſi. 39. num. 3. ita ſit vt licet donatio iurata, quoad filium valere poſsit, in præiudicium tamen vſusfructus patri debiti minime.

Neq.

Neq. oberit quod Dida. & Gutier.aiunt renunciationẽ faciliꝰ admitti aduerſus patrem in quęrẽdis, quam in quęſitis, quoniam prꝫterquam quod ſine lege loquuntur, & authore,contrarium multis argumentis cõuinci poſſet,quæ coaceruat Tiraq. in repet. l. ſi vnquam verbo donatione largitus a nu.
40 171.172.C.de reuo.donatio. † Concludens remiſsionem ſiue renunciationem,donationem dici,atq.eodem iure regulariter metiẽdam fore.

41 Sed † vbi vera non eſſet traditio Tiraq. animaduertendũ quod ſiue renunciatio,quæ a filio vel filia fit,ſit iuris quęſiti vel quærẽdi, vtroq.caſu fieri cenſetur contemplatione,& intuitu aliorum fratrum vel ſororum, vt fatetur idem Gutier.in d.verbo nu.12.& multis alijs adductis ſcripſi quęſ.79.verſi.Addit idẽ Alexan.& infra quæſtio.86.in verſi. His ipſe addidero;cum igitur fiat contẽplatione aliorum fratrum,inſtituto extraneo hærede a matre , non debet pater vſufructu priuari aduerſus filij vel filiæ manifeſtã intentionẽ; quæ & talis præſumẽda eſt,qualis de iure reperitur;vnde cũ de iure debeatur patri vſusfructus,niſi is expreſsim vetit' fuerit d.auth. excipitur,conſequens eſt noluiſſe filium ab eo excludere,cum cẽſeatur voluntatem ſuã coniunxiſſe cum diſpoſitione iuris cõmunis ad tex. cum glo.& ibi omnes in l. hæredes mei §.cum ita ad S.C.Trebelli.

42 Quare † & hoc ratione attenta reſpondit Pariſi.conſi.129.n.10.lib.1.quod ſi quiſquã patri legaſſet in cuius filius erat poteſtate,& ſubiunxiſſet,velle ſe patrẽ nihil amplius in ea hæreditate petere poſſe,nilhominus patrem cõſequi vſumfructum in bonis filij aduentitijs. & Pariſi.ſequitur Aſcani.Clem.in trac.de patri.poteſ.effect.2.n.40.ad mediũ: poſtquam enim expreſsim non interdixit pa tri vſumfructum,videtur nõ obſtantibus illis verbis voluiſſe eum admittere ; comprobat Pariſi.d.cõnſi.Vnde cum caſus aduenerit inueſtiganda erit diligẽter veritas huius quæſtionis,nec facile cum Dida. & Gutier. ſentẽtia vti minime æqua, & patrem vſufructu, iure patriæ poteſtatis debito excludente abeundum erit;Eo maxime quod idem Di-
43 da.in d.cap.3.par.§.3.n.4.in verſi.Quarto † ſi paternam dilectionem, aperte ſcribit renunciationem etſi generalem a filia factam, patre ipſam recipiente pro ſe, & hæredibus ſuis,reſtringi & declarari debere ne intelligatur de hæredibus extraneis , ſed de filijs tantum & deſcendentibus, cuius opinionem probaui infra quęſt.86.in verſi. His ipſe addidero.

44 Secundam † proponit concluſionẽ Dida. his verbis; filio inquit familias renunciante cum iuramento hæreditati maternę, ac poſtea matre inteſtata decedente viuentibus filio & patre ſimul,excluſo filio in vim iuratæ renunciationis,patrem etiam excludi neceſſe eſt ab hæreditate materna; declarat ſe ipſum Dida.vt hęc renunciatio nedum noceat quoad proprietatem,ſed etiam quoad vſum fructum:Etſi enim vt in principio dixi quæſtionis,nequeat filiꝰ patri prędiudicare quoad vſumfructum,neq. alia iura,quæ a patria deferuntur poteſtate,quod fieret ſi hæc renun-
45 ciatio ſuſtineretur, † id tamen intelligendũ eſt in delata filio hæreditate , vt ſuperius cũ Dida. & Gutier. dicebam, ſecus in deferẽda,quę facilius abdicatur;opinorq. ipſe poſt Gutier. in loco citato hanc fuiſſe mentem Caſtren. cum generaliter dixerit,nocere patri renunciationem vbi mater inteſtata deceſsit.

Addit Gutier.nu.18.verſi.Et hæc opinio, quod Dida. concluſio nedum procedit vbi mater teſtata deceſsit, ſed & vbi inteſtata quia licet non militet ratio tex. in d. auth. excipitur,tamen militat altera,quę validam efficit renunciationem , quia ſcilicet ſit renunciatio iuris quærendi,in quo filius poteſt patri præiudicare.

Verum in eo quod affirmat vbi mater teſtata deceſsit, & alium quam filium hæredẽ inſtituit,videnda,quæ ſuperius dixi in prima concluſione.Cæterum in alio vbi mater inteſtata decedit,probanda eſt illius ſententia. neceſſario,quoniam inteſtatæ matri nõ alij, quam filij ſuccedere poſſunt,proinde rationes à me aduerſus Dida. & Gutier. adductæ non vindicant in hac ſpecie.

46 Tertia † Dida.concluſio eſt,quando facta renunciatione acciderit matre inteſtata decedente,renunciantem filiũ ad maternę hæreditatis ſuæ ſucceſsionem aliqua ex cauſa non obſtante renunciatione admitti,& eidẽ filio ſit illiꝰ hęreditas delata,pater ad iura paterna,& vſumfructum ſibi competentem, admittendus erit,etiam ſi renunciationi cõſenſerit:Rationem reddit quoniam ſi filio iurata renunciatio non nocet, conſequenter minus multo patrifamilias quoad iura patrię poteſtatis,eoq. iure vti poterit,quo potuiſſet in vim d. l. final. ac ſi nulla adfuiſſet renunciatio:Sequitur Gutier. in dict. verbo num.13.quomodo autem filius vel filia non obſtante renunciatione admitti poſsit ad patris vel matris ab inteſtato deſectorum hæreditatem , inferius ſuo in loco dicemus.

47 Sanè † vbi pater præſtaret cõſenſum filio renunciãti tunc caſus ſine dubio eſt;eo enim ipſo ſeipſum ab vſufructu excludit , vt poſt Dida.ſcripſit Gutier.in d.verbo nu.22.quibus

bus addendi alij plures relati a Clar. in dict. §. donatio.quęſtio. 6. num. 2. Aſcani. Clem. in dict. tract.de patr. poteſt. effec. 10. a num. 1. cum ſequent.

SVMMARIVM.

1 *Renunciatio filiæ in contractu matrimonij cũ iuramento, non excludit ipſam ab inteſtati ſucceſsione.*
2 *Pater vel mater ab inteſtato moriẽtes, videntur tacite vocare omnes filios ad hæreditatẽ.*
3 *Filia cum iuramento renuncians, omni ſucceſsioni renunciare videtur.*
4 *Repudians hæreditatem, quæ ſibi duplici iure competit, omni iuri renunciaſſe cenſetur.*
5 *Oratio indiffinita æquipollet vniuerſali.*
6 *Pater ab inteſtato moriens, ſemel excluſam filiam vocare non videtur.*
7 *Mutatio voluntatis non præſumitur.*
8 *Tex.in l. conficiuntur ff.de iur.Codicil.declaratur.*
9 *Filia excluſa propter ſuam renunciationem quæ a patre præterita fuit, admitti ad ſucceſsionem non debet.*
10 *Filia renũcians veluti extranea ſuitatẽ amittit, & ius ſuccedendi ab inteſtato.*
11 *Ius rumpendi teſtamentum regulatur a iure ſucceſsionis ab inteſtato.*
12 *Iure ſucceſsionis ab inteſtato carens, aduerſus teſtamentum agere non poteſt.*
13 *Authoris ratio noua.*
14 *Filius is ſolus rumpere teſtamentũ poteſt, qui ab inteſtato ſuccedit.*
15 *Filia renuncians cum iuramento nec legitimã petere poteſt.*
16 *Filia cum iuramento renuncians bonis paternis renunciare non cenſetur fraternis etſi a patre habitis.*
17 *Bona paterna talia eſſe deſierunt cum a filio fuerunt acquiſita.*
18 *Tex.in l.final.de lega.3.declaratur.*
19 *Tex.in l.iubemus C.ad Velleya.expenditur.*
20 *Accuſans de falſo teſtamentum nequit ſuccedere teſtatori ſi ſubcumbit, non tamen illius hæredi ſuccedere prohibetur.*
21 *Clauſula ſalutaris ad excludendum filias ab omni ſucceſsione.*
22 *Filia renuncians hæreditati paternæ, non cenſetur renũciaſſe fraternæ, etſi hæreditas per fratrem adhuc adita non fuiſſet.*
23 *Filia renuncians cũ iuramento fauore fratrum maſculorũ, qui viuo patre moriuntur, patre abinteſtato decedente ſuccedit excluſis patruis.*
24 *Renunciatio reſtringenda vt nõ alios caſus & perſonas comprehendat quam expreſſas.*
25 *Cauſa pactionis ceſſante, & pactio deficere debet.*
26 *Renunciatio per filiam facta, in dubio fauore fratrum facta cenſetur.*
27 *Filiæ renunciatio nedum contemplatione maſculorum, ſed & fœminarum facta videtur.*
28 *Filia renũcians fauore fratrũ, & ſororũ portionem legitimæ petere non poteſt.*
29 *Opinio authoris.*
30 *Renunciatio filiæ ſimplex, patri & illius hæredibus in dubio facta cenſetur.*
31 *Agnationis ratio in dubio habita non videtur ad excluſionem fœminarum.*
32 *Filia renuncians patri, qui maſculos & fœminas habuit, mortuis maſculis in vita patris, admitti ad hæreditatem cum alijs ſororibus non poteſt.*
33 *Filia renuncians in matrimonio ſpirituali ingreſſus ſcilicet religionis patri ſuo ab alijs ſororibus excluditur patre ab inteſtato moriente.*
34 *Renunciatio, quæ fit in ingreſſu religionis, ea mente fieri cenſetur vt reliquas ſorores maiori cum dote nubant.*
35 *Filia renuncians patri in ingreſſu religionis, qui alios quã filios vel filias hæredes inſtituit, ad patris ſucceſsionẽ aſpirare nõ põt.*
36 *Opinio Menchac.aduerſus Didacum.*
37 *Didac⁹ veras opiniones vt plurimũ amplexus.*
38 *Filia renuncians patri ab inteſtato ſuccedit mortuis cæteris fratribus & ſororibus.*
39 *Filia renuncians patri gratia agnationis conſeruandæ, mortuis fratribus excluditur a patruis.*
40 *Menochij traditio fugienda.*
41 *Renũciatio per filiã facta fauore fratrũ maſculorum, illis mortuis in totũ extinguitur.*
42 *Didaci opinio.*
43 *Renunciatio per filiam facta fauore fratrum maſculorum tacitam habet conditionem niſi præmoriantur.*
44 *Didaci traditio celebris.*
45 *Didaci ratio.*
46 *Renunciatio per filiam facta cum iuramento eo tempore, quo adhuc pater filios maſculos non habet, fauore maſculorum naſciturorũ facta videtur.*
47 *Filia, quæ ſemel renunciauit fauore fratrum, qui nollent patris hæreditatẽ adire, admitti ad ſucceſsionem poſſet.*
48 *Morantæ declaratio inſignis.*
49 *Filia renuncians cũ iuramento expreſſa cauſa quia dotem receperit, mortuis cæteris fratribus & ſororibus, a patruis excludetur.*
50 *Interpretum ratio.*
51 *Didaci declaratio inſignis.*
52 *Filij & hæredes filij renunciantis ſic excluduntur vt eadem filia excluderetur.*
53 *Didaci ratio & declaratio.*
54 *Opinio communis improbatur.*
55 *Renũciatio filiæ a patre accepta intuitu filiorum*

rum ſuorum recepta cenſetur.

56 *Expreſsio cauſæ non immutat intentionem filiæ renunciantis.*

57 *Diſpoſitiones hominum non ex vna tantũ cauſa,ſed ex multis fieri præſumuntur.*

58 *Filiæ renunciatio non nocet filijs ſuis,vbi filia ante patrem moritur.*

59 *Renunciatio filiæ de bonis paternis cum iuramẽto intuitu fratrum maſculorum, moriẽte patre ſuperſtite filia & alia nepte ex filio maſculo præmortuo,admittitur filia excluſa nepte.*

60 *Moranta declaratio vera in prædicta ſpecie.*

61 *Renunciatio filiæ propter maſculos moriente patre ſuperſtite filio & nepote maſculo ex filia præmortua,efficit vt nepos ex filia excludatur.*

62 *Filia excluſa,& illius filius maſculus excluſus cenſetur.*

63 *Filia renuncians patri eo abinteſtato moriente ſuperſtite filio, & ex eo filia, admitti ad hæreditatem patris inteſtati non poteſt.*

QVÆSTIO. LXXXXII.

FACTA PER FILIAM REnunciatio de hæreditate paterna in capitulis matrimonialibus, quando & in quibus caſibus ipſam abinteſtati ſucceſsione excludat, multi caſus vtiliter declarantur.

1 IN ea † pleriq. ſententia fuerũt
vt exiſtimenr filiæ renunciarionem
in contractu matrimonij
factam cum iuramento minime
excludere eam ab inreſtati pa-
2 trisſucceſsione. Rarionem † reddunt, quo
niam moriendo ab inteſtato viſus eſt racitè
vocare filiam renunciantem vna cum alijs filijs,
qui ab inteſtato ſuccedunr. l. cõficiuntur
ff. de iur. Codici. norant inrerpreres noſtri
in l. non iuſtam C. ad Trebellia. & ego ipſe
in pulchro caſu ſcripſi hoc lib. ſectio. 1. q. 15.
Et hac ſola adiurus ratione Zenzeli. doctor
antiquus hanc probanit opinionem in d. ca.
quamuis pactum de pact. in 6. quem ſequuri
ſunt mulri quales Bertran. conſi. 9. lib. 3. &
conſi. 169. eod. lib. Aretin. conſi. 92. ſed &
Rota. Roma. hanc ipſam opinionem aliquãdo
amplexa fuit deciſio. 850. in antiquio. &
Beſigne. deciſio. 3. de pact. in anriqui. Imol.
in d. ca. quamuis pactum, & alij quos recenſet
Alexan. conſi. 29. nu. 3. lib. 3.

In contrarium tamen numero plures declinarunr,
filia ſemel iurata renũciatione excluſa,
neq. ad inteſtati ſucceſsionem cum cæ-
3 teris fratribus admitti poſſe † cum enim ſimpliciter,
& purè renunciauerit, viſa eſt omni
ſucceſsionis ordini, quo ſuccedere poſſet renũciaſſe
glo. inſignis iuncto tex. in l. 1. §.
ſed videndum ff. de ſucceſſo. edic. cenſit glo.
4 † illa quod vbi hæres ad alrerius ſucceſsionẽ
venire poreſt duplici iure ciuili vel prætorio,
repudiãdo ſimpliciter & generice, vtriq.
iuri renunciare cenſetur, & glo. illam dixit
ſingularẽ Caſtren. in l. 3. ff. de acqui. hæredi.
5 Rurſus † indiffinita orario æquipoller vniuerſali
l. ſi pluribus de lega. 2. l. ſi plures de
lega. 3. cum vulgar. Et multo fortius ſtringit
quod huiuſmodi renũciatio iurata eſt, & omnem
comprehendit ſucceſsionis ſpeciem.
habet enim vim expreſsi vt multorum dixi
authoritate ſupra quęſt. 11. hac ſectio. Et ratione
iuramẽti videtur filiam in genere ſaltim
(quod ſufficit) cogitaſſe de euẽtu ſucceſſionis
ab inteſtato. innumeros recẽſet Gabr.
in commu. titul. de iure iuran. conclu. 3. verſ.
Contrariũ quod ſtanre iuramento; & in rerminis,
& propria caſus noſtri ſpecie poſt Barba.
Curti. & Craue. reſpondit Meno. conſ. 6.
nu. 23. lib. 1. ſcripſi ſupra quęſt. 81. in extremis
verbis.

Quare hanc ſententiã vt dixi tenuere alij
omnes, Barro. & Alexan. nu. 8. in l. ſtipulatio
hoc modo concepta de verbo. obliga. Bal. in
l. cum Archimedoram C. vt in poſſeſsio. legato.
& in l. pactum dotali quæſt. 3. vbi etiã
Sali. C. de collatio. Roma. Imol. & Aretin. in
l. qui ſuperſtitis ff. de acquiren. hæredi. dixit
communem Alex. d. conſi. 29. nu. 4. & conſi.
149. nu. 4. Gemi. & Fran. in d. cap. quamuis
pactum vbi Grego. Natt. limit. 9. Dida. qui
alios in 3. par. §. 3. nu. 5. & Gutier. in verbo
omnino ſeruari nu. 1. & 2. Beren. Ferran. in
cap. 1. de fili. nat. ex matri. ad morga. cõtrac.
vlti. par. cap. 2. nu. 9. Guid. Pap. deciſio. 295.
Crauet. conſi. 11. nu. 13. & ſeruari in hoc ſenatu
nullo relato refert Ferrer. lib. 3. obſer.
cap. 474. Crot. repetit communem in d. l. ſtipulatio
hoc modo concepta num. 26. Pariſi.
conſi. 26. nu. 17. lib. 3. alios multos ex antiquioribus
refert Anto. Gabri. in ſuis cõmu.
titul. de iur. doti. conclu. 1. nu. 40. Graſſ. in §.
ſucceſsio ab inreſtato quæſt. 10. nu. 13. verſi.
Quęro præterea, qui vna cum Gabriel. d. cõcluſio.
receptiſsimam dixit, & renendam.
Mencha. tract. de ſucceſsio. creatio. lib. 2. §.
18. nu. 119. Anto. Gomez in l. 22. Tau. nu. 8.
& his non relatis nouiſsimè Menochi. conſi.
6. nu. 18. lib. 1. quam itidem cõmuni calculo
doctorum obſeruari dixit.

6 Non enim † pater inteſtatus decedens inuitaſſe
filiam cenſetur, quam in vita medio
iuramento ſemel ab illius excluſit hæreditate;
Quo argumento tollitur aliud quod pro
aduerſa parte adduxi, quoniam eum pater fi-

liam vel filium ab hæreditate excluſerit,
7 cenſetur † in eadem voluntate moriendo
perſeuerare:cum in dubio voluntatis mutã-
tio non præſumatur.l.nam ad ea ff.de cõdi.
& demonſ. reſoluit multorum authoritate
Menochi.in cõmen.de pręſ.lib. 3. præſ.57.
nu.9.latius lib.4.præſ.165.a num.1.cum in-
numeris ſequent.
8 His accedat quod tex. † in d.l.conficiun-
tur ff.de iur.Codi.ſolum procedit in his,qui
primum ſucceſsionis gradum habent, iuxta
glo. receptam in d.l.non iuſtam Bertho.So-
cin.conſi.152.nu.7.lib.1.Menoch.poſt eum
d.conſi.6.num.18.at excluſæ filiæ iurata re-
nunciatione nõ competit primus ſucceſsio-
nis gradus ſed alijs,qui in eodem gradu aut
etiam ſequenti poſt primum ſunt.
Vt autem huius quæſtionis quotidianæ,&
vtilis explicatio facilior reddatur quoſdam
caſus familiariter explicandos inſtituam.
9 Primus eſt cum † filia nedum ad inteſtati
fratris ſucceſsionem quaſi tacite inuitata ve
nire aſpirat vt in præcedenti dixi ſpecie,ſed
& quando facto teſtamento a patre ipſam
præterit,& rumpere teſtamentum vult,quia
præterita:& quemadmodũ in priore repelli
tur ita in hoc caſu. probaturque ex tex. in
d.cap.quamuis pactum in verbis,nullum ad
bona paterna regreſſum haberet;quæ gene
ralia ſunt, & hunc etiam caſum continent;
iunctis verbis eiuſdem tex. omnino ſeruari
debebit, &c. prout hęc verba interpretes
mox citandi ad huius caſus probationẽ per-
pendunt:Rationem reddunt duplicem. Pri-
10 ma † quoniam per huiuſmodi renunciatio-
nem filia efficitur veluti extranea, & amittit
ſuitatem,ius quoq. abinteſtato ſuccedendi;
11 atqui ius † rumpendi teſtamentum regulatur
a iure ſucceſsionis abinteſtato, l. cum quęri-
tur C.de inofi.teſtam.l.parentibus eod.titu.
l.1.ff.de bono.poſſeſ.con.tabu.tex.egregius
in §.eadem hæc obſeruantur, in verſi. Item
adoptiuos inſtitu.de hæredi.quę abinteſ.de-
12 fe.vbi ꝓ † regula traditur,eum, qui iure ſuc-
cedendi abinteſtato caret,minus contra te-
ſtamentum agere poſſe:Altera ratio adferri
ſolet,quoniam filius vel filia excluſi a pater-
na ſucceſsione ſponte voluntate propria ip-
ſorum reputantur extranei.l.neceſſarijs ff.
de acquir.hęredi. l. ſi filius qui patri vbi oẽs
ff.de vulga.§.ſui inſtit.de hæred.quali.& dif
feren. Vnde quemadmodum extranei ad-
uerſus teſtamentum agere non poſſunt, ſic
neq.filij qui ſponte ſe a paterna abſtinuerunt
hæreditate.
13 Ego vero † præter alios omnes aliã red-
dere rationẽ ſolitus ſum;ſi enim filia ſemel
iuramento a paterna excluſa hęreditate ad-
uerſus patris teſtamẽtũ agere poſſet,& illud
nullum dicere,in cõperto eſt ipſam actione
ſua patris hæreditatẽ ad inteſtati perducere
ſucceſsionẽ,a qua ſemel excluſa fuit: ne igi-
tur vna via cõcedatur, quod altera prohibe-
tur ca.cũ quid cũ ſimil.de regu.iur. iure ſibi
prohibitum cenſetur ne patris teſtamentum
nullum dicere poſsit;& quia prohibito vno
cenſentur prohibita omnia perquæ perueni-
tur ad illud l. oratio cũ vulgat.ff.de ſponſa.
Vnde prædictã ſentẽtiã tenuerunt Petr.
Iacobi.Ioan.de Anani.& Ioan. Guilli. doc-
tores antiqui quos refert & ſequitur Guido.
Pap.deciſio.295.n.1.& ante eos Bartol. cõ-
munis præceptor omniũ in l. 1.§.qui habe-
bat ff.de bono.poſſ.con.tabu.idem Bartol.
14 in l.final.n.5.ff.ad Tertulia.S.C.vbi † egrę-
gie ſcripſit ſolum eum filium teſtamentum
rumpere,qui ab inteſtato ſuccedere poteſt.
Iaſſ. in auth. nouiſsima nu.57.C.de inofi.te-
ſtam.Cuma.in l.fili⁹ qui in poteſtate nu. 18.
ff.de libe.& poſth.ibidem Iaſſ.nu.10.Beren.
Ferran.in cap. vni. de fili. nat. ex matri.ad
morga.con.vlti.par.cap.2.nu.9.verſ.Tertio
ampliabis Ant.Gom.in l.22.Tau.n.8.verſi.
Secundo & principaliter, & his non citatis
Gutier. in d. cap. quamuis pactum in verbo
omnino ſeruari debebit nu.1.
15 Secundus † caſus cum filia renuncians le-
gitimam petit,quo in caſu receptiſsimã dixi
filiũ vel filiã excludi ſupra q.83.non repeto.
16 Tertius † caſus, quando filia iuramento
excluſa ad bona paterna a fratre tamen, qui
in illis ſucceſſerat iam acquiſita regreſſum
17 haberet,cui abinteſtato ſuccedit;etſi † enim
ab origine paterna dici poſsint, quia tamen
a fratre quęſita paterna eſſe deſierunt iuxta
glo.inſignem & magiſtram in l.1. §. veteres
verbo per vnum ff.de acquir.poſſeſsio. Bar-
tol.in rubri.ff.de acquir.hæredi. & dixit cõ-
munem Iaſſ.ibidẽ nu.6.& 18. & probat tex.
in l. ſed ſi plures §.filio impuberi ff. de vul-
ga.l.eius qui in prouincia §.fin.de reb.credi.
§.1.cum ſimili.inſtit.de hæred.quali.& diffe-
ren.Anto.Gom.in l.45.Tau.nu.154.ornat
multis Iaſſ.in l.penul.§.final.num.8. de reb.
credi.ita efficitur vt filia renũcians a ſucceſ-
ſione inteſtati fratris,qui bona paterna poſ-
ſedit minime repellatur per alios agna-
tos.
18 Quæ † opinio valide adiuuatur tex. in l.
final. de legat. 3. quo probatur filium ex-
hæredatum a patre non interdici, quin fra-
tri, qui patris hæres factus fuit ſuccedere
poſsit; non enim patri ſed fratri ſuccede-
re dicitur in hoc caſu; inde argumentatur
Iuriſconſultus ibidem, nõ deberi legata re-
licta ab exhæredati ſubſtituto in hac ſpecie,
quia nõ ex perſona patris ſubſtituẽtis,ſed ex
altero filio fratre cõmodũ cõſequitur:ſimilis
tex.

Digitized by Google

19 tex. † in l.iubemus C.ad Velleian.S.C.quo
traditur renunciationem ſtricti iuris fore at-
que limitari ſolere ad cauſam, res, & per-
ſonas tantum renunciantes: quod latius or-
20 nauimus hac ſectio. quæſtio. 73. Id ipſum †
traditur in l.qui Titij teſtamentum ff.de his
quib. vt indig. licet enim accuſans de falſo
teſtatoris teſtamentum nequeat ſuccedere
teſtatori, ſi modo in petitione ſubcumbat,
non tamen illius hæredi ſuccedere prohibe-
tur,aut alteri perſonæ, ad quam bona illius
peruenerunt teſtatoris; vt modo alia multa
omittam,quibus hæc iuuatur opinio, quam
tenuerunt Alberi. in l. ſi quando §. illud C.
de inofi.teſtamen.Bartol.in.l.final.1. quæſ-
tio.ff.ad S. C. Tertuli. Iaſo.in l. eius,qui in
prouincia §. final. de reb. credi. Deci. in l.
quoties duplici num.6.de regu.iur. Roman.
conſil.168.Aretin.conſi.160.Caſtren. Bald.
Aretin.Roma.Deci.Alexan. Natt.& Corn.
quos refert & ſequitur Anto.Gom.in dict.l.
22.Tau.num.13.ad finem Didac.qui etiam
Alexan.Aretin.& Deci.citat in d.cap.quam-
uis pactum 3.par.§. 3.num.2. vbi Gutier.in
verbo omnino ſeruari debebit,num.8.alios
multos ex antiquioribus memorat Tiraq.
tract.de vtroq. retrac.1.par.§.1.gl.9.nu.44.
decidit Math. de Afflic. vbi Vrcil. ad eum
decisi.178.num.4.Capel.Toloſ.deciſi.457.
dixit communē relatis multis Eugeni. conſi.
88.nu.80.vbi erudite Berenga.in cap. 1.de
filij. nat. ex matri. ad mor. contract. vltim.
par.cap.penul.num.3. Menoch. relatis Ro-
man.Aretin.Socin.& Curti. iunio.in conſil.
335.num.4.lib.4.Roberi.Moran. diſpu.10.
num. 16. refert communem relatis paucis
Graſſ. in §. ſucceſsio ab inteſtato quæſt. 10.
21 num.16.qui inibi ſubiungit † in practica ſo-
litum fuiſſe, in renunciationibus huiuſmodi
ad excludendas in totū filias addi, quod re-
nunciant hæreditati paternæ,maternæ,& pa
22 ternę. Et hic ſanè † caſus etiam procedit
quando adhuc hæreditas per fratrem,cui ſo-
ror ſuccedit adita non fuiſſet, etſi enim quia
non adita videatur fraterna dici non poſsit
d.l. ſed ſi plures §. filio impuberi de vulga.
quoniam tamen ſoror in hac ſpecie venit nō
ex perſona propria quia renunciauit,ſed ex
perſona fratris defuncti, vtique iure poteſt
vtramque hæreditatem adire;fratris ſcilicet
ex propria perſona,item & patris hęredita-
tem ex perſona fratris defuncti propter ius
adeūdi in illius hæreditate repertū,& tranſ-
miſſum,ex eo cap.quo tranſmitti potuit; ad
ea;quæ omnes ex eo tex.in l. cum antiquio-
ribus C. de iur. delibe. Sic in propria caſus
noſtri ſpecie docuerunt Aret.in d.conſ.160.
Deci.in d.l.quoties duplici de reg.iur.ad.fi.
Calcan.conſ.12.col.1. Deci.conſ.266.nu.3.
Purpu.Bartho.Socin.& Capu.quos ſequitur
& refert idem Dida.in d.§.3. num.2. Anto.
Gom.in d.l.22.nu.13.verſi. Quod notabili-
ter extendo Gutier.in dict.cap.quamuis pa-
ctum in verbo omnino num.9.
23 Quartus caſus, † cum filia renunciat cum
iuramento fauore maſculorum fratrū ſuo-
rum,& ij viuo patre moriuntur, in quo ſanè
caſu,filia patre defuncto ab inteſtato ſucce-
det excluſis patruis, & ex teſtamento hæres
24 inſtituenda eſt quoad legitimam debitam; †
Ratio ea reddi ſolet quoniā renunciatio reſ-
tringitur vt niſi caſus & perſonas expreſſas
continere poſsit d.l.iubemus C. ad Velleia.
cum alijs à me citatis paulo ante in verſi.Se-
cundus caſus;tum etiam (quod millies dixi
in hoc libro) iuramentum tacitam in ſe ha-
bet conditionem ſubintellectam, rebus ſci-
licet in eodem ſtatu permanentibus l.final.
ff.qui ſatiſ.cogan.ca.breui.cum ſimi.de iure.
iur. dixi quæſ. 82. vnde cum mutatus fuerit
ſtatus morte fratrum, conſequēter filia ſuc-
cedere poterit; quę proculdubio opinio re-
25 ceptiſsima eſt ſimul,& æquiſsima,cum † ceſ-
ſante pactionis cauſa,& pactio ipſa deficiat
omnino.docuerunt in d.ca. quamuis pactum
Domi.Fran.& Grego.Natt.num.24. Dida.
dict.§.3.num.4.Gutier.inibi in verbo, om-
nino ſeruari debebit num.14.Anto.Gomez.
libr.reſolut.1. cap.5. num.23. Telli.in l.6.
Taur.num.44.Mencha. libr.2.de ſucceſsio.
creatio. §. 18. num. 146. vbi quinque com-
probat rationibus, multos adfert Ludouic.
Molin. de Hiſpan.primo. lib.2.cap.3.num.
48.Alexan.Benedic.Math.de Afflict. Bald.
Claud.Crot.& Pariſi.quos citat ſequitur di-
cens veram opinionem Dida.dict.§. 3.num.
4. Calcan. Crauet. Bocri. Deci. Ruin. Af-
flic.Aretin.Roma.cum alijs innumeris,quos
coaceruat Menoch. conſil.6.num.2.& 3.lib.
1.& præter relatos alios adduxit Gabri. in
commu.titul.de iur. doti.conclu.1.num.30.
communem dicens. Graſſ. in §. ſucceſsio ab
inteſtato quæſtio.10.num.11.Muran.diſpu-
ta.10.num.15.multos refert Vrcill. ad Af-
flic.deciſio.161.num.5.
26 In dubio † vero cenſetur facta renuncia-
tio contemplatione fratrum vbi extant, niſi
aliud ex coniecturis deprehendi poſsit;quia
ſi expreſsim fauore illorum fiat res ſine du-
bio eſt,igitur renunciatio in dubio facta cē-
ſetur fauore fratruum,Dida. in d. §. 3.nu.4.
& paulo infra in verſi.Tertio,& illud vbi id
eſſe de mente fere omnium ſcribit,& refert
aliquos idem tenentes Telli. in d.l. 6.Tau.
num.44.Gutier.in d. verbo.omnino ſeruari
nu.14.Et hanc refert Alexand.& Caſtren.id
ipſum aperte ſcribit Moran.in d.diſput.10.
nu.27.in principio. Salice. Alexan.Caſtren.

Corne.Butigel.Pariſi. Socin.iuni.Bero.Ro-
lan.Capi.Cæphal.Becci.quos reſert & ſequi
tur Surd.conſi.244.nu.1.& nu.7.lib.2.

27 Quinimo † nedum in fauorē fratrū maſ-
culorum,ſed & fœminarum ſororum, atque
ſic fieri vt mortuo patre inteſtato ſoror re-
28 nuncians ab alijs excludatur.Ita † & ex teſ-
tamento quo alias ſorores pater,& illius fi-
lias hæredes inſtituit legitimam portionem
petere non poterit rumpendo reſtamētum,
quoniam nulla adſerri poteſt ſufficiens con-
iectura, qua credi poſsit renunciantem filiā
non ſororum cōtemplatione renunciaſſe, ſic
ex communi erudite reſpondit Pariſi.d.cōſi.
26.nu.17.& 52.lib.3.Corne.conſi.291.li.4.
quos ſequitur Dida.d.§.3.nu.4.in verſ. Sex-
to eſt præterea conſtituendus caſus: & repe-
tit communem Benue.Stra.nu.4.in addi.ad
Crauet.conſi.42. Gra. in d.quæſt.10.nu.13.
Mencha.de ſucceſsio.creatio.lib.2.§.18.nu.
109.Morant.in d.diſputa.10.nu.14.

Contrariam ſententiam tenuit Bal.conſi.
437.lib.1.quem ſequuti ſunt viri grauiſsimi
quales Deci.conſi.370. idem conſi. 433.nu.
2.Rota.Roma.deciſio.850.in antiqui. & e-
gregie hanc ipſam tuetur Crauet.d.cooſ.42.

29 Ego † ſanè in hac controuertia ab opi-
nione communi non recedo,niſi ex aduerſo
legitimæ coniecturæ adducerentur , quibus
credi poſſet filiam renunciaſſe patri cauſa ag
nationis conſeruandæ, & ſic fauore fratrum
maſculorum,quo in caſu admitterem Craue.
ſententiam:eas autem legitimas coniecturas
intelligo,quæ in contractibus maxime in do
nationibus,quæ celebrantur in capitulis ma
trimonialibus cōſiderari ſolent;quas ego di
ligenter congeſsi hoc lib.ſectio.2.Manifeſ-
30 tum † etenim eſt renunciationem filiæ ſim-
plicem,cenſeri patri,& illius hæredibus fac-
tam in dubio;mortuo itaq. patre remanent
hęredes filię,quæ non renunciarunt,proinde
ipſis huiuſmodi portio renūciata accreſcet,
quam rationem poſt veteres reddit Moran.
31 d.diſputa.10.nu.14. Addiderim † ipſe in du
bio non cenſeri habitam rationem agnatio-
nis conſeruandæ fauore maſculorum ad ex-
cluſionem fœminarum in contractibus , ma-
xime in quibus fit ſtricta interpretatio , niſi
validiſsimis coniecturis aliud appareat , vt
multorum authoritate oſtendi hoc lib. ſect.
2.quęſt.20.

32 Eadem † quoque recipitur opinio in caſu
ſortiori quando tempore renunciationis pa
ter filios maſculos habuiſſet ſimul & fœmi-
nas , & fratres poſt renunciationem mortui
ſint,adhuc ea filia ab alijs ſororibus exclu-
detur:ſic reſpondit Alexan. conſi. 29. nu.8.
lib.3.Socin. & alij quos ſequitur Pariſ. dict.
conſi.26.num.27.Dida.dict.§.3.nu. 4. verſi.
Sexto eſt pręterea vbi ad id Angel. Aretin.
& alios adduxit Mencha.d.§.18.num. 114.
Graſſ. in dict.quæſt.10.num.13.verſ.Quini-
mo ſi filia.

33 Admittunt † quoq. interpretes noſtri ca-
ſum prædictum,vbi filia renunciaret in con-
tractu matrimonij ſpiritualis,in ingreſſu ſci-
licet religionis patri ſuo,ea enim & monaſ-
terium illius nomine ab alijs excludetur ſo-
roribus patre inteſtato vita functo ; renun-
34 ciatio † quippe ea mente & intentione facta
cenſetur vt reliquę ſorores maiori cum dote
nubant,atq.facilius viros inueniant: Idemq.
35 eſt † vbi pater teſtatus decederet , & alios
quam filias ipſas hæredes inſtitueret , non
enim filia aut monaſterium aduerſus patris
teſtamentum agere poterit , & hæreditatem
vindicare,nam & ea quoque intentione re-
nunciare fecit filiam,vt liberius ipſe teſtari
& diſponere de bonis ſuis poſſet ſemota
obligatione inſtituendi filiam monacham,
aut ei aliquid relinquendi,ſic ex mente cō-
muni interpretum reſoluit Dida.in d. §. 3.
num.4. verſi.Nono idem omnino; idipſum
ex communi ſententia interpretum noſtro-
rum deducit Mencha. in d. §. 18.num.116.
quo in loco etiam Dida. citat.

36 Is † tamen aduerſus eundem Dida. opi-
natur , quod vbi fratres aut ſorores omnes
mortuę fuiſſent & nullus ex filijs extaret,qui
patri ſuccederet eo inteſtato defuncto,mo-
naſterium in hac ſpecie neque admittendū
foret ex perſona filiæ ex generali decreto
Pontificis in d. cap. quamuis pactum: Tum
addit Mencha. quia Didaci opinio cōmuni
refragatur ſententiæ, qua omnium voto re-
ceptum fuit filiam neque patri ab inteſtato
defuncto ſuccedere poſſe , quemadmodū in
principio huius quęſtionis ſcripſi.

Verior autem eſt Dida.ſententia quam-
quam Gutier. in d. verbo,num.final. in ex-
tremis verbis iudicare auſus non fuerit,quæ
duorum Hiſpanorum ſecum decidentium
opinio amplectenda foret , nam Tellius in
37 d.l.6.Tau.alteram delegit, Ea † itaque vera
eſt,habuit enim Dida. hoc præter illius ſum
mam peritiam præcipuū,quod veras vt plu-
rimū opiniones amplexus fuit,erat vir pro-
bus & iuſtus,timens Deum,& licet ille nihil
in ſuam adduxerit ſententiam probandam
pręter communem omnium interpretum
mentem , quam ex ipſis deduxit ; probatur
38 tamen † aperta ratione ; quoniam etſi filia,
quę renunciauit cum iuramento ad inteſtati
patris ſucceſsionem aſpirare nequeat, vbi
tamen omnes fratres,& ſorores mortui eſ-
ſent , in aliorum defectum ipſa admitti de-
bet non obſtante renunciatione iurata, quæ
ex tacita coniectura facta cenſetur contem-
platione

plationе aliorum ſtatrum vel ſorotum,quod
ſi hoc deficiat incluſa remanet,atgu. tex. in
l.cum acutiſsimi cũ ſimilibus C.de fideico.
Et quidem neq. renunciatio vel iuramentum
ad hanc facti ſpeciem extendi debet. ita au-
thoritate Cotne.conſi.291.Angel.conſi.51.
reſoluit & rectè Maran.d.diſputa.10.nu.14.
ad finem dicens ibi aliud fore quando pater
teſtatus fuiſſet & aliũ hæredem inſtituiſſet,
nam in hac ſpecie admitti aduerſus patris
voluntatem non poſſet,prout & ſenſit Dida.
vbi ſupra.Et hanc ipſam ſentẽtiã cũ citatis
Bald.Caſtren. Roma.Deci.Corne.Guillet.
Aretin.Angel.Alexan.Salicet. Natt. & alijs
amplectitur Anto. Gomez in d.l.22.Tau.
nu.11.vbi latiſsimè comprobat.
39 Quintus caſus,† cum vel expreſsim con-
ſtat,aut tacite legitimis coniecturis , renun-
ciationem per filiam factam, ea potiſsimum
ratione a patre receptam, quod voluerit bo
na integra magis in agnatione & familia
conſeruari ad ſui nominis & totius generis
& poſteritatis augmentum , in hoc etenim
caſu patre inteſtato defuncto,& omnibus il-
lius fratribus & ſororibus pręmortuis mini-
me tamen admittetur,ſtantibus patruis per
quos nomen & agnatio poteſt cõſeruari,ſed
ab illis pænitus excludetur , ſic egregie reſ-
pondit in cauſa graui Menochi.conſi. 6. per
totum lib.1.Et licet illius opinio recipi poſ-
ſit quia in caſu ſuo conſtabat de aperta mẽte
patris abinteſtato defuncti diligentis fratrẽ
pluſquam filiam , in quibus etiam terminis
loquitur Gabri.d.conſi.1.nu.55.Vbi tamen
non conſtaſſet admitti illius ſententia non
40 poſſet,proinde † ne quemquã fallat Meno-
chij traditio,animaduertendum, receptiſsi-
41 mum apud interpretes fore quod licet † re-
nunciatio per filiam facta dum nuptui tradi-
tur intuitu agnationis conſeruandę, etiam ſi
ſimpliciter facta ſit,tamen e medio ſublato,
& mortuo maſculo,ex hac tacita conſeruan-
dæ agnationis ratione minime excludi filia
renuncians poterit,quia vis illa conuentio-
nis & renunciationis iuratæ,tota extincta eſt
mortuo maſculo cuius contemplatione re-
nunciatio facta eſt ; ita authoritate Aretin.
Domini.Fran.& Natt.reſoluit Dida.in d.§.
42 3.nu.4.verſi. Quinto ſi tempore † vbi addit
id ipſum futurum,quãdo pater præter filios
maſculos filias haberet quas tamen tempo-
re nuptiarum ad ſuas itidem portiones re-
nunciandas induxiſſet. & præter nunc rela-
tos idem cẽſuerunt Bal. Roma. Deci.Imol.
Caſtren. Alexan. Crot. Burigel. Rum.Mar-
ſil. Socin. iuni. Bero. Rolan. Oſaſc. Gabri.
Cæphal. Mencha. quos ſequitur decidendo
Surd.deciſio. 252.num.4.
His ipſe addidero quod licet renunciatio
fauore maſculorum facta cenſeatur quem-
admodum declaraui poſt alios ſupra quæſt.
79.verſi.In dubio igitur,& ſuperi⁹ hac quæ-
ſtione verſi. In dubio vero,vbi multos addu-
43 xi † tamen renunciatio huiuſmodi tacitam
in ſe conditionem habet niſi præmoriantur
fratres maſculi,rebus ſcilicet in eodem ſta-
tu remanentibus ; Vnde extinctis fratribus
ipſa admittenda eſt quia limitata agnatio-
nis conſeruandę ratione ſublata corruit tota
renunciatio in fauorem renunciãtis filiæ; ſic
ex Bal.Pau.Caſtren.Alexan.& alijs ſcripſit
Moran.in d.diſputa.10.nu.15.
44 Sed & in † fortioribus terminis nec mi-
nus vere docuit idem Dida. dict.§.3. nu.4.
verſi. Quarto ſi paternam dilectionẽ, quod
vbi filia renunciat hæreditati paternæ quo
tempore pater vel filios habet maſculos,vel
ſi non habet habere tamen eos ſperat , licet
cum iuramẽto in terminis d.ca.quamuis pa-
ctum;licet etiam idq. magis multo cum pa-
ter recepit renunciationem pro ſe & hæredi
bus ſuis, adhuc interpretanda renunciatio
eſt,vt patre abſq. filijs defuncto,nedum filia
abinteſtato ad patris hæreditatem admitta-
tur,ſed ex teſtamento,atque ideo præterita
nullum patris dicere teſtamentum poterit;
45 Rationem † reddit Dida.quoniam (inquit)
etſi ea pactio de maſculis & fœminis intelli
genda ſit , amore tamen paterno perpenſo,
non de hæredib⁹ extraneis,ſed de filijs cen-
ſiſſe patrem præſumendum argu.d.l.cũ acu-
tiſsimi cum ſimili C.de fideico.
46 Er his † ſuffragatur notanda collec.tradi-
tio in capi.final. nu. 34. ex. de donatio. qui
inibi docuit renunciationem a filia factã pa-
tri cum iuramento eo tempore quo pater
nullos adhuc filios maſculos habebat , quæ
intuitu & cõtemplatione filiorum maſculo-
rum naſcendorum facta cẽſetur, attamen nõ
totius agnationis conſeruandę ratione , ſed
limitate tantum reſpectu filiorum procreã-
dorum ex præſumpta tam patris quam filię
renunciantis intentione celebrata videtur.
ex d. l. cum acutiſsimi,& d. l. cum auus de
cond.& demonſ.collecta.ſequitur Anto.Go-
mez.in d.l.22.nu. 12. Gutier. etſi is obiter
in d.ca.quamuis pactum in verbo , omnino
ſeruari debebit,num.2.Ex his conſtat con-
ſultationem Menochij d. conſi. 6. non ad-
modum tutam fore niſi expreſsim de intẽ-
tione patris renunciantis cõſtaret prout ſuo
in caſu.
47 Sextus † caſus proponitur cũ filia renun-
ciat adiecto iuramento bonis & ſucceſsio-
ni paternæ , quæ vt dixi intuitu , & con-
templatione filiorum renunciaſſe videtur,
ob id his extantibus excluditur : Verum ſi
ij patris nollent hæreditatẽ adire eo inteſ-

 tato

tato defuncto, admitti filia poſſet. ratio ea eſt, quoniam renunciatio ea potiſsime intentione celebratur vt filijs proſit, cœterum cũ ipſi hæreditatem repudiant ratio illa ceſſat & admitteretur filia ac ſi mortui fratres forent; ita ex mente Bartol. Socin. & aliorum docet Moran. in dict. diſputa. 10. num. 15. ad
48 medium: hoc † tamen intelligit & rectè quidem ibi idem Moran. niſi filij nolentes hęreditatem decederent cum filijs inteſtati, vel cum teſtamento & hęredem aliquem inſtituiſſent, is enim hæreditatem conſequeretur excluſa filia, quę ſemel repulſa ſemper remanet excluſa, id ipſum ſcribit nullo tamẽ relato Gutier in d. verbo num. 3.

49 Septimus † caſus quando filia cum iuramento renuncians ea expreſſa cauſa renunciat quod dotem receperit, in hac ſanè ſpecie filia minime ad inteſtati patris hæreditatem admittetur licet omnes illius fratres & ſorores mortui fuerint viuo patre, ſed ad patruos vel alio ab inteſtato proximiore in
50 gradu ſuccedentes hæreditas deuoluetur. † Rationem reddunt interpretes inferius citandi quoniam vbi expreſſa eſt renunciationis cauſa ratione dotis receptæ, in comperto eſt cauſam ipſam permanere, etſi fratres mortui ſint, vnde cum ratio & cauſa ſemper vigeat excluſionis, itidem ius perpetuo permanebit. Roma. conſi. 22. col. 2. Corne. conſ. 291. col. 3. lib. 4. Bertho. Socin. conſi. 34. nu. 4. lib. 5. Pariſi. d. conſi. 36. num. 44. lib. 3. Rolan. qui dixit communem conſi. 11. num. 32. lib. 1. quos ſequitur Dida. in dict. §. 3. num. 4. verſic. Decimo eſt omnino aduertendum, Mencha. dict. §. 18. num. 118 Menoch. conſil. 6. num. 17. lib. 1.

51 Intellexit † Dida. procedere hanc ſententiam poſſe, cum dotis receptio vnica cauſa & ſola renunciationis eſt, quod inquit raro cõtingere poteſt, niſi vbi pater tempore renũciationis nullos alios filios præter renunciãtem haberet, quod ſi alios haberet filios tũc conijci poteſt, etſi expreſsim facta foret renunciatio ex cauſa dotis receptę, factam etiã fuiſſe vt alij filij maiorem ex bonis paternis portionem haberent, quo in caſu ſublatis de medio, mortuis & extinctis filijs ſine liberis patre adhuc viuo, conuentio & renunciatio illa omnino irritaretur ex pręſumpta mente tam patris quam filię renunciantis. Et præter ſuperius relatos eandem ſententiam tenuerunt ante Corne. Socin. & Meno. Caſtren. Alex. Deci. Oldrad. & Rube. quorum communem dixit ſententiam Roland. conſi. 11. num. 1. 2. 3. lib. 1.

52 Octauus † ſequitur caſus ad præcedentis limitationem, vt nedum præiudicet renunciatio filiæ ſed & illius filijs & hæredibus, *ij* etenim excluduntur ab hęreditate cui fuit renunciatum, ſic gloſ. communiter recepta in dict. cap. quamuis pactum in verbo detrimentum.

Hanc tamen traditionem interpretantur noſtri; quando filia quę renunciauit mortem obierit poſt patrem, non enim tunc peti poteſt propter renunciationem, neque ab illius filijs qui auo niſi media matris perſona ſuccedere poſſunt, cuius extinctum fuit ius renunciatione, neque vmquam ſibi delatum: hinc cõſequitur vt nepotes ſucceſſorio ædicto intendere nequeãt, etſi iure proprio admitti vellint, accreſcit enim portio illa renunciata fratribus, ius autem accreſcendi ſuperat ſucceſſorium ædictum l. 1. cum vulgat. C. quan. non peten. par.

53 Alteram † etiam reddit Dida. rationem ſuperius quoniam ſucceſſorio ædicto in pręſenti ſpecie locus eſſe non poteſt, nam recepit filia portionem debitam pro dote ſua, & perinde eſt ac ſi filia ſucceſsiſſet patri, inde filij ipſius admitti nequeunt ex ſucceſſorio ædicto, ne duplex ſucceſsio in eadem perſona & hęreditate detur; citat Bald. Deci. & Alexan. At inquit ſi filia mortua fuiſſet viuo patre, poſſunt nepotes non obſtante matris renunciatione admitti ex propria perſona hęc ille. quæ tamen prius ſcripſerat Rolan. dict. conſil. 11. nu. 10. & 11. vbi alios recenſet Anto. Gomez. in l. 22. Tau. num. 10. Gutier. poſt Rodri. Xuar. in dict. cap. quamuis pactum in verbo, Nec redundet in alterius detrimentum num. 2. & 3. latius multorum authoritate comprobaui ſupra hac ſectione quæſtio. 78.

54 Sanè † vt ad caſum proxime poſt octauũ præcedentem reuertamur, inquirendum eſt, an illa traditio vera ſit qua crebius receptum ſuit, filiam renunciantem adiecto iuramento ad inteſtati ſucceſsionem peruenire non poſſe licet omnes illius fratres & ſorores mortui eſſent, cum expreſſa cauſa renunciauit quia ſcilicet dotem receperat; etſi enim vno ore ab omnibus amplexa ſit, mihi tamen valde ſuſpecta videtur, quinimo veram non eſſe arbitror etſi ex alio videã vix fieri poſſe propter tantorum authoritatem vt ab ea in practica recedi valeat.

55 Quę autem me † argumenta mouent hæc ſunt. Primo quia vt ſenſit Dida. vbi alij extant fratres, pręſumendum eſt, renunciaſſe filiam fratrum intuitu; & eodem fine patrem renunciationem recepiſſe vt reliqui filij maiorem & pinguiorem ſuę ſubſtantiæ partem conſequerentur, id quod milies in antecedentibus dixi.

56 Secundo † quia expreſsio cauſæ quia dotem receperat, non mutat neq. alterat men-

tem

tem & intentionem tam patris quam filiæ
renunciantis,qui ambo ea intentione & pro-
poſito id fecerunt vt fratres maiorem con-
ſequerentur portionẽ; atqui cauſæ iam dictę
expreſsio regulanda eſt iuxta mẽtem paſciſ-
centium, id enim in omni actu & contractu
licet ſtrictã recipiat interpretationem noſ-
trorum ſchola admittit, quemadmodũ mul-
tis argumentis & authoritatibus fusè ſcripſi
hoc lib.ſectio.2. quęſ. 20.& ſuperius quæſt.
85.in verſi.Hæc autem opinio Dida. vbi de
renunciatione loquens in propria ſpecie ci-
taui Surd.deciſio.207.num.11.vnde cum ex
preſſa cauſa tacitam in ſe conditionem ha-
beat,dum fratres ſcilicet ſuperuiuant, con-
ſequens eſt vt per eam conditionem reſtrin-
gi ad eum tantum caſum debeat.
57 Tertio ✝ etſi ea cauſa expreſſa ſit,nõ inde
ſequitur quod non alia moueri filia & pater
potuerint,quinimo obſeruarunt interpretes
noſtri diſpoſitiones hominum non ex vna
tantum cauſa & ratione fieri,ſed ex multis;
prçſumitur enim diſponentem non vna tan-
tum ſed multis motum eſſe rationibus vt au-
thoritate Salicet. Iaſſo.Rip. Gozadi. Imol.
& Curti.ſenio.decidit Surd.deciſio.322.nu.
64. proinde cũ & alia ratio militare queat,
ſcilicet vt cæteri fratres pinguiorem con-
ſequantur portionem, expreſsio cauſæ quia
dote contenta non debet filiæ obeſſe mor-
tuis omnibus.
58 Quarto ✝ non in admodum diſsimili ſpe-
cie traditum eſt, & communi etiam noſtro-
rum voto receptum quod licet nepotes ex
filia excluſi ab hæreditate aui dicantur ſicut
ipſa filia propter renunciationem quæ illis
nocet vt ſuperius modo dicebam, & id in-
telligatur dum filia mortua ſi poſt patrem,
ſecus ſi ante quo in caſu nepotes admittun-
tur tam vera hæc ſententia eſt, vt licet filia
renũcians cauſam adijciat de qua ſupra quia
ſe dote contentam expreſsim dixit, non ta-
men ob eam expreſsionem cauſæ nepotes
excludentur,ſic ex Bald. Aretin.Natt. Deci.
& Crauet.reſpondit egregie Rolan.d. conſi.
31.nu.7.vbi addit ab hac opinione vti com-
muni & vera in iudicando & conſulendo re-
cedendum non eſſe:quam probarunt ex Hiſ-
panicis aliqui quales Telli.in l.6. Tau. nu.
61.qui alios in eandem citat opinionem cõ-
munem repetens. Baeça trac. de non melio.
filia.ratio.doti.cap.74.num.112. Gutier. in
dict. cap. quamuis pactum in extrema illius
capitis interpretatione num. 3. quamquam
poſt nonnullos ab eo citatos contrariam tu-
eatur Anto.Gomez.d.l.22.nu.10. poſt Ro-
dri.Xuar.qui perperam ſuam opinionem cõ-
munem dicit. vnde quemadmodum huiuſ-
modi expreſsio cauſæ per filiã facta nocere
filijs ſuis non poteſt, ſic neque eidem filiæ
quando in hęreditate paterna ſuccedit cęte-
ris fratribus de mortuis; quæ rationes & ar-
gumenta admodum repugnare ſuperiori cõ-
muni ſententiæ videntur.
59 Nonus ✝ caſus proponitur cum filia renũ-
ciat bonis paternis cum iuramento intuitu
& contemplatione fratrum maſculorum, &
accidit mori patrem ſuperſtite filia & alia
nepte ex filio maſculo prçmortuo, licet e-
nim videatur in hac ſpecie excludi debere
filiam ab ipſa nepte quia in locum patris
ſubintrat,& illius perſonam repreſentat,ta-
men quia dicta renunciatio facta fuit contẽ-
platione & intuitu maſculinitatis,& hęc qua
litas non militat in nepte ex filio, ſic effici-
tur vt per neptem filia renuncians non ex-
cludatur,quinimo collata dote vna cũ nepte
admittetur Bartol.in l.liberorum col. 4. de
verbo.ſignifi.Alexan.Fulgo.& Iaſſo. in l.2.
ff.de in ius vocan. & præter relatos Cyn. &
Bertho.Soci.quos refert & ſequitur Moran.
in dict.diſputa.10.num.27.Crauet. non re-
latus ab aliquo conſi.42.num.1.cum ſequen.
debet igitur dos conferri in hac ſpecie Af-
flic.deciſio.161.Iaſſ. Capi.Socin. Gramma.
& alij quos refert & ſequitur Vrsill. ad Af-
flic.in dict.deciſio.161.num.1.vbi & ſcribit
60 communem eſſe opinionem; Eam ✝ tamen
& rectè declarat niſi filius poſt patrem mor-
tuus fuiſſet relicta filia, eo enim in caſu filia
renuncians excluderetur, ex quo ius illius
portionis renunciatę fuit iam quęſitum filio,
perquem ſemel excluſa ſoror perpetuo re-
manebit excluſa.
61 Id ipſum quod in caſu propoſito iudicandũ
quando moritur pater ſuperſtite filio & ne-
pote maſculo ex filia præmortua, exclude-
tur enim nepos licet maſculus quoniam cum
ex fœmina deſcendat ſicq. ex radice infecta
& illum excludi neceſſe eſt.reſoluit authori-
tate eiuſdem Bartol. Angel.& aliorum Mo-
ran.in loco citato:cuius vera opinio eſt cum
62 regulariter ✝ excluſa filia excludatur filius
licet maſculus ex ea,tamquam ex ſtipite vi-
tioſa digrediens cap. 1.§. hoc autem notan-
dum de his qui feu. dar. poſſ. cap. 1.de ſuc-
ceſſ. frat.ne nepos ſit melioris conditionis
quam illius mater l.ſi viua matre C.de bon.
mater. Anchar.conſi.339.num.6.innumeros
recenſet Tiraq.tract.de primoge.quæſt.12.
num.5.& quæſt.14.nu.5. Pinnl.conſil. 4.nu.
5.Carol.Moline.in conſue.Pariſi.vbi ita te-
nere omnes ſcribit §.16. num. 1.Pinel. in l.
3.num.19.vbi receptiſsimam affirmat C.de
bon.mater. Rojas in tract. de ſucceſsio. ab
inteſ.cap.3.num.31. Grat. qui communem
conſi.120.num.14.cum ſequent. lib.2. Ale-
xan.in l.ſed ſi hac §. liberos num.4. ff.de in
iuſ.

iuſ.vocan.latiſsimè qui alios plures ſupetaddit, Aluar. Valaſ.tract.de iur.Emphite.quęſ. 41.ad finem vbi ſcripſit, procedere opinionem in quauis diſpoſitione & caſu etſi in eo (quod tamen ſortius eſt) minime militet ratio conſeruandæ agnationis, quamquam ille in ſuo caſu contrarium teñeat; & nouiſsimè relatis multis diſputat egregie Petegri.trac. de fideico.artic.26.a num.1.alios prætereo.

63 Quæ † in prædicto caſu dicta ſunt ad aliū ſimilem deduci poſſunt, quando pater moritur inteſtatus ſuperſtire filio & filia dotata, qui quidem filius antequam adeat patris hæreditatē moritur ſuperſtite filia fœmina, in quam ex potentia euitatis tranſmiſit hæreditatem paternam ad text.in l. apud hoſtes C.de ſuis & legi.hæredi.& quæ per Barto.& omnes in l.ſi infanti C. de iur. delibe. Ratio ea eſt quam modo ſuperius reddidi, quoniam ex quo remanet fœmina neptis & in ea non concurrit ratio maſculinitatis cuius intuitu facta fuit renunciatio, non obſtāte tranſmiſsione minime excludet amitam ſuam; non enim pater hęreditatem adiuit, conſequenter non fuit ius quæſitum filio, & perinde eſt ac ſi mortuus fuiſſet viuo patre. celebris traditio Iacob.de Aretin. quem ſequitur ibi Salice.in l.1. C.de adulte. Socin. conſi.116.col.7.lib.3.& hos refert & ſequitur, dicens perpetuo notādam traditionem Moran.in d.diſputa.10.num.27. Alia quæ ad huius quęſtionis materiam pertinent, petenda ſunt ab his quæ quæſt.78.dixi.

SVMMARIVM.

1 *Cautela vtilis ad excludendum filias cum nuptui traduntur, ab omni hæreditate paterna materna & fraterna.*
2 *Berengarij opinio reprobatur.*
3 *Filia dotata ab ſtatuto excluſa ſimpliciter, à ſucceſsione dotantis tantum excluſa cenſetur.*
4 *Iuramentum de quo in cap. quamuis pactum de pact. in 6. vim habet tranſactionis.*
5 *Iuramentum deciſorium vim tantum habet tranſactionis.*
6 *Decij, Cœphali & Berengarij opinio confutatur.*
7 *Text. in cap. quamuis pactum de pact. in 6. procedit etiam cum filia renuncians nihil dotis nomine recepit.*
8 *Renunciatio quæ à filia fit cum iuramento, ab ipſo iuramento robur accipit.*
9 *Renunciatio à filia facta quæ renunciat bonis paternis, maternis & fraternis cum iuramento valida.*
10 *Statutum excludens filiam dotatam à bonis paternis, maternis & fraternis validum.*
11 *Renunciatio patri facta à filia de omnibus bonis paternis, maternis & fraternis valida in fauorem fratrum.*
12 *Renunciatio à filia facta patri vel matri de bonis maternis & fraternis, an fratrum præſentiam requirat.*
13 *Renunciatio iurata patri facta eo abſente nulla.*
14 *Renunciatio per filiam facta patri vel matri de bonis paternis, maternis, & fraternis, ſtante maxima læſione irritatur.*
15 *Tex. in cap. quamuis pactum de pact. in 6. non procedit ſtante dolo.*
16 *Renunciatio per filiam facta patri de bonis paternis, maternis & fraternis, nō nocet illius filijs quando mater prædeceſsit patri, matri, vel fratribus.*
17 *Moranta declaratio ad cōmunem opinionem.*
18 *Moranta traditio celebris.*
19 *Collatio ſolum habet locum vbi agitur de hæreditate aſcendentis non autem collateralis.*
20 *Filia renuncians bonis paternis non cenſetur renunciare bonis emphiteoticis vel feudalibus.*
21 *Baldi traditio inſignis.*
22 *Bonorum appellatione non veniunt Emphiteotica vel feudalia.*
23 *Bona Emphiteotica & feudalia quæ ex pacto & prouidentia tranſeunt ad hæredes extraneos, patrimonialia reputantur.*
24 *Bona Emphiteotica & feudalia in Cathalonia ad inſtar patrimonialium redacta fuerunt.*

QVÆSTIO. LXXXXIII.

RENVNCIATIO FILIAE in capitulis matrimonialibus qua ſe bonis paternis, maternis & fraternis renunciare iurat, quid & quantum operetur non longa reſolutione tractatum.

1 CVRANT † ſępius parentes dum filias nuptui tradunt omnem ipſis petendi hęreditatem viam pręcludere, atq. ideo hanc ſolent quandoque clauſulam inſerere, cautè agentes quam quidem cautelam multi vtiliſsimam arbitrantur vt poſt antiquiores animaduertit Graſſ.in §.ſucceſſio ab inteſtato quęſ.10.nu.16. Mencha. de ſucceſsio.creatio.lib.2.§.18.num.177. Gutier. in dict. cap. quamuis pactum in verbo omnino ſeruari num. 8. de pact. in 6. alios prætereo.

Huius vim clauſulæ pauciſsimi ex noſtris interpretibus tractarunt, nec ij quidem exa-
2 ctè 1 † Imprimis autem antequam ad illius explicationem accedam confutare oportet Beren-

Digitized by Google

Berenga. Fernan. opinionem qui. in cap. r. de filijs. nat. ex matri. ad morga. contra. 3. patt. cap. penul. num. 5. (licet is à nemine referatur) in dictæ clauſulę explicationē ſic cenſuit. Prima (inquit) facie videtur dicendum filiam, quę renunciauit bonis paternis, maternis, & fraternis, omnino repellendam eſſe à ſucceſsione patris, matris, & fratrum, adſtante dicto iuramēto ex diſpoſitione tex. in dict. cap. quamuis pactum de pac. in 6. cōtrarium tamen (ait ille) verius eſſe puto quod ſcilicet filia repelli minime debeat à ſucceſsione matris nec fratris, licet enim ex inſtrumento renunciationis conſtet de renūciatione prædicta in bonis maternis, & fraternis, quia tamen fit lege reſiſtente dict. l. pactum quod dotali C. de collatio. iuramētum filiam non obligat l. non dubium C. de legi. neq. datur illi iuramento robur ex diſpoſitione tex. in dict. cap. quamuis pactum, quia loquitur de renunciatione facta illi, à quo filia congruam dotem receperat, ex verbis tex. *dote contenta*, &c.

Cum ergo neque à matre neque à fratre fuerit dotem conſequuta quomodo renunciatio facta bonis maternis valeret, cuius renunciationis potiſsimum fundamentum eſt ex receptione portionis congruæ: Itaq. remanet ea renunciatio reſpectu maternæ, & fraternę ſucceſsionis ineficax & illegitima propter tex. in dict. l. pactum dotali, vt poſt multa Iaſſ. tenuit in d. l. ſtipulatio hoc modo concepta de verbo. obligatio. Idem dicendū putes (addit idem Berenga.) quando filia per matrem aut auiam dotata renunciaret bonis dotantis, & item paternis, nam patri ſuccedere nō prohiberetur, propterea quod renūciatio ſolum obeſt ne abinteſtato ſuccedatur dotanti d. ca. quamuis pactum, illic *à patre dotata*; Quo † pertinet alia notabi-
3 lis deciſio, quod ſi filia per ſtatutum vbi dotata fuit excluderetur à ſucceſsione ſolum excluderetur à ſucceſsione dotantis vt Bal. docet in l. 3. C. de legi. hæredi. Phil. Deci. conſil. 634. Renunciatio igitur non tam fulcitur iuramento, quam dotis receptione ab eo, cui renunciatur, quod pulchrē me docuit Anchar. in conſil. 39. quem eſt ſequutus Petruci. in l. 1. ff. de iur. iuran. in. 7. effect. iura-
4 menti. ea motus ratione † quod tale iuramentum de quo in d. ca. quamuis vim habet tranſactionis, quæ inquit non valet niſi aliquo dato vel retento l. tranſacto C. de tranſact. Sed bona illius venia dixerim ratio nō
5 congruit, quia ſolum iuramentum † deciſorium vim tranſactionis habet l. 1. de iur. iur. non autem contractus confirmatorū de quo in d. cap. quamuis pactum. Ad confirmationem noſtræ deciſionis adde quę Deci. conſil. 379. Hucuſque Berenga. id ipſum ante Berenga. reſpondit Cœphal. conſi. 142. nu. 24. lib. 1. & conſil. 406. num. 46. 47. lib. 3. qui citauit in ſuam opinionem Deci. in l. pactum dotali num. 8. C. de collat.

6 Verum † eorum ſententia vera non eſt & multis improbari poteſt; primo ſine lege loquuntur, ſine ratione, neque etiam authore; nam Iaſſ. per Berengarium citatus in dict. l. ſtipulatio hoc modo concepta non id dicit ad quod eum citat; neque etiam alij ab ipſo relati vt infra dicemus.

7 Secundo † communi & vera omnium interpretum ſententia receptum eſt diſpoſitionem text. in dict. cap. quamuis pactum nedū procedere vbi filia renunciat accepta dotis portione, ſed & cum nihil dotis nomine cōſequuta eſt: ſic multorum ſcripſi authoritate vera & recepta quęſt. 83. non repeto.

8 Tertio falſa † quoque illa Berenga. ratio eſt, qua affirmat, renunciationem vim accipere à dotis receptione, non enim niſi ab ipſo iuramento robur accipit dict. cap. quamuis pactum, in verbis, ſi tamen iuramento non vi nec dolo prę ſtito, quę verba apertiſsima ſūt, neque vllus ex noſtris hucuſque aliter ſenſit neque intellexit.

Quarto verum non eſt quod ille dixit, ſublata ſcilicet dotis receptione omnino remanete illegitimā & inefficacē renunciationem propter diſpoſitionē tex. in d. l. pact. dot. C. de collatio. quoniam hoc apertiſsime repugnat text. in dict. cap. quamuis pactum in verbis, *improbet lex ciuilis*, quæ verba referūt ſimulq. ſtante iuramento tollunt diſpoſitionem d. l. pactum dotali quemadmodum poſt glo. in d. ca. cenſuerunt omnes inconcuſſe.

9 Quinto communis † & recepta ſententia eſt valere renunciationem à filia factam in eum, quem ſuperius modum retulimus, cum renunciat bonis paternis, maternis & fraternis, quinimo vtilem admodum & proficuam eſſe hanc clauſulam dixi ſupra in principio quæſtionis authoritate Graſsi Mencha. & Gutier. Berenga. itaque opinio & Cœphal. noua eſt & communibus multis aduerſatur opinionibus proinde reijcienda, nam neque Deci. in conſi. à Beren. relato id dicit. Sed neque ea ratio quam adducit idem Beren-
10 ga. de ſtatuto † excludente filiam dotatam vt intelligatur excludere ſolum à ſucceſsione dotantis quidquam facit; nam vel ſtatutū excludit filiam renunciantem ſimpliciter, & tunc verum eſt eam excludere ſolam à ſucceſsione dotantis, aut vero vlterius progreditur & excludit eam à ſucceſsione paterna, materna, & fraterna, prout in caſu noſtro, & in hac ſpecie cenſetur excluſa ab ſtatuto nedum à ſucceſsione dotantis, ſed & ab alijs expreſ-

expreſsis, ſic in terminis & punctu reſpondit Deci.conſil.379.num.8.& id ipſum dixerat in eiſdem terminis Roman.conſi.485. quem etiam Deci.citauit, vnde traditio illa Berenga. magis ipſius infringit ſententiam.

11 Quare † pro regula conſtituendum renunciationem à filia factam patri de bonis illius, maternis & fraternis valere omnino, & prodeſſe cæteris fratribus vel ſororibus, quorum contemplatione facta fuit; ſic cenſent Graſſ.Mencha.& Gutier.in princi.quęſtionis relati, ſic etiam authoritate Andre. de Alexan.Angel.& Bal.docet Math.de Afflic.deciſio. Neapoli.161.num.2.& 3.apertiſsime Deci.dict.conſi.379.num.8.in verſi. Sed ita pariter dicendum eſt in iſta renunciatione; Carol.Ruin.conſi.98.a num.1.lib. 1. licet in ſuo caſu propter alias tamen rationes contrarium reſponderit. Moran. in diſput.10.num.29.vbi tamen limitat quando morerẽtur omnes fratres,& ſorores ſine filijs ab inteſtato,ex quo non habet filia impedimentum quo minus ſuccedat. Et præter relatos ſenſit idem Deci.conſi.31.quem refert Caphal. conſi.605.num.18.lib.4.& relatis Roma.& Iaſſo.ſequitur Vrcill.in additio.ad Afflic.in dict.deciſi.161.Caſſan.conſil.24. num. 11.quem etiam Vrcill. retulit. Crauet.conſi.84.num.4.& 5.Menoch.conſ. 196.num.47.& 55.lib.2.Atque adeo valida eſt huiuſmodi renunciatio vt nec per ſuperuenientiam liberorum poſsit reuocari vt dicam infra quæſ. 89. Hæc autem communis opinio quibuſdam modis declaranda eſt alioquin vix eſt vt ſuſtineri poſsit.

12 Primo † vt procedat quando renunciatio facta de bonis maternis & idem de fraternis intelligendum,fieret præſente matre & fratribus,quorum ſucceſsioni renunciatur alioquin ſi eis abſentibus minime valeret; probatur huiuſmodi declaratio ex his , quæ ex communi, & receptiſsima fere omnium interpretum noſtrorum traditione ſcripſimus hoc li.& ſectione quæſ.76. quo in loco mul-

13 tis adductis oſtendi † renunciationem à filia factam patri abſenti de illius bonis,& hęreditati etſi iuratam,nullius eſſe roboris , niſi poſt acceptetur per patrẽ , vel notarius pro eo fuerit ſtipulatus , illic dicta non repeto: vnde quemadmodum patris requiritur præſentia in filię renunciatione , idem in matre cui renunciatio fit; atque id ipſum in fratribus:Et in terminis de renunciatione hęreditaris maternæ vt ipſius requiratur præſentia reſpondit Cæphal. conſi. 605. num. 22. ad medium li.4.vbi expreſsim in hunc modum declarat diſpoſitionem dict.cap.quamuis pactum ; & in eiſdem terminis reſpondet Crauet. conſil.42. numer.5. vbi Alexan. Deci. Calcan. & Socin. refert.

14 Secundo declaratur † ne procedat vbicunque ex tali renunciatione per filiã facta de bonis paternis, maternis,& fraternis,remaneret grauiſsime lęſa , quod tunc contingeret quando non maxima dote accepta his omnibus hæreditatibus renunciaret,quoniã ſi id admittunt interpretes noſtri in lęſione; quæ filiæ contingit propter ſolam hæreditatis paternæ renunciationem vt inferius ſuo in loco dicetur, certè magis multo id ipſum recipiendum eſt cum tribus modica dote cõtenta hæreditatibus renunciat , maxime ſi

15 pro matris hæreditate nihil recepiſſet. † Rationem eam eſſe voluerunt nunc citandi interpretes,quoniam diſpoſitio d.ca.quamuis pactum non procedit ſtante dolo , vt ex verbis eiuſdem text. percipitur , at in tam grauiſsima lęſione præſumitur dolus ex propoſito , eundem quo dolum dediſſe cauſam renunciationi maxime in puellis , quæ vel terrore incuſſo, aut metu parentum ſaltim reuerentiali facile renunciant dum id petunt parentes ; ſic egregie in filia,quæ dote contenta renunciauerat quinque hęreditatibus reſpondit multis iuribus & rationibus Anchar.conſ.32.num.2.& poſt Crauet. Corne. & Parriſi.conſuluit Cæphal. conſi. 405.num. 43.44.45.cum ante & poſt ſequent. libr. 3. vbi etiam reſpondit pro filia,quæ quinq. hæreditatibus renunciauerat ; id ipſum multa adferens argumenta proſequitur erudite idẽ Cæphal. conſi.142.a num.1. toto illo conſilio lib.1.idem Cæphal. conſi.207.num. 76. Socin.iuni.conſi.67. num.6.li.2. Deci.conſ. 379.num.14. pulchrè M. A. Euge.conſ. 12. nu.23.24.ſed de hoc articulo inferius etiam agemus quæſt.90.

16 Tertio declaratur † vt filia ad paternam, maternam , nec fraternã ſucceſsionem poſſit aſpirare dum ipſa poſt mortem prædictorum deceſſerit,delata ſibi hæreditate,quo in caſu modum ipſa,ſed nec filij ex ea admitti poterunt tamquam ex matris perſona (quæ ſemel fuit excluſa) venientes, ſecus vbi nepotes venirent ex propria perſona prædefuncta matre prędictis in quorum renunciauit fauorem,& hoc quidem procedit ſiue filia fuiſſet dotata de bonis maternis,ſiue non hanc dixit communem, & receptam authoritate Alexan.in dict.l. pactum dotali, Mo-

17 ran.in diſputa. † 10. nu.32. intelligens hoc procedere collatis dotibus per nepotes alias ſecus. Et licet circa hanc declarationem aliqui tenuerint contrarium , quod ſcilicet filia licet viuo patre moriatur illius filij ex propria perſona venire non poſsint, quales Bald. Alexand.& Deci. quos refert Crauet. conſi. 84. num. 5. ad medium: idem tamen Crauet.

Crauet.eodem in loco contrarium cenſuiſſe
ſcribir Gozadi.& eundẽ Deci.dicentes hanc
communem, ſubditque Crauet. ſe credere
quod in practica obſeruaretur huiuſmodi re
nunciationem non nocere nepotibus.

18 Quarto declaratur † quoties agereeur de
bonis fraternis,in hac ſpecie cenſuit Moran.
d.diſputa. 10.num. 33. idem per omnia di-
cendum quod de bonis maternis,& ipſorum
renunciatione,differentiã tamen in eo conſ-
tituit, eum ſoror,quę renuncianit fraternis
dotem à fratre ſui renunciatum fuit,habuir,
dotemque illam raram habuit pro ea por-
tione,quæ ſibi contingere poſſet ab inteſta-
to,vbi frater inteſtatus moreretur,tunc ſanè
ſiue ſoror moreretur viuo fratre;vel eodem
mortuo vtroque caſu illius filij minime ad-
mitterentur ſtantibus alijs fratribus vel ſo-
roribus,auunculis ſcilicet,vel amitis. Ratio-
nem reddit Moran. quia inquit ceſſat ratio
19 collationis ineundæ in hoc caſu, † cum col-
latio ſolum locum habeat vbi agitur de hę-
reditate aſcendentis non autem collateralis
iuxta gloſ.communiter ab omnibus receptã
in l. 1. C. de legi. hæredi. cũ alijs per eundẽ
citatis;vnde quemadmodum ſi viueret ſoror
& ſucceſſionem optaret repelleretur prop-
ter renunciationem, neque in eo caſu locum
haberet collatio , id ipſum recipiẽdum in fi-
lijs,qui illis ſuccederent , præcipuam enim
abſque collatione dotem retinerent,tum &
ſucceſsionem vindicarent,quod iniquiſsimũ
eſſet;quod ille ex Roman.deduxit:quę om-
nia diligenter notanda erunt,tamquam vti-
lia,& quotidiana nec ab aliquo hucvſque ſic
declarata.

20 Aduertendum † autem filiam quæ renun-
ciauit bonis paternis ex his verbis non vi-
deri renunciaſſe bonis Emphiteoticarijs,vel
feudalibus vbi ex pacto & conuentione fœ-
minæ admitterentur;non enim his bonis re-
nunciare cenſerur,etſi iuramento adiecto re-
nunciaret,quia alio iure filiæ debẽtur quam
ex diſpoſitione paterna, ſic in terminis dict.
cap.quamuis pactum de pact.in 6.ſcripſerũt
Aluarot.& Alexan.in ca. 1. de eo qui fidem
fe.agna.Pariſi.latè conſi.12.num.56. libr. 1.
Gram.deciſio.Neapoli. 101.num. 10.& qui
hos refert,& ſequitur Dida.in d.cap. quam-
uis pactum 3.part.§.3.num.6.quam opinio-
nem veriſſimam eſſe dixit inibi,niſi aliud ex
pactis colligeretur, & præter ſuperius rela-
tos à Dida.idem docuerunt in proprijs ter-
minis Bald.in l.1.quęſtio.50.ff.de rer.diui-
21 ſio. † cenſuit Bald.quod ſi vnus ex fratribus
renũciauit feudo paterno,& deinde feudum
mortuo patre peruenerit ad alios fratres, ſi
poſt vnus ex his decedat, qui renunciauit fi-
lius ad ſucceſsionem illius feudi vacãtis per-
uenire poteſt,ex tex.in l. Paulo Callimacho
§.1.de lega.3.& tex.in dict.cap.1.de eo,qui
finem feci.agna.ſequti ſunt Baldum Alexan.
Iaſſo.Tiraq.& Clar. quos refert & ſequitur
Menochi.conſi. 335.num. 5.licet is poſt nu.
37. aliud ſenſerit propter rationem diuer-
ſam,quæ in ſuo caſu vindicabat.

22 Et generale eſt nedum † in contractibus
inter viuos,ſed etiam in vltima voluntate vt
Emphireotica,& feudalia aliorum bonorum
23 appellatione non veniant,niſi † ipſorum na-
tura altera fuiſſet Barto. in l. ſi patroni vbi
poſt eum cæteri ff.ad Trebelli. S. C.lariſsi-
me multas hinc inde adferens opiniones,&
diuiſiones Manti. in commenta. de coniect.
vlti.volun.lib.7. tit.9.a num.1. Bald.Socin.
Alexan.Bettazol.Clar.Roland. Menochi.&
alij numero plures diſtinguens,& ſubdiſtin-
guens Peregrin.in commen.de fidei.artic.6.
num.18.cum ſequent.

24 Sanè vno in caſu † non procederet Dida.
& aliorum opinio quando ſcilicet bona Em-
phireotica vel feudalia ex pacto,& prouidẽ-
tia tranſirent ad hæredes extraneos,vel cum
lege aut conſuetudine (vti in hoc vaſtiſsimo
principatu Cathaloniæ) reducta fuiſſent hu-
iuſmodi bona ad inſtar patrimonialium, in
hac ſpecie proculdubio renunciatio per fi-
liam facta comprehẽderet bona Emphiteo-
tica & feudalia Socin.iuni. conſi.79.nu. 21.
lib.4.Menoch.conſi.161.num.14.lib.2.fusè
multis alijs citatis idem Peregrin.d.articu.
6.num.30.31.alios prætereo.

SVMMARIVM.

1 *Renunciatio facta per filiam patri cum iura-
mento de illius hæreditate,non impedit quin
hæres à patre inſtitui poſſit.*

2 *Renunciationes,quæ per filias aut filios fiunt
de hæreditatibus paternis odioſæ.*

3 *Renunciationes,quæ per filias fiunt parenti-
bus,cum fiant fauore parentum non debent
in ipſorum odium retorqueri.*

4 *Libertas teſtandi maxima.*

5 *Tex.in l.ſi patronus non aluerit ff. de ope. li-
ber.declaratur.*

6 *Tex.in cap.2.ex.de renunciatio.expenditur.*

7 *Renunciatio iurata ius tantum de præſenti
comprehendit.*

8 *Iuramentum regulatur ſecundum naturam
contractus cui interponitur.*

9 *Renunciatio per filiam facta fratribus & eo-
rum contemplatione, non impedit quin hæ-
res à patre inſtitui poſsit.*

10 *Renunciatio per filiam facta patri, non impe-
dit quin ab eodem patre poſsit filiæ inter
viuos donari.*

11 *Renunciatio per filiam facta patri, non impe-
dit*

dit quin hæres inſtitui poſsit â patre etiam in eo teſtamento,quod ante renunciationem conditum erat.

12 *Renunciatio per filiam facta patri de omni iure ſibi competenti etiam ex quauis inſtitutione paterna, non impedit quin à patre hæres inſtitui poſsit.*

13 *Filia quæ renunciauit patri hæres inſtituta ab eo,iura ſuitatis recuperat.*

14 *Renunciatio filiæ patri facta nõ impedit quin ab eodem patre,nedum in ſpecie,ſed & in genere hæres inſtitui poſsit.*

15 *Exhæredatione generali etſi filij non contineãtur quia actus odioſus, in actu tamen fauorabili inſtitutionis vtique.*

QVÆSTIO. LXXXXIIII.

RENVNCIANS FILIA CVM iuramento paternæ ſucceſsioni, quando & quibus caſibus hæres inſtitui vel eidem aliquid legari poſsit.

1 AB omnibus fere † interpretibus noſtris obſeruatum video, filiam,quæ adhibito iuramento paternæ renũciauit ſucceſſioni, (idem de materna vel fraterna cenſendum) poſſe nihilominus à patre inſtitui, vel eidem aliquid in teſtamẽto relinqui aut legari, poteritque filia iure optimo inſtitutionem agnoſcere & hæreditatem petere,etſi fratres alij vel ſorores aduerſentur eodemque modo legatum petere:

2 Rationem † reddiderunt doctores,quia cum renunciationes huiuſmodi ſint odioſę & iuris ſtricti,conſequenter non extenduntur ad aliam perſonam vel cauſam,neque ad ius de nouo ſuperueniens l. iubemus C.ad Velleia. l. Aurilius §. teſtamento de libe. lega. dixi multorum authoritate ſupra quęſ.73.

3 Altera huic elegans adiungi † ratio poteſt,quoniam huiuſmodi renunciationes fiũt fauore parentum,matris,vel fratrum, quod ſi in hæredem inſtituere renũciantem filiam nõ poſſent inducta fauore in ipſorum odiũ, & detrimentum retorquerẽtur aduerſus iuris regulam l. quod fauore cum vulgat. C. de legib.

4 Tertia additur ratio quia † impediretur libera teſtandi facultas tãtopere priuilegiata l.ſtipulatio hoc modo cõcepta cum ſimili. de verbo.obliga.l.1.C.de ſacro.Eccleſi.

5 Probat † autem aperte hanc ſententiam text.in l. ſi patronus non aluerit ff. de ope. liber.quo in tex.deciditur patronum,qui nõ aluit libertum tempore neceſsitatis priuari quidem iure ſuccedendi in bonis liberti,
poſſe tamen ab eodem liberto hæredem in
6 teſtamento inſtitui:concinit † & tex. in cap.
2.ext.de renunciatio. vbi qui beneficio renunciauit cum iuramento,non poſtea prohibetur quin de eo ex noua cauſa canonice
poſſit inueſtiri. ex quo tex.glo.Anto.Panor.
Imol.& cęteri omnes illud prodiderunt vulgatum,de quo millies dixi in pręcedentibus
7 quęſtionibus; renunciationem † ſcilicet iuratam reſtringi ſemper ad ius de preſenti competens non autem ad id quod ſuperuenit ex nouo iure non enim cenſentur partes de eo iure cogitaſſe l.cum aquiliana de trãſactio.l.qui cum tutoribus §.final.eod. titul. l.ſi ita ſtipulatus fuerim §.1. L. ſi a colono de verbo.obligatio. quinimo remittens ius futurum cenſetur remittere ſolum illud,quod habet cauſam de præſenti tantum non aliud l.quod ſeruus ff.de condic.ob.cau. vbi id ipſum Barto.Bald.Alexan.Iaſſo.& cæteri docuerunt idem Bartol. & alij turmatim poſt eum in l.qui Romæ §.duo fratres de verbo. obligatio.idem Barto.in l.1.ibi Iaſſo. num. 17.Rip.num.26.Zuchar.nu.159.C.de pact. recenſet multos Surd.conſi.15.num.28.lib. 1.conſil.308.num.30.lib.3.

8 Porro iuramentum † in renunciatione adiectum à contractu ſuo,cui adijcitur, regulatur; vnde cum renunciatio per filiam facta, cenſeatur eo fine celebrata ne ipſa aduerſus patris voluntatem recurſum ad bona illius habeat, iuramentum eam etiã ſumet conditionem tacitam, quæ deficit cum pater filiã hæredem inſtituit, vel eidem aliquid legat, vel relinquit.argu.text.in l.final.ff.qui ſatiſ. cogan.& tex. in cap. ad noſtram ex. de iur. iuran.Quare quod renuncians filia hęres inſtitui poſsit docuit Bal.in dict.l.pactum dotali quęſ.3.C.de colla.vbi Roma.& Corne. idem Bal.in l.final. num.13. C.de pact. vbi Iaſſo.num.23.Barto.in dict.l.ſtipulatio hoc modo concepta de verbo.obligatio. ſpecul. Aretin. Bal. Domini. Roma.Alexan. Natt. & Iaſſo.quos refert & ſequitur Anto. Gom. in l. 22. Taur.num. 10. ad finem Moran.in diſputa. 10. num.25. Berenga. Fernan.ſolo Decio relato.in cap.1.de filijs nat.ex matri. ad morga.contract.vlti. par.capi. penul.nu. 10.verſic. Dubitabit aliquis Zazi. dicens id eſſe apud omnes expeditiſsimum in d. l.ſtipulatio hoc modo concepta nu. 32. repetit communem Graſſ.in §.ſucceſsio ab inteſtato quæſt.10.num.8.Cagnol.in l. final. num. 98. C.de pact. Crot.in dict. l. ſtipulatio hoc modo concepta nu.26. eandem communem appellat Claud.num.11.Ex Hiſpanicis noſtris idem cenſuerunt Anto. Gom.in d. l.22. Tau.num.10.ſupra citatus, idem in l.24.nu. 8.Gutier.in d. ca. quamuis pactum in verbo

omnino

Digitized by Google

omnino ſeruari, nu. 11. de pa̱. in 6. & ante ipſum ibidem Dida. in 3. par. in principio, num. 8. Telli. qui multos refert in l. 6. Tau. num. 40. Vazqui. Mencha. de ſucceſsio. creatio. lib. 2. §. 18. num. 138. vbi octo adduxit rationes in opinionis cõmunis comprobationem. eleganter Ludo. Molin. tract. de Hiſpano. primo. lib. 2. ca. 3. num. 6. vbi eam reddit rationem, quam & ſuperius tetigi, quia potuit pater in cuius fauorem iuramẽtum principaliter emiſſum eſt, illi renunciare; neq. capiendo ex teſtamento periurium incurrere poteſt, quod authoritate Bal. Roman. Crot. Math. de Aflic. & Telli. comprobat. iuxta hanc ſententiam decidit Afflict. vbi Vrcill. ad eum deciſio. 350. & nouiſsime Surd. deciſio. 14. nu. 4. vbi nonnullos ex antiquioribus adduxit, poſt Anto. Gabri. qui multos in commu. titul. de iur. doti. con. 1. num. 27. Tiraq. tract. de mor. 2. part. decla. ra. 8. num. 1.

9 Extenditur † primo communis traditio etiam ſi renunciatio non fieret patri, ſed fratribus, & eorum contemplatione, quod fortius eſt. ſic Barto. in d. l. ſtipulatio hoc modo concepta num. 4. vbi Iaſſo. num. 13. ſcribit Bartoli doctrinam & deciſionem fore pulchram quoniam loquitur in fortioribus terminis cum renunciatio fit fratribus, ſequuntur alij ibidem & Surd. dict. deciſio. 14. nu. 4. ad medium & num. 6. & 7. Rodrig. Xuar. quem ſequitur & refert Didac. in dict. cap. quamuis pactum 3. part. in princi. num. 8. quos Surd. prętermiſit. latius multos citans comprobat Anto. Gome. in dict. l. 22. Taur. num. 31. Moran. in d. diſputa. 10. num. 25.

Secundo extenditur vt idem procedat in quouis legato & relicto, ſic omnes nunc relari, eadem enim ratio eſt de legato, quæ de iuſtitutione.

10 Tertio extenditur † vt nedum filia in vltima voluntate inſtitui poſsit vel eidem aliquid relinqui; ſed & inter viuos donari decidit Afflic. vbi Vrcill. deciſio. 350. a num. 1. Gutierr. in dict. ca. in verbo, omnino obſeruari num. 11. ad medium comprobat multis rationibus Afflic. dict. deciſio. vbi ſic communi voto deciſum teſtatur.

11 Quarto † extenditur non tantet quidem, vt & filia poſsit capere ex teſtamento etiam tunc cum reperitur inſtituta in teſtamento, vel cum legatur ſibi, in eo, quod ante renunciationem fuerat conditum, nam ex quo per manſit in eadem volontate, nec mutauit teſtamentum, viſus eſt cum illo & in eo ſcriptis decedere voluiſſe; ſingularis fuit traditio Aretin. in l. qui ſuperſtitis ff. de acqui. hæredi. quem refert & ſequitur Anto. Gom. in d. l. 22. Tau. num. 10. verſic. Imo quod magis eſt, qui neminem alium citat. Crot. in dict. l. ſtipulatio hoc modo concepta num. 44. de verbo. obligatio. Pariſi. conſil. 95. num. 36. li. 3. Surd. dict. deciſio. 14. num. 8.

12 Quinto extenditur † vt procedat etiam caſu, quo filiæ renuncians cum iuramento renunciaſſet iuri competituro ex quauis inſtitutione etiam paterna, adhuc enim hæres inſtitui à patre poſſet; quia poſsit pater remittere iuramentum filiæ vt in ſuperioribus dixi, & probatur text. in l. cum ita legatum ff. de condi. & demonſ. ita ex Bald. Pariſi. & alijs teſtatur receptam Graſſ. in §. ſucceſsio ab inteſtato queſt. 10. num. 8. & 9. Roma. & Alexan. quos refert licet is & male contrarium teneat Mencha. de ſucceſsio. creation. lib. 2. §. 18. num. 144. & 145. Bald. Roman. Iaſſ. Rodri. Xuar. Telli. & Mexia. quos citat & ſequitur Gutier. in dict. cap. quamuis pactum, in verbo omnino ſeruari. num. 12. & nouiſsime his non relatis Surd. dicens communem & ſecundum ipſam iudicatum dict. deciſio. 14. num. 8. Ludo. Molin. de Hiſpao. primo li. 2. cap. 3. num. 6. qui alios, vbi hanc tenendam opinionem dixit.

13 Sexto † extenditur vt adeo vera ſit communis traditio, quod per inſtitutionem filiæ renunciantis, eadem ipſa vel etiam filius ſi renunciaſſet, reciperent iura ſuitatis veluti ſi nunquam renunciaſſent. l. qui in aliena §. interdum ff. de acqui. hæredi. quem tex. dixere ſingularem & vnicum Bartol. Bal. Caſtren. Cuman. Alexan. Aretin. Imol. Iaſſ. Roma. Fabe. quos coacervat Anto. Gom. in d. l. 22. Taur. num. 10. ad medium in verſic. Et in tantum concluſio eſt vere &c. Vbi & aliter & erudite comprobat.

14 Septimo † extenditur ex eiuſdem Anto. Gom. traditione in dict. loco nedum cum filius vel filia renuncians expreſsim hæres inſtituitur & nominatim, verum vbi in genere & indiffinite, veluti quando pater vel mater, dicunt inſtituo omnes filios meos hæredes, nã & in hac ſpecie ſuccedet filia renũcians, quæ vna cum alijs inſtituta cenſetur. Rationem reddit egregiam, † quoniam licet in

15 actu odioſo exhęredationis generice & indefinite facto non contincatur aliquis filius, tamen in actu fauorabili inſtitutionis: aut legati comprehenduntur omnes filij, niſi ex coniecturis de contraria appareat voluntate l. 2. vbi gloſ. & cæteri omnes ff. de libe. & poſthu. l. ſi quis ita dixerit in princi. & §. 1. ff. de teſtam. tutel. cum alijs per eundem Gomez citatis; vbi & ſcribit ſic ab eo conſultum fuiſſe, & tandem ſententia terminatum. quę omnes ſuperius traditę extentiones diligenter congeſtæ notandæ ſunt.

SVMMA.

SVMMARIVM.

1 *Renunciatio per filiam facta in contractu matrimonij, an reuocetur per ſuperuenientiam liberorum.*

2 *Diſpoſitio l. ſi vmquam C. de reuoca. donatio. non procedit niſi cum donans de liberis cogitauit.*

3 *Cogitatio de liberis in genere non ſufficit in diſpoſitione legis ſi vmquam C. de reuo. donatio.*

4 *Renunciationes donationes dicuntur.*

5 *Donationes rei notabilis ex diſpoſitione l. ſi vmquam reuocantur.*

6 *Donatio etſi iurata reuocatur ex diſpoſitione l. ſi vmquam C. de reuo. donatio.*

7 *Renunciatio per filiam facta patri ſecundum multorum opinionem non reuocatur per ſuperuenientiam liberorum.*

8 *Diſpoſitioni l. ſi vmquam, locus non eſt vbi renuncians vel donans cogitauit de liberis.*

9 *Mulier matrimonium contrahens de liberis cogitaſſe præſumitur.*

10 *Rolandi dictum egregium.*

11 *Rolandi conſilium.*

12 *Diſpoſitio l. ſi vmquam C. de reuocan. locum non habet in donationibus ob cauſam.*

13 *Pactum inter virum & vxorem quod ſoluto matrimonio morte mulieris portio certa remaneat apud virum, validum.*

14 *Ludouici de Molin. diſtinctio.*

15 *Ludouici de Molin. diſtinctio improbatur.*

16 *Diſpoſitio l. ſi vmquam C. de reuo. non procedit in iuribus quærendis.*

17 *Renunciatio legitimæ per filium facta patri non retractatur prætextu enormiſsimæ læſionis.*

18 *Cogitatum de liberis cenſetur in dubio vbi ex ſubiecta materia id præſumi poteſt.*

19 *Diſpoſitio l. ſi vmquam ex magis communi ſententia non procedit vbi in genere ſaltim fuit de liberis cogitatum.*

20 *Diſpoſitio l. ſi vmquam C. de reuoca. donatio. non procedit in iuribus vel hæreditatibus acquirendis.*

21 *Diſpoſitio l. ſi vmquam C. de reuoca. donatio. non habet locum in donatione ob cauſam.*

22 *Filia renuncians adiecta clauſula, qua promittit cuſtodire omnia & obſeruare, neque aduerſus ea venire quauis cauſa vel ratione, quæ dici vel excogitari poſſet, excludit filiã à beneficio l. ſi vmquam C. de reuo. donat.*

QVÆSTIO. LXXXXV.

RENVNCIATIO FILII VEL *filiæ in contractu matrimonij, an ex ſuperuenientia liberorum reuocetur.*

1 IN ea aliqui fuerunt † ſententia,
quia exiſtimauerint renũciationem in contractu matrimonij à
filio vel filia factam propter ſuperuenientiam liberorum reuocari ex diſpoſitione text. in l. ſi vmquam C.
de reuo. donatio. quam opinionem tenuerunt Parpal. in l. 2. num. 32. ff. ſolut. matrim.
Rip. in dict. l. ſi vmquam quæſt. 22. Bertran.
ante ipſos conſi. 312. lib. 3. & eos ſequutus
fuit aliquando Dida. (ſibi contrarius vt infra dicemus) in cap. Raynaldus §. 2. nu. 42.
ex. de teſtam. Duabus vel tribus potiſsimũ
2 mouentur rationibus: prima † quia diſpoſitioni dictæ l. ſi vmquam non eſt locus, niſi
cum donans de liberis cogitauit, in ea enim
ſpecie ſi ſuperueniant reuocatur donatio in
vim illius tex. atqui in dubio præſumendum
donantem non videri de liberis cogitaſſe
ſecundum Barto. traditionem communiter
receptam in l. Titia §. imperator de lega. 2.
quem ſequuti ſunt communiter interpretes
quos longa ſerie recenſet Tiraquel. in d. l. ſi
vmquam, in præfatio. num. 67. Menoch. conſil. 196. num. 43. lib. 2. ita fit vt reuocationi
locus detur.
3 Secundo † quia etſi affirmauerimus fuiſſe
de liberis cogitatum, eſſet in genere, nequaquam in ſpecie, cæterum generica cogitatio
non ſufficit in terminis dict. l. ſi vmquam
Parpa. in dict. l. 2. num. 33. Pariſi. conſil. 73.
nu. 50. lib. 3. Corne. & Iaſſ. relati ab eodem
Meno. dict. conſi. 196. num. 44.
4 Tertia ratio † quoniam huiuſmodi renunciationes donationes dicuntur l. hoc iure §.
1. ff. de donatio. l. ſi quis delegauerit ff. de
nouatio. quinimo inter patrẽ & filium quodammodo donationes dici poſſe dixi relatis multis ſupra queſ. 73. † at donatio ſiue
5 ſit omnium bonorũ, ſiue partis illorum, aut
rei notabilis infringitur natiuitate liberorũ
ex diſpoſitione dict. l. ſi vmquam vbi Rip.
receptam dixit quæſt. 8. & 9. eandem relatis
multis dixit receptiſsimam Rolan. conſ. 11.
num. 19. & 20. li. 1. vbi ſubiungit multorum
6 authoritate idem fore † etſi iuramentum
fuiſſet in donatione adiectũ, quinimo & locum eſſe communi ait etſi iuratum fuiſſet
donationem non reuocare aliqua ratione
vel cauſa: conſequenter renunciatio de qua
agimus ex liberorum ſuperuenientia reuocari debebit.
7 Alij alteram † amplexi fuerunt ſententiã
contrariam, minime reuocari poſſe, & cum
multa adferri poſsint argumenta, quatuor
tantum ipſaque vrgentiora adducemus.
Primum illudque magis vrget ſumitur ab
authoritate gloſ. iuncto tex. in d. cap. quamuis pactum in verbis, dum nuptui tradebatur;

tur;cum igitur illic dubitaretur an renuncia-
tio filię iurata ſibi præiudicium inferret, de-
cidit text. filiam renunciatione excluſam
omnino eſſe,ſed neque filios illius poſt ſuſ-
ceptos quidquam ex portione renunciata
petere poſſe.Senſit glo.ibidem recepta, ſic-
que ex ea gloſ.iuncto text. reſpondit Alex.
conſi.29.lib. 3.vbi & hanc communem opi-
nionem aſſerit, & eadem argumentatione
poſt Alexan. vſi ſunt Deci. conſil.181. Me-
nochi.conſil.196. libr.2. num.47.in verſic.
Tertio ſufragatur vbi Corne. Socin. & Ti-
raquel. adfert eandem adducentes ratio-
nem: Socin. Corneli. Deci. & Pariſi. quos
ante Menochi. citauerat Rolan. dict. conſi.
11.num.23.lib.1.
8 Secundo † quia diſpoſitioni dict. l.ſi vm-
quam locus non eſt vbicunque donans vel
renuncians cogitauit de liberis, iuxta tradi-
tionem Bartol.communiter approbatam in
l.Titia §.imperator de legat.2. quam dixe-
runt communem Socin. conſil. 147. libr. 3.
Bartol.Bald.Ray. Socin. ſeni. Ruin.& alij
quos refert & ſequitur Menochi. dict. con-
ſil.196.num. 46.Rolan. ab eo. prætermiſſus
dict. conſil. 11.num. 30. qui & communem
dixit. at mulier matrimonium contrahens
& in ipſo renuncians ſemper videtur de li-
beris cogitare, quia gratia ſobolis pro-
creandę, & liberis replendi ciuitates prin-
cipaliter contrahitur, l.1.ff.ſolut. matrimo.
l.1.§.ius naturale de iuſ. & iur. notiſſimum
enim eſt matrimonium tria potiſſimũ bona
ſecum fere, prolem ſcilicet, fidem, & Sa-
cramentum,cap. omne itaque 27. quæſt. 2.
9 dixi libr.1. ideo † qui vxorem vel virum
ducit de prole cogitaſſe præſumitur; vnde
10 dixit egregie † Roland.poſt ſoci. ab eo re-
latum dict. conſil. quod licet in dubio non
cenſeatur quiſquam cogitare de filijs, id ta-
men procedit in iam nupta vel in virgine
adhuc non deſponſata renunciante,quæ non
præſumitur de liberis cogitare, ſecus in ea
quæ nubit; & hanc conſiderationem ample-
xit ſunt aliqui per Tiraquel. relati. in dict.
l.ſi vmquam in præfatio. num.67.& 70. vbi
receptiſſimam dixit; limitando eam qui-
buſdam modis vt per eum ibidem; reiecta
opinione illius contrarium ſentientis in d.
l.ſi vmquam quæſt. 22. num. 47. quam im-
probauit ſequendo communem Menochi.
in citato conſi.196.num. 53.& Rolan. ante
ipſum quem non refert dict.conſil. 11.num.
31. vbi ad id Pariſi.Corne. Socin. iuni.Ti-
11 raquel. & alios adfert. † Quinimo authori-
tate Angel.& cuiuſdam Leoni.Peruſinorum
ſcripſit Rolan.d. conſi.num. 31.ad medium
puellam, quæ in contractu matrimonij renũ-
ciauit bonis paternis,maternis, & fraternis,
adeo ſuam valere renunciationem, vt neque
propter ſuperuenientiam liberorum poſſit
retractari dixi ſupra quæſt. 87. & ſequitur
Dida. ex eadem filiorum conſideratione d.
§.3.num.final.
12 Tertio adſtipulatur † admodũ quod diſ-
poſitio d. l. ſi vmquam non habet locum in
donationibus ob cauſam factis, ſcilicet ob
dotem receptam vt non ſemel dixi;maxime
vbi dos eſt exceſſiua habito reſpectu ad va-
lorem bonorum paternorum de quibus fuit
dotata: quia datio dotis in hac ſpecie cor-
reſpondet cauſę, quęmadmodum ex Alex.
Deci.Gozadi.& Pariſi.deducit Rolan. dict.
conſi.nu. 32. dixi de veritate ſuperius quęſ.
86.verſi. Septimus caſus,& inferius eadem
quęſt.verſi.Sanè vt ad caſum, &c. vbi aduer-
ſus communem tenui;cæterum data veritate
illius vrget hęc argumentatio, quoniam ſi in
donationibus ob cauſam non vindicat diſ-
poſitio d.l.ſi vmquã, & hæc dicitur donatio
ob cauſam,conſequenter diſpoſitioni d.l.lo-
cus eſſe non poteſt. vt in terminis docuit
Rip.in d.l.ſi vmquam quęſ.14.& reſpon.15.
li.3.Ruin.& Socin. iuni.quos ſequitur idem
Rolan.d.conſi.11. nu.32.ad finem Dida. d.
§.3.nu.8.in extremis verbis Meno.d.conſil.
196.num.47.verſi.Quarto confert.
13 Quarto † concinit text. in l.vni. C.ſi dos
conſi.matrimo.coniuncta traditione gl.ibi-
dem & aliorum omniũ poſt eam, valet ete-
nim pactum inter virum,& vxorẽ dum con-
trahunt matrimoniũ,quod ſoluto illo morte
mulieris, portio illius remaneat penes ma-
ritum.ſcripſi hoc li.ſect.3.quæſ.27. vbi fusè
& in eiſdem terminis quæſ.1.in verſi. conci-
nit ſuperioribus text. in l.2.de pact. dotali,
&c.Et in alijs pleriſq. quæſtionibus illius ſe-
ctionis; hæc tamen pactio natiuitate filiorũ
minime reuocatur, licet vim quandã dona-
tionis ſuſtineat,quia de illis cenſetur cogita-
tum.Sic multorum ſcripſi traditione hoc li.
ſect.3.quęſ. 30. vbi communem dixi. Vnde
hanc ſecundam opinionem amplexi ſunt A-
lex.Deci.Corne.Ruin. Pariſi.& alij quorum
receptam dixit opinionem Rolan.conſi.11.
nu.23.li.1.Soci.Angel.Aretin.Corne.Bart.
de Bartol.Herculan.Crot.Angel.de Perigl.
Ruin.& Rip.quos ſequitur & memorat Ti-
raq.in d.l.ſi vmquam in pręfa.nu. 69. Fran.
Curti.iuni.Pariſi.Socin. iuni.& Rolan. quos
ſequitur & refert Meno.d.conſi.196.nu.49.
Anto.Gabr.in commu.tit.de donatio. con-
cluſ.33.nu.40.& pręter ſuperiores idem,qui
nonnullos ex ſuperioribus citat Dida. in d.
ca.quamuis pactum 3.par.§.3. nu.8.Gutier.
ibidẽ in verbo nec redundet in alterius prę-
iudicium,nu.6.idem Tiraq. in dict. l.ſi vm-
quam in verbo donatione largitus nu. 151.

Rub. conſil. 49. Mencha. tract. de ſucceſsio creatio. li. 2. §. 18. nu. 121. & his non relatis dixit cõmunem Ludo. de Molin. de Hiſpa. primo. libr. 2. cap. 3. num. 38. Graſſ. in §. ſucceſsio ab inteſtato quęſt. 11. num. 5. Ludoui.

14 † Mulin. de Hiſpano. primo. libr. 2. & dict. cap. 3. num. 38. 39. vſque in num. 47. aliter ex mente Socin. & aliorum quorundam in hac quæſtione ſenſit diſtinguens in hunc modum; aut inquit renunciatio filiæ fuit facta aliquo recepto, & eo in caſu filiorum natiuitate non reuocabitur, quia nõ ſimplex ſed donatio ob cauſam fit, in qua diſpoſitio dict. l. ſi vmquam non procedit, iuxta glo. in dict. cap. quamuis pactum in verbo detrimẽtum; & reſoluunt Alexand. Deci. Rip. Anto. Gabr. & Rolan. quos illic refert Molin. multo plures recenſui modo in verſi. Vnde hanc ſecundum opinionem, &c.

Aut vero renunciatio gratis facta eſt, & iterum ſubdiſtinguit, nam vel tempore, quo renunciatur, hæreditas erat de lata, vel non, vbi delata, reuocabitur renunciatio ex ſuperuenientia liberorum, citat Rip. in dict. l. ſi vmquam quæſtio. 11. num. 20. 21. Tiraq. in eadem l. in verbo donatione largitus, nu. 147. vbi autem non erat delata hæreditas non reuocabitur. Socin. in l. 1. C. de pact. Tiraquel. Rip. Ruin. & Anton. Gabri. relati ab eodem Molin. in d. loco nu. 40. 31.

15 Improbat † autem idem Molin. ibidem hanc diſtinctionem credens etiam gratis factam renunciationem hæreditatis nondum de latæ reuocari ex ſuperuenientia liberorum; id euidentiſsima ait ratione probari ex eo quod qui renunciat hæreditati in fauorem primogeniti, vel filiorum, ſi liberos ſe habiturum cogitaſſet non renunciaſſet, maluiſſet enim eam portionem ad liberos ſuos quam ad fratrem deferre, quæ præcipua & vnica eſt ratio dict. l. ſi vmquam vt ex multis Tiraquel. oſtendit ibi in præfatio. num. 3. 4. & in verbo libertis num. 35. Cum igitur in caſu de quo agimus, militet eadem ratio, conſequenter eiuſdem diſpoſitio: Ad-

16 dit idem Molin. † quod licet in acquiſitis maior, quam in acquirendis militet ratio, negari tamen non poteſt quin in ambobus acquiſitis & quærendis, non videatur renunciantem potius filijs ſuis proſpicere voluiſſe quam fratribus, præſertim in legitima parentum tantopere eis debita, vt in ea domini viuo patre iudicentur l. in ſuis cum vulgat. de libe & poſthu.

Cæterum etſi Molin. opinio probabilis videatur, in multis tamen communibus aduerſatur traditionibus: in primis vt in ſuperioribus dixi nuſquam illius legis diſpoſitioni locus eſt quando donans vel renunciens de liberis veriſimiliter cogitauit, quæ receptiſsima ſententia eſt ab omnibus inconcuſſe obſeruata vt ſuperius in ſecũdo argumento pro communi adducto ſcripſi; atqui cum renunciatio fit in contractu matrimonij, & in terminis & caſu dict. cap. quamuis pactum renuncians filia ſemper de liberis cogitat, cum eo potiſsimũ fine contrahat matrimoniũ vt liberos habeat vt illic ſcripſi.

Secundo Molin. opinio altera communi confutatur traditione, quoniam diſpoſitio dict. l. ſi vmquam niſi in iam quæſitis & radicatis locum ſibi vindicat, non in quærendis: veluti cum renunciatur viuentis hæreditas nondum delata, licet probabiliter à renunciante ſpectetur, non enim dicitur ſpe certa, & indubitabili debita hæreditas viuentis patris filijs ſuis, ſecundum Bald. in l. poſt emancipationem §. illud de libe. legat. cum filij poſsint prȩmori l. nam etſi parentibus de inofi. teſtamen. & poſsit pater alium hæredem inſtituere vniuerſalem l. 1. l. ſcimus C. de inofi. teſtamen. præmatura eſt enim ſpes filij anhelantis ante diem ad hęreditatem parentum l. 1. §. ſed nec impuberi ff. de colla. bono. & poſsint filij interim aliquam ingratitudinis cauſam comittere, quę nedum ab hæreditate, ſed & à legitima eos excludat: vt hæc & alia ad interpretationem dict. l. ſi vmquam adduxerunt interpretes noſtri communiter, vt ſcripſit Roland. dict. conſil. 11. num. 24. 25. 26. 27. poſt multos ab eo relatos Tiraquel. in dict. verbo. donatione largitus num. 151. Vaſq. in dict. §. 18. num. 121. & omnes alij in ſuperioribus per nos congeſti diſtinguentes inter ius quæſitum & quęrendum. Sanè Molin. opinio aliquo colore admitti poſſet quando renunciatio non fieret à filio vel filia in contractu matrimonij, vel quia non adhuc deſponſati, vel quia iam nupti vt dicebam in calce ſecundi argumenti pro communi adducti ex Roland. dict. conſil. 11. num. 31. Quia tunc de liberis cogitare non videntur: vnde à communi recedendum non eſt: Tolluntur autem conſiderationes Molin. ex his, quæ modo dixi, quæ communibus fulciuntur tra-

17 ditionibus. tum & ex his, quæ † erudite congeſsit Burg. de Paz. conſil. 5. num. 7. vbi reſpondit multis rationibus renunciationem legitimę patris viuentis non reſcindi prętextu enormiſsimę læſionis, quæ directo contrariantur his, quę Ludouic. Molin. leuiſſimis fundamentis opinatur dict. in loco.

Supereſt nunc obiectis reſpondere primę opinionis tribus, quibus illi probarunt in hac ſpecie locum eſſe diſpoſitioni dict. l. ſi vmquam.

18 Non igitur † obſtat primum argumentum, licet

licet enim in dubio non cenſeatur quiſquam de liberis cogitare, id verum niſi ex actu & ſubiecta materia aliud poſsit iudicari; ſicut cum renunciatio vel donatio fit in ipſo contractu matrimonij, vt multis oſtendi in ſecundo pro communi adducto.

19 Non † ſecundum oberit, quoniam ſufficit in genere cogitaſſe de liberis quoad hoc vt diſpoſitioni dict. l. ſi vmquam locus non ſit affirmant innumeri congeſti per Tiraquel. in dict. l. ſi vmquam in prȩfatio. nu. 78. Menochi. dict. conſil. 196. num. 54. & illis addo alios relatos per Rolan. dict. conſil. 11. num. 30. cum ſequent.

20 Tertium † non officit, quia licet huiuſmodi renunciationes donationes quodammodo dicantur, & ideo videatur diſpoſitionem dict. l. ſi vmquam in his locum vindicare; ex recepta tamen fere omnium traditione obtentum eſt, legem illa in donatione loquẽtem, de his intelligendam eſſe, quȩ donãtur, cum pleno, & radicato iure ad donantem pertinent, ſecus vbi donarentur vel renunciarentur iura vel hæreditates acquirendæ, quæ aliquo modo effugi poſſent, vt ex communi reſoluunt Tiraquel. Roland. Menochi. Dida. ſuperius citati in verſicu. Vnde hanc ſecundam opinionem &c. & nouiſsimè Peregrin. conſi. 73. num. 46.

21 Rurſus tollitur † argumentum quia renũciationes huiuſmodi fiunt ob cauſam dotis datæ, at diſpoſitio dict. l. ſi vmquam non habet locum in donationibus ob cauſam ſic authoritate Roland. Rip. Tiraquel. Didac. Menoch. & aliorum ſcripſi ſuperius in tertio pro communi adducto, ita fier vt cum hæ renunciationes ob cauſam ſint, in diſpoſitione dict. l. ſi vmquam minime contineantur.

22 Quæ communis † opinio multo magis procederet quando & quoties renuncians filia renunciaſſet omnibus iuribus ſuis promittens obſeruare, & cuſtodire, neque aduerſus promiſſa venire ex quauis cauſa vel ratione, quȩ dici excogitarive poſsit, ea enim verba clauſulȩ comprehendunt omnem caſum licet de eo alias cogitatum dici non poſſet, vt ex Bartol. traditione Bal. Alexan. Angel. & aliorum reſpondet Crauet. conſil. 294. Menochi. dict. conſil. 196. num. 50. idem qui. & alios plures conſil. 27. numer. 10. libr. 1.

SVMMARIVM.

1 *Renunciatio filiæ enormiter læſa an reſcindi poſsit.*
2 *Periurijs obuiandum.*
3 *Filia enormiter læſa in renunciatione iurata audiri poteſt.*
4 *Text. in cap. quamuis pactum loquens in filia dote contenta, intelligendus eſt de dote congrua.*
5 *Dos congrua dicitur, quæ æquiualet legitimæ.*
6 *Læſio enormiſsima dolum continet.*
7 *Renuncians in læſione enormiſsima conſentire non videtur.*
8 *Filiæ ob verecundiam facile conſentiunt parentibus.*
9 *Timore trepitandum non eſt, vbi non eſt timor.*
10 *Culpam agnoſcere vbi culpa non eſt bonam mentem arguit.*
11 *Iuramentum obſeruandum vbi iuſta cauſa militat aliter ſecus.*
12 *Diſtinctio interpretum in renunciatione filiæ enormiter læſæ.*
13 *Diſtinctio ſecunda interpretum in renunciatione filiæ enormiter læſæ.*
14 *Diſtinctio tertia interpretum in renunciatione filiæ enormiter læſæ.*
15 *Differentia an ſit conſtituenda in renunciatione iurata à filia facta minore vel maiore.*
16 *Filia renuncians maior viginti quinque annis cum iuramento nequit contractum reſcindere, niſi læſio excedat dimidiam iuſti.*
17 *Iuramentum excludit beneficium l. 2. C. de reſcin. venditio.*
18 *Filia renuncians hæreditati delatæ vel deferendæ, enormiſsime læſa renunciationem reſcindere poteſt.*
19 *Dolus reipſa in grauiſsima læſione interuenire præſumitur.*
20 *Diſtinctio inter enormem, & enormiſsimam læſionem, quibus probetur authoribus.*
21 *Andreæ Gail traditio reprobatur.*
22 *Filia enormiter læſa præſumitur decepta.*
23 *Filia renunciare poteſt enormi læſioni, licet enormiſsimæ minime.*
24 *Andreæ Gail traditio altera improbatur.*
25 *Meneha. opinio ſubuertitur.*
26 *Filia renuncians hæreditati maternæ, recepta dote ex bonis maternis, etſi cum iuramento, ratione grauiſsimæ læſionis infringere renunciationem poteſt.*
27 *Dida. opinio.*
28 *Renunciatio per filiam facta cum iuramento de bonis paternis, maternis, & fraternis, quemadmodum valeat.*
29 *Læſio ſic conſiderari poteſt in iuribus quærendis ſicut in quæſitis.*
30 *Menochij conſilium ſuſpectum.*
31 *Dolus præſumitur in multiplici renunciatione hæreditatis.*
32 *Dolo, nec tacite, nec expreſſe poteſt renunciari.*

33 *Renunciatio quæuis extante enormiſsima læſione etſi iurata reſcindi poteſt.*

34 *Dolus præſumitur etiam in maiore filia renũciante enormiſsimæ leſa.*

35 *Iuramentum adiecta clauſula quod non liceat in aliquo contrauenire, & adiectis verbis & clauſula omni legum auxilio &c. non efficit quin adſtante enormiſsima læſione. renunciatio reſcindi non poſsit.*

36 *Renunciari etiam cum iuramento enormiſsimæ læſioni non poteſt.*

37 *Clauſula qua renunciatur læſioni vltra dimidiam in terminis l. 2. C. de reſcin. vendi. quid operetur.*

38 *Leſio enormiſsima ſemper excepta cenſetur.*

39 *Renunciationes in ampliſsima forma factæ nihil proſunt data enormiſsima læſione.*

40 *Filia maior renuncians enormiter tãtum læſa non admittitur ad reciſionem renunciationis etiam beneficio reſtitutionis in integrum.*

41 *Remedium extraordinarium quando cum ordinario concurrere poſsit.*

42 *Remedium ex clauſula ſi qua mihi iuſta cauſa eſſe videbitur, plenius eſt remedio legis ſecundæ C. de reſcin. venditio.*

43 *Sforty Oddo traditio.*

44 *Læſio enormis vel enormiſsima quæ dicatur.*

45 *Læſio enormis vel enormiſsima arbitrio iudicis relinquitur.*

46 *Iudices in arbitrãda læſione enormi vel enormiſsima, quam caute agere debeant.*

QVÆSTIO. LXXXXVI.

FILIA MAIOR ANNIS XXV. renuncians in contractu matrimonij cum iuramento, enormiſsimæ læſæ an reſtituatur, Quando etiam læſa enormiter, vel enormiſsimæ dicatur, multa hinc inde vtiliter explicantur.

1 AN † filia renuncians enormiter læſa, læſionis prętextu reſcindere renunciationem poſſit grauis inter interpretes noſtros quæſtio ſuborta eſt; nam multi exiſtimarunt nec ex grauiſſima læſione iuratam renunciationem infringi poſſe ex dict. cap. quamuis pactum de pact. in 6. cum indiſtincte vellit ſtari iuramento oportere niſi dolus vel metus interceſſerint. Etſi voluiſſet Roma. Pontifex id dixiſſet ad ea quæ gloſſ. & alij in l. vni. §. ſin autem C.
2 de cadu tollen. Sanè † hæc vis ſacroſanctæ iuramenti religioni tribuenda videtur vt periurijs obuiemus: cum text. in dict. cap. quamuis pactum, in verbis, omnino obſeruari precise ſtatuat iuramentum obſeruandum eſſe, quod verum non eſſet, ſi læſionis remedio locus daretur: & hæc tutior via eſt, proinde eligenda: vnde hanc his atque alijs rationibus defendunt ſententiam multi, quales Archidia. Domini. Natt. Fran. Alexan. Crot. Pariſi. Curti. ſeni. Imol. quos refert Dida. in dict. cap. quamuis pactum 3. part. §. 4. num. 3. in verſic. Contrariam in hoc; & ex citatis non pauci hanc communem dixerunt, & in practica ſuaſerunt amplectendam. Eoſdem refert Mencha. de ſucceſsi. creatio. §. 18. nu. 122. Graſſ. in §. ſucceſsio ab inteſtato quæſt. 13. verſic. Contrariam; Triginta alios & maximę authoritatis congeſsit in eandem opinionem Anton. Gabri. libr. 3. com. rub. de iur. doti. concluſio. 1. num. 5. & pręter relatos Bero. Alban. Hieron. Gabri. Iacobin. quos nouiſſimè ſequitur Menochi. ſibi contrarius conſil. 335. num. 49. in fine lib. 4.

3 Alij in † contrariam abierunt ſententiam exiſtimantes prætextu læſionis enormiſsimę reſcindi renunciationem iuratam, ſaltim petita abſolutione à iuramento. Panormit. Anto. Ancharra. Calderin. Cœpol. Rube. Deci. Rip. Socin. iunio. Pariſi. quos refert Dida. in dict. §. 4. num. 3. quadraginta ex grauioribus iuris noſtri coaceruat Anton. Gabriel. dict. conclu. 1. de iur. doti. num. 8. ex eiſdem multos recenſuit Menchaca de ſucceſsio. creatio. §. 18. num. 123. Graſ. eoſdem refert in §. ſucceſsio ab inteſtato quæſ. 73. in principio, qui tamen in fine ſic iudicatum fuiſſe in conſiſtorio Imperij teſtatur. Et itidem Romę iuxta eandem iudicari affirmant conterraneus noſter Caſſad. deciſio. 1. de empt. & vendi. Andre. Gail. libr. 2. obſeruationum 147. vbi ita iudicatum dicit in Imperatoris ſummo pretorio; Mauri. tracta. de reſ. in integr. cap. 123. vbi exemplum adfert Senatus Dolani: & his omnes hanc ſcripſere magis communem Berenga. in cap. 1. de filijs nat. ex matri. ad morga. cont. 3. part. cap. penulti. num. 1. 4. Menoch. relatis aliquibus eandem dixit communem conſil. 6. num. 7. lib. 1. qui vt modo ante dicebam contrarium reſpondit dict. conſil. 335. libr. 4. M. A. Eugeni. Qui & alios conſil. 12. num. 71. & 72. mouentur citati interpretes multis rationibus, ſed duabus præcipuis.

4 Primo † quoniam cum text. in dict. cap.
quamuis pactum loquatur de filia renũciante dote contenta, intelligendus eſt de dote congrua & competente habita ratione ad
5 hęreditatem renunciatam, dotis enim † nomine de legitima eſt intelligendum l. cum

poſt

Digitized by Google

poſt §.gener.ff.de iur.doti.l.quęro eod.titul.
6 Secundo † quia non eſt veriſimile renunciantem filiam cum iuramento tantæ & tam enormiſsimæ læſioni renunciare voluiſſe; eo enim ipſo dolus præſumitur re ipſa, quod ſufficit ad reciſionem contractus vt rectè exiſtimauit Didac. poſt antiquiores & alios nunc relatos, in dict. cap. quamuis §.4.num. 3.verſic. Sed ſi dolus in fin. & probat text. in l.2. ff. de do. excep. l. ſi quis cum aliter vbi omnes de verbo. obliga. Afflic. vbi Vrcill. ad eum deciſio.22.num.7. Grammati. deciſ. 102. Gail. dict. obſeruati. 147.num.11. Theſau. deciſ. Pedemon. 233. num. 10. qui alios.
7 Neque † ratione doli admiſsi cenſetur filia renuncians conuentioni conſenſiſſe ad notata per Bartol. in l. ſi duo §. ſocietatem num. 24. ff. pro ſoci. cum alijs ad id citatis per eundem Dida. dict. §. nu. 3. Et ego cum alijs hanc opinionem vti veriorem iudico, magis communem & ęquam qua miſeris puel-
8 lis ſubuenitur, quæ, † facile in contractu matrimonij cum propter verecundiam, tū propter metum, annuunt votis parentum cap. honorantur 32. quæſt. 2. dixi ſupra quæſt. 74. verſic. Quintam ſuperaddere &c. vt non immerito videam apud omnia fere tribunalia tam Eccleſiaſtica quam ſecularia ſecundum hanc iudicari.

Ex his ceſſant adductę illę conſiderationes piæ certè, in tuitionem prioris contrariæ opinionis, timor ſcilicet periurij, & quod
9 hæc tutior ſit opinio; † non enim timore trepidandum vbi timor non eſt Pſal. 13. & vt Chriſtus Ieſus ſeruator noſter, & dominus Luc. 11. Decimant ruttam & mentam & deglutiunt camelum; quos læuis ſcrupulus an-
10 git, vel potius ſe angi ſimulant: licet † enim bonarum mentium ſit ibi agnoſcere culpam vbi culpa non eſt vt dixit Diuus Auguſtinus in Cano. ad eius. 5. diſtinctio. & proinde videatur tutius eſſe obſeruationi iuramenti
11 inniti illud cuſtodiendo, id tamen † intelligendum eſt vbi iuſta adeſt cauſa trepidandi & cuſtodiendi iuramentum ſecus vbi nulla, aut grauiſsima contrarium ſuadet, maxime petita à ſuperiori abſolutione quo in caſu non dicitur infringi iuramentum vt ſequenti dicemus quæſtio. cum igitur dolus ſaltim re ipſa interceſſerit in huiuſmodi renunciatione, & dolo inita inualida ſit ex dict. cap. quamuis, inde ſit vt iuramento non obſtante reſcindi conuentio poſsit.

12 Tertia † fuit opinio diſtinguentium aut læſio enormis contingit in iam delatis hæreditatibus vel in deferendis nondum quæſitis, in priori caſu læſio enormis infringet renunciationem, in ſecundo minime: quoniam adhuc radicata iura non ſunt Pariſi. conſil. 26. num. 77. libr. 3. Rube. conſil. 12. Improbat & rectè conciliationem Dida. dict. §. num. 3. ad medium: quia & habito reſpectu ad futurum euentum poteſt lęſio contingere quemadmodum in tranſactione; ſic in renunciatione, vt multis oſtendit idem Dida. dict. §. num. 6. verſic. Septima concluſio.

13 Quarta † fuit opinio quorundam qui ſic diſtinxerunt vel contingit læſio enormis, vel enormiſsima; enormis læſio in renunciatione non reſcindit ipſam, enormiſsima maxime. hanc viſus eſt amplexū fuiſſe Menochi. conſil. 335. numer. final. in extremis verbis libr. 4. Mencha. qui aliquos in hanc adducit ſententiam de ſucceſsio. creatio. libr. 2. §. 18. num. 125. & 128. ſed & hæc opinio à multis reijcitur cum ſufficiat quoad reciſionem renūciationis læſio nedum enormiſsima, ſed & enormis, dummodo ſit vltra dimidium iuſti, ſola hac inter enormem & enormiſsimam lęſionem differentia conſtituta, quod in enormi requiritur abſolutio à iuramento, in enormiſsima minime. iuxta ea quæ ſcripſit authoritate Coroe. Iaſo. & aliorum Antoni. Gabri. dict. concluſ. 1. num. 12. Et prętere a dolus ex deceptione vltra dimidium arguitur ſicque ex enormi læſione, ſicut ex enormiſsima quę vltra triplum vel quadruplum extenditur; reſoluit Andre. Gail. dict. obſerua. 147. num. 8.

14 Quinta eorum † eſt ſententia qui aliter diſtinxerunt, inter filiam ſcilicet maiorem annis 25. & inter minorem, vt in priori ſpecie non ſit locus reciſioni prætextu huiuſmodi leſionis, ſecus in minore Imol. & alij multi de quibus meminit idem Gabri. dict. conclu. 1. num. 14. latius probans hanc diſtinctionem Mencha. dict. §. 18. num. 124. cum multis ſequent. ſed & hæc diſtinctio
15 non ſuſtinetur, quoniam † plerique non paruæ exiſtimationis opinati ſunt nullam eſſe differentiam conſtituendam inter minorem & maiorem filiam renunciantes, quemadmodum authoritate Corne. Deci. & Anto. de Butri. ſcribit Anto. Gabri. d. conclu. 1. num. 13. quæ opinio ſine dubio procedit quādo lęſio afforet enormiſsima vt multis adductis reſoluit idem Dida. d. §. num. 4. in fine verſi. Tertia concluſio.

Sic vides lector optimè in quam varias à noſtris interpretibus itum fuerit opiniones: Et licet Dida. in hac quæſtione aliquas erudite concluſiones proponat in dict. §. Ego nonnullos caſus inſtituam qui ſolum ad inſtitutum tractatus noſtri pertinent, quo clarior & apertior vna cū omnibus traditionibus articulus tam intricatus reſoluatur.

16 Primus † caſus, vbi filia maior annis 25. renunciat & iurat iuxta diſpoſitionem d. ca.

quamuis pactum, hæreditati delatæ vel de-
ferendæ,nequit agere ad reciſionem conuē-
tionis neq. itidem abſolutionem à iuramē-
to petere & illius vinculo;vbi appatet lęſio-
nem vltra dimidiam vel plus minime aſcen-
dere:hanc opinionem ſequti ſunt Deci.con-
ſil.181.Iacobi.in anth.ſactamenta pubetum
ad finem C.ſi aduet.vendi.Caſſad.deciſio.1.
tit. de emptio.& vendi. quos citat & ſequi-
tur Dida.d.§.4.nu.4.in fine verſic. Secunda
concluſio ; hac citati interpretes mouentur
17 † ratione quod vis iuramenti excludit bene-
ficium l. 2.C. de reſcin. vendi. & confirmat
contractum alioquin imptobatum de iure
ciuili ca.quamuis pactum:ſic Dida. & relati
ab eo,quibus addendi glo.Barto.Bal. Sali-
cet. Crem. Alexan. Cur.Socin. & alij quorū
communem dixit ſententiam Mencha. d. §.
18.num.126.127.vbi rationibus quibuſdam
comptobat,& eandem dixit communem re-
latis multis Anto. Gabr.conclu. 1. de emp-
tio.& vendi.limit.11. & in dict.concluſ. 1.
num.14.
18 Ex hoc primo † caſu alterius caſus decla-
ratio prodit immediate, quid vbi filia ma-
ior renunciaret hæreditati delatæ vel defe-
rendæ enormiſsimè, & ſupra modum lęſa,
ſanè ex æquitate petita ſaltim abſolutione
reſcindere renunciationem poſſet,vel ad lę-
ſionis compenſationem. rationem reddunt
nunc citandi, quoniam non eſt veriſimile fi-
liam iurantem ſi ſciuiſſet in tam enormi læ-
ſione cōſenſum fore adhibituram, † & quia
19 dolus ſaltim reipſa in tam graui læſione cō-
tigiſſe præſumitur,quod ſufficit vt diſpoſitio
dict. cap. quamuis pactum non vindicet, ex
eo text.ſic cenſuerunt fere ex his omnes qui
in ſecunda opinione relati fuerūt. Et in ſpe-
tie Math.de Aflic. Caſſanat. Pariſi. Crauet.
Corne. Grat.Rip. Caſſad.qui ſępius in Ro-
mana Rota ſic iudicatū ſcribit, quos refert
& ſequitur Dida.in d.§.4.num.5. idem libr.
varia.reſolutio. 2.cap.4.num. 5.eoſdem re-
cenſuit Mencha.in d.§.18.num.128.Gabri.
d.conclu.1.num.13. Alciat.Grego. Lop.Pi-
nel.Soci.Rolan.& alij pleriq. quorum com-
munem dixit ſententiam Gutier.in auth.ſa-
cramenta puberum num.92.C.ſi aduer.ven-
di.& relato ſolo Alciat. Caualcan.in reper.
primæ partis deciſio. ſuarum in verbis lęſio
debet eſſe vltra duplum atq. ita etiam inter
duos caſus ſuperiores diſtinguit obiter ta-
men Menochi.dict.conſi.335.num.final.lib.
20 4.eandem † diſtinctionem inter enormem
& enormiſsimam læſionē nouiſsime ſequi-
tur relatis nōnullis ex his quos retulit Cal-
de.Perey.vir doctus tract.de reſtitu.in inte-
grum in verbo læſis num.1. in verſic. Maior
autem viginti quinq. annis Stor.Oddo.trac.
de reſtitu.in inte.part. 1.queſt.14. num.49.
cum ſequent. & his non relatis nouiſsime
Theſau. deciſio.Pedemon.213.num.8.& 9.
qui alios citat,& iterum num.18. Menchaca
tract. de ſucceſsio. creatio. §.18. num.122.
cum ſequent. multis qui eadem vſus eſt diſ-
tinctione.
21 Quare perpenſis † his communibus veriſ-
que traditionibus minime adhærendum pu-
tauerim his quę And.Gail. ſcripſit d.obſer-
uatio.147.num. 8.qui voluit tam in enormi
quam enormiſsima lęſione filiæ maiori re-
nuncianti indiſtinctè ſubueniendum eſſe ; id
enim receptiſsimis contrariatur traditioni-
bus, cum in filia maiore vltra dimidiā læſio
vel parum plus, non reſcindat renunciatio-
nem,ſicut nec tranſactionem.
22 Neq. illius † obſtant rationes duę.prima
quia inquit dolus præſumitur eo ipſo quod
filia fuit decepta vltra dimidiam l.omnes §.
lucius ff.quæ in frau. credito. cum alijs per
eundem citatis; nō enim procedit ratio vbi
adeſt iuramentum quod confirmat contra-
ctum alioquin de iure ciuili nullum, ex his
quę ſupra. Neque etiam verum eſt quod ille
ſcribit non poſſe filiam huic renūciare lęſio-
ni etiam ſi vellet,quoniam poteſt filia renū-
ciare læſioni enormi,quamquam enormiſsi-
mæ minime glo.in l.2.C.de reſcin.vendi. &
ex Barto.Deci. Dida.Pinel. Rolan. Alciat.
Socin. iunio. & alijs aſſerit communem Gu-
tier.in auth. ſacramenta puberum num. 88.
C.de reſcin.vendi.& latius num. 92.vbi ex-
preſſim relatis Decio. Alciat. Pinel. Socin.
Curti.iunio. Rolan.Didac. Grego.Lop.Af-
flic.Meno. Pariſi. Burg.de Paz. communem
23 iterum referens ſcripſit, diſtinguens † inter
lęſionem enormē & enormiſsimam ; vt licet
filia quæ iurauit & renunciauerit ſe prætextu
lęſionis non petituram reciſionem renuncia-
tionis, quāquam nequeat prætextu enormis
tantum petere, poteſt tamen ratione enor-
miſsimę agere & contractū infringere,quia
omnem abſorbet conſenſum læſio enormiſ-
ſima.
24 Sed & deterius † loquitur idem Gail. d.
obſerua.dum ſcripſit nullam fore in enormi
vel enormiſsima lęſione petendā abſolutio-
nem à iuramento vt inferius ſequent. dicam
25 queſt.Ex ſuperioribus † etiam conſtat male
ſenſiſſe Mencha.d.§.num.129.dum aduerſus
ſuperiores cōmunes arbitratur filiā maiorē
renunciantem,deceptamq.enormiſsime ad-
hibito iuramento minime poſſe conuentio-
ni contrauenire, quinque vel ſex debilibus
motus rationibus, quibus vnica conſidera-
tione reſpondetur ex mente omnium quos
recenſuimus ; iuramentum ſcilicet non con-
firmare contractum cui dolus dedit cauſam,
ex

ex eo text. in d. ca.quamuis,atqui vbi adeſt
lęſio enormiſsima non deficit dolus, conſe-
quenter diſpoſitio d. cap. quamuis ceſſabit.

26 Tertius † caſus,cum filia maior renunciat
hæreditati maternę, recepta dote ex bonis
maternis,licet enim in hac ſpecie adhibito
iuramento renunciauerit,ex cauſa tamē gra-
uiſſimæ læſionis contractum infringere pote
rit Natt.in d. cap. quamuis pactum limi. 7.
Deci.& Corne.quos ſequitur Dida. in d. §.
4.num.7.verſi.Decima concluſio mouentur
relati interpretes ratione,quod ſatis appa-
reat in hoc caſu de enormiſsima lęſione, cū
tex.in d.cap.quamuis pactum aperte diſpo-
nat in filia quæ dote accepta a patre illius re
nunciat hęreditati, ſecus intelligendum vbi
dote accepta a matre renūciaret filia bonis
27 paternis: † Idem Dida.eodem §.paulo ante
num. 5.in extremis verbis,aliter ſcribit, di-
cens læſionem hęreditatis acquirēdæ facile
arbitrio iudicantis deprehēdi poſſe qui ſta-
tum præſentem & dubium euentum facile
conſiderabit hæc ille ibi:Verū vt huius quo-
tidiani ſed male explicati caſus vera reſolu-
tio detur, ante oculos habenda ſunt ea quæ
ſcripſi ſupra quæſtio.87.in verſi. Quare pro
28 regula † conſtituendum,& in verſi. Secundo
declaratur,&c.quibus in locis tradidi quod
licet renunciatio per filiam facta cum iura-
mento de bonis paternis,maternis,& frater
nis valeat, Quinimo vtile ſit hanc adijcere
clauſulam quemadmodum authoritate An-
gel.Andr.de Alex. Bald. Afflic.Deci.Caro.
Ruin.Cæpha.Moran.Crauet. Meno.& alio-
rum affirmaui,tamen in d.verſi.Secundo de-
claratur,intellexi dum lęſio inde grauiſsima
minime renuncianti filiæ contingeret;exem-
pla adduxi in filia quæ dote contenta multis
renunciauit hæreditatibus, quemadmodum
ex Anchar.Pariſi.Corn. Crauet. & Cæphal.
Socin.iuni.Deci.& alijs deduxi;quibus nunc
addo in eiſdem terminis de filia renunciāte
pluribus hæreditatibus dote modica reſpe-
ctu tot bonorū Andre.Gail.d.obſeruat. 147.
nu.12.& M.An.Euge.conſi. 12. num.23.24.
vbi Cæpha.Socin.& Deci.tantum citat.

29 Ratio † autē ea eſt quoniam & in acqui-
rendis habito reſpectu ad ſtatum præſentem
& ea quæ de futuro renunciantur ſic poteſt
læſio contingere enormiſsima ſicut in renū-
ciatione iam delatæ & acquiſitæ hæreditatis
ſicuti dixi ex Dida.ſupra in tertia opinione,
verſi.Tertia fuit opinio.

30 Ex quibus † conſtat quam periculoſa ſint
quæ reſpondit Menochi.conſ.335.toto ipſo
conſilio lib. 4. non potuiſſe in illo caſu reſ-
cindi prætextu læſionis enormiſsimę renun-
ciationem per filiam factam quæ cōgrua ha-
bito reſpectu ad legitimam (hæc enim dos
congrua dicitur,vt ille ibi poſt antiquiores,
Et Gail.d.obſeruatio.147.) accepta dote a
patre renunciauit in contractu matrimonij
bonis paternis, maternis, fraternis, auitis,
abauitis,& proauitis,& omni & cuilibet alię
hæreditati ſucceſsioni ipſi renuncianti quo-
modocunq. & qualitercunq. ſpectāti & per-
tinenti,vſq. in præſentem diem, & quæ ſibi
in futurum ſpectare & pertinere poſſet ex
quacunq. ratione,cauſa,vel occaſione ab in-
teſtato tantum &c. quoniam etſi verba prę-
dicta & clauſulę in renūciatione inſertę, per
Menochi. diligenter ponderate exuberent,
& illius traditiones procedere poſſent quā-
do adeſſet aliqualis læſio,vel parum plus vl-
tra dimidiam iuxta ſuperiores traditiones,
31 tamen † tanta & tam magna hæreditatum
renunciatio ex ſola dote quæ vſq. ad ſolam
legitimam aſcendebat, negari nequit quin
grauiſsimam in ſe lęſionem contineat,& cō-
ſequenter dolum,cum præſupponat Meno.
nihil amplius illi filię pro dote quam ſuam
legitimam aſsignatā fuiſſe nihil autem pro
bonis maternis nec alijs hæreditatibus qui-
bus ipſa renunciabat quę omnia receptiſsi-
mis veris æquiſq. ſimul interpretum doctri
nis contrariantur.

Neq. obſtat illa tam ampla renunciatio
quam multis ornat & comprobat Menochi.
quoniam vno reſpondetur verbo & vere; in
tanta hæreditatū renunciatione adfuiſſe do-
lum,conſequenter veluti cōtractui inhæren-
tem ipſam reſcindere, cum vt ſuperius dixi
dolus ex propoſito, & re ipſa parificentur
quoad anullandam renunciationē, vt ſcripſi
in principio quęſtionis verſi. Alij in contra-
riam ad finem quibus addo Pet. de Anchar.
Panor.Anto.Deci.Socin.Iaſ.Rolan.Mexia.
& alios quos citat,& ſequitur Calde.Perey.
in dictis commentarijs de in inte. reſti. in
verbo lęſis nu.1.verſi.dolus autem ex propo
32 ſito. Neq. † huic dolo nedum tacite ſed ex-
preſſe renunciari non poteſt ad notata per
Bar.& omnes in d.l.ſi quis cū aliter de verb.
obliga.idem Bartol.in l.ſocietatem §. arbi-
trorū nu.25.ff.pro ſocio. & in noſtra ſpecie
Gail.d.obſeruatio.147.nu.9. qui communē
quinimo & id intellexerunt interpretes etiā
adſtante iuramento,quanto magis vbi nullū
adfuit vt in caſu Meno.cum receptiſsimum
33 † ſit ratione enormiſsimę lęſionis quamuis
eſſe iuratam renunciationem omnino irrita-
ri ſaltim petita abſolutione a iuramento,
iuxta tradita & citata ſuperius in verſic.Alij
in contrarium &c. quibus addendi Panorm.
Anto.Auguſti.Bero.Cæpol.Rub. Deci Affli.
Rip.Caſſa. Mexi.& alij quorum cōmunem
dixit idem Cald.Perey. in d.verbo læſis nu.
34 1.verſi.Dolus † autē ad medium. vbi ſubdit
id

Digitized by Google

id nedum vindicare in minore iurante & re-
nunciante iuxta diſpoſitionem d. ca.quãuis
pactum,ſed & in maiore renunciaote bonis
paternis dote accepta à matre,eo enim ipſo
lęſio grauiſsima arguitur ex dictis ſupra ver-
ſic. Tertius caſus, & confirmat authoritate
Natt. Deci.Corn.& Dida.idem Cald.quem
non præuideram in d. verbo læſis num.1.in
verſi.Dolus autẽ,in extremis verbis: Vnde
ſi ex hoc ſolo arguitur grauiſsima lęſio quia
nulla a patre dote accepta illius renunciatũ
hæreditati fuit,quanto magis tot & tantis.
35 Accedat † ſuperioribus quod etſi iuratũ
fuiſſet omnia & ſingula vera eſſe neq.in ali-
quo contrauenire,imo quod fortius eſt om-
ni legum auxilio & fauori,ſaltim in minore,
reſcinderetur renunciatio,Rolan.citatis ali-
quibus conſi.7.num.52.lib.3.Corn. Deci.&
Socin.relati ab eodem Cald.Perey.vbi ſup.
nu.1.ad finem verſi.Sed cõtrariũ vbi ſubdit
in minore non requiri abſolutionem a iura-
mento,de quo in ſequenti quæſtione.
Sed & ſuperiora confirmat inſignis tradi-
tio Alciat.in cap.cum contingat nu.87. 88.
36 de iur.iuran.vbi poſt Panor. docuit, † quod
etſi cum iuramẽto renuncietur enormiſsimę
lęſioni,vbi adeſſet,impetrata tamen abſolu-
tione poſſet cõtractus infringi, eadem enim
facilitate qua contraxit,eadem præſumendũ
ea verba appoſuiſſe l.dolum §. diuerſum ff.
de Nouatio.quinimo fortius idẽ eſſe voluit
Alciat. in maiore, ſequitur Gutier.in auth.
ſacramenta puberum nu.98.C.ſi aduer.ven-
di.Burg.de Paz.qui alios recenſet conſi.28.
nu.18.Crauet.conſi.192.nu.10. Quare ſi iu-
ramentum non excludit enormiſsimam lę-
ſionem,neq. itidem renunciatio expreſſa lę-
ſionis enormiſsimę,multo minus aliæ quęuis
clauſulæ generales quamuis exuberantes.
37 Vnde licet † in terminis l.2.C.de reſcin.
vendi.prodeſſe poſsit clauſula renunciatio-
nis læſionis vltra dimidiam iuxta communẽ
glo.& aliorum traditionem in d.l.2.vbi Bar
tol.nu.11.& dixere communem Pinel.in d.
l.2.3.par.cap.1. num.9. Alciat. qui & com-
munem in d.ca. cum contingat nu. 82. com-
munem itidem multis citatis Rolan. conſi.
59.nu.22.lib.1. receptiſsimam Socin. iuni.
conſi.79.nu.19.lib.2.cõmunẽ Crauet. conſi.
114.nu.9.id tamen intelligendum de enor-
38 mi læſione,non de enormiſsima,† hęc enim
excepta ſemper cenſetur,ſic authoritate Al-
ciat. Dida. Grego. Lop. Pinel. Socin. Deci.
Curti.iuni.Rolan.Math.de Afflic. Burg. de
Paz.& aliorum ſcripſit Gutier.in d. auth.ſa-
cramenta puberum nu.92.& iterum nu. 98.
in fine.Concinit ſuperioribus quod multorũ
opinione ſcripſit Dida.lib.reſol.2.ca. 4. nu.
39 5. parum † prodeſſe renunciationes quãuis
amplisſima forma, & multis clauſulis con-
ceptas quãdo adeſt enormiſsima lęſio,quem
ſequitur Cald.Perey.vbi ſupra nu. 1. ad finẽ
verſi.Et generaliter.Quinimo etſi adiecta fo
ret clauſula,Etſi quid plus fuęrit illud donat
&c.adhuc recurrendum eſſet ad coniecturas
an voluerit renuncians vere donare vt ex
Alciat.& alijs deducit Gutier.in d.auth. ſa-
cramenta puberum nu.100.cum ſequent. Et
hucvſq. de maiore diximus renũciante,nunc
de minore dicemus.
40 Quartus † caſus eſt,cum maior filia renũ-
cians læſa fuit enormitęr tãtum,quo in caſu
vt ſuperius diximus non admittitur ad reci-
ſionem renunciationis,verum ſi vellit reme-
dio reſtitutionis in integrum agere ex gene-
rali illa clauſula qua ſubuenitur maioribus,ſi
mihi iuſta cauſa eſſe videbitur,de qua loqui-
tur tex.in l.1.in fine ff.ex quib.cau.maio. nõ
poterit etiam reciſionem contractus inten-
tare quoniam licitum eſt maioribus de iure
ciuili ſe inuicem decipere infra dimidiam
iuſti pretij,abinde ſupra locum habet reme
dium ordinariũ l.2.C.de reſcin.vendi.nullo
ergo in caſu licebit renũciationẽ reſcindere
prætextu huiuſmodi clauſulę. hanc ſcribit
communem ſententiam Sfor.Odd.tract. de
in inte.reſtitu.1.par.quæſt.14.arti.6.nu.50.
verſi.Contrariam tamen. Cæterũ idẽ Odd.
ibidem verſi. Ego puto aduertendum, ſic di-
ſtinguit aut inquit lęſio eſt vltra dimidiam,
& dubitatur an propter remedium ordina-
rium d.l.2.C.de reſcin.vẽdi.ceſſet remediũ
extraordinarium ex clauſula ſupradicta, &
41 putat nõ ceſſare ea ductus ratione † quia vbi
remediũ extraordinariũ eſt pinguius & per-
fectius ordinario vbi ſimul concurrunt non
ceſſat extraordinarium.Bartol.Bald.Angel.
Cuma.& Alberi.in l. in prouinciali de noui
42 oper.nunci. † atqui plenius eſt remediũ ex-
traordinarium ex d.clauſula quam remediũ
d.l.2.teſtãtibus Panor.in ca.cũ dilecti nu. 5.
ext.de emp.& vendi.Crem.in d.l.2.nu. 55.
C.de reſcin.vendi.cõſequenter dabitur reſ-
titutio ad libitum & volũtatem læſi vltra di-
midiam ſi ipſi magis expediat.
Aut vero (ſubdit Odd.) lęſio eſt infra di-
midiam,& nõ dabitur reſtitutio maioribus,
quoniam ſi non datur reſtitutio minoribus
niſi fuerint enormiter læſi,iuxta opinionem
multorum quam is communẽ ibi dixit,mul-
to minus dabitur maioribus: ſubiungit limi-
tandam eſſe traditiooem ſuam niſi cõcurre-
ret aliqua iuſta cauſa æquitatis concedendi
reſtitutionẽ,puta ſi lęſa fuiſſet mulier enor-
miter in contractu,ruſticus,vel miles,in qui-
bus fragilitas conſilij magis pręſumitur quã
in alijs hominibus.citat Mauri.tract. de re-
ſti.in inte.ca. 375.& ca. 398.

Hæc

Digitized by Google

43 Hæc Sfor. † Oddo opinio & diſtinctio
admitti poteſt vbi iuramentum non fuiſſet
in renunciatione adiectum prout vere in hac
ſpecie loquitur;quoniā in toto articulo nul-
lam de iuramento mentionem facit; adſtā-
te iuramento recipi non poſſet, cum ex re-
ceptiſsima ſententia ſcripſerim ſupra in ver-
ſic. Primus caſus, nullo modo filiam maiorē
reſcindere renunciationem poſſe niſi læſio-
nem docuerit vltra dimidiā & plus, eo quod
iuramentum tollat remedium dict.l.2.vnde
cautæ in ſuo tantum caſu obſeruari Oddo
opinio poterit.
44 Quando † autem læſio dicatur enormis
vel enormiſsima, non ſatis inter noſtros cō-
uenit; in varias enim & pænitus diuerſas
ſententias abierunt. Exiſtimarunt enim qui-
dam læſionem enormem dici cum ſepara-
tim conſiderata ex ſe ipſa non ad aliud facta
comparatione læſio apparet: Alij duorum
exceſſum læſionem enormem eſſe dixerunt
veluti ſi res valens viginti vendatur decem
& ſeptem quidam lęſionem enormē in ſex-
ta parte conſiderant: Alij reſpectu prętij o-
pinantur læſionem eſſe cum ad tertiam par-
tem deſcendit: Multi eam quæ dimidiā iuſti
pretij excedit. Nonnulli quæ ſolam dimi-
diam pertingit. Plerique læſionem eam exi-
ſtimarunt ſufficere quæ vltra decimam par-
tem aſcendit quas opiniones ſeriatim cum
ſuis authoribus recenſet & improbat Sfor.
Odd.tract.de reſt.in inte.1.par. quæſt.4.ar-
tic.13.a num. 1. Et ex ſuperioribus quatuor
non relato Odd.memorat Cald.Perey.in d.
verbo læſis, num.1.verſi. Lęſio autem enor-
45 mis: cōmuni † tamen & receptiori interpre-
tum calculo, obtinuit prudentiſsimi iudicis
arbitrio id relinquendum eſſe. Sic primum
Azoniſ. Alberi. Bal. Cyni Salice. Iaco. de A-
retin. Rip. Iaſſo. Panor. Bero. Dida. Rodoan.
Alexan. Deci. Socin. Pariſi. Meno. & multo-
rum authoritate reſoluit idem Odd.dict.ar-
tic.13.num.121. Eandem ſententiam rela-
tis Anto.de Burg. Hippol. de Marſil. Socin.
iunio. Deci. Corne. Dida. Anto. Gabri. Ro-
lan. Graff. & Burſat. ſequitur receptiſsimam
dicens idem Cald. Perey. in loco proxime
relato num.1. verſic. Sed verior in hac ſen-
46 tentia obtinuit. Caute † autem & pruden-
ter iudices in terminanda huiuſmodi lęſio-
ne procedent, conſiderata qualitate perſo-
narum, & rei in qua lęſio dicitur facta, cum
magna & in re modica læſio dici poſsit in
paupere, quæ in perſona diuitis nullius fo-
ret conſiderationis vt rectè animaduertit
Odd.dict.loco num.123. qui & alia ibidem
in hac materia non contemnenda ſcribit.

SVMMARIVM.

1 *Filia minor annis 25. in contractu matrimo-nij renuncians quomodo reſtituatur.*

2 *Filia renuncians ſimpliciter cum iuramento, non cenſetur renunciare beneficio l. 2.C. de reſcinden.vendi.*

3 *Filia minor renuncians ratione iuramenti efficitur maior.*

4 *Renunciatio generalis non impedit remedium ſpeciale per legem conceſſum.*

5 *Renunciare iuri quod quis ignorat non præſumitur.*

6 *Filiæ minori læſæ in ſua renunciatione concedenda eſt abſolutio à iuramento.*

7 *Filia renuncians hæreditati delatæ cum iuramento, ſi læſa fuit vltra dimidiam agere ad recißionem contractus poteſt, non obſtante iuramento.*

8 *Filia minor renuncians ſi læſa fuerit vltra dimidiam abſoluenda eſt à iuramento, & hæc ſola cauſa ſufficit.*

9 *Ignorantia & ſimplicitas in minoribus, mulieribus, & ruſticis præſumitur non obſtante iuramento.*

10 *Mulieres qua facilitate inducuntur ad contrahendum eadem ad renunciandum & iurandum.*

11 *Filia minor renuncians cum iuramento enormiſsime læſa, etiam nulla petita abſolutione à iuramento reſcindere abſolutionem poteſt.*

12 *Dolus ex propoſito præſumitur interuenire, vbi adeſt læſio enormiſsima.*

13 *Dolus præſumitur facile cum qualitate minoris ætatis, & vbi læſio maxima eſt.*

14 *Iuramentum non impedit recißionem contractus vbi læſio enormiſsima datur.*

15 *Filia minor renuncians hæreditati paternæ cum iuramento vltra dimidiam læſa habito reſpectu ad ſtatum præſentem, ad recißionem agere poteſt.*

16 *Filia renuncians hæreditati paternæ quæ habito reſpectu ad bona à patre poſſeſſa, congruam dotem recepit renunciationem reſcindere non poteſt.*

17 *Filia minor cum iuramento renuncians hæreditati paternæ vicibus geminatis, etſi læſa fuerit renunciationem reſcindere non poteſt.*

18 *Opinio communis verior.*

19. *Lex loquens de aliquo actu non comprehendit actum geminatum.*

20 *Mulier ratione duplicatæ interceſsionis non excluditur à remedio Vellelani S.C.*

21 *Filia minor renuncians cum iuramento adiecta clauſula quod promittit non contrauenire ratione minoris ætatis, nec læſionis vltra dimidiam, nec alia quauis ratione, reſcindere renunciationem non poteſt.*

Opinio

Digitized by Google

22 *Opinio communis qualiter intelligenda.*
23 *Abſolutio à iuramento nulla requiritur in filia minore enormiſsime læſa.*
24 *Filia minor renuncians adiecta clauſula, quod renunciat omni iuri, & legum auxilio, adſtante enormiſſima læſione audienda.*
25 *Reſtitutio in integrum concedenda minoribus aduerſus repudiationem vel amiſſionem hæreditatis.*
26 *Filia minor renuncians cum iuramẽto licet ſe maiorem dixerit non obſtante iuramento reſtitui poteſt.*
27 *Renunciatio data enormiſsima læſione etſi iurata, vel conſanguineorum authoritate roborata, aut iudicis decreto, infringi poteſt.*
28 *Filia minor renuncians cum iuramẽto in omnibus illis caſibus, in quibus maiori ſubuenitur, reſtitui poteſt.*
29 *Didaci traditio.*
30 *Didaci traditio ſuſpecta.*
31 *Didaci diſtinctio recipitur.*

QVÆSTIO. LXXXXVII.

FILIA ANNIS MINOR RENVNcians in capitulis matrimonialibus ſimul cum iuramento, quemadmodum reſtituatur, & in quibus caſibus.

1 COnſequens † eſt diſerere de filia
minore annis vigintiquinq. renunciante in cõtractu matrimonij, quãdo in ſuperiore quæſtione de maiore actum eſt: vt autẽ
familiariter articulus hic tractetur quoſdam
caſus ſicut in maiore ſcripſi diſtinguendos
eſſe putauerim.
2 Primus eſt cũ filia † contrahit, & iuramẽto
adiecto ſimpliciter renunciat, cenſetur enim
renunciare beneficio ætatis tantum, non autem
diſpoſitioni l. 2. C. de reſcin. vendi. ſi vltra
dimidiam fuerit decepta. ſic docuit glo.
in d. l. 2. vbi poſt eam omnes glo. in cap. penul.
ex. de emptio, & venditio. & dixit communem
opinionem poſt Socin. & Crauet. ab
eo relatos Dida. in d. cap. quamuis pactum
3. par. §. 4. nu. 6. de pact. in 6. Rationem red-
3 diderunt † interpretes, quod filia minor ratione
iuramenti efficitur de minore maior,
quod vero attinet ad remedium d. l. 2. vbi
4 decepta ſit non excluditur, nam † generalis
renunciatio nõ impedit remedium ſpeciale
per legem conceſſum l. ſed etſi quis §. quæſitum
ff. ſi quis cautio.
5 Neq. † videtur quiſquam iuri renunciare
quod ignorauit ſi ſibi competit, poſtquam
de eo actum nõ fuit l. mater decedens ff. de
inoffi. teſtam. l. aquiliana C. de tranſ. l. qui cũ
tutoribus eo. illo titul. Eandem ſententiam
præter ſuperius relatos tenuerunt Bartol. in
d. l. 2. nu. 10. Alberi. num. 9. Cyn. quæſt. 6. Salicet.
nu. 22. Caſtren. poſt Alberi. in auth. ſacramenta
puberum nu. 10. C. ſi aduer. vendi.
vbi Iacobi. nu. 43. Iaſſ. nu. 55. Gutier. nu. 86.
Grego. Lop. in l. 6. titu. 10. par. 6. verbo *por
razon de menor edad.* refert cõmunem alijs
relatis Anto. Gom. in lib. 2. reſolutio. cap. de
reſti. mino. nu. 20. alios plures, dicens etiam
communem, recenſet Anto. de Padill. in d. l.
2. de reſcin. vendi. nu. 33. poſt Pinel. in eadẽ
lege 3. par. cap. 1. nu. 9. Et præter nunc relatos
Deci. Crauet. Alex. Salice. Corne. Socin.
Curt. iuni. Rub. & Rip. quos ſequitur, & memorat
Cald. Perey. in commenta. de in inte.
reſtitu. in verbo læſis nu. 1. verſi. Minor autẽ
6 contractum iuratum: Quare † in hac ſpecie
concedẽda erit abſolutio a iuramẽto, quemadmodum
omnes ſuperius citati fatentur, &
in ſpecie Dida. d. §. 4. n. 6. in fine: qui adiecit
quod vbi minor iurauit ſe non contrauenturum
pacto vel renunciationi ratione minoris
ætatis, apertiſsimũ tunc eſt minime eum
renunciaſſe beneficio d. l. 2. obidq. abſolutionem
à iuramento neceſſariam non eſſe,
vt is aduerſus renunciationem vel pactum
agere poſsit, aut ad iuſti pretij compenſationem.
7 Secundus † caſus eſt, cum filia minor renunciat
hæreditati iam delatæ adhibito iuramento,
& reperitur læſa vltra dimidiam
iuſti pretij, poterit ſanè non obſtante iuramento
ad reciſionẽ agere contractus, quamquam
non poſsit contrauenire ratione minoris
ætatis propter iuramentum vt ſuperius
dicebam: Atq. hęc eſt differentia inter maiorem
& minorem renunciantẽ, vt maior prętextu
enormis læſionis nequeat abſolui à iuramento,
dixi quæſtione pręcedenti. Minor
8 vero abſoluẽda erit; † Et ſola vltra dimidiã
iuſti pretij læſio erit cauſa ſufficiens relaxãdi
iuramẽtum: Rectè itaq. ſcripſit Bal. in Rub.
de re. permu. relatus à Dida. in d. §. 4. nu. 6.
9 ad medium, † in minoribus mulieribus &
ruſticis non obſtante iuramento præſumi ignorantiam,
& ſimplicitatem, idcirco iudices
æquos relaxare debere iuramẽta huiuſmodi
perſonis propter ſexus fragilitatem, & minorum,
& ruſticorum facilitatem idem Bal.
in ca. 1. §. itẽ ſacramẽta de pa. iuram. firma.
Iaſſ. in l. generaliter 3. notabi. de verbo. obli
10 ga. nam † qua facilitate inducuntur ad contrahendum,
eadem ad renunciandum & iurandum
l. doli verſ. Diuerſum ff. de do. exceptio.
qua in re addit Dida. iudices oportere
eſſe vigilantiſsimos. id ipſum ſcripſit Dida.
d. §. nu. 6. verſi. Sexta ex premiſsis. Anto.
Gom. lib. 2. reſol. ca. de reſtitu. mino. nu. 20.
Gutier.

Gutier.in d.auth.ſacramenta puberũ nu.87.
C.ſi aduer.vendi.Iaſſ.conſi.160.nu.4.lib. 2.
Deci.qui communem conſi.180.nu.5.conſi.
181.nu.3.Rolan.a Vall.conſ.7.nu.50.lib.3.
vbi adijecit bonos præſides facere iuraméta
minorum,& violẽtas extortiones caſſari per
capturam perſonę.

11 Tertius † caſus cum filia minor renuncia-
uit & iurauit,fuit autem nedum enormiter,
ſed & enormiſsime læſa, hac in ſpecie nulla
requiritur abſolutio á iuramento vt reſcin-
dere renũciationem poſsit,quoniam vt ani-
maduerti præcedenti quæſtione vbi adeſt lę-
12 ſio † enormiſsima præſumitur eo ipſo dolus
ex propoſito,ex l. lucius §. omnes ff. quæ in
frau. credito. cum alijs á me ibi adductis:
Vnde cum adſit dolus iuramentum minorẽ
13 afficere non poterit, † cum ex qualitate mi-
noris ætatis pręſumatur fraus vbi læſio maxi
ma eſt l.ſi ſuperſtite in verbis, ſi læſa es im-
modice,C.de dolo.Crauet.conſi.99.nu.20.
lib.1.Socin.iuni.conſi.47.num.39.lib.3.vbi
cõmunem dixit alios multos refert Rolan.
conſi.7.nu.43.lib.3.Cæphal. conſi. 142. nu.
30.lib.1.idem Socin. iuni. conſi. 48.nu.25.
lib.1.Neq. enim vbi adeſt læſio enormiſsi-
ma.Et his addendi Mencha. Menoch. Gail.
Graſſ.& alij innumeri quos recenſui in quæ-
ſtione antecedenti in verſi.Primus caſus eos
non repeto. Rationem aliam reddiderunt
14 interpretes omnes † quoniam iuramentum
non impedit reciſionem contractus, in quo
adeſt læſio enormiſsima propter dolum, ob
idque renunciatio iurata non valet cap. cum
contingat de iur.iuran.Anto.Panor. Cœpol.
Aguſ.Bero.Deci.Rube.Math.de Affli.Rip.
Caſſ. Mexi. Dida. Deci.Corne.Natt.& alij
multi quos refert & ſequitur Cald.Perey. in
citatis commen.de in inte. reſti. verbo læſis
nu.1.verſi.Dolus autẽ ex propoſito; vbi ſub-
iungit quod filia minor ex renũciatione hæ-
reditatis ſibi debitę, eo ipſo præſumitur de-
cepta, & lęſa,quod ille authoritate Bart.cõ-
probat,& modo dicam.

15 Quartus † caſus,cum filia minor renũciat
hæreditati paternæ præſtito iuramẽto & læ-
ſa fuit vltra dimidiam habita cõſideratione
ad pręſentem ſtatũ, bona ſcilicet,quæ pater
tempore renunciationis habebat,& attento
dubio euentu futuræ hęreditatis, quoad in-
crementum bonorum, vel ipſorum diminu-
tionem,poterit ſanè filia non obſtante iura-
mento ad reciſionẽ agere ex his, quæ ſupra,
& quæ communi omnium fere ſententia pro-
bantur in d.l.2.C.de reſcin.vendi.dum affir-
mant,& illius legis beneficio locum eſſe, in
tranſactione licet dubius ſit litis euentus; ſic
ex Bartol.Anto.de Burg.Deci. Alex. Caro.
Ruin.Seueri.Catellia.& alijs deducit Dida.
in d.§.4.num.6.verſi.Septima concluſio.vbi
in fine addidit id maxime admittendum ſo-
te petita prius abſolutione á iuramento: idẽ
cenſit Cald.Perey.poſt Bal.Fedri. de Senis
Bartol.Iaſſo.Deci.& Rolan.in d.verbo lęſis
num.1.verſi. *Præſumitur enim dolus contra minorem,& c.*

16 Limitat † autem ibi Dida. poſt Carol.
Molin. & Boeri. ab eo citatos caſum hunc
quando,& quoties filia reſpectu hæreditatis
paternæ renunciatæ recepiſſet congruam do
tem,quę dicitur habito reſpectu ad legitimã
competentem in bonis eo tunc poſſeſsis per
illius patrem,vt ex communi multis relatis
reſolui q. 82. non repeto id ipſum repetit
Dida.eod.§.n.7.verſ.Duodecima cõcluſio.

17 Quintus † caſus, cum filia minor cum iu-
ramento renunciat hęreditati paternæ dela-
tę vel deferendę vicibus geminatis, cenſent
etenim multi in hoc caſu filiam minorẽ mi-
nime ad reſcindendam renunciationẽ agere
poſſe,etiã prætextu grauiſsimæ læſionis,cui
per actum geminatum videtur renũciatum.
argu.tex.in auth.ſine á me C. ad Velleia.l.ſi
mulier in 2.eod.illo titul.l.balliſta ad Tre-
bellia.Deci.cõſi.181.Dida.d.§.4.nu.6.verſ.
Octaua concluſio.Alciat.in d.ca. cum cõtin-
gat num.89.de iur.iuran.Pau.de Caſ. Panor.
Deci.Dida.Rub.quos refert Cald.Perey.vbi
ſupra in verſi.Id tamen reſtringendum eſt:&
iterum paulo inferius,in verſic. Et generali-
ter læſio non conſideratur, vbi ſuperaddit
Iaſſ.Anto.de Burg. Rip. Pariſi. Rub. Socin.
Curri.iuni.Cremen.Cagno.& alios quoſdã.

18 Verum † hæc opinio vera non eſt,& com
munibus refragatur traditionibus,qua enim
facilitate minor ſemel renũciauit, & bis,ter
& quater,d.l.doli verſi. Diuerſum ff. de dol.
exceptio.Vnde hac & alijs multis rationib⁹
contrariam opinionem veriorem,& recep-
tiorem eſſe docuerunt,Socin.conſi.85.nu.6.
lib.2.Corne.Deci.Crauer.& Mexia.quos re
fert & ſequitur dicens,cõmunem Cald. Pe-
rey.in d.verbo læſis num. 1.verſi. Sed & in
hoc contraria ſententia : Et hanc ipſam am-
plectitur Gutier.in auth.ſacramenta puberũ
nu.99.C.ſi aduerſus vendi.& eandem defen
dit alijs relatis Burg.de Paz.conſ.28.nu.22.

19 Huc † pertinet quod licet geminatio eni-
xam magis,& deliberatam mentem cõtra-
hentis demonſtret,ex iuribus ſuperius cita-
tis,& propterea lex loquens de aliquo actu,
non cõprehendat actus geminatos iuxta tra-
ditionem Roma.in l.ſi vero §.de viro ſallen.
20 31.ff.ſolut. matrimo. † non tamen efficere
poteſt vt mulier ratione binę intercesſionis
pro marito ſuo iuuari Velleiano nõ poſsit,
ſic authoritate Angel.reſoluit Theſau.deci-
ſio.Pedemon.213.num.6.

Sextus

21 Sextus caſus, † cum filia minor renunciat
& iurat non cõtrauenire ratione minoris ęta
tis,nec læſionis vltra dimidiam , nec quauis
alia occaſione, eo in caſu abſolutio denega-
bitur & valebit renunciatio non obſtante lę-
ſione vltra dimidiã,ſic in terminis d.l. 2.C.
de reſcin.vendi.ſenſit gl.ibi Barro.nu.11.&
poſt eũ alij ibi Deci.conſ.403.nu. 22.Dida.
d.§.4.nu.6.dixit mulris citatis communem
Pinell.in d.l.2.3.par. cap.1.nu.9. Alciat.in
d.ca.cum contingat n.182.fuſè Rolan.conſ.
59.nu.22.lib.1.qui communem,eandem aſ-
ſerit receptiſsimam Socin.iuni.conſ.79.nu.
19.lib.2.Crauet.conſ.114.nu.9.Canoniſ. in
d.ca.cum cauſam de emptio. & vendi.Alex.
conſ.127.nu.2.lib.2. Corne.& Aymo.quos
ſequitur Cald. Perey. in d.verbo lęſis nu.r.
verſi. Limiranda eſt etiam pręcedens reſo-
lutio. Gurier.in d.auth. ſacramenta puberũ
num.88.& in muliere intercedente pro viro
decidit Theſau. dict. deciſ. 213.num. 8. ad
medium.

22 Eget antem ſumma † declaratione hic ca-
ſus ne ſuperiores traditiones quemquã ſal-
lant, proinde intelligendos interpretes opi-
not,data enormi læſione,ſecus vbi afforet e-
normiſsima, quoniã in ea pręſumitur dolus
re ipſa, conſequenter renunciatio etſi iurata
dicta clauſula fulcita,operari aliquid nõ po-
teſt d.ca. quamuis pactum dixi multis cita-
23 tis quæſt.antecedenti:Præterea † ſi iuramẽ-
tum data enormiſsima læſione nihil opera-
tur,quanto minus clauſula prædicta, quoniã
læſio enormiſsima tollit omnem cõſenſum,
atque ideo data enormiſsima lęſione in con-
tractu minorum nulla requiritur abſolutio à
iuramento ex receptiori ſententia hæc ſolũ
inter minorem & maiorem data differentia
quod maior indiget abſolutione,minor mi-
nime vt in numeris citatis dixi communem
quæſtio.præcedenti verſi. Primus caſus,& in
verſic.Sequenti : efficiet igitur enormiſsima
læſio vt non obſtante iuramento , nec etiam
clauſula prædicta poſsit minor filia renun-
cians contractum reſcindere ; & ita viſus eſt
ſenſiſſe Theſau. loquens in muliere interce-
dente pro marito dict.deciſ.213. nu.8.& 9.
apertè in terminis noſtris Cagnol.in d. l.2.
nu.139. C.de reſcin. vendi. Neuizan.& Al-
ban.quos citat & ſequitur Meno.conſ. r.nu.
24 362.li.1. Quinimo † ſi minor iuraſſet renũ-
ciationem,& ſimul etiam renunciaſſet omni
iuris & legum auxilio audiendus eſſet Ro-
lan.qui alios conſ.7.nu.52.li.3.Corn.Pariſi.
& alij quos refert Cald. Perey. in d.verbo
læſis nu.1.verſi.Sic etiam & in verſi.Sequen-
25 ti. † Deniq. generale eſt vt minoribus ſub-
ueniatur in integrum reſtitutione aduerſus
repudiationem vel omiſsionem hæreditatis
l. 3. §. ſed quod minori ff.de Mino. vt mul-
tis traditis regulis & exemplis proſequitur
Odd.tract.de in inte.reſti.part.2. quæſt.85.
art.1.cum tribus vel quatuor ſequent.

26 Procedit † & hic caſus quando filia minor
ſe maiorem dixiſſet adhibito iuramento in
renunciatione hæreditatis paternę vel ma-
ternæ,eo enim iuramento non obſtante reſ-
titui poterit, ſic ſingulariter reſpondit Caſ-
tren.conſil.455.nu.5.& 6.ea motus ratione,
quod pręſumendum ſit patrem dolo filiam
ſuam induxiſſe ad ita iurandum , qui melius
filiæ ſuæ ætatem agnouiſſe credatur quam
eademmet filia , quod certè dictum inſigne
& celebre eſt,& maxime notandum;illud ſe-
quitur Sfor. Odd. tract. de reſti. in inte. 1.
par.quæſt.24.arti.5.num.45.

27 Superioribus † in tuitionẽ accedat quod
data enormiſsima læſione infringitur renun-
ciatio etſi ea iurata fuiſſet,vel cõſanguineo-
rum authoritate celebrata aut etiam iudicis
decreto roborata,vt hæc & alia authoritate
multorum confirmat Anto. Gabri. in com-
mu.rub.de iur.doti.conclu.1.num.12.vſque
ad 18.quę non repeto.

28 Septimus caſus † nunc proponitur idem-
que generalis,vt in quibus caſibus maiorem
reſtitui poſſe diximus quæſ. antecedenti, in
eiſdem maiori ratione minori ſubuenietur:
vnde ſi ſimul multis hæreditatibus modica
accepta dote minor renunciauerit reſtituen-
da erit,vt non obſtante iuramento infringe-
re renunciationem poſsit dixi in dicta quęſ-
tione verſi. Tertius caſus,& in verſi.Sequen.

29 Octauus † caſus,adſtãte enormiſsima læ-
ſione quo in caſu contractus, & renunciatio
reſcindi poſſunt,ita intelligendum , niſi vel-
lit in cuius fauorẽ renunciatio facta eſt,præ-
tium iuſtum vel iuſtam æſtimationem ſup-
plere reſoluit Dida.d.§.4.nu.7.verſi.Vnde-
30 cima concluſio : id autem † non ſatis cautè
à Dida.ſcriptum putauerim,nam etſi confe-
rant ea,quę in d.l.2. interpretes omnes tra-
diderunt,non tamen ſatis adiungi quæſtioni
propoſitæ poſſunt; cum contractus vel renũ-
ciatio, enormiſsimam continet læſionẽ,quo
caſu cõtractus in totum reſoluitur vt nec ab-
ſolutio à iuramento neceſſaria ſit ex ſupe-
31 rius adductis:propterea idem † Dida. libr.
reſo.2.cap.3.nu.9.docuit aliter diſtinguens
inter reſtitutionem in integrum impetratam
à minore propter ſuam læſionem , & inter
læſionem vltra dimidiam iuſti prætij , vt in
priori caſu emptor pręciſe teneatur ad rei
reſtitutionem,in altero vero minimè; ratio-
nem reddens diuerſitatis ibidem,& ſequun-
tur Crem.Paleor.Pinel.& Menoch.quos re-
fert Caualca.tract.de tuto. & curato. num.
144.poſt principium.

SVM-

Digitized by Google

SVMMARIVM.

1 *Filiæ renunciatio vi inductæ ad renunciandũ, renunciationem infringere poteſt.*
2 *Vis omni iure exoſa.*
3 *Vis ſuplex.*
4 *Vis præciſa conſenſum impedit.*
5 *Vis cauſatiua mixtam habet voluntatem.*
6 *Voluntas coacta voluntas eſt.*
7 *Renunciatio filiæ cum iuramento vi, vel metu incuſſo,nulla.*
8 *Iuramentum metu præſtitum obligat,donec pe tatur abſolutio.*
9 *Iuramentum metu præſtitum accedens cõtractui à iure ciuili reprobato,nullum.*
10 *Metus reuerentialis patris vel mariti abſque aliqua vi vel metu, infringere filiæ renunciationem non poteſt.*
11 *Metus reuerentialis probandus.*
12 *Metus reuerentialis non præſumitur ex ſola patris,aut mariti præſentia.*
13 *Metus aperte probandus ab eo qui eũ allegat.*
14 *Metus reuerentialis ſimul cum enormiſsima læſione concurrens,renunciationem filiæ infringere poteſt.*
15 *Renunciatio doloſa per filiam infringi poteſt.*
16 *Abſolutio à iuramento in contractu doloſo iurato non requiritur.*
17 *Dolus re ipſa contingens in renunciatione filiæ iurata data enormiſsima læſione contractum infringit.*
18 *Dolus re ipſa & dolus ex propoſito data enormiſsima læſione,pari paſſu ambulant,& filiæ renunciatio nihil nocet.*
19 *Dolus contrahentis abſque culpa minoris ſufficit ad infringendam renunciationem.*
20 *Minor qui dolo aduerſarij ſe maiorem dixit & iurauit,an reſtituendus.*
21 *Abſolutio à iuramento an ſit neceſſaria vbi minor ſe maiorem iurauit cum non eſſet.*

QVÆSTIO. LXXXXVIII.

RENVNCIATIO PER FILIAM facta in matrimonij contractu vi, dolo,aut metu paterno,quemadmodum infringi non obſtante poſsit iuramento.

IN ſæpius à nobis citato capite quamnis pactum. de pact. in 6. Roma.Pontifex etſi valere renũciationem hæreditatis paternæ voluerit adiecto iuramento duos tamẽ illic caſus excepit, primus cum vi renũciatio facta eſt, ſecundus cum dolo impellente, de vtroq. nunc agendũ eſt breuiſsimè tamen.

1 Circa primum † vi inducta filia ad renunciandum proculdubio renunciationem reſcindere poteſt d.ca.in verbis, ſi tamen iura-
2 mentum non vi: abhorrent † enim iura vim atq. ideo actus infringunt violentos l. 1. & tit.ff.ne vis fiat ei.ca.cum locum ca.veniens in 2.ex.de ſponſa.cap.ſignificauit de eo qui duxi.in matrimo. quam pol. per adulte. qui tex.inſignis eſt & norandus quo probatur eũ qui per vim matrimonium cum prima contrahere coactus fuit,ſi ducat alteram,cogendus eſt ſecundo ſtare matrimonio non autem primo.

3 Eſt autem † duplex vis, quędam enim eſt
pręſciſa altera cauſatiua,vis pręſciſa eſt,quæ
nos compellit ita agere vt nihil aliud poſ-
ſimus,exemplum,cum vis ventorum, moris,
aut tẽpeſtatis ita nos præmit vt pręter ſpem
nec voluntatem nos alio defert quã ire vel
nauigare vellimus; ſumi & aliud exemplum
poteſt in l.cæſar & in l. interdũ §. ſi propter
ff.de publica. in c.conſtat 1.q.1.ca.præsby-
4 teros §.1.diſtinc.50. huiuſmodi † vis cõſen-
ſum impedit & voluntatem : Vis cauſatiua
5 † eſt,quæ mixtam habet voluntatem,volun-
tas enim non deficit in nobis,cæterum metu
& timore ex vi illato deſcendit, declarat e-
gregie Fortun. noſter in trac.de vlti.fin.illa.
6 27.Salamo.in l.1.ff.de legi. voluntas † hæc
ex timore inducta , voluntas libera non eſt,
& ſpontanea ſed coacta ſecundum quod, vt
dixerit I.C. in l. mulier §. ſi metus ff. quod
met.cau.quod voluntas coacta voluntas eſt:
tex.in cap. merito 15.q.1.declarat Dida.in
7 Epito.de ſponſa.p.par. cap.4.§. 1.nu. 12. †
Ita fit vt renunciatio vi & metu incuſſo filiæ
non obſtante iuramento nulla ſit omnino d.
ca.quamuis pactum auth. ſacramenta pube-
rumC.ſi aduer.vendi.Dida.in d.ca.quamuis
8 pactum 3.par.§.4.nu.2. † licet enim iuramẽ
tum metu pręſtitũ obliget donec ab eo ab-
ſolutio fuerit petita.ca.verum vbi Panor. &
9 alij omnes ex.de iur.iuran. † tamen ſi iura-
mentum metu pręſtitum accedat contractui
iure ciuili prohibito , qui vt valeat indiget
iuriſiurandi religione , nulla tunc abſolutio
neceſſaria eſt ad reſcindendum contractum;
ita Panor.in ca.cum contingat ex.de iur. iuran.Dida.vbi ſup.qui ſubdit Panor. opinionem in praxi receptam fore quamquã contraria verior & receptior videatur ex his quę idem ipſe Dida. adducit lib.reſo. 1.ca. 4.nu.7.& in Epito.ad 4.decre.2.par. ca.3.§. 5.& ſuperiorem amplectitur Mencha.lib.2. de ſucceſsio.creatio.§.18.num.185.& relatis Alba.Mandel.Curt. Cæphal. Neuiza.& alijs ſequitur eandem pulchrè declarans M. A.Euge.conſi.12.num.57.

10 Hæc † autem omni caret dubio, cæterum maior inſurgit dubitatio,an ſolus metus reuerentialis,patris vel mariti,reſcindat renũciationem ; & cõmuni omnium voto receptum ſolum reuerentialem non ſufficere Pa-

nor. Ant.Imol.& cæteri in ca. cauſam matrimonij de offi.delega.idẽ Panor.& poſteriores in d.ca.cũ cõtingat vbi Alciat.nu.1. qui cõmunẽ ex.de iur.iur.Gutier.qui & receptã in d. auth. ſacramenta puberum nu.94.C.ſi aduer.vendi.

11 Et his addẽdũ,† neceſſe eſſe vt metus reuerentialis cõtractũ infringere poſsit, quod probentur minę,vel verbera Bart.in l. 1. §. quæ onerãdę ff.qua.re.actio.non de.l.interpoſitas C.de tranſ.neq.ſufficit ſola reuerẽtia niſi minę probẽtur ad cõtractus recifionem Bart.in d.§.quæ onerandę Cyn.Bal. Angel. Imol.Crauet.& Afflic.quos ſeriatim recẽſet
12 Cæphal.conſ.91.n.44.45.cũ ſeq. † neq. metus reuerentialis præſumitur ex ſola patris aut mariti præſentia , niſi minę vel verbera probentur,reſpondit ex multis Socin.iuni. cõſi.67.nu.39.lib.2.Boeri.deciſ.100.n.11.

13 Oportet autẽ † vt met' aperte probetur, non enim in dubio præſumitur,& ab eo qui eum allegat probãd' eſt l.2.C.de his quę vi. met.ve cau.fuſe Meno.prę ſũp.126.n.1.li.3.

14 Vno planè † caſu fatentur pleriq. ex noſtris ſolũ reuerẽtialẽ metũ ſufficere ad reciſionẽ cõtractus,vbi ſimul cũ metu illo cõcurreret lęſio enormiſsima,prę ſumitur enim eo in caſu propter enormiſsimã læſionẽ dolus, & veluti oppreſsio quædã filiæ renunciãtis, nõ enim veriſimile eſſet ꝙ alioquin ſublato metu tãtæ læſioni cõſenſiſſet l. ſi ſuperſtire C.de dol.quam ad id expendit Dida. poſt Deci.cõſi.181.in d.§.4.nu.7.verſi.Nona cõcluſio idẽ Dida.in Epito.de ſponſa. 2. par. ca.3.§.6.nu.4.Alciat.in d.ca.cũ cõtingat nu. 2.& 81.de iur.iuran.Salze. in addi.ad regu. Diaz.de Lu.regul.530.Burg.de Paz. cõſi.3. n.20.ſequitur Gutier.dicens ita vidiſſe practicari in Senatu Priciano in d.auth.ſacramẽta puberũ n.93.94.C.ſi aduer.vẽditio.Mẽcha.trac.de ſucceſ.crea.lib.2.§.18. nu. 189. ſequitur eandem M.A.Euge.vir doctus cõſi. 12.nu.59.& 60. Contrariã tñ opinionẽ tenuerunt alij multi,& inſignes iuris interpretes Alexan.cõſi.83.nu.8.lib.6. Crauet.cõſi. 114.n.9.& 10.idẽ Burg.de Paz.ſibi ipſi cõtrarius in cõſi.5.nu.7. qui alios recenſet , & magis cõmunẽ dixit:Dubito tñ an ea communis ſit opinio,hoc ſaltim ſuadeo ne iudices à priori opinione diſcedant vti æquiori, & qua miſeris puellis ſubuenitur quæ(vt nõ ſemel dixi)facile votis annuunt patẽtũ,& illis in omnibus obſequntur;Adhæc ſi ſola enormiſsima læſio.ſufficit ad infringẽdã filiæ renunciationẽ,quãto magis iuncta cũ reuerentiali metu,ad tex.in l.ſpadonẽ §.qui iura multa cum vulgat. ff. de admi. tuto. dolus enim eo ipſo interueniſſe præſumitur , vt quæſtionibus dixi antecedẽtibus proximis, & mox idipſum repetam.

15 Secundum † excipit caſum Roma.Pontifex in d.ca. quamuis , cum ſcilicet dolus in renunciatione filiæ interuenit ; abhorrent enim iura dolum & metum l.dolo vel metu C.de inuti.ſtipu.tex.inſignis in dict.ca. cum contingat de iur.iuran.cap.mulieres de iur. iuran.in 6.extant integri tituli ff.de do.ma. me.ve exceptio.& C.de do.ma. Et quidem cũ dolus ex propoſito eſt , nulla apud interpretes dubitatio eſt,cum enim is conſenſum tollat,conſequenter nullus redditur contractus,vt nec abſolutio a iuramento exquiratur d.ca.quamuis pactum. & in auth. ſacramenta puberum C. ſi aduer. venditio. deficiente enim conſenſu iuramentum obligare non poteſt l.final. C.de non nume. pecu. ſic poſt Panor.Alciat.& alios reſoluit Dida. in d.ca.quamuis pactum 3.par.§.4.nu.2.ad medium.M.A.Eugeni.conſi. 12.num.5.& ſeq. qui alios.

16 Sanè ſi dolus † non ex propoſito arte decipiendi interiecta,ſed reipſa cõrigerit data enormiſsima læſione cenſuerunt multi idem iudicandum,quod in ſuperiori ſpecie
17 cum † prę ſumatur dolus re ipſa ratione grauiſsimæ lęſionis l. omnes §. lucius ff. quæ
18 in frau.credito. † Et in hoc pari paſſu procedunt dolus re ipſa,& dolus ex propoſito, ſic multorum authoritate ſcripſi quæſt. 90. verſi.Primus caſus,& in verſi.ſequenti. quibus nunc addo Anchar. Alexi.Deci.Socin. iuni.Panor.Rolan.& alios multos,quos coaceruat Cal.Perey.in commen. de reſtitu. in inte.verbo læſis num. 1. verſi. Dolus autem ex propoſito.Meno.de arbi.iudi.quæſt. lib. 1.caſu.71.nu.18.teſtãtur communem Burg. de Paz.in conſi.28.nu.11.Gutier.in d.auth. ſacramenta puberum, num. 92.C.ſi aduerſ. vendi. dixit communem multis adductis M.A.Eugeni.dict.conſi.12.nu.65.66.67. & ſequen.vbi addit idem iudicandum,etſi filia renunciaſſet dictæ lęſioni.

19 Et ſufficit dolus † aduerſarij abſq. culpa vel negligentia minoris,quoniam ſi datur reſtitutio minori quando læditur ex proprio facto ex ſua culpa, multo magis dari debet quoties facto alterius decipitur:qua ratione & argumento vſus eſt Sfor.Odd. in cõmen. de in inte.reſti.par.1.quæſt.4.arti. 3.nu. 14. qui ibidem art.4.ſequenti idem eſſe ſcripſit vbi non dolo aduerſarij , ſed alterius tertij deceptus eſt adhibita diſtinctione de qua per eum ibidem.

20 Quid † autem dicendum vbi minor dolo alterius inductus ſe maiorem dixerit, & iurauerit adeundus idem Sfor.Odd.in d.trac. 1.par.quęſt.24.art.5.nu.42.Perey. in citato loco num.8.

An

21 An autem † abſolutio à iuramẽto neceſſaria ſit necne ad diſtinctionem cõmunem recurrẽdũ eſt, quã ex cõmuni adduxi d. quæſtio.90. verſi. Ex hoc primo caſu, &c. & reſoluit Graſſ. in §. ſucceſsio. ab inteſtato quęſtio.12.num.1.

SVMMARIVM.

1 *Filia religionem ingrediens modica dote contenta & cum iuramẽto renuncians, an monaſterium ex illi⁹ perſona infringere renũciationẽ poſſit.*
2 *Argumentum de matrimonio carnali ad ſpirituale validum.*
3 *Filia ſicut poteſt nubendo renunciare hæreditati paternæ, ſic ingrediendo religionem.*
4 *Tex.in ca.quãuis pactum de pact.in 6. ſie vindicat in matrimonio ſpirituali ſicut in carnali.*
5 *Filia ingrediens religionem exigua dote contenta, quæ opulentiſſimæ renunciauit hæreditati, an prætextu læſionis enormiſſimæ monaſteriũ reſcindere renunciationẽ poſſit.*
6 *Monaſterium ratione enormiſſimæ læſionis renunciationem filiæ reſcindere poteſt.*
7 *Filia ingrediens religionẽ enormiſſime læſa, dolo inducta cenſetur.*
8 *Filia ingrediens religionẽ & renuncians, eo ipſo læſa præſumitur.*
9 *Monaſterium ingredientes, vt paupertatem profiteantur ingredi præſumuntur.*
10 *Læſio conſiderari nõ poteſt in filia quæ Dei & religionis intuitu monaſterium ingreditur.*
11 *Leſus dici non poteſt is qui Dei cõtemplatione bona ſua dimittit.*
12 *Religionẽ ingredienti liberũ eſt bona omnia ſua inter parentes & conſanguineos diſtribuere.*
13 *Paupertas religioni maxime coniuncta.*
14 *Religioſi magis bi creduntur, qui pauperiores.*
15 *Monaſterium nullum ius habet in bonis quæ ingrediens religionem ante ingreſſum diſtribuit vel renunciat.*
16 *Dotẽ maiorẽ adferens melius tractatur a viro.*
17 *Dida. animaduertio.*
18 *Tex. in ca. 16. ſeſſionis 25. de reforma. S. Con. Triden. egregie declaratur.*
19 *Profeſſio tam in viris, quam in fœminis ante 16. annum expletum fieri non poteſt.*
20 *Tex. in d. ca. 16. ſeſſio. 25. S.C.Trid. in renunciatione loquens an habeat locũ in teſtamẽto monialis ante ingreſſum monaſterij.*
21 *Spini error.*
22 *Authoris opinio.*
23 *Monachus nouitius reuocare teſtamentũ factũ ante ingreſſum religionis poteſt.*
24 *Monachus nouitius durante nouitiatu teſtamentum condere poteſt.*
25 *Tex. in d. ca. 16. ſeſſionis 25. Concil. Trid. correctorius eſt iuris communis.*
26 *Declaratio S. cõgregationis cardinaliũ qualis.*
27 *Renunciatio vel donatio filiæ ante ingreſſum religionis facta, quæ poſt religionem ingreditur, an valeat non obſeruata forma d. ca. 16. ſeſſione. 25.*
28 *Diſpoſitio licet exorbitans, & pœnalis extẽditur vbi & quando ſi non extenderetur redderetur eluſoria.*
29 *Ingreſſus monaſterium, & ingredi volens quemadmodum æquiparentur.*
30 *Lex pœnalis, & exorbitans ne eluſoria reddatur recipit extentionem, data tñ poteſtate cõdentis.*
31 *Principium in omni diſpoſitione attenditur.*
32 *Principium ſemper prædominatur.*
33 *Finis ad principium reducendus.*
34 *Filiæ ſicut poſſunt renunciare in cõtractu matrimonij carnalis, ſic & in ſpirituali.*
35 *Lex correctoria & pœnalis extenditur quando alias fruſtatoria foret, niſi detur ratio diuerſitatis in contrarium.*
36 *Lex pœnalis extentionem recipit quando nullum effectum produceret, niſi data diuerſitate caſus.*
37 *Religionem ingreſſus, & ingredi volens non in omnibus æquiparantur.*
38 *Religionem ingreſſus cum eo, qui ingredi vult, talis differentia eſt, qualis inter actum & voluntatem.*
39 *Declaratio ſacræ congregationis aduerſus Azpilcuetæ traditionem.*
40 *Declaratio ſacræ congregationis cardinalium aduerſus Azpilcuetam ad litteram ſcribitur.*
41 *Tex. in d. ca. 16. ſeſſionis 25. de reformatio. an habeat locum in renunciatione per filiam facta & religionem ingreſſa ætatis decem & ſeptem, decem & octo, vel viginti annorum.*
42 *Menochij opinio qualis, circa diſpoſitionẽ tex. in d. cap. 16. ſeſſio. 25.*
43 *Menochij opinio confutatur.*
44 *Text. in d. ca. 16. ſeſſionis 25. S.Con.Triden. ad euitandas fraudes conditus fuit.*
45 *Forma renunciationis præſcripta a S.Con.Tridẽtino eſt de ſolemnitate actus.*
46 *Solemnitas præciſe obſeruanda.*
47 *Forma nullam admittit diuiſionem.*
48 *Tex. in ca. quamuis pactum de pact. in 6. qui agit de vitando periurio & peccato obſeruandus in iudicijs ſecularibus.*
49 *Iuri canonico ſtandum in vtroq. foro in materia peccati.*

QVÆSTIO. XCIX.

FILIA MATRIMONIVM contrahens ſpirituale dote accepta, ſimulque renuncians hæreditati paternæ vel maternæ, an læſa enormiter vel enormiſsime reſtitui poſsit, & de intellectu tex. in cap. 16. ſeſsio. 25. S. Tridentini Concilij.

QVANDO fœlicem huic tractatui principium matrimonij ſacramenro dedi, religionis nunc ſacræ quæſtione finem imponam optatiſsimũ :
1 † Quæritur igitur nunc an renunciatio filiæ religionem ingredientis quę iuri iurando renunciauit bonis paternis modica cõtenta dote reſcindere renunciationem ex illius
2 perſona monaſterium poſsit: Et quidem † non eſt dubitandum quod cum regulariter valeat argumentum de matrimonio carnali ad ſpirituale cap. fin. ca. inter corporalia ex. de tranſla. prælato. cap. cum inter Canonicos ex. de electio. ornat multis Euerar. in topi. legali. loco.
3 33. a num. 1. † ſicut poteſt filia nubendo adhibito iuramento renunciare hęreditati paternæ, ſic poteſt ingrediendo religionem, contrahendo ſpirituale matrimonium.
4 Secundo hæc † ipſa opinio probatur ex eo. text. in dict. ca. quamuis pact. de pact. in 6. cum vim iuramenti conſiderat Roma. Pontifex; quę ratio ita in renunciatione militar, quę fit in contractu matrimonij ſpiritualis ſicut in renunciatione carnalis. Et his adducti rationibus multi hanc obſeruarunt opinionem Bartol. in l. fina. num. 6. & 7. C. de pact. vbi Bal. poſt eum Deci. conſi. 31. Purpura. in dict. l. final. num. 188. qui alios ſe antiquiores recenſet, & magis communem dicit. Cagno. ibi num. 115. Dida. in dict. cap. quamuis pactum 3. par. §. 2. num. 3. vbi Gutier. in verbo dum nuptui tradebatur num. 1. Telli. in l. 6. Tau. num. 53. Vaſqui. tract. de ſucceſsio. creatio. lib. 2. §. 18. num. 93.

Et licet aliqui contrariam tenuerint ſententiam quales Corne. Socin. Ruin. & Felin. quibuſdam adducti fundamentis, quæ recenſet Dida. dict. §. num. 3. Vaſqui. dict. §. 18. num. 93. Telli. in dict. l. 6. Tau. num. 53. Quia tamen facile vitari poſſunt, tum quia nunc relati Dida. Vaſqui. & Telli. his latiſsimè ſatisfaciunt, non repeto.
5 Difficultas † autem præcipua in eo verſatur, an filia religionem ingreſſa modica accepta dote, quæ opulentiſsimæ renunciauit hæreditati, reſtitui prætextu enormiſsimæ læſionis poſſit: Et exiſtimant multi reſtituendam quales Salice. in dict. l. pactum quod dotali C. de pact. quem ſequutus fuit ibi Deci. num. 7. Ancharra. in dict. ca. quamuis pactum de pact. in 6. etiam ſi dos monaſterio dara in filiæ ingreſſu congrua fuerit reſpectui ipſius monaſterij, ita enim intelligenda eſt ſuperior communis opinio, vt & declarant Dida. & relati interpretes ſuperius: Mouentur Sali. Deci. & alij ſequentibus.
6 Primo quoniam † cum validum ſit argumentum de matrimomio carnali ad ſpirituale ex dictis ſupra, & renunciatio per filiam facta opulentiſsimæ hęreditati, infringi proculdubio poſſit etſi iurata ſit, quinimo nec abſolutio à iuramento in minore ſaltim neceſſaria nõ ſit ad ea quæ fusè ex receptiſsimis adduxi traditionibus quæſtionibus proximis nonageſima & nonageſima prima, conſequens eſt aſſerere, monaſteriũ ex perſona filiæ enormiſsime læſæ reſtituendum fore.
7 Secundo quoniam † vbi adeſt læſio enormiſſima in contractu eo ipſo dolus ſaltim re ipſa videtur interueniſſe, vt ex deductis latiſsime ex communi omnium ſcripſi in dictis quæſtionibus; igitur tanquam doloſa renunciatio reſcindi debet.
8 Tertio ſi ſententiã † eorum teneamus qui in præcedenti articulo cenſuerunt ex ſola filię renunciatione monaſterium ingreſſa licet iurata, poſſe monaſteriũ agere & eam reſcindere renũciationẽ, quales Corne. Felin. Socin. Ruin. certè multo magis vbi adeſt enormiſsima læſio. Cõtrariã tamẽ opinionẽ tenuerũt alij quales Deci. Crauet. & Dida. in ſuperiori loco. n. 5. Vaſq. in d. §. 18. n. 100. & ij quidẽ duabus aut tribus po-
9 tiſsimũ rationibus mouentur: Primo † quoniã monachiſmũ ingrediens paupertatẽ profitetur cum omne propriũ à ſe ipſo abdicet, & eidem renunciet cap. cum ad monaſteriũ cum vulgat. ex. de ſta. monacho. ita fit vt veriſimiliter læſa
10 videri nequeat ea † quę gratis omnia relinquit. vnde ſi filia religionem ingreſſa bona ſua præſentia, aut futura ſuis renunciauerit conſangui-
11 neis, † non ideo læſa dici poteſt quod ſua dote contẽta opulentiſsimæ licet hæreditati vni aut pluribus renunciauerit.

Verum hæc ratio vitari poteſt quoniam etſi filia Dei intuitu omnia relinquerit & religionem fuerit profeſſa non inde ſequitur quin congruam ad monaſterium dotem deferre non teneatur; nam ſi valet argumentum de matrimonio carnali ad ſpirituale prout valet regulariter vt ſupra dicebam, quemadmodũ dote modica accepta per filiam cum renunciatione iurata, licet filię abſolutione petita ad reciſionem agere, vel iuſtam cõpenſationem petere in læſione enormiſsima dixi quæſt. 90. eodem iure in matrimonio ſpirituali, quod deterioris conditionis eſſe non debet. Neq. oberit dicere cũ Dida. & Vaſq. læſam dici non poſſe eam quæ gratis mundum & bona ſua relinquit, ea enim ratio militare poſſet in monaſterio bonorum incapaci, at vero in his, quæ dotem recipiunt (qualia fere omnia monialium) illa ratio conſiderari non poteſt imo contraria, cum præſumatur in dubio voluiſſe ſecum deferre congruam dotem.

Altera mouentur ratione Dida. cuius & Vaſqui. argumẽtum ſequitur: ait Dida. vel agit monaſterium ad reciſionem ex perſona filiæ monachæ, & ex iure illi competente quod in monaſterium tranſtulit ex auth. ingreſsi C. de ſacro. Eccleſ. aut agit iure ipſius monaſterij iure pro-

proprio ipſi monaſtetio competenti iam dela-
to.Priore in caſu nequit ius aliquod competete
filiæ ingreſſæ religionem monachę effectæ, vt
reſcindere renunciationem poſsit, licet læſio
grauiſsima aut enormiſsima proponatur, nulla
enim lęſio conſiderari poteſt, in ea quę ob pau-
pertatem ſeruandam,& religionem vouendam
monaſteriũ ingreſſa eſt:qui enim hoc agit pau-
pertatem quærit,& eligit in qua viuat. Qui igi-
tur fieri poteſt vt læſus in renunciatione bono-
rum is dicatur,qui omnia bona propter Deum
12 dimiſerit certè non † liberum enim fuit & eſt
cuilibet profitenti, bona omnia dimittere &
eadem ipſa inter filios conſanguineos,vel alias
perſonas diſtribuere nihil pęnitus relicto mo-
naſterio aut ſi qua mulier C.de ſacroſ. Eccleſ.§.
illud §.nunc autem in auth. de monach.

Neque obſtat (addit Dida.) ſi quiſquam di-
ceret, Monachum grauiſsimè læſum ex eo dici
poſſe,quod patrimonium ad monaſterium non
detulerit,nam id dici nequit, cũ læſus dici mo-
nachus non poſsit, qui monaſterium ingreſſus
tenue adferat patrimonium:totam autem ſub-
13 ſtantiam conſanguineis reſeruauerit; † non e-
14 nim paupertas religioni nocet † quinimo vt
magis pauperes tanto religioſiores monachi
creduntur clem. exiui de paradiſo cum ſimi.de
verbo.ſignifi.concilium Tridenti.ca.2.& 3.de
15 regulari. ſeſsio.25. Aut vero † agit monaſteriũ
iure proprio ſibi ingreſſu monachæ delato, &
nec tunc licet reſcindere renunciationem; nul-
lum enim ius habet monaſteriũ in his, quæ mo-
nachus ante ingreſſum religionis inter filios vel
cæteros conſanguineos diſtribuit, cum ei id li-
berum ſit facere d.auth.ſi qua mulier.cum alijs
ſupra citatis:Neque teſtamentum rumpitur il-
lius vbi factum fuiſſet ſi nihil monaſterio reli-
ctum foret dum religionis ingreſſum præſagiẽs
illud condidiſſet ex his, quæ idem Dida. tradit
in cap.2.num.5.ex.de teſtam.

Verũ & hæc argumentatio Dida. etſi argnta
videatur,& indiſſolubilis vitari poteſt,quoniam
prior argumenti pars procedere poſſet in mo-
naſterijs virorum, aut bonorum in capacibus in
communi,& particulari,aut in capacibus in cõ-
muni,in his etenim conuentibus nihil ingreſſu-
ri pro dote aliquid adferunt,cum habeant mo-
naſteria reddit', quibus cum ſuos alant religio-
ſos; Minorum etiam de obſeruãtia & Capucci-
norum,quæ neque in communi poſsidere quic-
quam poſſunt iuxta ſupra à me citata decreta
concilij Tridentini, ex his quæ mendicando
oſtiatim quærunt,religioſos ſuos ſuſtinent: vel
procedere poſſet argumentum in monaſterijs
monialium, quæ nullam recipiunt dotem pro
virginibus ingreſſuris,hæc tamẽ per pauca ſunt
in orbe; at vero in ingredientibus monaſteria,
quæ dotes recipiunt vt fere ſunt omnia totius
Hiſpaniæ, & Italiæ, ratio illa admitti non po-
16 teſt,vt enim † maiorem adferant dotem tanto
melius tractarentur, ſumpto argumẽto de ma-
trimonio carnali ad ſpirituale, ex his, quæ au-
thoritate Socin.Caual. Surd.& aliorum ſcripſi
quæſtio.83. verſic. Contrariam ſententiam, in
fine;ſed & quanto pinguius patrimonium mo-
naſterio defertur eo maius meritum apud Deũ
cum pijſsimum ſit monaſterijs dare & relinque-
re,ex his,quæ fusè Tiraquel.tract.de pijs cau.in
præfa. num. 2. & 3. ita fit vt læſio conſiderari
multis modis poſsit in perſona filiæ religio-
nem ingreſſæ.

Non quoque obſtat ſecunda argumentatio-
nis pars,verum enim non eſt in monaſterijs illis
monialium,in quibus dotes à virginibus adfe-
runtur in ingreſſu monaſterij:vnde quemadmo-
dum in matrimonio carnali renunciatio reſcin-
di poteſt prætextu læſionis grauiſsimæ quam-
quam dotem debitam filia recepiſſet, ita qui-
dem in dote ſpirituali, atque ideo monaſteriũ
ex perſona filiæ religioſę agere, & reſcindere
renunciationem poterit,ne melioris ſit condi-
tionis matrimonium carnale quam ſpirituale,
aduerſus ea,quæ ex illo tex.in argumentum no-
tarunt Canoniſtæ in cap. inter corporalia de
tranſ.Epiſco.

Verum in iudicando & conſulendo à prędi-
cta Socin.Dida.Crauet.& Vaſq.opinione rece-
dẽdum non puto;quia apud totum fere orbem
ipſa recipitur, neque vſquam viſum moniales
aut ipſarum nomine monaſteria renunciationes
has reſcindere prætextu lęſionis tentaſſe, que-
madmodum teſtatur Vaſq.dict.§.18.num.130.
& tenuerunt eandem cum Didac. opinionem
Burg.de Paz.conſi.5.num.1.& ſequent.Gutier.
in dict.ca. quamuis pactum in verbo dum nup-
tui tradebatur,num.3.de pact.in 6.

17 Cæterum † non inconueniens ſed vtile ad-
modum iudicauerim quod animaduertit Dida.
in d.§.2.num.3.verſic.Contrariam ſententiam,
vt in ipſo actu renunciationis vel pacti, inter-
ueniat conſenſus prælati, Abbatis, vel Abbatiſ-
ſæ & illorum conuentus, cum poſsint in acqui-
rendis præiudicare ipſi monaſterio, quemad-
modum & ante ipſum Dida. conſuluerunt Pur-
pura. & Cagnol. in dict.l. fina. num. 194. C.de
pact.

18 Altera nunc † quæſtio egregia excutienda
eſt,iure enim nouiſsimo ſacri Tridentini con-
cilij ſeſsio.25.de refor.cap. 16.de renunciatio-
nibus,quę per moniales in ipſo ingreſſu religio-
nis fiunt, in hęc verba ſtatuit: *Nulla quoque re-*
nunciatio, aut obligatio antea facta etiam cum
iuramento vel in fauorem cuiuſcunque cauſæ
piæ valeat, niſi cum licentia Epiſcopi, ſiue eius
vicarij fiat, intra duos menſes proximos ante pro-
feſsionem, ac non alias intelligatur ſuum effe-
ctum ſortiri niſi ſequuta profeſsione; aliter vero
facta, etiã ſi cum huius fauoris expreſſa renũcia-

tione etiã iurata ſi irrita & nullius effectus, &c.
19 Nam † cum dixiſſet ſacrũ conciliũ in cap.ante-
cedenti, profeſsionẽ tam à viris,quam fœminis
ante decimũ ſextũ annũ expletũ fieri non poſſe,
illico in capite nunc citato ſubiungit, neq. renũ
20 ciationem itidem fieri poſſe: Queritur † autem
an diſpoſitio d.cap.16.locũ habeat in teſtamẽ-
to condito per monialẽ ante ingreſſum monaſ-
terij; dubitationẽ enim non modicã facit quod
conſiliũ tantum loquatur de contractibus inter
viuos, non de teſtamẽto, aut vltima voluntate.
21 Vnde † incaute admodũ Spin.tract.de teſta.
glo.12.nu.50.referendo diſpoſitionẽ d.ca.16.
conci.Triden.ſcribit,eo tex.probari nullã renũ
ciationem,donationem, aut teſtamentũ valere
eius, qui ante monaſteriũ ingreditur niſi ſerua-
ta illius capitis formula,cũ tex.ille nuſquam de
teſtamẽto meminerit.id ipſum ſcripſit num. fi-
22 nal.in eadẽ gloſ. Exiſtimauerim † autẽ textum
illũ loquẽtem in obligatione, & renunciatione
minime ad teſtamenti factionẽ protendi poſſe;
Quoniã ſacrum concilium loquitur in contractu
vltrocitroq. obligatorio ſic enim dixit, *Nulla
quoq. obligatio, aut renunciatio, &c.* at teſtamẽ-
tum nullam producit obligationẽ reſpectu hæ-
redũ, aut legatariorum cũ ſit voluntas de ambu-
latoria vſq. ad extremũ exitum l.4.cum vulgat.
23 de adime.vel tranſ.legat.atq. adeo † vera hęc
ſunt (vt ad inſtitutũ quęſtionis loquamur) quod
poſsit monachus effectus dũ in nouitiatu agit
reuocare teſtamentũ factũ ante ingreſſum reli-
gionis; quemadmodũ relatis ex antiquioribus
nõnullis dixit cõmunẽ Iaſſ. in auth. ingreſsi C.
de ſacro.Eccleſ.refert alios Rodri. Xuar. in al-
legat.20.ad finẽ,qui & cõmunem.repetunt ean-
dem cõmunẽ aduerſus Dida.Matien.in l.1.tit.
24 6.gl.3.nu.4.li.5.Gracian.regul.456. nu.5. † ſi-
cut & durante eodẽ nouitiatu poteſt teſtamen-
tum condere, ante tamen profeſsionẽ cum lai-
cus reputetur Bart.in d.auth. ingreſsi nu. 1.vbi
cæteri poſt eum ſequuntur omnes, Clar.in §.te-
ſtamentũ q.28.verſi.Dixi nu.6.Ludo. de Moli.
tract.de Hiſpa.primo.li.2.ca.9.nu.52.alios re-
fert Gutier.li.2.Cano.quæſ.ca.1.nu.20.21.22.
vnde ad propoſitã quęſtionẽ redeundo, nõ du-
bium videtur tex.d. concilij Tridentini niſi in
25 contractibus vltrocitroq. obligatorijs loqui. †
Rurſus cum diſpoſitio conſilij correctoria ſit
iuris cõmunis, vltra caſus expreſſos protendi nõ
debet, ad ea quę omnes in l.ſi vero §.de viro ff.
ſolut.matri.& in auth.quas actiones C.de ſacr.
Eccle.l.præcipimus cum vulgat.C.de appella.
Ad hæc diuerſa admodũ ratio militat in teſ-
tamento quam in contractibus, quoniã S.Con-
ciliũ libertati proſpiciens eorum qui religionẽ
ingreſſuri ſunt profitẽdo, ſtatuit in ea quę ſupe-
rius verba recenſui; at ratio huiuſmodi in teſta-
mento neceſſaria non eſt, quia poſsit libere re-
uocari, & quę antea libertas nouitio concede-
batur, eadẽ ipſa ante profeſsionẽ viget: & licet
Gutier.in d. ca. quamuis pactum in verbo dum
nuptui tradebatur nu. 4. auſus non fuerit hanc
terminare quæſtionẽ prędicta reſolutione, idẽ
tamen d.c.1.li.2.Canoni.quæſ.n.26.cũ ſequen.
hanc amplectitur, & ante ipſum Gracian. d. re-
gul.456.n.7. Ludo.Molin. inſignis Theologus
ſocietatis Ieſu tract.de iuſti.& iur. 2.tract. diſ-
puta.139. col.750. ſecundũ nouã impreſsionẽ,
Caual.deciſ.10.n.113.par.3.vbi meminit tra-
ditionis Gutier.in d.ca. quãuis pactũ. probauit
eandẽ Azpil.in cõmen. de regulari ſuper ca. nõ
26 dicatis 12.q.1. n.51. † Et ſic fuit declaratũ per
ſacram Cardinaliũ cõgregationem, vt in manu-
ſcriptis vidi in hęc verba: *Caput hoc non habet
locum in puellis, quæ educationis gratia manẽt in
monaſterijs, neque procedit in teſtamento, aut vl-
tima voluntate, vel elemoſynis.*
27 Dubitatur † & ſecundo circa eiuſdem capitis
16.declarationẽ an renunciatio vel donatio filię
ante ingreſſum religionis, ſi poſt religionẽ in-
grediatur valeat non obſeruata forma dicti ca-
pitis; Gutier. enim in citato ſuperius loco mo-
uit hanc quæſtionem neq. ipſam decidere auſus
eſt; verum inſignis eruditionis & pietatis vir
Azpil.in conſi.8.titu.de donatio.lib.3.apertiſ-
ſimè reſpondit eſſe inutilem renunciationem,
mouetur ille duabus rationibus.
28 Prima quoniã † niſi ita diceremus fieret om-
nino, vt diſpoſitio d.ca.foret eluſoria, fruſtrare-
tur enim diſpoſitio d.ca.quod curarent paren-
tes, vel conſanguinei, vt ante ingreſſum filiæ re-
nunciarẽt, ne deinde poſt ingreſſum poſſent re-
trocedere; atqui diſpoſitio licet exorbitans &
pænalis ad aliũ extẽditur caſum, ad quẽ niſi ex-
tenderetur redderetur eluſoria ca.ſi ciuitas de
ſent.exco.li.6.ca.2.vbi gl. in verbo teſtamenta
facta de vſur.in 6. Anna. Iaſſ.Felin. Fran.Lan.
Caſtren.Rip.Deci.Alciat.& alij multi quos re-
fert & ſequitur Camill.Galli.in cõmen.de ver-
bo.ſigni.li.6.ca.19.n.6.& hanc ipſam opinionẽ
eadẽ motus ratione ſequitur Cãce.in ſuis reſo-
lutionibus li.2.c.8.n. 81.licet is citet prædictũ
conſiliũ Azpil.31.ſub tit.de regula. & hanc ra-
tionem Azpil.neruoſam dixit in d.conſil.
Secundo mouetur idẽ Azpil.ex eo quod hęc
opinio fauorabilior eſt filiab⁹ & cæteris ingreſ-
ſuris monaſteria, quæ facile perſuadẽtur ad do-
nandũ & renunciandũ bonis ſuis habitis vel ha-
bendis, quæ poſt ſi vellint aliquid in monaſteriũ
conferre nequeunt. & tanto magis ait rationẽ
procedere cum in donatione vel renũciatione
mentionem faciunt ingreſſus monaſterij.
29 Tertio idẽ † Cãceri.ſup.citatus ſe idẽ conſu-
luiſſe refert, & ea ratione quoniam interpretes
noſtri ingreſſum monaſteria & non ingreſſum
volentem tamen ingredi æquiparant in d.auth.
ingreſsi.C.de ſacro.Eccleſi.Canoniſtę in cap.in
pręſentia de proba. vnde quemadmodum in-
greſſus

greſſus non poſſet niſi ſeruata fotma dicti decreti,ſic neq. volens ingredi.

His non obſtantibus contrariā opinionē longe veriorē affirmo,quoniā text.apertiſsime de ingreſſa religionē loquitur, à cui' verbis & diſpoſitione recedendū non eſt,l.nō aliter cū vulga.de legat.3.& in claris non eſt opus coniecturis l.ille aut ille §. cū in verbis de legat. 3. Etſi voluiſſet ſacrū conſiliū dixiſſet l. vni. §.ſin autē vbi gl.& cæteri C.de cadu.tollen.& alibi ait Iuſtinianus,quod non mutatur cur ſtare prohibetur l.præcipimus C.de appella.

30 Neq. † obſtant rationes in contrariū adductæ non prima quā neruoſā dixit Azpil. quoniā etſi lex pœnalis & exorbitās ne eluſoria vel fruſtatoria reddatur extentionē recipiat,id verum eſt data poteſtate condentis legē pænalē,lex enim vel ſtatutū vires accipit à poteſtate cōditoris Bart.in l.final.ex eo. tex. vbi alij omnes de iuris.omni.iudi.ca.a nobis de ſenten. excomu. Bart.in l.omnes populi in 1.princi.queſ. de iuſti.& iur.Deci.poſt cæteros in c. Eccleſia ſanctæ Mariæ n.24. de conſtitu.atqui Roma.pontifex, neq. illius leges,laicas perſonas nō ligaret niſi in terris Eccleſię ſubiectis,in terris autē imperij & regū minime,niſi in his, quæ peccatū producerent,vt mox dicā licet ad aliud inſtitutū;vnde cū volens religionē ingredi non tamē ingreſſus laica ſit perſona,poteſt libere lege permittente ſecūdū leges iuris cōmunis aut municipalis diſponere,cuius actus regulādus eſt iuxta illud tē-
31 pos,quo diſpoſitio facta fuit;quia † principium attēditur in omni actu l.regula §.fin.ff.de iur.& fac.igno.& eſt potētius fine l.1.de ori.iur.Cra-
32 uet.conſi.882.n.13.vbi latè ornat; & ſemper † principiū prædominatur Bal.in ca.cū dilecti n. 6.de dot. & contu. dicitur principiū potiſsima cuiuſq. rei pars d.l.1.vbi gl.& Cagnol.n.23.de
33 orig.iur. Quinimo † finis trahitur ad ſuū principiū cū à primordio tituli poſterior formetur euētus l.ſi quis ex argentarijs §. ſimilium ff.de æden.l.3.§.ſocio.de minor.Craoet.cōſ. 161.n. 40.inde efficitur vt laicus delinquēs; ſi poſt ad euitandā pęnā iudicis ſecularis efficiatur clericus, pōt caſtigari per iudicē ſecularē, quia principiū attenditur,Imol.Dida.Pla.Anfred. Viui. & alij,quorum cōmunem dixit opinionē Clar. in pract.crimina. §.fina.queſ. 36.nu.43. habita tamē diſtinctione de qua per eum ibidem,poſt alios ab eo memoratos.

Ex eodē fonte prodit altera iuris regula laicū,qui dū laicus erat ſe obligauit corā iudice laico,vel alias ſententiā contra ſe obtinuit, poſſe cōueniri corā iudice laico ex cōmuni reſolutione quā citatis multis adduxit Caual.deciſ. 3. n. 28.29.par.1.Alia pleraq. huc pertinētia pretereo, quibus ſacrū credi poteſt conciliū minime renunciationes ante ingreſſum religionis factas comprehendere voluiſſe.

34 Accedat quod † cū licitū ſit renunciare filiabus ante contractū matrimonij,vel in ipſo contractu, adhibito iuramēto. iuxta toties citatum tex.in d.cap.quāuis pactū de pac.in 6. ſic licere debet ante contractum matrimonij ſpiritualis, argumento ſumpto à matrimonio carnali ad ſpirituale vt ſupra dicebam.

35 Secundo † Reſpōdetur quod lex correctoria & pænalis extenditur quando alias fruſtatoria foret,intelligendū eſſe dū diuerſitatis aut diſsimilitudinis ratio dari non poſſet inter vnū actū & aliū, ad quē extentio fit, quoniā ex diuerſis nō fit illatio;vnde licet pænalis lex recipiat extentionē,quando alias nullū effectū produceret ex tex.in l.2.de iuriſ.omni.iudi.ca.præterea de offi.deleg. in 6.l.oratio ff.de ſpōſa. cū ſimilib';
36 † id intelligitur dū aliqua diuerſitatis ratio nō detur,ſic egregie explicat poſt Dyn. Bar.Deci. Felin.& alios Camil.Gallin.in cōmen. de verbo.ſignif.li.7.ca.26.nu.1.& 2.& n.24.ratio autē diuerſitatis maxima eſt in noſtra ſpecie ex his,quę ſuperius animaduerti,quæ nō repeto.

Non obſtat ſecunda ratio,quoniā incōueniēs ab Azpil.conſideratū non ſoluit quęſtionē,vt in vulgari dialecticorū prouerbio dicitur ; eo magis quod cōmuni fere omniū ſentētia receptiſſimū eſſe dixerim quæſtio. antecedenti,filiā renunciantē ante vel in ipſo ingreſſu monaſterij, nullā poſſe reciſionem contractus inſtituere,etſi foret enormiſsimè læſa,cū læſio in ingrediente religionē & renūciante vel donante nulla poſſit conſiderari,cōfirmatur enim iuramento talis renunciatio;& diſpoſitio tex.in d.cap.quamuis pactū ita admittenda eſt in matrimonio ſpirituali ſicut in carnali ex his,quæ ibi ſcripſi.

37 Non obſtat tertia † ratio Cancer. dicentis parificare interpretes noſtros volentē ingredi religionē cum ipſo ingreſſo, abſit enim in viro docto credere æquiparationē prędictam omnibus adiungi caſibus poſſe;nō enim procedit niſi in teſtamēti factione,parificant enim interpretes in d.auth.ingreſsi eum,qui vult ingredi religionē quoad hoc vt teſtamentū ſuſtineatur, cū eo,qui iam ingreſſus eſt,id eſt,vt ſicut in poſteriore caſu ingreſſus religionē ante profeſsionē poteſt teſtari,dum titulo inſtitutionis quidquā relinquat monaſterio,quod loco filij illi ſuccedit,& valet teſtamentū iuxta receptiſsimā opinionē omnium auth. ſi qua mulier vbi gl. Cyn. Bal.Angel.Sali.& cęteri omnes C.de ſacro.Eccleſ.vbi Iaſſ.nu. 17.quam alijs relatis dixit cōmunem Gutier.li.2.cano.quęſt.ca.1.num.6.ita & is,qui vult ingredi religionē,cogitanſque de ipſius ingreſſu cōdendo teſtamentū ne illud rūpatur veluti poſthumi agnatione,oportet quid quā eidem monaſterio relinquere inſtitutionis titulo,iuxta cōmunem ſententiā;dum monaſterium capax ſit bonorū in cōmuni alias ſecus;ſic ſupra citati interpretes declarant, & Clar. in

§.teſta-

Digitized by Google

tione etiã iurata ſi irrita & nullius effectus, &c.
19 Nam † cum dixiſſet ſacrũ conciliũ in cap.ante-
cedenti, profeſsioné tam á viris,quam fœminis
ante decimũ ſextũ annũ expletũ fieri non poſſe,
illico in capite nunc citato ſubiungit, neq. renũ
20 ciationem itidem fieri poſſe: Queritur † autem
an diſpoſitio d.cap.16.locũ habeat in teſtamẽ-
to condito per monialé ante ingreſſum monaſ-
terij; dubitationé enim non modicã facit quod
conſiliũ tantum loquatur de contractibus inter
viuos, non de teſtamẽto, aut vltima voluntate.
21 Vnde † incaute admodũ Spin.tract.de teſta.
glo.12.nu.50.referendo diſpoſitioné d.ca.16.
conci.Triden.ſcribit, eo tex.probari nullã renũ
ciationem, donationem, aut teſtamentũ valere
eius, qui ante monaſteriũ ingreditur niſi ſerua-
ta illius capitis formula, cũ tex.ille nuſquam de
teſtamẽto meminerit.id ipſum ſcripſit num. fi-
22 nal.in eadé gloſ. Exiſtimauerim † auté textum
illũ loquẽtem in obligatione, & renunciatione
minime ad teſtamenti factioné protendi poſſe;
Quoniã ſacrum concilium loquitur in contractu
vltrocitroq. obligatorio ſic enim dixit, *Nulla
quoq. obligatio, aut renunciatio, &c.* at teſtamẽ-
tum nullam producit obligationé reſpectu hæ-
redũ, aut legatariorum cũ ſit voluntas de ambu-
latoria vſq. ad extremũ exitum l.4.cum vulgat.
23 de adime.vel tranſ.legat.atq. adeo † vera hęc
ſunt (vt ad inſtitutũ quęſtionis loquamur) quod
poſsit monachus effectus dũ in nouitiatu agit
reuocare teſtamentũ factũ ante ingreſſum reli-
gionis; quemadmodũ relatis ex antiquioribus
nõnullis dixit cõmuné Iaſſ. in auth. ingreſsi C.
de ſacro.Eccleſ.refert alios Rodri. Xuar. in al-
legat.20.ad finé, qui & cõmunem.repetunt ean-
dem cõmuné aduerſus Dida.Matien.in l.1.tit.
24 6.gl.3.nu.4.li.5.Gracian.regul.456.nu.5. † ſi-
cut & durante eodẽ nouitiatu poteſt teſtamen-
tum condere, ante tamen profeſsioné cum lai-
cus reputetur Bart.in d.auth. ingreſsi nu. 1.vbi
cæteri poſt eum ſequuntur omnes, Clar.in §.te-
ſtamentũ q.28.verſi.Dixi nu.6.Ludo. de Moli.
tract.de Hiſpa.primo.li.2.ca.9.nu.52.alios re-
fert Gutier.li.2.Cano.quæſ.ca.1.nu.20.21.22.
vnde ad propoſitã quęſtioné redeundo, nõ du-
bium videtur tex.d. concilij Tridentini niſi in
25 contractibus vltrocitroq. obligatorijs loqui. †
Rurſus cum diſpoſitio conſilij correctoria ſit
iuris cõmunis, vltra caſus expreſſos protendi nõ
debet, ad ea quę omnes in l.ſi vero §.de viro ff.
ſolut.matri.& in auth.quas actiones C.de ſacr.
Eccle.l.præcipimus cum vulgat.C.de appella.

Ad hæc diuerſa admodũ ratio militat in teſ-
tamento quam in contractibus, quoniã S.Con-
ciliũ libertati proſpiciens eorum qui religioné
ingreſſuri ſunt profitẽdo, ſtatuit in ea quę ſupe-
rius verba recenſui; at ratio huiuſmodi in teſta-
mento neceſſaria non eſt, quia poſsit libere re-
uocari, & quę antea libertas nouitio concede-
batur, eadé ipſa ante profeſsioné viget: & licet
Gutier.in d. ca. quamuis pactum in verbo dum
nuptui tradebatur nu. 4. auſus non fuerit hanc
terminare quæſtioné prędicta reſolutione, idẽ
tamen d.c.1.li.2.Canoni.quæſ.n.26.cũ ſequen.
hanc amplectitur, & ante ipſum Gracian. d. re-
gul.456.n.7. Ludo.Molin. inſignis Theologus
ſocietatis Ieſu tract.de iuſti.& iur. 2.tract. diſ-
puta.139. col.750. ſecundũ nouã impreſsionẽ,
Caual.deciſ.10.n.113.par.3.vbi meminit tra-
ditionis Gutier.in d.ca. quãuis pactũ. probauit
eandẽ Azpil.in cõmen. de regulari ſuper ca. nõ
26 dicatis 12.q.1. n.51. † Et ſic fuit declaratũ per
ſacram Cardinaliũ cõgregationem, vt in manu-
ſcriptis vidi in hęc verba: *Caput hoc non habet
locum in puellis, quæ educationis gratia manẽt in
monaſterijs, neque procedit in teſtamento, aut vl-
tima voluntate, vel eleemoſynis.*
27 Dubitatur † & ſecundo circa eiuſdem capitis
16.declarationé an renunciatio vel donatio filię
ante ingreſſum religionis, ſi poſt religioné in-
grediatur valeat non obſeruata forma dicti ca-
pitis; Gutier. enim in citato ſuperius loco mo-
uit hanc quæſtionem neq.ipſam decidere auſus
eſt; verum inſignis eruditionis & pietatis vir
Azpil.in conſi.8.titu.de donatio.lib.3.apertiſ-
ſimè reſpondit eſſe inutilem renunciationem,
mouetur ille duabus rationibus.
28 Prima quoniã † niſi ita diceremus fieret om-
nino, vt diſpoſitio d.ca.foret eluſoria, fruſtrare-
tur enim diſpoſitio d.ca.quod curarent paren-
tes, vel conſanguinei, vt ante ingreſſum filiæ re-
nunciarẽt, ne deinde poſt ingreſſum poſſent re-
trocedere; atqui diſpoſitio licet exorbitans &
pœnalis ad aliũ extẽditur caſum, ad quẽ niſi ex-
tenderetur redderetur eluſoria ca.ſi ciuitas de
ſent.exco.li.6.ca.2.vbi gl. in verbo teſtamenta
facta de vſur.in 6. Anna. Iaſſ.Felin. Fran.Lan.
Caſtren.Rip.Deci.Alciat.& alij multi quos re-
fert & ſequitur Camill.Galli.in cõmen.de ver-
bo.ſigni.li.6.ca.19.n.6.& hanc ipſam opinionẽ
eadẽ motus ratione ſequitur Cãce.in ſuis reſo-
lutionibus li.2.c.8.n. 81.licet is citet prædictũ
conſiliũ Azpil.81.ſub tit.de regula. & hanc ra-
tionem Azpil.neruoſam dixit in d.conſil.

Secundo mouetur idẽ Azpil.ex eo quod hęc
opinio fauorabilior eſt filiab⁹ & cæteris ingreſ-
ſuris monaſteria, quæ facile perſuadẽtur ad do-
nandũ & renunciandũ bonis ſuis habitis vel ha-
bendis, quæ poſt ſi vellint aliquid in monaſteriũ
conferre nequeunt. & tanto magis ait rationẽ
procedere cum in donatione vel renũciatione
mentionem faciunt ingreſſus monaſterij.
29 Tertio idẽ † Cãceri.ſup.citatus ſe idẽ conſu-
luiſſe refert, & ea ratione quoniam interpretes
noſtri ingreſſum monaſteria & non ingreſſum
volentem tamen ingredi æquiparant in d.auth.
ingreſsi.C.de ſacro.Eccleſi.Canoniſtę in cap.in
pręſentia de proba. vnde quemadmodum in-
greſſus

Digitized by Google

greſſus non poſſet niſi ſeruata forma dicti decreti,ſic neq. volens ingredi.

His non obſtantibus contrariã opinionẽ longe veriorẽ affirmo,quoniã text.apertiſſime de ingreſſa religionẽ loquitur, à cuiꝰ verbis & diſpoſitione recedendũ non eſt,l. nõ aliter cũ vulga.de legat.3,& in claris non eſt opus coniectu ris l.ille aut ille §. cũ in verbis de legat. 3. Etſi voluiſſet ſacrũ conſiliũ dixiſſet l. vni. §.ſin autẽ vbi gl.& cæteri C.de cadu.tollen.& alibi ait Iuſtinianus,quod non mutatur cur ſtare prohibetur l.præcipimus C.de appella.

30 Neq. † obſtant rationes in contrariũ adductæ non ptima quã neruoſã dixit Azpil. quoniã etſi lex pœnalis & exorbitãs ne eluſoria vel fruſtatoria reddatur extentionẽ recipiat,id verum eſt data poteſtate condentis legẽ pænalẽ,lex enim vel ſtatutũ vires accipit à poteſtate cõditoris Barr.in l.final.ex eo. tex. vbi alij omnes de iuris.omni.iudi.ca.a nobis de ſenten. excomu. Bart.in l.omnes populi in 1.princi.queſ. de iuſti.& iur.Deci.poſt cæteros in c. Eccleſia ſanctæ Mariæ n.24. de conſtitu.atqui Roma.pontifex, neq. illius leges,laicas perſonas nõ ligaret niſi in terris Eccleſię ſubiectis,in terris autẽ imperij & regũ minime,niſi in his, quæ peccatũ producerent,vt mox dicã licet ad aliud inſtitutũ;vnde cũ volens religionẽ ingredi non tamẽ ingreſſus laica ſit perſona,poteſt libere lege permittente ſecũdũ leges iuris cõmunis aut municipalis diſponere,cuius actus regulãdus eſt iuxta illud tẽ-
31 pus,quo diſpoſitio facta fuit;quia † principium attẽditur in omni actu l.regula §.fin.ff.de iur.& fac.igno.& eſt potẽtius fine l.1.de ori.iur.Craueti.conſi.882.n.13.vbi latè ornat; & ſemper †
32 principiũ prædominatur Bal.in ca.cũ dilecti n. 6.de dot. & contu. dicitur principiũ potiſſima cuiuſq. rei pars d.l.1.vbi gl.& Cagnol.n.23.de
33 orig.iur. Quinimo † finis trahitur ad ſuũ principiũ cũ à primordio tituli poſterior formetur euẽtus l.ſi quis ex argentarijs §.ſimilium ff.de æden.l.3.§.ſocio.de minor.Crauee.cõſ. 161.n. 40.inde efficitur vt laicus delinquẽs; ſi poſt ad euitandã pęnã iudicis ſecularis efficiatur clericus, põt caſtigari per iudicẽ ſecularẽ, quia principiũ attenditur,Imol.Dida.Pla.Anfred. Viui. & alij,quorum cõmunem dixit opinionẽ Clar. in pract.crimina. §.fina.queſ. 36.nu.43. habita tamẽ diſtinctione de qua per eum ibidem,poſt alios ab eo memoratos.

Ex eodẽ fonte prodit altera iuris regula laicũ,qui dũ laicus erat ſe obligauit corã iudice laico,vel alias ſententiã contra ſe obtinuit , poſſe cõueniri corã iudice laico ex cõmuni reſolutione quã citatis multis adduxit Caual.deciſ.3. n. 28.29.par.1.Alia pleraq. huc pertinẽtia pręterea, quibus factũ credi poteſt conciliũ minime renunciationes ante ingreſſum religionis factas comprehendere voluiſſe.

34 Accedat quod † cũ licitũ ſit renunciare filiabus ante contractũ matrimonij,vel in ipſo contractu, adhibito iuramẽto. iuxta toties citatum tex.in d.cap.quãuis pactũ de pac.in 6. ſic licere debet ante contractum matrimonij ſpiritualis, argumento ſumpto à matrimonio carnali ad ſpirituale vt ſupra dicebam.

35 Secundo † Reſpõdetur quod lex correctoria & pænalis extenditur quando alias fruſtatoria foret,intelligendũ eſſe dũ diuerſitatis aut diſsimilitudinis ratio dari non poſſet inter vnũ actũ & aliũ, ad quẽ extentio fit , quoniã ex diuerſis nõ fit illatio;vnde licet pænalis lex recipiat extentionẽ,quando alias nullũ effectũ produceret ex tex.in l.2.de iuriſ.omni.iudi.ca.prætereà de offi.de leg. in §.1.oratio ff.de ſpõſa. cũ ſimilibꝰ;
36 † id intelligitur dũ aliqua diuerſitatis ratio nõ detur,ſic egregie explicat poſt Dyn. Bar.Deci. Felin.& alios Camil.Gallin.in cõmen. de verbo.ſignif.li.7.ca.26.nu.1.& 2.& n.24.ratio autẽ diuerſitatis maxima eſt in noſtra ſpecie ex his,quę ſuperius animaduerti,quæ nõ repeto.

Non obſtat ſecunda ratio,quoniã incõueniẽs ab Azpil.conſideratũ non ſoluit quęſtionẽ,vt in vulgari dialecticorũ prouerbio dicitur ; eo magis quod cõmuni fere omniũ ſentẽtia receptiſſimũ eſſe dixerim quæſtio. antecedenti,filiã renunciantẽ ante vel in ipſo ingreſſu monaſterij, nullã poſſe reciſionem contractus inſtituere,etſi foret enormiſsimè læſa,cũ læſio in ingrediente religionẽ & renũciante vel donante nulla poſſit conſiderari,cõfirmatur enim iuramento talis renunciatio;& diſpoſitio tex.in d.cap.quamuis pactũ ita admittenda eſt in matrimonio ſpirituali ſicut in carnali ex his,quæ ibi ſcripſi.

37 Non obſtat tertia † ratio Cancer. dicentis pariſicare interpretes noſtros volentẽ ingredi religionẽ cum ipſo ingreſſo, abſit enim in viro docto credere æquiparationẽ prędictam omnibus adiungi caſibus poſſe;nõ enim procedit niſi in teſtamẽti factione,pariſicant enim interpretes in d.auth.ingreſsi eum,qui vult ingredi religionẽ quoad hoc vt teſtamentũ ſuſtineatur , cũ eo,qui iam ingreſſus eſt,id eſt,vt ſicut in poſteriore caſu ingreſſus religionẽ ante profeſsionẽ poteſt teſtari,dum titulo inſtitutionis quodquã relinquat monaſterio,quod loco filij illi ſuccedit,& valet teſtamentũ iuxta receptiſsimã opinionẽ omnium auth. ſi qua mulier vbi gl. Cyn. Bal.Angel.Sali.& cęteri omnes C.de ſacro.Eccleſ.vbi Iaſſ.nu. 17.quam alijs relatis dixit cõmunem Gutier.li.2.cano.quęſt.ca.1.num.6.ita & is,qui vult ingredi religionẽ,cogitanſque de ipſius ingreſſu cõdendo teſtamentũ ne illud rũpatur veluti poſthumi agnatione,oportet quid quã eidem monaſterio relinquere inſtitutionis titulo,iuxta cõmunem ſententiã;dum monaſterium capax ſit bonorũ in cõmuni alias ſecus;ſic ſupra citati interpretes declarant, & Clar. in §.teſta-

ſ.teſtamentum quęſ.28.nu. 4.& ſequent. Gra-
tian. d.regul.456. nu.3.4.5. Dida.in cap. 2.de
teſtam.proſequitur fusè Gutiet.in d.ca.1.a nu.
1.cum ſequent.multis in quo nullus diſcrepat.
38 Nam † & apertiſsimū eſt in alijs ingreſsū re-
ligionē cū eo qui ingredi vult diuerſo iure cēſe-
ri;quantū volūtas diſtat ab actu; conſequēter ſi
delinqueret,vel aliter contraheret cotā ſuo iu-
dice ſeculari cōueniendus foret,ſecus ſi ingreſ-
ſus & nouitius,is enim per ſuū iudicē puniēdus
foret,& iudicād',vt hęc & alia refert idē Gutie.
39 d.c.1.n.107.& ſequē.quę prætereo.Demū † ad
uerſus traditionē Azpil.in citato cōſilio decla-
ratū fuit in ſacra cōſilij cōgregatione , nō ſcili-
cet cōtineri ſub eo decreto renūciationes quæ
ante ingreſſum fiūt monaſterij:nō ſuperius a me
adductis rationib',ſed eo quia cōciliū loquitur
de ſumentibus habitum vel ingredientibus re-
ligionem:illius declarationis verba hæc ſunt.
40 Quid † ſi renunciatio ante ſumptū habitum
facta fuit vel ingreſſa religionē.Et videtur quod
cōciliū in prædicto caſu locū non habeat,loqui-
tur enim de ſumentibus habitum,vel ingrediē-
tibus religionē,ſed ſi donatio facta fuerit intui-
tu religionis ingrediendę,tāquā facta in fraudē
huius canonis videtur ſubeſſe huic diſpoſitioni:
hucuſq.verba declarationis quibus cōſtat decre
tū concilij minime locū habere in renunciatio-
ne facta ante ingreſsū,niſi dolo fraudandi diſ-
poſitionem hanc cōciliarem facta fuiſſet; cæte-
rū in hoc vltimo atticulo an dolo vel fraude fa-
cta renunciatio ad fruſtandā ſacri cōcilij diſpoſi
tionem reſcindi poſsit necne , ob ſummā illius
cōgregationis authoritatē non diſputo, quāquā
multis rationibus contrariū poſſet ſuaderi. Et
poſt hæc ſcripta reperi ſic cū opinione noſtra te
nere Molin.trac.de iuſ.& in.to.1.trac. 2.diſpu.
139.verſi.An tex. quē eū ſequitur Lelius Zeci.
in ſua repub.Ecclc.c.3.& his non relatis Leſsi.
trac.de iuſ.& in c.41.dubita.4.n.39.& 40.li.3.
Qui limitant niſi renūciatio fieret in fraudē il-
lius c.1.provt dixit declaratio ſacri concilij quā
tū. illi non viderunt neq. illi legē adferunt aut
rationē quemadmodū nos ad probandā ſuā o-
pinionē in quā ipſe deueni ignorans eos ſic ſen-
ſiſſe ad interpretationē dicti c.& Meno.qui eā-
dē in additionibus ſuis de arbitra.caſu.436.vbi
latiſsimè & refert declarationē S.congregatio-
41 nis. Tettio † circa eīſdē c.16.interpretatio-
nē quęritur (ſunt enim hæc quotidiana & valde
vtilia) an locum habeat in renunciatione facta
ab ea quæ religionē ingreditur ætatis decem &
ſeptē,decē & octo,aut viginti annorū & ſupra:
42 Et † quidē Meno.in commen.de Arbitra. iudi.
q.li.2.centuri.5.caſu.436. nu. 8.ſubtiliter arbi-
tratur formā & ſolēnitatē d.ca. 16. in ea vel eo
locū non habere qui vel quę ætatis annū deci-
mū ſextū excedit,is enim (inquit) libere poteſt
ſe obligare & bonis renūciare abſq. ordinarij
Epiſcopi , vel vicarij præſentia,cū ceſſet minor
illa ætas 16.annorū conſiderata à ſacro concilio
quā ad hoc aptam non credidit ad emittendā
profeſsionē neq. ſe obligandū vel renunciandū
43 iuxta dictā concilij diſpoſitionē; Arguta ꝗ certè
cōſideratio ſed quæ vera non eſt,atq. ideo me-
rito improbatā illius traditionē video per Gu-
tier.li.2. Cano.q.ca.1.nu.34.ea ratione quoniā
ſacrū conciliū loquitur in religioſis omnibus in-
gredientibus religionē ſicq.in nouitijs, minime
diſtinguens inter ætate minores vel maiores;
Neq. caput pręcedens quod de profeſsione nō
emittenda ante 16. annū expletū loquitur cō-
mune aliquid habet cū renunciatione vel obli-
gatione quę fieri à nouitijs prohibetur niſi adhi
bita illa ſolemnitate, ſicq. militat lōge diuerſa
ratio.hęc Gutier.probo illius opinionē ex ſeqq.
44 Primo † quoniā diſpoſitio d.c.16.prohiben-
tis dictas renūciationes,fuit facta ad euitandas
fraudes quę in dies committebātur per parentes,
cōſanguineos, affines vel alias perſonas,& quā-
doq. per eoſdē monachos,vt rectè animaduer-
tit Azpil.in citato conſilio. 8.ſub tit.de dona.
Atqui fraus huiuſmodi ſic comitti pōt per prę-
dictas perſonas nouitia, vel nouitio ætatis 17.
vel viginti annorum,ſicut in eo qui 16. tantum
annū habet, conſequēter cū eadē ratio militet
& eadē diſpoſitio l.à Titio cum vulgat.de furt.
45 Secundo † id ipſum euidētius probatur quo-
niam forma illa renunciandi præſcripta à ſacro
concilio eſt de ſolemnitate renunciationis,cōſ-
tat quia ea omiſſa vult renūciationē nullā & in
validā iudicandā; forma autē & ſolēnitas eadē
vbiq. eſſe debet non diuerſa,& cū conciliū gene
rice formā dederit in nouitijs,variari ex multi-
46 plicitate annorū non poteſt;debet enim † om-
nino & præciſe obſeruari l. certa de iure fiſci.
li.10. C.cum alijs multis ad inſtitutū congeſtis
per Titaq.de legi.cōnubia.gl.4.nu.3. præterea
47 † forma nullā admittit diuiſionē l.cū authoritas
C.de teſtam.l. ſutioſum C.qui teſtam. fa.poſſ.
idē Tiraq.qui latius cōprobat in eo.trac.de le-
gi.connubia.gl.6.n.4.reciperet autē diuiſionē ſi
à nouitia vel nouitio 16.annorū ea ſolēnitas ad
hibēda foret,in alijs ætate maioribus minime.
48 Extremo † omniū & hunc concludā tractatū
aduertendū diſpoſitionē d.c. quamuis pactū de
pac.in 6.quia agitur de vitādo peccato & per-
iurio obſeruandā fore etiā in iudicijs & tribu-
nalibus Imperij,Regum,& ſuppremorū Princi-
pū. gl.in d.c.quāuis pactum cōmunitet recepta
per omnes inibi vt teſtatur Dida.in 3.par.repe
ti.§.4.num. 9.poſt Pariſi.& alios ab eo citatos
Gutier.ibidē in verbo, improbet lex ciuilis n.
49 4.Vazq.de ſucceſ.crea.§.18.n.137.† in materia
enim peccati ſtandum eſt legibus & Pontificijs
decretis c.licet de iur.iur.in 6.omnes in cap. 1.
& 2.ex.de no.ope.nunci.gl.in ca.2.ex.de arbit.
alios recenſet Surd.deciſ.158.num.9.

LAVS DEO O. M.

INDEX LOCVPLETISSIMVS
NOTABILIVM QVÆ IN HOC REPERIUNTUR
riuntur tractatu,ordine alphabetico digeſtus.

L. indicat librum. C. comparationem. D. differentiam. Q. quæſtionem. A. anteludium. P. Præludium. N. numerum ſummarij. f. fol. p. minimum. pag.

A

ABſolutioni iuramenti iuſtam cauſam præbet annullatio cõtractus.l.1.c.25.n.54.f.68.p.1.
Abbates denunciationes temitrere poſſunt. l.2. d. 11.n.59.f.106.p.1.
Abbates etiam comendatarij denunciationes remittere poſſunt.l.2.d.11.n.60.f.106.p.1.
Abſurdi vitandi ratione in fideicomiſſis multa tolerantur.l.3.q.24.n.231.f.215.p.2.
Abſens in dubio quis præſumitur quam præſens. l.3.q.82.n.11.f.336.p.2.
Abſolutio a iuramẽto non requiritur in filia enormiſsime lęſa.l.3.q.97.n.23.f.366.p.2.
Abſolutio a iuramento an ſit neceſſaria vbi minor ſe maiorem iurauit cũ non eſſet.l.3.q.98.n.21. f.368.p.1.
Actu contrario non cenſetur a proteſtatione receſſum,quando proreſtario fuit iuſta cauſa veſtita.l.1.c.3.n.28.f.9.p.1.
Accurtij opinio dicẽris valere matrimonium ſine ſcriptura.l.1.c.9.n.27.f.29.p.1.
Acceſſorium nõ ſequitur naturam principalis vbi militat diuerſa ratio.l.1.c.11.n.22.f.28.p.2.
Actus primus pręfertur ſecundo in ſpiritualibus etſi in ſecundo interuenerit traditio. l.1.c.13. n.21.f.29.p.1.
Actus vbi ſe poreſt habere ad bonum & ad malum in dubio ad bonum referendus. l.1.c.16.n.2.f. 37.p.1.
Actus aduerſus legem factus nullus,neq. ex eo oritur ciuilis vel naturalis obligatio. l.1.c.19.n. 32.f.46.p.2.
Actus ſine ſolemnitate legis factus obligat in foro conſcientiæ.l.1.c.19.n.35.f.46.p.2.
Accurtij traditio improbata. l.1.c.21.n.7.f. 57. p.2.
Actio de dote bonęfidei dicitur.l.1.c.21.n.19. fol.57.p.2.
Actio dotalis a matrimonio deſcendit. l.1.c.21. n.20.f.57.p.2.
Actio a matrimonio qualis oriatur.l.1.c.22.n.17. f.59.p.2.
Actionis nomen de iure canonico non eſt neceſſario exprimendum.l.1.c.22.n.21.f.58.p.2.
Actionum formulæ de iure canonico ſublatæ. l.1. c.22.n.28.f.60.p.1.
Actio ex ſponſu antiquitus ex ſponſalibus orta. l.1.c.22.n.58.f.61.p.2.
Accidentalia contractus quę, l.1.c.23.n.4.f.62. p.1.
Acceptilatio actus legitimus.l.1.c.26.n.32.f.71. p.2.
Acceptilatio cur non recipiat cõditionem, nullus intellexit ſecundum Cagnol.l.1.c.26.n.54.fol. 71.p.2.
Acceptilatio cur non recipiat conditionem ex Alciato.l.1.c.26.n.35.f.71.p.2.
Acceptilatio iuris fictione ſolutionis loco eſt.l.1. c.26.n.36.f.71.p.2.
Acceptilatio niſi per ſtipulationem fieri poteſt. l.1.c.26.n.38.ibidem.
Acceptilatio cur conditionem non recipiat ex aliquorum opinione.l.1.c.26.n.41.f.72.p.1.
Acceptilatio cur conditionem non recipiat ex noua Authoris ſententia.l.1.c.26.n.42.ibi.
Accurtij opinio a Dida. improbata. l.1.c.26.n. 63.f.72.p.2.
Actus ſine ſubſtantia ſubſiſtere nequit. l.1.c.26.n. 106.f.74.p.1.
Actum impugnans in eo conſentire non videtur. ibid. n. 112. ibi. p.2.
Actus informis dicitur qui conſenſu caret.l.2.d.3. n.11.f.89.p.2.
Accidentalia non præſumuntur niſi probentur.l. 2.d.3.n.13.ibid.
Acceptatio in donatione neceſſaria.l.3.q.8.n.6. f.158.p.1.
Acceptatio tacita,an in donationibus ſufficiat.ibidem n.25.f.159.p.2.
Acceptatio donationis vel hæreditamenti, an ſit neceſſaria in filijs filiorum.ibid.n.28. ibid.
Acceptatio primi donatarij ſufficit.ibi.n.7.ibid.
Actiones ex fideicomiſſo vtiles abſenti cõpetunt ſubſtituto in conuentionibus,l.3.q.22.n.28.f. 286.p.2.

a Actio

Actio fideicomiſſaria non datur in ea ſubſtitutione quę fit in contractu, ſed diuerſa, l.3.q.24.n.12.f.158.p.1.
Actio realis contra acquiſitorem in caſu contrauentionis non datur, ſed perſonalis, l.3.q.24.n.256.f.217.p.2.
Actu ex interuallo, ab actu pręcedenti interpretationem recipiunt, l.3.q.24.n.273.f.219.p.1.
Actus ſecūdus à primo interpretationem recipit, ibidem n.274.ibidem.
Actus nullus partium conſenſu iuſtificari poteſt, & quomodo, l.3.q.24.n.317.f.222.p.1.
Acoſtæ & Moli.traditio ſubuerſa, l.3.q.29.n.72.f.239.p.1.
Actionem qui habet rem habere cenſetur, l.3.q.44.n.12.f.275.p.1.
Actus prohibitio vel conceſsio conſideranda reſpectu perſonæ dantis, & illius, cui datur, l.3.q.48.n.4.f.278.p.2.
Actio ad dotem reſtituendam communis eſt patri & filiæ, l.3.q.54.n.3.f.289.p.1.
Actor ſuam intentionem plene probare debet, l.3.q.74.n.10.f.326.p.2.
Acceptatio donationis an fieri poſsit poſt mortē donatoris, l.3.q.82.n.6.f.336.p.2.
Acceptatio non requiritur in donatione quando donatarius eſt præſens donationi, ibid.n.9.ibi.
Acceptationem inducit quilibet actus exterior, ibid.n.10.ibidem.
Actus principalis attenditur & non ſecundarius, l.3.q.83.n.4.f.338.p.1.
Actus principalis attenditur non ſecundarius, intelligitur niſi actus ille ſit improbatus a lege, ibid.n.9.p.2.
Accuſans de falſo teſtamentum nequit ſuccedere teſtatori ſi ſubcumbit, non tamen illius hæredi ſuccedere prohibetur, l.3.q.92.n.10.f.154.p.2
Adami & Æuę lapſus, l.1.c.1.n.4.f.1.p.2.
Adulterium coniecturis probatur, l.1.c.10.nu.4.fol.20.p.2.
Aditio hæreditatis, cur conditionem non recipiat ex Alciat.l.1.c.26.n.53.f.72.p.1.
Aditio hæreditatis in mæra voluntate conſiſtit, ibi.n.47.ibid.
Aditio hæreditatis cur conditionem non recipiat ex noua Authoris opinione, ibid.n.56.ibi.p.2.
Adriani ratio ſubuertitur, l.1.c.26.nu.134.f.75.p.2.
Aduentitiorū vſusfructus patri datur, l.3.q.58.nu.18.f.303.p.2.
Adminiſtratio libera rerum noſtrarum in multis caſibus reſtricta, l.3.q.59.n.13.f.305.p.2.
Adulterio quemquam offendere, magis quam gladio occidere, l.3.q.67.n.10.f.317.p.2.
Adulterio, marito, cōſanguineis, & reipublicæ iniuria infertur, ibidem nu.12.ibidem.
Aduocatorum cautela qualis eſſe debet in petendis expenſis, & meliorationibus, l.3.q.73.n.6.fol.324.p.2.
Ædificium futurum, quod eſſe ſperatur, l.1.c.20.nu.23.fol.55.p.1.
Ædificare altius licitum, dum in odium alterius non fiat, l.2.d.7.n.21.f.95.n.21.
Æqualitas inter liberos ſeruanda, l.3.q.9.nu.7.f.160.p.2.
Æqualitas à lege recepta inducit, vt propia opera quæſitum, antequam tertio quæratur ius, reuocari poſſit, l.3.q.10.n.34.f.164.p.2.
Æqualitas dotis, ęqualitatem donationis propter nuptias meretur, l.3.q.43.n.16.f.273.p.2.
Æquitas eadē quæ militat in dote & in donatione propter nuptias, ibid.n.22.f.274.p.1.
Æſtimatio vēditionem facit, l.3.q.57.n.1.f.297.pag.2.
Æſtimatio facit vt cōtractus præſumatur emptionis, & venditionis, ibidem nu.2.ibidem.
Æſtimatæ res marito traditæ venditionem operantur, ibidem nu.3.ibidem.
Æſtimatione facta in contractu matrimonij, prætium vxori vel hęredibus, non res æſtimatę reddendæ, ibidem n.5.ibidem.
Æſtimatio vbi fit in rebus doralibus, duo contractus celebrātur, quorum vnus exprimitur, & alter occultatur, ibidem nu.8.ibidem.
Æſtimatio rerum dotalium certa eſſe debet vt vēditionem operetur, ibid.n.10.ibid.
Æſtimatio, quæ non fit per tertium in rebus dotalibus, poteſt fieri per virum bonum authoritate legis, ibidem nu.22.f.298.p.1.
Æſtimatione facta eo animo vt non inducat vēditionem, ſoluto matrimonio maritus res dotales reſtituit, ibidem nu.26.p.2.
Æſtimatio rerum dotalium iuſta, & condigna venditionem operatur, ibidem n.27.ibidem.
Æſtimatio rerum dotalium facta poſt contractum matrimonium venditionem non inducit, ibidē n.33.f.299.p.1.
Æſtimatio rerum dotalium immobilium à minore in dotem marito datarum, emptionem non operatur, ibidem nu.39.p.2.
Æſtimatio à muliere facta licet venditionem faciat, duplam tamen promittere non tenetur in caſu euictionis, etſi res prætioſa foret, ibidem nu.41.f.300.p.1.
Æſtimatio rerum dotalium in dubio non præſumitur, ibidem nu.47.ibidem.
Æſtimatione facta rerum dotalium ſicut periculū ad maritum pertinet, ſic augmentum & cōmodum, ibidem nu.56.p.2.
Æſtimatione facta, fructus pendentes ad maritū pertinent, ibidem nu.58.f.301.p.1.
Æſtimatione facta quo in caſu periculum ad maritum pertinet vel non, ibidem nu.72.p.2.
Æſtimatio ædificiorum habenda eſt de tempore præſenti, l.3.q.72.n.4.f.323.p.2.
Æſtimationis ratio qualis in meliorationibus, l.3.q.73.n.1.f.324.p.2.
Æſtimatores vt eligant partes, intimare iudex debet,

Digitized by Google

debet,l.3.q.74.nu.2.fol.326.pag.1.
Æſtimatores in meliorationibus eligēdi, ibidem n.1.ibidem.
Æſtimatores debent iurare de veritate dicenda, ibidem nu.3.ibidem.
Æſtimatores ſi diſcordent, iudex eliget, ibidem n.4.ibidem.
Æſtimatoribus diſcordantibus Iudex tertium eli get,ibidem nu.5.ibidem.
Æſtimatores Iudici æſtimationem referre debēt, ibidem n.10.ibidem.
Æſtimator vnus non ſufficit vbi duo conſtitui poſſunt,ibidem n.13.p.2.
Æſtimatores communicata prius inter ſe æſtimatione,ipſam declarare debent, ibidem nu. 16. ibidem.
Æſtimatores de publico deputati, compelli per Iudicem poſſunt vt æſtimationem faciant,ibid. n.17.ibidem.
Æſtimatores vt ſuſpecti recuſari poſſunt, ibidem nu.18.ibidem.
Æſtimatores vbi grauant in ſua æſtimatione appellari poteſt,ibidem nu.19.ibidem.
Æqualitas inter liberos ſeruanda, l. 3.q.35.n.21. fol.343.p.1.
Æqualitas inter liberos ſeruanda in dubio, ſecus vbi conſtat de contraria voluntate, ibid.n.40. fol.344.p.2.
Æqualitas inter liberos ſeruanda tempore mortis teſtatoris ſecus poſt,ibidem nu.41. ibidem.
